



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.


Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>





DER
11/16/837



43-4-9 I

Rdo. 244

D. DIDACI YBAÑEZ

348 (08)

5 Feb 3 d

K
141

DE FARRIA

J. U. P. GADITANI,

CAROLI II. HISPANIARUM, INDIARUMQUE REGIS CATHOLICI
à Confilii, in Cancellaria de Buenos Aires Regii Fisci Patroni, & in Goate-
malenfi Prætorio apud Americam primarios inter Judices adscripti.

NOVÆ ADDITIONES,
OBSERVATIONES ET NOTÆ


AD LIBROS VARIARUM RESOLUTIONUM
ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D. DIDACI

COVARRUVIAS A LEIVA,

EPISCOPI SEGOBIENSIS,

AC SUPREMI CONCILII CASTELLÆ PRÆSIDIS,

NECESSARIIS INDICIBUS LOCUPLETATÆ.



Papillon. f.

GENEVÆ,

Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCCLXII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE 1

LECTURE 2

LECTURE 3

LECTURE 4

LECTURE 5

LECTURE 6

LECTURE 7



SERIES CAPITUM

LIBRI III

Variarum Resolutionum.

CAP. I.	U id sit usura, quove jure fuerit prohibita. p. 1	16	pretio, & de ipso redimendi pacto. 92
II.	An teneatur, possitve tutor licitè pecuniam pupillarem fœnerari?	16	XI. Quo tempore ex lege Regia possit retrahi res vendita sub annuo reddito redimibili.
III.	De pœnis contra usurarios jure Pontificio, Regio & Cæsareo statutis.	27	XII. De donatione omnium bonorum, quæ sit reservato usufructu.
IV.	Traditur vera ratio decidendi ad legem <i>Curabit, C. de action. empt.</i>	38	XIII. Quid consuetudo possit circa fuctus beneficiorum absentibus conferendos.
V.	Quæ hæc dictio, <i>Majoratus</i> , ex propria vi apud Hispanos continear.	50	XIV. Traditur brevis interpretatio legis <i>Invitum, C. de contrah. emptio.</i>
VI.	Quo pacto Princeps valeat tollere, aut mutare testatoris voluntatem quoad fideicommissa, aut majoratus.	60	XV. De precarii revocatione, an & ea liberè permiffa sit?
VII.	De annuis redditibus, an hi possint titulo emptionis in pecunia constitui?	70	XVI. Possessio Beneficii Ecclesiastici quonam pacto jure acquiri possit.
VIII.	Pacti, quod de retrovendendo vulgò dicitur, propria vis, & natura expenditur.	78	XVII. Evictionis materia ad Gregorianæ Constitutionis interpretationem expenditur.
IX.	De pacto redimendi cum emptor vendere voluerit, & de justo annui redditus pretio.	86	XVIII. De creditore habente specialem simul & generalem hypothecam.
X.	De justo annui redditus redimibilis		XIX. Adnotantur aliqua de bonis acquisitis matrimonio constante.
			XX. De meri, & mixti imperii ac jurisdictionis delegatione.

SERIES CAPITUM

Libri IV Variarum Resolutionum.

CAP. I.	D e tribus Romanis, ad interpretationem legis <i>Patronatus 54. ff. de leg. 3.</i>	pag. 156	IV. De rea prægnante, cujus supplicium aut tortura suspenditur donec pariat, ad legem <i>Prægnantis ff. de pen.</i>	202
II.	Hippocentaurus an aliquando in rerum natura extiterit, aut existere possit, ad interpretationem textus in <i>9. At si quis, Instir. de inutilib. stipulat.</i>	198	V. De crucis & furcæ supplicio.	205
III.	De intellectu legis <i>3. §. Sciendum, ff. de offic. Præfect. vigil.</i>	200	VI. Utrum pensio sit remittenda inquilino migranti è domo ante tempus contractu præscriptum, propter lemures, sive phantasmata.	212
			VII. De urbe Nisibe, & utrum eadem fuerit ac illa quæ postea Antiochia dicta est.	215
			VIII.	

Series Capitulorum Libri IV. Variar. Resol.

<p>VIII. Dicis causâ vel gratiâ quid significet. pag. 216</p> <p>IX. De Sarracenorum nomine & origine. 220</p> <p>X. De cretione quæ in institutionibus & aditionibus hæreditatum quondam solenniter adhibebatur. 222</p> <p>XI. De emendatione & intellectu capituli <i>De neptis, 31. quæst. 2.</i> 224</p> <p>XII. De interpretatione capituli <i>Julianus 94. 11. q. 3.</i> 229</p> <p>XIII. De autoritate & intellectu capituli <i>Anastasius, 19. dist.</i> 239</p> <p>XIV. De libris sacris, sive canonicis. 243</p> <p>XV. De quatuor primis generalibus Conciliis. 269</p>	<p>XVI. De libris hagiographis. pag. 279</p> <p>XVII. De libris apocryphis. 292</p> <p>XVIII. De chronologia quæ est in proœmio Partitarum. 308</p> <p>XIX. De festorum observatione. 315</p> <p>XX. De Jejuniorum Ecclesiasticorum institutione & observantia. 329</p> <p>XXI. De dispensatione per rescriptum Principis. 345</p> <p>XXII. Verbum <i>Missa</i>, an vox Latina, Græca, vel Hebraica sit. 357</p> <p>XXIII. De purgatione vulgari. 361</p> <p>XXIV. De Tribunalium Romanorum origine, muneribus & dignitate, ad legem <i>Officium, §. ult. ff. de re milit.</i> 365</p>
---	--

PROCURATORIS REGII CONSENSUS.

Pro Rege consentio, Librum inscriptum D. Ybañez de Faria *Additiones ad Covarruviam*, prælo committi per JOAN. ANTON. HUGUETAN, & Soc. Lugd. Bibliopol. concessis eis inhibitionibus consuetis adversus quoscunque alios per triennium duraturis, in tali casu requisitis. Lugduni 13. Maii 1675.

VAGINAY.

P E R M I S S I O.

Fiat juxta Conclusiones Procuratoris Regii.

D E S E V E.

P R Æ F A T I O A D L E C T O R E M.

PRÆIVERE non ita pridem Additiones aliquot ad Illustrissimi Segobien-
sis Præsulis D. Didaci Covarruvias priores Variarum Resolutionum libros,
quas benignæ acceptionis tuæ exploratorias præmiserat Author acutissimus
ac peritissimus, ut ipsemet aliàs præfatus est, quæ cum felici exitu lucem
publicam viderint, auctioresque & ampliores ad eadem Illustrissimi Præsu-
lis Opera, priusquam ad Goaremense Prætorium primarios inter Judices sessurus
transmearet idemet Author conscripserit, diutiùs eas delitescere passi non sumus:
Scientia quippe invisâ, & Thesaurus absconditus, quæ utilitas in utrisque? Ecce ergo,
LECTOR BENEVOLE, Novas Observaciones & Notas ad posteriores Variarum Re-
solutionum Libros, & Practicas ejusdem Segobien-
sis Præsulis Quæstiones tibi exhibemus, quibus publici juris faciendis, utilitatis tuæ potissimum cupidi, tum ut quàm
fieri posset emendatissimæ prodirent, typisque tersioribus ederentur, impensas luben-
tes utroque suppeditavimus, pergratum tibi fore sperantes animi nostri candorem,
curasque nostras benignè ab omnibus Juris studiosis excipiendas, aliquibus saltem pro-
futuras.

D. DIDACI



D. DIDACI YBAÑEZ

DE FARRIA,

NOVÆ ADDITIONES

ET OBSERVATIONES

AD DD. COVARRUVIAS

VARIAS RESOLUTIONES.

Ad Libri III. Caput. I.

SUMMARIUM.

- 1 Verbum Usura, multifariam accipitur, quæ & scenus nuncupari solet.
- 2 Usuræ definitio; prout questum per scenus significat.
- 3 Furtum verbum dupliciter usurpatur.
- 4 Idem est de verbo Hæresis.
- 5 Hæresis definitio.
- 6 Hæreticus nequit effici, qui Fidem non professus est per Baptisma.
- 7 Cathecumenus propter hæresim non punitur: & quid de similibus!
- 8 Ad hæresim formalem quæ concurrere debeant, remissivè?
- 9 Verbi hæresis, etymologia.
- 10 Hæresis verbum Catholicis turpe, ac detestabile, licet per se indifferens.
- 11 Hæreticus proprie quis censeatur, remissivè.
- 12 Hæreticus mentalis num pœnas criminis sustinere debeat?
- 13 Hæresis dividitur in formalem & materialem.
- 14 Usuræ criminis definitio, & num. 15.
- 16 Lapsus definiensium usuram notatur.
- 17 Usura non est, ratione mutui deducere in pactum, quod aliàs ex justitia mutuatarius prestare, aut agere tenebatur mutuanti.
- 18 Utrum fas sit pacisci, ut mutuatarius in futurum teneatur simile beneficium creditori egeni conferre?
- 19 An liceat pecuniam credere ea conditione, ut mutuatarius invicem illicò vinum, vel frumentum remutuet creditori?
- 20 Usura num sit convenire, ut mutuatarius teneatur emere à creditore, iriticum ad ejus molendinum deferre, & similia facere?
- 21 Non licet mutui causâ ultra sortem exigere eâ gratitudine.
- 22 Licet creditori accipere ultra sortem aliquid ratione damni emergentis, aut lucri cessantis.
- 23 Interesse alterius interesse an exigi possit?
- 24 Amicitiam in pactum deducere propter mutuum an liceat?
- 25 Usura sine mutuo non datur.
- 26 Usura non committitur cum pecunia traditur ad ostentationem, pretio recepto locationis eâ contractu.
- 27 Gener qui pignus frugiferum pro pignore accipit, fructus non computat in sortem: quod regulariter in aliis creditoribus secus est.
- 28 Maritus uti potest re pignorata pro dote, quod aliis non licet creditoribus, & num. 29.
- 30 Utrum cessionarius mariti teneatur fructus in sortem imputare? & num. 31.
- 32 Si maritus pignus acceptum pignori dederit, ad quem fructus ex illo percepti pertineant? & num. 33.
- 34 Capitis Salubriter, de usur. intellectus traditur, & num. seq.
- 36 Maritus exigere potest post moram usuras dotis propter onera matrimonii.
- 37 Intellectus ad dictum caput Salubriter, ex D. Covar. & num. 39.
- 38 Constitutio dicti capitis Salubriter, procedit etiam in extraneo dotis promissore.
- 40 Dotis favore maritus lucratur fructus pignoris, nulla præcedente conventionione.
- 41 Maritus an faciat suos fructus omnes ex pignore, vel eos qui sumptibus matrimonii respondent? & num. seq.
- 45 Maritus an valeat exigere præter fructus pignoris

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

A

gnoris

- gnoris interesse lucri cessantis, & damni emergentis?
- 46 Marito licet annuam quantitatem stipulari, quantum diu dos non solvatur.
- 47 Utrum excedere possit quantitas onera matrimonii? & num. 48.
- 49 Ampliatur conclusio, etsi meritis tempus concedat ad solutionem dotis.
- 50 Maritus an possit fructus pignoris lucrari, si promissor dotis dixerit, se pignus tradere pro securitate.
- 51 Utrum valeat renuntiare capiti Salubriter, de usur. & num. seq.
- 55 Solutio matrimonii an sit locus decisioni dicti capitis Salubriter, & num. seq.
- 58 Quid si pactum interveniat de fructibus non imputandis?
- 59 Quid de annua quantitate promissa, dum non solvitur dos.
- 60 Vidua secundò nubente, non recepta dote promissa an maritus valeat fructus pignoris lucrari?
- 61 Conjugibus per divortium separatis quando fructus imputentur in sortem ex pignore percepti.
- 62 Vidua potest stipulari ab herede viri annuam quantitatem, donec dotem restituat, ratione damni emergentis, vel lucri cessantis.
- 63 Vidua quando possit alimenta, vel annuam quantitatem exigere à mariti herede, dum dotem non solvit, cum seqq. & n. 72.
- 66 Vidua quæ censeatur pauper, ut ei alimenta debeantur, remissivè: & cui incumbat onus probandi paupertatem, vel divitias, ibid. Heredes mariti an solvendo statim mobilia dotis eximantur à solutione alimentorum? ibid.
- 67 Utrum possint interusurium detrahere, si ante annum pecuniam dotalem exsolverint?
- 68 Fructus mobiliū intra annum percepti cum alimentis viduæ exhibitis compensantur, & residuum an per heredes restituendum? & numer. 69.
- 70 Ex hereditate jacente alimenta præstanda sunt viduæ pauperi intra annum.
- 71 Statutum valet, quo viduæ certa tribuatur quantitas per mariti heredem solvenda, donec dos restituatur.
- 73 Quid in Hispania observetur de consuetudine?
- 74 Statutum, aut consuetudo an valeat, ut viduis annua quantitas præstetur donec solvatur dos, & num. 75.
- 76 Statutum, consuetudo, ac conventio valet, ut marito annua quantitas præstetur, donec solvatur dos promissa, & num. 77. & 78.
- 79 Jus lucrandi fructus ex pignore an maritus cedere possit, & num. seqq.
- 90 Feudi dominus si illud pignori acceperit, fructus non tenetur in sortem computare, & num. 91.
- 92 Limitatur, & num. 93. 94. & 95.
- 96 Ratio Hostiensis refellitur.
- 97 Alia ratio rejicitur.
- 98 Dominus proprietatis si à fructuario rem pignori capiat, fructus computat in sortem.
- 99 Dominus directi domini an fructus computet in sortem, si rem emphyteuticam pignori acceperit?
- 100 Hæresis est asseverare usuras licitè exerceri posse.
- 101 Usura omni jure vetatur.
- 102 Prohibetur jure divino legis Evangelicæ.
- 103 Et jure Pontificio.
- 104 Jure Civili qualiter usuræ permitterentur.

- 105 Usuræ Judæis jure Partitarum quondam permissæ.
- 106 Utrum Judæis in lege veteri liceret exteris fœnerari, & num. 107. & 108.
- 109 Ab hostibus usuras extorquere num liceat?
- 110 Pontifex usuras licitas reddere nequit, sicut nec in Jure divino dispensare.
- 111 An lex, vel statutum possit usum usurarum licitè, aut validè permittere?
- 112 Judæis non licet fœnerari.
- 113 Usuræ per Principes Christianos Judæis remitti nequeunt.
- 114 Usuræ ex ultima voluntate sustineri non debent.
- 115 Quando ex testamento redditi pecuniæ legatarius valeat exigere, de quo plures casus distinguntur, ad num. 123. & ulterius de eo agitur usque ad finem.

U Sura, verbum æquivocum multipliciter usurpatur. Primò pro usu cujusque rei: secundò pro augmento, seu accessione rei debitæ qualibet ex causa: tertio pro actu, & crimine fœnerandi: quarto pro lucro, quod mutui causâ percipitur. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 303. num. 1. 2. Sot. eod. tract. lib. 6. q. 1. vers. In capite, Leotard. de usur. quest. 1. num. 1. Welsch. in paratitl. ad tit. ff. de usur. Theat. vitæ humanæ verb. Usura, in princip. Fœnus pro usura in tertia, atque quarta acceptatione frequentissimo ponitur, ut sub. tit. de nautic. fœnor. ubi Cujac. & Theat. vit. hum. sup. Molin. num. 4. Joan. Bapt. Lup. de usur. §. 2. num. 2.

Ad Num. 1.

Hæc definitio solum convenit usuræ in quarto significato, de quo supra Molin. num. 5. 6. & observavimus inferius, num. 16. Sed eam quatenus crimen fœnerandi significat, D. Covar. definit n. 2. vers. Usura igitur: & vide quæ ibi adnotantur per me num. 14. 15.

Ibi: Nec esset bona definitio.

Verbum Furtum, simile est usuræ, quia nedum surripiendi scelus significat, ut in l. 1. §. Furtum, & alibi passim, ff. de furt. & rubric. Si famil. furt. feciff. dicat. sed & rem ipsam, quæ furtim aufertur, l. 4. ibi, Qui deprehensus est cum furto, ff. de furt. §. Oblatum, vers. Etiam prohibiti, ibi: Furtum querere, Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. Molin. n. 2. Leotard. ubi sup. Unde cum delictum furandi à re furtiva distinguatur, ut patet, definitio Consulti in d. l. 1. agentis de crimine, rei surreptæ adaptari nequibit, quamvis utrumque eodem significetur nomine. Res quidem furtiva nihil est aliud, nisi quod domino invito furandi affectu contrectatur.

Ad Num. 2.

Similiter hæresis & facinus contra Fidem Catholicam, & propositionem eidem adversam complectitur. Molin. num. 2. Azeved. in l. 1. num. 23. tit. 3. lib. 8. Recopil.

Hæresis crimen multifariam solet defini, ut videre licet apud Farin. de hæresi, q. 178. §. 1. à n. 3. Card. Lugo de virtut. Fid. disp. 20. sect. 1. num. 31. Cantera

Cantera *quest. criminal. tit. de tangentibus punit. delict. cap. 1. num. 1.* Theat. vitæ hum. verbo *Hæresis*, *vers. Præmissa etymologia, cum seqq.* Est igitur hæresis, *Error intellectus voluntarius contra aliquam Fidei veritatem, cum pertinacia assertus ab eo, qui Fidem recepit.* Hanc definitionem egregiè per singula verba differens, exponit Sanch. *in Decalog. lib. 2. cap. 7. per tot.* ejusque series habetur apud Theatrum vitæ humanæ, *vers. Facilis est.*

- 6 Licet quis adversus Fidem errorem pertinaciter sustineat, hæreticus non censebitur, nisi per Baptisma illam sit professus. Card. Lug. *sup. sect. 4. num. 138.* Sanch. *num. 1.* Farinac. *num. 16.* Wesembec. *in paratitl. ad tit. C. de hæretic. num. 4.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 33. cap. 4. num. 5.* Villadieg. *tract. cont. hæret. pravit. quest. 2. num. 2.* Peña *in not. ad Vignante tract. de hæretic. quest. 2. vers. Sed propriè,* Arnold. Albert. *de assert. Cathol. quest. 2. num. 1. & 2.* Azeved. *in l. 1. num. 14. tit. 3. lib. 8. Recop. ubi probatur.*
- 7 Unde catechumenus pœnis hæreticorum minimè subjacebit, etsi errores in Fidem pertinax amplectatur. Card. Lug. *num. 139.* Sanch. *num. 34.* Azeved. *num. 24.* apud quos de fictè, aut invalide baptizato; de infante baptizato, nunquam de rebus Fidei instructo; atque de eo qui dubitat, an Baptisma sulceperit.

Ibi: *Exigit profectò multa quidem.*

- 8 Ad crimen hæresis contrahendum plura ut concurrant desideratur, de quibus Card. Lug. *d. disput. 20. sect. 4. & 5.* Cardin. Tusch. *lit. H. conclus. 92.* Sanch. *d. cap. 7.* Jul. Clar. *§. Hæresis, num. 2.* Azeved. *sup. ex. num. 12.* Petr. Greg. *num. 5.* Theat. vitæ humanæ verbo *Hæresis, tit. Requisita ad hæresim.*

Ibi: *His accedit, quod hæreseos nomen.*

- 9 Vox hæresis unde deducta, ambigitur, ut constat ex Theat. vitæ hum. *verb. Hæresis, in princip.* ubi diversæ traduntur sententiæ: & omnia quam probavit lex *1. tit. 16. p. 7.* etymologiâ, communiter placet, hæresim dictam à Græca verbo *hairesis*, quod electionem sectæ, seu disciplinæ significat. Card. Lug. *sup. sect. 1. n. 2.* Card. Tusch. *num. 2.* Petr. Gregor. *n. 3.* Carrer. *tract. de hæretic. num. 5.* Farinac. *num. 41.* Azeved. *num. 1.* Cantera *num. 1.* Wesembec. *in paratitl. ad tit. C. de hæretic. in princip.* Ugolin. *de hæret. cap. 1.*
- 10 Quod quidem, verbum ex se indifferens est, sed apud nos Catholicæ Fidei professores nunquam in bonam partem usurpatur, semperque delictum, ac infamiam denotat; nam cum teneamur revelata à Deo, & per Ecclesiam ad credendum proposita firmiter amplecti, captivantes intellectum in obsequium Fidei, eumque subjicientes infalIBILIBUS Sedis Apostolicæ definitionibus, nobis non licet sectam ullam eligere, nec à veritate Fidei Catholicæ deviare: ideo apud nos hæresis, quatenus doctrinæ electionem significat, pro crimine omnium turpissimo accipitur. Observant Cardin. Lug. *ubi proximè,* Simanc. *de Catholic. institut. cap. 30. num. 1.* Farinac. *de hæresi, q. 178. §. 1. num. 43.* Theat. vitæ humanæ *sup. vers. Hæresis autem.*

D. de Faria Novæ addit. ad Covarr. Tom. II.

Verf. Hinc sanè deducitur.

Quis propriè, ac formaliter hæreticus censeatur, discas ex laudatis *sup. n. 8.* quibus adde Farinac. *d. n. 16.*

Ait Præses noster, *Qui hæresim pronuntiaverit, 12 vel asseruerit; & in hæresis definitione dicitur, Error assertus.* Unde colligitur, hæreticum non censeari qui errorem adversum Fidem mente pertinaciter conceperit; sed tamen hunc pœnam excommunicationis, & infamiæ incurrere, ac puniri posse, etsi jam errore rejecto, crimen per propriam confessionem detegatur, tenent Menoch. *de arbitr. casu 360. n. 7.* Roxas *de hæret. part. 1. d. num. 233.* ac est communis Jurisperitorum, teste Azeved. *in l. 1. n. 152. tit. 3. lib. 8. Recop.* Contrarium docent communiter Theologi, & ex nostris Tusch. *lit. H. concl. 92. n. 9.* Jul. Clar. *§. Hæresis, n. 23.* & alii apud Azeved. Quam sententiam tenendam, & in praxi servandam resolvit Peña *in addit. ad Roxas, sub n. 246.* Consulas Canteram fusè disputantem *in qq. crimin. tit. de quest. tang. punit. delict. cap. 1. ex n. 6.*

Ibi: *An si hæresim accipiamus.*

His convenit Theologorum distinctio inter hæresim formalem, & materialem: nam si propositio Fidei contraria ab homine Christiano pertinaciter errante scribatur, vel enunciatur, erit formalis; si verò per ignorantiam, aut inadvertentiam, erit materialis: quemadmodum si à Turca, vel alio infideli proferatur; aut si scripta, auctore ignoto, reperitur. Card. Lug. *d. disput. 20. sect. 1. n. 1.* Pater. Suar. *de Fide, disput. 19. sect. 2. n. 2.* Haud pauca de hæresi scitu peridigna petes à Theat. vitæ humanæ verbo *Hæresis.*

Verf. Usura igitur.

Usura pro crimine scenerandi accepta, est *Voluntas 14 capiendi ultra sortem, lucrum aliquod temporale, vi, & causâ mutui principaliter.* Hanc D. Covarruv. definitionem amplectuntur Azeved. *in l. 1. n. 11. tit. 6. lib. 8. Recop.* Cantera *qq. crim. sub tit. d. quest. tang. punit. delict. cap. 8. de furt. n. 51.* Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dubit. 3. n. 22.* Molina. *rod. tract. 2. dis. 303. n. 9.*

Verùm ea definitio, ut ait Lessius refertur ad 15 usuram, quæ in animo consistit; & ad peccatum, quod per solum consensum contrahitur, non tamen declarat essentiam usuræ, quatenus est crimen punibile pœnis in usurarios stabilitis, ad quod actus desideratur externus, cum cogitationis pœnam nullus sustineat, *l. cogitationis, de pen. Marecot. variar. lib. 2. cap. 133. num. 14.* de quo *sup. n. 12.* ubi de hæresi. Nèc furtum est voluntas contrectandi, sed ipsa contrectatio rei alienæ, domino invito. Quapropter ex Lessio, & Hostiensis *in Summ. tit. de usur, §. 1.* usura, prout delictum, ita congruè definiti poterit: *Mutuasio expressa, vel implicita pacto, aut intentione capiendi lucrum ratione mutui principaliter.* Alias definitiones refert Villal. *in Summ. tract. 22. diff. 2. n. 2.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 5. n. 2.*

Quamplurimi, tam ex nostris, quam ex Theologis videntur in æquivocum incidisse, quod D. Covarr. initio hujus capituli prænotavit, usuram definentes,

definientes, quod sit *Lucrum ex mutuo*, aut quod *accedit forti causâ mutui*; quia non explicant usuræ naturam, ut est illicita, ac criminosa negotiatio; sed commodum, ac lucrum, quod per illam capitur. Ita Tusch. *lit. V, concl. 336*. Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 2. num. 1*. Jul. Clar. *9. Usura, num. 1*. Leotard. *de usur. lib. 1. q. 1. n. 2*. Laur. de Rodolph. *eod. tract. in princ. n. 1*. Petr. Greg. *Syntagm. lib. 22. cap. 3. num. 2*. Theat. vitæ hum. *verbó Usura, in princ. Sot. de just. & jur. lib. 6. q. 1*.

Ibi: *Lucrum ideo diximus.*

- 17 Non est usura cum mutuuario pacisci, ut aliás debitum mutuanti persolvat, depositum reddat, ne injuriam inferat, & alia hujuscemodi in pactum deducere mutui causâ, quia lucrum non percipitur ex illo principaliter. Trullench. *ubi proximè*. Less. *dub. 3. n. 18*. Azeved. *in l. 1. n. 15. tit. 6. lib. 8. Recop. Molin. sup. n. 5. in fin. Sot. ubi proximè*.

Ibi: *Sicuti constat omnium ferè consensu.*

- 18 Conventio est usuraria, quâ mutuarius astringitur juris vinculo, & ex justitia simile beneficium mutuanti aliquando indigenti conferre; quia licet mutuum debeat fieri gratuitò, obligatio tamen ad mutuandum pretio æstimabilis existimatur, cum ad id nullus regulariter teneatur, Molin. *sup. tract. 2. disp. 308. n. 5*. Trullench. *d. c. 19. dub. 6. n. 1. in fin.* Licebit tamen etiam expressè inter contrahentes agi, ut mutuarius egenti in futurum creditori similiter subveniat ex gratitudine, & antidotali obligatione, ita ut in externo, nec in interno foro maneat astrictus. Imò si creditor agnoscat mutuarium ingratum, nec ab illo par beneficium sub necessitatis tempus reportaturum, poterit à mutuo abstinere, illud ut indigno deneigans postulanti. Ita Molin. præhabita disceptatione, *eod. disp. 308. n. 5. & per tot. Azev. d. l. 1. n. 16. Less. sup. d. c. 20. dub. 8. n. 56*. Trullench. *dub. 6. n. 2. Sot. d. lib. 6. q. 2. Villal. tract. 22. diff. 4.* & alii apud Dian. quem consulas *part. 1. tract. 8. resolut. 59. atque apud me variar. lib. 1. cap. 20. num. 38*.

- 19 Quid si ita aliquis pecuniam credat, ut mutuarius illi frumentum, aut oleum mutuo det statim? Hanc conventionem, modò magis non gravetur ex mutuacione frumenti, qui pecuniam desiderat, licitam opinantur Less. *d. dub. 8. n. 51*. Trullench. *ubi proximè, num. 1*. Molin. *num. 7*. Sot. *ubi proximè*, & alii quos refert Dian. *sup. resolut. 60.* qui contrâ sententiarum non oblitus, utramque sententiam probabilem reputat.

- 20 Utrum liceat mutui causâ convenire, ut mutuarius teneatur emere à creditore, ejus agrum colere justo pretio, aut triticum ad ipsius molendinum asportare molendum? quæstionis est. Et communiter placet, usurarium censerit tale pactum, si ex rigore justitiæ debitor obligetur; secus si ex gratitudine ad hæc mutuo invitetur, de quo Less. *de justit. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 8. num. 56*. Trullench. *in Decal. lib. 7. cap. 19. dub. 6. num. 2*. Villalob. *dict. tract. 22. diff. 4. num. 4*. Dian. *d. resolut. 59. in fin. Morl. Emp. Jur. part. 1. tit. de reb. cred. quæst. 25. num. 22*. Molin. *disp. 309. numer. 15. & disputat. 310. numer. 1*. Leotard. *de usur. quæst. 16. à num. 13*. Bolaños *comm. terrest. lib. 2. cap. 1. num. 7*. Sed si ex his pactioni-

bus nullum sentiat mutuarius incommodum; usura non erit peccatum grave, sed veniale duntaxat. Villalob. *num. 5*. Vide D. Covar. *cap. seq. n. 5. vers. Tertiò*.

Hic ad præmissa meminisse oportet, quod sub 21 SS. P. Innocentio VI. ad annum 1679. damnata est communis opinio, quæ docet usuram non committi, si quid ultra sortem mutui causâ exigatur, non ex justitia, sed ex gratitudine, ac benevolentia debitoris: quæ est quadragesima secunda inter propositiones reprobatae per Sacram Congregationem Sanctæ Inquisitionis.

Vers. *Hinc justissimè creditor.*

Licet creditori ratione lucri cessantis, aut dam- 22 ni emergentis quidquam ultra sortem exigere, nec lucrum dici potest quod præstatur pro satisfactio- ne jacturæ, quam ob carentiam creditæ pecuniæ mutuans patitur; atque ita hoc interesse definitur ut sit, *Quod accedit forti pro reparatione lucri cessantis, aut damni emergentis culpâ, dolo, vel causa debitoris*. Petr. Greg. *Syntagm. lib. 21. cap. 10. n. 3*. Ut autem hoc exigi jure possit, plura desiderantur, ut videre licet apud Barbof. *in collect. cap. Conquæstus, n. 7. de usur. Azeved. in l. 1. à n. 26. tit. 6. lib. 8. recop. Molin. sup. disputat. 316. Villalob. d. tract. 22. diff. 7. num. 4. & diff. 8. num. 6. cum seqq.* quibus concurrentibus justa æstimatio veri damni emergentis, aut lucri cessantis, absque usuræ scrupulo extra sortem percipitur, ut fatentur præter nuper laudatos ferè innumeri, quos recenset Barbofâ *ubi proximè*, Hermos. *in l. 10. gloss. 4. num. 1. tit. 1. p. 5.* illis jungas Greg. Lop. *in l. 31. gloss. 2. tit. 11. p. 5*. Trullench. *sup. d. lib. 7. cap. 19. dub. 8. n. 4. & dub. 9. n. 2. Diana p. 1. tract. 8. resolut. 19. Leotard. de usur. q. 71. n. 4. Cenc. de censib. q. 57. num. 1*.

Quamvis interesse ex interesse minimè debeat inter 23 eundem creditorem ac debitorem, Tondut. *qq. civil. c. 21. n. 10. Cenc. sup. q. 33. n. 8.* ubi plures, Hermos. cum aliis *d. gloss. 4. n. 280.* nihilominus si id transeat in sortem per novationem contractus, ejusdem interesse in posterum præstabitur. Tondut. *ex aliis q. 97. n. 7. Dian. part. 1. tract. 8. resolut. 19.* de quo latissime Hermosilla *ubi proximè*, & videas legem *13. tit. 18. lib. 5. Recop.* Et ut radicibus tractatum de interesse percellere valeas, sat erit evolvere quæ tradunt idem Hermosilla *d. gloss. 4. Molin. ex disp. 314. Leotard. q. 71. & 72.*

Ibi: *Diximus lucrum aliquid.*

Amicitia utrum in pactum deduci possit in mutuo? quæstionis est, cujus meminimus *in addit. var. lib. 1. cap. ult. n. 39.* ibi laudatos consulas, ac Trullench. *d. c. 19. dub. 1. n. 1. Molin. disp. 303. n. 5. Azeved. in d. l. 1. n. 32.* Sed non censetur usurarius, qui pecuniam credit homini munifico, & liberali erga amicos ea mente, ut contractâ per mutuam amicitiam, à mutuuario aliquid percipiat, etsi aliàs non foret mutuaturus. Trullench. *dub. 3. n. 2. Less. de justit. & jur. lib. 2. cap. 20. dubitat. 5. à numer. 37.* de quo cogitandum, ob notata *sup. numer. 21.*

Vers. *Ultimo loco proposuimus.*

Usura, nisi interveniat mutuum, saltem im- 25 plicitum, seu palliatum, non committitur. Trullench.

Trullench. *d. cap. 19. dub. 2. numer. 1.* Petr. Greg. *de usur. lib. 3. cap. 3. numer. 7.* Azeved. *supr. numer. 33.* Villalob. *d. tract. 22. diff. 2. num. 3.* Felician. *de censib. l. 1. cap. 5. num. 14.* Parlad. *quotidian. lib. 2. cap. 2. num. 7.* Tusch. *lit. V, concl. 337. numer. 26.* Carleval. *de judic. tit. 3. disp. 8. num. 101.* licet aliud fuisè tueatur Leotard. *d. q. 71. ex num. 6.*

26 Ex qua communi resolutione deducitur, ut extra mutuum liceat pro usu pecuniæ aliquid capere, veluti cum ad ostentationem, & pompam traditur per contractum locationis; Caroc. *de locat. rub. de location. veftigal. quæst. 17. tit. de reb. quæ usu consum. & rubric. de usur. q. 4. ex num. 2.* Villalob. *ubi proximè, Molin. disp. 303. num. 7.*

Ad Num. 3.

27 Gener, qui pro dote sibi promissa à focero rem fructiferam, ut fundum, in pignus accipit, fructus ex eo perceptos non tenetur in sortem computare; Molin. *disp. 331. numer. 1.* Trullench. *in Decaloc. lib. 7. cap. 19. dub. 14. numer. 6.* Villal. *in Sum. tom. 2. tract. 22. diff. 12. numer. 1.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 19. dub. 16. numer. 142.* Cujac. *in cap. 1. de feud. Merlin. de pignor. lib. 5. quæst. 45. numer. 40.* Leotard. *de usur. qu. 28. numer. 39.* Gait. *de credit. cap. 4. numer. 1034.* quamplures apud Barbosa, *in collect. cap. Salubriter, numer. 1. de usur. ac Hermos. in l. 10. gloss. 4. num. 149. tit. 1. p. 5.* quod speciale est, cum regulariter omnis creditor fructus pignoris lucrari prohibeatur, alioqui reus usuræ censetur, ut late per Merlin. *lib. 5. d. qu. 45. numer. 1.* Leotard. *sup. q. 11. numer. 1.* Molin. *disp. 535. numer. 2.* Pacific. *de Salvian. interd. inspect. 4. cap. 1. numer. 46.* Greg. Lopez *in l. 2. gloss. 4. tit. 13. p. 5.* Cened. *ad Decret. collect. 6. numer. 1.* Barbosa, *in collect. cap. Cum contrà, numer. 3. de pignor. ubi probatur, & in d. l. partit. l. 1. & 2. C. de usur. Quæ imputatio in sortis diminutionem, seu extinctionem, ac pignoris liberationem ipso jure contingit, & operatur, l. 1. de distract. pignor. Merlin. *sup. numer. 3.* Sed hoc ita de fructibus consumptis sub solutionis tempus; nam extantes unà cum re oppignorata restitui debent. Greg. Lopez, & Molin. *ubi proximè, Merlin. num. 18.* Leotard. *ex c. 37.* Imò si fructus ejus sint naturæ: ut in tempus solutionis possint illæsi servari, ipsos consumere creditori non licet; Gregor. Lop. ac Molina *ibidem.**

28 Consequenter inspiciendum occurrit utrum permittatur marito usus rei infructiferæ, quam pignori accepit, ampliata decisione dicti capituli *Salubriter*? Et certi juris est hoc cuius creditori interdictum esse, qui si invito debitore utatur pignore, furti tenetur, *l. 3. tit. 14. p. 7. l. Si pignore 56. de furt. §. Furti autem, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Tusch. lit. F, conclus. 553. num. 6.* Molin. *ubi proximè, num. 1.* sin autem ex pacto, reus erit usuræ, Molin. *ibidem, Leotard. d. q. 11. n. 7.*

29 Verumtamen in marito aliud videtur dicendum, quia si pignora acceperit, quæ valeant ad onera matrimonii sublevanda deservire, ut servos, domum, supellectilem, ac similia, eis uti licebit: tum propter rationis identitatem, quæ in fructibus lucrands reperitur. Nec interest quod constitutio Pontificis exorbitans censeatur; nam & in his ex paritate rationis locus ampliacioni dabitur in causa favorabili, qualis ea est, in qua versamur, sicut observavimus *addit. variar. libr. 2. cap. 5. num. 44.* Tum etiam quia non debet cui plus licet, quod minus est non licere, *l. non debet 23.*

de reg. jur. ubi Rævard. Barbosa axiom. 180. numer. 2. Et cum marito fructus pignoris concedantur, quod plus est; usus, quod est minus, denegari nequit, modò pignoris substantia semper illibata persistat; nam si per usum res deterior redderetur, aut periret, ut vestes, uti illis maritus non poterit.

Item quæritur, utrum jus percipiendi sibi fructus ex pignore valeat maritus in alium transferre, veluti si pignus pignori dederit creditori? De quo late Hermos. *in l. 10. glossa 4. ex num. 177. tit. 3. p. 5.* Leotard. *de usur. qu. 29. num. 16. cum seqq.* Laurent. de Rodolph. *eodem tractat. vers. Sed quero quinquagesimo quarto,* qui resolvit, quod si maritus expressè fundum tradat pignorum cum jure omni quod sibi in illo competit, tunc creditor fructus præcipuos habeat, aliàs ipsos in sortem imputabit.

Hæc sanè distinctio tuta non est, nam etsi maritus jus lucrandi fructus cesserit mutuanti, hic tamen absque usuræ labe illos ultra sortem percipere nequibit, cum onera matrimonii non portet, quæ penes cedentem mutuatarium resident, nisi ex mutuo senserit jacturam, quæ debeat resarciri: quod animadvertunt Molin. *supr. disp. 321. numer. 16. vers. Hinc intelligis, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. num. 13. vers. Secundo non habet, Leotard. d. q. 29. numer. 17. & 26.* Supposito igitur, quod creditor fructus tenetur in sortem imputare, inquirere restat, num ad maritum, vel ad fundi dominum, qui dotem promissit, spectent? Et ita distinguendum existimo: si maritus simul sub pignore integram quantitatem dotis accipiat, ex cujus fructibus possit onera matrimonii supportare, cessat Pontificiæ constitutionis ratio, nec ulla reddi poterit, ut præter sortem fructus pignoris percipiat, nisi fortè sub usuris mutuum acceperit, aut nomine interesse aliquid solverit creditori, quod ex fructibus usque ad concurrentem quantitatem resarciri debet; nihil enim refert an pecunia dotalis à promissore, vel à tertio numeretur, modò maritus eam præ manibus habeat, ut illa utatur ad negotiationem, vel alium acquirendi modum.

Si verò totam pecuniam dotis maritus, ut dictum est non perceperit à mutuante, sed quantitatem aliquam sub pignore ad sumptus matrimonii, jure fructus sibi percipiet, cum ex redditibus patris non valeat onera conjugii sustinere, cum frequenter totius dotis fructus ad ea non sufficiant, ut inquit Pontifex: imò in ipsis sustinendis paulatim absumeretur capitale dotis, si per partes mutuo acciperetur. Quoties igitur integra dos ad manus mariti non pervenerit, ut onera matrimonii valeat supportare, licitè fructus pignoris lucrabitur, etsi tertius, qui mutuavit, ipsos percipiat.

Ibi: Ex his verò quidam.

Verus intellectus ad dictum caput *Salubriter*, hic traditur; nam communiter sentiunt Interpretes, marito fructus pignoris cedere propter onera matrimonii, quæ supportat antequam dotem capiat: in quo consideratur damnum emergens, cum de propria substantia sumptus faciat; & lucrum cessans, quia caret dotis redditibus, quos percipere posset: nec desideratur, quod maritus probet, ut cæteri creditores, aliud damnum sibi contigit, aut occasionem lucrandi amissam ex

defectu pecuniæ dotalis, nec quod sit solitus negotiari ut expressum adnotant Franc. Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quest. 39. numer. 12.* Barbosa *collect. cap. Salubriter, numer. 5. de usur. Molin. de just. & jur. disp. 321. num. 12.* Villalob. *in Sum. part. 2. tract. 22. diff. 12. num. 1.* Trullench. *in Decal. lib. 7. cap. 19. dub. 14. numer. 6.* Less. *de justit. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 16. numer. 142.* Leotard. egregiè probans *de usur. quest. 23. numer. 70. cum seqq.* ubi de usuris dotalibus agit. Sed aliud placet D. Covarruv. *Vide inf. num. 39.*

Ibi: *Ego sanè non inficior.*

- 34 Obicit D. Præses, quod si maritus statim dotem reciperet, onera matrimonii sustinere teneretur ex ipsa, unde videretur nullum sentire gravamen, quia dum de proprio patrimonio sumptus facit, dotem servat illibatam, quæ etiam considerat Sigismund. Scacc. *de commerc. §. 1. gloss. 7. ampliat. 8. numer. 176.* atque ita fructus pignoris ultra sortem lucrari nequibit, nisi aliunde jacturam patiatur damni emergentis, vel lucri cessantis. Pro cujus solutione consulatur Leotard. *numer. 72.* & Molina *ubi proximè.* Ex quibus dicendum, quod cum maritus non astringatur ad onera matrimonii ante dotem traditam, licitè exigit compensationem pro gravamine, quod anticipatè in se suscipit, quod posset evitare differens nuptias in tempus solutæ dotis; & cum fructus hac ratione percipiat, nullum adest usuræ veltigium, quæ non committitur, nisi quando causâ mutui principaliter quidquam extra sortem lucratur creditor, ut ex definitione jam traditaprehenditur.
- 35 Quod ita verum est, ut procedat etiam in usuris dotis, quas maritus exigere valet post moram promissoris ratione onerum matrimonii, quæ supportat, etsi nec aliud damnum emergens, aut lucrum cessans probetur, ut pluribus laudatis, adversus Scacciam probat Leotard. *d. q. 28. ex numer. 69.*

Verf. Quamobrem verius.

- 37 Interpretationem præmissam *sup. numer. 34.* non probat D. Covarruv. docens, maritum non lucraturum fructus pignoris ex eo solum quod onera matrimonii supportet; sed desiderari, ut ob pecuniæ dotalis carentiam aut damnum aliud senserit, aut lucrum non perceperit, quod posset capere. Quam sententiam, aliquis referens, magis communem dixit Villalob. *ubi proximè* (quod inficiamur.) Sed nimis restringitur Pontificis decretum, in quo nulla fit mentio interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, sed onerum matrimonii. Vide Molin. *disp. 321. num. 3.*

Verf. Hinc primò apparet.

- 38 Quamquam specialis obligatio in parentibus resideat ad contribuendum pro oneribus matrimonii, donec exsolvant dotem, quia filias alere tenentur, Leotard. *d. q. 28. numer. 45.* ratio tamen dicti capituli *Salubriter*, æquè convenit cuilibet extraneo dotis promissori, quem Pontifex mente comprehendit, tamen si verba ad socerum retulit, eo quod regulariter parentes filiabus dotem præstare solent. Ita tenent Molin. *disput. 321. nu. 10.* Barbosa *in collect. d. cap. Salubriter, numer. 4.* Leo-

tard. *numer. 45. & 46.* Less. *ubi sup.* Trullench. *d. dub. 14. numer. 6.* Hermosil. *cum aliis in l. 10. gloss. 4. num. 151. tit. 1. p. 5.* Sed aliud sentire D. Covarruv. constat ex traditis per ipsum infra, *hoc num. 3. verf. Cæterùm plura alia*, quem refert, ac refutat Mol. *n. 5.*

Sed ut mens nostri Præsidis patefiat, de qua 39 posset merito dubitari, perpensis quæ docet *sub verf. Quamobrem, verf. Hinc primo apparet, & verf. Cæterùm plura alia*, ita dictum caput *Salubriter*, interpretatur, ut si socer dotem promiserit, genero liceat lucrari fructus pignoris ex eo duntaxat, quod sustinet onera matrimonii, ex rationibus quas ex Fortunio D. Covarruv. deduxit. At si extraneus ad dotem tradendam se astringerit, maritus ut fructus pignoris non imputet in sortem, opus est non solum quod onera matrimonii supportet, sed etiam ut alias senserit detrimentum lucri cessantis, aut damni emergentis, quia dotali carebat pecuniâ. Pro qua distinctione observare oportet verba D. Præsidis, *verf. Cæterùm*, ubi amplectitur Fortunii sententiam aiens: *Et profectò mihi quantum ad generum, & socerum maximè placet.*

Verf. Secundò constat.

Juxta opinionem, quæ verior videtur, traditam 40 *sup. num. 34.* speciale est favore dotis, ac status conjugalis ut maritus absque aliqua conventione lucraretur fructus pignoris intuitu onerum matrimonii intra tempus ad solutionem dotis præfinitum: quod aliis creditoribus regulariter prohibetur, de quo fusiè Molin. *de disp. 321. à numer. 3.* & ita est tenendum cum plerisque, licet idem Molina *num. 8. & 9.* nitatur probare, nihil speciale dotis favore constitui *in d. cap. Salubriter*, cui accedit Less. *sup. num. 141.* adversus quos disputare non vacat.

Verf. Tertio probatur ex his.

D. Covarruv. juxta propriam opinionem, quam 41 expressit *sub. verf. Quamobrem*, resolvit marito non cedere fructus pignoris, qui excefferint interesse lucri cessantis, & damni emergentis. Cæterùm admissâ contrariâ, quam tradidimus *sup. num. 34.* triplex reperitur sententia. Prima habet, maritum quotquot fructus perceperit, indistinctè lucrari. Secunda, eos fructus illi duntaxat quæri, qui ad sumptus matrimonii sunt necessarii, reliquos domino fundi, debitori restituendos. Tertia distinguit inter modicum excessum, & immodicum, in hoc fiat restitutio, ac cesset in illo, ut videre est apud Hermosil. *d. gloss. 4. numer. 152.* ubi quamplures congerit, Anton. Gomez. *in l. 50. Taur. num. 30.* Leotard. *d. q. 28. numer. 63. cum seqq.* Castill. *controv. lib. 3. cap. 23. à numer. 19.* Trullench. *in Decal. lib. 7. cap. 19. dub. 14. numer. 6.* Villalob. *Sum. tom. 2. tract. 22. diff. 12. numer. 2.* Trentacinq. *sup. d. lib. 3. titul. de pignor. resoluz. 2. numer. 13. verf. Tertio habet locum*, Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 15. à numer. 3.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 6. num. 1. verf. Secundò infertur.* D. Covarr. *inf. num. 4.*

In quo opinionum conflictu adnotare placet, 42 summa æquitate niti, ac juri consonare, ne maritus cogatur fructus restituere, qui deductis sumptibus matrimonii supersunt, si modicus sit excessus. Tum quia se exposuit periculo sterilitatis, & sustinendi ex proprio patrimonio onera conjugii: tum quoniam curam, & culturam adhibuit,

adhibuit, propter quam alias solent fructus concedi percipienti, §. *Si quis à non domino*, *Inst. de rer. division.* & in hoc conveniunt Interpretes, qui primam & tertiam amplectuntur sententiam. Quando autem excessus reputetur modicus, à iudicis pendet arbitrio; Menoch. *de arbitrar. cas.* 154. num. 4.

43 Ubi verò quantitas exigua non est, quam maritus retinet ex fructibus præter sumptus matrimonii, ita videtur distinguendum. Aut excessus provenit ex qualitate & natura fundi, aut per accidens insolito eventu, seu singulari industria mariti. Illo casu locus erit restitutioni lucris: hoc denegabitur. Quæ distinctio ut enucleetur, scire oportet in hoc iudicio inspiciendum esse non quot fructus perceperit, sed quot in singulos annos fundus reddere soleat: unde si fundus mille aureos quotannis in fructibus regulariter reddat, & totidem, paulò plus, misusve ad onera matrimonii opus sint, nil maritus restituere compelletur, etsi propter insolitam ubertatem, aut exorbitans pretium fructuum maritus ultra sumptus matrimonii ingentem summam superlucratum sit. Ratio est, quia incrementum accidentale tribui debet culturæ, industriæ, ac felicitati contentis, non fundi qualitati: nec cum in pignus fixi traditus, aliquis excessus considerari potuit. Et quemadmodum si casus sterilitatis contingeret, aut pretium commune decrederet, maritus detrimentum experiretur, nec regressum haberet adversus dotis promissorem ad onera conjugalia supportanda: ita & commodum fertilitatis, & augmenti reportare debet, ex naturali ratione legis *Secundum naturam* 10. *de reg. jur.*

44 Sed si ex fundi oppignorati fructibus regulariter quotannis quingenti supra mille aurei percipiuntur, atque ad onera matrimonii mille sufficiunt, tunc quidem excessus penes maritum existens veniet restituendus, quoniam nulla ratione retinere valet, quod supra sumptus matrimonii percepit non ex prospera fortuna, aut singulari industria, sed ex qualitate pignoris, & amplitudine, nullatenus jure permitte, ac voluntate domini refragante, quia credibile non est, quod vellet adeo excessivam quantitatem ultra sumptus matrimonii condonare, argumento legis *Cum de indebito* 25. *de probat.* Leotard. *de usur.* q. 28. num. 67. Nec lucrum istud marito cedit propter periculum, cui se exponit, sterilitatis, sicut nuper assertum est in præcedenti casu; sed ibi datur paritas inter augmentum, ac diminutionem fructuum, cum utrumque ex accidenti & raro contingat, ideò admittitur compensatio: hic excessus, ac commodum est quasi certum, ac regulare ex qualitate fundi; incommodum verò tantæ sterilitatis, ut fructus ad onera matrimonii non sufficiant, insolitum; unde ob istius detrimenti periculum remotum, non est marito remittendus excessus fructuum perceptorum, quos fundus ferè semper naturaliter producere solet. His conciliantur sententiæ de quibus *sup. num.* 41.

45 Rogabis; utrum gener qui pignus frugiferum accepit, possit exigere præter fructus pignoris interesse lucris cessantis, aut damni emergentis? Affirmant Molin. *de just. & jur. disp.* 321. num. 12. Less. *eod. tract. lib. 2. cap. 20. num.* 141. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst.* 42. num. 9. Quod ita accipi oportet, ut maritus non capiat in solidum & fructus pignoris, & interesse; sed quoad excessum, v. g. si maritus ex industria lucraturus

esset pecuniâ dotali quingenta, ex fructibus quadringenta perciperet, ad centum agere poterit. Hoc si ab initio de interesse convenerit solvendo, aut ex mora debitoris, sicut in quovis creditore contingit.

Verf. Quartò hinc poterit.

46 Marito licet de certa quantitate annua præstanda pacisci, donec dos promissa exsolvatur. Ant. Gorn. *in l. 50. Taur. n. 30.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 5. num.* 6. Leotard. *sup. q. 28. num.* 41. Fachin. *controv. lib. 2. cap. 32. verf. Ad quartum*, Cancr. *variar. part. 3. cap. 7. num.* 58. Cujac. *lib. 35. Pauli ad edict. in l. 12. §. 1. de pact. dotal.* Villalob. *Sum. part. 2. tract. 22. diff. 12. n. 4.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 14. num.* 9. Less. *ubi sup. num.* 142. Molin. *num.* 17. & alii per plures apud Barbof. *in collect. d. cap. Salubriter, n. 3.* & Hermos. *in l. 10. gloss. 4. num.* 150. *tit. 1. p. 5.* Trentacinq. *var. lib. 3. resol. 6. n. 1. tit. de jur. dot.*

47 Illud quæstionis est, an hujusmodi quantitas licite exigi queat, quatenus excedit onera matrimonii? Affirmativam sustinent haud pauci, ut Avendañ. *de censib. cap. 10. num.* 9. 10. Felician. *eod. tract. lib. 2. cap. 5. num.* 20. Fontanel. *de pact. nupt. claus. 8. gloss. 2. part. 2. nu.* 5. Valasc. *consult. 8. num.* 3. Contrarium fusè probat Leotard. *d. q. 28. ex num.* 62. resolvens quantitatem commensurandam esse sumptibus matrimonii, ita ut non excedat id quod verosimiliter juxta conjugum qualitatem maritus ad onera matrimonii sit expensurus. Trentacinq. *ubi proximè, verf. Secunda conclusio circa.*

48 Quam sententiam idem Leotardus, n. 66. limitat si modicus reperitur excessus. Præterea debet limitari in marito industrio, ac solito negotiari, qui convenire poterit de quantitate, quæ respondeat præter onera matrimonii interesse lucris cessantis, secundum tradita *sup. num.* 45. Observandum est, quod si juxta quantitas deducatur in pactum pro oneribus matrimonii annuatim solvenda, non tenebitur maritus ad restitutionem, etsi minus impenderit; quia hoc lucrum provenire potest ex parsimonia, & aliis accidentibus, quibus sumptus matrimonii augeri, aut minui solent; & si fortè plus aliquid ultra quantitatem conventam expenderet, hanc jacturam sentire, quam promissor dotis resarcire minimè cogeretur: atque ita commodum cum incommodo compensatur, ut retentio ejus, quod superest, permittatur, & liceat, ex regula legis *Secundum naturam* 10. *de reg. jur.*

Verf. Quintò eodem jure constat.

49 Maritò permittitur aut fructus pignoris lucrari, aut de certa quantitate quotannis solvenda pacisci, quando dos promissa non tradatur, quamquam tempus concedat ad solutionem. Barbofa *d. collect. num.* 11. Viv. *decif.* 424. num. 11. ubi alii, Trullench. *sup. d. cap. 19. dub. 14. num.* 7. latè Cancr. *d. cap. 7. d. num.* 58. Pacian. *disceptat. cap.* 143. num. 13. Hermos. *ex multis d. gloss. 4. n.* 206. & ita tenendum, etsi non pauci dissentiant, ut videre est apud Molin. *d. disp.* 321. num. 14. 15. Less. *sup. cap. 20. num.* 142. Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. num.* 13. *verf. quartò*, & *d. resol. 6. num. verf. Hæc quæstio*, ubi limitat si ex intervallo pecuniæ promissio fiat.

Adeò

50 Adeo præfata communis resolutio procedit, ut quamvis dum pignus traditur, dotis promissor exprimat, id pro securitate præstare, non teneatur maritus in sortem fructus imputare, sed desideratur quod ita inter contrahentes actum constet, ut locus non sit dicto capiti *Salubriter*, ut sentit Trullench. num. 7. ibi: *Intellige, si socer dicat, se tantum tradere pignus in dotis securitatem, & gener consensuat.*

51 Imò non temerè asseverari posset, quod maritus non valet renunciare constitutioni dicti capitis *Salubriter*, ut fructus pignoris imputentur in dotem; quia maritus proprio consensu poterit se astringere ad traditionem, seu restitutionem fructuum, quos sibi licet retinere, favori suo renunciando, quod cuique permittitur, *l. Si quis in conscribendo 29. C. de pact.* cum similibus, quas congeffit Barbosa *axiom. 96. num. 2.* At renunciare nequit ei quod favore dotium, ac status conjugalis inductum agnoscitur, ne scilicet fructus pignoris imputentur in sortem; hinc enim eveniret, ut dos tota periret, aut saltem diminuta traderetur, ex qua fructus sufficientes ad onera conjugii non perciperentur, cum frequenter fructus pignoris ad onera matrimonii non sufficiant, ut ait textus, ac si diceret, si integræ dotis fructus non sunt satis pro expensis matrimonii, multò minùs sufficient, si fructus percepti ex pignore imputentur in illam, quia jure ipso decreveret, ut prænotatur *sup. num. 27.* & hæc fuit præcipua, & primaria ratio illius decisionis, quæ salubris dicitur, quoniam prospexit dotibus, & publicæ utilitati, quæ in earum conservatione versatur, *l. 2. de jur. dot.* Less. in *specie de just. & jur. lib. 2. cap. 20. num. 142. in fin.* uxori, liberis, & familiæ, qui ex ipsarum fructibus ali debent, quibus officere non poterit maritus, cum alteri per alterum iniqua conditio inferri non debeat, *cap. Non debet 22. de reg. jur. in 6. l. Non debet 75. ff. cod. tit.* Barbosa *axiom. 22. num. 4.* quibus adstipulatur, Cujac. *lib. 35. Pauli ad edict. in l. 12. §. 1. de pact. dotal.* generaliter docens, pacta quibus dotium conditio deterior fiat, jure non subsistere.

52 Consequenter autem, ac secundariò eadem canonica constitutio consuluit marito, ut propter onera matrimonii fructus ex pignore, dum dos non traditur, lucraretur, quos si ipse ex pacto, aut quia onera conjugii sustinere renuit, vel alia ex causa restituere teneatur, id ex propriis bonis facere debet absque imputatione, ac dotis detrimento, quæ illibata persistere debet, ut fructus reddat pro sumptibus conjugii, ad quod fuit constituta, *l. Pro oneribus 20. C. de jur. dot.*

53 Sed opponet aliquis, nihil interesse quoad effectum, fructus in dotem imputari, vel maritum ad eorum teneri restitutionem; nam si bonis affluat, ex illis redintegrabit quod doti detractum fuerit pro fructibus perceptis ex pignore, atque ita integra subsistet, ut expensis matrimonii fructificet: sin autem egestate laboret, etsi à promissore quantitatem conventam accipiat, deinde ab illo conventus, cum aliunde non habeat, ex ipsa dote æstimationem fructuum, quos perceperit, reddere compelletur. Hæc licet ita sint, inficiari non potest, quin mulieris intersit & dotis, ne in istam fructus pignoris imputentur; nam si mulier agnoscat ex dote fructuum æstimationem esse restituendam propter inopiam mariti, juvabitur remedio legis *Ubi adhuc 29. C. de jur. dot.*

ut pecunia dotalis utiliter collocata reddat ad onera matrimonii: cui locus non foret admittenda imputatione, per quam dos ipso jure minueretur, ut præmissum est.

Ad hæc si maritus inops decederet ante dotem traditam, perceptis fructibus ex pignore, mulier integram dotem à debitore exigere poterit, quod secus erit, si imputarentur in illam; nam mulier tantum de dote amitteret, quantum maritus ex fructibus percepit: imò licet maritus dives moreretur, tamen cesset dotis jactura, mulier ob imputationem gravaretur, recipiens partem dotis à promissore, & partem ab hæredibus defuncti viri pro fructibus perceptis; & consequenter duplici experiretur judicio, quod foeminis, præsertim viduis onerosum existimatur, *l. unic. C. quando Imper. int. pup.* ubi notant Interpretes. Hæc dixisse sufficiat, ut probabile censeatur, non posse maritum, nec tacitè, nec expressim renunciare constitutioni capitis *Salubriter*, quatenus respicit favorem status conjugalis, uxoris, ac dotis.

Verf. Sextò hinc etiam.

Solutio matrimonii, nullus est locus decisioni dicti capitis *Salubriter*, ut sentiunt plurimi statim recensendi, ex quibus Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 322. n. 1. & 2.* triplicem casum distinxit. Primus cum mulier decedit, relicta prole apud maritum, antequam dos promissa numeretur; & tunc fructus pignoris in sortem imputandos esse verius est, ut tenent Molin. *num. 1. Gratian. discept. cap. 427. ex num. 4. & in append. ad idem caput*, Fontanel. *de pact. nuptial. claus. 6. gloss. 2. part. 1. num. 28.* Barbosa *collect. d. cap. Salubriter, num. 8.* Villalob. *Sum. part. 2. tract. 22. diff. 12. num. 6.* Hermos. *in l. 10. gloss. 4. num. 166. tit. 1. p. 5.* & alii apud ipsum, Barbof. & Leotard. *de usur. q. 30. num. 17.* qui tamen contrarium pro viribus tenent *ex num. 19.* cui accessit Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 14. num. 11.* præter nonnullos, quos Leotardus, Barbosa, ac Hermos. *num. 167.* referunt. Ratio potissima prioris sententiæ illa redditur, quia mortua uxore, pecunia promissa definit esse dos, cui principaliter Pontificis decretum prospexit; fitque patrimonium liberorum, cui tale jus lucrandi fructus pignoris non reperitur concessum, & sic generaliter tenet Trentacinq. *d. tit. de jur. dot. resol. 6. n. 2.*

Secundus est casus, si maritus obeat priusquam dotem acceperit, pignore penes viduam existente liberis etiam onerata. Et tunc cessare dispositionem dicti capitis *Salubriter*, sustinent Molin. *sup. num. 1. verf. Observa tamen*, Barbosa cum pluribus *ubi proximè*, Hermos. *num. 164.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. num. 143.* Trullench. *sup. num. 10.* Villalob. *num. 7.* quicquid contra scripserit Leotard. *num. 30.* alios laudans, quibus obstat, quod extincto matrimonio, favor conjugalis status evanescit, nec militat ratio conservandæ dotis integræ, ut ad onera matrimonii sufficienter fructificet.

Ultimus casus constituitur ubi maritus recepta dote migrat è vivis, & vidua ab illius hæredibus rem fructiferam pignori capit, dum dos non restituitur. Et tunc fructus in sortem imputandos esse resolvunt nuper laudati, quibus jungendus Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. num. 14.* sed ab his dissentiunt Leotard. *num. 49.*
Arias

Arias de Mesa cum pluribus *variar. lib. I. cap. 18. num. 6.*

58 Quæ negativa resolutio ad tres casus præcedentes procedit, quamvis convenerit expressim, ut soluto matrimonio fructus non computentur in sortem; nam ut pactio usuraria non sustinebitur. *Barb. sup. n. 9. versic. Declara etiam.*

59 Idem quod de fructibus pignoris assertum relinquatur, procedit de annua quantitate præstanda, si convenerit; nam hæc, matrimonio soluto, exigere non poterit, donec dos persolvatur, nisi ratione damni emergentis, aut lucri cessantis, ut ex præcitat. DD. facillè deducitur.

60 Est animadvertendum, quod etsi viduæ non liceat fructus pignoris sibi percipere, ut ostendimus; si tamen secundò nupserit, jus extinctum reviviscet, ut maritus fructus in sortem imputare non teneatur, *Leotard. d. quest. 30. nu. 60. Trentacinq. sup. num. 15.* quod ex Vincentio Herculano restringit quoad illos, qui dotare tenentur, ut pater, aut alius dotis debitor: secùs si primi viri hæredes viduæ pignori fundum tradiderint, dum dotem non exsolvant, juxta casum, de quo *sup. num. 57.* Hoc autem discrimen non admittendum arbitror, si hæredes interpellati post secundas nuptias, dotem exhibere protelarent; tunc quidem quasi ex nova conventionem pignus relictum censetur, ut ex ejus fructibus onera matrimonii supportentur.

61 An conjugibus per divortium separatis, fructus pignoris in dotem debeant imputari, controversatur. Et placet, non esse imputandos, si maritus onera matrimonii sustineat, exhibens alimenta uxori seorsim habitanti. *Hermos. cum pluribus d. gloss. 4. num. 169.* alioquin cessabit dicti capituli *Salubriter* dispositio, ejusdem ratione explosa,

Ibi: Sed profectio ratione.

62 Vidua ex quo dotem exigere à viri hæredibus potest, jure paciscitur cum illis ut pro interesse damni emergentis, aut lucri cessantis certam quantitatem quotannis exsolvant donec dotem restituant. *Molin. disp. 322. num. 6. Villalob. sup. diffic. 12. nu. 7. Trentacinq. d. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 6. nu. 5. Aug. Barbos. cum aliis collect. cap. Salubriter, n. 9. de usur. Leotard. n. 55.* nam hoc interesse mulieri deberi ob retardatam dotis restitutionem, sentiunt communiter omnes, ut *Surd. de aliment. tit. I. q. 45. nu. 28. D. Covarr. infr. hoc lib. cap. 4. nu. 5. vers. Septimò inspecta ratione. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. quest. 7. num. 35. Leotard. de usur. quest. 30. nu. 34. Gratian. disceptat. cap. 240. n. 6. Amat. var. resol. 49. num. 96.* Cumque aliis creditoribus liceat loco interesse certam annuam summam stipulari juxta regionis consuetudinem commensuratam, ut cum plurimis tradit *Hermos. in l. 10. gloss. 4. nu. 302. & 306. tit. 1. part. 5.* id non erit viduis denegandum, imò facilius concedendum, quas speciali favore jura prosequuntur. Verùm in hujusmodi interesse computandi non sunt sumptus alimentorum ipsius viduæ, liberorum, ac familiæ, ut *sub hoc vers. D. Covar. nos docuit;* sed illud tantum, quod ex dotali pecunia utiliter collocata percipi posset.

Ibi: Quod si vidua non habeat.

63 Remoto interesse lucri cessantis, & damni emergentis, quæritur an liceat viduæ aliquid alimentum. *D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.*

torum nomine percipere à mariti hæredibus dum dos non restituitur? Et quidem si illa habuerit unde se alere valeat, negativè resolvitur: sin verò egestate laboret, distinguitur tempus; nam infra annum luctus, quo mobilia dotalia repetere prohibetur; exigere alimenta à mariti hæredibus permittitur, aut de certa quantitate pro illis convenire; postea verò jam anno præterito, cessat alimentorum hujusmodi præstatio. Ita *D. Covarr. hic*, quem communiter sectantur Interpretes, ut *Greg. Lop. in l. 31. gloss. 3. tit. II. p. 4. Surd. de alim. tit. I. q. 44. & 45. Amat. d. resol. 49. nu. 53. Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 48. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 322. num. 5. & 6. Marescot. variar. lib. 2. cap. 83. num. 42. Hermos. in l. 10. gloss. 4. ex nu. 212. tit. I. p. 5. Leotard. d. q. 30. nu. 33. cum seqq. Quesada variar. jur. qq. cap. 25. Matienz. in l. 3. gloss. 2. ex num. 19. tit. I. lib. 5. Recop. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 6. à num. 3. Petr. Barbosa in l. 2. p. I. nu. 16. ff. solut. matrim. Merlin. de pign. lib. 3. q. 51. nu. 37.* apud quos, maximè *Amatum, Surdum, ac Hermosillam, & scribentium copiam, & plura quæ hic desiderantur, reperies.*

Ex prælaudatis *Leotardus* adversum communem à *D. Covar. hic* dissentire proficitur, fusè probans, tum etiam viduæ diviti alimenta esse præstanda, tum teneri hæredes mariti ad alendam viduam adhuc post annum luctus, quandiu dotem non reddiderint. Attamen à communi discedere tutum non est, quæ retenta restringitur, cum mulier elapso anno, quam potuit diligentiam adhibens, nequivit è manibus hæredum dotem reportare; quia si viduæ egenæ debentur alimenta infra annale tempus, quo jure permitte dotalia mobilia retinent hæredes; cur post annum deneganda, si dotem ob contumaciam, & iniquitatem non restituerint? *Surd. sub. q. 45. nu. 26. Trentacinq. nu. 4. Amat. nu. 94. Hermos. nu. 218. Leotard. ex nu. 40. Merlin. sup. nu. 38. Marescot. variar. lib. 2. cap. 83. nu. 46. August. Barbos. sup.*

Aliquando tamen *Leotardi* sententia obtinebit, cum scilicet dos constet ex rebus, in quibus mutuum consistere nequit, ut servis, pecoribus, suppellectile: tunc quidem absque usuræ, aut injustitiæ periculo fas erit viduæ post annum luctus annuum exigere quantitatem, ac de illa convenire donec recipiat dotem, pro usu & fructibus rerum dotalium.

Quando vidua inops censeatur, ut alimenta consequi valeat infra luctus annum, tradit late *Amat. ex nu. 55. & an viduæ paupertatem, vel hæredibus viri divitias probare incumbat, à num. 59.* Causas ex quibus hæredes ab alenda uxore paupere intra annale tempus releventur, tradit *num. 71. cum seqq.* inter quas illa ut potissima connumeratur, si hæredes dotalia mobilia ante exactum annum reddiderint viduæ, quæ non audietur si illa accipere renuat, ut alimentorum commodo fruatur; non enim dilatio ipsius favorem respicit, sed mariti, ac hæredum ejus. *Greg. Lop. d. gloss. 3. Barbosa sup. num. 29. in fin. Ant. Gom. d. nu. 48. vers. Tertio quando, & alii apud Amat. num. 73.* Idem juris erit etsi non integram dotem, sed portionem restituant sufficientem, ut vidua ex illa se alere possit. *Matienz. sup. nu. 32. Burd. d. q. 44. n. 47.*

Illud à pluribus admissum agnoscitur, ut si dos in pecunia consistat, liceat hæredibus mariti ex dotali quantitate detrahere usuras propter repræsentationem pecuniæ, quod interusurium nuncupatur: quod

quod deducunt ex l. Si constante 25. §. Quoties, ff. solut. matr. post Baldum Greg. Lop. sup. Barbosa. nu. 30. Leotard. nu. 7. & alii: quod merito displicet Surd. num. 58. neque enim vidua compelli potest, ut pro pecuniæ intempestiva solutione usuras persolvat; imò nec consentiente ipsa, detractioni locus erit, cum usura sit, si debitor in diem propter anticipatam solutionem quicquam lucretur, ut ex Theologis observat Leotard. d. q. 30. n. 13. Ad textum in d. §. Quoties, dicendum est, speciali ratione procedere, quia mulier postulabat cautionem pro dotis restitutione, & cum maritus fidejussores non inveniret, coactus est pecuniam ante tempus exhibere, quam sub usuris accepisse præsumitur, quæ Jure Cæsareo intra legitimum modum non interdicebantur, quæ cum Jure Pontificio prorsus sint extirpatæ, nullo modo hæredes poterunt deducere ex pecunia dotali aliquid, etsi ante tempus illam restituant, præsertim cum non compellantur.

68 Alimenta quæ hæredes intra annum viduæ præstiterint, compensantur cum fructibus, quos iidem ex mobilibus dotalibus perceperint, velut ex servis, pecoribus, navibus, & aliis: ita ut si plus sit in fructibus, quam in alimentis erogatum est, id viduæ cum rebus dotalibus restituatur post annum; sin verò in alenda ipsa supra fructuum quantitatem aliquid hæredes impenderit, id non repetent, quia etsi nullos fructus percepissent, ad alimenta tenerentur. Gregor. Lop. sup. Fontanel. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 1. num. 35. Molin. sup. disp. 322. num. 5. Ant. Gom. in l. 50. Taur. num. 48. vers. Quinò quando, Surd. d. q. 44. num. 47. Matienz. sup. nu. 35. Hermos. in d. l. 10. gloss. 4. nu. 220. & ita sentit D. Covar. de matrim. p. 2. cap. 3. §. 9. num. 10. vers. Quatò quamvis. Gratian. discept. cap. 243. num. 31.

69 Contrarium sustinent Petr. Barbosa ubi sup. num. 6. vers. Sed his non obstantibus, Quesad. d. q. 25. ex num. 22. Surd. d. num. 29. Amat. cum pluribus d. resol. 49. num. 52. qui post alios inficiantur, hæredes mariti ad restitutionem teneri ejus, quod ex fructibus mobilium perceperunt ultra alimentorum sumptus, quæ viduæ præstiteri, quoniam suos eosdem faciunt infra luctus annum. Verumtamen à nostratum communi opinione resilire non placet, quoniam probabilis est, fructus hujusmodi hæredibus mariti non acquiri irrevocabiliter, sed cum gravamine restitutionis, ut constat ex l. unic. §. Exacliò, C. de rei uxor. act. l. Divortio, §. Non solum, ff. solut. matrim. quibus adversarii licet respondere contentur, minimè satisfaciunt; non enim retentio dotalium mobilium ad annum conceditur, ut hæredes lucrum capiant, sed ut commodè restituant, nec vexentur statim soluto matrimonio, si fortè pecuniam, vel alias res præ manibus non habeant, quod in d. §. Exacliò, declaratur. Unde etiam refellitur Surdi distinctio, quam tradit num. 31. nam sive vidua alimenta percipiat, sive non, nunquam hæredes aliquid ex fructibus lucrari possunt, atque ita quod exceßerint hi alimentorum expensas, restituent hæredes mariti. Usuras tamen non præstabit, si dos ex pecunia constet. Matienz. sup.

70 Quicquid de hæredibus mariti præmissimus, etiam jacenti convenit hæreditati, ex cujus bonis vidua erit alenda, si indigeat, servatis servandis. Ant. Fab. in C. tit. de rei uxor. act. definit, 26. in addit. n. 3.

Ibi: Et ideò cautè Panormitanus.

Statuto assignari potest certa quantitas viduis 71 intra annum luctus velut alimentorum nomine solvenda, ut sex, vel octo pro centenariò, cum dos ex mobilibus constans, soluto matrimonio non restituitur. Leotard. sup. d. q. 44. nu. 33. & q. 79. n. 42. & 43. ubi plures, Amat. n. 68. & alii laudati n. 63. Imò & vidua ex statuto ad præterita alimenta potest agere, quamvis illo non existente duntaxat pro futuris audiretur. Amat. n. 64.

Ibi: Si dixeris idem etiam permit-
tendum.

Sunt non pauci ita tenentes, scilicet etiam post 72 annum luctus viduæ alimenta deberi, dum dos non redditur, mora hæredum mariti intercedente, ut videre est apud Amat. d. resol. 49. n. 92. Hermos. sup. d. n. 211. Leotard. d. q. 30. n. 33. cum seqq. ubi fusè probat. Quod sumus amplexi ex pluribus sup. n. 64. quoties vidua, omni adhibitâ diligentia, dotem ab hæredibus extorquere non valuit.

Ibi: Possèt fortassè admitti.

In Hispania usu receptum habetur, ut viduis 73 etiam post luctus annum, donec dos restituitur, interesse ad rationem unius pro viginti annuatim præstetur, quod est pretium legitimum apud nos census redimibilis. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. quest. 7. n. 55. Hermos. n. 212. Avend. de censib. cap. 31. num. 9. Merito quidem D. Covar. subdubius eam praxim admittit, nam facilitas emendi census non sufficit, ut creditoribus interesse lucri cessantis tribuatur; sed desideratur quod probent, se pecuniam creditam ad emptionem censuum destinasse; licet enim copia sit venditorum, non omnes tamen censibus pecuniam suam subicere volunt, facultate repetitionis sublata. Carleval. de judic. tit. 3. disp. 8. nu. 101. unde idem de viduis juxta rigorem juris dicendum videbatur. At cum in dote rationes militent specialitatis, quas expendit Leotardus ubi supra, ex illis præfatum interesse viduis concedere licebit, si hæres in mora constituatur, & vidua ad repetitionem dotis pro viribus egerit. Consule Leotard. d. q. 30. nu. 56. & 59. Gratian. discept. cap. 243. nu. 13.

Vers. Septimò ab eadem ratione.

Utrum consuetudine, aut statuto licetè introdu- 74 catur, ut viduis certa annua quantitas præstetur quandiu dotes illis non restituuntur? Quæstionis est, de qua Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 322. num. 7. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 45. num. 25. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resolut. 6. num. 6. Petr. Barbosa in l. 2. in princip. part. 1. n. 43. ff. sol. matrim. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 14. num. 13. Leotard. d. quest. 30. n. 59. Gratian. ubi proximè, Giurba ad consuetud. Messan. cap. 15. gloss. 15. num. 36. August. Barbosa collect. cap. Salubriter, num. 9. de usur. Ex quibus omnes ferè, & alii plures cum Covarruv. sentiunt tale statutum, vel consuetudinem non subsistere, dissentientibus haud paucis, quorum sententia multis in regnis, & civitatibus observatur, ut de Roma testantur Marefcotus variarum lib. 2.

lib. 2. cap. 83. num. 53. Gratian. *discept. cap. 243. num. 45.* de Neapol. Franch. *decis. 308. part. 2.* de Gallia Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 9. cap. 22. num. 5.* de Regno Aragonum Sesse *decis. 68. num. 28.* Licet autem hujusmodi statuta non omnino damnanda videantur, tutius tamen erit ab eisdem condendis abstinere ob usurarum periculum. Molin. *ubi proximè.* Consulas Leotard. *q. 79. ex num. 44.*

Ibi: Ego verò hanc Baldi sententiam.

- 75 Edocet D. Covarruv. statutum tribuens viduis annuam quantitatem usque ad dotis restitutionem, sustineri ubi frequens est censuum venditio, ut apud nos: quod impugnat Leotard. *de usur. quest. 30. num. 59.* Vide *sup. num. 73.*

Verf. Octavò hinc colligitur.

- 76 Quanquam dissentiat D. Covarruv. est cum communi asseverandum, quod valet statutum præcipiens, ut marito dum solutio dotis suspenditur, annua à debitore præstetur quantitas, velut sex, aut octo in singula centum juxta regionis consuetudinem, ad onera matrimonii supportanda. Molin. *sup. disput. 321. in fin.* Gratian. *disceptat. cap. 343. num. 51.* Leotard. *quest. 79. num. 36.* Surd. *de aliment. tit. I. q. 42. num. 27.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. q. 7. num. 60.* præter alios, quos recenset Leotardus: & cum similis consuetudo non reprobetur, ut tenet cum pluribus Leotard. *nu. 37.* Surd. *n. 23.* & conventio subsistat, quare damnabitur statutum? Vide *sup. n. 46.*

Ibi: Quamobrem ego.

- 77 Statutum vigeret ubique, tametsi copia venditorum censuum non reperiretur, quia non justificatur ex eo, sed (ut communis tenet) propter onera matrimonii. Adde præmissa *n. 73.*

Ibi: Hac inspecta ratione.

- 78 Supremi Judices perpensis oneribus matrimonii annuam pensionem solvendam marito decreverunt, minimè respicientes ad censuum emptionem; alioqui non unum pro decem, aut duodecim præstari deberet, sed pro quatuordecim, quod tunc temporis erat pretium census legitimum, *l. 4. l. 6. tit. 15. lib. 5. Recop.*

Verf. Ceterùm plura alia.

Consule laudatos *sup. nu. 63.* ad quos te remissimus.

Ibi: An habens jura mariti.

- 79 Quæritur an jus lucrandi fructus ex pignore, aut exigendi interesse, quod marito conceditur donec dotem promissam percipit, valeat in alium transferri? Et plerisque placet negativa sententia, quam sustinent Molin. *sup. disput. 321. num. 16.* Valac. *consultat. 8. num. 34.* Fontanel. *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 15. n. 34.* D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. *Tom. II.*

Castil. *controvers. lib. 3. cap. 23. num. 64.* Surd. *de aliment. tit. I. quest. 42. num. 22.* & plures quos congerit Hermos. *in l. 10. gloss. 4. nu. 177. tit. 1. p. 5.*

Dissentiunt Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. 80 quest. 7. num. 59.* Ursill. *ad Afflict. decis. 284. num. 5.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 5. nu. 23.* Sesse *decis. 68. num. 24.* & alii apud Hermos. *num. 179.* qui diffidium pluribus extinguere conatur *ex num. 180.* Ad idem quatuor casus distinxit Leotard. *sup. quest. 29. numer. 17. cum seqq.*

Illud extra controversiam haberi debet, quod 81 maritus cedere potest, nomine dotis retento, jus lucrandi fructus ex pignore, aut percipiendi interesse, dum non extolvitur dos; quid enim vetat, ut quod maritus capere potest, alius voluntate ipsius percipiat? Leotard. *num. 19.* ubi alii.

Quid de creditore, cui pignus tradidit maritus 82 ad fruendum, dum dotalis pecunia non persolvitur? De hoc agit Leotard. *ad num. 22.* & aliqua præmissis *sup. num. 30. cum seqq.* sed non omnino in resolutione convenimus.

Quoad cessionarium qui integrè pecuniam dotali 83 marito numeravit, idem ac de creditore sentio: consentit Leotard. *nu. 17.* scilicet neque maritum, neque cessionarium posse fructus sibi præcipuos habere, aut interusurium dotis exigere, nisi ratione lucri cessantis, aut damni emergentis: quod ipsum de creditore mutuante tenui *ubi proximè.*

Ille casus in difficili est, si maritus nomen 84 dotis vendiderit, vel in solum dedit cum cessione totius juris sibi competentis, an emptor fructus pignoris pro dote dati, quod accepit, lucrari, aut interusurium exigere valeat, quod marito deberetur? Affirmativam tenet Leotard. *num. 20.* Sed in contrariam inclino ex nuper, ac *sup. num. 31.* præmissis; etenim emptor nec suo, nec mariti nomine illud commodum percipere poterit: non suo, quia onera matrimonii ipse non supportat, neque alium titulum legitimum habet, ut quid ultra sortem, seu pretium accipiat: non mariti venditoris, qui creditor esse desit, ac pecuniam dotali præ manibus habet, ut onera conjugalia sustineat.

Nec objiciat aliquis, quod sicut maritus possit, non vendito nomine, sibi capere fructus, aut interesse: ita & emptor qui pecuniam numeravit, illius loco per cessionem subrogatus. In quo dotis debitor nullà afficitur injurià, cuius nihil interest utrum marito, aut emptori lucrum cedat. Nec emptor fructus quærit ex mutuo, sed ex contractu venditionis, absque usuræ periculo.

Cui ut satisfiat præmittere oportet, in non 86 minimum emptione tacitum inesse mutuum: unde quoties emptor aliquid ultra sortem pretii (nisi aliunde id liceat) percipit, usuræ reus fit. Molin. *sup. disp. 361. ex n. 7.* Cum igitur in specie, de qua nobis est sermo, emptor ultra quantitatem dotali, quam tradidit marito, percipiat fructus pignoris, aut interesse, usurarius habebitur; cessat enim in hoc ratio, quâ marito lucrum fructuum deferebatur, nempe onera matrimonii, quibus ita commodum illud annexum est, ut jus capiendi fructus, aut dotis interusurium ab illis separari nullatenus possit: unde licet emptor nominis substituat marito quoad sortem exigendam, non tamen gaudebit privilegio dicti capituli *Salubriter*, cum onera conjugii non supportet. Non facit

facit ad rem, quod non fiat deterior conditio debentis dotem; nam ex hoc non excusatur usura, alioquin liceret sub usuris mutuare debitori, ut sortem redderet fœneratori, quod nullus concedet.

87 Præfatæ resolutionis veritas apertissimo exemplari magis elucescet. Ponamus, Petrum creditorem, qui ex conventionem jus ad exigendum interesse habebat, cum sibi immineret periculum damni emergentis, nomen vendidisse cedentem emptori omne jus sibi competens: hic quidem, nisi alias sua interfuerit, ad interesse agere non poterit, quanquam primus creditor, nisi nomen distraheret, ad illud proculdubio actionem haberet. Simili modo etsi maritus, non vendito nomine, non cogetur fructus in sortem computare, quia sine pecunia dotali sustineret onera matrimonii, emptori non licebit tale lucrum percipere, nisi ratione lucri cessantis, damni emergentis, difficultatis, aut expensarum in exigenda forte aliquid supra illam percipere fas esset, secundum tradita per Molin. *ubi proximè*.

88 Ex quibus deducitur, quod si maritus nomen dotis vendat, pignore retento, fructus ex illo lucrari nequibit, extincta ratione Pontificiæ constitutionis, videlicet carentiâ pecuniæ dotalis, quæ pro oneribus matrimonii debet intervire: nec jam marito solutio dotis prodest, aut nocet retardatio.

Ibi : Quod Fortunius Garcias Hispanus.

89 Hæc Fortunii distinctio inter focerum, & extraneum dotis promissorem, communiter ab Interpretibus negligitur; imò à pluribus expressim reprobat. Vide *sup. num. 38. & 39.* tametsi D. Covarruv. non displicuerit, ut prænotavimus.

Ad Num. 4.

90 Dominus qui in pignus à vassallo debitore rem feudalem accepit, fructus in sortem computare non cogitur: quod probant notissima Pontificis decreta, sed in investiganda ratione mirum in modum hallucinantur Interpretes, ut videre licet apud Barbof. *collect. cap. I. num. 2. de feud.* & verior, ac receptior opinio videtur, hoc ex natura contractus provenire feudalis, ut cum dominus feudum pignoris causâ tenet, vassallus ab onere inserviendi liberetur, cui cessanti in obsequiis præstandis, ac officio, jure auferatur beneficium fructuum, quod ob illud conceditur, *cap. unic. de vassall. mil. qui arm. bell. deposuit.* Rursus cum dominus non fruatur operis, & servitio vassalli, æquum est, ut fructus lucretur, non ratione mutui, sed justæ compensationis, ex quo nullum adest usuræ vestigium. Consulas Barbof. *ubi proximè* Leotard. *de usur. quest. 14. à princip.* Cujac. *in d. cap. I. de feud. Salas tract. de usur. dubitat. 31. num. I.* Mantic. *de tacit. convent. lib. II. tit. 8. num. 30.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resolut. 2. num. 9.* Morl. *Empor. Jur. tit. 5. de in integr. restit. quest. I. num. 34.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 14. num. 2.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 323. n. I.* Gait. *de credit. c. 4. n. 1019.* adnotavi *sup. lib. I. cap. 3. n. 6.* præter plures, quos congerit Barbof. *n. 2. à quibus, D. Covar. laudato*

singulariter dissentit Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 45. num. 35.* ubi caput *Conquestus, de usur.* interpretatur.

Illud maximè controvertitur, an dominus fructus quotquot perceperit ex feudo pignorado, suos faciat? Sunt qui cum D. Covar. sentiant, dominum teneri ad fructuum restitutionem, quatenus exceßerint æstimationem obsequiorum, quibus caret. Ita Valaf. *de jur. emphyt. q. 38. nu. 25.* & alii apud Leotard. *nu. 4.* Ipse tamen cum plerisque, quos laudat *num. 5.* oppositam sententiam ut magis communem amplexatur, cui subscribunt Trullench. *nu. 5.* Card. Mantic. *ubi proximè,* Card. Lugo *de just. & jur. disp. 25. nu. 147.* ac prænotavi *ubi proximè,* quibus addendi quamplures indistinctè docentes, feudi dominum fructus pignoris in sortem non imputare. Ratio hujus opinionis ea reddi potest, quod cum fructus feudi tribuantur vassallo in remunerationem onerum, tanti hæc æstimantur, quantum valent illi.

Hinc deducitur limitatio ad opinionem, quam ut veriore nuper probavimus; nam si in feudi concessione pretium aliquod intercessit (licet rarò contingat, & propriè feudum non dicatur, quod debet esse gratuitum, *cap. I. de nat. feud. cap. I. qui feud. dar. poss. Greg. Lop. in d. l. I. gloss. 2. tit. 26. part. 4. Morl. sup. num. 36. Marefcot. var. lib. 2. cap. 63. nu. 5.*) dominus creditor omnes fructus retinere nequibit, sed illos solum qui ob servitium vassallo deberentur, imputatis in sortem iis, quos pro pecunia exhibita in concessione feudi vassallus possit percipere boni viri arbitrio; feudatarius enim partem fructuum percipiebat intuitu laboris & obsequii, partem ratione pecuniæ quam domino numeravit; ideò duntaxat quia cessat in officio privari debet portione quam ob illud sibi comparabat. Leotard. *ex pluribus nu. 20.* Trullench. *nu. 3.* Molin. *nu. I.* ubi subdit idem fore, si feudum propter præterita merita in remunerationem concederetur. Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. nu. 140.*

Subsequitur alia similis limitatio, si vassallus meliorationes feudo adjecerit, quibus illud uberiores fructus fuerat; nam dominus creditor eos fructus auctos industria, & sumptibus feudatarii imputabit in sortem, sibi perceptis iis quos res feudalis melioramentis ablatis produceret. Leotard. Trullench. Molin. *ubi proximè,* Barbof. *num. 2. vers. Limita tamen.*

Tertia est limitatio de feudo franco, quod si pignori detur, dominus omnes fructus tenetur in sortem computare. Barbofa *nu. 3.* Est autem illud, ex quo nullum domino debetur obsequium, sed sola fidelitas. Tondut. *99. civilium cap. 41. nu. 24. & 25.*

Alia est limitatio, si in fraudem usurarum dominus rem feudalem pignori acceperit, quod ex conjecturis deprehendere oportebit. Leotard. *num. 25.*

Ibi : Si verò excedant onera matrimonii.

De his *sup. num. 41. cum seqq.*

Vers. Hinc sanè apparet.

Istam Hostiensis rationem refutat Leotard. *d. quest. 14. num. 10.* Morl. *sup. num. 34. versic. Quorum communior,* qui eam communem errorem vocat. Nec pignoris datio translationem dominii

dominii utilis potest operari, cum ut illud subsistat necesse sit, quod alius sit dominus, ita ut si aliquo titulo dominium utile quæreretur domino directi; statim jus pignoris extingueretur; nam in re propria persistere nequit, l. Si rem. 29. de pignor. action. l. Neque pignus 45. de reg. jur.

Verf. Rursus ex his

97 Aliqui asserunt, speciali favore Ecclesiæ, ad quam directum dominium pertinebat, procedere decisionem dicti capituli 1. de feud. ut refert Barbosa ibi, num. 2. quod refellunt cum D. Covarr. Trullench. sup. num. 2. Leotard. d. q. 14 nu. 19. Molina. ubi sup. n. 2.

Verf. Eodem jure convincitur.

98 Usufructuarius si rem pignori dederit domino proprietatis, hunc fructus non teneri in sortem computare, fuit quorundam opinio, ut Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. num. 11. & aliorum, quos refert Barbosa collect. d. cap. 1. num. 2. verf. Amplia secundò, qui, D. Covar. laudato, eam sententiam merito rejecit: accedit Merlin. de pignor. lib. 5. q. 45. n. 32.

Verf. Sic examinari poterit.

99 Ampliant communiter Scribentes constitutionem dicti capituli 1. de feud. ad emphyteutam, qui domino directo emphyteusim pignori dedit. In qua opinione resident Molin. Trentacinq. Trullench. ubi proximè, Valasc. de jur. emphyteut. q. 38. num. 29. & alii apud Leotardum d. q. num. 23. à qua non esse recedendum, quia valdè communis, asseverat Barbosa sup. num. 2. verf. Amplia primò, qui de jure contrarium tenet eum D. Covarruv. hic. Idem defendunt Merlin. ubi proximè, Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 7. num. 50. Mantic. de tacit. convent. lib. 11. tit. 8. num. 32. Conrad. Chassan. Ugolin. ac Philiar. apud Leotardum, qui rectè probat; non enim eadem ratio reperitur in emphyteuta, ac in feudatario, cum ille non teneatur, sicut hic, obsequia domino exhibere, sed pensionem duntaxat, quam si non solverit, dominus creditor poterit retinere fructus usque ad quantitatem concurrentem, reliquos in sortem computans.

Ad Num. 5.

100 Fœnoris usum vetitum, ac illicitum nullus Catholicus inficiabitur; nam qui aliud contumax asseruerit, reus hæreseos habebitur. Clem. unic. §. fin. de usur. Leotard. de usur. quæst. 2. num. 39. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 2. n. 3. Azeved. in l. 1. nu. 47. tit. 6. lib. 8. Recop. D. Covar. infr. hoc cap. n. 6.

101 Constat igitur usuram prohiberi jure divino, naturali & canonico, ut fusè probant Leotard. ex num. 25. Molin. sup. disput. 304. per tot. Azeved. num. 60. cum seqq. Barbosa ex plurimis in collect. cap. 1. num. 2. de usur. Trullench. nu. 4. Jul. Clar. §. Usura, n. 3. Petr. Greg. Syntagm. lib. 22. cap. 3. d. num. 6. Cenc. de censib. decis. 155. nu. 6. Morl. sup. tit. de reb. credit. quæst. 25. ex num. 11. Theat. vitæ hum. verb. Usura, Farin. decis. 306. num. 2. Greg. Lop. in l. 3. gloss. 2. tit. 1. p. 5.

Verf. Jure divino veteris Testamenti.

Adi proximè laudatos, præsertim Molin. Barbosa. Petr. Gregor. Leotard. & Azeved. Et quidem usuras utroque Testamento improbatas decidit lex i. tit. 6. lib. 8. Recopilar. ac sentiunt Azevedo num. 71. Cujac. in cap. Ad nostram, de jurejur. Trullench. & Barbosa ubi proximè; Molin. num. 13. verf. Et novo Testamento, Petr. Greg. num. 10. Cenc. sup. q. 36. num. 3. Nec sunt audiendi qui opinantur verba illa; Mutuum datè nihil inde sperantes; Lucæ cap. 6. consilium duntaxat importare; etenim cum jure naturæ usura vetetur, potiùs referri debent ad præceptum, quàm ad consilium, cujus ommissio ad peccatum non imputatur. Mutuum igitur dare, consilium est; nihil ex eo sperare, præcepti. Barbosa ubi proximè.

Verf. Quod verò.

Jure Pontificio usuras damnari in dubium re- 103 vocari non potest, quod observant Gregor. Lop. ubi proximè, Faber in ration. ad l. Julianus §. Idem Papinianus de act. empt. Fachin. controvers. lib. 10. cap. 7. verf. Primum argumentum, Leotard. latè exornatus d. quæst. 2. nu. 38. 39. Petr. Greg. num. 11. & alii recensiti sup. num. 101. & quos congerit Barbosa ubi supra.

Ad Num. 6.

Quod ad Jus Civile Romanorum attinet, com- 104 pertum est usuras non prorsus improbari, sed cum moderamine fuisse permissas. Quæstionis tamen est, an jure Authenticorum per Justinianum fuerint extirpatæ? De quo Leotard. de usur. q. 2. d. nu. 40. Mart. de jurisdic. part. 2. cap. 7. n. 4. 5. Petr. Greg. d. cap. 3. num. 17. cum seqq. Molin. sup. num. 16. Fab. & Cenc. ubi proximè, præter alios, quorum memini num. 101. Usuræ quas intra certum modum Romani tolerarunt, vocabantur legitimæ; in quibus ingens fuit diversitas secundum negotiorum, & personarum differentiam, ut videre est apud Molin. ac Petr. Greg. ubi sup. Leotard. q. 4. d. num. 38.

Jure regio Partitarum fœnoris usum interdictum 105 scribit Gregor. Lopez. in l. 3. gloss. 2. tit. 2. p. 5. ac Judæis permissus probatur l. 22. tit. 12. partit. ead. lib. 1. tit. 6. lib. 8. Recop. quâ penitus etiam Judæis facultas fœnerandi justissimè aufertur, prout in regnis pluribus, & provinciis similiter stabilitum habetur, ut referunt Petr. Greg. & Leotard.

Ad Num. 7.

Ex hoc sacro eloquio Deuteron. cap. 23. videtur 106 Hebræis facultas fœnerandi exteris infidelibus tributa, ibi: Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno. De cujus interpretatione consulendi Molin. de just. & jur. tract. 2. disput. 304. nu. 18. Azeved. in l. 1. n. 69. tit. 6. lib. 8. Recop. Villalob. in Sum. part. 2. tract. 22. diffic. 2. Leotard. de usur. q. 98. n. 25. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 4. Barbosa in collect. cap. Post miserabilem, de usur. Bonacin. disp. 3. de contract. q. 3. punct. 2. Petr. Greg. sup. n. 22.

Dici pollet, quod Deus, ut juris divini, & 107 naturalis author dispensans, permittit Hebræis fœnoris usum in infideles, ad majus malum vitandum,

dum, ne scilicet per usuras fratrum fidelium substantiam usurparent ex effrenata illorum avaritia, ac foenerandi propensione: quemadmodum propter eorumdem cordis duritiam licuit repudium, violata naturali indissolubilitate vinculi matrimonii, *Matth. cap. 19. de quo Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 1. ex n. 4. Petr. Greg. n. 20.*

- 108 Deinde cum Deus sit omnium supremus, ac universalis Dominus, Psalmo 23. *Domini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo*; tale jus tribuere potuit Israëlitis in infidelium bonis, ut per usuras illa licite sibi quærerent, sicut concessum est ipsis & terram promissionis, ejectionis possessoribus occupare, *Genes. capit. 15. & Ægyptios in exitu spoliare Exodus capit. 12.* Utrum Judæi foenerantes infidelibus tunc peccarent, deduces ex traditis per Sanchez *sup.*

Ibi: *Nam etsi mihi liceat bellum.*

- 109 Supponitur bellum justum geri, & quæritur an liceat hostibus sub usuris mutuare? Inficiatur cum D. Covarruv. communis, quam sustinent Ugolin. *de usur. lib. 10. §. 2. nu. 1. Villalob. Ærar. comm. opin. lit. V. nu. 107. Felician. de censib. lib. 1. cap. 5. num. 17. Petr. Greg. partit. Jur. Canon. lib. 3. tit. 5. nu. 5.* Oppositum tenet, ac pluribus probat Leotard. *d. q. 98. num. 16. cum seqq. Petr. Greg. sup. num. 22.* Pro conciliatione distingui potest, ut si hostes usurpata retineant, liceat in compensationem usuras ab illis exigere, aliàs non: qua distinctione utitur aliud agens Barbosa *collectan. cap. Post miserabilem, num. 2. de usur.*

Ad Num. 8.

- 110 Summus Pontifex nequit dispensare, ut foenus licitum habeatur, & absque peccato possit exerceri, *Cenc. de censib. decis. 155. num. 5. Azeved. in l. 1. num. 48. tit. 6. lib. 8. Recop. Farinac. decis. 7. num. 2. Sayr. in Clavi Regia, lib. 3. cap. 10. nu. 8. Didac. Per. in rubric. tit. 2. gloss. 1. vers. Tertio, lib. 8. Ordin. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 304. num. 19.* Non enim Pontificæ potestati facultas dispensandi contra jus divinum permittitur *Molin. ubi proximè, & observo Practicar. cap. 31. num. 15.* Oblitare videtur (si verum habet) quod refert Greg. Lopez. *in l. 22. gloss. 1. tit. 12. p. 5.* nempe in Hispania quondam ex concessione Pontificis foeneris usum Judæis permissum fuisse (sed hoc quoad forum externum dumtaxat sustineri posset.) ut prænotatur *sup. nu. 105. Vide Jul. Clar. verb. Usura. nu. 7.*

Ibi: *Idem respondendum esse censeo.*

- 111 Non valet statutum, aut consuetudo exercitium foenerandi licitum efficere. *Azeved. sup. num. 51. Cenc. d. decis. 155. num. 3. Farinac. decis. 306. nu. 1. Barbosa ex pluribus collect. cap. Quia in omnibus, num. 7. de usur. Leotard. cum aliis tract. de usur. q. 97. à num. 3. ubi de statuto, & q. 99. n. 4. qui ait consuetudinè foeneratores à pœnis excusari: atque nu. 5. addit, quod ubi ambigitur, an contractus sit usurarius, ex consuetudine licitus haberi poterit; sed si apertè usuram contineat, quæ jure divino prohibetur, nec lex, nec consuetudo illi derogare valebit, cap. ult. de consuet. ubi Barbosa collect. num. 9.*

Ibi: *Posse Romani Pontificis privilegio.*

Hæc propositio sustinenda non est ex præmissis *112 sup. num. 110.* Nam Judæis sicut Christianis usus foenerandi vetatur, ut cavetur *l. 1. tit. 6. lib. 8. Recop. ubi Azeved. nu. 66. Leotard. q. 100. nu. 32. Greg. Lopez. in l. 22. gloss. 1. tit. 12. p. 5. Petr. Greg. Syntagm. lib. 22. cap. 3. num. 23. Molin. & Jul. Clar. ubi proximè, Barbosa cum aliis collect. cap. Post miserabilem, n. 2. de usur.* Ipsi verò Hebræi falso opinantur, sibi licere in nos usuras exercere, juxta illa Deuteronomii *cap. 23. verba, Non foeneraberis fratri tuo, sed alieno,* ut advertit Leotardus; nam illa legalis permissio jam expiravit, sicut & cætera judicialia per legem Gratæ abrogata noscuntur, de quo *supr. lib. 1. cap. 17. nu. 8.*

Unde non licet Principibus permittere, ut Judæi *113* foenus exercent. *Molin. Azeved. & Jul. Clar. ubi sup. eos tamen à peccato excusat Molina, si aliquando in eventu raro, ob majus malum, ac scandalum usurarios non coercent, & tolerant: imò Ecclesia Hebræos foeneratores, etsi foris sint, pletere potest, ac debet. Clar. ibidem, Petr. Greg. sup. lib. 42. cap. 8. nu. 15.*

Ad Num. 9.

Est præmittendum, usuram nedum in contractibus, sed etiam in ultimis voluntatibus intervenire posse, nec sustineri defunctorum dispositiones, quibus ad foenerandum occasio præbeatur, cum nemo possit facere, quin leges, maxime naturalis, locum habeant in suo testamento, *l. nemo 58. de legat. 1. notant Leotard. de usur. q. 18. num. 1. Azeved. in l. 1. num. 53. tit. 6. lib. 8. Recop. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. in fin. Joann. Grivell. decis. 149. num. 4. Cald. de empt. & vend. q. 29. nu. 32. Avendañ. de exequend. mandat. part. 2. cap. 29. num. 9.*

De intellectu legis *3. §. ultim. de ann. legat. ac 115 de legatorum usuris, novissimè Avendañ. de censib. cap. 3. à num. 6. ac plenè Leotard. d. q. 18. per tot. ubi decem distinxit casus, quos prætermisissis aliquibus difficultate carentibus expendemus. Sed antea constitui debet cum D. Covarruv. regula universalis, ac communis; aut enim legatarius exigere valet quantitatem legatam, & tunc non tenet jussus testatoris de præstando annuo reddito donec illa perfolvatur, quia mutuum tacitum, & usura latet: aut agere impeditur adversus hæredem pro sorte relicta, & talis dispositio observabitur, exclusa usurarum labe. Ita Fachin. *controvers. lib. 6. cap. 72. Sim. de Prætis de interp. ultim. volunt. lib. 2. interpr. 2. dub. 2. num. 133. Roderic. sup. q. 6. nu. 8. Peregrin. de Fideicomm. artic. 11. num. 28. Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. num. 1. Cenc. eod. tract. q. 44. num. 10. ubi plures Leotard. q. quæst. 18. num. 7. 8. Avendañ. de censib. cap. 3. num. 8. 9. Cancer. variar. part. 2. cap. 7. num. 36. cum seqq. Joann. Paul. Meli. de alim. cap. 48. nu. 11. & 12.**

Hinc in primis ille casus venit decidendus, qui *116* est tertius apud Leotardum, cum scilicet testator legat mille purè, jubens ut donec perfolvatur quantitas, hæres in singulos annos pro centenis sex legatario pendat: quæ species proponitur ab Ulpiano *in d. §. fin.* Et licet eo jure dispositio sustineretur intra legitimum modum, nam sic usuræ permittebantur; hodie tamen cum nullæ sint

sint licitæ, legatarius nihil ultra sortem ex dilatione solutionis poterit percipere, quia agens relictam quantitatem extorquere in iudicio non prohibetur. Ita post D. Covarruv. *hîc*, Peregrin. *sup. num. 78.* Caldas *d. cap. 29. num. 33.* Roderic. *num. 16.* Meli. *sup. num. II.* ubi plures, Cancer. *ubi proximè*, Leotard. *num. 7. cum seqq.* ubi hanc sententiam contra adversarios tuetur, quam limitat *nu. 14.* si legatarius ex mora hæredis incommodum senserit lucri cessantis, vel damni emergentis, quod etiam docet D. Covarruv. *vers. Quod si legatarius.* Accedit Fachin. *sup. vers. Postremo cum legatarius.* Plot. *de in lit. jurand. §. II. num. 28. 29.* Quod accipe usque ad concurrentem quantitatem.

117 Quartum adjungit casum Leotardus, si quis legat quingenta ad tempus præstanda eo gravamine, ut pecuniâ non soluta, ex die præfinita hæres quadraginta annuatim exhibeat legatario poenæ nomine. Et quamvis non levis sit controversiæ, idem ac in præcedenti quæstione propter rationis paritatem resolvit D. Covarruv. *in præsentî*, cui accedunt Leotard. cum aliis *num. 17.* Cald. *num. 32.* Quæ resolutio ut præcedens limitatur quoad interesse lucri cessantis, aut damni emergentis.

118 Quintus expenditur à Leotardo casus de legato alternativo certæ quantitatis semel solvendæ, aut annuæ pensionis, quod procul dubio subsistet, cum legatarius agere nequeat præcisè ad sortem. D. Covarruv. *infra vers. Eadem profectò ratione*, Leotard. cum pluribus *num. 18.* Meli. *num. 13.* Cancer. *sup. nu. 33.* Avendañ. *de censib. cap. 3. d. nu. 6.*

119 Sextus subjungitur, quando parens pro legitima mille relinquens gravat hæredem, ut dum non solverit, annuam præstet filio quantitatem: quæ dispositio non sustinebitur, cum hic valeat summam principalem statim exigere, nisi aut in hæreditate paterna res frugiferæ existant; nam loco fructuum, qui illi ex legitima debentur, jure redditum percipiet: aut si ex dilatione solutionis damnum filius patiat; nam quantum sua intersit, poterit in pensionibus annuis capere. Leotard. *n. 19. 20.* Merlin. *de legitim. decis. 29. n. 3.*

120 Occurrit septimus, quoties testator jubet dari Titio mille post biennium, & quod interim octoginta, vel centum pro singulis annis legatario solvantur: hîc nullum usuræ periculum adest cum Titius antè tempus agere non valeat, nec testator prohibeatur legare centum pro unoquoque anno, & postea mille, transacto biennio. Leotard. *d. q. 18. ex num. 23.* Cald. *de empt. cap. 29. num. 6.* Sesse *decis. 68. nu. 46.* Roder. *de ann. redditib. lib. 3. q. 6. num. 27.* Felician. *sup. libr. 2. cap. 5. num. 6.* Surd. *de alim. tit. 8. c. 29. num. 6.* Meli. cum multis *num. 12.* Sed si ultra biennium exactio differatur, legatario non licebit assignatam excipere pensionem, nisi ratione justî interesse. Farinac. *decis. 447. part. 1.*

121 Subsequitur octavus, si testator certam legaverit quantitatem ad tempus quo hæres voluerit, cum onere ut interim redditum legatario in annos singulos tribuat, defuncti voluntas observabitur absque usuræ labe, quia legatarius petere summam relictam non valebat. Felician. *sup. nu. 3.* Leotard. *num. 23.* Grivell. *d. decis. 149. num. 10.* Cald. *ubi proximè*, Roderic. *num. 6.* Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 9. num. 24.* consentit D. Covarruv. *vers. Eadem profectò.*

122 Nonus constituitur, ubi relinquitur certa quantitas in bonis hæreditariis tradenda; ita ut dum

non traditur, annua pensio solvatur, quæ licitè percipietur loco fructuum, quos res legatæ ferrent. Leotard. cum aliis *num. 32. 33.* ubi limitat si pensio respectu fructuum sit excessiva, quæ restrictio dubia redditur ex eo, quod legatum istud, etsi quantitatem sonet, verè non legatur pecunia, sed bona, in quibus mutuum consistere nequit, & consequenter nec usura, ex dictis *suprà num. 25.* quod ipse Leotardus agnoscens inquit, *Saltem pensio injusta esset.* Verùm nec injustitiam reperiri arbitror; nam testator pro libito de bonis suis disponens, potest gravare hæredem, ut alii tribuat quicquid ipse jussit; unde etsi res profus forent steriles, in quibus quantitas legata solvi deberet, posset velut in poenam constringere hæredem, in traditione morâ commissâ, ut annuam summam legatario præstaret, quam ex voluntate defuncti pro carentia rerum hæreditariarum, quibus potitur hæres, absque usuræ, & injustitiæ vitio legatarius accipiet.

Decimus, & ultimus adjicitur casus, quoties 123 legatur certa quantitas, ut per hæredem utiliter expensa in emptione census, fundi, vel alterius rei frugiferæ, fructus legatarius lucretur, eâ clausulâ, ut donec res comparentur, hæres annuatim pendat ad rationem quinque, vel sex pro centenis, quod nullo jure illicitum censebitur. Gratian. *disceptation. capit. 400. num. 38.* Pacific. *de Salvian. inspect. 5. cap. 4. num. 387.* Leotard. *d. q. 18. num. 34.* Scaccia. *de commerc. §. 7. gloss. 2. num. 55.* Merlin. *de legit. decis. 29. num. 1.* Meli. *sup. num. 16.*

Verf. Quod si legatarius.

Docemur hîc quod sæpè repetitum relinquitur; 124 nam quoties legatarius ob moram hæredis sustinet detrimentum damni emergentis, aut lucri cessantis, indistinctè poterit annuam quantitatem à testatore assignatam, quatenus correspondeat justo interesse, percipere: nec refert an possit exigere, necne legatam pecuniam legatarius, de quo *suprà num. 116. 117. & 119.*

Verf. Sed ubi legatarius.

En pars posterior distinctionis traditæ *sup. nu. 125 mer. 115.* & exempla habes *num. 118. 120. 121.* Cum legatario liceat percipere redditum annuum ex voluntate testatoris, quoties nequit relictam quantitatem in iudicio exigere, in dubium potest revocari, an idem juris sit si legatarius omnem adhibuerit sollicitudinem, sua actione deducta, nec jus suum consequi potuerit ob judicis iniquitatem, adversarii potentiam, alimive rationem? Videtur affirmative respondendum, cum hoc casu cesset, sicut in illo, suspicio usurarum ex mutuo tacito; quandoquidem legatarius non ultrò penes hæredem pecuniam legatam relinquit, in quo usuraria pravitas consistit, & latet, ut notat Leotard. *num. 24.* cui suffragatur resolutio communis de vidua exigente, quæ extat *sup. num. 64.*

Verf. Eadem profectò ratione.

Hæc species proponitur à Consulto *in l. 3. §. ult. 126 de ann. legat.* ut ibi observavit Cujacius, de qua *suprà actum, num. 121.*

Ex prænotatis definiri potest, quid si foemine duo millia testamento quis reliquerit pro dote, ut Religio-

Religionem ingrediatur, gravato hærede, ut quoad illa solverit, centum pendat annuatim, an illâ monasterium ingressâ sub spe futuræ numerationis, annua quantitas licitè capi possit? Videtur quod non, cum monasterium ad sortem agere non impediatur, juxta regulam superius traditam, num. 115. Sed aliud est tenendum ex dictis numero 124. quoniam pro justo interesse pensio sine crimine capitur; sustinet enim monasterium damnum emergens, dum moniali exhibet alimenta; & lucri cessationem, quia dotes monialium otiosæ non existunt, sed utiliter collocatæ in censuum frequenti emptione, vel aliter, utilitatem reddunt communitati.

127 Cui resolutioni adstipulatur Barbof. collect. cap. Salubriter, num. 6. de usur. dum docet, decisionem ejus constitutionis procedere etiam in matrimonio spirituali, ita ut si qua mulier, promissâ per parentem, vel alium dote, professionem emisit, monasterium, dum solutio differatur, possit & fructus pignoris accepti lucrari, & consequenter de certa quantitate annuatim solvenda pacisci, quod utique ex voluntate testatoris procul dubio licebit.

S U M M A R I U M.

- 1 Tutores Jure Civili pecuniam pupillarem utiliter expendere, seu fœnori dare tenebantur.
- 2 An transeat hæc obligatio ad hæredes tutorum.
- 3 A quo tempore tutores cogebantur usuras pecuniæ pupillaris solvere.
- 4 Solvunt usuras pupillares, donec bona administrationis retinent.
- 5 Hoc præscribitur, si diu rationes dominus exigere omiserit.
- 6 Usuras quas tutores solvere compellebantur.
- 7 Quando non licebat tutoribus pecuniam pupillarem sub usuris mutuare.
- 8 Usuræ pupillares hodie sublatae sunt, nec eas exercere pietatis prætextu licet.
- 9 Tutor qui otiosam habet pupillarem pecuniam, quomodo damnetur.
- 10 Quid probare debet minor: & an cogatur solvere interesse pro pecunia, quam à debitoribus non exegit, ibid.
- 11 Tutores in Hispaniâ quomodo ad interesse damnantur.
- 12 Idem in curatoribus minorum ac in tutoribus quoad usuras, vel interesse observatur.
- 13 Si testator, qui tutorem dedit, eum liberum esse caverit ab eo, quod tutelæ judicio deberet, non damnabitur ad usuras seu interesse, nisi pecuniam in proprios usus verterit.
- 14 Utrum liceat sic societatem contrahere, ut unus nulli periculo se exponens, lucrum percipiat? qui disputent.
- 15 Societas contrahi potest, ut unus pecuniam, alter operam impendat, & commodum, & damnum æquis portionibus inter eos dividatur, & in dubio sic divisio fieri debet.
- 16 In hac societate quomodo quisque periculum sustineat.
- 17 In ipsa societate non communicatur capitale.
- 18 De justitiâ ejus societatis qui egerint.
- 19 In præfata societate utrum capitale dividatur, & num. 20.
- 21 Contractus societatis celebratus creditur, etsi dicatur socius pecuniam mutua dare ei, qui operam est adhibiturus.
- 22 Conferenti pecuniam ad societatem non licet convenire, ut lucrum commune sit, & damnum ad socium solum spectet: nec quod pars capitalis semper salva sit, altero socio periculum sustinente, si totum capitale extinguatur, & nu. 23.
- 24 In societate qualiter æqualitas servanda, & an valeat pactum, ut lucrum sit commune, & ad unum ex sociis duntaxat damnum spectet.
- 25 Inter socios fraternitas quædam contrahitur, propter quam non conveniuntur, nisi quatenus facere possunt.
- 26 Utrum sociis non æqualiter conferentibus, pactum sit licitum, quod lucrum pro virili distribuatur æqualiter.
- 27 Qui plus confert ad societatem industria, & labore, plus ex lucro percipere debet, & è contra qui minus confert.
- 28 Sociis adhibentibus cunctis operam, ac industriam, non attenditur ad divisionem, an unus magis laboris & industriæ impenderit: & quid si filii unius ex sociis laborarent, remissivè.
- 29 Pacta inæqualitatis in societate sustinentur, nisi de ipsorum iniquitate constet aperte.
- 30 In societate expressa bonorum omnium quomodo divisio facienda.
- 31 In hac societate non inspicitur quis ex sociis plus consumpserit in necessariis, aut si plus sit lucratus.
- 32 Filiae unius socii omnium bonorum an dos ex bonis societatis communibus constituenda?
- 33 Ubi unus ex sociis pecuniam, alter operam adhibet, quid operetur pactio, ne hic de damno teneatur.
- 34 Quid si idem pactum adjiciatur, in favorem conferentis pecuniam.
- 35 Lex Si non fuerint, §. ita coiri, ff. pro socio, intelligitur, & exponitur.
- 36 Societas utrum licitè ita contrahi possit, ut pecuniam exhibens nullum periculum subeat, & annuam quantitatem percipiat, & num. 37. 38. 39.
- 40 Pacta iniqua societatis arbitrio boni viri ad æqualitatem reducuntur, etsi damnificatus asserat se donare.
- 41 De nautico fœnore apud Romanos.
- 42 Capitis Naviganti, de usur. referuntur Interpretes.
- 43 Dictum caput Naviganti, interpretatur, & num. 44.
- 45 Quando liceat credere pecuniam, vel merces constringendo debitorem ut certam solvas ultra sortem quantitatem pro periculo nautico, quod creditor sustinet ultroneus.
- 46 Hadriani intellectus ad caput Naviganti, rejicitur.
- 47 Utrum qui pecuniam dedit ad nauticum fœnus, teneatur restituere quod pro periculo accepit, & num. 48. 49. 50. & 51.
- 52 Opponitur resolutioni argumentum, & solvitur.
- 53 Nauticum fœnus an Jure Pontificio sit sublatum?
- 54 Pretium pro affecuratione in nautico fœnore licitè percipitur, quanquam affecurator operam nullam adhibeat.
- 55 Utrum liceat pro fidejussione pretium percipere? & num. 56. 57. 58. & 59.
- 60 Fidejussore pretium accipiente, non contrahitur mandatum, sed contractus innominatus, & de ejus effectibus.

CAPUT II.

Ad Num. 1.

- 61 In fidejussione pro pretio quid cavendum, ne usurae, vel iniquitatis vitium irrepat.
- 62 Cur dicatur pactum legis commissoriae; à quo Imperatore omnino deletum, & à quo ex parte restitutum.
- 63 Pactum legis commissoriae in pignoribus quâ formâ concipiatur. Jure Pontificio, & Regio Hispano prohibetur.
- 64 Non valet in feudo, si actum sit, ut pecuniâ creditâ intra certum tempus non solutâ pignus feudi titulo cedat creditori.
- 65 Pactum legis commissoriae inter tertium; & debitorem an subsistat. Quid in fidejussore? Referitur opinio docens valere, ibid.
- 66 Adducitur contraria, & amplectitur.
- 67 Ratio traditur, & interpretatio ad l. fin. de contr. emptio.
- 68 Alia interpretatio refutatür. Pactum legis commissoriae non tenet de quavis re debitoris, etsi obligata non sit pro debito, ibid.
- 69 Pactum legis commissoriae reprobatur, etsi res solum generaliter sit obligata.
- 70 Pactum legis commissoriae reprobatur quibuscumque verbis conceptum.
- 71 Mens D. Covarr. explicatur, qui non distinguit fidejussorem à creditore quoad reprobationem pacti legis commissoriae.
- 72 Alia interpretatio legis finalis de contr. empt. reprobatur.
- 73 Pactum valet, ut debitore non solvente tempore praefinito, pignus creditori pro justo pretio cedat. Sed in censu reprobatur ea pactio, ibid.
- 74 Valet itidem si convenerit, ut res maneat creditori simpliciter; nam subintelligitur pro justo pretio.
- 75 Lex 12. tit. 13. p. 5. quæ obstat conclusioni praecedenti; interpretatur.
- 76 Pactio non valet, si convenerit, ut pecuniâ non reddita, pignus detur in solutum.
- 77 Conclusio tradita n. 73. corroboratur, & à pactis suspectis abstinendum suadetur.
- 78 Lex commissoria in pignoribus detestatur, & ratio quâ prohibetur, remissivè.
- 79 In pacto legis commissoriae ferè semper iniquitas latet propter excessum valoris pignoris.
- 80 Pactum legis commissoriae unde dictum, remissivè.
- 81 Pactum legis commissoriae non consistit, quamquam postulante debitore adjiciatur, nisi aliquam ipsi utilitatem afferat.
- 82 Debitor qui promisit vendere pignus creditori, nisi solverit, poterit post diem praefinitam, purgata morâ, offerre pecuniam, ac rem retinere.
- 83 Utrum pactum legis commissoriae post contractum perfectum, ex intervallo adjectum subsistat?
- 84 Satisfit objectioni, ac rationi, quæ pro affirmativa opinione reprobata adducitur.
- 85 Pactum legis Commissoriae an valeat si pecuniâ credita aequetur pignoris aestimationi? & num. 86. & 87.
- 88 Pignoris aestimatio an faciendâ secundum tempus, quo pecuniâ creditur, vel quo solvi debet ex conventionem, & n. 89.
- 90 Pactum legis Commissoriae an firmetur juramento? & n. 91.
- 92 Renunciatio legum, quæ pactum legis commissoriae damnant, non sustinetur.

Tutoribus quondam Jure Civili non solum licuit, sed etiam incubuit pecuniam pupillarem dare foenori, ita ut totius quantitatis, quam ratione administrationis percepissent, nisi alias utiliter collocarent, usuras pendere judicio tutelæ cogentur leviores juxta regionis consuetudinem, l. Tutor qui 8. §. Sed si negavit, vers. Ex ceteris, l. Si tutor constitutus 16. cum similibus, de administrat. tutor. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 224. n. 17. Tusch. l. V. concl. 442. nu. 34. Petr. Greg. Syntagm. l. b. 13. cap. 10. n. 10. Leotard. tract. de usur. q. 20. n. 2. Cujac. ad tit. C. de usur. pupill. Gutier. de tutel. part. 2. cap. 9. n. 4. 5. Escobar. de ratiocin. cap. 14. n. 6. vers. Et hæc necessitas, Osuald. lib. 15. cap. 19. ad fin. Baeza de decim. tutor. cap. 2. n. 92. 94. Ayora de partition. part. 1. cap. 4. n. 22. Barb. collect. l. 24. n. 15. C. de adm. tut.

Hæc tutorum obligatio similiter in hæredes transit, si administrationi se immisceant, aut petere pupillo curatorem, seu tutorem omittant, d. l. Tutor qui, §. Pecuniæ, l. Cum ostendimus 4. §. Usuras, de fidejuss. tutor. Tusch. ubi proximè, Gutier. num. 21. Baeza, n. 95. Jodoc. Damhouder de patroc. pupill. tit. de intereff. pupill. n. 46. Leotard. num. 13. Hermos. in l. 10. gloss. 4. n. 227. tit. 1. p. 5.

Ibi: Statim acceptâ tutelâ.

Usuræ pupillares non computabantur in tutorem à die suscepti muneris, sed post semestrem, quod illis conceditur, ut pecuniam tutò, ac utiliter possint collocare: deinceps singulis annis bimestri usuris tutor non oneratur, ut creditam pecuniam exigat, & iterum foenori tradat, d. l. Tutor, qui §. Usuræ, d. l. Si tutor constitutus, Cujac. observat. lib. 5. cap. 12. Osuald. ubi sup. Escobar. n. 4. Gutier. n. 27. Baeza n. 96. Hujusmodi dilatio denegatur tutori in proprios usus clam, & illicitè pecuniam pupillarem expendentis, d. §. Usuræ, Cujac. ubi proximè.

Cursus verò usurarum, finita tutelâ, non suspenditur, sed usque ad restitutionem bonorum tutelæ persistit, d. l. Tutor qui, in fin. l. Lucius Titius 47. §. Quæsitum, de admin. tutor. l. 1. §. ult. de usur. Cujac. ad tit. C. de usur. pupillar. Leotard. ubi proximè, Gutier. n. 20. Pichard. in §. Tutores, n. 16. Inst. de oblig. quæ ex quasi cont. nasc. tibi limitat. num. 18. si tutor ab administratione se abstineat, l. 29. §. 1. de adm. tutor.

Est observandum quod si is, cujus bona administravit tutor, viginti annis omiserit rationes exigere, ac reliqua petere, praesumitur usuras remisisse à quo tutela finita est, l. Maxime 30. de administrat. tutor. l. Cum quidam 17. §. 1. de usur. Leotard. d. quæst. 20. num. 21.

Ibi: Nec itidem tenebitur tutor.

Ubi tutor clam pecuniam pupillarem in proprios vertebat usus, onerabatur omnium gravissimâ usurâ, nempe centesimâ sic dicta, quia singulis mensibus centesima sortis pars exsolvebatur ad rationem unius pro centenario, quæ sicut aliæ omnes, hodie abolevit. Tusch. sup. num. 34. Leotard. ubi proximè, Pichard. n. 14. Cujac. ubi pronuper, Ayora n. 30. Roder. de ann. reddit. lib. 3. cap. 10. n. 2.

Illa verò facultas, & necessitas pecuniæ pupillaris foenerandæ ita est temperata, ut si ex fructibus bonorum tutelæ pupillo alimenta possint exhiberi,

hiberi, tutori non liceat sub usuris pecuniam mutuò dare, *authent. Novissimè, C. de administrat. tutor. Tusch. & Petr. Greg. ubi sup. Baëz. n. 93. Ayora n. 33. Barbosa cum aliis collect. de authent. n. 2. Cujac. noyel. 72.*

8 Hæc omnia quæ præmissimus, ad Jus Civile spectant, quo usuræ legitimæ permittebantur: nunc alio utimur, cum fœnerandi abusus execrabilis prorsus interdicitur, ideo nulla ex causa fas erit pecuniam pupillarem credere sub usuris, *Molin. d. disp. 224. numer. 18. Leotard. numer. 5. Baëz. ubi proximè, Gutier. numer. 4. Roderic. numer. 10. Tusch. ubi sup. Barbosa cum pluribus collect. l. Tutores, numer. 16. C. de administ. tutor. quod D. Covarruv. nos docet hic, quidquid nonnulli contra senserint, quos refert, ac refutat. Leotard. n. 4. 6. & 7. Nec pro alimentis pupilli, sicut nec pro alio quovis insigni pietatis opere licebit fœnerari. Roderic. ubi proximè, Leotard. numer. 26. Novellam Justiniani, cujus nuper meminimus, post alios reprobantes, quibus accedit Barbosa ubi proximè, & collect. cap. Super eo, numer. 11. de usur.*

Verf. Illud sanè observandum.

9 Tutores quamvis pecuniam pupillarem prohibeantur fœnerari, tenentur tamen eam utiliter implicare ementes prædia, aut expendere ad aliquam licitam negotiationem, ex qua augetur pupillorum substantia: quod si tutor, aut curator neglexerit, ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis iudicio tutelæ damnabitur. *Leotard. d. q. 20. ex numer. 8. Gutier. de tut. part. 2. cap. 9. numer. 5. & 16. Oluald. lib. 15. cap. 19. ad fin. Tusch. lit. V. concl. 441. n. 4. Hermos. d. gloss. 1. numer. 226. Molin. ubi sup. Baëza numer. 93. cum seqq. Escobar. d. cap. 14. numer. 3. & 5. verf. & hæc necessitas, Roderic. d. cap. 10. nu. 11. 18. Surd. decis. 279. numer. 10. Ayora n. 21. 22. Damhouder. de putroc. pupil. tit. de pupil. interesse, numer. 43. Barbosa ubi proximè, numer. 15. Trullench. lib. 7. cap. 27. dub. 2. numer. 6.*

10 Ut autem istud interesse tutor exhibere cogatur, non sufficit pecuniam pupillarem penes eum extitisse, opus enim est ex parte minoris probari, quod tunc fuerint prædia venalia, quæ emere expediret, vel alia occasio pecuniæ utiliter, ac licitè collocandæ; aliàs tutor damnari nequibit, nisi constet pecuniam ad proprios usus impendisse, quia propter dolum ad interesse boni viri arbitrio tenebitur, *Menoch. de arbitrar. cas. 49. nu. 6. Damhouder. nu. 66. 70. & 75. Escobar. nu. 6. Roder. n. 12. 13. Baëza numer. 99. Gutier. n. 6. Ayora nu. 28. & n. 31. quod tutor non solvit interesse pro pecunia, quam à debitoribus pupilli ex negligentia non exegit. Sed consule Gutier. d. cap. 9. ex numer. 33. contra sentientem.*

Ibi: Quo fit, ut in ea provincia.

11 Sic apud nos receptum est, ut tutores, aut curatores pecuniæ pupillaris, quam retinuisse constat, interesse persolvant, etiam nulla per minorem probatione facta, ad rationem quinque pro centenario, quod est pretium legitimum censuum redimibilem, qui frequentissimè in Hispania vendi solent. Idem videtur dicendum, si ob commercii assiduitatem facile possit expendi pecunia ad licitum lucrum juxta regionis consuetudinem. *Molin. d. disp. 224. numer. 18. Ayora n. 30. Escobar. n. 7. Barbosa collect. d. l. Tutores, n. 15. C. de administrat. tutor.*

12 Quæ de tutore hucusque tradidimus, æquè procedunt in curatore, administratore bonorum Ec-

clesiæ, ac similibus, ut observant Hermosilla & alii ex jam laudatis.

13 Illud omittendum non est, quod ex aliis tradit Gu- tier. de tutel. part. 2. cap. 9. n. 7. videlicet tutorem testamentarium non teneri ad usuras, seu interesse ex negligentia, si per testatorem illi remittatur quidquid tutelæ iudicio debuerit: sed hæc liberatio non proderit si pecuniam pupillarem clam usurpans in proprios usus converterit ad instar prædonis.

Verf. Cæterum satis controversum.

14 Frequens maximè apud Theologos disceptatio est, an liceat conferenti pecuniam ad societatem pacisci, ut socius, sive commodum, sive jacturam ex negotiatione reportet, teneatur ad certam quantitatem solvendam ultra capitale, quod finita societate restituet, omne periculum in se suscipiens? De qua plenè *Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 417. Less. eod. tract. lib. 2. cap. 25. dub. 3. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 24. dub. 2. Bonacina Sum. disp. 3. q. 6. punct. 3. Leotard. tractat. de usur. q. 31. ex numer. 2. Narbona in l. 15. gloss. 1. & 2. tit. 18. lib. 5. Recop. Parlad. quotidian. lib. 2. cap. 2. à n. 10. Gait. de credit. cap. 2. q. 5. numer. 1929. cum seqq. Morl. Empor. jur. tit. 8. q. 25. ex n. 28.*

Ad Num. 2.

15 Potest ita contrahi societas, ut quis pecuniam, alter operam, & industriam conferat eo pacto, ut lucrum & damnum utrique sit commune. *Leotard. cum aliis numer. 27. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 5. numer. 5. Petr. Greg. Syntagm. lib. 27. cap. 4. numer. 10. Scacc. de commerc. §. 1. gloss. 7. part. 2. ampl. 20. n. 4. Fab. in ration. l. Cum duobus, §. Utrum, ff. pro socio: & sic in dubio æqualiter divisio fieri debet, quoniam præsumitur induitria æquivalere pecuniæ. Menoch. de arbitrar. cas. 125. n. 2. de quo Greg. Lop. in l. 5. gloss. 4. tit. 10. p. 5.*

16 Hac in societate, nisi aliud convenerit, quisque ex sociis periculum ejus, quod confert, sustinere debet: itaque si peracta societate, nihil præter capitale superstit, qui industriam adhibuit, jacturam laboris patitur. Rursus si initio negotiationis pecunia naufragio, vel alio casu pereat, detrimentum est illius dumtaxat qui illam contribuit, socio operam non adhibente. Sic usu receptum est in commerciis, & actum intelligitur inter socios, qui juxta consuetudinem contrahere existimantur. *Molin. disp. 415. n. 5. & 7. Trullench. d. cap. 24. dub. 3. n. 4. Barbosa in collect. lib. 1. n. 7. C. pro soc. Morl. sup. n. 29. & alii, de quo infra. n. 19.*

Ibi: Quod autem diximus.

17 Hæc conventio, ut lucrum, ac damnum sit commune, non infringit naturam hujus societatis, prout eam D. Covarr. intelligit, scilicet in ipsa negotiatione, non in capitali, quod non communicatur.

18 Ad cætera quæ Præses noster prosequitur, ac de justitia ejus societatis, adire oportet *Molin. disp. 416. Trullench. & Barbof. ubi proximè, Less. sup. dub. 2. Mantic. de tacit. conv. lib. 6. tit. 4. ex numer. 7. Tusch. lit. S. concl. 187. à num. 4. Leotard. sup. nu. 29. cum seqq. Mozz. de contract. tit. de societ. in princ. Morl. ex numer. 29. Bonac. d. punct. 3. Scaccia d. part. 2. ampl. 9. n. 2. cum seqq. Pichard. in princ. n. 18. & in §. De illa, ex n. 8. Greg. Lop. in l. 3. gloss. 7. & in l. 4. gloss. 2. tit. 10. p. 5.*

Ibi:

Ibi: Imò hoc in casu,

- 19 Ubi industria sola per socium adhibenda tanti habetur, ut æquivaleret pecuniæ ab alio collatæ, & lucrum, & capitale æquis portionibus extincta societate distribui debet. Less. *sup. n. 10.* Molin. *disp. 415. num. 4.* Menoch. *d. cas. 125. num. 3.* Adde Tulc. *sup. num. 36.* qui distinguit.
- 20 Communis tamen sententia adversatur, quæ habet, capitale nunquam esse communicandum socio, qui solam operam, & diligentiam adhibuit. Fachin. *controv. lib. 2. cap. 95.* Leotard. *ubi proxime*, Morl. *sup. Felician. de societ. cap. 39. num. 3.* Costa *tract. de port. ras. quest. 41. numer. 4.* Barbosa *sup. numer. 7.* Gratian. *discept. 360. num. 8.* Fab. *ration. l. Si non fuerint, §. 1. ff. pro soc.* Et quidem ubi pecunia unius socii, & industria alterius sunt ejusdem æstimationis, si expressim convenerit, ut capitale sit utrique commune, ut æquitati consonum observabitur; sed si non appareat quid actum est, consuetudini stabitur, & in dubio nunquam erit divisioni locus, quod regulariter usu receptum est. Ita sentiunt Gregor. Lopez. *in l. 10. gloss. 5. tit. 10. p. 5.* Villal. *Ærar. commun. opin. lit. S, n. 109.* Escob. *de ratiocin. lib. 2. cap. 22.* Molin. *disp. 416. n. 5.* Trullench. *sup. dub. 3. num. 6.* & alii laudati *sup. num. 16.* Et societas ex consuetudine intelligitur contrahi. Leotard. *num. 49.* Escob. *num. 1.* Cenc. *de censib. decis. 59. num. 7.*

Ibi: Quin & pecunia mutuo dari poterit.

- 21 Cùm actus non tam ex verbis, quam ex mente agentium æstimetur, quod adnotavi *sub lib. 1. cap. 13. num. 24.* quamquam exprimat pecuniam credi socio industriam adhibituro, cùm verè societas licita contrahatur, non idèò usurarius censetur contractus. Leotard. *cum aliis sup. n. 27.*

Ad Num. 3.

- 22 Pecuniam exhibenti ad Societatem non licet pacisci, ut damnum, si contigerit, totum socius sustineat, lucrum verò commune sit. Huic assertioni apertissimè favet Bulla Sixti V. edita anno 1586. quæ in Bullario novissimo *tom. 2. inter Bullas ejus Pontificis est quadragesima quinta, & illi subscribunt Anton. Gomez. variar. lib. 2. cap. 5. nu. 5. vers. Tertio inferitur*, Mantic. *de tacit. conveni. lib. 6. tit. 8. num. 2. 18.* Leotard. *de usur. quest. 31. num. 2.* Cenc. *de censib. decis. 321. n. 11.* Gait. *de credit. cap. 2. n. 1929. vers. Attamen*, Trullench. *in Decal. lib. 7. cap. 24. dub. 1. n. 5.* Pichard. *in §. De illa, num. 2. Inst. de societ. Ofuald. lib. 13. cap. 16. ad fin. Parlad. quoridianar. lib. 2. cap. 2. n. 9.* Narbona *in l. 15. gloss. 1. n. 6. tit. 18. lib. 5. Recop. Cancer. variar. part. 3. cap. 7. n. 51.* Gratian. *discept. cap. 389. n. 11.* omiffis pluribus quos congerit Carleval. *de judic. tit. 3. disp. 7. num. 16.* Vide infra.
- 23 Quæ sententia ampliatur, ut nec pars capitalis conferenti sit salva, socio periculum ejus sustineat. Felician. *de societ. cap. 17. n. 10.* Narbon. *ubi proxime*, Gait. *num. 1931.* apud quos alii.

Verf. Huic conclusioni.

- 24 Ad intellectum legis *Si non fuerint §. 1. ff. pro soc. & similibus* consule Greg. Lopez. *in l. 4. gloss. 2. & l. 5. gloss. 4. tit. 10. p. 5.* Fab. *ration. d. l. Si non* D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. *Tom. II.*

fuerint, Pichard. *ubi proxime*, Narbon. *sup. gloss. 2. à numer. 3.* Morl. *Emp. Jur. tit. 8. quest. 25. numer. 29.* Ex quibus dicendum, quod æqualitas quæ in sociis desideratur, non est ut damnum, aut lucrum inter eos pro virili distribuat, sed ut quisque reportet prout contulit ad societatem. Molin. *re-cte disput. 415. num. 2.* idèò pactum, ut socius damnum non sentiat, & de lucro percipiat, legibus probatur, cùm scilicet plus ille contribuit, sive in pecunia, sive industria; atque labore, qui excessus cum favorabili conventionem inæqualitatis compensatur; nom ut ait Faber, æquitas ipsa suadet, ne servetur æqualitas. Alioqui si socii æqualiter contulissent, pactio illa ut iniqua rejiceretur. Anton. Gomez. *d. cap. 5. numer. 5.* Gratian. *disceptas. cap. 768. à numer. 23.* Sic ea jura pronunt præfati DD. & alii communiter Quod notabiliter restringit Gregor. Lopez, si convenerit inter socios æquis portionibus non collatis, ut lucrum æqualiter distribuat, de quo D. Covarruv. *infra, vers. Tertio ex his.*

Ibi: Quod societas quædam fraternitas esse censetur.

Idem observant Menoch. *de arbitr. casu 125. 25 num. 2.* Leotard. *sup. num. 49.* Narbon. *nu. 2.* Tulch. *lit. S, conclus. 285. num. 18.* Ofuald. *sup. Pichard. princ. Instit. de societ. num. 15.* Ideo hic contractus præ cæteris velut inter fratres postulat æqualitatem, Fab. *in d. l. Si non fuerint, in princip. & hæc fraternitas magis inclinatur ad concordiam, quam naturalis, nam hæc naturâ inducitur, illa à voluntate, ac electione procedit.* Fab. *in ration. l. Verum, ff. pro soc.* Ab hoc fraternitatis vinculo procedit, ne socius ultra quam facere possit, condemnetur, §. *ult. Instit. de action. Fab. ubi pronuper.*

Verf. Hinc primò apparet.

Pro hoc, & proximo sequenti versiculo videas prænotata *num. 24.* & ibi laudatos.

Verf. Tertio ex his dubia.

Hujus sententiæ meminimus *sup. numer. 24. in fin.* quam videtur probare Gregor. Lopez, Menoch. *suprà numer. 6.* etfi D. Præsidi nostro displicuerit, sicut & Anton. Gomez. *d. lib. 2. cap. 5. num. 5. vers. Ex qua regula*, de quo Tulch. *d. conclus. 285. à princ.* Et nulla ratio discriminis excogitari potest, cur pactum quod reprobat in damno, in lucro sustineatur adversus æqualitatem in societate servandam pro portione, quam quisque contulit. Vide Pichard. *num. 24. 25.*

Verf. Quarto hinc scribit.

Quoties pecuniâ æqualiter collatâ, unus ex sociis solus operam dat negotiationi, debet plus ex lucro percipere. Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 25. dub. 2. numer. 20.* nam tanto plus contribuit, quanti labor & industria æstimatur. Tulch. *suprà num. 7.* Pichard. *in princ. num. 20. & 26.* & de natura societatis est, ut qui plus expendit, sive in pecunia, sive in opera, plus ex lucro percipiat. Pichard. *n. 19.* Trullench. *sup. dub. 1. n. 5. vers. Tertia est*, Tulch. *n. 2.* sicut è contra qui minus exhibet, minus lucratur. Menoch. *de arbitr. cas. 125. n. 5.* juxta illa Pauli *2. ad Corins. cap. 9. vers. 6.* verba: *qui parçè seminat, parçè & metet.* Urfill. *ad Afflict. decis. 58. ex n. 4.*

hiberi, tutori non liceat sub usuris pecuniam mutuò dare, *authent. Novissimè, C. de administrat. tutor. Tusch. & Petr. Greg. ubi sup. Baëz. n. 93. Ayora n. 33. Barbosa cum aliis collect. de authent. n. 2. Cujac. novel. 72.*

- 8 Hæc omnia quæ præmissimus, ad Jus Civile spectant, quo usuræ legitimæ permittebantur: nunc alio utimur, cum fœnerandi abusus execrabilis prorsus interdicatur, ideo nulla ex causa fas erit pecuniam pupillarem credere sub usuris, *Molin. d. disp. 224. numer. 18. Leotard. num. 5. Baëz. ubi proximè, Gutier. num. 4. Roderic. numer. 10. Tusch. ubi sup. Barbosa cum pluribus collect. l. Tutores, numer. 16. C. de administ. tutor. quod D. Covarruv. nos docet hic, quidquid nonnulli contrà senserint, quos refert, ac refutat. Leotard. n. 4. 6. & 7. Nec pro alimentis pupilli, sicut nec pro alio quovis insigni pietatis opere licebit fœnerari. Roderic. ubi proximè, Leotard. numer. 26. Novellam Justiniani, cujus nuper meminimus, post alios reprobandes, quibus accedit Barbosa ubi proximè, & collect. cap. Super eo, num. 11. de usur.*

Verf. Illud sanè observandum.

- 9 Tutores quamvis pecuniam pupillarem prohibeantur fœnerari, tenentur tamen eam utiliter implicare ementes prædia, aut expendere ad aliquam licitam negotiationem, ex qua augetur pupillorum substantia: quod si tutor, aut curator neglexerit, ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis iudicio tutelæ damnabitur. *Leotard. d. q. 20. ex numer. 8. Gutier. de tut. part. 2. cap. 9. num. 5. & 16. Oluald. lib. 15. cap. 19. ad fin. Tusch. lit. V. concl. 441. n. 4. Hermos. d. gloss. 1. num. 226. Molin. ubi sup. Baëza num. 93. cum seqq. Escobar. d. cap. 14. num. 3. & 5. verf. & hæc necessitas, Roderic. d. cap. 10. nu. 11. 18. Surd. decis. 279. num. 10. Ayora n. 21. 22. Damhouder. de putroc. pupil. tit. de pupil. interesse, num. 43. Barbosa ubi proximè, num. 15. Trullench. lib. 7. cap. 27. dub. 2. num. 6.*

- 10 Ut autem istud interesse tutor exhibere cogatur, non sufficit pecuniam pupillarem penes eum extitisse, opus enim est ex parte minoris probari, quod tunc fuerint prædia venalia, quæ emere expediret, vel alia occasio pecuniæ utiliter, ac licitè collocandæ; aliàs tutor damnari nequibit, nisi constet pecuniam ad proprios usus impendisse, quia propter dolum ad interesse boni viri arbitrio tenebitur. *Menoch. de arbitrar. cas. 49. nu. 6. Damhouder. nu. 66. 70. & 75. Escobar. nu. 6. Roder. n. 12. 13. Baëza num. 99. Gutier. n. 6. Ayora nu. 28. & n. 31. quod tutor non solvit interesse pro pecunia, quam à debitoribus pupilli ex negligentia non exegit. Sed consule Gutier. d. cap. 9. ex num. 33. contrà sentientem.*

Ibi: Quo fit, ut in ea provincia.

- 11 Sic apud nos receptum est, ut tutores, aut curatores pecuniæ pupillaris, quam retinuisse constat, interesse persolvant, etiam nulla per minorem probatione facta, ad rationem quinque pro centenario, quod est pretium legitimum censuum redimibilium, qui frequentissimè in Hispania vendi solent. Idem videtur dicendum, si ob commercii assiduitatem facile possit expendi pecunia ad licitum lucrum juxta regionis consuetudinem. *Molin. d. disp. 224. numer. 18. Ayora n. 30. Escobar. n. 7. Barbosa collect. d. l. Tutores, n. 15. C. de administrat. tutor.*

- 12 Quæ de tutore hucusque tradidimus, æquè procedunt in curatore, administratore bonorum Ec-

clesiæ, ac similibus, ut observant *Hermosilla & alii ex jam laudatis.*

Illud omittendum non est, quod ex aliis tradit *Gutier. de tutel. part. 2. cap. 9. n. 7.* videlicet tutorem testamentarium non teneri ad usuras, seu interesse ex negligentia, si per testatorem illi remittatur quidquid tutelæ iudicio debuerit: sed hæc liberatio non proderit si pecuniam pupillarem clam usurpans in proprios usus converterit ad instar prædonis.

Verf. Cæterum satis controversum.

Frequens maximè apud Theologos disceptatio est, an liceat conferenti pecuniam ad societatem pacisci, ut socius, sive commodum, sive jacturam ex negotiatione reportet, teneatur ad certam quantitatem solvendam ultra capitale, quod finita societate restituet, omne periculum in se suscipiens? De qua plenè *Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 417. Less. eod. tract. lib. 2. cap. 25. dub. 3. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 24. dub. 2. Bonacina Sum. disp. 3. q. 6. punct. 3. Leotard. tractat. de usur. q. 31. ex numer. 2. Narbona in l. 15. gloss. 1. & 2. tit. 18. lib. 5. Recop. Parlad. quotidian. lib. 2. cap. 2. à n. 10. Gait. de credit. cap. 2. q. 5. num. 1929. cum seqq. Morl. Empor. jur. tit. 8. q. 25. ex n. 28.*

Ad Num. 2.

Potest ita contrahi societas, ut quis pecuniam, alter operam, & industriam conferat eo pacto, ut lucrum & damnum utrique sit commune. *Leotard. cum aliis num. 27. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 5. num. 5. Petr. Greg. Syntagm. lib. 27. cap. 4. num. 10. Scacc. de commerc. §. 1. gloss. 7. part. 2. ampl. 20. n. 4. Fab. in ration. l. Cum duobus, §. Utrum, ff. pro socio: & sic in dubio æqualiter divisio fieri debet, quoniam præsumitur industria æquivalere pecuniæ. Menoch. de arbitrar. cas. 125. n. 2. de quo Greg. Lop. in l. 5. gloss. 4. tit. 10. p. 5.*

Hac in societate, nisi aliud convenerit, quisque ex socii periculum ejus, quod confert, sustinere debet: itaque si perfecta societate, nihil præter capitale superlit, qui industriam adhibuit, jacturam laboris patitur. Rursus si initio negotiationis pecunia naufragio, vel alio casu pereat, detrimentum est illius dumtaxat qui illam contribuit, socio operam non adhibente. Sic usu receptum est in commerciis, & actum intelligitur inter socios, qui juxta consuetudinem contrahere existimantur. *Molin. disp. 415. n. 5. & 7. Trullench. d. cap. 24. dub. 3. n. 4. Barbosa in collect. lib. 1. n. 7. C. pro soc. Morl. sup. n. 29. & alii; de quo infra. n. 19.*

Ibi: Quod autem diximus.

Hæc conventio, ut lucrum, ac damnum sit commune, non infringit naturam hujus societatis, prout eam *D. Covarr.* intelligit, scilicet in ipsa negotiatione, non in capitali, quod non communicatur.

Ad cætera quæ Præses noiter prosequitur, ac de justitia ejus societatis, adire oportet *Molin. disp. 416. Trullench. & Barbosa ubi proximè, Less. sup. dub. 2. Mantie. de tacit. conv. lib. 6. tit. 4. ex numer. 7. Tusch. lit. S. concl. 187. à num. 4. Leotard. sup. nu. 29. cum seqq. Mozz. de contract. tit. de societ. in princ. Morl. ex num. 29. Bonac. d. punct. 3. Scaccia d. part. 2. ampl. 9. n. 2. cum seqq. Pichard. in princ. n. 18. & in §. De illa, ex n. 8. Greg. Lop. in l. 3. gloss. 7. & in l. 4. gloss. 2. tit. 10. p. 5.*

Ibi:

Ibi: Imò hoc in casu,

- 19 Ubi industria sola per socium adhibenda tanti habetur, ut æquivalcat pecuniæ ab alio collatæ, & lucrum, & capitale æquis portionibus extincta societate distribui debet. *Less. sup. n. 10. Molin. disp. 415. num. 4. Menoch. d. cas. 125. num. 3. Adde Tulc. supr. num. 36. qui distinguit.*
- 20 Communis tamen sententia adversatur, quæ habet, capitale nunquam esse communicandum socio, qui solam operam, & diligentiam adhibuit. *Fachin. controv. lib. 2. cap. 95. Leotard. ubi proxime, Morl. sup. Felician. de societ. cap. 39. num. 3. Costa tract. de port. ras. quest. 41. numer. 4. Barbosa sup. numer. 7. Gratian. discept. 360. num. 8. Fab. ration. l. Si non fuerint, §. 1. ff. pro soc. Et quidem ubi pecunia unius socii, & industria alterius sunt ejusdem æstimationis, si expressim convenerit, ut capitale sit utriusque commune, ut æquitati consonum observabitur; sed si non appareat quid actum est, consuetudini stabitur, & in dubio nunquam erit divisioni locus, quod regulariter usu receptum est. Ita sentiunt Gregor. Lopez. in l. 10. gloss. 5. tit. 10. p. 5. Villal. Arar. commun. opin. lit. S, n. 109. Escob. de ratiocin. lib. 2. cap. 22. Molin. disp. 416. n. 5. Trullench. sup. dub. 3. num. 6. & alii laudati sup. num. 16. Et societas ex consuetudine intelligitur contrahi. *Leotard. num. 49. Escob. num. 1. Cenc. de censib. decis. 59. num. 7.**

Ibi: Quin & pecunia mutuo dari poterit.

- 21 Cum actus non tam ex verbis, quam ex mente agentium æstimetur, quod adnotavi *sub lib. 1. cap. 13. num. 24.* quamquam exprimitur pecuniam credi socio industriam adhibituro, cum verè societas licita contrahatur, non ideò usurarius censetur contractus. *Leotard. cum aliis sup. n. 27.*

Ad Num. 3.

- 22 Pecuniam exhibenti ad Societatem non licet pacisci, ut damnum, si contigerit, totum socius sustineat, lucrum verò commune sit. Huic assertioni apertissime favet Bulla Sixti V. edita anno 1586. quæ in Bullario novissimo tom. 2. inter Bullas ejus Pontificis est quadragesima quinta, & illi subscribunt *Anton. Gomez. variar. lib. 2. cap. 5. nu. 5. vers. Tertio infertur, Mantic. de tacit. convent. lib. 6. tit. 8. num. 2. 18. Leotard. de usur. quest. 31. num. 2. Cenc. de censib. decis. 321. n. 11. Gait. de credit. cap. 2. n. 1929. vers. Attamen, Trullench. in Decal. lib. 7. cap. 24. dub. 1. n. 5. Pichard. in §. De illa, num. 2. Inst. de societ. Osuald. lib. 13. cap. 16. ad fin. Parlad. quotidianar. lib. 2. cap. 2. n. 9. Narbona in l. 15. gloss. 1. n. 6. tit. 18. lib. 5. Recop. Cancer. variar. part. 3. cap. 7. n. 51. Gratian. discept. cap. 389. n. 11. omiffis pluribus quos congerit Carleval. de judic. tit. 3. disp. 7. num. 16. Vide infra.*
- 23 Quæ sententia ampliatur, ut nec pars capitalis conferenti sit salva, socio periculum ejus sustinente. *Felician. de societ. cap. 17. n. 10. Narbon. ubi proxime, Gait. num. 1931. apud quos alii.*

Vers. Huic conclusioni.

- 24 Ad intellectum legis *Si non fuerint §. 1. ff. pro soc. & similium* consule *Greg. Lopez. in l. 4. gloss. 2. & l. 5. gloss. 4. tit. 10. p. 5. Fab. ration. d. l. Si non D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

*fuerint, Pichard. ubi proxime, Narbon. sup. gloss. 2. à numer. 3. Morl. Emp. Jur. tit. 8 quest. 25. numer. 29. Ex quibus dicendum, quod æqualitas quæ in sociis desideratur, non est ut damnum, aut lucrum inter eos pro virili distribuatur, sed ut quisque reportet prout contulit ad societatem. Molin. recte disput. 415. num. 2. ideò pactum, ut socius damnum non sentiat, & de lucro percipiat, legibus probatur, cum scilicet plus ille contribuit, sive in pecunia, sive industria; atque labore, qui excessus cum favorabili conventionem inæqualitatis compensatur; non ut ait Faber, æquitas ipsa suadet, ne servetur æqualitas. Alioqui si socii æqualiter contulissent, pactio illa ut iniqua rejiceretur. *Anton. Gomez. d. cap. 5. numer. 5. Gratian. disceptas. cap. 768. à numer. 23. Sic ea jura exponunt præfati DD. & alii communiter Quod notabiliter restringit Gregor. Lopez, si convenerit inter socios æquis portionibus non collatis, ut lucrum æqualiter distribuatur, de quo D. Covarruv. infra, vers. Tertio ex his.**

Ibi: Quod societas quædam fraternitas esse censetur.

Idem observant *Menoch. de arbitr. casu 125. 25. num. 2. Leotard. sup. num. 49. Narbon. nu. 2. Tulch. lit. S, conclus. 285. num. 18. Osuald. sup. Pichard. princ. Inst. de societ. num. 15. Ideo hic contractus præ cæteris velut inter fratres postulat æqualitatem, Fab. in d. l. Si non fuerint, in princip. & hæc fraternitas magis inclinatur ad concordiam, quam naturalis, nam hæc naturâ inducitur, illa à voluntate, ac electione procedit. *Fab. in ration. l. Verum, ff. pro soc. Ab hoc fraternitatis vinculo procedit, ne socius ultra quam facere possit, condemnatur, §. ult. Inst. de action. Fab. ubi pronuper.**

Vers. Hinc primò apparet.

Pro hoc, & proximo sequenti versiculo videas prænotata *num. 24. & ibi laudatos.*

Vers. Tertio ex his dubia.

Hujus sententiæ meminimus *sup. numer. 24. in 26. fin.* quam videtur probare *Gregor. Lopez, Menoch. supra numer. 6. et si D. Præfidi nostro displicuerit, sicut & Anton. Gomez. d. lib. 2. cap. 5. num. 5. vers. Ex qua regula, de quo Tulch. d. conclus. 285. à princ. Et nulla ratio discriminis excogitari potest, cur pactum quod reprobatum in damno, in lucro sustineatur adversus æqualitatem in societate servandam pro portione, quam quisque contulit. Vide *Pichard. num. 24. 25.**

Vers. Quarto hinc scribit.

Quoties pecuniâ æqualiter collatâ, unus ex 27 sociis solus operam dat negotiationi, debet plus ex lucro percipere. *Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 25. dub. 2. numer. 20. nam tanto plus contribuit, quanti labor & industria æstimatur. Tulch. supra numer. 7. Pichard. in princ. num. 20. & 26. & de natura societatis est, ut qui plus expendit, sive in pecunia, sive in opera, plus ex lucro percipiat. Pichard. n. 19. Trullench. sup. dub. 1. n. 5. vers. Tertia est, Tulch. n. 2. sicut è contra qui minus exhibet, minus lucratur. *Menoch. de arbitr. cas. 125. n. 5. juxta illa Pauli 2. ad Corins. cap. 9. vers. 6. verba: Qui parçè seminat, parçè & metet. Urfill. ad Afflict. decis. 58. ex n. 4.**

28 At si omnes socii pro utilitate societatis operam & industriam adhibuerint, non habebitur ratio an quis plus laboraverit, ut majorem lucri portionem percipiat. Pichard. cum aliis *ubi proxime*. Quid si unus socii filii laborarent, tradit Tusch. *sup. concl.* 287. *num.* 27.

29 Est animadvertendum, quod æqualitas societatis non consistit in indivisibili, sed habet latitudinem, sicut in emptione, aliisque contractibus; nam cum in ipsa non solum interveniat pecunia, sed etiam industria sociorum, & aliquando res aliæ, ut naves, quæ ad commercium deservire solent quoad æstimationem earum nil certi statui potest, quæ pendet ab arbitrio, & consensu contrahentium, ut per magis, ut per minus varietur: unde pacta societatis servari debent, nisi de inæqualitate aperte constiterit, l. 4. *titul.* 10. p. 5. l. Si non fuerint 29. *pro soc.* Molin. *sup. disp.* 415. *numer.* 2. Pichard. *in princ.* *num.* 26. ubi quoad licet in foro externo sociis se invicem decipere, *Infl. de societ.* ideò pactum inæqualitatis in illo sustinebitur, quod in foro animæ censeretur injustum. Idem Pichard. *num.* 25.

Verf. Quintò infertur.

30 In societate expressa bonorum omnium, quæ & futura undecumque quæsitæ continentur; nisi de lucris, & damni divisione convenerit, illud pariter distribuitur, quamquam socii non æqualiter contulerint, & in pactum deducere id licebit, Molin. *disp.* 412. *numer.* 1. Tusch. *lit. S, concl.* 283. *num.* 55. Trullench. *sup. lib.* 7. *cap.* 24. *dub.* 3. *num.* 1. Bonac. *de contract.* *disp.* 3. q. 6. *punct.* 3. *numer.* 2. Dissentit Anton. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. cui accedit Osuald. *lib.* 13. *cap.* 16. *finem versus*. Imò & patrimonia ipsa, sive capitalia, etsi inæqualia sint, societate soluta æquis portionibus unà cum lucro dividenda scripsit ex D. Covarruv. *hic*, & aliis Trullench: quod verum puto si ita convenerit, non aliàs, ut sentiunt Gomezius, ac Osualdus. Adde Menoch. *de arbitrar. cas.* 127. *numer.* 2.

31 Præterea hac in societate nihil refert, an aliquis ex sociis plus expenderit pro familiæ amplitudine, aut industriam plus acquisierit, quia pro virili æqualis inter socios divisio fiet. Gregor. Lopez. *in l. 6. gloss.* 1. *tit.* 10. p. 5. Tusch. *sup. num.* 12. 13. Trullench. *ubi proxime*. Hev. Bolaños *comm. terrefl.* l. 1. *cap.* 3. *num.* 9. Menoch. *sup.*

Ibi: An ex bonis societatis.

32 Quidam sentiunt, filiarum unius ex sociis non deberi dotem ex bonis communibus societatis universalis, sed esse patri imputandam, nisi aliud convenerit inter socios, Molin. *disput.* 421. *num.* 4. Azeved. *in l. 9. numer.* 23. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* & alii apud Cævall. *com. cont. com.* q. 189. Contrarium docent Gregor. Lopez. *ubi proxime*, Donell. *lib.* 13. *cap.* 16. ubi Osuald. Bolañ. *numer.* 8. Menoch. *sup. num.* 3. Villal. *Ærar. commun. opin. lit. S, num.* 108. de quo latè Tusch. *lit. S, concl.* 285. d. *numer.* 15. qui pro utraque sententia fundamenta, & sequaces expendit. Idem quod de dote respondendum erit de aliis sumptibus in honorem filiorum, vel ut bonis imbuantur litteris factis, ex l. *Socius pro socio*, §. 1. *pro soc.*

Verf. Sextò poterit ex his.

Hæc pactio, ne conferens industriam solam ad 33 damnum teneatur, inutilis est prorsus, quia ex natura contractus nunquam hic pecuniæ ab alio collatæ periculum sustinet, juxta opinionem communem, quæ est *sup. numer.* 16. 20. Ac etiam idem pactum nihil operabitur ex sententia D. Covarruv. & sectantium, si industria, & labor non æqualeat pecuniæ contributæ, cum nulli periculo subdatur qui industriam confert, sicut nec de capitali quicquam capere potest. Solum igitur proderit præfata conventio, cum industria, & pecunia cœquantur, quo casu periculum, & damnum pro proportionem ad conferentem industriam spectat: quæ omnia D. Præses edocuit *sup. num.* 2. Sed hoc casu, ut conventio iniqua non sit, opus erit, quod industriæ æstimatio excedat valorem pecuniæ: sic talis excessus compensabitur pacto favorabili relevante industriam à damno; alioquin eveniret, ut inter æqualiter conferentes inæqualis fieret distributio, quod fraternitas socialis non patitur, ut adnotatur *sup. numer.* 24. & 25. Nec mirum est, imò plerumque contingit, ut pluris ad societatem habeatur industria, quam est pecuniæ capitale, lege Si non fuerint 29. §. Ita coiri, ff. *pro socio*, ibi: Plerumque enim tanta est industria socii, ut plus societati conferas, quam pecunia.

Ex parte verò conferentis pecuniam talis conventio, ne damnum sustineat, & de lucro capiat, 34 iniqua censetur; nam salva sorte, lucrum saltem incertum stipulatur, quod est contra naturam societatis. Cancer. *variar. part.* 3. *cap.* 7. *numer.* 51. ideò communiter reprobatur, ut prænotatur *sup. nu.* 22. nisi adhibitis conditionibus, de quibus mox cum D. Covarruv. dicendum. Licet autem pacta inæqualitatis non vitient societatis contractum, qui expulsis illis, boni viri arbitrio ad æqualitatem reducit. Osuald. d. *cap.* 5. *ad fin.* aliud tamen respondendum videtur de hujusmodi societate, ac similibus, quæ usuræ suspicionem præ se ferunt, ex præcitate Sixti V. decreto, ejusmodi contractus expressè prohibente.

Ibi: Fateor equidem, hunc sensum.

Casus, ni fallor, qui deciditur, in d. l. si non 35 fuerint, §. Ita coiri, talis est. Duo parem pecuniæ quantitatem ad societatem exhibuerunt, sed unus solus negotiationis pondus assumpsit eo pacto, ut damnum, si contingeret, non sustinens, lucris portionem pro virili caperet, unde nulla inter socios resultat inæqualitas; quia cum socius negotiaturus in industria plus conferat, plus commodi percipere æquum est, atque ita absque periculo capitalis lucrum sperat, illudque periculum alter socius sustinet, qui minus, scilicet solam pecuniam contribuit: sic pariformiter conferunt, si periculum damni, & opera socii sunt ejusdem æstimationis, alioquin quoad excessum oriretur inæqualitas, & hoc apertissime illa textus verba demonstrant: Si tanti sis opera, quanti damnum est. Nam si negotiator socius non conferret pecuniam, ut æqualitas servaretur, opus foret ut opera non solum damno, sed etiam pecuniæ ab altero exhibitæ æquivaleret: sed quia uterque pariter in pecunia contribuerat, duntaxat æstimatio industriæ, ac laboris cum periculo fortis

fortis, data æqualitate compenſatur. Ne autem aliquid iniquitatis ſub ea pacto latere videretur, ſubjicit Conſultus quantum interſit ad augmentum ſocietatis induſtria, quantisque laboribus, ac periculis qui negotia exercent, ſe exponere ſoleant ob commune ſociorum bonum, quapropter eos relevari à periculo capitalis, iniquum haberi non debet. Adde Narbon. in l. 15. gloſſ. 2. num. 12. tit. 18. lib. 5. Recop.

Ad Num. 4.

36 Fas eſt tradere negotiatori pecuniam in ſocietatem, ita ut illæſa ſemper conferenti forte certam quantitatem in ſingulos annos ex negotiatione dominus pecuniæ percipiat, nulli ſubjectus periculo. Hæc ut licite fiant, triplex ſub uno contractus celebratur, ſocietatis, aſſecurationis capitalis, & aſſecurationis lucri. V. g. dedit Titius mille commercium facienti, qui centum quinquaginta quotannis lucrari poſſet præter ſuæ induſtriæ, & laboris ſtipendium: deinde convenit, ut negotiator aſtringeretur ad centum præciſè ſolvenda annuatim, ſive plus, ſive minus lucraretur, domino pecuniæ fortis periculum ſuſtinente: tandem mercator promittit, ſe capitale, dirempta ſocietate, redditurum, ejus periculum in ſe transferens, modò quinquaginta duntaxat ſingulis annis pendere teneatur. Hi contractus, qui inter diverſas perſonas ſunt præculdubio permiſſi, cum uno eodemque negotiatore abique ſcœnoris labe poterunt celebrari, ſi aſſecurationis prætium juſtum conſtituatur, nec fraus uſuraria miſceatur.

37 Hanc contrahendi formam licitam profitentur Card. Lugo de juſt. & jur. diſp. 30. ſect. 4. num. 4. Molin. ſup. tract. 2. diſp. 417. Leſſ. lib. 2. cap. 25. dub. 3. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 24. dub. 2. Bonac. de contract. diſp. 3. quæſt. 6. punct. 3. num. 8. Azor. Inſtit. moral. lib. 9. cap. 3. q. 7. Dian. part. 1. tract. 8. de contract. reſol. 30. Leotard. de uſur. quæſt. 31. à num. 12. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. q. 5. n. 1929. & 1933. cum ſeqq. Scaccia de commerc. §. 3. gloſſ. 3. ex num. 35. Mareſcot. variar. lib. 2. cap. 133. num. 21. Narbon. in l. 5. gloſſ. 2. ex nu. 7. tit. 18. lib. 5. Recopil. Mozz. de contract. tit. de ſociet. rubr. de natur. ſociet. num. 11. Morla Empor. Jur. tit. 8. q. 25. num. 30. Pichard. in §. De illa, n. 21. Inſtit. de ſociet. Carleval. de judic. tit. 3. diſp. 7. num. 17. ubi alii. Quam adeo communem ſententiam reſutant aliqui, quos reſert Leotard. n. 12. præſertim Parlador. quotid. lib. 2. cap. 2. num. 10. Felician. de ſociet. cap. 19. ex num. 24. objicientes Bullam Sixti V. de qua ſuprà.

38 Ut autem hoc negotiationis genus licite exercetur, opus non eſt quod triplex contractus expreſſim celebretur, ſufficietque pecuniam bona fide mercatori numerari, ut actus eo modo, quo legitime fieri poſſit, perficiatur, & ita ſerè ſemper in praxi contingit, cum timoratae conſcientiæ viri peritos conſulunt, an liceat pecuniam ſic utiliter collocare? Quibus duntaxat reſpondetur, licere; modus tamen contrahendi non aperitur. Tutius erit, ne generetur ſcandalum, tres illos contractus explicite inire. Trullench. num. 2. Leotard. n. 20. Carleval. num. 21. Leſſ. num. 31. Narbon. nu. 48. Dian. reſol. 31. & alii.

39 Sunt nonnulla omninò obſervanda, ut talis contractus abique labe uſurarum celebretur, de quibus Gait. ex num. 1934. Leotard. num. 16. & cæteri ex præcitatis. Ubi autem requiſita ad juſti-

ficationem concurrunt, hujusmodi ſocietatis, & aſſecurationis contractus expedit frequentari, tum ad communem commercii utilitatem, tum ad animarum ſecuritatem, ut probat Leſſ. n. 33.

Illud omittendum non eſt, quod inæqualitas ex pacti in ſocietate contingens, debet reformari arbitrio boni viri, etiamſi contrahens profiteatur ſe donare ſocio exceſſum quemadmodum in venditione non impeditur læſus agere, tamenſi aſſeveret ſe donare quod infra, vel ultra juſtum prætium convenit. Ita Urſill. ad Afflic. deciſ. 58. numer. 5.

Ad Num. 5.

Nauticum ſcœnus eſt uſura trajectitiæ pecuniæ, quæ ad ultramarinam regionem deferretur, creditore periculum navigationis ſuſtinente, l. 1. de naut. ſcœn. Cujac. ad eum tit. in Cod. Weſembec. in paratiſ. ibi. Illud Romanis, Græcis, variisque gentibus in uſu fuiſſe conſtat, ut ex Budæo lib. 1. de Aſſe, & aliis obſervat Leotard. de uſur. q. 23. num. 1. Jure Civili etſi aliæ uſuræ coarctarentur ad modum legibus præſcriptum, de nauticis liberè ſtipulari licebat, quæ etiamſi excederent ſortis quantitatem, exigebantur. Utrumque autem fuit à Juſtiniano temperatum, qui conſtituit & quod uſura maritima ad centeſimam reſtringeretur, & ne ultra duplum poſſet extorqueri, l. Eos 26. §. In trajectitiis, C. de uſur. novell. 110. de uſur. nautic. novel. 138. ne uſur. exced. dupl. Cujac. ad tit. C. de naut. ſcœn. Petr. Gregor. ſyntagm. lib. 22. cap. 3. num. 44. Unde nautica uſura centeſima vulgò nuncupatur. Gloſſ. in l. 1. C. de naut. ſcœn. Molin. ſup. diſput. 304. num. 16. Weſembec. ubi proximè, Leſſ. de juſt. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 4. num. 33. Leotard. ubi nuper, Petr. Greg. qui & alia de hoc ſcœnore tradit n. 46.

De interpretatione capitis Naviganti, de uſur. varia ediderunt plurimi, ut Molin. diſp. 318. n. 6. Leſſ. ſup. dub. 13. num. 116. Leotard. d. q. 23. à princ. Morla Emp. Jur. tit. 8. q. 25. n. 22. Fachin. controverſ. lib. 2. cap. 48. Narbona in l. 15. gloſſ. 2. à num. 16. tit. 18. lib. 5. Recop. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. quæſt. 5. num. 52. cum ſeqq. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. ampliat. 8. num. 52. Herinof. in l. 10. gloſſ. 4. ex num. 260. tit. 1. p. 5. Barboſa collect. d. cap. Naviganti, num. 2. apud quem, ac Leotard. plures alii. Non deſunt qui parent, litteram textus diminutam, addentes negativam, atque ita Pontificem nauticum ſcœnus approbaſſe, quod communiter reſutatur. Vide Barbol. ſup. Narbon. n. 17. & alios.

Verſ. Primum quidem.

Hic intellectus à cunctis generaliter rejicitur præcitatis.

Verſ. Secundò text. in d. cap.

Inter cæteras interpretationes hæc verior, ac communior habetur, quod ſcilicet in d. cap. Naviganti, prohibetur ne quis mutuo pecuniam præſtet ea condicione, ut ipſe pro certo prætium pecuniæ creditæ periculum maritimum ſuſtineat, aliàs minimè mutuaturus. Non tamen interdicitur, quod mutuatarius ultrò cum ipſo creditore aſſecurationis contractum celebret, aſſumente illo

pro pretio iusto periculum pecuniæ, vel mercium quas credidit. Ita cum D. Covar. Molin. n. 2. & 4. Less. Fachin. Morl. *ubi proximè*, Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 3. punct. 5. num. 2.* Hermos. num. 262. Petr. Navar. *de restitut. lib. 3. cap. 2. num. 243.* Sarmient. *selektar. lib. 7. cap. 10. n. 10.* Roderic. num. 62. Narbon. num. 22. qui plurimos referunt, Scaccia *de comm. §. I. q. 7. p. 2. ampl. 8. num. 43.*

44 Hæc licet in se vera sint, mens Gregorii IX. ea fuisse videtur ad extirpandas sceneratorum fraudes, ut in foro externo talis contractus usurarius præsumatur, nisi aliud appareat. Consule Molin. Barbof. Hermos. *ubi proximè*, Strac. *de assicurat. in præfat. num. 32.* Roder. num. 60. Scacc. nu. 502. Leotard. n. 19.

45 Non tamen usurarius censetur, qui cum pecuniam ad commercium haberet paratam, eam mutuo dedit, adigens mutuatarium, ut cum ipso contractum assicurationis ineat, aliter non mutuaturus; nam ratione lucri cessantis poterit pacisci de certa quantitate pro periculo, quod in se suscipit pecuniæ trajetitiæ, vel mercium quas credidit, modo non superet quod verosimiliter lucraretur ex negotiatione alia: quod usu receptum Hispali, Gadibus, aliisque in Bæticæ portubus, ubi commercium Indicum frequentatur: nec hoc nauticum fœnus, quod loco interesse veri subrogatur Gregoriana afficit constitutio. Molin. *d. disp. 318. n. 3.*

Verf. Tertio tamen Hadrianus.

46 Hadriani intellectus hic ab omnibus communiter reprobatur, ut videre licet apud nuper laudatos num. 42. & notat Leotard. num. 13. Ad illa quæ pro ejus sententia expenduntur, vide *sup. cap. I. num. 18. 20.* Leotard. *de usur. quæst. 16.* & concessio quod non committatur usura ex pacto, quo debitor nullum sentit incommodum, huic controversiæ adaptari non possit, quia fortè magis expediret mutuatarium sustinere periculum, quam pretium pro illo transferendoolvere creditori; & tunc aliquid probaret Hadrianus, cum debitor cum tertio assicurationem esset contracturus. Sed nec hoc casu admittitur Hadriani intellectus per D. Covar. & alios, quia adimitur mutuatario libertas contrahendi quocum sibi placuerit, quod ad usuram sufficit, ut fert communis.

Verf. Quantum verò ad restitutionem.

47 Creditor qui debitorem compulit ratione mutui, ut pretium periculi, quod suscepit, constitueret, ante impletum contractum obligationem tenetur remittere. Morla *sup. num. 22.* Sed num quod jam perceperit, reddere compellatur, arduæ quæstionis est. Negant cum D. Covar. communiter Theologi, ut Molin. num. 5. Bonacin. *d. punct. 5. num. 3.* Salas cum aliis *de usur. disp. 23. num. 4.* Ratio potissima est, nam etsi perperam egerit, justè tamen percepit pretium periculi, cui se exposuit, argumento legis 4. §. *Sed & quod meretrici, de condi. ob turp. caus.* Quod declaratur, nisi pretium excedat periculi æstimationem, ac de illo est detrahendum quod bono viro videatur pro coactione ad contrahendum cum creditore, quod est pretio æstimabile.

48 Rursus alii sentiunt, creditorem nihil retinere

posse de pretio periculi, quod acceperit. Strac. *sup. num. 30. & 33.* Morl. *ubi proximè*, Lancellot. *de Canon. Instit. tit. de usur. §. ult.* Leotard. late probans *d. q. 23. à num. 15.* ubi eo nititur fundamento, quod cum sit contractus usurarius, nihil ex eo lucrari sceneratori permittitur, qui sibi imputare debet cur periculum jure prohibente suscepit ultro, & avarè.

Tertia est sententia, quæ sic distinguit: Aut debitor erat cum aliquo assicurationis contractum celebraturus de pecunia, quam mutuo accepit, vel non, quia suo periculo eam vehendam apud se constituerat. Priore casu non oneratur creditor restituendi obligatione; posteriore tenetur restituere quicquid pro periculi pretio cepit. Ita Ludovic. Lop. *de contract. lib. 2. cap. 16. verf. Hanc autem sententiam.*

Quæ sanè distinctio potest meritò amplecti, ut præcedentes invicem pugnantes concilientur opinioniones; nam prima D. Covar. & sequacium procedit cum mutuatarium aliàs erat soluturus pretium periculi, quod in alienum transferre decreverat; unde nullum patitur ex coactione creditoris detrimentum, nisi privationem libertatis ad contrahendam assicurationem cum quolibet: & hoc, quod est æstimatione dignum, tenebitur creditor resarcire boni viri arbitrio, quod D. Covar. & alii concedunt omnes.

Secunda Leotardi, & cæterorum obtinebit quoties mutuatarium periculum sustinere volens, cogitur per mutuantem illud transferre, pretio constituto; quia nisi interveniret usurarii coactio debitor quod pretii nomine exsolvit, lucraretur, cum pecunia assicurata salva in portum destinatum (ut supponitur) pervenisset; unde creditor hoc lucrum, quod sibi extorsit sceneratitia pactione, restituere mutuatarium compelleretur: nec habenda est ratio periculi quod ipse perperam suscepit, ut prædiximus n. 48.

Præfatæ distinctioni non obest, imò favet quod pro opinione D. Covar. adducitur, ac refert Leotard. num. 10. de illo qui mutui causâ atringit mutuatarium, ut triticum suum ad ejus molendinum mittat molendum; nam etsi usuram committere censetur, justam pro molitione acceptam mercedem non restituit: quod ita verum habet, quia eandem alibi erat soluturus; alioquin si non esset triticum moliturus, aut gratis molere posset mutuatarium, usurarius etiam mercedem molitionis reddere teneretur, quia ex sceneratitia conventionne hoc damnum intulit debitori, quod resarcire debet, etsi nihil usurpaverit, inspecto locationis contractu: quod pariter in nostro casu assicurationis contingit. Vide Pat. Molin. *disp. 309. u. 9. & 15.*

Verf. Secundo constat.

Nauticum fœnus jure Pontificio non sublatum docet noster Præses, at non pauci dissentiant, ut Molin. *d. disp. 318. num. 6. in fin.* Zerol. *prax. Episcop. part. I. verb. Contractus, verf. Urget quis,* Strac. *sup. num. 27.* Scacc. *d. ampliat. 8. num. 52.* & alii plures, quos congerit, ac sequitur Leotard. *d. q. 23. n. 3.* Sed pro conciliatione dicendum, fœnus extirpatum, quatenus Jure civili permittebatur tam pro usu pecuniæ, quam pro periculo maris centesimam usuram exigere; non quoad justum assicurationis contractum, ex quo licet periculi pretium capere pro pecunia, aut mercibus, quæ ultra mare transferuntur. Molin. *ubi proximè,*

proximè, Roderic. *sup. lib. 3. q. 5. num. 63.* Navar. *Manual. cap. 17. num. 285.*

Verf. Tertio deducitur.

54 Ut pretium periculi justè percipiatur, opus non est ut recipiens operam exhibeat pro securitate pecuniæ vel mercium quæ ultra mare deferuntur; sed sufficit obligatio ad solvendam earum æstimationem si perierint, ut constat ex Strac. *tract. de æffecur.* Cur. Philip. *part. 2. lib. 3. cap. 14.*

Ad Num. 6.

55 Hac in quæstione quadruplex reperitur opinio. Plerique asserunt, fas esse quod fidejussionis merces percipiatur. Navar. *Manual. cap. 17. num. 285.* Gait. *de credit. cap. 4. num. 1138.* Cenc. *de censib. decis. 141. num. 1.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 5. num. 118.* Gregor. Lop. *in l. 1. gloss. 4. tit. 12. p. 5.* Carleval. *de judic. disput. 8. sect. 3. num. 25.* Felician. *de censibus lib. 2. cap. 5. num. 20.* Mantica *de tacitis convent. lib. 16. tit. 8. num. 2.* Strac. *de æffecurat. in præfat. num. 45.* Matienz. *in l. 1. gloss. 8. num. 63. tit. 11. libro 5.* Recop. Menes. *in l. 2. num. 27. C. de rescind. vendit. & plures, quos hi referunt, ipsisque suffragatur lex tertia ibi: La quinta razon es, si la muger recibiese precio por la fiaduria, &c. titulo 12. p. 5. l. Antiquæ 23. C. ad Vellejan.*

56 Ex contrario non pauci sentiunt, non licere fidejussori ex officio, quod ab amicitia, & gratia procedit, lucrum quærere. Hering. *de fidejuss. cap. 26. ex num. 119.* Rodericus *de annuis redditib. lib. 2. quæst. 12. num. 8.* Osuald. *lib. 15. cap. 48.* Caldas *in l. si curatorem, verbo, Sua facilitate, num. 96.* Cod. *de in integr. restit. præter laudatos per Leotard. de usur. q. 23. n. 30.*

57 Quidam cum D. Covar. distinxerunt, ut imminente periculo ex fidejussione, permittatur pretium accipere; alias non liceat. Caroc. *de locato, part. 2. quæst. 7. tit. de fidejussore, num. 3. & 5.* Morl. *Empor. Jur. tit. 8. quæst. 25. num. 33.* Baëza *de inop. debit. cap. 5. ex num. 25.* Leotard. cum aliis *sup. num. 32. & 34. qui num. 38. probat, semper in dubio fidejussionem periculosam præsumi ob varios, subitosque fortunæ eventus. Cenc. de censib. decis. 141. num. 4.*

58 Theologi denique communiter proximam distinctionem expressim impugnantes, docent remoto omni periculo, actum ipsum, quem exercet fidejussor, pro alio se obligans, esse pretio æstimabilem, quod licitè exigitur. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 319.* Less. *in simili tract. lib. 2. cap. 20. dub. 13. num. III.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 26. dubi. 2. num. 5.* Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 3. punct. 1. n. III.*

59 Quæ opinio (quam etiam tenent Cenc. *de censib. q. 52. num. 7.* Mantica. *sup. lib. 6. tit. 6. n. 6.* Rota *divers. decis. 679. num. 2. part. 1.*) omnino amplexanda uti verior; nam cum actus se obligandi onerosus censeatur, quem nullus pro alio exercere tenetur, cur non licebit pro fidejussione pretium exigere, quod vetitum non reperitur, sicut in mutuo, maximè quando semper qualequale periculum saltem remotè inest. Nec refert, quod fidejussio ab amicitia originem trahit, & idè gratuita esse debeat, ut ait Leotard. *ubi proximè, quia & depositum ab amicitia procedit, §. Præterea, Instit. quib. mod. re contrar. oblig. & gratuitum sui naturæ censetur: attamen deposti-*

tario non est vetitum pro custodia mercedem percipere, l. 1. §. Si quis servum, ff. *deposit. cap. Bona fides, eod. tit.* similiter licet feudum, quod à liberalitate, ac benevolentia provenit, sui naturæ sit gratuitum, domino non prohibetur aliquando pretium capere, ut prænotatur *sup. cap. 1. nu. 92.* Licebit ergo ex fidejussione lucrum quærere, sed modicum valdè, ubi nullum periculum imminet. Molin. *n. 2. & alii Theologi.*

Ubi merces intervenit, mandatum quod ex fidejussione gratuita contrahitur, transit in aliam speciem contractus, scilicet innominati, vel illi similis, juxta formam conventionis. Caroc. *n. 10.* quoniam non alienum, sed proprium negotium egit. Baëza *num. 24.* ex quo infert, quod poterat addici pro debito creditori, à quo liberalis fidejussor eximebatur. Hinc etiam descendit, ut excussionis auxilium, quod fidejussoribus competit, illi qui pro pretio intercessit, denegetur. Barbof. *collect. cap. 2. n. 10. de pignor.*

61 Cavendum tamen est, tum ne excogitatis fraudibus sub prætextu fidejussionis sceleratitia pravitas simuletur, ut admonet Molin. *n. 3.* Navar. *d. cap. 17. n. 285.* tum ne iniquitas in excessu mercedis versetur, quæ facile exerceri poterit in eos, qui ut sibi credità pecuniâ subveniant fidejussoribus egent, in quo si læsio intervenerit, dabitur locus remedio legis *2. C. de rescind. vendit.* sicut ex aliis adnotavi *sup. lib. 2. cap. 3. n. 3.*

Ad Num. 7.

62 De pacto legis commissoriæ acturo expedit observare, nullam extitisse legem publica auctoritate conditam, que ita vocaretur, sed conventio ipsa, cum contrahentes se obligant, lex dicitur in præsentia, & ita frequenter usurpatur, l. *Contractus 24.* ibi: *Legem enim contractus dedit. de reg. jur. l. Veteribus 40. de pact. ibi: In quorum fuit potestate legem apertius conscribere.* Ubi Gloss. *verbo, Legem, Cujac. in l. fin. de contr. empsi.* Quæ lex, seu pactio tam in venditionibus, quam in pignoris constitutione adhiberi solet, eamque Constantinus penitus extirpavit, sed Justinianus ipsam quoad contractum emptionis usui restituit, l. *fin. C. de pact. pignor.* Cujac. *ubi sup. Leotard. de usur. q. 69. n. 17. & 31.*

63 Pactum formale legis commissoriæ (de quo nobis sermo erit) ita concipiebatur, ut si pecunia debita non solveretur die præfinita, pignus cederet jure domini creditori. Quæ conventio ut iniqua, & captiosa miseris debitoribus, Jure Pontificio, ac nostro Regio damnatur. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disput. 324. num. 2.* Tusch. *lit. P. concl. 15. num. 15. & 16.* Leotard. *ubi proximè, Cujac. in cap. Significante, de pignor. Mantica. de tacit. convent. lib. 11. tit. 20. n. 19.* Gait. *de credit. cap. 4. num. 1102.* Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 123. num. 6.* Morl. *Empor. Jur. tit. 9. quæst. 14. num. 7.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. ult. num. 1. & quamplures alii apud Barbof. collect. cap. Significante, c. 2. de pignor. atque Hermol. in l. 41. gloss. 2. n. 6. tit. 5. p. 5.*

64 Idem pactum rejicitur à feudo, nec valet si convenerit, ut pecuniâ in tempore statuto non reddita, res obligata maneat ut feudalis penes creditorem, cap. *29. de feud. dat. leg. commiss.* ubi Cujac. Merlin. *sup. num. 30.* Surd. *decis. 248. n. 14.* Mantica. *n. 9.* Ursill. *ad Afflict. decis. 368. num. 1.*

Equimodi

65 Eiusmodi pactio regulariter inter creditorem, & debitorem adhibetur: fieri tamen potest, ut tertius similiter cum debitore paciscatur: & quoad eum, qui non fideiussit, tale pactum non subsistere, & jure reprobari, scripsit contra Bartolum Anton. Fab. *in ration. l. ult. de cont. empt.* propter suspicionem collusionis inter istum, & creditorem. In fideiussore, de quo D. Covar. *in presenti*, nonnulli opinantur, quod ei licet pacisci, ut si ipse pro debitore solverit, pignus jure domini capiat. Ita Anton. Fab. per textum *in d. l. fin. Molin. sup. n. 5. Salas de usur. disp. 32. nu. 3. Menoch. de adipiscend. remed. 5. num. 40. Mantic. d. tit. 10. num. 35. Didac. Perez. in l. 1. verbo Dar à usura, vers. Quod autem, tit. 2. lib. 8. Ordinam. Suar. commun. opin. verb. Fideiussor, & alii.*

66 Oppositam cum nostro Præsule tuentur sententiam Gait. *sup. num. 1147. Hering. de fideiussor, cap. 11. num. 309. Jacob. Graff. aur. decis. p. 1. lib. 2. cap. 109. num. 25. Leotard. sup. quæst. 70. num. 42. Arias Pinel. in l. 2. rubric. part. 2. cap. 1. num. 31. C. de rescind. vend. Hermos. in l. 41. glos. 3. num. 12. tit. 5. p. 5. Caldas in l. Si curatorem habens, verb. Sua facilitate, n. 66. C. de in integr. restituit. & de empt. & vend. cap. 11. n. 11. Tusch. lit. P. concl. 15. num. 33. Felician. de censib. lib. 1. cap. 10. num. 14. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quæst. 2. num. 5. Merlin. sup. num. 81. Trentacinq. num. 12.*

67 Ratio est, quia eadem compulsio, & iniquitatis suspicio in fideiussore, ac in creditore reperiri potest, cum à mutuario cautio præstari debet. Ad textum *in d. l. fin.* respondetur, Scævola decidisse de jure antiquo antequam lex commissoria per Constantinum extirparetur; floruit enim ille sub Severo, & Antonino, à quibus ad Constantinum supra centum præterierunt anni. Quam interpretationem probant Gait. *n. 1141. Anton. Fab. de errorib. decad. 21. error. 1. n. 9. 10. Pinel. num. 27. Roderic. n. 6. Felician. ubi proximè, Leotard. n. 48.*

Ibi: Ex quo nostrates meritò.

68 Quidam putant dictam legem finalem procedere, quia fideiussor pignus non accepit, sed creditor. Gregor. Lop. *in d. l. 41. Partit. gloss. 3. Cujac. in d. l. fin. & alii, ut testatur Leotard. nu. 47. qui hunc intellectum refutat, quoniam legis commissoria pactum reprobat de quavis re debitoris, quamquam pignori subjecta non sit. Merlin. sup. nu. 79. Roderic. nu. 30. Trentacinq. n. 10. Cald. d. cap. 11. num. 10. Gabr. Mudæus tract. de pignor. tit. de leg. commiss. n. 5. & 6. Jacob. de Graff. sup. num. 109. Leotard. fusè probans n. 8. Vide Hermos. num. 9. cum seqq. qui Gregorio Lopez accedit, ita ut creditor justo pretio persoluto, rem ex pactione retineat. Sed à communi non est recedendum ex Leotardi fundamentis, ex quibus rejicitur interpretatio proxima ad dictam legem finalem.*

Verf. Ex quibus tria.

69 Ut pactum legis commissoriae non subsistat, fat erit si res acquirenda creditori, sit ei generaliter obligata. Hæc conclusio ex communi præcedente sententia necessariò deducitur, eamque tenent Tusch. *sup. num. 16. Merlin. num. 31. Mantic. sup. tit. 9. num. 10. Cyriac. controuv. 393. n. 15. Surd. decis. 248. num. 20. Trentacinq. num. 3. Roderic. n. 29. & alii apud Hermos. n. 8.*

Ibi: Secundùm, item quoad hanc.

Quoad prohibitionem legis commissoriae nihil refert quibus verbis pactum concipiatur, modò prævus intendatur effectus. Tusch. *num. 4. Surd. num. 9. Gait. num. 112. Roderic. num. 31. Greg. Lop. in l. 41. gloss. 2. tit. 5. part. 5. Mantic. sup. lib. 11. tit. 9. num. 4. 6. 12. & tit. 10. num. 16. Trentacinq. nu. 7. Hermos. num. 7. An liceat convenire, ut pecuniâ in tempore non reddita, res creditori cedat in solum, latè disputant negativè resolventes Leotard. *d. quæst. 70. ex num. 16. Merlin. sup. q. 123. à num. 37. Et quoniam fœneratorum avaritia plures invenit artes ad eludendas leges fraudulento verborum cortice, Judices invigilare oportet, ut fraudes percalleant, ac exterminent, quod admonet Leotard. n. 93.**

Ibi: Tertiò, hac quæstione.

Loquitur D. Covar. juxta aliorum sententiam, ipse enim nullum admittit discrimen inter creditorem, & fideiussorem quoad legis commissoriae prohibitionem, quod palam profitetur inferiùs *num. 8. vers. hinc colligitur.*

Verf. Secundo pactum illud.

Non pauci, teste Roderico *d. q. 2. nu. 7. sententiunt in specie dictæ legis finalis inter contrahentes actum, ut pignus creditori datum, fideiussor si solveret pro debitore, emptum haberet pro justo pretio. Sed aliud placet Fabro in ration. ibi, ac Cujac. qui ait: Et verisimile est, pretium fuisse pecuniam, quæ soluta est, ut prædia liberarentur. Atque assentiuntur Molin. & alii laudati sup. num. 65. quam interpretationem refellit etiam Leotard. num. 46. adnotans divinationis vicio laborare, veriorque videtur quæ tempora distinguit, de qua num. 67.*

Ibi: Siquidem & cum creditore.

Est valde communis resolutio, quod licet creditori in pactum deducere, ut pecuniâ non reddita intra diem conventum, pignus emptionis titulo, aut in solum habeat pro justo pretio tunc constituendo. Gutierr. *Canoniar. part. 1. cap. 33. num. 4. Gait. d. cap. 4. num. 1126. Merlin. n. 51. Cenc. de censibus, quæst. 57. num. 36. Molin. d. disp. 324. num. 3. Trentacinq. num. 14. Menoch. num. 44. præter alios plures, quos congeffit Barbosa collect. cap. Significante, num. 5. de pignor. & Hermos. in l. 41. gloss. 1. num. 1. tit. 5. p. 5. quod in censu non admittitur, nec sustinetur conventio, ut pensionibus aliquibus annis non solutis; fundus censui obligatus tradatur in solum. Cenc. ubi sup. Roder. d. q. 2. n. 72.*

Ibi: Idem erit si fiat pactum simpliciter.

Pactum, ut pecuniâ non soluta, pignus emptum sit creditori, subsistit; etenim subintelligitur pro justo pretio boni viri arbitrio definiendo. Molin. & Menoch. *ubi proximè, Gait. n. 1128. Merlin. ubi pronuper, Gregor. Lop. in d. l. 41. gloss. 1.*

gloss. I. Farinac. in prax. q. 175. n. 212. Trentacinq. n. 15. Mantic. lib. II. tit. IO. n. 33. & alii apud Hermos. d. gloss. I. n. 3. Vide inf. n. 77.

Ibi: *Quibus in hoc ultimo.*

75 Hanc solutionem ad l. 12. tit. 13. p. 5. sequitur Gutier. d. cap. 34. num. 4. aliam tradit Gregor. Lop. ibi: gloss. I. ut scilicet procedat quando ex mente contrahentium apparet, quod voluerint pignus cedere creditori venditum pro pecunia credita. Vel probabiliter dici posset, verba illa legis, *Por esto que me prestais*, referenda; & adjicienda clausulæ subsequenti ibi: *o que sea vuestro comprado*; ac si diceret lex: Dabo in solutum, aut vendam pro quantitate, quam mihi mutuas. Imò verba constitutionis, ut jacent, demonstrant pretium pignoris fuisse pecuniam mutuam, quia eo ipso quod in priori parte dationis in solutum debitor rem cedebat pro pecunia credita, præsumitur eodem modo venditurus, ideo clausula illa, *por esto que me prestais*, repetita censetur etiam in emptio- nis contractu.

Ibi: *Quod si detur in solutum simpliciter.*

76 Conclusio posita n. 74. non obtinet, si paciscatur creditor, ut pecuniâ non solutâ, pignus habeat in solutum; nam intelligitur pro pecunia credita, ideo pactum reprobat. Leotard. d. q. 70. n. 22. Trentacinq. ubi proximè.

Ibi: *Ab hac opinione communi.*

77 Objectionem istam corroborant Roder. d. lib. 2. q. 2. n. 15. cum seqq. Leotard. q. 70. n. 51. Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. n. 12. Cald. In d. l. Si curatorem verbo, Sua facilitate, n. 91. Earn rejiciunt sentientes pactum, de quo supra, n. 73. validum, ac licitum, Molin. sup. n. 4. Gait. d. cap. 4. n. 1131. Trentacinq. d. resol. fin. n. 14. Salas de usur. cap. 32. n. 2. Bonacin. de contract. disp. 3. q. 3. punct. 8. n. 3. Cardin. Lug. disp. 25. n. 178. Mihi quidem videtur hæc opinio D. Covar. scrupulo non carere, ubi debitori auferitur facultas vendendi pluris, alio emptore quaesito; nam intra latitudinem justii pretii forsitan posset utilis contrahere, quapropter ab his passionibus suspectis, ac lubricis abstinere oportebit, ad quod fortè respexit dicta lex 12. Partitarum.

Ad Num. 8.

78 Hujusmodi rationem, & alias prohibendæ legis commissoriae, recensent Mantic. de tacit. convent. lib. II. tit. 9. n. 3. Gait. de credit. cap. 4. n. 1108. Roder. de ann. reddit. l. 2. q. 2. n. 26. Leotard. de usur. q. 69. ex n. 31. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de pign. resol. II. in fin. Morl. Empor. Jur. tit. 9. de empr. q. 14. n. 7. vers. Ratio tamen, & alii ex jam memoratis. Quam legem asperam, iniquam, sceleratam, impiam, nefariam & usurariam appellant Leotard. q. 69. n. 31. & q. 70. n. 31. Baeza de inop. debit. c. 16. n. 69. Gabr. Mudæ. de pignor. tit. de leg. commiss. n. 2.

79 Hæc iniquitas talis pacti ferè semper contingit; nâ pignoris æstimatio pro tutiore cautione creditorum regulariter nimis mutuam, aut debitam quantitatem excedit. Morl. ubi proximè, Gait. n. 1094. Scacc. de commerc. §. 1. q. 7. ampl. IO. n. 89. Leotard. q. 69. n. 33. Jodoc. Damhouder. de subhastat. c. 3. n. 38. D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.

Ibi: *Et dicitur lex commissoria.*

Unde conventio, de qua agimus, lex dicatur 80 commissoria, D. Covar. adhaerentes tradunt Gait. n. 1101. Mantic. sup. tit. 9. num. 1. Roder. n. 25. Anton. Fab. sub. decad. 21. error. 1. Cujac. in l. fin. de contr. empr. Donell. lib. 16. cap. 19.

Observandum est, pactum legis commissoriae 81 non sustineri, quamvis ad instantiam debitoris adjectum probetur. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 123. num. 29. Surd. decis. 248. num. 15. Mantic. sup. lib. II. tit. 9. num. 7. Aliud erit juris, si aliquo casu illud utilitatem respiceret debitoris; nam omnis prohibitionis ratio removetur, alioquin quod in ejus favorem est introductum, in ipsis damnum retorqueretur, contra regulam capitis Quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6. l. Quod favore 6. C. de legib. Roderic. d. q. 2. num. 39. Gait. n. 1126.

Vers. Hinc colligitur.

Ex premissis hucusque benè hoc inferitur. Vide sup. n. 71.

Vers. Secundo inferitur.

De hac licita conventionem actum supra, n. 73.

Ibi: *Quod si priusquam pretium*

Quoties licitè convenit secundum tradita sup. 82 num. 63. ut pignus acquiratur creditori, si antequam pretium definiatur, debitor creditam pecuniam offerat etiam post diem solutioni assignatum, rem pignoratam retinebit. Mantic. sup. lib. II. tit. IO. num. 19. & 20. Leotard. quest. 70. num. 54. Barbosa collect. cap. Significante, num. 5. de pignor. Anton. Fab. de decad. 21. error. 2. Cald. ubi proximè n. 97. Roderic. d. quest. 2. num. 9. Menoch. de adipiscend. remed. 5. num. 46. Hermos. sup. n. 5. Veruntamen hoc latissimè in controversiam revocat Merlin. d. q. 123. ex num. 54. ad 71. ubi adversus communem tenet, quæ nihilominus est amplectenda, qui saltem ex æquitate admittitur more purgatio quoties jus creditoris deterius non est factum, ut fatetur Merlin. num. 64. & probat egregie Pichard. disp. de mora, num. 108. cum aliis: & cum, pactio ista sustineatur in poenam propter moram, Molin. sup. disp. 324. num. 4. hac purgata, pacti vis evanescit, nec anxie curandum de ejusmodi pactio- nis observatione, quæ cum aliqua suspitione fœnoris procedunt, ut constat ex prænotatis n. 77.

Vers. Tertio hic etiam:

Communis opinio docet, pactum legis commissoriae ex intervallo adjectum non reprobari, quam sustinet, ac probat Card. Mantic. sup. lib. II. tit. IO. ex num. 2. præter alios plures, quos referunt ipse Leotard. quest. 70. num. 1. Gait. dict. cap. 4. num. 1113. asserentes tale pactum, etsi non producat actionem, ad exceptionem, atque retentionem prodesse. Verum alii non pauci cum D. Covar. opinantur, nihil interesse quoad prohibitionem legis commissoriae, quod conventio in continenti interveniat, vel quod post debitum contractum ex intervallo adjiciatur; nam utroque modo illicita & irrita habetur. Roder. d. lib. 2. q. 2. n. 22. Merlin. sup. dict. dict.

dict. q. 123. ex num. 82. Menoch. numer. 42. Trentacinq. d. resol. 11. numer. 13. & 15. Leotard. ubi proximè, numer. 2. Gabr. Mudæ. de pignor. de leg. commif. numero 22. Pinell. in l. 2. rubr. part. 2. cap. 1. numer. 30. C. de rescind. vend. Gait. dict. cap. 4. numer. 1122. & 1123. Cald. de empt. cap. 11. numer. 19. Ant. Fab. de error. 2. num. 13. Hermof. sup. n. 24.

84 Cui veræ opinioni non obstat, quod post contractam principalem obligationem non superest creditori facultas compellendi debitorem, qui jam pecuniam, aut rem percepit, ut tale feriat pactum; nam ut rectè ait Leotard. numero 5. mutuarius jam obligatione astrictus facilius conveniet ad libitum creditoris, ut dilationem ad solvendum obtineat. Præterea posset à principio tractari, ut ex intervallo pactum fieret in fraudem prohibitionis: quas, & alias artes ad elucendas leges foeneratores solent machinari.

Verf. Quarto & ultimo.

85 Quoties in pacto legis commissoriæ nulla reperitur iniquitas, quia constat pecuniam creditam æquivalere justæ pignoris æstimationi in utroque foro creditor tutus erit, & conventum servabitur. Merlin. *sup. n. 56. Trentacinq. d. resol. 11. in fin. Gait. num. 1123. & 1126. ubi alios recenset. Contrarium probare nititur nostri Præsidis memor Leotard. d. q. 70. ex n. 55. & n. 57. sequaces laudat.*

86 Ast ut D. Covar. propugnemus assertum, meminisse oportebit, quod ubi pignus datur pro quantitate, quæ ejus æstimationi adæquatur, pignoratitius contractus transit in alienationem. Gait. *cap. numer. 1097. & 1127. Merlin. cum pluribus de pignor. lib. 5. q. 45. n. 74. & apertissime comprobatur ex eo, quod creditor non imputat fructus in sortem (ut alias regulariter tenetur, cap. Cum contra 6. de pignor. l. 1. & 2. C. de pignor. actio.) cum tantum mutuatur quanti res pignori accepta valet. Merlin. cum aliis num. 73. & plurimi (quamquam ipse dissentiat) apud Leotard. q. 12 n. 1. Unde si creditor mutuatur quantum est pignus, & convenerit, ut pecunia non soluta infra tempus præfinitum, illud sibi queratur pro quantitate mutuata, res potius censetur alienata cum facultate redimendi restricta ad solutionis terminum, quam pignori data: in quo contractu locus non est prohibitioni legis commissoriæ, quæ in pignoribus solum observatur.*

87 Nec urgent quæ Leotardus opponit, quoniam hic nulla fraus usuraria latere potest, ubi justum pretium numeratur. Nec debitor gravatur, quin potius levamen sentit, qui præ egestate rem pignoratam statim eadem quantitate foret venditurus absque spe recuperationis, quam benignus creditor ad tempus concedit. Denique ad rem non facit difficultas justum rerum pretium definiendi; nam sicut in aliis pluribus causis; sic & in hac per boni viri arbitrium æstimatio rectè fieri poterit absque fraude, ac detrimento debitoris, & ita bona fide agendum nostra supponit opinio.

88 Queret aliquis quod tempus inspiciendum, ut pretium pignoris justum decernatur, an contractæ obligationis, vel id in quod solutio confertur, aut domini translatio? Et ubi pactum legis commissoriæ intervenit, ut pignus creditor habeat, non soluta pecunia pro certo pretio tunc convento, ut illicitum reprobatur. Molin. *d. disp. 324. numero 2. Hermof. in d. l. 41. n. 28. tit. 5. p. 5. Leotard. dict.*

q. 70. n. 16. & 17. quia ut licitè fiat pretii taxatio differri debet in tempus solutioni assignatum, quo pignus creditori acquiratur, sicut prænotavimus supra numero 73. Nihilominus in specie, de qua agimus, aliud dicendum cenfeo, quia sufficet si tantam pecuniam numeret creditor, quantam tunc debitor ex venditione pignoris juxta commune pretium perciperet boni viri arbitrio; nam ut alienatio præsumatur, valor pignoris attenditur tempore contractus, quod nulli dubium est.

Præfatam opinionem (quam impugnat) admittit Leotard. *d. q. 70. in fine*, cum empturus fundum pecuniam emptioni paratam mutuatur, fundo in pignus accepto; quia licitè paciscetur, ut nisi debitor solverit cum promittit, pignus emptum ille habeat, data inter fundum, & pecuniam creditam valoris cœqualitate, & Leotardus insinuat.

Non est prætermittendum, quod D. Covarruv. *90* tetigit, circa pactum legis commissoriæ in *cap. quamvis pactum, part. 2. §. 3. numer. 5. de pact. in 6. ubi docuit, illud juramento non confirmari, sed qui juravit teneri ad ipsius observantiam, nisi absolutionem impetraverit: quæ resolutio deducta ex capite Debitores 6. de jurejur. communiter (licet non desint adversarii,) est recepta, ut videre est apud Ant. Fab. *decad. 21. error. 8. Gait. d. cap. 4. n. 1149. Leotard. d. q. 70. à n. 25. Gregor. Lop. in l. 41. gloss. 4. tit. 5. p. 5. Cyriac. controuv. 393. n. 11. & 12. Surd. decis. 248. n. 16. & 17. Merlin. d. q. 123. n. 19. & 20. Merendam controuv. lib. 1. cap. 3. n. 4. Gutier. Canonic. part. 1. cap. 33. Cujac. cap. Ex rescripto, ad fin. de jurejur. Morl. Empor. Jur. tit. 9. q. 14 n. 7. verf. Contrarium verò & alios dat Barbol. collect. cap. Significante, n. 8. de pignorib. ac Hermof. in d. l. 41. gloss. 1. n. 19. Dissentit Fachin. controuv. lib. 10. cap. 73. præter laudatos per Hermof. n. 20.**

D. Præses ubi proximè hæc verba subjunxit: *91* Fortassis juramentum oppositum in pignoribus pacto legis commissoriæ habebit eum effectum, ut res pignori data maneat post redemptionis tempus penes creditorem vendita, non equidem pretio mutuatae pecuniæ, sed justo arbitrio boni viri definiendo: ita ut creditor possit rem ipsam retinere adiciens eam pecuniam, quæ juxta boni viri arbitrium deficiat quoad justam ipsius rei æstimationem, &c. Sequitur Gutier. *d. cap. 33. n. 3. & 4. Merlin. sup. n. 23. Contra tenet Roder. d. q. 2. n. 35. Leotard. q. 70. n. 37. quibus accedere videtur Hermof. numer. 22. quod verius existimo, ne ex iniquitate sua aliquam sentiat utilitatem, qui mutuans jurejurando adegit egentem mutuarium, ut rem pignori oblatam pro vili pretio vendere promitteret, quod jura non sustinent, cap. Intelleximus de jud. l. Si ab hostibus, §. 1. ff. solut. matr. l. Ita demum, de arbitr. Commodum namque reportare censetur, qui rem optatam etiam justo pretio consequitur, l. est equo 69. de legat. 1. Leotard. de usur. q. 70. num. 51. Rursus æquum non est, ut debitor prætextu juramenti, quod premente necessitate per creditorem compulsus præstitit, rem alienet, quam ob affectionem, vel unitatem pluris habet quam est justa ejus æstimatio, ut sæpè contingit, l. Prætia rer. num. 63. ad leg. Falcid. Gloss. in l. Si in emptionem 37. de minor. Est ad rem exemplar insigne de Rege Achab cupiente emere vineam Naboth, Reg. lib. 3. cap. 21. Nec juvandum creditor juramenti religione, qui voluit illud effici suæ iniquitatis vinculum, ad quod non fuit inventum, cap. Quarto 18. §. Super quo de jurejur. c. Inter cætera 22. q. 4. Similiter*

92 Similiter si debitor renuntiaverit Constitutionibus, quibus pactum legis commissoriae vetatur, nihil creditori proderit, quia talis renunciatio irrita habetur, Gregor. Lop. in l. 41. gloss. 4. tit. 5. p. 5. ubi Hermos. n. 18. Gait. d. cap. 4. num. 1112. Mantic. sup. lib. II. tit. 10. num. 15. Surd. decis. 248. n. 16. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 123. n. 32. Baëza de inop. debit. cap. 16. n. 69.

SUMMARIUM.

- 1 Usura an sit crimen, de quo solus Ecclesiasticus Judex valeat cognoscere?.
- 2 Est mixti fori.
- 3 Utrum sit mixti fori, si usura non prohibeatur per legem Principis Sæcularis? & n. 4. & 5.
- 6 Usura quando sit crimen merè Ecclesiasticum.
- 7 Crimen mixti fori quod dicatur, & de criminibus istis, remissivè, ibid.
- 8 Usuræ crimen ex sui natura spectat ad forum sæculare, & laicus Princeps quid possit circa illud statuere.
- 9 Princeps sæcularis in usurarios, & hæreticos penas stabilire potest.
- 10 Petita exequutio apud judicem laicum an suspendenda propter usuræ exceptionem, remissa criminis cognitione ad Ecclesiasticum?
- 11 Usurarius ipso jure est infamis.
- 12 Hodie infamis est Jure communi, qui usuras percipit, quæ illo apud Romanos permittebantur.
- 13 Usurarius ut pro infami habeatur, sententia declaratoria opus est, sed absque illa à testificando repellitur.
- 14 Usurarius peracta penitentia, an ab infamia liberetur? & n. 20.
- 15 Lex quædam Ordinamenti refertur statuens in feneratores.
- 16 Clericus usurarius infamiam, aliasque penas incurrit.
- 17 Redditur inhabilis ad Ordines, & beneficia Ecclesiastica.
- 18 Caput I. cum capite 7. de usur. conciliantur, & qua pena afficiatur Clericus proxeneta in usurario contractu.
- 19 Episcopus cum Clerico usurario post penitentiam qualiter dispensare valeat, ut recuperet, aut adipiscatur Ecclesiasticum beneficium.
- 20 Clericus usurarius, qui penitentiam egit, ex Episcopi dispensatione obtenta retinere potest beneficia, sed non admittitur ad alia de novo.
- 21 Usurarius manifestus est, qui palam fenus exercet, sive per se, sive per alium, tam in mutuo, quam in aliis contractibus: & utrum actuum repetitio desideretur, ut quis manifestus usurarius censeatur, & n. 22.
- 23 Usurarius manifestus an sit, qui in judicio fatetur se usuras exegisse?
- 24 Ex confessione extra judiciali coram Sacerdote, aut Notario, & testibus an quis manifestus usurarius censeatur? & n. 25.
- 26 Damnatus de crimine usurarum manifestus usurarius habetur.
- 27 Usurarius manifestus non est de delicto convictus ante sententiam.
- 28 Per famam, etiam adminiculis accedentibus, non efficitur quis manifestus usurarius.
D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.

- 29 In civilibus causis femiplenæ probationes junguntur: non sic in criminalibus, & quid si civiliter actum sit, ibi d.
- 30 Ad probationem hujus criminis non est idoneus testis, qui de repetitione usurarum, aut alia utilitate propria agit.
- 31 Testes singulares non probant actum specificum feneratorandi.
- 32 Episcopus non potest statuere, quod usuræ crimen singularibus testibus probetur, & talis potestas non residet, nisi in Principe non recognoscence superiorem.
- 33 Crimen in genere singularibus probatur testibus: non sic in specie.
- 34 Delicto per testes singulares probato in genere, an pena ordinaria irrogetur?
- 35 Usurarum delictum de jure regio per testes singulares probatur, & quare.
- 36 D. Covar. circa legem regiam punientem feneratores, doctrina non admittitur.
- 37 De penis Jure Canonico statutis in feneratores, remissivè.
- 38 Quis sit manifestus usurarius, ut eas penas incurrat, & n. 39. 40. & 41.
- 42 Usurarius semel, aut bis delinquens, præter infamiam extra ordinem Jure Pontificio punitur.
- 43 De usurarum pravitare, ac prohibitione apud diversas gentes, remissivè.
- 44 Usurarius manifesto Ecclesiastica sepultura, & activa testamenti factio denegatur, nisi restituerit, aut de restituendo caveatur.
- 45 Usurarius manifestus, aut hæres ejus quomodo cavere teneantur.
- 46 Idonea, aut sufficiens cautio qualis intelligatur.
- 47 Usurarius dominium acquirit rerum, quas pecunia per fenus parata emit.
- 48 Non debet restituere lucrum quæsitum pecunia usuraria per negotiationem, aut si eam feneratori dederit.
- 49 Fenerator non fit dominus rei, quam ex usuris in solutum accepit.
- 50 Quid de rebus quæ usu consumuntur, an per confusionem querantur usurario?
- 51 Si fenerator rem ex usuris acceptam vendiderit, pretii dominium quærit. Idem erit si pro pretio rem in solutum aliam acceperit, & quid si permutaverit.
- 52 Fructus perceptos, & qui percipi potuerunt ex re per usuram accepta restituit usurarius.
- 53 Quas expensas deducat usurarius. Si fructus vendat, pretii dominium acquirit, ibid.
- 54 Usurarii bona non sunt hypothecæ subjecta pro usurarum restitutione.
- 55 Quid de rebus emptis pecunia fenebri, & quid si Ecclesia, miles, aut pupillus usuras exsolverint.
- 56 Creditor, cur fenerator testamentum reliquit quod per fenus exegit, an gaudeat hypothecæ?
- 57 Creditor ex usuris non differt ab aliis quoad revocanda in fraudem alienata.
- 58 Hæres usurarii ad restitutionem usurarum pro viribus hereditatis tenetur, etsi nihil ex illis perveniat ad ipsum.
- 59 Si plures existant hæredes, quisque pro sua portione convenitur, nisi unus rem per usuram quæsitam possideat.
- 60 Si unus ex hæredibus usurarii non sit solvendo, an ceteri pro illo conveniri possint? & n. 61.
- 62 Legatarii & alii, qui ex bonis usurarii quicquam per.

- per ultimam voluntatem capiunt, an teneantur ad usurarum restitutionem, ubi hæredes non restituant?
- 63 Hæres ex delicto defuncti non tenetur actione rei persecutoria de Jure Civili, si nihil ex malè acquisitis ad ipsum pervenerit. De Jure Canonico tenetur, ibid.
- 64 Hæres usurarii, qui non correctus decessit & impenitens, ad restitutionem usurarum tenetur.
- 65 Distinctio, de qua num. 63. inter Jus Canonicum, & Civile, utrum vera?
- 66 An in foro seculari servandum sit Jus Pontificium, vel civile, ut in hæredem detur actio ex delicto defuncti.
- 67 Hæres usurarii ad instar hæredis furis conditione furtiva tenetur.
- 68 Hæres qui non confecit inventarium, an teneatur ultra vires hæreditatis, si ex delicto defuncti conveniatur?
- 69 Quid circa usurarum restitutionem, & n. 70. 71. 72. & 73.
- 74 Ad repetendas usuras datur indebiti extraordinaria conditio.
- 75 Usurarius nisi manifestus appareat, testari non prohibetur.
- 76 Usurarii manifesti testamentum non valet, nisi restituat, vel idoneè caveat.
- 77 Nec valet alia quævis ultima dispositio.
- 78 Princeps Sæcularis nequit constituere, ut testamentum usurarii manifesti subsistat, non servata forma capituli Quamquam, de usura in 6.
- 79 Usurario manifesto non licet facere codicillos, nisi servata forma dicti capituli Quamquam.
- 80 Nec donare causâ mortis, de quo tamen est controversia.
- 81 Constitutio dicti capituli Quamquam, utrum Judæos, & Infideles teneat in territorio Principis Catholici commorantes?
- 82 Qui usuras exercet palliatas, non in mutuo, sed in aliis contractibus, an manifestus usurarius habeatur, ut penas dicti capituli Quamquam, incurrat?
- 83 Quamvis manifestus usurarius à turpi negotiatione absteat, testari nequibit non præstita satisfactione de malè quæsitis, nisi jam restituisse.
- 84 Usurarius qui servatâ formâ capituli Quamquam, testatus est, si postea reincidat, testamentum fit irritum: sed si iterum caverit de restituendo, reconvalescet saltem in foro interno.
- 85 Testamentum Jure conditum fit nullum si testator postea manifestus cæperit esse usurarius.
- 86 Testamentum usurarii manifesti nullum sustinebitur ac valebit, si postea ipse testator aut solvat, aut idoneè caveat.
- 87 Ut valeat testamentum, sufficit quod usurarius procuratorem relinquat ad cavendum, cum morte prævenus per se non possit.
- 88 Usurarii ultima voluntas an subsistat, ommissa restitutione, aut cautione, favore causæ piæ.
- 89 Usurarii testamentum si irritum fiat, succedunt venientes ab intestato, qui usuras restituere tenentur, & bona sua per fenus quæsitâ.

90 Qui stipulatus est pecuniam nomine usurarum; si nondum exegerit, cavere non astringitur, sed debet remittere obligationem, ac prohibere heredibus exactionem.

CAPUT III.

Ad Num. 1.

Utrum usura crimen sit merè Ecclesiasticum, ita ut Judex laicus de eo cognoscere non valeat frequentissimè disceptatur, ac variè resolvitur, ut testatur Fontanel. *de pactis nuptialibus claus. 4. gloss. 13. part. 2. num. 45.* Et sunt quidem tres præcipuæ opiniones. Prima docet, usuram crimen Ecclesiasticum esse, & ad forum laicorum nequaquam spectare. Secunda, illud inter delicta mixti fori recenset. Tertia distinguit, ut in quæstione juris solum Judex Ecclesiasticus procedat, in facti controversiis uterque: de quibus plenè, Autoribus laudatis, Farinac. *in praxi tractat. de inquisitionibus, quæst. 8. ex n. 134.* Alii distinxerunt, an criminaliter, vel civiliter de usura disputetur. Alii num principaliter, aut incidenter, Alii denique utrum constitutione Principis Sæcularis usura prohibeatur, necne.

Verum omni distinctione remota, asserendum est cum D. Covarr. usuram ad utrumque forum spectare, data inter Judicem Ecclesiasticum, & Sæcularem præventionem quoad laicos fœnoris reos, sicut in cæteris causis mixti fori. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 333. num. 1.* Leotard. *de usur. q. 100. n. 78.* Farin. *sup. num. 340.* Fontanel. *num. 46. vers. Est igitur mea opinio Bobad. Politic. lib. 2. cap. 19. num. 8.* Paz. *Prax. tom. 2. prælud. 2. num. 26.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. quæst. 4. num. 128. & 131.* Curt. Philipp. *part. 2. lib. 2. cap. 1. n. 37.* Gutier. *Canonic. lib. 2. cap. 18. num. 26.* Vela *de delict. cap. fin. in fin. & prænotavi supra, lib. 2. cap. 10. num. 37.* præter plurimos, quos congerunt Bobad. Leotard. Farinac. Peguera *qq. crim. cap. 30. & Barbosa in collect. cap. Cum sit generale, num. 7. de foro compet. & cap. Post miserabilem, num. 4. de usur. Tulch. lit. V. concl. 357.*

Vers. His tandem prænotatis.

Docet D. Præses, illud censeri crimen mixti fori, quod utroque jure prohibetur: quod & ego tradidi ex aliis ubi proximè, unde ut nuper num. 1. in fin. insinuavi, nonnulli sentiunt, quod ubi usura non est vetita lege Principis territorii, usura crimen sit Ecclesiasticum privativè. Cardin. Lug. *de just. & jur. disp. 25. numero 250.* Mart. *de jurisdic. part. 2. cap. 7. num. 10.* & alii, quibus assentiuntur è nostratibus plures, dum aiunt, ideò apud nos judicem laicum de usura cognoscere, quia jure regio vetatur. Sic Bobadil. *ubi sup. Azeved. in l. 1. n. 87. tit. 6. lib. 8. Recopil. Avend. de exeq. mandat. part. 2. cap. 29. n. 1.*

Oppositum probavit Leotard. *ubi proximè, & consentit Roderic. sup. n. 125.* quia cum usura sit juri naturæ contraria, etiamsi in aliqua provincia, vel civitate nulla lex hoc crimen prohiberet (modò non foret permissum, & publicè toleratum) penes Magistratus sæculares resideret potestas ad usurarios coercendos, sicut contingeret in

in adulterio, homicidio, vel furto, & aliis quæ jure naturali vetantur, aliàs cederet in detrimentum Reipublicæ, cujus interest, ne delicta relinquuntur impunita, *l. Si ita vulneratus 52. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* cum similibus, quas dat Glossa ibi, verbo *Impunita*. Cura autem extirpandi crimina, illicitas exactiones impediendi, ne quis cum aliena jactura locupletetur, prout fœneratores satagunt, Præpositis civitatum, Præsidibus, aliisque Judicibus incumbit, *l. illicitas 6. de offic. Præsid.* non Ecclesiasticis Prælati, nisi quoad spiritualem animarum salutem. Molin. *sup. n. in fin.*

5 Unde deducitur, usurarum crimen fore mixti fori, etsi lege laici Principis non interdiceretur; sufficit enim, quod æquitas naturalis violetur in commune damnum, ac Reipublicæ perniciem: & tunc Judex Sæcularis ut Juris Pontificij exequutor poterit pœnas eo stabilitas fœneratoribus irrogare.

Verf. Secundò infertur.

Sed & nunc usurarum delictum erit merè Ecclesiasticum, si in aliqua civitate, aut provincia per Principem, vel consuetudinem fœnerandi exercitium permittatur; nam etsi ex eo usurarii à peccato, & restitutione non eximantur, pœnam tamen per laicam potestatem non sustinebunt. Leotard. *ubi proximè*, Azeved. *in d. l. I. à num. 80. Vela de delict. cap. fin. n. 6. & prædixi sup. cap. I. num. 110. cum. seq.* & in Hispania sic aliquando contigit, *l. I. tit. 6. l. 8. Recop.*

Verf. Tertio apparet.

7 Cùm Judex Ecclesiasticus in Clericos duntaxat procedere valet, & Sæcularis in laicos, velut in homicidio, & furto, crimen non dicitur mixti fori; sed quando Ecclesiasticus habet cognitionem etiam adversus laicos, ut in sacrilegio, assassinio, & adulterio, quod quidem mixti fori est. Sanch. *de Matrim. lib. 10. disp. 8. numer. 16. Farin. in prax. q. 141. numer. 47. Guazzin. de defens. reor. defens. I. cap. 11. n. 7. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 16.* Et ita verum est, nisi agatur ad thori separationem, quia solus Ecclesiasticus est competens. Sanch. & Farinac. *ibidem*: quod adnotare oportet, quia D. Covarruv. hic videtur insinuare, adulterium ex illis criminibus esse, in quibus Ecclesiasticus non procedit in laicos. De mixti fori delictis consule quos congesti *sup. lib. 2. cap. 10. n. 36. in fine.*

Verf. Quarto non est.

8 Adde laudatos n. 2. præsertim Molinam, qui inquit hoc crimen fore sæculare, & secundum se ad jurisdictionem laici Principis spectare: & huic licere suis constitutionibus declarare, an contractus sub certa forma celebratus sit usurarius, aut licitus, modò sacris Canonibus non adversetur, scripsit latè Leotard. *in append. quæst. 87. num. 62.* (etsi alii contra sentiant, ut Cenc. *de censib. decis. 80. ex num. 7.* & D. Raphael. apud Leotardum,) cujus opinio nostri Juris Regii Constitutionibus comprobatur, *lib. 8. 13. & 15. tit. 18. lib. 5. Recop. l. 2. 3. & 4. tit. 6. lib. 8. Recop.*

Verf. Ubiqumque sit.

9 Cùm usura crimen sit mixti fori, extra dubium

videtur, quod possit Princeps laicus adversus usurarios pœnas statuere, ut ex pluribus probat Leotard. *ubi proximè*, Petr. Caball. *resolut. crimin. cas. 188. nmer. 2. & 8. Marta de jurisdic. part. 2. cap. 7. numer. 10. & 26.* Sic fœneratores coërcentur *lib. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. l. 15. tit. 18. lib. 5. Recopilat.* Sed etsi tale delictum privativè ad forum Ecclesiasticum spectaret, ut volunt non pauci, liceret laico Principi in fœneratores sancire, ut D. Covarruv. docet, quemadmodum in hæreticos; quamquam hæresis crimen sit merè Ecclesiasticum, sicut habetur *tit. C. de hæretic. & de Jure Regio titul. 26. part. 7. tit. 3. lib. 8. Recop.* ubi multiplex pœna hæreticæ injungitur pravitati: observant Farinac. *de hæres. quæst. 186. numer. 155. & 157. Gregor. Lop. in l. fin. gloss. ult. tit. 3. p. 4.* Simili modo tamen cognitio de matrimonio solius fori Ecclesiastici sit, poterit Princeps pœnas stabilire in eos, qui illicitè illud contrahunt, *l. I. titul. 11. lib. Recop.* ubi Matienz *gloss. 7. num. 4. Gregor. Lopez. ubi proximè*, Anton. Gomez. *in l. 49. Taur. nume. 2. D. Covarruv. de matrim. p. 2. cap. 6. ex num. 20. & numer. 25.* docuit, laicos Judices procedere ad exequutionem ejusmodi pœnarum, etsi de causa principali cognoscere non valeant. Sequi ur Azeved. *in d. l. I. Recop. n. 42. Vide l. fin. tit. 3. p. 4. Menoch. de arbitr. casu 398. ex n. 41.*

Ibi: Imò exequutio instrumenti publici.

10

Si postulata coram aliquo laico giudice exequutione publici instrumenti, reus de usura contractus opponat, sive quæstio juris sit, sive facti, de ea idem judex cognoscet, servata forma, de qua *in l. 2. tit. 21. lib. Recop.* Quod si apud Ecclesiasticum ante, vel post coeptum exequutionis judicium de nullitate ejusdem contractus propter usuram disceptetur, licet id sæcularis non ignoret, & allegetur, imò non obstante Ecclesiastici inhibitione, pote it procedere usque ad debiti solutionem, quæ præstita cautione fieri debet. Ita cum D. Covarruv. docent Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. q. 4. numer. 132. Gutier. Canoniar. libr. 2. cap. 18. num. 26. Parlador. quotidianar. l. b. 3. cap. fin. part. 5. §. 11. numer. 23. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 19. numer. 8. Cævall. comm. cont. com. quæst. 1. num. 662.* Quidquid de suspensione judicii exequutivi, & remissione causæ super usura ad Ecclesiasticum scripserint alii, ut videre licet apud Azeved. *in l. I. numer. 185. tit. 21. lib. 4. & in l. I. n. 83. tit. 6. lib. 8. Recop. Marta. de jurisdic. part. 2. cap. 7. numer. 11. Clar. §. fin. quæst. 37. numer. 2. Spin. Spec. testam. gloss. rubric. 13. à n. 66. Petr. Barbosa in l. Tria, num. 48. ff. fol. marr. Gutier. de jurament. confirmat. part. 1. cap. 2. à n. 9. ubi cum his senserat. At postquam usurarium contractum declaraverit Ecclesiasticus, Laicus inhibitus ad exequutionem publici instrumenti procedere nequit. Parlador. *ubi sup.* Adde plures, quos dat Amat. *var. resolut. 36. n. 12.**

Ad Num. 2.

Ex usurario crimine nota infamiæ contrahitur **II** Jure Pontificio, communi, ac nostro Regio, *cap. Inter dilectos II. de excessib. Prælat. l. Improbum fœnus 20. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 4. tit. 6. part. 7. l. 5. tit. 6. lib. 8. Recop. Gregor. Lop. in d.*

D 3

l. 4.

l. 4. gloss. 15. Tusch. lit. V. concl. 343. num. 13. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. n. 186. Trullench. in decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 22. n. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 398. num. 11. Leotard. de usur. q. 100. num. 40. Clar. §. Usura, num. 16. Azeved. in d. l. 5. Recop. n. 5. Vela de delict. cap. fin. n. 5. Barbosa cum plurimis collect. d. cap. Inter delictos, num. 6. & collect. d. l. Improbum, num. 2. Quæ quidem infamia ipso jure incurritur, ut notant præcitati.

Ibi: Licet tamen controversi.

12 Qui hodie usuras exigit, etiam eas quæ quondam ut legitimæ permittebantur, de jure communi infamis fiet, quia jam omne scœnus est improbum ex Jure Canonico, cui stare tenemur, abrogatis legibus, quæ vel minimas usuras exigi concedebant. Greg. Lop. & Clar. ubi proximè, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 334. n. 1. Peguera crim. decis. 31. n. 1. Farinac. in prax. q. 56. n. 352. Barbosa in collect. d. l. Improbum, num. 4. Leotard. n. 41. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. q. 4. n. 116. Salas de usur. dub. 47. num. 1. Paz prax. tom. 1. part. 8. cap. unic. num. 26. Menoch. sup. num. 30. Petr. Greg. de usur. lib. 3. cap. 2. Cantera quest. crim. cap. 8. n. 52.

Ibi: His adstipulatur quod pœnæ.

Hoc est satis controversum, teste Claro §. Incestus, num. 4. Vide quæ docet D. Covar. paulò inferiùs, ac latius de matrimon. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 30.

Verf. Scribit tamen Salicetus.

13 Licet crimen usurarum jure ipso irroget infamiam, nisi tamen palam quis scœnus exercent, sententia declaratoria desideratur; sed tunc non efficitur infamis ex judicis pronuntiatione, sed ex lege. Greg. Lop. ubi proximè, Roderic. sup. n. 117. Molin. sup. Barbof. d. collect. l. Improbum, n. 3. Spin. 3. de testam. gloss. rubric. part. 13. n. 21. Tamen usurarius occultus, etsi nulla præcedat sententia, repellitur à testimonio. Farinac. sup. n. 354.

14 Observant communiter nuper laudati, quod si usurarius hæres sit institutus, competit fratri testatoris querela inofficiosi testamenti, quæ solùm datur cum persona turpis instituitur, l. In arenam 11. l. Fratres 27. C. de inoffic. testam. §. Soror. autem, juncta glossa, verbo Turpibus, Inst. eod. Ita Greg. Lop. Molin. Trullench, Roderic. ubi sup. Nec post peractam pœnitentiam deletur infamia. Greg. Lop. ibidem, ideo in testem non admittitur. Farinac. sup. n. 356. Quid de æquitatè canonica, dicendum infra, n. 20.

Ibi: Jure regio usurarius.

15 Ista Ordinamenti lex statuens in usurarios pœnas, est in nova Regiarum Constitutionum compilatione lex 4. tit. 6. lib. 8. cujus meminere Molin. ubi sup. Roderic. num. 118. Paz numer. 26 Vela num. 2. Cur. Philip. part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 40. Alfar. de offic. Fisc. gloss. 20. num. 417. Cantera d. cap. 8. n. 54. Olan. antinom. jur. lit. V. n. 22. Gutier. Canoniar. lib. 2. cap. 18. n. 10. In Curia Philipica mentio fit cujusdam pragmaticæ, quæ præ-

fata constitutionis dispositio immutabatur; sed novæ Recopilationi inserta non est. Observa quæ D. Covar. docet. inf. n. 5. verf. Ex quibus.

Ad Num. 3.

Clericus per scœnoris usum eodem modo ac laicus infamis efficitur: de qua, & aliis suspensionis, ac depositionis pœnis Molin. sup. disp. 334. num. 2. Less. num. 186. Trullench. num. 2. Peguera num. 3. Cantera n. 52. verf. Sed redeundo, Paz. num. 26. Leotard. ex numer. 29. Vivian. prax. Jurispatron. lib. 6. cap. 5. n. 10. Farinac. fragment. verb. Clericus n. 117. cum seqq. & alii apud Barbof. collect. cap. Præterea. de usur.

Ad hæc talis usurarius prohibetur sacris Ordinibus insigniri. Tusch. lit. V. concl. 343. n. 11. Leotard. sup. n. 29. Farinac. ubi proximè, n. 120. Salced. ad Bern. Diaz. in pract. cap. 88. Nec eligi, aut præsentari potest ad Beneficium, cap. de Petro, 47. dist. Vivianus & Farinacius ubi pronuper.

Ibi: Quibus objicitur decisio textus.

Pro concordia capitis 1. & capitis Præterea 7. de usur. consulendi Molin. d. disp. 334. num. 2. Leotard. sup. q. 100. num. 30. Peguera d. decis. 31. num. 15. Farinac. ubi proximè, num. 117. Salas de usur. disp. 47. n. 8. Bern. Diaz. in pract. cap. 88. Quidam cum D. Covar. sentiunt, Judicem prius ad suspensionem processurum, & si clericus non resipiscat, & perseveret ad depositionem transgrediendum. Aliis videtur talis ordo non esse necessariò servandus, sed judici licere pro suo arbitrio, inspectis delicti frequentia, diuturnitate, cæterisque circumstantiis, unam, vel alteram pœnam irrogare. Sic Molina, & Leotardus. Clericus pro xeneta, ac interveniens in contractibus usurariis, pœnæ ejusmodi non subicitur, alias tamen pro arbitrio judicis coercetur. Farinac. n. 126. Menoch. de arbitrar. cas. 411. n. 3.

Verf. Quod verò diximus.

Episcopus valet dispensare, ut usurarius clericus peracta pœnitentia Beneficium quod possidebat, retineat, non ut alia nanciscatur. Barbosa collect. cap. Præterea. in fine, de usur. Salced. sup. d. c. 88. Farin. sup. n. 123. Verum per Episcopum dispensari posse cum usurario correcto, ut etiam obtineat Beneficia, tenent Molin. d. disp. 334. n. 2. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 22. n. 2. Villabob. Sum. tom. 2. tract. 22. diff. 22. n. 1. de quo paulò inferiùs. Ait tamen Molina, quod si usurarius eligeretur, aut præsentaretur, etiamsi pœniteat, nequibit ex dispensatione Episcopi idem Beneficium adipisci, ad quod fuerat electus, vel præsentatus; atque ita intelligit Glossam in cap. Præterea, de usur.

Ibi: Nam his ob infamiam etiam juris.

Aliud ex pluribus tradidi Practicarum cap. 19. num. 24. nam infamia juris etiam obtentas dignitates, munera, & Beneficia adimit. Vivian. sup. n. 97. Nihilominus pro tuenda opinione Glossæ in cap. Inter dilectos, de excess. Prælat. D. Covar. & sequacium dicendum erit, quod usurarius impleta pœnitentia famæ restituitur de æquitatè canonica

canonica, ut cum Baldo & aliis tenuerunt Salced. ad Bern. Diaz, cap. 88. Vela de delict. cap. fin. n. 8. Farin. fragm. verb. Clericus, n. 121. Qua ratione, si Episcopus dispensaverit, licebit tali clerico sua retinere Beneficia, non alia quærere, ut D. Covar. edocet, obstante infamia facti, quam per crimen clericus contraxit usurarius, quæ nec per Principem delere potest: & hæc licet non auferat obtentum Beneficium, impedit acquirendum. Notatur per me Practicar. cap. 19. n. 30. 31.

Verf. Cæterum circa hujus

De intellectu capitis *Quamquam*, de usur. in 6. consule quos refert Barbosa in collect. ibi, & quos inter scribendum laudabimus, præsertim infra sub. n. 5. verf. At si tractetur.

Ad Num. 4.

21 Quis censetur usurarius manifestus, ut pœnas Jure Canonico in eos stabilitas sustineat, in comperito non est. Illud apud omnes constat manifestum usurarium fore, qui publicè scœnerationem negotiationem exercent. Molin. de justitia & jur. disp. 333. n. 2. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 22. n. 1. Leotard. d. quest. 100. n. 2. Menoch. de arbitr. cas. 235. num. 4. Azeved. in l. 4. num. 3. tit. 6. lib. 8. Recop. Bernard. Diaz. in pract. cap. 89. num. 2. Spin. de testam. gloss. rubric. part. 13. n. 18. Paz. in praxi, tom. I. cap. unic. part. 8. num. 26. Tusch. lit. V. concl. 341. n. 29. Sed sententiam declaratoriam desiderari tenet Menoch. h. 12. Dissentit Gutier. Canon. lib. 2. cap. 19. n. 10. Leotard. n. 24.

22 Nec refert, an per se, vel per alios quis fœnori pecuniam det. Leotard. num. 9. ubi alii. Non scilicet qui mutuatur, sed etiam qui per venditionem vel alios contractus usuras exigit palam, usurarius manifestus habetur, Molin. ubi proximè. Et quamvis ipse asseveret, non requiri actuum repetitionem, quia unicus, si probetur, sufficiet; contrarium tamen est tenendum cum Menoch. n. 6. Spino ubi proximè. Mascard. de probat. concl. 140. n. 4. Gutier. Canoniar. lib. 2. cap. 19. n. 8. & alii apud Leotard. num. 6. ipse tamen cum nonnullis Molinæ sententiam tuetur, ac verioremi proficitur.

Verf. Est enim & is.

23 Ex propria confessione judicio facta quis manifestus usurarius habetur. Mascard. concl. 1430. n. 8. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. n. 185. Clar. §. Usura n. 15. Gutier. sup. n. 12. Barbof. collect. cap. 1. n. 9. de usur. in 6. Leotard. n. 10. & cæteri proximè laudati. Sed Spin. sup. n. 19. Judicis sententia opus esse opinatur contra Leotard. n. 24. Dubitationis est, num manifestus usurarius censetur, qui simpliciter se usuras egisse coram Judice fateatur, non exprimens, publicè scœnus exercuisse? Et hanc qualitatem necessariò exprimendam, ut pœnis reus afficiatur, tenent Menoch. dict. cas. 235. n. 20. Mascard. n. 10. & alii apud ipsos. Oppositum cum D. Covar. & non paucis sustinet Leotard. q. 100. n. 11. pro cujus resolutione lege inferius notanda à n. 38. nam hæc ab illa pendet quaestione.

Verf. Tertio licet confessio:

Disputatur an confessio extrajudicialis coram Sacerdote, vel Notario, & testibus sufficiat, ut confessus pro usurario manifesto habeatur? Affirmant D. Covar. Menoch. dict. cas. 235. num. 21. Villalob. commun. opinion. lit. V. n. 113. Barbof. collect. cap. Quia in omnibus, num. 18. de usur. Clar. ubi sup. Anton. Gab. commun. lib. 7. concl. 20. n. 7. præter laudatos sup. n. 21. & 23. & quos referunt Leotard. n. 13. & Mascard. n. 11. Negativam sectantur Foller. Lupus, & alii apud Leotardum, ac Mascardum n. 13. & est communis Théologis, cui subscribunt Azor. Instit. Moral. part. 3. lib. 5. cap. 18. verf. Quæres quid, Trullench. sup. dict. dub. 22. n. 1. Less. d. cap. 20. n. 185. Molin. disp. 333. in fine Bonacin. Sum. tract. de contract. disp. 3. q. 3. punct. ult. n. 2. Reginald. lib. 23. cap. 11. n. 94. Villalob. Sum. part. 2. tract. 22. diff. 21.

Et quamvis affirmativa sententia procedat si 23 confessio publicè fiat, ita ut in plurium notitiam devenerit; tamen eam solam non efficere manifestum usurarium, nisi alia concurrerint adminicula, & tunc judicis arbitrio relinquendum scribit Leotard. n. 13. & 14. Imò Judicis sententiam desiderari observat Spin. num. 18. Hic eadem quaestio excitari potest, affirmativa opinione admittà, de qua sup. numero 23. Gutier. d. cap. 19. numero 12. docet necessariò requiri, quod exprimat qualitas manifesti aut probetur, scilicet quod publicè exercuerit usuras, qui ex sua opinione loquitur consequenter, de qua infra.

Verf. Quarto etiam dicitur.

Qui judicis sententia de scœneratio crimine 26 damnatur usurarius manifestus censetur: tenent omnes ferè laudati sup. num. 21. 23. 24. & quos exhibet Leotard. numero 22. qui hoc verum putat de sententia legitime prolata, à quo prævocatum non est. Idem num. 24. disputat, num sit satis reum simpliciter usurarium pronuntiari, absque expressione quod sit manifestus & publicus scœnerator? Affirmat adversus Menoch. dict. cas. 235. num. 31. sed resolutio desumenda erit ex traditis infra, n. 28. cum seqq.

Ibi: Nec prius hic usurarius.

Non est manifestus usurarius de crimine per 27 testes in judicio convictus, antequam judicialis sententia subsequatur. Menoch. ubi proximè Gutier. num. 13. Mascard. dict. concl. 1420. in fin. Ant. Gab. sup. d. concl. 20. n. 9. Salced. ad Bern. Diaz, cap. 89. Ant. Thesaur. de pœn. Canonic. lib. 2. verb. Usura, cap. 7. verf. Non tamen sufficeret, & alii apud Salas de usur. disp. 46. n. 4. Aliud communi Theologorum Scholæ videtur, & ita contra tenent Molin. sup. disp. 333. n. 2. Trullench. Less. Azor. ubi proximè, Card. Lug. de justitia & jure disp. 25. n. 239. quibus accessit Leotard. n. 24. & 25. quando reus ita probationibus superatur, ut nihil contra illas objiciat, alioqui cum per oppositionem res dubia efficiatur, sententia opus erit. Sed prior opinio amplectenda, ut benignior ac verior, cum in judicis arbitrio sit, an vel quanta fides sit testibus adhibenda l. 3. de testib. Menoch. sup. n. 31. & 32.

Ibi:

Ibi *Voluerit per famam & adminicula.*

- 28 Diffamatus de scœnore, etiam aliis in ipsum adminiculis concurrentibus non est inter manifestos usurarios numerandus. Molina cum cæteris Theologis nuper memoratis. Barbosa *collect. cap. Quia in omnibus, n. 2.* Leotard. *sup. q. 100. n. 21.* Salced. & Mascard. *ubi proximè, Menoch. num. 27.* 29. quibus autem modis usurarius manifestus probetur, præter Menochium, Leotardum, ac Mascardum tradidit latiffimè Cardin. Tusch. *lit. V. concl. 341.*

Ibi: *Et fortassis tutus est.*

- 29 Inter causas civiles, & criminales illud interest, quod in illis duæ semiplenæ probationes uniuntur ad condemnationem, non sic in istis; nam ex unico teste, & fama, vel aliis indiciis nequit ordinaria, seu corporalis poena irrogari, sed mitior pro qualitate imperfectæ probationis. Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 12. num. 26.* Boissius in *Pract. crim. tit. de convict. num. 23. 24.* Parlador. *different. 138. num. 3.* Petr. Barbosa in *l. 2. part. 1. d. num. 81. ff. solut. matrim.* Farinac. cum pluribus *quæst. 47. ex num. 80.* Sanch. *Consilior. Moral. lib. 6. cap. 3. dub. 12. num. 5.* Nisi indicia, & præsumptiones jure probatæ urgeant. Ant. Gom. & alii. Sed si de usuris ageretur ad interesse agentis, quia tunc causa civilis est, Tusch. *concl. 356. lit. V.* fama cum adminiculis jungeretur, ut pro judicantis arbitrio scœnus probetur.

Ibi: *In hac autem usurarum causa.*

- 30 Ad probandum crimen usurarum non sunt idonei testes, qui deponant se à reo pecuniam sub usuris mutuam recepisse: quod limitatur si non intendant solutas usuras repetere, vel aliud commodum mediatè, vel principaliter; & hoc quod protestentur, oportebit. Mascard. *concl. 1419. num. 14. 15.* Petr. Gregor. *Symtagm. lib. 22. cap. 3. num. 13.* Menoch. *cas. 235. num. 23.* Leotard. *n. 17.* & congruit lex 4. *tit. 6. lib. Recop. ubi Azeved. n. 55.*

Ibi: *Nec item testes singulares.*

- 31 Testes singulares non probant plenè cum agitur de probando actu aliquo scœneratio in specie, civiliter, aut criminaliter. Leotard. cum pluribus *ubi proximè, Menoch. num. 23.* Clar. *§. fin. q. 53. ex num. 18.* Mascard. *num. 12.* & adde notanda inferiùs, *n. 33.*

Ibi: *Imò Episcopi constitutio.*

- 32 Non subsisteret Episcopi constitutio, ut in crimine usurarum testibus singularibus plena fides adhiberetur. Mascard. *ubi proximè, Clar. num. 20.* Vela *de delict. cap. fin. n. 15.* Farinac. *q. 64. num. 197.* Tusch. *num. 16.* qui refert *num. 14.* talem Constitutionem Synodalem Mediolani observari. Illud compertum est, nulli qui superiorem recognoscat in temporalibus, eam potestatem tribui, ut per singulares testes plenam fieri probationem statuatur. Vela *d. cap. ult. in fin.*

Ad Num. 5.

- Est ab omnibus recepta distinctio, ut si de probatione usuræ, vel alterius criminis in specie tractetur ad punitionem, aut contractus nullitatem, testes singulares non possint. Aliud si intendatur probari quem hæreticum esse, blasphemum, furem generaliter. Ant. Gom. *d. cap. 12. n. 12.* Mascard. *n. 13.* Clar. *n. 18.* Leotard. *n. 16.* Farinac. *n. 223.* Larrea *alleg. fisc. 48.*

Illud controvertitur, an si probato crimine in genere per testes singulares, possit reus poena ordinaria ut hæreticus, usurarius, vel blasphemus puniri? Inficiantur Clar. *ubi nuper, Farinac. d. q. 64. n. 217. & 302.* ubi etiam ita tenent accedentibus adminiculis. Affirmant alii, si plures existant testes fama, vel conjecturis comprobati: & in specie de usura ita tenent Tusch. *lit. V. concl. 341. n. 11.* Molin. *disp. 333. n. 2.* Spin. *sup. n. 19.* Menoch. & Mascard. *ubi proximè, Leotard. cum aliis n. 17.* qui hoc judicis arbitrio relinquit. Quando & qualiter probent testes singulares, copiosè tradunt Farinac. *d. q. 94.* Tusch. *lit. T. concl. 265.*

Verf. *Hinc profectò colligitur.*

Hæc constitutio in novissima regiarum legum editione est lex 4. *tit. 6. lib. 8. Recop.* quæ formam probandi crimen usurarum per testes singularia es præscripsit sicut observant Azeved. *ibi ex num. 51.* Molin. *sup. d. disp. 333. num. 2.* Paz in *Praxi tom. 1. part. 8. cap. unic. num. 27. & 28.* Cur. Philip. *part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 38.* & ita cavere oportuit, ne scœneratores manerent impuniti ex defectu probationis, cum hoc delictum ob simulationes, & assiduas fraudes sit difficilis probationis. Azeved. *ubi proximè, Barbosa collect. cap. Cum in diœcesi, num. 4. de usur.* Paz *num. 27.* Mascard. *d. concl. 1419. num. 3.* Quoad testes debent esse omni exceptione majores, & hæc qualitas erit necessariò probanda. Azeved. *ibidem. verb. Que son de creer.* Quæ adminicula concurrere debeant, ut damnetur usurarius, à Judicis pendet arbitrio, ut ex Menochio docuit Azevedus.

Verf. *Ex quibus Regii Judices.*

Hanc D. Covar. admonitionem ad legis regiaræ temperamentum, apud nullum ex nōstratibus, quos præ manibus habui invenire potui, ex quo licet conjicere, usu non fuisse admissam, forsitan quia potius benignitate, quam jure procedit: quandoquidem lex eam poenam pecuniariam imponit, tale genus probationis inducens: unde videtur, vellem, quod unius testis depositioni stetur quoad quantitatem scœnori datam, maximè cum jurantis nihil intersit. Nec novum est, ut credatur unius juramento ad liquidationem quantitatis, cum aliter veritas haberi non potest, etiam ubi de interesse ipsius, qui jurat, agitur, ut contingit in juramento in litem. & in suppletorio probationis, de quibus *tot. tit. de in lit. jurand. l. Admonendi. 31. de jurejur.*

Verf. *Tandem quo prima.*

Variis pœnis Jure Pontificio manifesti afficiuntur usurarii, quarum mentionem faciunt Molin. *disp. 334.*

dis. 334. Tusch. *lit. V. concl. 343. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. à num. 186. Trullench. in Decal. lib. 7. cap. 19. dub. 22. Menoch. de arbitrar. cas. 398. Didac. Perez in princ. tit. 2. lib. 8. Ordinarum. Leotard. de usur. q. 100. num. 29. cum seqq. Vela de delict. cap. fin. num. 7. Paz. in Praxi, tom. I. part. 8. cap. unic. num. 25. Gutier. Canonic. lib. 2. cap. 19. à princ. Cantera *quest. crimin. cap. 8. num. 52. vers. Aut loquimur. De pœnis in Clericos scœnerantes agit Farinac. fragm. verb. Clericus, ex num. 117. Bernard. Diaz in Pract. cap. 88. & ibi Salced.**

De usurarum pravitare, ac prohibitione apud 43
diversas gentes plura cumularunt Menoch. *cas. 398. Theat. vitæ hum. verb. Usura, Petr. Greg. Syntagm. lib. 22. cap. 3. Leotard. de usur. q. 100. num. 3. & 72.*

Ad Num. 4.

Manifestis usurariis & Ecclesiastica sepultura, & 44
activa testamenti factio denegatur, nisi per scœnus ablata restituant, aut cautio idonea de restituendo pro viribus substantiæ præstetur, *cap. Quanquam, de usur. in 6. ubi Barbosa collect. num. 2. & 6. observant laudati sup. num. 37.*

38 Sed dubium emergit de quibus usurariis manifestis sacri senserint Legumlatores. Quidam Pontificias sanctiones restringunt, ut eos duntaxat comprehendant, qui notorietate facti tales sunt, habentes mensam paratam ad scœnerandum, suaque nequitia publicè utentes, ita ut nulla tergiversatione celari possit; non qui in occulto idem delictum perpetrant, etsi iudicis sententiâ, aut propria in jure confessione manifestum fiat. Hanc opinionem probat latè Gutier. *d. cap. 19. ex nu. 15. Menoch. sup. cas. 235. num. 6. cum seqq. Ugolin. de usur. cap. 17. §. 3. & cap. 24. §. 8. Mascard. de probat. concl. 1420. num. 10. Cantera, d. cap. 8. num. 53. vers. Dixi supra.*

Hæc autem cautio intelligitur exhibitis pignori- 45
bus, aut fidejussoribus datis, nec juratoria cum hypotheca bonorum proderit, ut cum D. Covar. tradiderunt Gutier. *Canonic. lib. 2. cap. 19. num. 3. Navar. in Manual. cap. 17. nu. 279. Barbol. collect. d. cap. Quanquam, in fin. Villalob. comm. opin. lit. V, n. 115. Spin. de testam. gloss. rubric. part. 13. num. 31. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 334. num. 6. Tusch. lit. V, concl. 342. num. 1. Sed si usurarius, aut hæres ejus sic idoneè cavere non valeat, jurans se neque pignora, neque fidejussores habere, satisfaciet cautione juratoria, & bonorum obligatione. Molin. *ibidem, Gutier. nu. 4. Navar. num. 280.**

39 Contraria est communis sententia, quæ docet stabilitis pœnis coercendos esse qui quomodo libet usuras exegerint, modò juris notorietate, sententiâ scilicet, vel confessione in judicio crimen manifestetur. Ita Leotard. *sup. num. 11. 12. & 20. Molin. disp. 333. num. 2. Barbosa collect. cap. Quia in omnibus, nu. 2. de usur. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 8. vers. Quæres quid, Bernard. Diaz *sup. cap. 89. num. 2. Trullench. dub. 22. num. 1. Clar. §. Usura, num. 15. Less. sup. num. 185. Spin. de testam. gloss. rubric. part. 13. num. 18. & alii quamplures.**

Regulariter ubi cautio idonea præstari jubetur, 46
pignora, vel fidejussores adhiberi opus est, *l. Si mandato Titii 59. ff. mand. in fin. l. 4. §. Si sub conditione, de fideicom. libert. Greg. Lop. in l. 10. gloss. 10. tit. 32. p. 7. Tondut. quest. Civil. cap. 70. num. 11. Menoch. de arbit. cas. 142. num. 3. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 35. Merlin. de pignor. lib. 1. q. 2. nu. 10. Bern. Diaz *reg. 74. Idem erit si cautio sufficiens, aut plena exigatur. Quid si cautio absolute postuletur? Vide d. l. 10. Partis. Sanch. & Bern. Diaz. ubi proximè, Cævall. commun. quest. 66. Et an fidejussores, vel pignora sint præstanda, arbitrio Judicis relinquit Menochius.**

40 At D. Covar. utramque opinionem sub distinctione probat, ita ut prior vera sit quoad pœnas capitis *Quanquam, de usur. in 6. posterior quoad pœnas capitis Quia in omnibus, de usur. cui accedere videtur Cantera ubi proximè. Contrà tenet expressim Barbosa collect. nu. 13. d. cap. Quanquam, & differentiam impugnat Gutier. sup. num. 24. nec ab aliquo probatam scio.*

Ibi: *Qua ratione opportunè queritur.*

Hujus quæstionis sermo erit nobis infra sub *versiculo, His equidem, nu. 54. & seqq.*

Verf. *Sed ad hujus quæstionis.*

41 Videtur dicendum, communem opinionem sustinendam esse si probetur frequens usus scœnerandi; nam si quis damnatur quia semel, aut bis scœnori dederit, non ex hoc manifestus censetur usurarius, ut tam severis pœnis subjiciatur, qui nec propriè usurarius poterit appellari: nec credendum, aliam fuisse Pontificum mentem, ut rectè animadvertit Gutier. *num. 17. & faciunt tradita sup. num. 22.*

Si usurarius pecuniâ ex scœnore comparatâ rem 47
emerit, dominum ejus quærit. Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 17. num. 4. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. num. 161. Molin. sup. disp. 327. nu. 7. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de usur. num. 14. Menoch. conf. 300. nu. 34. Leotard. de usur. quest. 96. nu. 2. Spin. sup. nu. 29. Ugolin. de usur. cap. 17. §. 1. num. 2. Unde non astringitur restituere, si quos fructus ex rebus illis ita emptis perceperit. Leotard. *ibi.**

42 Nec impunitus manebit, qui usurarius pronuncietur ex singulari actu scœneratio, quia præter infamiam, extra ordinem pro arbitrio iudicis pœnas dabit. Menoch. *cas. 398. à num. 15. & nu. 34. cum seqq. Vela sup. nu. 7. Clar. nu. 10. Peguera crim. decis. 31. in fin. Leotard. cum pluribus num. 52. Petr. Gregor. de usur. lib. 3. cap. fin. num. 4.*

Ibi: *Imò usurarius non tenetur.*

Verf. *At si tractetur.*

Quod scœnerator usurariâ pecuniâ per mercatu- 48
ram, vel aliam negotiationem acquirit, nullatenus restituere cogendus est. Less. *nu. 161. Molin. n. 5. Leotard. num. 5. Petr. Greg. de usur. lib. 3. cap. 9. num. 7. Trentacinq. n. 15. & Theologi plures apud Trentacinquium, ac Leotardum, qui ex num. 9. probat*

Hæ eadem rationes, quas C. Covar. perpendit, æquè militent in decisione dicti capitis, *Quia in omnibus, cujus pœnæ gravissimæ reputantur, ut animadvertit Gutier. ubi proximè, vers. Quæ differentia.*

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

probat non teneri usurarium ad restitutionem lucri, si pecuniam usurariam fœnori dederit.

Ibi: *Item & illud.*

49 Rerum, quas fœnerator capit usurarum nomine, velut in solutum non acquirit dominium, quod penes debitorem permanet. Molin. *disp.* 326. nu. 7. Trullench. *d. dub.* 17. n. 3. Less. *n.* 158. Scaccia *de commerc.* §. 1. q. 1. n. 537. & q. 7. *ampliat.* 19. n. 67. Ugolin. *d. cap.* 12. *in princip.* Leotard. q. 35. n. 40. Trentacinq. *sup.* n. 16. Spin. *ubi proximè*, Merlin. *sup. lib.* 3. q. 36. nu. 11. Barbosa *collect. cap.* *Cum tu*, n. 5. *de usur.* Clar. §. *Usura*, n. 12.

50 Utrum hæc conclusio procedat in rebus usu consumptibilibus quæ functionem recipiunt in genere suo, ambigitur. Quidam sentiunt, quod si pecunia, frumentum, & similia ita misceantur similibus apud usurarium, ut discerni, aut segregari nequeant, per confusionem dominium in accipientem ex fœnore transferri. Alii rectius opinantur, quod dum ea apud fœneratorem extant, in dominio persistunt debitoris, qui tradidit, de quo Cardin. Lug. *de justit. & jur. disput.* 25. n. 206. Molin. *sup. disput.* 326. num. 12. Trullench. num. 2. Less. num. 157. Ugolin. *de usur. lib.* 12. §. 1. num. 4. Salas *in sim. tractat. disput.* 38. num. 6. Leotard. q. 95. num. 5. *cum seqq.* ex quibus omnino videndus Molina *vers. Arbitror tamen*, Trentac. num. 17.

51 Tametsi usurarius non comparet dominium rei perperam acceptæ, tamen si eam vendiderit, pretii dominus fit, dominio in emptorem minimè translato, Molin. *disput.* 327. nu. 7. Leotard. q. 96. num. 3. Trullench. num. 5. Less. num. 162. Idem videtur dicendum si pro pretio rei usurariæ aliam fœnerator in solutum acceperit, aut si permutaverit, licet quoad permutationem obstat *lex I. vers. Idem Pædius, de rer. permut.* ubi dicitur hujusmodi contractum de re aliena, qualis est usuraria, non subsistere, unde nec fœnerator ex eo dominium quærere poterit; deficiente titulo, argumento legis *Nunquam nuda 31. de acquir. rer. dominio.* Attamen permutationem rei alienæ valere tenet Glossa *in l. 1. verb. Præstitum, C. de rer. permutat.* cui consonat Glossa *in d. l. 1. verb. Idem Pædius, de cujus intellectu Cujac. lib. 33. Pauli ad edict.* Fab. *in ration. ibi.* Wesembec. *in paratiit. ad eum tit.* n. 9.

Ibi: *Usurarium teneri ad restitutionem fructuum.*

52 Si fœnerator rem fructiferam pro usuris acceperit, fructus quos ex ea collegerit, suos non facit; ideo eos extantes debitor dominus vendicabit, & extintorum æstimationem exiget. Molin. *disput.* 327. nu. 4. Less. *sup.* nu. 160. Trullench. nu. 3. Trentacinq. num. 16. Petr. Greg. *de usur. lib.* 3. cap. 9. num. 5. Leotard. q. 95. num. 12. Ugolin. *de usur. cap.* 12. num. 3. Sed & fructuum æstimationem præstabit usurarius, quos dominus perciperet, si ob negligentiam collecti non sint. Molin. *ubi proximè*, Salas *sup. dub.* 39. nu. 2. Imò fœneratorem onerari restitutione fructuum, quos ex re percipere potuit, etsi dominus eos non foret percipiturus, probat Leotard. q. 95. à nu. 23.

53 Fructus hic sicut in cæteris causis intelliguntur, deductis sumptibus necessariis ad perceptionem, *l. Fructus 7.* cum similibus adductis per glossam ibi, *solut. matrim.* illosque fœnerator deducere

non prohibetur. Leotard. num. 16. Trullench. *d. lib.* 7. cap. 19. dub. 18. nu. 4. Molin. & Salas *ubi proximè.* In fructuum expensis an computanda æstimatio laboris, & industriæ, quam usurarius adhibuit? quæstionis est. Affirmat contra Salas Leotard. num. 28. *cum seqq.* Cujus opinio vera videtur, vel quando alius esset conducendus, remoto usurario, vel si ob ipsius singularem industriam fructus aufererent, pretii fructuum, quos fœnerator vendiderit, dominium quærir. Molin. *disp.* 327. n. 7.

Verf. His equidem.

Bona fœneratoris tacitæ hypothecæ non subji- 54 ciuntur pro restitutione usurarum. Tusch. *lit. V, concl.* 351. nu. 2. Azor. *Instit. moral. par.* 3. lib. 5. cap. 13. Molin. *disp.* 329. num. 8. Less. num. 167. Trullench. *sup. dub.* 18. nu. 4. Guttier. *Canonic. lib.* 2. cap. 18. num. 42. Alfar. *de offic. Fiscal. gloss.* 34. num. 130. Barbosa *collect. cap.* *Cum tu*, num. 6. *de usur.* Villalob. *commun. opinion. lit. V,* num. 118. Cenc. *de censib. quæst.* 119. num. 24. Trentacinq. *d. tit. de usur. resol.* 1. num. 3. Pacific. *de Salvian. inspect.* 3. cap. 4. nu. 521. Leotard. *late quæst.* 97. num. 1. & *per totam*, Ant. Gom. *variar. lib.* 2. cap. 10. num. 4.

Hanc resolutionem limitant nonnulli in rebus 55 emptis ex pecunia fœnebris, per textum *in cap. Cum tu, de usur.* Mantic. *de tacit. convent. lib.* 11. tit. 12. n. 13. Merlin. *de pignorib. lib.* 3. q. 36. n. 9. Sed hanc restrictionem non admittunt Leotardus, Azor, Molina, Barbosa, & alii, qui Pontificiam Constitutionem interpretantur, ne communi obstat sententiæ. Excipit tamen Leotard. *ex nu.* 14. Ecclesiam, militem, ac pupillum; nam si usuras solverint, & fœnerator, acceptâ pecuniâ domum, vel rem aliam emerit, ex privilegio poterunt agere in subsidium contra tertium possessorem utili rei vindicatione, & cunctis creditoribus usurarii in concursu quoad rem emptam præferentur, de quibus consule Greg. Lop. *in l. 49. tit.* 5. p. 5. & ibi Hermosil. agentes de hoc privilegio Ecclesiæ, & cæteris competente.

Adjicit Leotard. num. 16. exceptionem regulæ 56 præmissæ *sup. num.* 54. quod si fœnerator legaverit, aut testamento restitui jussit quod per usuras à debitore extorsit, tunc huic competet hypothecaria, ut cæteris legatariis. Sed concessio quod legatum subsistat (de quo ipse Leotardus dubitavit, & contra tenet Ant. Gom. *variar. lib.* 1. cap. 12. n. 26. *vers. Sextò infertur.*) ea hypotheca creditoribus defuncti non nocebit, nec tertiis possessoribus, in quos fœnerator bona transtulisset, quia solum afficit bona hæreditaria, ære alieno deducto; ideo legatariis quisque creditor etiam personis præferri debet, alioquin foret in potestate debitoris præjudicium suis creditoribus generare, si uni legaverit quod ipsi debet. Merlin. *de pignor. lib.* 3. q. 14. nu. 72. Unde si qui usuras exsolvit, egerit ex testamento cum hypotheca cum creditoribus usurariis non concurret, cum sit legatarius; & si experiat in judicio ut creditor, hypothecæ privilegio in concursu carebit. Facit *lex finalis, §. Sin verò creditores, & ibi Glossa verb. Accommodare, C. de jur. deliber.*

Ibi: *Quam ob rem is qui oneroso.*

In eo qui repetit usuras idem est observandum, 57 ac in aliis quibusvis creditoribus chirographariis, quoad ea revocanda, quæ fœnerator in frau-

fraudem ejus alienavit. Leotard. *de usur. quest.* 97. num. 11. Ubi igitur tertius titulo possidet oneroso, tutus erit, nisi probetur fraudis particeps, quia cognovit per alienationem usurarium fieri non solvendo, l. *Qui autem* 6. §. *Hoc edictum*, ff. *quæ in fraud. credit.* docet hic D. Covar. Sin autem titulo lucrativo alienatio fiat, actio creditoribus revocatoria datur, etsi tertius possessor fraudem ignoraverit, d. l. *Qui autem*, §. *Simili modo*, de quibus circa usurarios alienantes quoad utrumque forum. Molin. *disp.* 330. Salas *de usur. disp.* 41. Trullench. *sup. d. cap.* 19. *dub.* 19. Less. *dict. cap.* 20. nu. 165. cum seqq. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *tit. de usur. resol.* 1. n. 17. Gutier. *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 18. n. 39.

num. 137. Bonacin. *tract. de contract. disp.* 3. q. 3. *punct.* 15. n. 13. Binsfeld. *in cap. Tua nos, quest.* 1. *concl.* 3. *de usur.* Petr. Navarr. *de restit. lib.* 3. *cap.* 2. n. 13. Navarr. *in Manuali, cap.* 17. nu. 278. Sane prior sententia de Jure Canonico ob animarum salutem ut tutior tenenda; hæc tamen de rigore verior est secundum juris principia.

De legatariis, fideicommissariis, ac cæteris qui ex bonis usurarii aliquid perceperunt, idem ac de hæredibus scripsit Navarrus *ubi proximè*, ut scilicet restituere cogantur si quis ex hæredibus solvere non valeat. Rectius distinguunt Theologi, ut si bona hæreditaria non sufficiebant pro restitutione usurarum, & aliis necessariis oneribus, legatarii, restituere cogantur, l. *fin.* §. *Sin verò creditores*, C. *de jur. delib.* Quod si hæreditas erat solvendo, nihil legatarii debent contribuere ad restitutionem usurarum, etsi hæredes non restituant. Molin. *ubi proximè*, Less. num. 176. Trullench. num. 3. Bonac. num. 15.

Ad Num. 7.

58 Usurarii etiam non manifesti hæres in foro externo, & interiori astringitur ad restitutionem ejus, quod antecessor perperam extorsit intra hæreditatis vires, quanquam ex turpi lucro nihil perceperit. Molin. *sup. disput.* 332. n. 2. Lessius *dict. cap.* 20. num. 175. Trullench. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 19. *dub.* 20. n. 1. Anton. Gomez. *variar. lib.* 2. *cap.* 10. n. 4. *vers. Sed attendo.* Petr. Greg. *de usur. lib.* 3. *cap.* 5. nu. 1. Trentacinq. nu. 5. Leotard. *quest.* 94. n. 7. Ugolin. *de usur. cap.* 14. n. 1. Gutier. n. 46. Spin. *de testam. gloss. rubric. part.* 13. n. 30. Villalob. *commun. opinion. lit. V, n.* 120. Salas *de contract. tit. de usur. disp.* 42. Barbof. cum aliis *collect. c. Tua nos, nu.* 2. *de usur.* Quod procedit in foro ecclesiastico, sæculari, & interno. Leotard. n. 8. 9. qui multifariam ampliavit.

Ibi: Et ideò hoc discrimen.

De Jure Civili ex delicto defuncti actio pœnalis in hæredem non datur, nec ad damni illati reparationem, nisi aliquid ad eum pervenerit, aut sit cum antecessore lis contestata. Idem disponitur l. 3. *tit.* 15. p. 7. Jure Pontificio indistinctè hæres constringitur ad resarciendum damnum quod defunctus intulit, pro viribus hæreditatis: quod discrimen adnotant Gutier n. 48. Leotard. n. 19. Anton. Gom. *variar. lib.* 3. *cap.* 1. num. 85. Clar. d. q. 51. num. 16. Pichard. *in §. Non autem, nu.* 55. *Inst. de perpetuis, & tempor. action.* Farin. *sup. nu.* 59. 60. Villalob. *lit. H, nu.* 2. Barbofa *collect. l. 1. n.* 2. & 7. C. *ex delict. defunct.* Cævall. *commun. contra commun.* q. 464. *in princ.* Fachin. *controv. lib.* 9. *cap.* 5. ubi fuse disputat, an actio merè rei persequutoria ex delicto descendens transeat in hæredem de Jure Civili? Et negativam sectatur. Ubi autem actio utrinque pœnalis est, nec de Jure Canonico contra hæredem competit. Farin. n. 61.

59 Si plures existant hæredes, quisque pro sua portione debet conveniri, cum actiones activæ, ac passivæ inter eos jure ipso divisæ intelligantur, l. *In conditione* 9. ff. *de condict. furt. l. Pacto* 26. C. *de pact. l. 2. C. de hæreditar. action.* Molin. n. 4. Leotard. n. 30. Ugolin. d. *cap.* 14. §. 2. n. 1. Lessius *ubi proximè*, Guier. nu. 63. Trentacinq. nu. 11. Quod fallit si quis ex hæredibus rem usurâ quæsitam possideat; nam ipse in solidum convenitur, ut præcitati observant. Sed obstat lex 2. *in fin. de prætor. stipulat.* ubi si conventus rei vindicatione decedat, lite jam contestata, pluribus relictis hæredibus, licet unus rem petitam possideat, solitum pro sua portione respondere tenetur, & ita in hærede furis servandum animadvertit Glossa *in d. l. In conditione, verb. Pro parte.* Ratio est, quia judicio per antecessorem inchoato, non convenitur ut possessor, qui rem tenet, sed ut hæres, & sic pro hæreditaria portione. Cujac. *lib.* 73. *Pauli ad edict. in d. l. 2. de quo tamen cogitandum.*

Ibi: Nam ut ipse opinor.

Hæres ejus qui impœnitens obiit cogitur ad restitutionem usurarum, sicut & ad cujusque damni per defunctum illati reparationem, ex Jure Pontificio. Leotard. n. 12. Farinac. n. 60. Trentac. n. 6. Ugolin. d. *cap.* 14. n. 1. Binsfeld. *sup. q. 1. concl.* 2. Gutier. n. 54. Barbofa n. 7. Villalob. *ubi proximè*, Dueñas *reg.* 13. *limit.* 12.

60 Illud quidem controversum invenio, an si aliquis ex hæredibus non sit solvendo, cæteri compellantur ad restitutionem usurarum pro illo, quatenus ex hæreditate ad eos pervenerit? Affirmant Anton. Gom. *ubi proximè*, Gutier. n. 64. Leotard. num. 32. Ugolin. d. *cap.* 14. §. 3. Lælius Zech. *de usur. cap.* 4. n. 2. & generaliter in quovis alio crimine, ex quo hæredes tenentur, ita docet Clar. §. *fin.* q. 51. n. 18. Farinac. *in prax. q.* 10. num. 60. Gutier. n. 51. Ant. Gom. *ubi proximè*, per textum *in l. Si duo, ff. deposit.* etsi ad rem non faciat. Hanc conclusionem limitat cum Ugolino Leotardus, si creditori possit ad negligentiam imputari quod cum posset exigere, distulit exactionem in tempus, quo hæres factus est non solvendo.

Ibi: Quo fit, ut vel communis.

Licet D. Covarr. excludere nitatur differentiam inter utrumque Jus, de quo *sup. n.* 63. cui adhæret Cald. *in l. 1. part. 4. C. ex delict. defunct.* Spin. *sup. & gloss.* 23. nu. 68. nec dissentit Pichard. *in §. His autem, n.* 45. *Inst. de leg. Aquil.* difficilè quidem obtinebit adversus omnium communem sententiam, quæ docet, Jure Civili actionem ex delicto in hæredem non dari, etiam quoad rei persequutionem, nisi ad eum quid perveniat, aut lis cum antecessore contestetur, ut tenent Cujac. *parat. ad tit. C. ex delict. defunct.* & *in l. Sicut* 38. *de reg. jur.* Donel. *lib.* 15. *cap.* 51. Duaren. *in l. Ex ea parte* 121. §. *fin. de vero obl.* Pichard. *in §. Non autem, ex nu.* 23. *Inst. de perp. & tempor. action.* Leotard. d. *quest.* 94. num. 19. præter alios laudatos num. 63. & quos plenè congerit Barbofa *in*

61 Oppositum amplexi sunt Molina, & Trullench. *ubi proximè*, Card. Lugo *de just. & jur. disp.* 25. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II

d. collect. n. 2. Quapropter sententiam D. Covar. expressim impugnant Leotard. *ubi nuper*, Gutier. *n. 56.* qui §. *His autem verbis*, *Inst. de leg. Aquil.* sic interpretatur, ut potius communem probet, quam contrariam. Adde Fachin. *ubi sup. d. cap. 5.* hac de re disputantem, & Cujac. *observat. lib. 7. cap. 37.* dubitantem an conditio furtiva transeat in hæredem, si nihil ex furto ipse perceperit, quamvis rei persequutoria sit, & jure transferri constet.

66 Cùm Jus Canonicum à Civili discordet, quaeritur quod ex illis in foro sæculari debeat observari? Et Civili standum, nisi in terris Ecclesiæ in temporalibus subjectis, responderunt Fachin. *sup. vers. Tertio in hoc*, Cacheran. *Pedem. decis. 152. num. 6.* Farinac. *d. quest. 10. num. 64. vers. Limitando rursus.* Contra tenet Gutier. *d. cap. 18. n. 62.* & apud nos Jus Pontificium in foro sæculari vigeret, qui Imperatoriis legibus non ligamur. Sed obstat lex 3. *tit. 15. p. 7.* præsertim cùm maximam præferat æquitatem illius dispositio, ac justitiæ consonet, ne hæres lucretur defuncti bona, & damnum passus ex eis non recuperet quod sibi omni jure debebatur, si dominus viveret, ut in simili dicitur in *l. fin. §. Sin verò, in fin. C. de jur. delib.* Qua naturali ratione edocti Consulti conditionem furtivam in hæredem transferri concesserunt, *l. Si pro fure 7. de condic. furtiv. §. ult. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* licet hoc specialiter ob frequentiam facinoris inductum adnotent Interpretes.

67 Hinc inferitur, quod cùm fœnerator conditione furtiva teneatur, tam de Jure Canonico, quam Civili, hæres tenebitur ad usurarum restitutionem, etsi nihil ad eum pervenerit ex fœnore, nec lis sit cum defuncto contestata. Sic Leotard. *q. 94. num. 6. 25.* quæ probabiliter dicta videntur, tum propter similitudinem furis & usurarii, tum ob frequentem abusum fœnerandi, Imò fures rapaces vocantur usurarii, & acrius hi, quam illi aliquando coercentur. Menoch. *de arbitrar. cas. 398. num. 4. 5.* ubi plura de crimine fœneratio.

Ad Num. 8.

68 Supposita decisione Justiniani in *l. fin. §. cùm igitur, C. de jur. delib.* cui consonant lex 5. & lex 7. *tit. 6. p. 6.* hæres qui prætermisã inventarii confessione adit, aut se immiscet hæreditati, cogitur satisfacere cunctis defuncti creditoribus, imò & legatariis, tametsi hæreditaria bona non sufficiant: sed an hoc procedat cùm hæres ex delicto usurarum, vel alio convenitur, quæstionis est de qua Cæval. *d. q. 464.* ubi pro negativa parte plures cumulat, qui cum D. Covar. tenent quod hæres conventus juxta Jus Canonicum pro delicto defuncti ad damni reparationem, non compelletur solvere ultra vires hæreditatis, quibus jungendi Guazzin. *de defens. reor. defens. 33. cap. 26. n. 5.* Farinac. *d. q. 10. q. nu. 65.* Clarus §. *fin. quest. 51. num. 17.* Caball. *resol. crim. cas. 299. nu. 44.* Leotard. *d. quest. 94. ex nu. 28.* Trentacinq. *d. resol. 1. n. 7.* apud quos plurimi.

69 Ast quoad usurarum restitutionem urget specialis ratio dubitandi, cùm hæres non tam ex delicto, quam ex contractu teneatur, & conditione indebiti juxta communem opinionem debeat conveniri, saltem extraordinaria, ut Præses noster ait: nec ratio congrua reddi poterit, cur hæres non conficiens inventarium, teneatur supra vires hæreditatis omnibus defuncti creditoribus,

& legatariis, & hoc repetenti usuras denegetur; unde eveniet, ut ex legato lucrum percipiat legatarius, & creditor ex fœnore suum non recipiat, hærede absq̃te inventario adeunte, cùm creditores legatarius potiores habeantur, *d. l. fin. §. Sin verò.*

Augescit difficultas ex traditis *sup. num. 67. 70* nam si usurarius conditione furtiva tenetur, hanc contra hæredem dari non ambigitur, ut prænotatur *num. 66.* Nihilominus etiam in usurarum crimine hæredem non confecto inventori ad restitutionem non astringi ultra hæreditatis substantiam, cum D. Covarruv. sustinet Tusch. *litera V., conclus. 349. num. 18.* Trentacinq. *ubi proximè*, Gutier. *subdubius d. cap. 8. num. 65. vers. Nihilominus*, Leotard. *d. q. 94. à num. 27.* Roland. à Valle *tract. de inventar. quest. 209. nu. 3.* Montic. *sim. tract. quest. 228. num. 29.* Rebell. *de oblig. just. lib. 8. cap. 16. nu. 5.* & alii apud Leotardum, & est opinio communis.

Contrariam verò tuentur Molin. *sup. disp. 332. 71* *num. 3.* Farinac. *d. q. 10. num. 66.* Ugolin. *de usur. cap. 14. §. 4. in fin.* & alii, eamque de jure veriorum allerit Gutier. *ubi proximè*, quanquam à communi in praxi non recedendum moneat, & meritò, cùm æquius sit, ne hæres ob omissionem inventarii plus oneretur quam ex bonis usurarii comparaverit, ad quod in foro conscientiæ minimè tenetur, ut pluribus laudatis tradit Cævall. *d. quest. 464.* Farinac. *sup. vers. Contrarium*, Gutier. *num. 66.* Trentacinq. *num. 9.*

Sed communis sententia videtur restringenda, 72 si hæres fœneratoris conveniatur quatenus ad eum pervenit, & hæreditas ex usuris locupletior est facta, ut exponit Leotard. *n. 26.* vel quia lis cum antecessore fuerit contestata; nam cùm istis casibus de Jure Civili hæres teneatur, cessant fundamenta communis sententiæ, atque hæreditate adita absque inventarii beneficio, ultra vires illius usuræ solvi in solidum debent, præsertim cùm per litis contestationem in judicio quasi contrahatur, *l. 3. §. Idem scribit, ff. de peculio*, ubi Consultus inquit, non originem judicii spectandam, sed judicati ipsam velut obligationem. Unde licet actio à delicto originem duxerit, hæres usurarii ex quasi contractu defuncti convenitur.

Dissentit tamen Farinac. *d. q. 10. num. 67.* qui 73 licet de usurarii hærede non egerit, in aliis tamen similibus causis, velut legis Aquiliæ, incendii, aut rapinæ allerit non teneri hæredem supra hæreditatis vires, etsi cum defuncto lis fuisset contestata, aut aliquid ad ipsum pervenerit, quamvis non confecerit inventarium: quod mihi satis dubium esse ex præmissis, ac in crimine usurarum minimè admittendum videtur ob specialitatem, quæ in repetitione earundem reperitur.

Ibi: *Et peti possit conditione indebiti.*

Pro repetitione usurarum conditionem indebiti competere, communiter docent DD. Quidam ex neotericis cum D. Covar. eam extraordinariam, seu irregularem dicunt. Vide Gutier. Leotard. ac Trentacinq. præter notata *sup. num. 67. de conditione furtiva.*

Ad Num. 9.

Infamia etiam juris factionem testamenti non adimit. Greg. Lop. in *l. 16. gloss. 3. tit. 1. p. 6.* Clar. §. *Testa-*

§. Testamentum, quæst. 25. Tusch. lit. T, concl. 105. num. 16. Spin. de testam. gloss. rubric. part. 13. num. 22. Qua propter licet usurarius de jure communi infamia notetur, l. Improbum fœnus 20. C. ex quib. caus. infam. irrog. testari tamen potest Spin. ubi proximè. Idem est de Jure Canonico, si usurarius manifestus non sit. Unde si fœnerator condiderit testamentum, non servatâ formâ capitis *quanquam*, de usur. in 6. tamen post obitum manifestis pronuntietur, testamentum subsistet. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 334. num. 10. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 22. num. 6. Leotard. cum aliis de usur. q. 100. num. 70.

76 Jure Pontificio per dictum caput *quanquam*, manifestis fœneratoribus ita testandi facultas est sublata, ut eorum testamento ipso jure sint irrita, nisi aut usuras restituant, aut de ipsis reddendis caverint idoneè juxta formam eo decreto præscriptam. Card. Lug. de just. & jur. disp. 24. nu. 70. Card. Tusch. litera V, concl. 342. num. 1. Molin. num. 4. Trullench. ubi proximè, Spin. nu. 23. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. num. 188. vers. Sexta, Leotard. nu. 47. Petr. Greg. de usur. lib. 3. cap. 14. num. 1. Clar. sup. q. 26. num. 1. Barbof. collect. d. cap. *quanquam*, n. 6. Menoch. de arbitrar. cas. 235. num. 1. Gutier. Canoniar. lib. 2. cap. 19. num. 1. Ant. Fab. de errorib. prag. decad. 44. err. 8.

77 Quod ita verum est, ut nec inter liberos usurarius testari valeat, nec inter ipsos bona distribuere. Tusch. ubi proximè, num. 11. Leotard. num. 48. qui nu. 47. cum pluribus tradit, omnem ultimam dispositionem ea constitutione comprehendit. Sic non licebit eis substituere pupillariter, aut exemplariter liberis. Tusch. d. concl. 342. n. 17. & 18. licet aliud cum Ripa, & Corraio scripserit Cevall. *commun. opin. q. 11. num. 7.* Sed displicet, quia ut pupillaris consistat substitutio, necesse est ut parens habeat testamenti factionem, & jurè testetur, alioqui si patris non valet testamentum, nec substitutio valebit, l. 2. §. Quisquis, ff. de vulg. l. Papi-nianus 8. §. Nec impuberis, de inoffic. testam. l. 10. tit. 5. p. 6. Donell. lib. 6. cap. 25. Pichard. in §. Liberis autem, nu. 6. Instit. de pup. substit. Cum igitur usurarii patris ipso jure nullum sit testamentum, substitutio ut ejus sequela irrita erat.

Ibi: Imò non posset lex Principis
Sæcularis.

78 Nullius Principis laici constitutio inducere valet, ut testamentum ejusmodi usurarii vires obtineat, prætermittisâ formâ dicti capitis *Quanquam*, Tusch. num. 38. Leotard. num. 49. Spin. num. 23. Cevall. num. 12. Peguera crim. decis. 31. num. 10. Imò si quis Magistratus procederet ad exequendam fœneratoris ultimam voluntatem, potest per Judicem Ecclesiasticum censuris compelli, ut abstineat. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. num. 140. Ugolin. de usur. cap. 24. §. 5. Leotard. cum aliis ubi proximè.

Vers. Quintò idem erit.

79 Talis usurarius codicillos facere nequit, nisi legitime juxta canonicam sanctionem caverit. Tusch. nu. 10. & 24. Cævall. sup. q. 537. num. 4. Molin. num. 11. Barbofa num. 8. Spin. num. 24. Leotard. num. 47. Anton. Fab. ubi sup. num. 2. Nulli enim cui testari interdicitur, codicillos conficere licet, l. Quædam 7. de jur. codicill. l. In bello 12. §. Codi-

cilli, de captiv. & postlim. revers. Pichard. in princ. num. 27. Instit. quib. non est perm. fac. testam. Anton. Fab. ubi proximè, qui ampliat etiam ab intestato. Cujac. lib. 37. Digest. Salv. Juliani, in l. 2. §. Furiosus, de jur. codicill.

Vers. Sextò eadem prohibitio.

Simili modo vetatur manifesto usurario mortis 80 causâ donatio. Tusch. d. concl. 342. num. 20. & 25. Ouald. lib. 14. cap. 33. Leotard. Trullench. Gratian. Spin. ubi proximè, Cevall. sup. quæst. 11. num. 12. Clar. §. Donatio, q. 7. Fachin. controvers. lib. 5. cap. 62. Anton. Faber d. error. 8. qui eleganter differit aens oppositam sententiam à pluribus sustineri, ita ut discerni non possit, quæ sit magis recepta: ac huic accessit D. Covar. in rubr. de testam. part. 3. num. 13. cujus loci meminit hic, ad ipsum remittens, ubi docuit donationem istam valere, nisi omnia bona usurarii, vel majorem partem eorum contineat, quo casu propter præsumptam fraudem non subsistet. Aliam excogitavit distinctionem Anton. Fab. num. 6. nam si donatio causâ mortis ita fiat, ut statim dominum rei donatæ transferatur, etsi revocari possit, sustinebitur, alias non; utique quia tunc magis accedit ad contractum, quam ad ultimam voluntatem, & usurarius manifestus non prohibetur inter vivos donare, nec alios celebrare contractus, ut scripsit Tusch. d. concl. 342. num. 28. etsi limitetur à nonnullis, si usurarius omnem substantiam, aut majorem illius partem donaverit. Villalob. ex aliis *commun. opin. lit. V, n. 121.*

Vers. Septimò circa eandem.

Pœnæ dicti capitis *Quanquam*, etiam compre- 81 hendunt Judæos, & alios infideles in ditione Catholicorum Principum commorantes, quarum illi capaces existunt, ne scilicet testamenta condere valeant, cautione non præstita. Molin. d. disp. 334. num. 12. Tusch. ubi proximè, nu. 96. & alii. Contra tenent Clar. §. Testamentum, q. 26. num. 5. Tiraq. de jur. primog. q. 66. num. 1. & alii quos refert, ac sequitur Barbofa collect. d. cap. *Quanquam*, num. 11. Menoch. de arbitr. casu 449. num. 20.

Vers. Octavò non tantum.

Qui præter mutuum in venditione, & aliis con- 82 tractibus fœnus exercet simulatè, pœnas dicti capitis *Quanquam*, incurrit. Tusch. num. 36. & 87. nam & hic inter manifestos usurarios numeratur. Molin. disp. 333. num. 2. Navar. in Manuali, cap. 17. nu. 280. Card. Lug. sup. d. p. 25. nu. 238. & alii apud Leotard. d. q. 100. nu. 9. Dissentit cum nonnullis Cævall. d. q. 11. nu. 6. Observat Leotardus non sufficere, ut quis manifestus usurarius habeatur, quod vendat carius habita fide de pretio, quam pecuniâ præsentem, nisi vel ipse crimen fateatur, vel conjecturis comprobetur, cum possit se aliqua excusatione tueri.

Vers. Nonò prætermittendum.

Licet quæquam artem fœneratitiam dereliquit- 83 se constet, nequibit sine cautione testari. Molin. disp. 334. num. 13. Villalob. *commun. opin. lit. V, num. 117.* Clar. d. q. 26. num. 4. Spin. de testam. gloss.

gloss. rubr. part. 13. n. 24. Hoc intelligi debet, nisi usuras restituisse probetur. *Tusch. d. concl. 342. num. 106. Clar. ubi proximè.*

Verf. Decimò quamvis manifestus.

- 84 Usurarius qui servatâ formâ condidit ultimum elogium, si postea in crimen ipsum, etiam occultè inciderit, intestatus decedat. *Molin. n. 15. Tusch. n. 31. Spin. ubi proximè.* Addit Molina quod si bona fide, & animo solvendi caverit, testamentum subsisteret saltem in foro conscientiæ.

Verf. Undecimò si quis.

- 85 Qui usurarum labe non maculatus testamentum jure confecit, si deinceps usurarius manifestus efficiatur, illud irritum redditur, nisi legitime ante mortem caverit. *Tusch. nu. 35. Molin. n. 16. Spin. sup. n. 253.* capacitas enim in testatore, ut valeat testamentum, nedum desideratur tempore quo conditur, sed etiam mortis conditoris defuncti, quâ illud confirmatur, *cap. Cum Marthæ 6. §. Si tunc, de celebrat. Missar. Pichard. in rubr. n. 6. Instit. de testam. ordin.* Ideo testamentum ritè confectum, fit irritum quoties sub mortis tempus, aut antea supervenit incapacitas, seu impedimentum juris, *l. Si quis filio 6. §. Irritum, ff. de injust. rupt. §. Alio quoque modo, Instit. quib. mod. testam. infirm. l. 18. tit. 1. part. 6.* Sic contingit ei, qui post confectum jure testamentum in usurariam labitur notoriè pravitatem.

Verf. Duodecimò hoc in tractatu.

- 86 Testamentum usurarii manifesti, etsi jure ipso sit nullum, tamen convalescit si postea idoneè de restituendis usuris caveatur. *Tusch. n. 50. Molin. n. 14. Surd. de aliment. tit. 7. q. 4. n. 20. Cævall. d. q. 11. n. 3. Gratian. discept. cap. 79. n. 13. Barbosa sup. n. 11. Spin. n. 32. Clar. n. 3. Villalob. n. 116.* Cautionem ipse testator præstare debet, nec proderit ad hunc effectum, quod hæres, aut alius post obitum usurarii usuras solvat, aut idoneè caveat; erit tamen utile, ne illi Ecclesiastica sepultura denegetur. *Tusch. n. 50. & 53. Cævall. & Spin. ubi proximè, Barbosa collect. Clem. 1. n. 6. de sepult.*
- 87 Sed si usurarius morte præventus non posset pignora, vel fidejussores dare, sat erit procuratorem, ut caveat, relinquere, & cautione præstita, testamentum subsistet. *Tusch. n. 52. Spin. sup. Cævall. n. 4. Gratian. n. 14.*

Verf. Decimotertiò adnotandum.

- 88 Usurarius manifestus etsi piam causam hæredem instituat, aut ei quid relinquat, ejus tamen dispositio non valet, nisi data cautione, juxta dictum caput *Quanquam*, *Menchac. de success. lib. 1. §. 1. n. 179. Cævall. d. q. 11. n. 1. Leotard. n. 47.* quæ licèt sit communis sententia, ac de juris rigore verior, opposita tamen æquitate suadente tenenda est, cum *D. Covarruv. & Molin. disp. 334. n. 11. Tusch. d. concl. 342. n. 4.* Est enim privilegium piæ causæ, ut qui de jure testamenti factione carent, ad illius favorem testari valeant. *Tiraq. de privileg. piæ causæ, privil. 79.* Hoc ita verum, modò fœnerator & usuras restitui præcipiat, & præmissis veræ poenitentia signis decedat, ut præcitati advertunt, alioqui sicut ab usurario vivo non admittit Ecclesia oblationes, nisi poenituerit, *cap. Quia in omnibus 3.*

de usur. Leotard. latè d. q. 100. nu. 34. ita ab eo relicta post mortem rejici debent.

Usurario manifesto, si testamentum non valeat, 89 succedunt legitimi hæredes. *Tusch. num. 19. Spin. nu. 23.* qui si bona per usuram quærita repererint, quorum dominium defuncti non fuit, dividere prohibentur, eaque creditoribus, qui ea tradiderunt, si extant, vel pauperibus sunt restituenda, *l. 2. tit. 15. p. 6. ubi Greg. Lop. gloss. 9.*

Tandem observandum cum *Leotardo n. 50. & 51. 90* & aliis quos laudat, quod si fœnerari aliquis probetur, qui non exegit adhuc usuras, non est alitribus ad idoneè cavendum, ut testetur validè: oportebit tamen ut usuras debitoribus remittat, & eas exigere hæredibus prohibeat.

S U M M A R I U M.

- 1 *Interesse lucri cessantis, ac damni emergentis ultra sortem exigere omni jure licet creditori.*
- 2 *Quæ desiderantur conditiones, ut licitè percipiatur.*
- 3 *Legis Curabit, C. de action. empt. ratio traditur.*
- 4 *Est juri, ac naturali rationi consona.*
- 5 *Procedit nedum in emptione, sed & in aliis contractibus, ac in judiciis.*
- 6 *Usurarum divisio, & quæ licitæ, aut illicitæ sint, & num. 7.*
- 8 *Usuræ ex d. l. Curabit, juxta Jus Civile, non erant compensatoriæ, sed jure Pontificio sic, quo diverso modo debentur.*
- 9 *Venditor qui non habita fide de pretio rem tradidit, licitè exigit usuras, seu interesse, quatenus emptor fructus ex re emptâ perceperit, dum pretium non exsolvit.*
- 10 *Hoc de jure Pontificio, nam Cæsareo usuræ fructibus non correspondebant.*
- 11 *Utrum decisio dictæ legis Curabit, habeat locum si res sterilis tradita sit emptori, & num. 12.*
- 12 *Minor si rem vendat etiam sterilem usuras pretii consequitur, donec solvatur, nisi emptor minor quoque sit.*
- 13 *Si ex re tradita emptor aliquod commodum extrinsecum percipiat, non ideo ad usuras ex dicta lege Curabit, tenebitur: secus si ancilla pepererit.*
- 14 *Vendens, ac tradens rem frugiferam, non accepto pretio, agere solum potest ad usuras ex dicta lege Curabit, non ad interesse damni emergentis, aut lucri cessantis.*
- 15 *Ampliatur etsi emptor interpellatus non solvat, & quid hodie.*
- 16 *Fructus quomodo computandi, ut emptor illorum estimationem reddat pro interesse venditori, & num. 18.*
- 17 *Quid si nullos fructus emptor perceperit, & num. 21. & 22.*
- 18 *Ex lege Curabit, hodie venditor poterit exigere fructuum estimationem, etsi hæc pretii superet quantitatem.*
- 19 *Dictæ legis Curabit, dispositio procedit, sive venditor dominium rei traditæ retineat, sive illud in emptorem transferat.*
- 20 *Lex Sicut emptor, §. ult. ff. locat. interpretatur.*
- 21 *Venditor concedens tempus ut pretium solvatur, non agit intra illud ad usuras ex dicta lege Curabit.*

- 26 *Patris Molinae doctrina declaratur.*
- 27 *Distinguitur conclusio tradita.*
- 28 *Eadem conclusio limitatur, si convenerit ut pendente dilatione ad solutionem pretii emptor usuras praestet juxta fructuum aestimationem.*
- 29 *Limitatur dupliciter.*
- 30 *Licet mutuanti pacisci, ut donec pecunia red- dita sit, debitor ad interesse damni emergen- tis, aut lucri cessantis teneatur, quod conti- gerit etiam intra tempus ad solutionem con- cessum.*
- 31 *Post moram debetur creditori utroque in foro interesse lucri cessantis, ac damni emergentis; sed antea non, nisi convenerit ita.*
- 32 *Creditor qui vendidit, ac tradidit, jure conve- nit de annua quantitate praestanda dum illi non solvitur pretium, quamquam dilationem con- cedat, & num. 37.*
- 33 *In foro externo probari debet, quod fructus per- cepti responderunt promissae quantitati: & quid in interno servetur, & num. 36.*
- 34 *Promissio de annua quantitate pro interesse non valet, nisi probetur saltem per verosimiles con- jecturas tantum damni sustinuisse creditorem, quantum promissum est.*
- 35 *Quid si in regione interesse sit more taxatum.*
- 38 *Emptor debitor quantitatis, quam promisit dum pretium non solveret, an liberetur, nullis per- ceptis fructibus ob sterilitatem.*
- 39 *Licet convenire, ut ex quantitate pretii non so- luti census constituatur super bonis emptoris, donec pecunia solvatur, etsi redditus fructuum aestimationem excedant.*
- 40 *Utrum talis contractus subsistat juxta Bullam Pii V. & num. 41.*
- 42 *Pretium censuum in Hispania est auctum.*
- 43 *Venditori permixtum est locare fundum venditum emptori, ut pensionem solvat quandiu pretium non exhibuerit.*
- 44 *Pensio fructus excedere non debet.*
- 45 *Utrum emptor qui locavit, cogatur solvere pen- sionem, etsi fructus non capiat ob sterilitatem, & num. 46.*
- 47 *Venditor qui habita fide de pretio, rem quam tradidit, iterum pro pignore accepit, an fructus debeat in sortem imputare? & num. 48.*
- 49 *Quid si non eadem sit res vendita, sed alia em- ptoris pignori detur.*
- 50 *Abbatibus consilium reprobatum.*
- 51 *Venditori qui rem tradidit, debentur usurae ex lege Curabit, donec pretium solvatur, etsi ille non adimpleat quae in contractu promisit.*
- 52 *Ampliatur.*
- 53 *Tradens partem rei, nullo pretio recepto, pro rata usuras percipiet: & quid si emptor offerat pretium, & venditor aliam partem tradere renuat.*
- 54 *Ut venditor exigat usuras ex dicta lege Cura- bit; vera debet intervenire traditio.*
- 55 *Si venditor rem, & emptor pretium retineant, nulla interveniente mora, nec usurae pretii, nec fructus rei debentur.*
- 56 *Utrum hoc procedat de Jure Civili?*
- 57 *Contractu perfecto, an ad emptorem, vel vendi- torem fructus rei venditae pertineant, & num. seqq. & num. 73. & 74.*
- 60 *Emptor fructus petere potest, oblati pretio, & usuris: venditor non valet agere ad usuras, sed excipere ei permittitur.*
- 61 *Limitatur, & num. 62.*
- 63 *Post moram emptoris venditor agit ad inter- esse, & si nullum patiatur detrimentum fructus sibi retinet.*
- 64 *Quid jure communi servetur.*
- 65 *Post moram emptoris fructus ad quem spectent Jure Canonico, & Civili.*
- 66 *Emptore pretium offerente, si venditor rem non tradat, tenetur ad fructus perceptos, & quos emptor posset percipere.*
- 67 *Emptor fructus lucratur, licet pretium non sol- vat; ob moram venditoris, & num. 69.*
- 68 *Post moram vendentis ipse rei periculo subji- citur, & interesse intrinsicum, non extrinse- cum praestat.*
- 70 *De intellectu legis Fructus 13. C. de actionib. empt. & num. 71. & 72.*
- 75 *Petri Barbosa opinio refutatur.*
- 76 *Agitur de cujusdam Castrensis opinionis effectu, ac praxi.*
- 77 *Emptor solvens partem pretii, agere ad fructus rei non traditae post rata potest, ac de certa quantitate correspondente pacisci.*
- 78 *Declaratur, & num. 79.*
- 80 *Venditor si nihil ex pretio recepto, partem rei tradiderit, pro portione usuras, seu fructuum aestimationem jure petet.*
- 81 *Si Procurator fundum propria pecunia domini nomine emerit, nec usuras pretii, nec fructus rei lucrabitur.*
- 82 *Quid si procurator damnum ex fundi compara- tione senserit.*
- 83 *Promittens vendere, si pretium accipiat ante contractum, tenetur ad usuras, sive fructuum aestimationem ex dicta lege Curabit. Et quid si pars pretii solvatur, ibid.*
- 84 *Rejicitur opinio contraria.*
- 85 *Pactum de emendo, ac vendendo, quos effectus producat, & an ex eo actio competat?*
- 86 *Si promittens vendere tradat rem, nihil pro pre- tio accepto, exiget usuras, seu fructuum va- lorem.*
- 87 *Lex Curabit, obtinet locum in pacto de venden- do, & aliis omnibus causis, ubi eadem ratio aequitatis reperitur.*
- 88 *Actio ex dicta lege Curabit, transit in cessio- narium, quod cum distinctione accipiendum.*
- 89 *Legis Curabit, aequitas in utroque Jure serva- tur, sed diversimode.*
- 90 *Lex Curabit, procedit etiam in emptore sol- vente pretium ante traditionem.*
- 91 *Eadem lex tam in immobilibus, quam in mo- bilibus procedit. Usurae peti possunt jure actio- nis, ac officio judicis. Actio non praescribitur nisi triginta annorum lapsu.*

C A P U T I V.

Ad Num. 1.

OMni jure, ac in utroque foro creditoribus licet ultra sortem lucri cessantis, & damni emergentis interesse percipere, nulla usurarum labe interveniente. *Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 314. num. 7. & disp. 315. num. 5. Less. cod. tract. lib. 2. cap. 20. nu. 69. & 80. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 8. nu. 4. & dub. 9. n. 2. Leotard. de usur. q. 71. num. 4. Menoch. de arbitr. casu 119. num. 1. Carleval. de judic. tit. 3. disp. 8. nu. 37. Petr. Barbosa in l. 2. part. 1. nu. 44. ff. solut. matrim. Caroc. de locat. rubric. de lucro cess. moros. in princ. Cenc. de censib. q. 57. num. 1. Cur. Philip. part. 2. lib. 2. cap. 2. num. 5. Amat. variar. resol. 49. num.*

num. 96. Parlador. *differ.* 118. num. 11. omiffis pluribus, quos abundè congefserunt Hermof. in l. 10. gloss. 4. nu. 2. & 3. tit. 1. p. 5, ac Aug. Barbosa *collecl.* cap. *Conquestus*, n. 6. de *ufur.* Dissentiunt tamen aliqui quoad lucrum cessans, quos sequitur Fachin. *controvers.* lib. 11. cap. 15. Eos refutat Leotard. *ex nu.* 8.

- 2 Ut autem id interesse percipi licitè possit, quarumdam conditiones desiderantur, de quibus Molin. *disp.* 316. nu. 8. & 9. Less. n. 73. & 84. Trullench. *dub.* 8. nu. 7. & *dub.* 9. *ex nu.* 3. Filliuc. *qq. moral.* tom. 2. tract. 34. part. 2. cap. 4. n. 70. & 79. Rebell. de *obligat. justit.* part. 2. lib. 8. q. 6. nu. 2. Hermof. nu. 298. cum seqq.

Ibi: *Hæc tamen ratio.*

- 3 Ex iis quæ proximè laudati docuere de interesse, liquidò apparet legem *Curabit* 5. C. de *actiõ. empt.* non procedere ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, sed aliàs æquissimè statuitur, quod emptor, cui res vendita traditur ante numeratum pretium, ad usuras illius quandiu non solverit teneatur; alioquin notissima eveniret iniquitas, si emptor & pecuniã pretii frueretur, & fructus ex re frugifera perciperet, venditore utraque utilitate earente; nam ille cum istius jactura adversus rationem naturalem locuples fieret, l. *Nam hoc natura* 14. ff. de *condict. indeb.* l. 1. C. *ex delict. defunct.* Cod. Fab. tit. de *act. empt. defn.* 4. num. 3. Ideò placuit, ut quemadmodum emptor fructus rei lucratur, ita & venditor usuras pretii: sic usuræ respondent pretio, & fructus rei. Cujac. in l. *Julianus*, §. *Ex vendito*, de *actiõ. empt.*

Ad Num. 2.

- 4 Inde Imperialem constitutionem justitiæ commutativæ, & naturali rationi consonam observant Cujac. & Fab. *ubi proximè*, Less. d. l. lib. 2. cap. 21. num. 103. & 104. Trullench. *sup.* cap. 20. *dub.* 13. nu. 3. Gutier. de *juram. confirmat.* p. 1. cap. 2. nu. 3. Merlin. de *pignor.* lib. 4. q. 102. nu. 5. Roderic. de *ann. redditib.* lib. 3. q. 7. num. 107. Leotard. q. 27. nu. 2. Hermosil. in l. 28. gloss. 2. nu. 25. tit. 5. p. 5. & alii quam plurimi apud Barbof. *collecl.* d. l. *Curabit*, num. 2.
- 5 Quæ quidem æquitas non solum servatur in emptionis contractu, sed & in aliis correspondivis, in quibus est perceptio fructuum, seu alterius utilitatis. Leotard. q. 35. nu. 31. Hermof. num. 54. Barbof. num. 24. Cancer. adductis exemplis; *var. part.* 3. cap. 7. d. num. 22. Joan. Lupus in d. l. *Curabit*, num. 106. Caroc. *sup.* part. 6. *remed.* 26. Sed & in judiciis obtinet locum. Cabed. *decif.* 166. num. 4. Vide *inf.* n. 86.

Ibi: *Quibus accedit, usuras lucrativas.*

- 6 Nonnulli quos refert, ac sequitur Felician. de *consib.* lib. 1. cap. 3. n. 13. usuras distribuunt in compensatorias, restitutorias, & lucrativas: hæc omni jure prohibentur, de quibus sub capite primo actum: illæ licitæ habentur Molin. *disp.* 368. num. 9. Less. num. 104. Gutier. *ubi proximè*, Cancer. num. 22. Petr. Barbosa in l. *De divisione.* num. 34. ff. *solut. matrim.* Felician. *sup.* Hermof. num. 27. Gait. de *credit.* cap. 4. num. 1057. Sed quæ præstantur ex lege *Curabit*, improprie usuras nuncupari, cum sint rei persequutoriæ, observant Aug. Barbosa *ubi proximè*, Trullench. nu. 4. Ro-

der. *ubi sup.* Imò non esse usuras, nisi lucrativas, præmissa distinctione impugnata, probat Leotard. q. 4. d. nu. 17. & q. 83. nu. 22. ait enim usuram non dari ubi lucrum non est.

Nihilominus inficiari non potest, quin sæpe 7 usuræ præstentur in compensationem damni emergentis, aut lucri cessantis, quales sunt dotales, quæ pro oneribus matrimonii viro solvuntur, l. *Pro oneribus* 20. C. de *jur. dot.* de quibus latissimè Leotard. q. 28. Item nauticæ, quæ præstantur in pretium suscepti periculi, l. *Periculi* 5. de *nautic. fanor.* de his Leotard. q. 23. Similes sunt quæ debentur ex dicta lege *Curabit*, pro fructibus rei venditæ: de illis Leotard. q. 27. Igitur usuræ non semper lucrum conferunt recipienti, unde rectè in compensatoria, & lucrativas dividuntur.

8 Illud autem quod diximus, usuram compensatoriam *ex d. l. Curabit*, omni jure probari, non est absolutè verum; nam de jure civili hujusmodi usuræ exigebantur pro quantitate debita, & temporis dinumeratione, juxta modum legibus præscriptum, non habita ratione ad verum interesse: quod in specie dictæ legis *Curabit*, observat Leotard. d. q. 4. nu. 20. inferens usuras non præstari de jure communi in fructuum compensationem, quoniam hi illis non commensurantur, sed emptor sive ubertatem, sive sterilitatem experiretur, easdem usuras semper pendere cogebatur, ex quo contingere poterat iniquitas usuraria, si plus esset in usuris, quàm in fructibus rei venditæ. Quapropter Jure Pontificio *ex* non approbantur usuræ, nisi quatenus fructuum utilitati respondent, nec pariformiter præstantur, sed prout singulis annis fundus, vel res alia fructus reddiderit. Less. d. cap. 21. num. 104. quod strictè loquendo usura non est, sed interesse, quanquam improprie usura vulgò nuncupetur, ut jam præmissimus ex aliis.

Verf. Primò deducitur.

9 Emptor accipiens rem fructiferam à venditore, non habita fide de pretio, donet illud solverit, tenetur ad usuras, sive interesse, quatenus ex fructibus perceperit, licet interpellatus non sit, nec venditor ex dilatione solutionis ullam jacturam sustinuisse probetur. Mantie. de *tacit. convent.* lib. 4. tit. 24. n. Matienz in l. 1. gloss. 5. n. 15. tit. 11. lib. 5. *Recop.* Caldas de *empt. & vend.* cap. 23. n. 19. Narbona in l. 15. gloss. 4. n. 34. tit. 18. lib. 5. *Recop.* Leotard. d. q. 27. *per tot.* Less. *sup.* n. 103. & 104. Aug. Barbosa *collecl.* d. l. *Curabit*, *ex n.* 2. ubi plures Osuald. lib. 13. cap. 5. Roder. d. q. 7. n. 73. & 107. Petr. Barbosa in d. l. *De divisione*, nu. 13. & 14. Molin. *disp.* 368. n. 9. Trentacinq. *var. lib.* 1. *resol.* 2. n. 1. 2. & 3.

10 Quod præmissimus, scilicet usuras deberi juxta fructus rei venditæ, de Jure Canonico verum habet non de Cæsareo, quo usuræ legitimæ, id est sex pro centenario, ut docet Less. n. 111. præstabantur juxta pretii quantitatem, nullâ habitâ ratione ad fructus, quos emptor perciperet. Less. *ibidem*, Leot. q. 4. n. 20. & q. 81. n. 23. Quam differentiam inter utrumque Jus adnotarunt Less. *sup.* & Leotard. d. q. 83. nu. 25. ac prædixi n. 8.

11 Quæritur num æquitas Constitutionis Imperialis admittenda sit, si res sterilis emptori traditur? Et quoad Jus Canonicum attinet, nulli dubium est, quin usuræ non debeantur, quia cum in compensationem fructuum cedant, ubi hi nec sunt, nec esse possunt, illas exigere non licebit, ut sentiunt plures statim recensendi, præsertim Leot. *ubi proximè*, & q. 27. n. 36. Card. Lugo de *just. & jur. disp.* 25. *sect.* 8. n. 142. Quoad

12 Quoad Jus Cæsareum quidam, quos congeffit Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de empr. concl. 4. num. 10.* tenent usuras deberi, licet res tradita sit infructifera: quorum sententiam pluribus tuetur Leotard. *q. 4. n. 19. & q. 83. ex n. 22.* Contrarium sustinent Fachin. *controv. lib. 2. cap. 32. à princip.* Petr. Barbof. *sup. n. 54.* Donell. *in l. 2. in fin. C. de usur. Roderic. d. q. 7. n. 84.* Cyriac. *controv. 502. n. 10.* Scaccia *de commerc. §. I. q. 7. p. 2. ampliat. 8. n. 170.* Mantio. *d. tit. 24. n. 14.* Hermos. *d. gloss. 2. n. 37.* ubi alii, August. Barbofa *sup. n. 16.* & ita est tenendum, nec obstat quod emptor re etiam sterili utatur; non enim hoc sufficit, cum nulla lege caveatur, ut propter usum præstentur usuræ, nisi fructuum perceptio interveniat. Petr. Barbofa, & Donell. *ubi sup.* quibus accedit Fab. *in ration. d. l. Julianus, §. Ex vendito,* dum inquit: *Sicut è contrario iniquum esset, cogi emptorem usuras pretii præstare, si fructus rei venditæ non percepisset.* Utitur Leotardus autoritate Jul. Pauli *Sentent. lib. 2. tit. 17. & Harmenopuli lib. 3. tit. 2.* testantium post rem traditam emptorem pretii usuras debere: quod ita accipi debet mora regulari per interpellationem, aut irregulari per fructuum perceptionem intercedente.

13 Communis sententia non procedit, si minor emptori rem sterilem tradat, quia ex privilegio ætatis usuras pretii obtinebit, *d. l. Curabit,* Petr. Barbofa *in d. l. De divisione, n. 58.* minorum enim debitores re ipsa irregularem moram contrahunt dum differunt solutionem: quapropter ad usuras tenentur, *in l. In minorum 3. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess.* Pichard. *disp. de mor. num. 38.* Petr. Barbof. *nu. 55.* Escobar. *de ratioc. cap. 15. n. 32.* Leotard. *de usur. q. 82. n. 2. & 3.* Quod limitatur si emptor quoque sit minor, ex Leotardo *n. 15.* at si ex re fructifera fructus perceperit, usuras ex dicta lege *Curabit,* præstare compelletur. Leotard. *n. 17.*

14 Quanquam emptor per rem sterilem traditam comparet extrinsecè utilitatem quamlibet, non ideo tamen pretii præstabit usuras, *ex l. Curabit,* velut si servus hæres instituatur, aut pretium frumenti, seu alterius rei emptæ nimis increverit hoc enim fortunæ, ac negotiationi tribuitur, nec inter fructus reputatur. Petr. Barbofa *num. 84.* Hermos. *ubi proximè,* August. Barbofa *numer. 17.* Si verò ancilla tradita pepererit, emptor ad usuras tenetur; nam etsi homo ob excellentiam naturæ in fructu non sit, *l. In pecudum 28. de usur. §. In pecudum, Instit. de rer. divis.* est tamen utilitas, quam mulier naturaliter producit; mulierum enim maximum, ac præcipuum est munus concipere, ac conceptum tueri, *l. Queritur 14. §. I. de ædilit. edict.* unde partus ancillarum post perfectam emptio-nem, sicut & fructus fundi, ad emptorem spectare scripsit Jul. Paul. *d. tit. 17.*

Ibi: Non autem secundum rationem.

15 Venditor tradens rem emptori, pretio non soluto, tantum agere potest ad usuras illius juxta fructuum æstimationem à die traditionis, non ad interesse damni emergentis, seu lucri cessantis, etsi hoc illorum quantitatem excedat. Molin. *disput. 368. num. 9.* Hermos. *in l. 28. gloss. 2. n. 33. tit. 5. part. 5.* August. Barbofa *collect. d. l. Curabit, numer. 12.* Narbona *in l. 15. gloss. 4. nu. 32. tit. 18. lib. 5. Recop. Roderic. d. q. 7. numer. 100.* Trentacinq. *sup. num. 3. & tit. de interesse, resol. 1. num. 20.* Leotard. *q. 71. numer. 10.* Dissentiunt ali-D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

qui apud Aug. Barbof. & Hermos. præter Osuald. *lib. 13. cap. 5.*

Quam conclusionem ampliant aliqui, licet 16 emptor interpellatus non solvat pretium, & moram regularem incurrat: quod manifestè deducitur *ex l. fin. de peric. & commod. rei vendit.* & ita tenent Trentacinq. *d. resol. 1. numer. 25.* Molin. *disput. 368. numer. 22.* Less. *de justit. & jur lib. 2. cap. 21. numer. 102.* & alii quos refert Leotard. *num. 13.* ipse tamen contra sentit *num. 15. & 20. cum seqq.* ac assentiuntur August. Barbofa, & Hermos. *ubi proximè,* Roderic. *numer. 94. & 100.* Petr. Barbofa *numer. 25.* & alii apud Leotardum. His maximè refragatur dicta lex finalis, cui respondetur procedere in mora irregulari juxta proximam conclusionem: quod quidem potius est divinare, quam interpretari, cum lex generaliter loquatur; quapropter à sententia Trentacinquii quoad Jus Civile non recederem: hodie verò cum usuræ *ex d. l. fin.* non debeantur, utpote quæ Jure Pontificio damnantur, licebit venditori post moram regularem agere ad interesse, Leotard. *numer. 10.* Osuald. *lib. 13. cap. 5.* Nec opponatur, quod hujusmodi usuræ compensatoriæ, & jam nunc licitæ reputantur, ut præmissimus; quoniam non approbantur uniformes, sed quatenus interest venditoris, atque fructibus cœquantur, ut Leotardus animadvertit, quare potius interesse, quam usura propriè debebant nuncupari, quod restrictionem recipit, & ampliationem. Videas inferiùs *n. 63. cum seq.*

Verf. Secundo eadem ratione.

Quorum fructuum æstimationem pendere de- 17 beat emptor in specie legis *Curabit,* in comper-to non est; nam diversimodè sentiunt scriben-tes. D. Covar. hic docuit, inspiciendam quan-titatem eorum, quos venditor ex re tradita per-ciperet. Aliqui tenent respiciendum ad fructus, quos emptor percepit. Gutier. *de jur. confirm. part. 1. cap. 2. num. 4.* Gratian. *disceptat. cap. 716. num. 1.* Aliis placet computandos esse non solum per emptorem collectos, sed & quos ob suam negligentiam non cepit. Molin. *disp. 368. num. 9.* Surd. *conf. 101. n. 19.* Leotard. *quest. 27. nu. 44.* August. Barbofa *sup. n. 19.* quibus refragatur Petr. Barb. *in d. l. De divisione, n. 62.* asserens non teneri emptorem ob fructus, quos ex negligentia non per-cepit. Alii tandem opinantur, habendam esse ra-tionem fructuum, quos collegit emptor, & quos venditor perciperet. Trentacinq. *sup. tit. de usur. resol. 2. n. 3. verf. Quamvis.*

In tanta sententiarum varietate mihi tutius vi- 18 debatur hoc judicantis arbitrio committere, qui cognitis circumstantiis æstimabit, quantum empto-rem ratione fructuum præstare oporteat; & cum de interesse venditoris tractetur, id judicis arbitrio relinquit Menoch. *de arbitrar. casu 119. numer. 6.* In hac fructuum computatione haberi debet ratio industriæ, ac laboris emptoris, & pecuniæ quam ad culturam expendit; ea enim aliter implicita lu-crum posset afferre. Præterea idem sterilitatis peri-culo subjicitur, & ipsius rei, si fortè perierit; non enim æquum erit, ut venditor ab his oneribus im-munis omnium fructuum utilitatem lucretur: fru-ctus autem esse æstimo computandos, quos fundus regulariter ferre solet, nisi calamitas intercesserit ali-qua, ut statim tradetur.

Ubi autem emptor nullos fructus perceperit ob 19 sterilitatem, vel casum alium hostium, aut inundatio-nis;

nis, ad nihil tenebitur. Leotard. nu. 43. August. Barbosa numer. 16. cum seqq. Roderic. d. quest. 7. num. 84. Trentacinq. ubi proximè, Hermos. sup. num. 38. Molin. disp. 368. nu. 14. Sed si emptor fructus nullos percepit, & venditor posset eos capere, nisi rem tradidisset, damnabitur ille ad quos hic verosimiliter perciperet. Molin. Trentacinq. Roderic. ubi proximè, Less. d. cap. 21. num. 104. quod ita temperandum existimo, si culpa, seu negligentia emptoris intercedat, ut adnotat Leotard. cum aliis num. 44. nam si fructus subtracti sint, aut incendio consumpti, cum nihil emptori possit imputari, æquum non erit ut venditori aliquid exsolvat, quamvis forsitan posset fructus percipere, nisi rem ad emptorem transferret iste: quibus assentitur Petr. Barbosa d. q. 7. num. 62. Vide infra, n. 21. & 22.

Verf. Tertiò hinc etiam.

- 20 Usuras ex lege Curabit, exigere venditor poterit, etsi ex temporis diuturnitate pretii superent quantitatem Molin. num. 13. Leotard. q. 90. numer. 60. Berengar. in l. unica, numer. 239. C. de sentent. que pro eo quod interest, Roderic. de ann. redditib. quest. 10. n. 59. Trentacinq. d. numer. 3. versic. Et cum emptor, Joan. Lup. de usur. comment. 1. §. 7. numer. 139. Nec obstat dicta lex unica, quæ cavetur ne interesse lucris cessantis, aut damni emergentis possit duplum debitæ quantitatis excedere (quo & fors continetur, Leotard. num. 4.) nam Justinianus agit ibi de interesse quod emptor, vel alius creditor solvit ex propria substantia in pœnam moræ: at usuræ compensatoriæ, seu interesse pœnam non continent, cum nihil ex propriis bonis expendat emptor, sed ex fructibus rei emptæ restituit quod jure, ac naturali æquitate ad venditorem spectat: & cum fructus quotidie nascantur, in dies oritur restituendi obligatio, non habita ratione ad pretii quantitatem. Adde Leotard. numer. 61. & 62. & in simili Cod. Fabr. tit. de sentent. que pro eo, definit. 4. numer. 2.

Ad Num. 3.

- 21 Emptor qui nullos fructus ex re vendita percepit, usuras præstare non tenetur venditori, ex d. l. Curabit, si nec iste ullos re non tradita colligeret. Cardin. Lug. de justit. & jure, disputat. 25. sect. 8. num. 142. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 13. num. 4. Molin. Lessius, August. Barbosa, & Roderic. ubi proximè, Leotard. numer. 36. Cardin. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 24. numer. 14. Scaccia de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliat. 8. numer. 17. Petr. Barbosa sup. num. 62. Fachin. controuv. lib. 2. cap. 32. versic. Contrariam, Cyriac. controuv. 502. n. 10. His junge tradita supra, numer. 19.
- 22 Sed quæret aliquis, si venderetur fundus, quem venditor incultum habebat, quo tradito, antequam pretium numeraretur, emptor ipsum colere neglexit, an iste ad usuras ex l. Curabit, teneatur? Et ex præmissis videtur quod non; nam nec emptor fructus percepit nec venditor eos foret percepturus: & ita sentit Petrus Barbosa ubi proximè, nihilominus aliud est tenendum, quia negligentia emptoris efficit ut damnetur, ac si fructus percepisset, ut observat Leotard. quest. 27. numer. 44. & adversus Petrum Barbosam tenent Hermosill. in l. 28. gloss. 2. numer. 40. tit. 5. part. 5. August. Barbosa

collect. d. l. Curabit, numer. 19. Surd. conf. 101. numer. 21.

Ad Num. 4.

Venditori licet exigere usuras ex l. Curabit, 23 Cod. de action. empt. sive dominium retineat, sive emptori cedat, modò non concesserit dilationem, ut pretium solvatur. Molin. numer. 15. & 16. August. Barbosa numer. 26. Roderic. d. quest. 7. numer. 75. Leotard. quest. 17. ex n. 15. Scacc. sup. num. 166. Mantic. numer. 15. Gratian. disceptat. cap. 588. num. 23. Cancer. variar. part. 3. cap. 7. num. 63. Cujac. in l. Julianus, §. Ex vendito, vers. Possessionem autem, de action. empt. Hermos. sup. numer. 42. Trentacinq. d. numer. 3. versic. Et per hanc rationem. Transit enim dominium cum eo onere solvendi usuras quoad pretium non solvatur. Gratian. ibi, Leotard. num. 18.

Ibi: Dominium à venditore non fuisse translatum.

Pro intellectu legis Sicut emptio, §. ult. ff. locat. 24 consulas Cujac. ibi. Fab. in ration. Caroc. de locat. rubric. de usur. quest. 1. qui tenet fuisse dominium emptori quæsitum, habita fide de pretio. Sed à contraria communi non est aberrandum, juxta quam facile percipitur qua ratione claudicet contractus, ita ut conductor obligetur, & non locator, seu venditor; ille enim resilire à contractu nequibat; nisi per solutionem pretii extingueretur locatio, dominio quæsitto: hic quocumque agere poterat ad pretium, vel ad rem ipsam vindicandam, atque ita non est astrictus stare locationi, cum tempus non assignaretur ad pretii solutionem; nam dilatione concessa, dum dies solutionis adveniret, locator, sicut & conductor, intra illum teneretur. Vide infra d. num. 43.

Ad Num. 5.

Venditor si rem tradat emptori habita fide de 25 pretio, intra tempus concessæ dilationis nequit agere ad usuras ex æquitate dictæ legis Curabit, Molin. num. 17. Lessius num. 105. Trullench. n. 6. Aug. Barbosa num. 21. Hermos. num. 48. Joseph. Ludov. Perus. decis. 53. num. 5. Petr. Barbof. in d. l. De divisione, n. 68. Anton. Gabr. comm. lib. 3. tit. de empt. concl. 4. n. 20. Trentacinq. d. resol. 2. vers. Ipsa principalis conclusio, Gratian. d. cap. 588. n. 25. Caldas de empt. cap. 23. n. 32. Scacc. sup. nu. 153. Mangil. de evict. q. 153. n. 37. Fachin. d. cap. 32. vers. Ad secundum respondetur, Leotard. de usur. q. 27. num. 32.

Est cautè legendus Molina loco citato, ubi referens D. Covar. hic, ita scripsit: *Etiamsi emptor post terminum datum in mora sit solvendi pretium, &c.* Videtur enim doctissimus Theologus sentire, quod emptor etiam post lapsum termini concessi usuras pretii non tenetur pendere, quod & D. Covar. & communi opponitur sententiæ, nisi præfactum locum ita accipiamus, ut propter moram non cogatur emptorolvere usuras pro tempore dilationis præterito. Vide Hermos. & Aug. Barbosa.

Conclusio præmissa declaratur, ut procedat 27 cum dilatio conceditur ad solutionem pretii favore debitoris, sive ad diem certum, vel incertum, ut infra biennium, aut cum navis ex Hispania venerit;

rit; quia censetur renunciare æquitati dictæ legis Curabit. Aliud juris erit cum ex pacto solutio differtur pretii, quod velut in pignus retinetur, dum emptor aliquid præstat, ad quod tenetur, utputa fidejussorem de evictione, instrumentum tituli sui aut ratihabitionem alterius: tunc quidem si tradatur res vendita ante numerationem emptor usuras compensatorias pro modo fructuum exhibere compelletur, nec venditoris aliqua renunciatio subintelligitur, sicut in præcedenti specie Leotard. *sup.* n. 35. Petr. Barbosa *nu.* 69. Hermos. *n.* 48. Aug. Barbosa *n.* 21. Gratian. *sup.* *ex* n. 25.

Ibi: *At non video cur venditor.*

28 Jure potest venditor, qui tempus ad solutionem pretii tribuit emptori, de usuris interim sibi solvendis juxta æstimationem fructuum rei traditæ pacisci. Leotard. *q.* 27. *n.* 34. Molin. *disp.* 368. *n.* 17. Petr. Barbosa *d. l. De divisione*, *n.* 71. Trentacinq. *sup.* *n.* 3. *vers.* *Nonus & ultimus casus*, Hermos. *in l.* 28. *gloss.* 2. *n.* 48. *tit.* 5. *p.* 5. Roderic. *de ann. reddit.* *lib.* 3. *q.* 7. *n.* 78. Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 59. Fachin. *controvers.* *lib.* 2. *cap.* 32. *vers.* *Ad secundum respondeo*, & alii inferius recensendi, *num.* 32. qui de certa quantitate licitè pacisci concedunt. Utramque resolutionem impugnant communiter Theologi, licet plures eam probabilem fateantur, ut videre est apud Lessium *de just. & jur.* *lib.* 2. *cap.* 21. *ex* n. 105. Sanch. *conf. moral.* *l.* 1. *cap.* 7. *dub.* 21. *in* 3. & 4. Bonacina *tract.* *de contract.* *disp.* 3. *q.* 2. *punct.* 7. *§.* 1. *n.* 5. Trullench. *in Decalog.* *lib.* 7. *cap.* 20. *dub.* 13. *à* n. 7.

29 Permissa conclusio restringitur primò, si res pluri vendatur intuitu fructuum percipiendorum infra tempus, quo pretii solutio differtur, quia de usuris compensativis conventio erit irrita & iniqua. Leotard. *n.* 33. Hermos. *n.* 47. Roder. *n.* 79. Aug. Barb. *ubi proximè*. Secundò si pactum idem ex intervallo adjiciatur, non tenebit, quia in ipso contractu, ac dilationis concessione debet adjungi. Leotard. *sup.* *n.* 12. Aug. Barbosa *n.* 21.

Ibi: *His accedit quod cap. I. hujus libri.*

Vide prænotata ibi per me *n.* 46. *cum seqq.*

Ibi: *Item & illud quod maxima æquitate.*

30 Licet mutuanti pacisci à principio, ut debitor ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis teneatur, quod ille sustinuerit etiam intra tempus ad solutionem præfinitum. Azor. *Instit. Moral.* *p.* 3. *lib.* 7. *q.* 7. Salas *de usur.* *dub.* 19. *n.* 2. Lessius *sup.* *cap.* 19. *n.* 72. & 80. Molin. *disp.* 314. *n.* 7. & *disp.* 315. *n.* 11. Trullench. *d. l.* 7. *cap.* 19. *dub.* 8. *n.* 6. Ugolin. *de usur.* *cap.* 8. *§.* 1. *n.* 7. Cyriac. *controvers.* 526. *n.* 13. Petr. Barbosa *ubi proximè*, Leotard. *q.* 72. *n.* 13. Ursill. *ad Afflict.* *decis.* 20. *n.* 3.

Ibi: *Quod si verè constet.*

31 Post moram debitoris in utroque foro debetur creditori regulariter interesse damni emergentis, & lucri cessantis, sed intra tempus concessæ dilationis non utique, nisi deducatur in pactum. Consule præter nuper laudatos Hermos. *in l.* 10. *gloss.* 4. *tit.* 1. *p.* 5. Trentacinq. *sup.* *rubr.* *de interesse*, Carleval. *de judic.* *tit.* 3. *disp.* 8. Leotard. *q.* 72. *cum* aliis, Cur. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. *Tom.* II.

Philip. *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. Tusch. *lit.* I. *concl.* 308. *cum seq.*

Verf. Septimò eadem inspecta ratione.

Venditor jure stipulatur certam annuam summam ab emptore, etiam concessio tempore ad solutionem, donec pretium numeretur, in compensationem fructuum, quos emptor verosimiliter ex fundo tradito percepturus creditur. Mol. *disp.* 365. *n.* 18. Mazz. *de contract.* *tract.* *de empt. tit.* *de substant. empt.* *n.* 39. Cagnol. *in l.* Curabit, *n.* 58. Trentacinq. *var.* *l.* b. I. *rub.* *de usur. resol.* 2. *vers.* *Octavus casus*, Leotard. *q.* 27. *n.* 3. Ursill. *sup.* *n.* 6. Hermos. *in l.* 28. *gloss.* 2. *n.* 46. *tit.* 5. *p.* 5. Aug. Barb. *collect.* *l.* Curabit, *n.* 21. Mantic. *de tacit. convent.* *lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 15. Scacc. *de commerc.* *§.* 1. *q.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *n.* 161. Hanc sententiam egregiè probat, & à communi Theologorum impugnatione protegit Leotard. *ex* n. 4. Observare oportet discrimen inter forum externum, & internum; in hoc enim ubi quantitas promissa respondet fructibus, qui ex prædio regulariter percipiuntur, licitè percipitur, etsi emptor minus ceperit quàm exsolvit. Molin. *ubi proximè*. At in judiciis necesse erit probare, quod fructus æquivaluerunt quantitati promissæ. Trentacinq. *versic.* *Primus est quando*, & ita servatur in omni stipulatione quantitatis certæ pro incerto interesse, ut statim subjicietur.

Ibi: *Nam licet id quod interest.*

Pactum de præstanda quantitate certa pro eo quod creditoris interfuerit, à principio contractibus adjectum, non obligat promissorem, nisi legitime constet saltem per conjecturas verosimiles tantum jacturæ sustinuisse creditorem quantum pactione exprimitur; de quo latissime pluribus laudatis Leotard. *de usur. quest.* 72. *à* *num.* 3. Hermos. *in l.* 10. *gloss.* 4. *nu.* 303. *cum seqq.* *tit.* 1. *part.* 5. Carleval. *de judic.* *tit.* 3. *disp.* 8. *sect.* 6. *ex* *num.* 79. Card. Tusch. *lit.* I. *conclus.* 308. *numer.* 6. *cum seqq.*

Sunt non pauci qui asserunt, conventionem de certa quantitate pro interesse, absque aliqua probatione servandam quoties taxatio fit juxta regionis consuetudinem, ut in Hispania ad rationem quinque pro centenario, quia pecunia eos redditus producit ex censuum emptione, quæ valde frequens est. Hermos. *cum* pluribus *nu.* 306. quos etiam refert Carleval. *num.* 88. Quod tamen ita verum erit, si constet, creditorem emptorum fuisse census, si pecuniam creditam præ manibus haberet, prædiave fructifera comparaturum, seu negotiationi operam daturum, ut idem Hermos. ex aliis tenet *num.* 320. Carleval. *nu.* 97. & de probatione interesse agit *ex* *numer.* 314. de qua etiam Leotard. *quest.* 74. & 75. & an probetur juramento creditoris, *quest.* 76. Tusch. *sup.* *conclus.* 302. Malcard. *de probat. conclus.* 931. *cum seqq.*

Quoad forum conscientie licet pacisci de certa quantitate pro futuro interesse, modò adsit fraus, & quantitas respondeat jacturæ quam creditor passurus existimatur. Carleval. *cum* pluribus Theologis *d. sect.* 6. *numer.* 78. Trullench. *in Decalog.* *lib.* 7. *cap.* 18. *dub.* 9. *nu.* 4. Diana *part.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 64. Sed ut talis conventio tutâ conscientia fieri queat, quædam desiderantur conditiones, de quibus Lessius *lib.* 2. *cap.* 20. *ex* *numer.* 73. Rebell. *de obligat. justit.* *part.* 2. *lib.* 8.

quest. 6. nu. 2. Filliuc. quest. moral. tom. 2. tract. 34. part. 2. cap. 4. num. 70. & 79. Trullench. ubi pronuper: eis que servatis, poterit creditor conveniam quantitatem percipere, etiamsi nullum postea detrimentum sustineat. Trullench. sup. Lessius num. 76. & alii apud Leotard. q. 72. n. 32.

Ad Num. 6.

37 Venditor qui ante acceptum pretium rem fructiferam tradit, non habita fide de illo, licet paciscitur, ut donec solvat, emptor certam quotannis quantitatem præstet in fructuum compensationem, ex l. *Curabit, C. de act. empt.* Molin. *disput. 368. num. 18.* Leotard. *quest. 27. nu. 3.* Trentacinq. *variar. lib. 1. rubr. de usur. resolut. 2. num. 3. vers. Quintus casus, Fachin. d. lib. 2. cap. 32. ex vers. Tertio controversitur, præter adductos sup. num. 32.* qui indistinctè hanc probant conclusionem, sive terminus ad solutionem assignetur, sive non, modò quantitas non egrediatur fructuum æstimationem, quos res vendita reddere solet. Et quamvis Theologi communiter renitantur, ut videre licet apud Leotardum, ipse tamen cunctas objectiones removet, & solidis fundamentis propriam sententiam accurate fulcit ex n. 4. quam cum pluribus limitat numer. 45. si excessus reperitur inter annuam pensionem, & valorem fructuum, qui possunt percipi. Consule Cenc. *de censib. q. 58. ex n. 6.*

38 Quamvis temporis adversa intemperie fructus spei non responderint, emptor tamen tenebitur ad pensionis integræ solutionem, sicut ob ubertatem plus præstare non cogeretur, quia hujusmodi augmentum, vel diminutio ex conventionem ad emptorem spectat extra limites dictæ legis *Curabit.* Molin. *ubi proximè.* Aliud juris foret, si insolitus, & fatalis casus eveniret, velut hostium, inundationis, vel similis calamitatis, propter quam emptor nullos posset fructus percipere; nam à solutione quantitatis promissæ pro eo anno liberabitur. Leotard. *numer. 43.* quod limitandum censeo, nisi accederet assicuracionis contractus, ac emptor fructuum periculum in se susciperet pro aliqua quantitate, quæ de justa illorum æstimatione detraheretur, aut si venditio de futuris fructibus contraheretur; quoniam ex contractus natura periculum esset temporis, si spem ipsorum emeret, quia est perfecta venditio. Gutier. *de gabell. quest. 106. num. 3.* Hermos. cum aliis in l. 11. *gloss. 5. à princ. tit. 5. part. 5.* alioqui si fructus ipsi emantur, est conditionalis contractus, itaut si nulli nascantur, evanescat venditio, d. l. 11. *Partit. l. Nec emptio 8. de contr. empt.* Ant. Gorn. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 7.* Hermos. *sup. gloss. 3. numer. 1.* ubi plures, Gutier. *loc. cit.*

Ibi: Imò posset quandoque.

39 Licet convenire inter emptorem, ac venditorem prædii, ut ex pretio census constituatur, ita ut emptor donec illud solvat, juxta regionis consuetudinem annuum redditum præstet, tamen si hic æstimationem fructuum prædii superet. Trentacinq. *ubi proximè.*

40 Verùm redditum excedere non posse fructuum quantitatem juxta æquitatem legis *Curabit,* opinantur Cenc. *de censib. quest. 48. numer. 25.* ubi ita Rotam decidisse testatur Leotard. cum aliis q. 41. *num. 27.* qui ducuntur ea ratione, quia ex Constitutione Pii V. prohibetur census impositio, nisi pretium in pecuniâ coram notario, & testibus nu-

meretur: quapropter præfatum contractum, & similes irritos esse profitentur Molin. *sup. d. sp. 390. num. 2.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 3. num. 5.* & plures apud Cenc. *num. 21.* & Leotard. *num. 26.* Unde ex illo venditor prædii jus ad redditus percipiendos quærere nequit, retinet tamen quod habebat ad fructus prædii quoad pretium perfolutum non est, licet de hoc Leotardus dubitaverit *num. 28.*

Quamquam Gutier. *Præctiar. lib. 2. quest. 172. 41 num. 8.* Cævall. *commun. contra commun. q. 762. num. 51.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 24. num. 27.* Mastrill. *decif. 262. numer. 11.* sentiant, eum contractum census ex Bulla Pii V. irritum non censerit, à communi tamen recedere non oportet, ubi illa sit recepta Constitutio; alibi enim cum non obliget, Trullench. *num. 19.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. quest. 13. numer. 3. vers. In secundo,* conclusio posita *num. 39.* extra controversiam procedet, & ita servabitur non paucis in provinciis, quæ formam præfate Bullæ non admiserunt, ut de Sicilia testatur Mastrill. *sup. n. 1.* de Belgio, Gallia, & Germania Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 22. n. 99.* Hispania Roderic. *ubi proximè,* Trullench. *n. 20.* Hermos. in l. 10. *gloss. 4. n. 291. tit. 1. part. 5.* & constat ex l. 10. *tit. 15. lib. 5. Recop.* ubi refertur supplicatum ad Sedem Apostolicam non absolute à Bulla, sed à clausula interdicens censum constitui non posse, nisi pecuniâ præfenti. Adde Leotard. q. 44.

Ibi: Ad rationem unius pro quatuordecim.

Hodie apud nos censuum pretium actum est ad rationem unius pro viginti, l. 12. *tit. 15. lib. 5. Recop.*

Ibi: Nonò planè ex prænotatis.

Non est vetitum, re tradita, dilationeque tributa ad pretii solutionem, quod venditor elocet prædium emptori, ut iste donec illud numeretur, mercedem conventam annuatim præstet venditori. Trentacinq. *variar. lib. 1. rubric. de usur. resolut. 2. vers. Secundus casus.* Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 21. numer. 106.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. quest. 7. num. 73.* Franc. Mar. *decif. 891. numer. 3. p. 1.* Trullench. *sup. cap. 20. dub. 23. nu. 8.* Bossius in *Præct. tit. de remiss. merced. conduct. numer. 102.* Leotard. *quest. 27. numer. 10.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 32. in fin.* Caroc. *de locat. rub. de usur. quest. 1. ex num. 3.* Ant. Gab. *commun. lib. 3. tit. de empt. concl. 4. n. 25. 26.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 4. tit. 24. num. 18.*

Ut autem hujusmodi contractum celebrare liceat, oportet ut pensio fructibus prædii commensuretur, alioqui locatio erit irrita propter usuræ suspicionem, præsertim aliis præsumptionibus concurrentibus, aut saltem si modicus reperitur excessus: hoc dempto, contractus subsistet. Ita Leotard. *num. 48.* cum Caroc. *sup. n. 6.* Roderic. *ubi proximè,* Polydor. *Ripa observat. 168. n. 4. & 7.*

Aliqui non pauci ex Glossa in l. *Sicut emptio,* ff. *locat.* observarunt in specie, de qua agimus, emptorem qui conduxit prædium à venditore, teneri ad integram pensionem, etsi nullos fructus percipiat; nec juvandum, supervenienti sterilitate, beneficio remissionis mercedis, ex cap. *Propter sterilitatem 3. de locat. l. Licet 8. C. eod.* Sentiant id Caroc. *numer. 7.* Mozzius *de contract. tract. de locat. tit. de accident. locat. numer. 38.* Bossius *ubi*

ubi proximè, qui rationem reddit quia pensio solvitur non intuitu rei venditæ, aut fructuum, sed pretii, quod penes emptorem manet.

46 Hæc quidem ratio, ac conclusio præmissa Jure Civili sustineri poterit, quo usuræ præmittebantur, quas emptor pendere cogebatur juxta pretii quantitatem, & modum legitimum, l. 2. C. de usur. ideo licet nulli fructus nascerentur, imò prædium ipsum periret, merces omnino præstatur, ut præfata Glossa docet. Aut cum hodie emptor ad nullas usuras teneatur, sed tantum ad fructuum compensationem damnari possit, prout sæpe assertum est, pensio locationis loco æstimationis fructuum subrogatur, non pretii; ideo illis deficientibus, emptor nihil præstabit, ut natura contractus exigit per allegata jura & æquitati dictæ legis Curabit, convenit. Sin verò percepti fructus non sufficiant ad integræ mercedis solutionem, liberabitur emptor, si eos omnes reddiderit venditori, l. 22. tit. 8. p. 5. Nunquam enim per locationem onerandus est emptor supra fructuum utilitatem, ne aliàs usura prætextu liciti contractus committatur, de qua suspectus censetur. Roderic. d. quest. 7. numer. 76. Consule Leotard. q. 36. n. 23. Ad dictam legem, Sicut, lege notata sup. nu. 24. & adde Roderic. ubi proximè.

Verf. Decimò quavis.

47 Venditor si habita fide de pretio, & concessa dilatione ad solutionem, fundum venditum quem tradidit, ab emptore iterum recipiat in pignus, quos perceperit fructus, in sortem computare non cogitur. Trentacinq. sup. d. resol. 2. verf. Tertius casus. Roderic. d. quest. 7. n. 80. Joan. Lup. comment. de usur. §. I. quest. 7. numer. 149. Etenim regulariter fructus restauratorii, seu compensatorii, quales sunt hi, sortem non extenuant, siquidem nisi dominus fundum traderet, eisdem lucraretur fructus, quos ut creditor percipit. Merlin. d. pignor. lib. 5. quest. 45. num. 40. Gait. de credit. cap. 4. ex n. 1007.

48 Est præfata resolutio declaranda ut procedat, si tempore traditionis convenerit, ut emptor fundum, quem accipit, reddat venditori in pignus, donec pretium exsolvatur, ut hic fructus sibi percipiat in sortem minimè computandos; nam hæc pactio tunc licitè adjicitur, quemadmodum de certa quantitate annua loco fructuum percipiendorum præstata prædixi sup. num. 28. At si post rem traditam concessa dilatione ad solvendum, ex intervallo venditor pignori traditum fundum acceperit, fructus in sortem tenebitur imputare, quia jam renunciasse intelligitur beneficio legis Curabit, & juri quod habebat ad fructuum compensationem: qua ratione nec de annua quantitate venditori ex intervallo licet pacisci, ut adnotatur sup. numer. 25. cum seqq.

49 Quæ quidem pariter locum obtinebunt, si emptor non prædium venditum, sed aliud pro securitate pretii venditori tradiderit, hic enim non computabit fructus in sortem si ex utroque prædio par utilitas percipiatur: sed si pignorum reddat plus quàm venditum, quoad excessum erit locus comparationi. Hæc patent ex præmissis circa intellectum dictæ legis Curabit, & vera procul dubio censeo, si inter contrahentes convenit, ut venditor fructus prædii lucretur, & hoc etiam in prædio vendito pignoro opus esse videtur, ut numero proximo insinuavimus obiter; dilatione enim concessa, nihil venditor, nisi ex conventionem intra terminum intuitu fructuum per-

cipere permittitur, ut prænotatur n. 25. & 28. nec pignus constituitur ad lucrum, sive utilitatem creditoris, sed ad securitatem duntaxat. Merlin. sup. lib. 1. quest. 1. n. 2. unde ex datione pignoris non inducitur conventio tacita de lucrando fructibus infra terminum dilationis; sed exprimi debet, aut saltem ex conjecturis apparere, veluti si emptor adè idoneus, ac dives foret, ut venditor nulla egeret cautione pro pretii securitate.

Verf. Undecimò ex his constat.

Hoc Abbatis Panormitani consilium post D. Co-59 var. refellunt, contractum de quo agitur, licitum probantes Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quest. 7. numer. 81. & 82. Trentacinq. variar. lib. 1. rubric. de usur. resol. 2. verf. Quartus casus, Joan. Lup. sup. d. quest. 7. nu. 150. Caroc. de locat. rubr. de usur. quest. 2.

Verf. Duodecimò hinc deducitur.

Emptor qui rem non soluto pretio accepit, 51 tenetur ad usuras illius, ex d. l. Curabit etiam si venditor cautionem de evictione, aut alia, quæ promiserit inter contrahendum, non adimpleat. Trentacinq. verf. Quod emptor tenetur, Joan. Lup. n. 142. Ant. Gab. comm. lib. 3. tit. emps. concl. 4. n. 6. Leotard. de usur. q. 27. n. 24. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit, n. 22. Hermos. in l. 28. gloss. 2. n. 50. tit. 5. p. 5. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 32. ex verf. Altera est, Scaccia de commerc. §. I. quest. 7. part. 2. ampliat. 8. à numer. 160. Gratian. discept. cap. 588. nu. 22. Petr. Barbosa in l. De divisione, numer. 69. solut. matrim. Cancr. variar. part. 3. cap. 7. num. 23.

Ampliator conclusio, ut locum obtineat ubi emptor in mora non est, quia convenit ne solveretur pretium usquedum venditor præstare promissa. Leotard. num. 30. Petr. Barbosa ubi proximè, Gratian. num. 28. quia tale pactum impedit exactionem, sed non usurarum cursum. Mastrill. decis. 260. n. 15. Idem erit licet imminet evictio, ac de illa pro actore pronuncietur, appellatione pendente Leotard, numer. 28. Hermos. numer. 52. Ut autem emptor sibi consulat, ne usuras pendere compellatur, pecuniam deponere poterit, nec oblatio proderit, Hermos. num. 50. & 51. Gratian. num. 35. Leotard, ubi proximè.

Verf. Decimotertiò apparet.

Venditor tradens partem rei venditæ, nihil de 53 pretio numerato, jure pro rata exigit usuras. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 5. cap. unic. nu. 171. Roderic. d. quest. 7. numer. 107. ubi disputat ex num. 105. Surd. conf. 101. numer. 23. Aug. Barbosa sup. nu. 20. Hermos. num. 43. Adjicit Roderic, quod si emptor, oblato pretio, venditorem interpellat, ut aliam partem rei tradat, non tenebitur deinceps ad usuras pretii: de qua limitatione cogitandum, quia emptor & fructibus, & usu pecuniæ, qui per oblationem non impeditur, locupletatur; ideo sola hæc non eximit emptorem ab usuris, nisi & depositio subsequatur. Leotard, cum aliis n. 24. Vide infra, n. 67. & 69.

Ad Num. 7.

Venditor ut pretii usuras exigere valeat ex æqui- 54 tate legis Curabit, rem tradere debet emptori, alioqui nec Jure Civili debentur eidem, nisi morâ

per emptorem commissâ, l. *Fructus* 13. §. I. C. de *actiõ. empt.* Roderic. num. 98. Hermos. num. 43. Petr. Barbosa n. 19. Pichard. in §. *Actiõnum*, q. 16. num. 19. *Just. de actiõ.* Quod ita verum est, ut non sufficiat traditio ficta, per quam dominium transferatur, si venditor ex retento fundo fructus perceperit. Tiraquel. de jur. constit. limit. 28. Aug. Barb. collect. l. 2. C. de usur.

Ibi: *Nam si emptor agcret.*

55 Ubi nullus ex contrahentibus incurrit moram, si venditor rem, & emptor pretium retinuerit, nec hic fructus, nec ille pretii usuras poterit exigere; nam utrinque opposita exceptione, actio utraque excluderetur. Consentiant Felician. de censib. lib. 2. cap. 1. num. 38. Caldas de emptiõ. cap. 23. num. 12. Joan. Lup. comment. de usur. §. I. q. 7. num. 162. Roderic. sup. num. 102. Consule Petr. Barb. num. 21.

56 Hæc juxta Jus Canonicum, quo utimur, extra controversiam sunt admittenda, quia usuræ pretii permissæ sic commensurantur fructibus rei venditæ, ut inter hos, & illas excessus aliquis non reperiat: unde si emptor fructus peteret, ac venditor de usuris exciperet, ad æqualitatem fieret compensatio, de quo iterum infra, numer. 76. At Jure Civili non est ita: nam usuræ erant certæ, ac legibus definitæ; fructus verò incerti secundum ubertatem, aut sterilitatem, nec adæquabantur inter se, ideò multò plus, vel minùs deberi poterat ex his, quam ex interusurio pretii, de quo sup. numer. 8. 9. Unde si emptor ageret ad fructus, & venditor de usuris exciperet, non extingueretur jus actoris omninò, si illorum æstimatio istarum quantitatem superaret. Quamobrem inquirere oportet, an Jure Cæsareo emptor, qui pretium non solvit, eo cum usuris oblato, ad fructus per emptorem perceptos agere valeat? cujus resolutio deducetur ex quæstione statim examini subjicienda.

Ibi: *Illud verò manifesti juris est.*

57 Est satis controversum (ut hujus loci memores prænotavimus sup. lib. I. cap. 15. numer. 15.) quod D. Covar. manifesti juris esse asseverat, ad quem scilicet morâ non interveniente, spectent fructus perfecta venditione ante solutionem prætium nati, ac per venditorem percepti? Ac percipienti acquiri, cum Præsede nostro tenent Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 368. n. 8. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 11. Leotard. de usur. q. 27. num. 6. & 8. Ant. Fab. ration. l. Julianus, §. Ex vendito, de act. empt. Cujac. ibidem, & observat. lib. 21. cap. 15. Trentaciuq. variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 6. n. 7. Roderic. de ann. redditib. lib. 3. q. 7. n. 102. Vide infra n. 73.

58 Secundum hanc sententiam nec emptor ad fructus agere poterit, quia venditoris sunt; nec hic ad pretii usuras, tum quòd fructus retinet, tum quoniam traditio non intervenit, aut mora emptoris, ut prænotatur sup. num. 54. & procedet quavis emptor usuras pretii, aut venditor fructus perceptos offerat.

59 Opposita opinio, nempe fructus ad emptorem attinere, apertissimè comprobatur ex l. *Fructus* 13. C. de act. empt. ipsam communiter amplectuntur Theologi, ut Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 20. num. 109. Dian. Resol. Moral. part. 5. tract. 5. miscellan. resol. 214. Trullench. in Decalog. l. 7. cap. 20. dub. 13. num. 9. ex nostris Greg. Lop. in

l. 28. gloss. 2. tit. 5. p. 5. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. nu. 94. Pichard. in §. *Actiõnum*, quæst. 16. num. 9. 20. Instit. de actiõ. Villalob. coram. opinion. lit. F. num. 242. Cur. Philipp. part. 2. lib. 1. cap. 12. num. 50. Petr. Barbosa in l. *De divisione*, num. 20. ff. solut. matrim. pluribus omissis, quos congerunt Hermos. in l. 28. gloss. 2. nu. 12. tit. 5. p. 5. Aug. Barbosa collect. l. 2. nu. 6. & collect. d. l. *Fructus*, n. 2. C. de actiõ. empt. Vide infra n. 73.

Hujusmodi sententia, quæ de jure rigore probabilior videtur, ita accipi debet, ut emptor prætium cum usuris Jure Civili præscriptis offerat, aliàs opposita per venditorem exceptione, à fructuum exactione removebitur. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 16. nu. 42. Aug. Barbosa collect. d. l. *Curabit*, nu. 7. Felician. de censib. l. 2. cap. 1. num. 18. Hermos. sup. num. 17. vers. *Contrariam*. Quod provenit ex æquitate dictæ legis *Curabit*, ne emptor & usu pecuniæ pretii, & utilitate fructuum gauderet, venditore orbatò utroque commodo. Vide infra, n. 73.

Sed hæc locum non habebunt, si venditor dilationem concesserit ad pretii solutionem, quia fructus intra illam perceptos lucrabitur emptor, cui fides habita est de pretio absque usurarum onere; nam ex consensu vendentis pro tempore dilationis cessat ratio dictæ legis *Curabit*, cui ille renunciare censetur, de quo supra, numer. 25. & 27.

Fit igitur ex præmissis, ut retenta posteriori opinione, emptor agere valeat ad fructus, non autem venditor ad usuras pretii: excipere tamen non prohibetur, si pro fructibus conveniatur, nec est audiendus etsi oblatis fructibus, ipse ad judicium provocet, usuras exigere intendens. Hæc ita ubi nec traditio, nec mora præcessit. Ideo emptori datur ad fructus actio, quæ venditori ad usuras denegatur, quoniam hic nec onus, nec periculum pretii sustinet; ille utrumque quoad rem venditam supportat, d. l. *Fructus*, l. *Id quod* 7. de peric. & com. rei vend. §. *Cum autem*, Inst. de empt. l. 23. tit. 5. p. 5. quam rationem reddunt differentiam observantes Pichard. sup. numer. 20. Hermos. cum aliis num. 19. Petr. Barbos. num. 19. cum seq.

Ibi: *Et ideo si emptor.*

Si emptor interpellatus pretium non exsolverit, morâ commissâ, tenetur venditori ad interesse, deductis vel oblatis fructibus, quos hic perceperit; si vero ex dilatione solutionis venditor nullum senserit detrimentum, fructus lucrabitur. Adde prænotata sup. n. 15. 16. & consule Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 22. 23. 29. tit. 5. p. 5. Molin. disp. 368. num. 22. Villalob. ubi sup. Petr. Barbosa num. 21. Lessius d. cap. 20. nu. 102. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 13. n. 2. & alii per me laudati n. 16.

Proxima conclusio, quæ & juri naturæ consona videtur Molinæ, de Jure Pontificio quod nobis est observandum, planè procedit, sicut ex traditis superius constat, præsertim locis præcitatis. Sed si ad Cæsareum respiciatur, aliud est tenendum, quo venditor moram passus interesse exigere nequit, sed usuras pretii duntaxat, d. l. *Fructus*, §. I. l. fin. de peric. & comm. rei vend. Cujac. lib. 33. Pauli de edict. in l. *Si sterilis*, §. *Cum per venditorem*, de act. empt. Ant. Fab. in ration. ibidem: unde Molin. hanc D. Covar. sententiam falsam asseverat, sed cum sit juxta rationem, ac jus naturale vera; quo damnum inferens illud resar-

refarcire tenetur, sive extrinsecè, sive intrinsecè contingat Lessius ubi proxime, vers. Sed adverte, doctrina nostri Præsidis, quam sectantur laudati sup. num. 16. in praxi apud nos observabitur, qui juri communis legibus soluti fumus, illisque solum utimur, quatenus nos ducunt, ac juvant ad juris & rationis naturalis cognitionem, l. 6. tit. 4. p. 3. ibi Greg. Lop. gloss. 2. & in l. 15. gloss. 2. tit. 1. p. 1. l. 3. tit. 1. lib. 2. Recop. Azeved. in rubric. d. tit. 1. lib. 2. n. 4.

65 Similiter est distinguendum Jus Canonicum à Civili quoad fructus à venditore perceptos post emptoris moram; nam secundum illud erunt accipientis, etsi nihil sua intersit pretium statim, vel post tempus solvi, ut cum D. Covar. tenent pronuper laudati: quod secus leges civiles statuunt, quæ ob moram emptoris usuras pretii, quas aliàs exigere non poterat, venditori concedunt, d. l. Fructus, §. 1. d. l. ult. de peric. & com. rei vend. non fructus, quos debet in usuras computare, vel extantes emptori restituere. Petr. Barbosa in l. D. divisione num. 66. Hermos. sup. num. 22. Et licet de aliis contradicentibus testetur, veram præmissam resolutionem censeo, nam ex quo lex tribuit venditori moram passo usuras pretii, fructus ad emptorem attinere supposuit, alioqui ingens iniquitas resultaret, cum venditor simul utilitatem fructuum, ac pretii interusurium reportaret, contra dictam legem Curabit, & similes. Ast cum Jure Canonico usuræ nullatenus debeantur, fructus cedunt venditori, qui usurarum loco eos lucratus.

Ibi: Eadem ratione venditore constituto.

66 Emptore pretium exhibente, si venditor rem non tradiderit, tenebitur ad restitutionem fructuum quos ex tunc perceperit, & emptor ex re tradita percepisset. Molin. sup. num. 20. Lessius num. 101. Trullench. ubi proxime. Oluald. lib. 13. cap. 4. in princ. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 6. nu. 7. Roderic. d. q. 7. n. 101. Ant. Fab. ration. d. l. Julianus, §. Ex vendito, in fin. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 11. Facit lex Si sterilis 21. §. Cum per venditorem, de action. emp.

67 Nec hinc erit locus æquitati legis Curabit, C. de act. empt. etsi emptor & pretium retineat, & fructus lucretur, quia oblatam pecuniam otiosam habet, ac paratam ad solutionem. Hermos. in l. 28. gloss. 2. numer. 30. tit. 5. p. 5. Roderic. sup. num. 103. qui rectè limitat ubi constaret, ex pecunia pretii redditus emptorem percepisse, aut aliter lucrum reportasse; quia non obstante mora venditoris, quod pecunia produxit, in fructuum æstimationem imputabitur: quod accipi debet, non interveniente industriâ emptoris; nam si quid ex hac provenit, morosum venditorem non relevat, solumque ratio habetur ad id, quod quantitas per se reddere posset. Vide supra, numer. 53. & infra, num. 69.

68 Præterea venditor coercetur ob moram in eo quod periculum quod à die perfecti contractus in emptorem transierat, ad illum regreditur, l. 27. tit. 5. p. 5. l. Illud 17. de peric. & comm. rei vend. §. Cum autem, Inst. de empt. Morla Emp. Jur. tit. de contr. empt. num. 107. Aug. Barbosa collect. l. Cum inter, num. 2. C. de peric. & comm. rei vend. Hermos. in d. l. 27. Partit. gloss. 1. n. 1. Ant. Faber. ration. d. l. Illud, Molin. disp. 366. num. 13. Venditor ex mora interesse præstat intrinsecum, non

extrinsecum, l. Si sterilis, §. Cum per venditorem, de act. empt. ubi Fab. in ration. Lessius sup. Molin. disp. 368. numer. 22. quod limitat videndus Petr. Barbosa in l. De divisione, numer. 31. ff. solut. matrim.

Ibi: Et forsan hoc in casu.

Hanc quam subdubius tradidit noster Præses, 69 conclusionem impugnat Molin. disp. 368. num. 21. eam improbabilem sentiens. Vide tamen supra numer. 67. nam perpensa æquitate legis Curabit, posset D. Covar. assertio sustineri, ne emptor sub idem tempus pretii pecuniæ redditus, ac fructuum capiat lucrum: quapropter desideratur quod pretium non tantum offerat, sed & obsignet, aut deponat, ut constet pecuniam otiosam perstitisse, nec in alios usus, seu negotiationem fuisse conversam, l. 2. C. de usur. ubi Aug. Barbosa collect. num. 8. Ant. Fab. ration. ad d. l. Julianus, §. Ex vendito. Nec quæ adducit Molina de acquisitis per furem, & usurarium pecuniâ sceneratitia, vel furtiva obsunt, cum in eis non militet ratio dictæ legis Curabit, etsi alienâ pecuniâ lucrifaciant. Vide supra num. 53. & 67.

Verf. Ex quibus obiter infertur.

Cum D. Covar. prædocuerit, fructus post con- 70 tractam emptionem ad venditorem spectare, sicut notatur sup. numer. 57. nunc interpretatur legem Fructus 13. C. de act. empt. ubi contrarium expressim probatur, asserens procedere ubi res tradita fuit emptori, aut post moram venditoris: quem intellectum probat, & accomodat Molin. n. 8. legi Julianus, §. Si quid venditor, de action. empt. sequitur Roderic. de quest. 7. n. 102. Joan. Lup. comment. de usur. §. 1. quest. 7. numer. 162. in d. l. Curabit. Verum utraque solutio, seu interpretatio aliis, nec immeritò, displicet, ut Petro Barbozæ sup. num. 20. Hermos. num. 13. vers. Sed hanc responsionem, Souzæ in §. Actionum, part. 3. nu. 27. Inst. de action.

His accedere cogor, quia lege de quibus agi- 71 mus nequaquam insinuant desiderari traditionem, vel moram venditoris, ut fructus emptori quarantur; quin potius contrarium ex d. l. Fructus, manifestè deducitur, quandoquidem ibi ratio redditur decidendi, quæ non provenit ex traditione, & æquitate dictæ legis Curabit, sed à jure naturali, ex quo commoda sequi debent quem sequuntur incommoda, l. Secundum naturam 10. de reg. jur. Onera verò rei venditæ ante traditionem à die contractus sustinet emptor. §. Cum autem, Inst. de empt. & vend. l. 7. & 8. de peric. & comm. rei vend. l. 23. tit. 5. p. 5. unde similiter etsi res non tradatur, utilitas tamen fructuum ad ipsum debet pertinere, nec de rei traditione Legislatores cogitarunt, nec de mora.

Excluditur etiam, quod dicitur de mora ven- 72 ditoris; nam si ea præcederet, aut opus foret, exprimeretur, quemadmodum in secunda ejusdem Constitutionis parte, ubi mora requirebatur venditor usuras exigere posset, id lex explicuit, quod non omitteret si morâ ad acquirendos fructus emptor egeret. Utraque igitur expositione rejectâ, constat opinionem de qua supra, nu. 59. citatis juribus apertissimè comprobari.

Verf.

Verf. Subinfertur item.

73 Tametsi sententiam istam Pauli Castrensis reprobet D. Covar. cui adhæret Roderic. *ubi proximè*; eam nihilominus amplexi sunt Petr. Barbosa *sup. num. 21.* Hermos. *nu. 17. in fin.* Soula *numer. 31.* Greg. Lop. *in l. 28. gloss. 2. tit. 5. p. 5.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 13. n. 94.*

74 His & ego accedo, quanquam cum D. Covar. & sequacibus laudatis *sup. numer. 57.* sentiam fructus, quos percipit venditor post perfectum contractum ex natura illius, nullâ morâ commissâ suos facere cum onere eos restituendi emptori, si pretium cum usuris obtulerit: nec ante impletam conditionem venditor fructibus privari debet, quorum dominus est sicut fundi, unde collecti sunt, qui dominum rei principalis sequuntur, *l. Et ex diverso 36. §. 1. ff. de rei vendic. l. Qui scit 25. de usur.* Leotard. *de usur. quæst. 19. n. 2.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 53. numer. 17. & 25.* cujus accessorium censentur Merlin. *d. numer. 25.* Leotard. *quæst. 88. num. 17.* Ant. Fab. *in C. tit. de usur. definit. 4. numer. 2.* Unde sicut venditor retinet dominium prædii donec solvatur pretium, ita & fructuum quandiu non exhibentur usuræ. Ex his interpretationem accipiunt dicta lex *Fructus*, & lex *Julianus*, §. *Si quid venditor*, quod scilicet fructus ad emptorem attingant à die contractus quoad effectum; nam soluto pretio cum usuris, venditor ipsos restituere compellitur. Inde etiam oritur concordia ad diffidentes sententias de quibus *sup. numer. 57. & 59.* nam utraque vera est, siquidem fructus percepti illicò sunt percipientis venditoris, sed ad emptorem pertinent, cum eos exigere valeat; nam qui actionem habet ad rem vindicandam, ipsam habere intelligitur, *l. Qui actionem 15. de reg. jur.*

75 Quibus perpensis admittendum non est quod scribit Petr. Barbosa *sup. num. 20.* ac transcripsit Hermos. *n. 14.* nempe fructus emptori acquiri revocabiliter, ita ut si pretium non solverit, revertantur ad venditorem: etenim absurdum est dicere quod fructus fiant emptoris antequam dominium fundi nanciscatur, aut plus juris in illis habere, quam in isto, qui ad eum non pertinet jure domini, nisi pretio soluto, aut satisfactione præstita, seu habita fide de pretio, tradatur, §. *Venditæ*, *Inst. de rer. divis. l. Quod vendidi 19. de contr. empt. l. 46. tit. 28. partit. 3. l. 43. tit. 13. p. 5.*

76 Sed etsi vera habeatur Castrensis opinio effectu tamen carere videtur; nam si emptor gerit ad fructus, venditor excipiendo postulat usuras pretii, quæ æquivalent illorum æstimationi, atque ita inutilis erit actio, imò dolosè versaretur emptor petens quod statim est restitutus, *l. In condemnatione 134. §. fin. de reg. jur.* quæ D. Covar. admonuit *sup. numer. 7.* & prænotavi *num. 55.* Dicendum tamen est, quod si ad Jus Civile respiciatur, hoc non est ita, quoniam usuræ pretii non coæquabantur fructibus, ut Jure Canonico; ideo poterat esse plus in fructibus, quam in usuris, & hujus excessus utilitatem perciperet emptor, quod animadverti *num. 56.* Ad hæc si fructus extarent, etiam Jure Pontificio utiliter ageret emptor, ut soluta æstimatione sibi restituerentur, etiam invito venditore: quod utile, ac pretio æstimabile censetur.

Verf. Decimoquintò ex prænotatis.

77 Emptor qui partem pretii solvit, pro rata fru-

ctus rei venditæ, & per venditorem retentæ confequitur. Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 112. num. 56.* Leotard. *de usur. quæst. 27. nu. 55.* Aug. Barbosa *collect. d. l. Curabit, nu. 20.* Roderic. *lib. 3. quæst. 7. ex n. 106.* Surd. *conf. 101. n. 7. & 26.* Magon. *Lucensi decis. 17. num. 31. & 34.* Hermos. *in l. 28. gloss. 2. num. 41. & 42. tit. 5. p. 5.* Petr. Barbosa *in l. De divisione, n. 72. solut. matrim. Ant. Gabr. commun. lib. 3. tit. de empt. concl. 3.* Trentacing. *variar. lib. 1. tit. de usur. resol. 2. verf. Secunda conclusio.* Et pro portione fructuum, seu partis pretii licebit emptori de certa quantitate pacisci quotannis solvenda Leotard. *num. 57.*

Ut autem eos fructus emptor cum effectu percipiat integrum debet exsolvere pretium tuncque præteriti temporis quantitatem respondentem pretii parti exiget, nec antè agere permittitur. Aug. Barbosa *sup.* Leotard. *num. 56.* Hermos. *numer. 44.*

Claritatis gratiâ oportet observare quod D. Covar. hic supponit, esse effectum solutionis partis pretii fructuum acquisitionem, ita ut si non solveretur, omnes fructus cederent venditori, ad quem spectare ipse prædocuit *sup. numer. 7.* Sed qui sentiunt, fructus ad emptorem pertinere quandoque pretium integrè numeraverit, hoc solum tribuunt partis solutioni, quod venditor pro rata usuras petere nequit, Hermos. cum aliis *n. 41.* Caldas *de empt. cap. 23. nu. 26.* August. Barbosa *ubi proximè.* Est cavendum à Petro Barbosa *sup.* qui tenet fructus pro rata pretii soluti statim emptori tradendos: quod negat communis, ut prænotavimus, quia venditor jure pignoris retinet fructus sicut rem ipsam usque ad integram pretii satisfactionem, ut ait Leotardus.

Rursus si venditor partem rei venditæ ante acceptam aliquam pretii quantitatem tradat, pro portione usuras, seu æstimationem fructuum repetet. Pacific. *de Salvian. interd. inspect. 5. cap. unic. ex num. 171.* Roderic. *d. quæst. 7. à nu. 105.* Aug. Barbosa *sup.* Surd. *num. 23.* Hermos. *nu. 43.* Et venditor quidem illicò potest exigere, quod in emptore diversum: quod discrimen observant Aug. Barbosa *ibidem.* Hermos. *num. 44.* ac prænotavi *num. 78.*

Verf. Decimosextò.

Procurator si emerit nomine domini, & suâ pecuniâ fundum, si quos fructus perceperit, aut in sortem computare, aut domino reddere tenetur, exclusa æquitate legis *Curabit*, Hermos. *in l. 48. gloss. 5. num. 15. tit. 5. p. 5.* Leotard. *q. 33. nu. 44.* Caldas *sup. cap. 7. ex numer. 26.* ex qua constitutione usuræ, quas exigere licet, sunt compensativæ. Procurator quidem nullo in damno versatur, nisi quod pecuniâ creditâ caret, & actione mandati valet recuperare illam: carentia autem pecuniæ mutuæ pretio æstimari absque labe usuræ lucrativæ non potest. Nec refert quod dominus pecuniam pretii retineat, & fructus lucretur; nam idem contingeret, si pecuniâ mutuâ, ipse fundum emerit, nec ex hoc posset creditor ad usuras agere. Tamen adversus D. Covar. sententiæ Joan. Lup. *comment. de usur. §. 1. q. 7. numer. 151.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. q. 11. numer. 77.*

Sed si quid damni senserit procurator ex fundi emptione, ex fructibus debet refarciri, ne officium suum illi damnosum sit, & dominus cum aliena

aliena locupletetur jactura : quod verum est tametsi mora domini nulla intercedat, & ita contra D. Covar. tenet Leotardus, qui latè ac rectè prosequitur ex n. 25.

ram, in quibus eadem ratio militat, & disciplinae l. I. C. de cupress. lib. II.

Verf. Quidem enim obsecro.

Ad Num. 8.

83 Si quis promiserit rem fructiferam vendere, & ante celebratum contractum acceperit pretium, ad usuras compensatorias ex l. Curabit, tenebitur, & si ex parte solutio fiat, pro rata fructuum æstimationem præstabit. Card. Tusch. lit. V. concl. 43. n. 3. Ant. Gab. comm. lib. 3. tit. de empt. concl. 3. num. 3. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit, num. 5. Joan. Lup. comment. de usur. §. I. quæst. 7. n. 157. Hermos. in l. 10. gloss. 1. num. 9. tit. 5. p. 5. Mexia ad ll. Tolet. part. 2. fundam. 2. num. 31. latè Roderic. sup. quæst. 7. ex num. III. Comitol. Respons. Moral. lib. 3. quæst. 18. Trentacinq. sup. verf. Tertia conclusio. Quod ampliatur ut possit empturus, qui pretium tradidit, de certa quantitate quotannis solvenda pacisci, ex Trentacinq. variar. lib. I. tit. de usur. resol. 2. verf. Septimus casus, ubi de venditore rem tradente.

Hanc rationem impugnat Petr. Barbosa num. 48. 87 Imò adhuc impleto utrimque contractu, quæstionis est, an pactum de vendendo transeat in emptionem, ut videre est apud Hermos. d. gloss. l. num. 9. Verùm quicquid de ea controversia sit, ad rem de qua agimus nihil referre videtur, an censeatur venditio contracta, necne; quia æquitas dictæ legis Curabit, etiam habet locum in quavis conventionem reciproca, ubi eadem ratio servandæ æqualitatis reperitur, licet contractus deficiat, prout in venditione conditionali contingit; nam etiam non impleta conditione, ac evanescente contractu, competit ei qui rem tradidit pretio non numerato, auxilium præfatæ Constitutionis. Leotard. d. quæst. 27. num. 27. quæ non restringitur ad contractus, cum & in judiciis observetur, sicut prænotatur sup. n. 5.

84 Contra communem tenent aliqui recensiti per Aug. Barbof. num. 6. & Petr. Barbof. in l. Si ante, ff. solut. matrim. quos ipse sequitur, ea ductus ratione, quod cum venditio perfecta non sit, venditor rem tradere non tenetur. Sed hoc fundamentum leve est, ac rejiciendum ex eo quod decisio dictæ legis Curabit; non innititur morâ contrahentis. Hermos. in l. 28. gloss. 2. nu. 20. tit. 5. p. 5. Leotard. de usur. quæst. 27. num. 23. ideo pluribus in casibus locum habet, etiamsi venditor, aut emptor ad traditionem non teneatur. Primus habetur sup. num. 52. Secundus cum pretium in tertii arbitrium confertur ante declarationem. Leotard. num. 25. Tertius in emptione facta ad mensuram, quando non adhibetur mensio. Leotard. num. 26. Quartus si conditionaliter prædium venditur, pendente conditione. Aliis laudatis idem Leotard. n. 27.

Verf. Decimononò erit non immerito.

Jus ad exigendum usuras ex d. l. Curabit, in cessionarium transferri potest, tam ex causa lucrativa, quam onerosa, nedum pro tempore futuro, sed etiam pro præterito. Cancer. variar. part. 3. cap. 7. num. 45. Hermos. in l. 28. gloss. 2. num. 56. tit. 5. p. 5. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 7. num. 87. apud quos alii. Sed ita demùm hoc verum erit, si venditor jus percipiendi usuras cesserit; nam si pecuniam pretii duntaxat creditori cedat, cessabit quasi novatione facta usurarum exactio, quas ultra sortem cessionario capere non licebit; & corroboratur ex Leotard. q. 27. num. 64. qui post alios docuit, per novationem hujusmodi usurarum cursum extinguere, quamquam ipse venditor accepto ferens pretium ex causa mutui, eandem summam ab emptore stipuletur.

Ibi: Nam & venditorem posse.

85 Quos effectus pactum de vendendo producat, tradidere Card. Tusch. d. conclus. 43. Hermos. plurimos recensens, in d. l. 10. ex n. 4. & de Jure nostro Regio actionem oriri, probat num. 10. per l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. quod similiter Jure Pontificio receptum testatur Matienz. in d. l. 2. gloss. 1. num. 5. Azeved. ibidem, num. 1. & secundum hæc jura procedit, quod D. Covar. sentit, scilicet ex pactione de vendendo agere posse venditorem ad pretium, cum & emptor similiter emere promitteret pro constituto pretio. Adde Castell. controvers. lib. 2. cap. 3. num. 17. 18. & lib. 4. cap. 69. num. 48.

Verf. Vigesimo apertissime convincitur.

Licet Jus Pontificium cum Cæsareo conveniat in æquitate dictæ legis Curabit, quatenus æqualitatem, ac reciprocam compensationem inter contrahentes inducit, tamen quoad praxim nota est inter utrumque diversitas, ut constat ex præmissis num. 8. & 16. ideo D. Covar. prætermittit Juris Civilis observationem, quomodo hodie Imperiali Constitutione si utendum nos docet.

Verf. Decimo octavo, huic proxima.

86 Si convenerit de venditione rei frugiferæ, pretio constituto, & hoc non recepto, dominus illam tradiderit, agere poterit ex l. Curabit, ad usuras, seu fructuum æstimationem. Ita tenet, & ampliatur Trentacinq. loc. citat. ut liceat de certa quantitate annuatim solvenda pacisci, & huic conclusioni conveniunt quæcunque in proxima præcedenti præmissimus ob correlativorum naturam. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Quæ quidem lex quavis de venditore rem tradente loquatur, pariter obtinebit in emptore pretium numerante, cui fructus rei venditæ, aut æstimatio eorum præstari debent. Trentacinq. variar. lib. I. tit. de usur. resol. 2. verf. Principalis conclusio, cui licebit certam quantitatem annuam loco fructuum stipulari. Leotard. de usur. q. 27. num. 54.

Præterea eadem decisio nedum immobilibus, sed etiam in mobilibus fructiferis procedit. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit, num. 23. Roderic. loc. cit. num. 89. Scaccia de commerc. §. I. quæst. 7. ampliatur. 8. num. 173. Hermos. d. gloss. 2. num. 53. Fructus, seu usuræ, ex l. Curabit, iam jure actionis, quam officio judicis peti possunt. Hermos. num. 77. nec jus ex illa competens præscribitur, nisi triginta annorum lapsu, quamquam fructus regula-

regulariter triennio usucapiantur. Hermos. n. 54.
Aug. Barb. n. 25.

SUMMARIUM.

- 1 Verbum Majoratus accipi debet secundum regionis usum, leges, ac consuetudinem.
- 2 Communis usus loquendi in dispositionibus debet observari etiam contra verborum proprietatem.
- 3 Quid sit usus loquendi, cujus loci inspiciendus, & an probari debeat?
- 4 Verba in dispositionibus sunt accipienda secundum statuta, constitutiones, ac leges provinciae, seu civitatis.
- 5 In qualibet dispositione mens disponens observanda, etsi verba aliud sonent.
- 6 Dispositio quonam modo debeat interpretari, ubi de voluntate disponens non est certitudo.
- 7 In contractibus & aliis actibus, qui plurium consensu perficiuntur, verba accipienda sunt non juxta specialem agentis stilum, sed juxta communem regionis usum.
- 8 Majoratu absolute instituto, quæ in ejus successione debeant observari in Hispaniâ.
- 9 In Hispania quoties constat, bona majoratus existere, ea majori natu indivisa deferuntur inter vocatos.
- 10 Si bona filio, vel extraneo relinquuntur, ut ea jure majoratus possideat, eidem succedet primogenitus in solidum absque ullo gravamine, nisi restitutionis.
- 11 Per institutionem primogenii tacite inducitur perpetua alienationis prohibitio.
- 12 Alienationis prohibitio facta filio an extendatur ad nepotem, & n. 13. & 14.
- 15 Prohibitio alienationis, ut bona perpetuo in familia serventur, quartam generationem non egreditur, ex authent. de restitut. fideicom. §. Nos igitur, de cujus interpretatione remissive.
- 16 Rejicitur distinctio inter verbum Familia, & Descendentes, quoad perpetuitatem prohibetæ alienationis.
- 17 Quarta generatio an computetur, exclusâ personâ, cui primum prohibetur alienatio?
- 18 Utrum si appareat manifestè, quod testator voluit bona in infinitum intra familiam permanere, prohibitio alienationis quartam generationem transgrediatur, & num. seqq.
- 23 Authentica de restitut. fideicommissi, §. Nos igitur, non est ubique admissa, & in unaquaque provincia consuetudo servabitur, & quid in Hispania.
- 24 In Hispania correctæ est illa constitutio per legem 27. Tauri.
- 25 Prohibitio alienationis imposita filio ad primogenium vocato, specialiter, ac primò extenditur ad nepotem, & alios successores in infinitum.
- 26 Idem succedendi servatur ordo in fideicommissio familiæ relicto, ac inter venientes ab intestato. Non succeditur, nisi intra decimum gradum, ibid.
- 27 Refertur opinio contraria.
- 28 In primogeniis Hispaniæ nullus excluditur à successione, etiamsi in remotissimo gradu sit.
- 29 Si bona majoratus esse probentur, masculus minor natu feminam majorem ejusdem lineæ, ac gradus excludit.
- 30 Bona quoties ad unum primogenitum debent pervenire, masculus ejusdem lineæ ac gradus præponitur feminae majori, ut in commendis Indorum.
- 31 Idem in majoratibus Hispaniæ observatur, & num. 39.
- 32 Primogenia licite, ac utiliter instituuntur.
- 33 Majoratus sunt favorabiles.
- 34 Majoratus, & regnum in quibus convenient, & discrepent, remissive: & à successione unius ad successionem alterius sumitur argumentum, & n. 35.
- 36 De feudo ad majoratum an procedat argumentum?
- 37 Majoratus an sit dignitas.
- 38 Infamis non removetur à majoratus successione etiam cum dignitate.
- 39 Feminae succedunt in regno, & majoratibus cum administratione.
- 40 Feminae quando & quomodo succedant in feudis.
- 41 Lex 12. tit. 33. p. 7. interpretatur, & referuntur casus, quibus dubitatur an femina major natu præferatur masculo minori ejusdem lineæ, & gradus.
- 42 Feminae proximiores ejusdem lineæ excludunt masculos.
- 43 Fallit ubi fundator contrarium expressim disposuerit.
- 44 Possessio bonorum majoratus in successorem jure ipso ex lege regia transfertur.
- 45 Ampliatur ad res nunquam per ultimum possessorem apprehensas.
Utrum lex 45. Tauri procedat in primo majoratus successore, ibid.
- 46 An ex lege 45. Tauri competat actio contra titulo possidentem?
- 47 Lex 45. Tauri obtinet in majoratibus absque regia facultate constitutis, ac in vinculis, patronatibus, atque anniversariis, quæ majoratus jure deferuntur.
- 48 An statuto, vel consuetudine possit possessio quæri absque aliquo apprehensionis actu?
- 49 Possessio, quæ transfertur sine apprehensionis actu, legis ministerio, an sit vera vel ficta?
- 50 Successori majoratus competunt omnia possessoria remedia, ex l. 45. Tauri. Idem est in hærede, ubi ex statuto similiter possessio absque apprehensione quæritur, ibid. & n. 51.
- 52 Si ex statuto possessio absque apprehensione transeat ad hæredem, an intelligatur de rebus per tertium ante aditam hæreditatem occupatis, remissive.
- 53 De remedio summarissimo in majoratibus, apud nos Tenuta dicto, & an hoc & alia possessoria remedia tribuantur ei, qui apprehensis majoratus bonis, à possessione cecidit.
- 54 Feudi possessio num transeat in filium ministerio legis, absque apprehensione?
- 55 Filius improprie, vivo patre feudatario, dicitur feudum possidere, ac Rex, vel Dux vocatur, ac bonorum patris dominus.
- 56 De intellectu legis 46. Tauri, remissive.
- 57 Lex 46. Tauri observatur in majoratibus absque facultate regia fundatis, ac in illis omnibus quæ majoratus jure in Hispania deferuntur.
- 58 Representatio semper servatur, ubi non reperitur exclusâ, & qui de ea differuerunt Interpretes.
Neptis ex filio minore defuncto præfertur amita, & quare, ibid.
- 59 Si bona majoratus esse declarentur per Judicem, omnia servari debent, quæ in regularibus primogeniis sunt stabilita. Idemque erit quoties

ies in qualibet dispositione majoratus fit mentio.
60 Quis ordo servandus in prælatione vocatorum ad primogenia.

CAPUT V.

Ad Num. I.

1 Verbum Majoratus, in quavis dispositione juxta communem usum provincie, leges, ac constitutiones debet exaudiri. Greg. Lop. in l. 2. gloss. I. tit. 15. part. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. num. 2. & cap. 4. num. 13. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, num. 64. Castill. controversiar. lib. 2. cap. 22. num. II. Azeved. in rubric. num. 2. tit. 7. lib. 5. Recop. Matienz. in l. 1. gloss. 7. eod. tit. Mieres de majorat. in princ. part. 1. num. 6. Salced. de representat. lib. 3. cap. 4. num. 19. Diaz. de Mena practic. lib. 2. q. 17. n. 32.

Ibi: Hoc probatur auctoritate.

- 2 In verborum interpretatione usus communis loquendi ita attendi debet, ut ipsorum proprietate contempta, juxta illum dispositio intelligatur. Salgad. de Reg. protectione, pars. 4. cap. 12. num. 19. ubi ampliat ad legis divinæ interpretationem Castill. cum pluribus sup. lib. 5. cap. 153. n. 5. 6. Matienz. num. 2. Alvarad. de conjecl. ment. defunct. l. 2. cap. 3. §. 3. numer. 4. Solorzan. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 1. num. 1. Qui ex Quintiliano tradit verbo utendum sicut nummo, cui publica forma est Mantic. de conjeclur. lib. 3. art. 8. num. 1. & 4. Barbosa cum plurimis axiom. 222. n. 7. & prænotavimus l. 1. cap. 19. n. 75.
- 3 Communis loquenti usus nihil est aliud, nisi consuetudo utendi verbis, & intelligendi sermones, vel orationes sub certa significatione, universitatis consentu debito tempore accepta. Ita Camill. Galin. de verb. signific. lib. 4. cap. 1. n. 4. quem refert Castill. nu. 4. Usus loquendi observari debet, non loci ubi dispositio fit, sed originis, vel habitationis disponentis. Mantic. num. 5. & num. 6. quomodo probandus, sed si valde vulgaris sit, ac notus, probatione opus non erit. Molin. d. cap. 3. num. 33.

Ibi: Quod autem diximus.

- 4 Verba sive in ultimis voluntatibus, sive in actibus inter vivos usurpati debent secundum statuta, leges, seu constitutiones loci. Mantic. sup. lib. II. tit. 13. n. 3. 14. & 15. Matienz. dict. gloss. 7. Molin. lib. 1. cap. 3. n. 2. & cap. 4. in fine. Alvar. sup. n. 3. præter alios, quorum memini sup. lib. 2. cap. 18. num. 22.
- 5 Quoties in cujuslibet dispositionis interpretationibus versamur, in primis indagare oportet disponentis voluntatem, quæ si patuerit, nihil de verborum significatione quærendum; hæc enim intentioni non opponi, sed deservire debent, l. Non aliter 67. de legat. 3. l. In conditionibus 19. de condit. & demonstr. l. Semper. 35. de reg. jur. Mantic. sup. lib. 3. tit. 3. n. 9. Peregrin. de fideicomm. art. II. n. 5. Barbosa sup. n. 1. & 3. ubi plures, de quo & nos lib. 1. cap. 13. n. 24.
- 6 Sed si de mente disponentis aperte non constet, verba exaudienda sunt juxta consuetum loquendi usum ipsius proferentis, l. si servus 53. §. ult. de legat. 1. Mantic. lib. 12. tit. 17. n. 27. deinde D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

ad communem usum regionis devenitur. d. §. ult. Mantic. ubi pronuper; postremum locum obtinet proprietas verborum, quæ semper observanda, nisi diversa mens, aut usus contrarius probetur. l. Labeo 7. §. Tubero, de supellecl. legat. d. l. Non aliter, Tusch. lit. V. concl. 91. Barbosa n. 4. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 95. n. 29. Mantic. lib. 3. tit. 4. num. 4. 5. ubi quod non admittitur probatio voluntatis contrariæ adversus verba testatoris clara.

Quod autem diximus, præferendum esse usum loquendi disponentis communi, referendum est ad ultimas voluntates, donationes, & alios actus, qui à sola voluntate proferentis procedunt; nam in contractibus qui duorum, pluriumve consensu perficiuntur, consuetudo loquendi regionis, non specialis contrahentis, inspicitur, d. l. Semper, Marefcot. d. lib. 1. cap. 94. num. 5. Aliàs deciperetur contrahens ignarus specialis styli, & loquutionis alterius; illique saltem licebit à contractu resilire, qui irritus censebitur propter defectum consensus, cum alter de una re, vel quantitate & alter de alia senserit, ob diversum verborum intellectum, l. In venditionibus 9. de contr. empr. l. 20. tit. 5. p. 5. ubi Hermosilla num. 1. laudavit alios. Imò posset contractus sustineri, intellectis verbis adversus utentem singulari significatione, qui potuit apertius loqui ex regionis consuetudine, argumento legis Veteribus 40. de pact. cum similibus, de quo Barbosa plures referens num. 35.

Ad Num. 2.

Quotiescunque in Hispaniis bona sive ex ultima voluntate, sive ex contractu majoratus jure deferri contigerit, nullis expressis vocationibus, aut specialibus clausulis, ea observari debent quæ moribus, ac legibus in unaquaque provincia in primogeniorum successione recepta sunt. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 588. numer. 3. Mieres sup. part. 1. quest. 48. num. 22. Molin. d. cap. 4. num. 13. Mathienz. loc. cit. Azeved. sup. num. 3. 4. Salced. de representat. lib. 3. cap. 4. num. 21. Castill. d. cap. 22. numer. 8. & 9. Diaz de Mena variar. lib. 1. cap. 17. nu. 32. Burg. de Paz proæn. Partitar. numer. 58. Illa autem consuetudo, seu lex servabitur, quæ viguerit in loco ubi majoratus bona existunt, seu major pars, vel domus præcipua, licet aliud in Regno sit generaliter receptum. Azeved. sup. num. 6. Burg. de Paz junior quest. 2. n. 24. cum seqq.

Ad Num. 3.

Eo ipso quod constet, bona majoratus vinculo astringi, ea indivisa ad primogenitum ex vocatis debent pervenire. Gregor. Lop. in l. 2. gloss. I. vers. ex prædictis tit. 15. p. 2. Molin. lib. 1. cap. 3. n. 1. 6. 7. Castill. controv. lib. 2. cap. 22. num. 13. & 15. Alvarad. rubric. n. 4. tit. 7. lib. 5. Recop. Mathienz. ibi, gloss. 7. num. 3. Alvarad. d. §. 3. num. 6. Menes. in rubric. num. II. C. de fideicomm. Hoc inde provenit, quod apud nos moribus est inductum, ut primogeniis idem ordo servetur ac in regni successione. Pat. Molin. sup. num. 2. Salced. lib. 2. cap. 3. num. 4. Molin. d. numer. 1. Alvarad. de conjecl. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 2. Cum igitur succedat major natus in hoc Regno, qui solus fratribus exclusis admittitur, l. 2. tit. 15. p. 2. similiter in primogeniis contingit ex conjecturata mente instituentis simpliciter

majoratum, qui juri se conformare, ac consuetudini præsumitur, quidquid senserit Simanc. *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 25.* quem refellit Castill. *ex num. 17.*

Verf. Secundò ex his apparet.

- 10 Si quis filio, aut extraneo bona reliquerit, ut ea jure majoratus possideat, hoc decedente, succedet primogenitus in solidum absque ullo gravamine Pat. Molin. *d. disp. 588. n. 2.* Castill. *num. 39.* Molin. *sup. cap. 4. nu. 34.* Ant. Gom. *in l. 40. Tauri, n. 64.* Azeved. *sup. n. 6.* Mathienz. *nu. 4.* Burg. de Paz *d. quæst. 2. n. 67.* Mier. *de major. part. 1. quæst. 48. num. 22.* Alvarad. *num. 6.* Menef. *ubi proximè.*

Ad Num. 4.

- 11 Si bona sua majoratus esse aliquis constituat, est nihil aliud expresserit, tacitè alienationis perpetuam inhibitionem usque in infinitum adjectisse intelligitur. Molin. *lib. 4. cap. 3. numer. 2.* Castill. *lib. 5. cap. 65. num. 29.* Hermos. *in l. 44. gloss. 5. n. 15. tit. 5. p. 5.* Menef. *ubi proximè, Azeved. sup. n. 4. Matienz. n. 3.* Alvarad. *n. 8.* Est namque de natura majoratus, sicut & regni, ne bona possint alienari, licet strictior in privatis, quam in Rege sit prohibitio. Molin. *lib. 1. cap. 3. num. 17. 18.* Hinc est, ut prohibitio alienationis, ut bona in familia conserventur, apud nos majoratus institutionem operetur. Diaz de Mena *variar. lib. 1. cap. 17. num. 36.* Molin. *d. lib. 1. cap. 5. ex numer. 7.* Burg. de Paz *d. quæst. 2. num. 104.* Est tamen de jure controversum communi, an ex illa clausula alienationis prohibitiva fideicommissum absolutum deducatur, vel solum in casu contraventionis, de quo Castill. *lib. 2. cap. 22. num. 82.* Molin. *nu. 16.* Tondut. *quæstion. civil. cap. 47. à princip.* Peregrin. *de fideicom. art. 14. num. 14. cum seqq.* Mantic. *de conject. lib. 6. art. 14. ex num. 24.* Hermos. *d. gloss. 5. à num. 11.*

Ibi: Ego verò primum ex d. §. Nos igitur.

- 12 Prohibitio alienandi injuncta filio non extenditur ad nepotem. Peregrin. *art. 1. n. 28.* Mantic. *sup. lib. 8. tit. 2. n. 20.* Molin. *lib. 1. cap. 4. nu. 11.* Castill. *lib. 5. cap. 66. num. 68.* Mier. *de majorat. part. 2. quæst. 6. num. 304.* Lara *de Anniversar. & Capellan. lib. 1. cap. 6. n. 3. 4.* Greg. Lop. *in l. 43. gloss. 1. tit. 5. p. 5.* Alvarad. *sup. lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 26.* Hermos. *in d. l. 43. Part. gloss. 1. n. 12.* Ant. Gom. *in l. 40. Tauri, n. 64.* Molin. *de just. & jur. disp. 588. n. 1. verf. Quartò in majoratus.*

Ibi: Causa igitur prohibitionis.

- 13 Quam communem sententiam D. Præses ita interpretatur, ac restringit, ut quoties in nepote eadem ratio prohibendi alienationem reperiatur, prohibitio ex mente prohibentis etiam nepotem afficiat; quam parens filio magis dilecto secundum regularem charitatis ordinem ut gravamen injunxit. Nec urget quod ea prohibitio, quia odiosa, amplianda non sit, ut inquit Lara, & refert Hermosilla, cum potius favorabilis debeat censerit, quia principaliter testator prospicere intendit vel ipsis quibus prohibet, ut bona conservent familiæ, vel aliis, quanquam secundario filius gravetur

ne de propriis rebus valeat disponere, ut advertit Peregrin. *art. 14. num. 1.* alioqui si nullius favorem, seu justam causam respiceret, non subsisteret, veluti si odium prohibiti duntaxat contineret alienationis prohibitio, *l. Filiusfamilias 114. §. Divi, de legat. 1.* ubi Cujac. *Pereg. loc. cit.* Molin. *lib. 1. cap. 6. num. 30.* Actus autem favorabilis censetur, cum principaliter favor intenditur, quanquam per consequentiam odium contingat. D. Covar. *sup. lib. 1. cap. 11. num. 5.* Sanch. *cum pluribus de matrim. lib. 1. disp. 1. num. 4.* Barbosa *axiom. 166. n. 5.* Unde cum prohibitio alienationis favorabilis existat, venit amplianda ex rationis identitate, juxta juris axioma, de quo Barbosa *ubi proximè.*

Ex quibus asserendum est cum D. Covar. quod 14 alienationis prohibitio facta filio nepotem ligat, si ratio prohibendi æquè utrique conveniat: & ita tenent Menef. *in l. Voluntas, num. 26. C. de fideicom. Hermos. cum aliis in l. 43. gloss. 1. n. 13. & 14. tit. 5. p. 5.* Peregr. *art. 1. num. 28.* Mantic. *sup. d. tit. 2. num. 20. verf. Simili quoque modo.* Utrum prohibitio alienationis imposita hæredi, ad hæredis hæredem extendatur, disputat Menef. *à n. 20. & latè pluribus laudatis Hermos. à n. 5.*

Verf. Secundum, quod ex d. §. Nos igitur.

De interpretatione textus *in authent. de restit. 15 fideicom. §. Nos igitur, collat. 9.* consulas Molin. *de primog. lib. 1. cap. 4. num. 30.* Anton. Gom. *in l. 40. Tauri, num. 45.* Mantic. *ubi proximè, ex n. 28.* Peregrin. *sup. art. 30. n. 12. cum seqq.* Lara *de Anniversar. & Cappellan. lib. 2. cap. 6. n. 9.* Fachin. *controverf. lib. 4. cap. 100.* Mathienz. *in l. 11. gloss. 12. tit. 6. lib. 5. Recop. Cujac. novel. 159.* Menef. *in d. l. Voluntas, num. 25.* Hermos. *sup. num. 14.* Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 26. verf. Quod omnes, Salced. de representat. lib. 2. cap. 29. à num. 8.* ubi alii. Qui quidem, & omnes asseverant, prohibitionem alienationis, ut bona perpetuò in familia persistant, quartam non egredi generationem, *ex d. §. Nos igitur, quibus adde Pat. Molin. ubi proximè.*

Sunt tamen non pauci, qui opinantur pro 16 hibitionem hanc in infinitum ultra quartam generationem consistere, si testator expresserit, velle bona perpetuò in suis descendentes conservari; illi enim constituunt differentiam inter verbum *Familia*, & *Descendentes*, quoad perpetuitatem prohibitionis: quam distinctionem merito noster impugnat Antistes, cui accedit omnino videndus Mantic. *d. lib. 8. tit. 2. num. 21. verf. Sed diligenter.* Patr. Molin. *d. verf. Quartò in majoratus.* Eandem tacitè rejiciunt post alios, quos referunt, Menef. *ubi proximè, Barbosa de appellat. verbor. jur. signif. verb. Familia, num. 36.* qui parificant quoad perpetuitatem prohibitæ alienationis verbum *Familia*, ac *Descendentes*, dum docent adversus communem, de qua *sup. nu. 15.* prohibita alienatione, quia testator vult bona in familia perpetuò conservari, vel ad suos descendentes pervenire, alienationem usque in infinitum impediri, etiam ultra quartam generationem. Adde Fachin. *sup.*

Vera igitur resolutio est secundum D. Covar. 17 ut alienationis prohibitio de jure communi non egrediatur quartam generationem, *ex d. §. Nos igitur, sive testator dicat quod bona familiæ conserventur, sive quod suis descendentes perpetuò*

tuò deferantur; exclusa quorundam distinctione, cujus pronuper memini, non obstantibus quæ adducit Peregr. *ubi sup.* Quarto generatio numeratur extra personarum primam, cui prohibetur alienatio. Salced. *num. 9.* Sed Peregrin. *d. artic. 30. n. 12.* cum aliis tenet contrà.

Verf. Verùm Justiniani constitutionem.

- 18 Ubi ex conjecturis saltem apparuerit, quod testator voluit prohibitionem alienationis in perpetuum consistere, minimè restringetur ad quartam generationem, sed ulterius ad quoslibet de familia usque in infinitum progredietur, cessante imperatoris decisione *in d. §. Nos igitur.* Molin. cum aliis *d. cap. 4. numer. 3.* Alvarad. *sup. d. §. I. num. 26. verf. Communis quidem,* Pat. Molin. *d. disp. 588. n. 1. verf. Quartò in majoratus,* Castill. *controvers. lib. 2. cap. 22. n. 47.* ubi plures, Burg. de Paz. *civil. quest. 2. num. 61. & 86.* Mathienz. *in d. gloss. 19. n. 2. Salced. sup. n. 10.*
- 19 Hujusmodi sententiam revocat in dubium Mantic. *d. tit. 2. ex num. 21. verf. Sed diligenter,* & rationibus utrinque expensis hæsitat, & communem opinionem servandam resolvit *verf. Non enim in fin.* Ratio dubitandi oritur ex eo, quod in specie, de qua Justinianus *in authent. de restit. fideicom. collat. 9.* manifestè constitit per verba indubitata, quod disponens intendebat bona absque aliqua limitatione semper in familia sua conservari; ut patet ibi: *Per omnia, & perpetuò velim permanere in familia mea, ne neque unquam de meo nomine egred.* Et paulò inferius: *Sub ea conditione, ut nunquam de familia mea, meoque nomine abalienentur.* Et nihilominus Imperator alienationis prohibitionem adversus expressam testatoris voluntatem ad quartam generationem coarctavit; neque enim mentis melius, ac fidelius est testimonium, quam verba, *l. Apud Labeonem, §. Idem Tubero, de supellect. legat.* cum aliis apud Barbof. *axiom. 222. n. 2.* Et cum eam decisionem pro lege generaliter observari Justinianus statuerit, videtur adempta facultas prohibendi alienationem extra præfinitam generationem; unde difficilis redditur resolutio D. Covar. *tradita sup. numer. 18.* secundum quam magis conjecturis defertur, quam apertissimis verbis, quibus testator in eo textu voluntatem perpetuæ usque in infinitum prohibitionis demonstravit. Hæc perpendens Cardinalis Mantica in perplexitate, quam diximus, versabatur, nostramque mentem pariter extorquet.
- 20 Verùm mihi dicendum videbatur, prohibitionem alienationis in favorem familiæ, aut descendendum, etiam cum expressione perpetuitatis usque in infinitum, successores extra quartam generationem non astringere: voluit enim Justinianus jus, & actionem ad repetenda bona alienata, propter prohibitionem testatoris termino quatuor generationum præscribi, & aboleri, ne post longæva temporis curricula lites inextricabiles, & penè immortales suscitarentur, sicut illa, de qua ipse fuerat consultus: quod planè deducitur ex textu *in d. §. Nos igitur,* ibi: *Tamen quòd quatuor jam generationes præterisse viderentur, haud sustineremus tam absolutam causam denuò tradi judiciis.* Observat. Mantic. *sup. versic. Non enim hæc.*
- 21 Quamvis enim jura ultimarum voluntatum implementum impensè fovere soleant, *l. I. C. de Sacros. Eccles. authent. de nupt. §. Deinceps. collat. 4.*

in extirpandis tamen litibus publicus agnoscitur favor, ut prænotatur *sup. lib. I. cap. 2. à num. 31.* sed & ipsarum familiarum, quibus alienationis prohibitio prospicit, interest occasionem litium citius extinguere, propter quas odia inter conjunctos exardescunt, & facultates judiciorum absumuntur assiduis expensis, sicut in nostris majoratibus, præsertim antiquis, frequenter contingit.

Non refragatur præmissis, quod opponit Mantic. *ubi proximè,* scilicet quod si Imperator voluisset adimere potestatem prohibendi alienationem extra quartam generationem, vetaret utique ne quis ad eam procederet, ipsamque irritam declararet, juxta illud vulgare: *Si lex voluisset, expressisset,* ex capite *Ad audientiam, de decim. l. unic. §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* cum aliis apud Barbof. *axiom. 136. num. 5.* quia respondetur, actum prohibendi alienationem in perpetuum, licitum esse, atque posse per successores etiam ultra vigesimam generationem observari parendo ex honestate voluntati testatoris, quod Justinianus nequaquam interdixit, sed duntaxat statuit, ne post quartam generationem ob alienationis prohibitionem in judicio agere liceret, facultate prohibendi pro libito alienationem testatoribus relicta. Pro qua resolutione sunt plurimi absolute docentes, prohibitionem alienationis quartam generationem non transgredi, quos refert Fachin. *controvers. lib. 4. cap. 100. in princ. & vide Alciat. in l. Filiusfamilias, §. Divi, de leg. 2.* Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 1. §. I. num. 26. verf. Quod omnes.*

At Justiniani novella constitutio non ubique recepta notatur per Peregrin. *d. art. 30. numer. 17.* Salced. *d. cap. 29. num. 10.* atque ita servabitur in unaquaque provincia, quod suis legibus statutum, aut moribus receptum constet circa prohibitionem alienationis: quapropter si in Hispania eveniret casus, de quo in præfata constitutione locus non esset imperiali decisioni, sed prohibitio alienationis extenderetur ad omnes familiæ generationes usque in infinitum; nam verba testatoris acciperentur juxta mores nostros, & regiam legem vigesimam septimam Tauri, cum regulare sit, ut supra præmittitur, quod verba dispositionis usurpentur secundum consuetudinem, & leges regionis, imò majoratus censeretur institutus, ut prædiximus *num. 11.* Idemque erit quoties verba denotantia perpetuitatem in favorem generis, vel familiæ in dispositione reperiuntur, sicut post Gregor. Lop. tenet Castill. *controvers. lib. 2. cap. 22. num. 80.*

Verf. Quin & hinc.

Constitutionem Justiniani, de qua hucusque actum, apud nos abrogatam per legem *II. tit. 6. lib. 5. Recopil. in Taurinis vigesimam septimam,* observant Pat. Molin. *sup. disp. 588. num. 1. verf. Quartò in majoratus, ad fin.* Mathienz. *in ead. l. II. gloss. 12. numer. 2.* Peregrin. *ubi proximè,* Alvarad. *de conject. mente defuncti, lib. 2. cap. 1. §. I. num. 26. verf. Quod omnes,* Menes. *in l. Voluntas, num. 25. C. de fideicom.* Sed dissentit Azeved. *in d. l. II. Recopilat.* restringens regiam constitutionem ad casum meliorationis, de qua loquitur. Mihi quidem lex Taurina non tam abrogatoria juris communis, quam declaratoria videtur, quòd novella Justiniani in Hispania non esset recepta, sicut prænotavimus *sup. num. 23.* de quo ne dubitaretur, Legislator expressit, licèt idem foret si omitteretur.

Verf. Quartò ex his.

- 25 Prohibitio alienationis injuncta filio ad primogenium vocato, & nepotem, & cæteros afficit successores usque in infinitum. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 4. numer. 12. & 26.* Castill. *sup. lib. 5. cap. 181. numer. 9.* Mieres *de majorat. part. 1. q. 15. numer. 38.* quod extra dubium est: tum quia regulariter alienationis prohibitio transit à filio in nepotem, quoties in utroque eadem prohibendi ratio reperitur. Molin. *numer. 30.* Castil. *ubi proximè, Menes. in l. Voluntas, numer. 26. C. de fideicom. & alii recensiti sup. numer. 14.* Tum etiam, nam qui exprimit se instituere majoratum; illum perpetuum existere intendit, & consequenter alienationem cunctis successoribus interdicere intelligitur, quanquam verba ad primò vocatum referat, ut prædiximus n. 11.

Verf. Quintò hinc examinari.

- 26 Idem ordo succedendi servatur in vocatis ad fideicommissum familiæ relictum, ac in venientibus ab intestato, l. ult. C. de verb. signif. Molin. *sup. lib. 3. cap. 9. n. 7.* D. Covar. *Practic. cap. 38. numer. 2. verf. Idcirco,* Salced. *de representat. lib. 3. cap. 11. numer. 4.* ubi plures. Unde sicut conjunctis extra decimum gradum non admittitur ab intestato ad legitimam hæreditatem, l. 6. tit. 13. part. 6. D. Covar. *in epit. de success. numer. 17.* Ant. Gom. *in l. 7. Taur. numer. 5.* ita nec ad fideicommissum istud. Peregrin. cum aliis *de fideicommiss. art. 30. numer. 3.* quod limitat *numer. 4.* quoties ex mente disponentis constiterit, quod voluit etiam ulteriores vocare, ac substituere. Quæritur à quo gradus dinumerentur, an à testatore, vel ab ultimo possidente? Et utriusque est inspicienda persona, ita ut sufficiat respectu cujusque intra decimum gradum existere, ut capiat fideicommissum Peregrin. n. 5.
- 27 Sed præcipuam conclusionem refellit Fachin. *controvers. lib. 4. cap. 100. ad fin.* probans fideicommissum eum non excludere qui est de familia, etiam ultra decimum gradum: sicut etiam refutat ibidem, *verf. Solet etiam dici,* opinionem existimantium ejusmodi fideicommissum annorum centum intercidere lapsu, quod ibidem impugnat Peregrin. *sup. ex numer. 6.* & priorem Fachinei sententiam æquissimè defendi posse, D. Covar. in calce hujus versiculi profitetur adversus Decium, & Ancharanum.

Ibi: Idem ipse cenſeo.

- 28 In Hispania successio majoratus omnes gradus transcendit, ita ut nullus etiam ultra centesimum existens removeatur, si jure succedere debeat. Peregrin. *d. art. 30. numer. 10.* Pat. Molin. *disp. 588. numer. 2.* Anton. Gom. *in l. 40. Taur. numer. 59. verf. Ex quibus noviter,* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 4. numer. 12. verf. His tamen,* & alii regnicolæ, qui communiter observant, successionem in primogeniis in infinitum procedere ad instar regni, nedum quoad descendentes, sed etiam quoad collaterales: quod ita verum est, ut semper per repræsentationem admittantur, ut latè per Salced. *de representat. lib. 2. cap. 29. à n. 12. & numer. 28.* plures refert.

Ibi: Quin & in casu.

Vide supra, num. 26. & 27.

Verf. Sextò ex his definiri.

Si bona jura majoratus deferri testibus, ac longa possessione probetur, & lateat quibus clausulis, seu conditionibus ille sit constitutus, junior malculus scæminam primogenitam ejusdem lineæ, ac gradus excludet. Mathienz. *in l. 1. gloss. 7. n. 3. tit. 7. lib. 5.* Hæc pluribus noster Præles comprobat, ipsaque constant ex præmissis *sup. n. 8. & 9.*

Ad Num. 5.

Quoties bona ejus sunt naturæ, ut ad unum primogenitum indivisibilia debeant pervenire, mas scæmina majori natu præfertur; si uterque in eadem linea existant, & gradu. Sic evenit in Commendis Indorum, quæ Regis munificentiâ vassallis in hoc novo orbe frequenter per Proreges, Præides, & alios Magistratus conceduntur. Et quidem majoratus non sunt. Ita regibus rescriptis stabilitum habetur, ac novissime l. 4. tit. 11. lib. 6. *Recop. Indiar. & tradunt Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. numer. 89.* Mathienz. *in l. 7. gloss. 6. numer. 4. tit. 7. lib. 5. Recop. Valenz. conf. 830. n. 6.*

Verf. Secundò hæc pars justior.

In Hispaniæ primogeniis idem receptum est. Pat. Molin. *de just. & jur. disp. 625. n. 3.* Gregor. Lop. *in l. 3. gloss. 2. tit. 13. part. 6.* Anton. Gom. *in l. 40. Tauri, n. 62.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. numer. 4.* Solorzan. *ubi proximè, Farlador. quotidian. lib. 3. quæst. 1. numer. 2.* Mieres *de majorat. part. 2. quæst. 6. numer. 2.* Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 4. numer. 20. & 32.* Mathienz. *in l. 5. gloss. 1. numer. 5. tit. 7. lib. 5. Recop. Azeved. ibidem, numer. 6.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 87. n. 4.* Salced. *de represent. lib. 1. cap. 12. numer. 1. in fin.* Castill. cum aliis *controvers. lib. 2. cap. 40. numer. 59.* de quo fusè uterque Molina, & Mieres. Hoc quod in successione regni stabilitum est l. 2. tit. 15. p. 2. ubi Gregor. Lop. *gloss. 13.* ad privatorum primogenia per imitationem transitulit usus.

Verf. Tertiò eadem opinio.

Quanquam dissentiant aliqui, certi juris est majoratum institutionem, servatis servandis, utroque foro licitam, utilemque censeret & ad reipublicæ decus, & ad illustrium familiarum splendorem conservandum, ut cum D. Covar. docent P. Molin. *sup. disp. 578. numer. 3.* Gregor. Lop. *in l. 32. gloss. 3. tit. 9. part. 6.* Anton. Gom. *in l. 40. Tauri, numer. 56.* Gutier. *Canonic. lib. 2. cap. 14. à princ.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 1. ex numer. 3.* Menes. *in rubr. numer. 4. C. de fideicom. Mieres sup. part. 1. quæst. 3.* Mathienz. *in l. 1. gloss. 1. numer. 12. tit. 7. lib. 5. Recop. Castill. controuv. lib. 4. cap. 9. n. 72.* ubi alii plures.

Cùm igitur majoratus publicam, ac privatam utilitatem præ se ferant, in favorabilibus numerantur, ut præter pronuper laudatos adnotarunt Solorzan. *d. lib. 2. cap. 16. numer. 17.* ubi plurimi, Ceval. *commun. quæst. 725. numer. 34.* Valenzuela *conf. 185. numer. 31.* Castill. laussimè *lib. 5. cap. 145. numer.*

num. 37. Molin. lib. 1. cap. 18. num. 7. & per tot. de quo consule Paz de tenut. tract. 2. cap. 85. nu. 102. & 103. ubi probat majoratus odium continere quoad filios secundogenitos: sed hoc per consequentiam evenit, quod non attendi debet, sed quod principaliter conditor majoratus intendit, idest familiæ ornamentum, ac conservationem; quapropter primogenia favorabilia censentur secundum prænotata num. 13.

Verf. Quartò ad hujus partis:

34 Hæc observavimus sup. n. 9. de quibus Molin. lib. 1. cap. 2. ex num. 16. & in quibus regnum, & majoratus convenient, sigillatim cap. 3. à num. 6. Rursus in quibus discrepent, Paz. ubi proximè, num. 38. cum seq. A regni successione ad majoratus sumitur argumentum. Molin. d. cap. 2. num. 26. Paz. num. 34. Castill. lib. 5. cap. 164. nu. 1. & n. 2. limitat cum Molin. d. lib. 1. cap. 13. num. 63. nisi diversa ratio militet: consentit P. Molin. disp. 622. num. 3. verf. Ad tertium.

35 Quid è contrà, utrum liceat arguere ab inferioribus primogeniis ad regnum, magis ambigitur, de quo Molin. sup. lib. 1. cap. 3. num. 24. Paz ex num. 35. Castill. num. 9. ex quibus constat procedere argumentum, nisi rationis diversitas reperitur: unde inferunt, in successorem regni dominium, & possessionem bonorum Regiæ coronæ ipso jure transire, eidemque tenuræ remedium dari.

Verf. Quintò feuda, & majoratus.

36 De feudo ad primogenium deduci validum argumentum, non paucis placet, quos refert, ac sequitur Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 80. de quo Molin. lib. 1. cap. 7. à n. 1. Castill. d. lib. 5. controvers. cap. 241. num. 12. & circa rem, de qua agimus, inter utrumque cognita est differentia; nam foemina à successione feudi regularis, & directi prorsus excluditur, cap. 1. §. fin. de success. feud. l. 6. tit. 26. part. 4. ubi Gregor. Lop. gloss. 2. Sed in majoratu, masculis non concurrentibus, succedit argumento legis 2. tit. 15. part. 2. Solorzan. d. lib. 2. cap. 16. num. 89. & 90. quod discrimen observant Molin. sup. num. 4. Castill. ubi proximè, Parlador. different. 19. num. 3. ejusque ratio facile percipietur ex traditis per me sup. lib. 2. cap. 18. num. 7. Præfata foeminarum exclusio non semper locum obtinet, etenim sæpe ex natura feudi ipsæ ad successionem admittuntur. Solorzan. num. 90. & prænotavi d. cap. 18. num. 57. sed non extantibus masculis.

Verf. Sextò alia item ratione.

37 Majoratus Hispaniæ dignitatis splendore per se non decorantur, licet per accidens illam possint continere. P. Molin. de just. & jur. disp. 620. num. 4. Petr. Barbosa in l. Cum prætor, §. fin. ex num. 171. ff. de judic. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 7. num. 4. cum seqq. Castill. controvers. lib. 5. cap. 147. num. 8. Verum majoratibus dignitatem inesse sentiunt plures, D. Covar. sup. lib. 1. cap. 15. num. 14. Anton. Gom. in l. 40. Taur. in princip. Alvarad. de conject. ment. def. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 12. & alii apud Mathienz. in l. 5. gloss. 2. n. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Dicendum est, majoratum propriè dignitatem non esse, sed ita appellari potest, quia honorificos, & honore dignos efficit pos-

seffores, ac familias. Solorz. sup. cap. 17. n. 13. obtinent enim hi communi æstimatione hominum auctoritatem, ac præminentiam, veluti in dignitate constituti: atque ita D. Covar. ubi proximè, inquit, majoratum velut quandam constitui dignitatem.

Hinc inferitur, notatos etiam juris infamiâ non 38 removeri à majoratus successione, quoniam annexam habeat publicam dignitatem titulo Ducatus, aut Marchionatus, P. Molin. ubi pronuper, Molin. lib. 1. cap. 13. ex n. 7. quanvis alias infamibus dignitatum januæ sint clausulæ, cap. Infamibus 88. de reg. jur. in 6. l. 2. C. de dignitat. lib. 12. & ibi Glossa.

Quamvis foemina capax censeatur ad succeden- 39 dum in Regno, ac inferioribus dignitatibus adhuc administrationem habentibus, nisi remota reperitur (ut apud Gallos ex lege Salica l. 2. tit. 15. part. 2. cap. Significavit 36. de rescript. cum aliis, quæ adducit Tiraquel. de jur. primog. quest. 10. num. 2. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 26. num. 29. ubi plures, Molin. d. cap. 13. num. 15. Salced. de represent. lib. 1. cap. 12. num. 1. tam quoties masculus ejusdem lineæ, & gradus concurrat, etiam minor natu, illa prorsus excluditur; cedit enim privilegium primogenituræ præstantiæ, atque aptitudini sextus, d. l. 2. Partit. ubi Gregor. Lop. gloss. 13. Tiraq. d. quest. 10. n. 7. c. 18. cum seqq. Saceld. ubi proximè.

Verf. Septimò ad idem probandum.

Quoties feudum conceditur, ut ad liberos, aut 40 hæredes perveniat, foemina, etsi deficiat masculus, non succedit, ut prænotavi sup. lib. 2. cap. 18. num. 52. nam hoc est de natura feudi, ut assertum est num. 36. Sed si recipiatur expressim pro masculis, & foeminis, ita demùm hæ admittuntur, si nullus ex illis etiam minor natu superfit, cap. 1. §. Quin etiam, tit. Episcopum, vel Abbatem, &c. in usib. feud. ubi Gloss. verb. Non admittuntur; Gerard. Niger apud Cujac. lib. 1. de feud. tit. 4. Gregor. Lop. in l. 3. gloss. 12. tit. 13. p. 6. Mathienz. in l. 7. gloss. 6. in fin. tit. 7. lib. 5. Recop. Castill. lib. 5. cap. 86. num. 31. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 11. Clar. §. Feudum, quest. 73. n. 3. Tiraq. de jur. primogen. quest. 10. num. 9. ubi quod feudum vocatur foemineum: & hoc contra Baldum ampliat Molin. num. 12. tametsi dicatur, ut masculi cum foeminis succedant.

Ibi: Non oberit his.

Ultra ea, quibus D. Præles satisfacit objectio- 41 ni legis 12. tit. 33. part. 7. adjici poterit, quod decisio illa solum supponit, posse aliquando contingere, ut foemina major natu masculum minorem excludat à primogenii successione; nam sunt casus ubi foemina primogenita habet jus saltem probabile contra fratrem, velut si foemina instituat majoratum, de quo Tiraq. d. quest. 10. n. 27. plures laudans pro foeminis. Deinde si quis filios habens, filiam primò ad majoratum vocet, in successoribus de prælatione masculi ætate minoris meritò dubitabitur, quæ institutio jure permittitur, teste Anton. Gom. in l. 40. Tauri, num. 60. Similiter dicendum si majoratus conditor vocaverit primogenitum, sive masculum, sive foeminam, exclusa prælatione propter sexum. Ubi igitur masculus, & foemina ita pariter nascuntur, ut

ut lateat quis prior in lucem prodierit, omnis quæstio de jure foeminae in præmissis cessabit casibus, & masculus qui ante editus jure præsumitur, obtinebit primogenium: & hoc Regia decisione stabilitur citra derogationem prælationis masculorum regularis, quæ est de majoratum natura. De interpretatione dictæ legis Partitarum, & quid juris in regni, & majoratum successione, ubi gemini ejusdem sexus nascuntur, agit Molin. *de primog. lib. 3. cap. 1. d. num. 19.* Tiraq. *de jur. primog. q. 17.*

Verf. Rursus septimò principaliter.

- 42 Fulcita jam foeminarum exclusionem propter masculos ejusdem gradus, & lineæ septem fundamentis, nunc docet D. Covar. juxta primogeniorum naturam foeminas proximiores admitti, licet masculi inferioris gradus concurrant ad successionem. Molin. *lib. 3. cap. 4. per totum, & cap. 6. in princip.* Salced. *de representat. lib. 1. cap. 12. num. 2.* Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib. 3. §. 4. nu. 45.* P. Molin. *sup. disp. 625. n. 3. & 6.* Mathienz. *in l. 7. gloss. 6. num. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Gutier. pract. lib. 2. q. 87. n. 6.* Parlador. *quotidian. lib. 3. q. 1. num. 2.* Gregor. Lop. *in l. 3. gloss. 2. col. 7. tit. 13. part. 6. Castill. lib. 2. cap. 4. num. 159.* Mieres *de majorat. part. 2. q. 6. ex n. 2. & ita jubetur l. 13. tit. 7. lib. 5. Recop. representat. tamen jure remotior masculus foeminâ potior erit, ut si possessor relinquat filiam primogenitam, & nepotem ex filio etiam minore, quoniam hic superabit amitam in majoratus successione.*

Ibi: Quamobrem ita tenendum.

- 43 Masculi remotiores foeminis proximis præponuntur in successione; si ita cautum per majoratus conditorem reperiatur, *l. 13. tit. 7. lib. 5. Recop. P. Molin. sup. num. 6. Molin. d. cap. 14. ex n. 15.* Gregor. Lop. Castil. ac cæteri immediatè laudati. Olim quidem foeminarum exclusio ob remotiores masculos ex variis, ambiguisque præsumptionibus inducebatur, ut videre est apud Molin. *d. cap. 5.* Gregor. Lop. Castil. Mier. Alvarad. Parlad. & alios *ubi proximè.* Novissimè verò a. 1611. sub Philippo III. sancitum est, foeminas minimè à majoratum successione rejiciendas esse; admittis masculis gradus inferioris, nisi ita perspicuis, ac expressis verbis jusserit institutor, *l. 13. tit. 7. lib. 5. Recop.* De foeminarum exclusionem plura nobis discenda jam memorati reliquerunt, & alii plene innumeri apud Castill. *n. 3.*

Ad Num. 6.

- 44 Possessio civilis ac naturalis bonorum omnium, quæ ad majoratum spectant, illius possessore decedente, in legitimum successorem jure ipso transfertur absque actu aliquo vero, vel ficto apprehensionis, *l. 45. Tauri, quæst. 8. tit. 7. lib. 5. Recopilar. Anton. Gom. & Avendañ. in d. l. 45. Mathienz. & Azeved. ad l. 8. Greg. Lop. in l. 7. gloss. 2. tit. 4. p. 5. ubi Hermos. d. num. 4. P. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 636. cum seqq. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 12. per tot. Paz de tenuit. cap. 28. num. 67. Castill. controvers. lib. 5. cap. 91. num. 48. Amat. variar. resol. 39. num. 126. Mier. de majorat. part. 3. q. 1. cum aliis, Gutier. pract. lib. 2. q. 86. & 87. Menes. de fideicommiss. in rubr. num. 8. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 12.*

n. 96. ubi quod Taurina decisio in majoratibus Indiarum observatur. Paz sup. cap. 39. n. 34.

Ibi: Etiam si possessio rerum ad majoratum.

Possessionem lex transfert, etsi res primogenii à tertio retineatur: & ita verum est, quamvis nunquam in potestatem possessoris ultimi majoratus devenerit, veluti si ante realem bonorum apprehensionem à vita migraverit. Gregor. Lop. *d. gloss. 2. col. 2. Paz sup. cap. 35. num. 19. cum seqq. Hermos. num. 29.* Sed maximè controvertitur, an hujusmodi possessionis transmissio, & lex 45. procedat in eo qui primo succedit majoratus conditori? Negativam sustinet Molin. *d. lib. 3. cap. 13. num. 40. cum seqq.* cui adhæret Pat. Molin. *disput. 638. n. 1.* Affirmativam Anton. Gom. *num. 117. Paz cap. 21. ex num. 5. Mathienz. in d. §. 8. gloss. 5. num. 8. Avend. in d. l. 45. gloss. 3. num. 2. & hanc praxi receptam testantur Addit. ad Molin. Gutier. (licet Molinæ sententiam de jure veriore agnoscat,) Practic. lib. 3. q. 72. n. 3.*

Etiam quæstionis est, num ex dicta lege agi possit adversus titulo possidentem? Quam controversiam sub distinctione absolvit Molin. *d. cap. 13. n. 55.* nam si ex ipsius tituli inspectione de ejus defectu, ac nullitate appareat, non proficiet possidenti quominus ex lege conveniatur, alias secus. Accedit P. Molin. *ubi proximè, n. 4.* sed præfatam distinctionem rejicit, negativè resolvens, *Paz cap. 28. num. 18. cum seqq.* non tamen à Molina recederem.

Ibi: Nec oberit, quod quibusdam.

Nonnulli, in quibus peritissimus Ant. Gom. *num. 116.* senserunt legis 45. decisionem solum convenire majoratibus regia facultate institutis. Contrarium à cunctis nostratibus receptum reperimus, ut apud Molin. *sup. num. 62. Castill. lib. 3. cap. 19. n. 280. Gutier. Pract. lib. 2. q. 86. Salced. de representat. lib. 3. cap. 5. n. 12. Mathienz. in d. l. 8. Recop. gloss. n. 4. P. Molin. disp. 636. n. 5. & ita alii plures apud Castil. & Salced. qui omnes contra Anton. Gom. probant, vincula favore familiæ perpetuò relicta, in Hispania absque Regis facultate esse, ac dici propriè majoratus. Imò lex nostra ampliatur ad patronatus, & anniversaria, quæ jure majoratus deferuntur. Castill. *sup. Menes. in rubr. de fideicommiss. n. 9.**

Verf. Caterùm quoad ipsam legem.

Solet in disceptationem revocari, utrùm statuto, vel consuetudine possit transferri possessio absque aliquo apprehensionis actu, sicut lege 45. Tauri cavetur, de quo latè Tiraq. *tract. mors omni. solv. part. 1. declarat. 6.* qui cum pluribus affirmativam amplectitur, & Amat. *var. resol. 39. num. 21.* cui ex nostratibus subscribere Anton. Gom. *in d. l. 45. n. 111. P. Molin. disp. 636. n. 3. Azeved. in l. 8. n. 18. tit. 7. lib. 5. Recop. ubi Mathienz. gloss. 1. n. 3. in ead. l. 8. Paz de tenuit. cap. 48. n. 13. Molin. de primog. lib. 3. cap. 12. n. 16.* Sed inter statuta Galliæ, ac Italiæ, quæ ita possessionem in hæredes transfundunt, & nostram Taurinam constitutionem nonnullas differentias recenset Paz *d. cap. 48. ex n. 6.*

Hæc

49 Hæc civilissima possessio, quæ & artificialis nuncupatur, an si vera, vel ficta, controvertitur apud Argel. *de acquir. possess. q. 13. art. 8. à num. 22.* de quo plenè Tiraq. *d. tract. part. 5. declarat. 1. Amat. sup. n. 52.* Et quoad dictam legem 45. veram, & propriam transferri possessionem profitentur P. Molina. *Ant. Gom. Matienz. ubi proximè, Gutier. Pract. lib. 2. q. 87. num. 7. Molin. d. cap. 12. num. 19. Paz sup. cap. 50. num. 9.* Verumtamen lex non confert majoratus successoris facultatem, ut actualem possessionem, ejecto tertio possessore, propria autoritate apprehendat, sed possessoriis remediis uti oportebit. *Molin. num. 12.* Nec ex ipsa constitutione tribuitur diversa possessio ab illa, quam ultimus possessor obtinebat, sive civilem, sive naturalem, aut nudam detentationem: quod ita verum est, nisi factò possessoris, veluti per alienationem, possessio in tertium transisset. *Molin. n. 17. Paz d. cap. 48. n. 18.* aut iniquè à majoratu aliàs abdicaretur.

Verf. Ex hoc verò non sequitur.

Adde P. Molin. *sup. Tiraquel. d. part. 1. declarat. 6. ex n. 5. Paz ubi proximè, n. 13.* qui pro hac sententia rationes expendunt.

Verf. Et præterea, ibi: *Est tamen circa has.*

50 Cui ex l. 45. Tauri, possessio absque actu aliquo juris ministerio confertur: competunt remedia, seu interdicta possessoria adipiscendæ, retinendæ, ac recuperandæ. *Molin. d. lib. 3. cap. 13. per tot. Paz de tenur. cap. 1. num. 28. P. Molin. de justit. & jur. disp. 637. n. 2. Castill. controvers. lib. 3. cap. 24. à num. 26. Anton. Gom. in d. l. 45. nu. 118. Matienz. in l. 8. gloss. 2. ex num. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Azeved. in ead. l. 8. n. 19. cum seqq. Similiter hujusmodi remedia conceduntur hæredi, in quem possessio ex statuto transmittitur. Amat. pluribus laudatis *d. resol. 39. ex n. 53. P. Molin. ubi proximè, alter Molin. n. 2. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. n. 60. Tiraquel. tract. mors omn. solv. part. 6. declarat. 1. cum seqq. Argel. de acquir. possess. q. 13. art. 8. à n. 19.**

Verf. Item & hic possessor.

51 Majoratus successoris, vel hæredi datur interdictum retinendæ, ut adnotant nuper laudati, & plures alii, quos refert Amat. *ubi proximè.*

Verf. Sic & interdicto recuperandæ.

52 Consulæ præcitatos, & quos adducit Amat. n. 29. nam controversum est, an transeat possessio ex statuto in hæredem, si bona per tertium occupentur ante hæreditatem aditam?

53 Apud nos summariissimum remedium, quod tenuta dicitur, lex regia introduxit, de quo Molin. *d. cap. 13. in princ.* Christophor. de Paz plenum tractatum edidit, & alii nostrates fusè disferuerunt. An hoc & alia possessoria remedia concedantur ex lege 45. Tauri, postquam successor bona majoratus realiter apprehenderit, si fortè à possessione ceciderit, docet Molin. *cod. cap. 13. num. 8.* quem sequitur P. Molin. *d. disput. 637. num. 3. Paz sup. cap. 2. ex num. 18.* consulendus etiam Tiraquel. *cit. tract. part. 7. declarat. 2. Su. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

premium Indiarum Consilium de tenuta nullam habere cognitionem, latè probat Paz *cap. 39. ex num. 18.*

Verf. Huic regie decisioni.

Feudi possessio absque apprehensione non tran- 54
sit in filium ultimi possessoris, ut post D. Covar. fusè probat Tiraquell. *tract. mors omn. solv. p. 1. declaratione 4. Matienz. cum pluribus in l. 8. gloss. 2. n. 17. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* Contrà ex multis tenet Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. num. 54.*

Ibi: Sic sanè quod scribitur.

Filius dicitur, etiam vivente patre, feudum pos- 55
sidere impropiè propter successionis spem, sicuti filius Regis, vel Comitis superstitis, Rex aut Comes solet nuncupari. *Molin. de primogeniis lib. 3. cap. 6. à num. 16. & filius bonorum patris viventis dominus censetur, l. In suis II. de liber. & posthum.*

Verf. Hinc constat regiam.

Adde Matienz. *sup. n. 19. & à me prænotata sup. lib. 1. cap. 14. n. 10. cum seqq.*

Ad Num. 7.

Circa intellectum legis 46. Tauri, quæ est 6. 56
tit. 7. lib. 5. Recopilat. non pauca tradiderunt Anton. Gom. *in d. l. 46. Matienz. & Azeved. in d. l. 6. Molin. sup. lib. 1. cap. 26. ex num. 14. Gutier. Practicar. lib. 2. quest. 81. cum seqq. Pat. Molin. disputat. 644. num. 2. Garfias de expens. cap. 13. à num. 43. Paz Civil. quest. 6. & 7. Mieres de majorat. part. 4. quest. 33. Castill. controuv. lib. 5. cap. 144. num. 14. Menel. in rubrica, num. 10. de fidei-commiff. Alvarad. de conjectur. ment. defunct. lib. 2. cap. 4. n. 37.*

Illud inter cætera observant Interpretes, quod 57
D. Præses hîc docuit, scilicet Regiam Constitutionem observandam esse etiam in primogeniis absque Regis facultate institutis, in anniversariis ac patronatibus, aliisque quibuscumque bonis, quæ in Hispania jure majoratus deferuntur, *Gutier. quest. 85. Azeved. num. 7. Paz q. 6. num. 45. & 46. Menel. ubi proximè, Garfias nu. 46. Molin. lib. I. cap. 1. num. 27.*

Ad Num. 8.

Lex 40. Tauri, quæ est 5. tit. 7. lib. 5. Re- 58
copilat. jungenda est legi 14. ejusdem tituli, qua illa servari præsumitur, nisi expresse majoratus conditor jus repræsentationis exclusiverit: pro quarum constitutionum enucleatione ultra Antonium Gomezium, Azevedum, atque Matienzum *in eisdem tegibus*, consulendi sunt Molin. *lib. 3. cap. 6. & 7. Castill. sup. lib. 3. cap. 19. Pat. Molin. de just. & jur. disputat. 626. cum seq. Salced. de repræsentat. lib. 2. cap. 29. & Practicar. cap. 38. nu. 58. & comprobavimus repræsentationi locum fore quoties apud nos bona majoratus jure transmittuntur, quod dicta lex decimaquarta in anniversariis, ac patronatibus observari præcepit. De controversia inter patruum & nepotem egimus ibidem, *ex num. 38.* Sed & neptis ex fratre minore amittæ præfertur*

H

pri-

primogenitæ, non quoniam illa masculinitatem repræsentet patris, quod fieri nequit, ut plurimis probat Salced. lib. I. cap. 12. ex n. 14. Molin. dicto cap. 6. n. 49. sed quia potioris est lineæ; siquidem masculus primam constituit ac jus successionis parat suis liberis, etsi existat soror major natu. Molin. d. lib. 3. cap. 4. n. 12. & adde per me tradita. Practic. cap. 38. n. 44. quæ ad rem faciunt, ac per Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. à n. 52.

Verf. Caterùm ea quæ.

- 59 Ubi bona majoratus esse judiciali sententiâ pronuntiantur, omnia servari debent quæ ex legibus, & consuetudine in primogeniis regularibus sunt stabilita: quod utique procedit quoties majoratus fit mentio in privilegio, testamento, scriptura, donatione, probatione, ac in alia quavis dispositione. Matienz. in l. 1. gloss. 7. num. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilat. cum res judicata pro veritate habeatur, l. Ingenuum 25. de stat. homin. Idem juris erit de majoratu per sententiam declarato, ac si de ipsius institutione per scripturam appareret.
- 60 Libet adjicere quod in controversiis de majoratum successione in primis est lineæ inspicienda, secundò gradus, tertio lexus, ultimo ætas. Itaque qui prioris est lineæ, superat omnes qui de illa non sunt: si in eadem lineæ consistat uterque, proximior admittitur: ubi in eadem lineæ, ac gradu existunt litigantes, masculus prævalet: si quoad omnia sint pares, ætate major præponitur, de quo Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. numer. 13. Pat. Molin. de justitia & jure disput. 625. num. 5.

S U M M A R I U M.

- 1 De potestate Principis ad infringendas voluntates defunctorum, qui majoratus instituerunt, quædam distinctio traditur.
- 2 Quoad derogandum clausulis majoratum per Principem nihil refert, an fuerint regia facultate constituti, necne, & n. 15.
- 3 Principi an liberum sit privilegia, quæ concessit, pro libito, nulla existente causa, revocare?
- 4 Princeps nec de plenitudine potestatis valet immutare dispositiones, nisi ex causa, quas ex ejus facultate majoratum fundatores adjiciunt.
- 5 De potestate Principis ad subvertendas ultimas subditorum voluntates, qui disserunt, remissivè.
- 6 Princeps nequit sine causa adimere quæ de Jure Civili competunt subditis.
- 7 Legitimare spurium quando possit Princeps, ut in majoratu, aut bonis liberis succedat, & de legitimatione qui egerint, & n. 26.
- 8 Legitimus non succedit in feudo, nisi ad id specialiter dispensetur.
- 9 Nec in commendis Indorum. Legitimus per subsequens matrimonium, in feudis ac commendis succedit, ibid.
- 10 Sexti cujusdam argumenti resolutio, remissivè.
- 11 Princeps non poterit absque causa dispensare contra convenum in feudi concessione, ut femina succedat, exclusis vocatis.
- 12 Similiter nec spurium legitimare.
- 13 De feminarum exclusione, aliisque conditioni-

bus, quæ majoratibus inferi solent, remissivè: & an exclusio feminarum odiosa, vel favorabilis?

- 14 Privilegium quando latè, vel strictè debeat interpretari.
- 15 Princeps non valet substitutiones, ac conditiones majoratum immutare, & n. 47.
- 16 Princeps nequit absque causa defunctorum voluntatibus ultimis derogare.
- 17 Nec subditis dominium etiam de plenitudine potestatis auferre, nisi ob publicam necessitatem; vel utilitatem.
- 18 Ampliatur ibi, licet sit Jure Civili quæsitum, ac ex Principis gratia.
- 19 Similiter nec jus ad rem, vel possessionem adimere.
- 20 Facultas testandi est juris gentium.
- 21 Si quid relinquatur in opus pium, vel publicum, Pontifex, aut Princeps laicus commutare poterit dispositionem.
- 22 Si ex quantitate ad opus id legata superfuerit aliquid, an sit hæredi relinquendum? & n. 23. & 24.
- 25 Principi licet obstaculum juris removere cum aliorum detrimento, ut legitimando spurium, ut patri succedat, si non obstet defuncti voluntas.
- 26 Princeps non valet legitimare spurium, ut succedat post delatam venientibus ab intestato hereditatem, & multo minus post aditionem.
- 27 Princeps potest capacitatem concedere inhabili ad succedendum cum aliorum detrimento adversus legem, aut consuetudinem, non contra defuncti dispositionem.
- 28 Principi non licebit legitimare spurium, ut in majoratu succedat, quando constat fundatorem exclusisse legitimatos.
- 29 Utrum Princeps possit legitimare spurium, ut in majoratus succedat, cum non appareat per conditorem excludi? & n. 30. & 31.
- 32 Legitimare quando possit Princeps, ut non legitimus in feudo succedat.
- 33 Princeps an valeat dispensare, ut femina succedant in feudo, & n. 34. & 35.
- 36 Princeps num valeat jus nondum quæsitum tollere subjectis.
- 37 Femina ex consuetudine, vel statuto admitti possunt ad feudi successionem.
- 38 Princeps nihil agere valet, nisi ex causa publica, in præjudicium subditorum, sive de contractibus sive de ultimis voluntatibus, aut majoratibus tractetur. Suos contractus debet observare, ibid.
- 39 Princeps nequit hominum dispositiones licite factas ad jus commune reducere, & quare.
- 40 Principi non est absoluta potestas, ut adversum jus naturale, vel gentium contractus, & ultimas voluntates vassallorum infringat, nisi publica urgente causâ.
- 41 Reprobatur distinctio potestatis Principis in ordinariam, & absolutam, quæ ut tyrannis damnatur, & n. 42.
- 43 Princeps absoluta utitur potestate, qui contra proprias regni leges quicquam decernit: & an peccet, si id absque justa causa faciat. Utrum possit in modicis nocere subditis, ibid.
- 44 Clausula, Ex certa scientia, nil operatur ubi in Principe deficit potestas.
- 45 Princeps sicut non potest omnino defunctorum voluntates infringere, ita nec ex parte eisdem derogare.

CAPUT VI.

Ad Num. 1.

- 46 Princeps quando queat jus nondum quæsitum tollere absque causa.
- 48 Princeps ex causa non publica potest concedere facultatem ad alienanda bona majoratus, tametsi conditor id expressè prohibuerit. Sed hoc restringitur, & declaratur, ibid.
- 49 De facultatibus Regiis ad alienanda primogeniorum bona, remissivè.
Non debent facile concedi, ibid.
- 50 Utrum liceat dotis causâ bona majoratus hypotheca subijcere, seu alienare, ibidem & seqq.
- 51 *Ubi est causa legitima, ut bona majoratus alienationi subdantur.*
De intellectu authenticæ Res quæ, C. commun. de legat. remissivè, ibid.
- 52 Refertur affirmativa.
- 53 Ampliatur ad matrimonium spirituale per ingressum Religionis.
- 54 Ampliatur etiam quamvis testator expressè alienationem interdixit.
- 55 Restringitur præfata ampliatio.
- 56 Bona fideicommissi alienari non possunt causâ dotis, si specialiter per testatorem prohibeatur: quod restringitur.
- 57 Prohibita expressè alienatione in majoratus fundatione propter dotem, bona vinculo astricta nequeunt ex ea causa alienari: quod ampliatur.
- 58 Bona fideicommissi, deficientibus aliis, possunt alienari, aut obligari pro dotis restitutione.
An bona fideicommissi possint alienari pro dotibus fæminarum, quæ à primo testatore non descendunt, ibid.
- 59 Ampliatur conclusio tradita, etsi dos data sit post fideicommissum relictum, & testatoris mortem. Et quid si dos sit confesata.
- 60 Ampliatur eadem conclusio, licet mulier tradens dotem cognoverit, viro nulla alia esse bona nisi quæ restituere per fideicommissum tenebatur.
- 61 Pro augmento dotis bona fideicommissi alienari permissum non est.
- 62 Non devenitur ad alienationem bonorum fideicommissi, nisi libera desint.
- 63 Procehit etsi testator jufferit ex bonis fideicommissi dotem constitui, & an mulier excutere teneatur bona alia, ut ad fideicommissi alienationem perveniat? Quid si ex contractu sit alienatio vetita, ibid.
- 64 Facultates Regiæ ad alienanda, vel obliganda majoratum bona propter dotem, an concedi possint, & n. 65.
- 66 Ubi bona jure majoratus deferuntur, inest semper tacita alienationis prohibitio.
- 67 In primogeniis apud Hispaniam non est locus constitutioni authenticæ Res quæ, C. commun. de legat. quod declaratur.
- 68 Beneficio authenticæ Res quæ, gaudent omnes descendentes à testatore in infinitum, & n. 69. & 70.
- 71 Quid in majoratibus Hispaniæ.
- 72 Non licet, aut non deget, quod Princeps absque causa beneficia retractet.
- 73 Princeps rectè poterit quæ concessit, ex causa justa revocare: ubi de donationum Regis Henrici moderatione.

DE potestate Principis quoad derogandum substitutionibus & clausulis per conditores majoratum adjectis differunt plures, quos cumulat Castill. *controv. lib. 2. cap. 28.* quam disputationem D. Covar. aggreditur, tali præmissa distinctione, ut si præcessit facultas Principis ad institutionem primogenii, tunc ille possit etiam citra causam, formam præscriptam succedendi immutare ex consensu possessoris, modò jam jus tertio quæsitum non sit, quod tenuit Greg. Lop. in l. 3. gloss. 2. col. 9. tit. 13. part. 6. Salced. de representat. lib. 3. cap. 5. n. 26. ubi alii. Quod si majoratus ex legum permissione absque facultate regia constitueretur, non valeret Princeps, nisi causa urgente, dispositionem fundatoris violare, & hoc infra n. 5. resolvitur.

Quoad priorem distinctionis partem contra D. Covar. receptum est, quia nihil interest quod majoratus regia facultate instituatur, necne, ut Princeps ampliorem potestatem ad derogationem clausularum obtineat, ideo præfata distinctionem rejiciunt P. Molin. de just. & jur. disp. 174. vers. Sexta conclusio, Ant. Gom. in l. 40. Fauri, num. 89. Sarmient. Select. lib. 1. cap. 8. num. Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. Paz de tenuta, cap. 57. nu. 183. Menchac. de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 32. Matienz. in l. 7. gloss. 5. nu. 4. tit. 7. lib. 5. Recopil. Marta de jurisd. casu 74. nu. 13. Quam sententiam veriore, ac æquiore, fortassè inquit noster Præses in fine hujus capituli, sub vers. quod verò obiter, quod præter laudatos observavit Mantic. de tacit. convent. lib. 13. tit. 40. num. 5.

Ibi: Hoc probatur ex eo.

Quamvis communis ferat opinio, quod Principi est liberum adimere, aut coarctare præter causam privilegium, quod ipse ex mera gratia subditis concessit, pro qua plures refert Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 27. num. 35. & 41. & Matienz. in l. 6. gloss. 1. n. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. contrarium tamen probant aliqui apud Matienz. num. 1. & 2. Mantic. ubi sup. num. 12. & ante omnes egregiè Molin. lib. 4. cap. 3. à n. 18. Idem de potestate ordinaria concedit Solorzan. num. 68.

Sed quicquid de ea controversia sit, ratio quæ ex ea deducitur pro præfata distinctione non inest; nam aliud est tollere, aut restringere privilegium; & aliud effectum virtute illius productum immediatè ex voluntate instituentis majoratum, qui de propriis bonis, Rege concedente facultatem, disposuit: nec jus acquisitum ad apponendas condiciones, ac clausulas, quas expressit, sine causa auferri potest etiam de plenitudine potestatis. P. Molin. sup. vers. Hoc tamen fundamentum, Molin. d. cap. 3. n. 21. cum seqq. Alias graviter deciperentur qui supremam auctoritatem quærentes ad primogeniorum firmitatem, eorundem facilem destructionem reportarent, ut animadvertit D. Covarruv. in ultimis hujus capituli verbis.

Verf. *Quod si majoratus.*

Subjungit Præsul noster alterum suæ distinctionis caput de majoratibus absque regia facultate creatis, disputans num Princeps quoad illos valeat substitutionibus, ac clausulis derogare?

Verf. *Prima, constat etenim.*

- 5 De potestate Principis circa ultimas decedentium voluntates frequens est controversia apud Scribentes, quos recenset Castill. lib. 2. cap. 28. & lib. 3. cap. 28. & pro resolutione quæstionis, & hujus argumenti responsione legas quæ D. Covar. docet infra, n. 7. & ibi per me adjicienda n. 21. cum seqq.

Verf. *Secundò hoc idem.*

- 6 Huic rationi satisfiet cum D. Covar. infra, verf. *Secunda prioris sententiæ.* Verùm hic animadvertere opus est, quod etsi facultas testandi à Jure Civili proveniret, non ideo posset Princeps ultimis voluntatibus derogare; nam eidem non licet absque causa adimere quæ subditis Jure Civili competunt. P. Molin. sup. verf. *Contrariam tamen Fachin. controvers. lib. 8. cap. 63. verf. Secunda quæstio,* Molin. lib. 2. cap. 7. n. 29. Sarmient. *Select. lib. 1. cap. 8. à n. 14.* Pinel. in rubr. part. 1. cap. 2. n. 4. & 5. ad l. 2. C. de rescind. vendit. Rebuff. ad leg. Gall. tom. 2. tract. de restitut. art. 2. gloss. 4. in princip. Matienz. in l. 6. gloss. 1. num. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. & alii quos laudat Ant. Gabr. conclus. lib. 3. tit. de jur. quæsit. non tollend. resol. 1. nu. 17. qui n. 18. dissentientes recensuit.

Verf. *Tertiò apparet.*

- 7 Objectionem istam absolvit Præses noster inferius, verf. *Tertiò non obstat,* qui de legitimatione pluribus egit de matrim. part. 2. cap. 8. §. 8. de qua etiam Greg. Lop. in l. 3. & 9. tit. 15. p. 4. Castill. controvers. lib. 4. cap. 22. à n. 40. P. Molin. de just. & jur. disp. 173. cum seqq. Marefcot. var. lib. 2. cap. 88. Matienz. in l. 10. gloss. 1. & 2. tit. 8. lib. 5. Recop. Peregrin. de fideicom. art. 23. Trentacinq. var. lib. 1. tit. de legitimat. Ex quibus constat, quod Princeps valet vulgò quæsitum filium legitimare in præjudicium abintestato venientium, etiam post delatam hæreditatem, ante additionem, modò assensus prædefuncti patris præcesserit ad legitimationem. Greg. Lop. in d. l. 9. gloss. 2. P. Molin. disp. 174. verf. *Quarta conclusio,* Matienz. sup. gloss. 1. n. 21. Cancer. variar. lib. 3. cap. 3. n. 38. Quod attinet ad bona majoratus Princeps absque causa nequibit spurium legitimare in vocatorum exclusionem. Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. ex nu. 25. Castill. sup. lib. 5. cap. 106. à num. 4. ad 31. P. Molin. verf. *Quoad res attinet.* Vide infra, nu. 25. & 27.

Ad Num. 2.

Huc spectant omnia pronuper tradita de legitimatione, & D. Covar. respondet sub verf. *Eadem equidem,* huic fundamento, pro quo præter jam laudatos consule quos refert Castill. dicto cap. 106. n. 12. verf. *Eandem,* & n. 30.

Verf. *Quintò in hujus partis.*

- 8 Habes solutionem infra, verf. *Quinta ratio facil-*

limè. Legitimus Principis rescripto non admittitur ad feudum, nisi expresse ad id legitimetur Molin. d. cap. 3. n. 26. Castill. lib. 5. cap. 84. n. 47. Pat. Molin. de disp. 174. in fin. Melch. Phœb. Lusit. decis. 97. n. 28. Clar. §. *Feudum,* n. 1. Peregrin. de fideicom. art. 6. n. 26. Villalob. com. opin. lit. L, nu. 94. Solorzan. cum aliis de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 17. n. 38. ubi etiam dissentientes haud paucos refert, tenentes absolute legitimatum in feudo succedere, pro quorum concordia vide Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de legitimat. resol. 2. ex n. 30. ubi varios casus diversimodè decedit. Vide infra, n. 12. & 31.

Successio quoad Indorum Commendas feudis similes non defertur rescripto legitimatis, nisi concedatur expresse. Solorzan. nu. 33. cum seqq. Legitimus verò per subsequens matrimonium, sicut ad feudum admittitur indistinctè. Clar. n. 4. Matienz. in l. 10. gloss. 3. n. 22. tit. 8. lib. 5. Recop. ita & ad illas commendas. Solorzan. n. 45. qui testatur in ardua causa per Supremum Indiarum Senatum sic decisum.

Ad Num. 3.

De istius sexti argumenti veritate consulas Pat. 10 Molin. d. disput. 174. verf. *Hinc est quod si,* Clar. §. *Feudum, quæst. 73. nu. 9.* Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. n. 29. & n. 31. verf. *Ex quibus consequitur,* Matienz. in l. 7. gloss. 6. n. 6. & gloss. 7. n. 7. & 8. tit. 7. lib. 5. Recop. & D. Covar. infra, verf. *Sextum Fundamentum.*

Verf. *Secundò his suffragatur.*

Curtii sententiam refellunt mox laudati, & D. 11 Covar. infra, verf. *Septimum quod ex Curtio:* neque enim valet Princeps, nisi ex causa publica foeminam capacem reddere, ut succedat in feudo contra providentiam, ac conventionem investituræ cum detrimento vocatorum, ut præfati docent Interpretes.

Ibi: *Hoc ipsum probatur ex eo.*

Similiter est de legitimatione tenendum, per 12 quam nequibit Princeps ad libitum infringere formam, & legem feudalis contractus, successio nem in feudo concedens in præjudicium habentis jus ex investitura. Pat. Molin. disp. 174. verf. *Septima conclusio,* Sarmient. *Select. lib. 1. cap. 8. nu. 10. 11.* Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de legitimat. resol. 2. num. 34. verf. *Quartus casus,* Molin. cum aliis sup. d. lib. 3. cap. 3. num. 29. Vide infra num. 31.

Verf. *Octavò quia plerumque.*

De conditionibus, quas majoratum institutores 13 solent apponere, agit Pat. Molin. disp. 613. cum seqq. Molin. de primogen. lib. 2. ex cap. 12. De foeminarum exclusione Pat. Molin. disp. 625. Molin. lib. 3. cap. 4. & 5. An sit odiosa, vel favorabilis ambigitur, & ita distinguere oportet: aut foeminæ excluduntur propter masculos ejusdem lineæ & gradus, & in favorabilibus recensetur exclusio: aut propter remotiores, & odiosis adnumeratur. Pat. Molin. n. 6. Molin. de cap. 4. ex n. 15. Foeminæ quidem de Jure Communi capaces sunt cujuscumque successio nis regulariter, sicut prænotatur sup. cap. proximo, n. 39.

Ad Num. 4.

- 14 Principis privilegium illusorium fieri non debet, strictè tamen quoad præjudicium tertii interpretatur, nisi expeditum sit adversus consuetudinem, statutum, dispositionem, aut aliud privilegium, quæ sint juri communi contraria; tunc enim ut favorabile latam recipit interpretationem, ut ex pluribus prænotavi *sup. lib. I. cap. 17. n. 137. & 138.* Adde Aug. Barb. *collect. cap. Statutum, nu. 13. de præbend. in 6.*

Ad Num. 5.

- 15 Princeps non valet immutare substitutiones ac conditiones quibus majoratus fuerit institutus, Pat. Molin. *de just. & jur. disp. 174. vers. Quod attinet ad res. Castell. sup. lib. 3. cap. 28. n. 1. Matienz. in l. 7. gloss. 5. num. 4. tit. 7. lib. 5. Recop. Peregrin. de fideicom. art. 24. num. 44. Menchac. de success. creat. lib. 1. §. 1. num. 19. Salced. de representat. lib. 3. cap. 5. n. 27. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 8. n. 31. Pinell. in rubric. part. 1. cap. 2. n. 18. C. de resc. vend. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, nu. 89. vers. Tertiò quia, Burg. de Paz in proæm. Partitar. num. 327. Avendañ. de censib. cap. 62. num. 20. Sarmient. Selectar. lib. 1. cap. 8. num. 13. & alii plures apud Castell. lib. 2. cap. 28. & ita verum est, si majoratus regia facultate instituitur, si non, secundùm præmissa *sup. num. 2. Paz de tenuit. cap. 57. num. 261.**

- 16 Idem est asserendum de clausulis testamenti, & qualibet ultima voluntate, quibus Princeps nequit absque causa derogare. Pat. Molin. *sup. vers. Contrarium ejus, Sarmient. n. 17. vers. Ex his apparet, Pinell. num. 19. Peregrin. & Salced. ubi proximè, Castell. d. lib. 2. cap. 28. Greg. Lop. in l. 3. gloss. 2. colum. 9. tit. 13. pag. 6. Molin. sup. lib. 3. cap. 3. num. 14. Mieres de majorat. initio, part. 2. ex num. 46. Sim. de Prætis de interp. ultim. volunt. lib. 4. dub. 3. num. 18. cum seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præf. 79. n. 24. Marta de jurisd. cas. 74. num. 12. & alii quos congestit Castell. d. cap. 28. per tot. Nam quòd facultas interpretandi ultimas voluntates in Principe resideat, tradidit Sim. de Prætis *sup. lib. 1. solut. 13.**

Ad Num. 6.

- 17 Est controversum, an Princeps de plenitudine potestatis possit dominium subjectis adimere, ut videre est apud Cævall. *commun. cont. commun. quest. 577. Castell. controvers. lib. 3. cap. 6. num. 2. Greg. Lop. in l. 53. gloss. 2. tit. 5. p. 5. Barbosa tract. de clausul. claus. 41. n. 24. ubi plures. Et verius est, quod Princeps in utroque foro nequit subditos dominio spoliare, nisi publica necessitate, aut utilitate exigente, ac tunc reddi debet æqualis satisfactio, de quo extat exemplar insigne sacrum Reg. lib. 3. cap. 21. ubi Rex Achab ausus non est vineam Naboth adimere pro justo pretio, nisi causâ quæ sita per calumniam.*
- 18 Idem constat *ex l. 2. tit. 1. p. 2. l. 31. tit. 18. p. 3. Greg. Lop. d. gloss. 2. Castell. cum pluribus d. cap. 6. à n. 6. Fachia. controvers. lib. 8. cap. 63. versic. Prima quæstio, Pat. Molin. sup. disp. 174. vers. Merito tamen, Peregrin. de fideicom. art. 52. ex num. 127. Valenzuela conf. 59. num. 55. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 28. Cancer. variar. part. 3. cap. 3. n. 110. Sarmient. Selectar. lib. 1. cap. 8. num. 16. & 17. Pinell. in rubric. part. 1. cap. 2.*

per tot. l. 2. C. de resc. vendit. Card. Tusch. lit. P. concl. 680. num. 7. & per tot. Quod utique procedit tametsi dominium de Jur. Civili sit quæsitum, ut contra alios fusè probat Pinell. d. cap. 2. & prænotavi nu. 6. & ipse Princeps causam præstiterit acquirendi ex liberalitate, vel contractu. Matienz. cum aliis in l. 6. gloss. 1. num. 8. tit. 10. lib. 5. Recop.

Nec Principi licebit jus ad rem tollere subjectis, 19 Sarmient. num. 18. Patr. Molin. *sup. vers. Merito tamen, & vers. Septima conclusio, Arias de Mesa variar. lib. 2. cap. 50. n. 18. vel possessionem, Peregrin. n. 134. Ad quæ omnia potestate absoluta uti Princeps nequit. Castell. num. 8. Pinell. n. 24. Sarmient. num. 20. Matienz. num. 14. Circa potestatem Principis in bonis subditorum ex causa publica, legendus Castell. d. lib. 3. cap. 28. ubi plura observat.*

Ad Num. 7.

Etiam quæstionis est, utrum testandi facultas à 20 jure gentium vel civili procedat? De qua Peregrin. *sup. art. 52. ex n. 108. Matienz. in l. 3. gloss. 3. d. princ. tit. 4. lib. 5. Recop. ubi pro utraque opinione plures. Sed juris gentium fore, cum D. Covar. sustinent Greg. Lop. in l. 3. gloss. 2. col. 9. tit. 13. p. 6. Ant. Gom. in l. 3. Tauri, in princ. Pichard. in rubric. n. 7. Inst. de testam. Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. n. 14. Pinell. sup. n. 16. Azeved. in l. 1. n. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. Cævall. commun. quest. 233. n. 6. Pat. Molin. sup. disp. 124. in fin. Huic argumento jungas tradita *sup. n. 6.**

Vers. Sextò hanc sententiam.

Pro qua plures recensuimus *sup. n. 15. & 16.*

Vers. Non oberunt huic.

Quoties aliquid relinquitur in opus pium, aut 21 publicum, poterit Pontifex, vel Princeps sæcularis, quatenus cuique obtigerit, testatoris dispositionem commutare, prout illis magis expedire videatur; nam hujusmodi voluntas decedentis intelligitur subordinata administrationi supremæ potestatis. Peregrin. *latè d. art. 52. n. 160. Sarmient. sup. num. 21. Pinell. n. 19. Sim. de Prætis de interp. ultim. volunt. lib. 4. dubit. 3. Barbosa cum aliis collect. Clem. Quia contingit, num. 13. de religios. domib.*

Illud autem mihi non placet, quod docuit 22 Sim. de Prætis *d. dub. 3. num. 29. ac refert Castell. lib. 2. cap. 28. vers. Simonem de Prætis, in fin. ait enim quod si testator legaret mille ad opus pium, velut ad Capellam construendam, & solum octingenta expenderentur, ducenta hæredi cederent, quæ opere perfecto superfuere. Sed verius videtur, vel ad ipsius ædificii conservationem, vel in alium usum pium eroganda, quia defunctus illam quantitatem integram, quam hæredi ademit, Deo dicavit, fortè in conscientiæ exonerationem, ut in certo opere absumeretur; ideo excessus ad hæredem reverti non potest, veluti si certa quantitas annua ad alimenta alicui legaretur, aut mulieri in dotem; non enim hæredi deberet restitui, si minus in alimentis impenderet, aut mulier minori dote nuberet: quod inficiabitur nullus.*

Ad hæc quemadmodum si opus à testatore jus- 23 sum impleri non posset, quantitas in aliud deberet converti, l. Legatam 5. de administ. rer. ad civ. pert. Peregrin. *ubi proximè, id quod superest*

ex opere, cum impossibile sit in ipsum jam perfectum expendi, alii usui simili Superioris autoritate applicandum erit, cum de toto ad partem argumentum procedat, *l. Quæ de tota 75. de rei vindicat.* Barbosa cum plurimis *tract. loc. comm. loc. 114.* Adjicitur etiam, quod sicut hæres non teneretur supplere, si pecunia ad opus legata non sufficeret, sic nec quod superfuit lucrari debet, argumento legis *Secundum naturam 10. de reg. jur.* cum aliis apud Barb. *axiom. 44. n. 2. & 6.*

- 24 Tandem quanquam re in dubia verfaremur, favor piæ causæ deberet attendi, propter quem plurima præter, ac contra juris rigorem sunt constituta, præsertim quod in ambiguis pro pia causa respondeatur, ut videre est apud Tiraq. *tract. de privil. piæ caus.* Summa enim est ratio, quæ pro Religione facit, *l. sicut personæ 43. de relig. & sumpt. fun.* Sed idem mihi videtur de legata quantitate ad opus publicum.

Verf. *Secunda prioris sententiæ.*

Vide supra adnotata n. 6. & 20.

Verf. *Tertiò non obstat.*

- 25 Præter tradita 27. observandum est, quod Princeps potest obstaculum juris remove, veluti legitimans spurium, ut succedat cum aliorum detrimento, quando voluntas defuncti, cui derogare non valet, minimè opponitur. Greg. Lop. *in l. 3. gloss. 2. col. 10. tit. 13. p. 6.* Pat. Molin. *de just. & jur. disp. 174. ad fin. verf. Adderem quando, cum seq. & satis ex sublequentibus contabit.*
- 26 Licet autem d. n. 7. ex multis præmiserimus fas esse legitimare illegitimum post delatam venientibus ab intestato hæreditatem, id pluribus impugnat Pat. Molin. *ubi proximè, verf. quando hæreditas, cum seqq.* cui accedit Sarmient. *d. cap. 8. n. 16.* neque enim absque causa Princeps jus adeundi quæsitum tollere potest, & multò minùs dimidium aditione jam comparatum, ut cum D. Covar. & Molina. probat Pat. Molina. *verf. Meritò tamen.*

Verf. *Eadem equidem ratione.*

- 27 Aliud est per legitimationem fieri capacem ad succedendum contra testatoris, aut disponentis voluntatem, & aliud adversus legis vel consuetudinis prohibitionem: ad hoc in Principe residet potestas etiam cum tertii detrimento, non ad illud: quod obiter prænotavi *sup. numer. 25.* & constat ex traditis *num. 8. 12. 15. & 16.* & observat Pat. Molin. *sup. disp. 174. verf. Adderem quando, cum seqq.*
- 28 Unde deducitur, quod si ex institutione majoratus appareat conditorem exclusisse legitimatum, nequibit Princeps illegitimum natalibus restituere, ut in majoratu succedat, quanquam id expresserit cum clausula: *Ex certa scientia, & ex plenitudine potestatis:* quod præter D. Covar. *hic,* docent Molin. *de primog. lib. 3. cap. 3. n. 29. verf. Ex quibus dubia,* Pat. Molin. *verf. Contrarium ejus, & verf. Septima conclusio,* Castill. *controv. lib. 5. cap. 106. ex n. 12. consentiuntque laudati n. 15.*
- 29 Si verò legitimatus non sit ex dispositione fundatoris remotus, tunc poterit Princeps vulgò quæsitum expressim legitimare, ut in majoratu succedat adversus consuetudinem, & majoratum naturam, ad quos legitimati rescripto non admittuntur, ut fuse probant Molin. *d. cap. 3. per tot.*

Castill. *ubi proximè:* etenim Princeps juris impedimentum amovens, voluntatem institutoris non violat. Ita post D. Covar. tenent Mieres *de major. part. 2. quæst. 1. n. 9.* Melch. Phœb. *Lusitan. decij. 97. n. 12.* Avendañ. *in l. 40. Tauri, gloss. 11. n. 32.* ubi limitat extante filio legitime nato.

Hæc sententia displicuit Molin. *d. cap. 3. n. 29. 30. verf. Ex quibus dubia,* Castill. *sup. n. 31.* Pat. Molin. *verf. Hæc tamen opinione;* quia legitimatus censetur exclusus, si institutor legitimos vocet, aut filios ex tacita voluntate disponentis, cui Princeps refragari non valet: quod à præsumptione procedit propter primogeniorum splendorem, ac regularem conditorum qualitatem. De quo consule Molin. & Castill.

Opinio tamen D. Covar. sustinenda erit quoties 31 legitimatus non expresse remotus, conjecturis juvatur, ut elidatur exclusionis præsumptio, velut si institutor non foret legitime natus, aut primò illegitimum vocaverit; cum non sit verisimile ut legitimatos removeat.

Verf. *Quinta ratio facillimè.*

Præmissa distinctio in successione feudi est adhibenda; nam si ex conventionem feudalis contractus, aut ex ultima voluntate legitimati succedere non valeant, Princeps privatorum dispositionem non infringet legitimans illegitimum, ut succedat, quia non licet, ut prænotatur *sup. n. 12.* Sed si voluntas disponentis, & investitura non refragetur, sed dumtaxat feudorum consuetudo, poterit Princeps expresse legitimare spurium ad feudi successione, de quo *sup. n. 8.* Pat. Molin. *d. disp. 174. in fine,* Trentacinq. *variar. lib. 1. tit. de legitimat. resol. 2. n. 30. cum seqq.* & alii recensiti *loc. præcitatis.* Quam distinctionem rejicit Molin. *d. cap. 3. n. 29.* docens contra communem, non posse quem legitimari ut succedat in feudo propter præjudicium vocatorum ex forma contractus. Consentit Trentacinq. *n. 34. verf. Quartus & ultimus,* ubi ampliat etiam dominus prætet assensum. Adde Tusch. *lit. F. concl. 165.*

Verf. *Sextum fundamentum.*

Fœminæ regulariter à feudi successione sunt re-motæ, ita ut si pro liberis, aut hæredibus concedatur, illæ adhuc masculis deficientibus non succedant, ut prænotatur *sup. cap. proximo, num. 36. & 40. & lib. 2. cap. 18. num. 52:* Hoc ex consuetudine feudorum, cui Princeps derogans poterit fœminam rescripto capacem ejus successione reddere etiam in præjudicium illorum, ad quos alias feudum deberet pervenire.

Sed si expresse in contractu feudali fœminæ 34 excluderentur, Princeps conventionem infringere nequibit; nam Principis est potestas ut in legibus dispenset, non ut contractus subditorum immutet, ut statim comprobabitur, *numer. 38.* Hanc distinctionem D. Covar. amplectuntur Pat. Molin. *disp. 174. verf. Hinc est,* Matienz. *in l. 7. gloss. 7. num. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. Menchac. de success. creat. §. 1. num. 30.* Burg. de Paz *proem. partit. n. 342.* Peregrin. *de fideicom. art. 52. n. 151. cum seqq.*

Hanc tamen potestatem deferendi sic fœminis 35 cum aliorum præjudicio successione feudi, penes Principem residere, insciantur Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 8. n. 31. verf. Ex quibus consequitur,* Tusch. *lit. F, concl. 161. in fin. Clar. §. Feudum, & 73. in fin.*

Præfa-

36 Præfati dubii resolutio, & aliorum, de quibus actum est, pendet ab ea quæstione, num Princeps valeat per rescriptum subditis adimere jus nondum quæsitum, sed in spe consistens, velut ad succedendum, vivo possessore, in majoratu, feudo, aut fideicommissio? Et affirmativam D. Covar. tenuisse constat ex solutione ad hoc, & alia argumenta oppositæ sententiæ. Illa quidem valde communis est, quam pluribus congestis sustinent Fachin. *controversiar. lib. 8. cap. 53. vers. quarta quæstio. Matienz. sup. d. gloss. 7. nu. 9.* Verum alii dissentiunt, prout observavi *sup. num. 19.* quibus jungendi Molina, Tuschus, Clarus proximè laudati, & alii qui sentiunt nefas esse habitare incapaces, ut in tertii præjudicium succedant, quod tutius, ac æquius videtur. Nec adulationis suspicionem evadunt, qui Principum potestatem cum subditorum pernicie amplificare satagunt. Sarmient. *Selectar. lib. 1. cap. 8. num. 18. in fin.* Vide infra, n. 46.

Ibi: *Et consuetudine induci posse.*

37 Fœminæ ex consuetudine ad successionem feudi possunt admitti, similiter ex statuto. Tusch. *sup. num. 27. Clar. d. q. 73. num. 9. Cancer. variar. part. 1. cap. 12. num. 55. & 56. Matienz. in d. l. 7. gloss. 6. n. 6. & obiter adnotavi sup. lib. 2. cap. 18. num. 57.*

Vers. *Septimò quod ex Curtio.*

38 Curtii opinio communiter rejicitur, ut apparet ex traditis *num. 15. & 16.* quoad majoratus, & ultimas voluntates, quibus Princeps nequit nisi ex publica causa derogare. Idem est generaliter de contractibus, ac jure ex illis quæsito dicendum cum Molin. *de primog. lib. 3. cap. 3. d. n. 14. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 131. Valenzuela conf. 59. num. 56. Castill. controvers. lib. 5. cap. 106. ex num. 17. Sarmient. d. cap. 8. num. 18. vers. Sed ne in re, Pat. Molin. d. disp. 174. vers. Contrarium ejus, Matienz. in l. 7. gloss. 7. nu. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Card. Tusch. lit. P. conclus. 680. n. 57. nam ut inquit Baldus, subjecit Deus Principibus leges, sed non contractus: quod agnoscunt Cæsares in l. 3. C. de resc. vendit. & ita verum est, ut Princeps nec proprios possit infirmare contractus, quibus omninò stare tenetur, etiam erga subditos, *cap. 1. de probat. Matienz. ubi proximè, & in l. 6. gloss. 1. num. 16. tit. 10. lib. 5. Recop. Valenzuel. conf. 2. ex num. 52. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 34. n. 6. Barbof. tract. de claus. 41. num. 26. licèt ab antecessore celebratis Mantic. de conject. lib. 1. tit. 13. n. 2.**

Vers. *Ultima ratio urget.*

39 Præterea si suprema potestas ampliaretur, ut privatorum dispositiones ad jus commune reduceret, superius violaretur, naturale scilicet, seu gentium, quo cuique libera de rebus suis disponendi facultas competit, nisi lege prohibeatur, §. *Per traditionem, Inst. de rer. divis.* notatur *sup. n. 20. & D. Covar. statim docet num. 8. cui Princeps cum subiectus sit, Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. num. 19. Castill. controvers. lib. 5. cap. 106. num. 19. derogare non poterit, Matienz. in l. 3. gloss. 12. n. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 81.*

Ad Num. 8.

Principi non inesse absolutam aliquam potestatem, ut contra jus gentium & naturale, causâ publicâ non exigente, ultimas voluntates, ac contractus subditorum immutet, aut evertat, constat ex præmissis *sup. ex n. 15. & n. 38. & 39.*

Ibi: *Deinde.*

Divisionem supremæ potestatis in ordinariam, & absolutam, ad ipsius ampliationem adversus jus, & æquitatem invenit adulatio: & quanquam illa communiter sit admittenda, non paucis tamen meritò damnatur, quam tempestatem, & tyrannidem vocant, de quo latè Pinel. *in rubric. part. 1. cap. 2. ex n. 24. & ad l. 2. C. de resc. vendit. Sarmient. Selecta lib. 1. cap. 8. n. 20. Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. num. 33. Fachin. controvers. lib. 8. cap. 63. vers. Ad secundum respondeo, Castill. controvers. lib. 3. cap. 6. n. 6. Ant. Gail. lib. 2. observat. 56. n. 9. Matienz. de gloss. 12. n. 2.*

Nec potestas dici debet, quæ justa ac legitima non est, quia id possumus, quod de jure possumus, l. *Nepos Proculo 125. de verb. signif.* quod etiam in Summis Principibus verum habet, *cap. 1. de caus. poss. & propriet. ibi: Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus deffinire.*

Vers. *Fortassis placebit quibusdam.*

Ubi princeps quid decernit adversus proprias leges, & juris communis regulas, potest dici quod utitur absoluta, seu extraordinaria potestate. Barbof. *d. claus. 41. n. 16. Matienz. d. gloss. 12. num. 3.* Sed quoties non intervenit legitima causa, Princeps peccabit absoluta utens potestate, etsi actus subsistat. Bossius *in praxi, tit. de Princip. n. 192. Valenzuel. conf. 69. n. 119. Matienz. in l. 6. gloss. 2. n. 14. tit. 10. lib. 5. Recop. Sarmient. d. cap. 8. nu. 16. Pinel. d. cap. 2. n. 25.* Quod procedit sive positivo, sive naturali, seu gentium juri derogat in tertii præjudicium, nisi parvitate materiæ relevetur, ex ea opinione quæ habet, licere in modicis Principi absque causa subditis nocere, quam tenet Fachin. *controvers. lib. 8. cap. 63. vers. Tertia quæstio, Tusch. lit. P, concl. 680. n. 27. Pinel. in d. cap. 2. n. 24. vers. In quo Scribentes, ut communem refert, etsi dissentiat. De clausula, De plenitudine potestatis, fuse Barbof. tract. de Claus. 41. & plures quos congerit. n. 1.*

Ad Num. 9.

Clausula, *Ex certa scientia*, ubi deficit in Principe potestas, nihil operatur. Barbofa *sup. claus. 59. num. 35. 39. Pinel. sup. num. 20. Matienz. in l. 7. gloss. 7. num. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Tusch. lit. C. concl. 340. num. 6.* ubi de clausula, *De plenitudine potestatis*, quæ huic æquivalet. Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 7. num. 17.* Et nisi Princeps utatur aliqua ex his clausulis, nequibit juri subditorum in majoratu derogare. Molin. *lib. 3. cap. 3. num. 11. Castill. d. cap. 106. num. 14.* qui docent ejusmodi clausulas non apponi, nisi præmissa causæ cognitione. De clausula, *Ex certa scientia*, videndus Barbofa *sup. claus. 59.* & alii apud ipsum n. 1.

Vers

Verf. Tertio deducitur.

- 45 Argumentum de toto ad partem affirmativè, & negativè in omni casu, & materia subsistit, modò non inveniatur disparitatis ratio, l. *Quæ de tota*, 75. *de rei vindicat.* Barbosa ex plurimis axiom. 114. Cùm igitur Princeps non valeat dispositioni quoad totum derogare decedentium, nec quoad partem ea potestate gaudebit, cùm militet eadem ratio, nisi mutatio levis admodum sit præjudicii, ex prænotatis n. 43.

Verf. Nec principali hujus quæstionis.

- 46 Ea apud Scribentes invaluit opinio, ut Principi sit liberum ex plenitudine potestatis adimere subditis jus nondum quæsitum in spe consistens, ut videre est apud Molin. *de primog. lib. 1. cap. 8. n. 28.* Fachin. *controv. lib. 8. cap. 63. verf. Quarta quæstio*, Matienz. *in l. 7. gloss. 7. n. 9. tit. 7. lib. 5. Recop. Ant. Gab. commun. lib. 3. de jur. quæst. non tollend. concl. 1. num. 30.* Peregrin. *de fideicom. art. 52. ex n. 151.* Et quamvis verum sit (quod absque controversia non est, ex traditis *sup. n. 36.*) obtinebit, si jus quod aufertur, proveniat à lege, non à voluntate testatoris, cui Princeps derogare extra legitimam causam nequit, nec aliquo modo ultimam dispositionem illusoriam efficere. Sicut enim viventibus Princeps liberam de rebus propriis disponendi facultatem tollere non valet, ita nec post mortem quæ disposuerunt potest infirmare, ac evertere, maxime cùm defunctorum suprema judicia impleri, ac observari exactissime debeant, l. *1. C. de sacros. Eccles. l. Vel. negare 5. quemadm. testam. aper. authent. de hæred. & Falcid. §. Semper igitur, authent. de jurejur. à testat. præst. in princ.*

Verf. Quarto hinc quæritur.

- 47 Extra quæstionem est, quod Præses noster hic docuit, quandoquidem ut assertum est n. 2. & 15. Princeps nequit institutionem majoratus immutare, quanquam regia facultate institueretur: quod utique procedet in primogeniis ex legis regie concessionem conditis.

Ad Num. 10.

- 48 Licet Principis potestas non extendatur ad derogationem eorum quæ majoratum conditores decernunt, nisi publicè interfit, ut ex præmissis constat, fallit tamen in clausula alienationem prohibente; nam ex justa, & rationabili causa, etiam non publica, solet concedi regia facultas, ut bona vinculo subiecta distrahantur: quod ita procedit, ut hæc Principis authoritas per fundatorem impediri non possit, etsi expressim prohibeat ne talis facultas impetretur, nec illius prætextu præfata bona alienare liceat. Pat. Molin. *de just. & jur. disp. 650. num. 1.* Avendañ. *de censib. cap. 62. n. 12. & 13.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 3. num. 28. & 36.* Verumtamen Princeps nihil agit contra institutoris voluntatem, (nec enim posset,) sed eam interpretatur, æstimans quod si casus occurrens illi proponeretur, alienationi consentiret. Pat. Molin. *ibidem*, Avend. *sup. num. 12.* Gregor. Lop. *in l. 6. gloss. 4. col. 5. tit. 11. p. 6.* Unde si expressè prohiberetur aliena-

tio ex aliqua speciali causa, velut dotis, non valeret Princeps facultatem concedere ad alienandum, ut dos constitueretur. Gregor. Lop. *ibi.* Ant. Gom. *in l. 40. Tauri, numer. 87. in fin. Sarmient. Selectar. lib. 1. cap. 8. num. 22.* & alii apud Cævall. *comm. cont. comm. quæst. 743. num. 6.* qui dissentientes concessit, quorum sententia in praxi prævaluit; nam frequenter expediuntur rescripta ad subjicienda bona majoratus hypothecæ, aut annuis redditibus dotis causi, licet specialiter prohibuerit id institutor. Molin. *d. cap. 3. num. 3.* cui ipse nequaquam assentitur, nisi majoratui per reintegrationem ex regia facultate consulatur.

De hujusmodi regis facultatibus, quibus ex-⁴⁹ causis, & quomodo concedi possint, fusè differit Pat. Molin. *disp. 649. & 650.* Meres *de majorat. part. 4. quæst. 1. a num. 139.* Burg. *de Paz in proem. partitar. numer. 320. cum seqq.* Anton. Gom. *in d. l. 40. Tauri, numer. 87. & 89.* Avendañ. *de censib. cap. 62. & 63.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 3. cum seqq.* Greg. Lop. *d. gloss. 4.* Quas facultates possessoribus majoratum non facile concedendas, aut omninò denegandas esse monent uterque Molina, Gregor. Lopez, & Ant. Gomez.

Inter cæteras causas ad bona majoratum alienanda, vel hypothecæ, aut centui submittenda, enumeratur dos, pro cujus constitutione, aut restitutione regia solet facultas impetrari, ut nuper ex Molina aiebamus. Sed D. Covar. non immeritò excitat quæstionem, an scilicet regia facultas concedi possit, ut bona primogenii dotis causâ obligentur? in quo ac in alienatione eadem prohibitionis ratio militat; nam quod alienare non licet, nec hypothecæ subicere permittitur, l. *fin. C. de reb. alien. non alien.* Fular. *de substitut. quæst. 703. numer. 2.* Cencius *de censib. quæst. 22. num. 7.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 118.* Merlin. *cum pluribus de pignor. lib. 2. quæst. 6. num. 19.* Quæ controversia deciditur infra *sub verf. Quarto non tantum, ad fin.* Vide notanda *ibi.*

Ibi: Cujus quæstionis decisioni.

Dotem legitimam esse causam, ut bona ma-⁵¹ joratus alienentur, deducunt Interpretes ex decisione authenticæ *Res quæ, C. commun. de legat.* ubi in fideicommissis ita cavetur, ut observant Gregor. Lop. *sup. col. 3.* Pat. Molin. *disp. 648. num. 1.* Menoch. *lib. 4. præf. 189. numer. 1. & per tot.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 2.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 102. C. de bon. matern.* Merlin. *d. quæst. 6. num. 4.* Cævall. *cum plurimis d. quæst. 743. num. 1.* ultra quos pro intellectu dictæ authenticæ *Res quæ*, consulas Padillam Menes. *in comment. ad eam*, Ant. Gom. *in l. 40. Tauri, numer. 87.* Peregrin. *sup. art. 42.* Mastrill. *decis. 256.* Cancer. *variar. part. 1. capite 9. d. num. 163.*

Verf. Primum equidem.

Permissio alienationis ex causa dotis, vel do-⁵² nationis propter nuptias, juxta authenticam *Res quæ*; obtinet solum ad favorem descendentium ab ipso qui fideicommissum reliquit. Ant. Gom. *d. num. 87. verf. Quarto notabiliter*, Gregor. Lop. *sup. col. 4.* Molin. *d. lib. 3. cap. 6. num. 3.* Villalob. *Comm. opin. lit. A, num. 125. 126.* Pinel. *ubi proximè, verf. Sed respondeo*, Peregrin. *n. 48. & 49.*

¶ 49. Menel. in d. authent. Res quæ, num. 124. & alii pronuper laudati: Quæ decisio omnes descendentes complectitur, rejectâ limitatione D. Covar. inf. num. 10. vers. Illud tamen, Peregrini ex numer. 30. & nonnullorum quos refutat Molin. num. 4. Mastrill. sup. numer. 29. Vide infra numer. 68.

53 Ampliatur præfata constitutio, ut locum obtineat in dote ad matrimonium spirituale per ingressum Religionis. Menoch. num. 89. cum seqq. Ant. Gom. vers. Septimò intellige, Peregrin. n. 57. Menel. cum aliis n. 54. Molin. n. 17.

Verf. Secundò hoc in tractatu.

54 Aliqui, ut Ant. Gom. d. numer. 87. constituunt discrimen inter tacitam prohibitionem alienationis quæ oritur ex gravamine restituendi, & expressam, ut hac interveniente nequeant bona fideicommissi alienari dotis causâ; ex illa verò prohibitione non impediatur alienatio. Sed hujusmodi distinctionem in praxi reprobata testatur Corrasius lib. 1. miscellan. cap. 1. numer. 3. quâ explosâ, constitutionis decisionem obtinere, etsi testator expressim alienationem prohibuerit, cum D. Covar. sustinent Gregor. Lop. in l. 6. gloss. 4. col. 4. tit. II. part. 6. Molin. d. cap. 6. numer. 10. Padilla Menel. in d. authent. Res quæ, num. 52. Pinel. d. num. 102. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 648. numer. 3. Alvarad. de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. numer. 108. Menoch. dict. præf. 189. num. 96. cum seqq.

55 Hæc communis sententia non procedit si fideicommissi autor expresserit, ne bona ullo eventu, vel causâ possint alienari; quia tunc cessabit constitutionis dispositio, nec favore dotis alienationi locus erit. Pat. Molin. ubi proximè, Menoch. d. præf. 189. numer. 115. in fin. Petra de fideicommiss. quest. 8. numer. 340. quod statim limitabitur. Consule Cancr. sup. numer. 172. Surd. decis. 62.

Verf. Cæterum Paulus Castrensis.

56 Ubi testator expressit, ne bona fideicommissi vel dotis causâ alienarentur, quæstionis est num pro dotandis illius descendentes ad alienationem devenire liceat contra specificam prohibitionem? De qua pluribus pro utraque opinione laudatis, videndus Menoch. numer. 116. Peregrin. dict. artic. 42. num. 6. Cævall. comm. cont. commun. quest. 743. Et negativam ut magis receptam amplectuntur Menoch. & Cævall. cui subscribunt Gregor. Lop. Pat. Molin. & Alvarad. ubi proximè, Menel. sup. numer. 10. Molin. numer. 11. Villalob. num. 127. Sarmient. Selectar. lib. 1. cap. 8. numer. 22. Tiraquel. de primogenit. quest. 61. numer. 7. Qui id declarant non procedere quoad filios ipsius prohibentes alienationem, cum illis tenebatur dotem, seu donationem propter nuptias conferre, quia eis præjudicare æquibit. De quo circa majoratus aliquid præmissimus obiter sup. numer. 40. Et hæc limitatio de filiis, ac filiabus fideicommittentis convenit etiam resolutioni traditæ numero proximo. Vide alteram numer. seq.

Ibi: Imò hæc eadem expressa.

57 Idem observat Molin. d. cap. 6. numer. 13. & ampliatur ad primogenium ex regia facultate creatum cum præjudicio legitimarum quæ cæteris filiis D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

debetur; nam poterit pater præfata prohibitionem adjicere, ne propter dotem bona alienentur: quæ observanda erit etiam quoad legitimam filii primò vocati, qui propter commodum excessus ultra illam huic, & aliis gravaminibus etiam quoad debitam portionem subjicitur, quæ aliàs sustinere non cogeretur, de quo Villalob. ubi proximè.

Verf. Quartò non tantum.

Pro restitutione dotis, bonis non extantibus 58 liberis, bona fideicommissi alienari, vel obligari possunt. Molin. de primog. lib. 4. cap. 6. numer. 2. Padill. Menel. in d. authent. Res quæ, numer. 119. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 182. numer. 169. & latissimè lib. 4. præsumpt. 190. numer. 1. cum seqq. Petr. Ant. Petra de fideicommiss. quest. 8. numer. 349. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 648. numer. 2. Villalob. commun. opin. lit. A, num. 126. Peregrin. de fideicommiss. art. 24. numer. 2. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, numer. 87. vers. Secundò intellige, Cancr. num. 168. Imò potior ratio facit pro restitutione, quam pro constitutione dotis. Menoch. num. 10. Mastrill. decis. 256. num. 15. Unde id ampliatur, etsi fideicommissarius non sit ex descendentes testatoris, cum in constitutione dotis aliud juris sit, de quo num. 52.

Ibi: Unde apparet eam decisionem.

Proxima conclusio verum habet etiam si dos 59 post fideicommissum, & mortem testatoris tradatur. Pat. Molin. ubi proximè, Menoch. d. præf. 190. num. 15. Petra numer. 383. Molin. num. 14. Cancr. num. 169. Peregrin. cum pluribus, qui & dissentientium meminit num. 81. Hæc de dote, de cujus traditione constat: in confessata autem distinguitur, aut talis confessio potest nocere creditoribus, aut non. Primo casu locus erit alienationi ad restitutionem, secundò secus: de quo consul. Fusar. de substit. quest. 533. num. 28. Menoch. ubi proximè, Noguero. alleg. 40. ex num. 9. Cancr. num. 182.

Ibi: Quamobrem communem.

Quamquam mulier cum tradit dotem, non 60 ignoret mariti bona obnoxia restitutioni per fideicommissum, petere valebit ut pro dotis restitutione distrahantur. Pat. Molin. loc. cit. Thesaur. Pedemont. decis. 151. in fin. Peregrin. numer. 17. Cancr. numer. 170. dissentit Menoch. d. præf. 190. numer. 47. cui non accedo; nam potuit mulier scire, bona fideicommissi pro restitutione dotis alienationi subjecta, nec ipsa dum nupsit, de dilapidatione dotis cogitaret, ut est verosimile.

Pro augmento dotis alienatio ista prohibetur, 61 authent. de restitut. & ea quæ, &c. §. Sancimus, Pat. Molin. disp. 648. numer. 1. Menoch. d. lib. 4. præf. 189. num. 155. qui tamen distinxit. Cancr. sup. numer. 166.

Beneficium dicitur authenticæ Res quæ, in substitutum conceditur, ubi alia bona detunt. Molin. d. lib. 4. cap. 7. numer. 2. Mastrill. sup. numer. 40. Petra d. quest. 8. numer. 459. Menoch. sup. præf. 190. num. 8. Marzar. epitom. de fideicommiss. quest. 48. Noguero. cum pluribus numer. 32. Cancr. variar. p. 1. cap. 9. num. 173. & omnes jam recensiti: quod ita verum est, ut si testator jubeat foeminam ex bonis fideicommissi dotari, subauditur, bonis liberis

liberis deficientibus. Menoch. post alios num. 9. Inde quæritur, an mulier pro dote agens teneatur excussionem facere adversus tertium possessorem, litigans ut per maritum alienata revocet. Et negat contra alios Peregrin. *sup. art. 42. n. 18.* Et nisi aliud probetur, bona libera non existere præsumitur ad favorem dotis. Mastrill. *d. decis. 256. ad fin.* Vide Fontanel. *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 1. part. 2. ex num. 12.* Noguerol. *d. num. 49.* Cancer. num. 174.

- 63 Observa tandem quod decisio Imperatoris non recipitur quoties alienatio ex contractu prohibetur. Menoch. *d. præf. 189. num. 86.* Petra *d. quest. 8. num. 440.*

Ibi: *His denique prænotatis.*

- 64 Repetit pro resolutione quæstionis D. Covar. distinctionem quam præmiserat initio hujus capituli, sed ea & ipsi displicuit, & à nostratibus communiter impugnatur, prout adnotavi *sup. num. 2.* Supposito igitur, quod nihil interest, an majoratus facultate regia, vel absque illa instituat, ut derogare Princeps valeat instituentis voluntati, controversatur an bona majoratus cum tacita, aut explicita alienationis prohibitione possint obligari, seu alienari ex Regis permissione dotis causâ? Et quoad praxim attinet, id frequenter concedi attestatur Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 3. numer. 3. vers. Aut agitur*, idque jure licere opinantur Gregor. Lop. *in l. 6. gloss. 4. col. 6. tit. 11. p. 6.* Paz *de tenut. cap. 28. num. 21.* Menes. *in d. authent. Res quæ, num. 118.* Hermosilla *in l. 22. gloss. 5. num. 53. tit. 5. p. 5.* Sarmient. *select. lib. 1. cap. 8. num. 22.* ubi limitat in speciali prohibitione. Cævall. *comm. cont. comm. quest. 743. num. 1.* Noguerol. *allegat. 40. num. 37.* & alii communiter. Contra sentiunt Pat. Molin. *disput. 649. num. 3.* Molin. *ubi proximè, vers. Cæterum*, qui asserit ita concedendam facultatem, ut conservationi majoratus consultum sit. Gregor. Lop. quoque suadet, ne facillè dotis causa bona vinculo astricta alienari permittantur, quod tutius, ac utilius; alioqui primogenia ad extinctionem pervenirent cum illustrium familiarum detrimento. Quid si conditor specificè vetet causâ dotis alienationem, prædixi *numer. 48.*

- 65 Hæc ita vera sunt, nisi agatur de dotibus, quas ipse majoratus institutor præstare tenebatur; ad earum enim satisfactionem dubium non est, quin deficientibus aliis bonis, & fructibus non sufficientibus bona vinculata possint, & debeant alienari. Pat. Molin. *ubi proximè*, Molin. *lib. 4. cap. 6. n. 19.* Sarmient. *ubi sup.*

Verf. Postremò.

- 66 Adde prænotata *sup. cap. 5. num. 8. & II. ex* quibus apparet, quod ubi bona jure majoratus deferuntur, semper inest tacita alienationis prohibitio, etsi nihil de illa expressum reperitur.

- 67 In Hispanorum primogeniis non admittitur dispositio dictæ authenticæ *Res quæ, C. commun. de legat.* Unde dotis causâ, aut donationis propter nuptias minimè licebit bona vinculo subiecta alienare, nisi regia facultate impetrata. Pat. Molin. *d. disp. 648. num. 4.* Greg. Lop. *in l. 6. gloss. 4. col. 4. tit. 11. p. 6.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 102.* C. *de bon. matern. Alvarad. de conjecl. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 108. ad fin.* Molin. *d. cap. 6. num. 20.* qui *num. 19.* id limitat, cum

majoratus conditor tenebatur ad dotem, aut propter nuptias donationem; tunc enim & in primogeniis Justiniani constitutio observabitur. Sed hoc casu auxilio illo opus non est, cum testator alius non valeat majoratu instituto, se ab onere dotandi liberare, ut animadvertit Pat. Molin. *sup. num. 1. vers. Paulus Castrensis*, quod ante Justinianum habebatur *decisum l. Mulier. 22. §. Cum proponeretur, ad Trebellian.*

Verf. Illud tamen non est.

Quamquam D. Covar. Alciat. Peregrin. Marzar. 68 & alii, quos refert Molin. *de Primogen. lib. 4. cap. 6. num. 4.* Menoch. *lib. 4. præf. 189. n. 18.* restrinxerint beneficium authenticæ *Res quæ, C. commun. de legat.* ad descendentes testatoris, qui eo superstite nati, aut saltem concepti sunt, & quibus ipse dotes, aut donationes propter nuptias præstare tenebatur; receptius tamen, ac probabilius habetur, omnes descendentes usque in infinitum illa constitutione comprehendi, ut adnotavi *sup. num. 52.*

Hanc sententiam tuetur contra Alciatum Menoch. *ubi proximè*, à qua ut vulgò recepta non esse recedendum monet Menes. *in d. authent. Res quæ, num. 117.* etsi oppositæ assentiri videatur: tamen secundum eandem judicatum testatur Thesaur. *Pedemont. decis. 192. num. 11.* foreque de mente omnium Interpretum D. Covar. agnoscit hic, dum generaliter de descendentes loquuntur indistinctè, & expressim ita tenent præter Menochium Pat. Molin. *ubi proximè*, Mastrill. *decis. 56. num. 29.* Pet. Ant. Petra *de fideicom. q. 8. nu. 400.* Molin. *sup. num. 5.* His jungendus Greg. Lop. *in l. 6. gloss. 4. col. 5. 6.* ubi distinguit ut ista opinio procedat, cum tacitè prohibetur alienatio; illa, si explicitè: sed hujusmodi distinctio regulariter à DD. reprobatur, ut prædixi *n. 54.*

Pro posteriori sententia perpendo, quod Imperator inquit ibi: *Ea enim quæ communiter omnibus profunt, iis quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus.* Nam si ageretur solum de liberis, quibus testator dotem, aut donationem tribuere debebat; cum nihil speciale adversus juris rigorem induceretur, ut quid meminisset Justinianus favoris, & publicæ utilitatis, quæ in constituendis, & conservandis dotibus versatur, *l. 2. de jur. dot.* Nec acquiesco solutioni, quam præter nuperrimè traditam perdoctus Gregor. Lop. subtiliter excogitavit. Ait igitur, illud speciale à Justiniano sancitum, ut filia, aut neptis, vivo ascendente nata posset exigere post illius mortem quantitatem, quæ ad dotem sufficeret, etiam supra legitimam: quod de jure non obtineret, quia mortuo patre, filia nihil ultra illam petere valet. Hæc licet non ita sint, dictæ decisioni neutiquam conveniunt, nec in mentem Legislatoris venisse existimo: in ea etenim non agitur an plus, vel minus deducendum? sed utrum detrahere liceat, non obstante fideicommissio, ac prohibitione alienationis?

In Hispaniæ verò primogeniis, eum præfata 70 authentica non habeat locum, ut ad alienationem deveniatur pro dotibus, aut donationibus propter nuptias descendentes, quibus illas institutor dare, aut facere non tenebatur, cum illo defuncto nascerentur, regiam facultatem impetrare opus erit. Vide præmissa *numer. 48. & 67.*

Verf.

Verf. fin. *Quod verò obiter.*

71 Hæc prædocuerat D. Præfes num. I. & IO. verf. Non tantum, ad fin. quæ rationibus nititur in præfenti roborare: verumtamen inferius oppositam sententiam veriore, ac justiore subdubius profitetur, quam nostrates communiter amplectuntur, ut prænotavi sup. numer. 2. Lege ibi laudatos, & ante omne Molin. lib. 4. cap. 3. à numer. 8.

Ibi: *Princeps tamen poterit.*

72 De his supra egimus, numer. 3. 4. ubi huic fundamento satisfiit. Quod autem non liceat, aut saltem non deceat per Principem adimi, aut coarctari quæ subditis concessit, nisi ex causa, probat lex 6. tit. 16. lib. 5. Recop. ubi Azeved. numer. 11. 12. Valenzuela conf. 99. numer. 29. cum seqq. latè Molin. d. cap. 3. à nu. 18. qui opponit legem 15. eod. tit. 10. Recop. Sed hæc constitutio referenda est ad donationes immensas, & perperam extortas sub tempus Regis Henrici II. ut notatur in margine legis 17. ejusdem tituli, in nova compilatione.

Ibi: *Potuisse Henricum Regem.*

74 Inter omnes convenit, quod justa subsistente causa potest Princeps sua privilegia, ac concessiones quoad subditos revocare: cum autem Rex Henricus necessitate, ac importunis precibus urgentibus, velut prodigalitate quadam usus, plura non benemeritis cum detrimento Regiæ Coronæ contulisset, ut habetur in l. 17. tit. 10. lib. 5. Recopilat. jure potuit ipse, ac successores revocare, aut moderari concessa, ut constat ex l. 11. tit. 7. l. 15. & 17. tit. 10. lib. 5. Recopil. Paz de tenur. cap. 57. num. 182. & 242. Matienz. in d. l. 7. gloss. 7. & 9. & in d. l. 15. gloss. 1. & 12. cum aliis, Acosta de majorat. bonor. Reg. Coron. in princ. num. 2. Roder. Suar. in l. Quoniam in prioribus, limit. 6. ad l. Regiam, C. de inoffic. testam. Azeved. in l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. Recop.

S U M M A R I U M.

- 1 Verbum Censûs, multipliciter usurpatur.
- 2 Censûs apud Romanos vocabatur codex, in quo civium facultates recensebantur.
- 3 Censûs, ac emphyteusis licet inter se habeant similitudinem, in aliquibus discrepant, & assignatur prima differentia.
- 4 Assignatur secunda.
- 5 Tertia, & quarta referuntur.
- 6 Contractus in dubio non emphyteuticus, sed censualis præsumitur.
- 7 Pactum quod si censuarius per biennium vel aliud tempus non solverit redditus, res cadat in commissum, an liceat adjicere, ac sustineatur?
- 8 In censu consignativo ea pactio rejicitur, & quid Jure nostro Regio.
- 9 In reservativo talis conventio consistit, quamvis sit redimibilis, & num. 10.
- 11 In censu reservativo aliquando illud pactum erit licitum, aliquando reprobatur, & num. 12. & 13.
- 14 Pactio rejicitur, qua censuarius promittit rem cen-

sui obnoxiam non vendere, nisi censuista monito.

- 15 Valebit consuetudo, ut emphyteuta Ecclesiæ non solvens pensionem per biennium, jure suo minime privetur.
- 16 Censuum emptio est licita, remissivè, & n. 17. & 18.
- 19 Ampliatur.
- 20 De censu vitalitio, ejusdemque licita emptione, remissivè, & num. 21.
- 22 In emptione ejusmodi census competit remedium legis 2. C. de resc. vendit.
- 23 Quomodo facienda computatio ad læsionem.
- 24 Census ad certum tempus utrum licitus? & nu. 25. & 26.
- 27 Census an in sola obligatione personali possit consistere? & n. 28. & 29.
- 30 Re perempta, in qua census collocatur, an censuarius liberetur, etsi se, suaque bona generaliter obligaverit? & num. 21. & 32.
- 33 Ampliatur.
- 34 Utrum valeat pactum, ut re extincta, censuarius redditus solvere teneatur?
- 35 An si pars rei obnoxia censui dumtaxat pereat, censuarius pro rata liberetur? & n. 36.
- 37 Res censita si infructuosa perpetuò fiat, censuarius omnino liberatur.
- 38 Si res pereat factò, vel culpa censuarii, ipse minime à redditibus liberatur, imò compellitur ut aliam rem æquè idoneam subroget, in qua census collocetur. & n. 39.
- 40 In contractu census qualis sit obligatio principalis, & qualis accessoria.
- 41 Census an consistere possit super bonorum universitate?
- 42 Quale jus consequatur censuista super re quæ censui specialiter subjicitur, & n. 43.
- 44 Discrimen inter hypothecam rei censitæ, & alias quoad conveniendum tertium possessorem.
- 45 Dominus census si egerit contra tertium possessorem rei generaliter obligatæ, an prius debeat excussionem facere? & n. 46.
- 47 An possessor tertius se tueri valeat contra censuarium in casu præmissò exceptione legis 2. C. de pignor.
- 48 Qui constituit censum super re sua, an si desinat possidere, conveniri queat? & n. 49.
- 50 Tertius possessor rei censitæ licet recognoverit censum, si non possideat, ad redditus non tenetur.

Fallit si fraude desierat possidere, ibid.

- 51 Tertius possessor cedendo rem censitam, à reddituum pensione liberatur: non sic primævus venditor census.
- 52 Tertius possessor quando possit pro redditibus vidæ executivâ conveniri.
- 53 Tertius rei censitæ possessor compelli potest ut censum recognoscat, aut rem dimittat.
- 54 Utrum si in contractu census interveniat hypotheca cum pacto de non alienando, possit executivè agi in tertium possessorem?
- 55 Opinio negans censum posse consistere in sola personali obligatione, approbatur.
- 56 Bulla Pii V. censuum personalium constitutio prohibetur.
- 57 In Hispania census personales in usu non sunt.
- 58 Creditori hypothecario licet agere in solidum contra cujusque rei ex obligatis possessorem.
- 59 Idem est si partem rei obligatæ possideat.

- 60 Non liberabitur possessor offerens estimationem ejus, quod possidet, si pro toto debito non sit satis.
- 61 Legatarius non agit in solidum contra hæredes, sed pro portione hæreditaria, nisi unus rem specialiter legatam possideat.
- 62 Num diversis rebus, super quibus census est collocatus, creditor agere valeat in solidum contra unius tertium possessorem? & num. 63. & 64.
- 65 Quid in Hispania praxis observet.
- 66 Distinctio quædam D. Covar. inter rem subjectam specialiter censui, & alia bona generaliter obligata rejicitur, & n. 67.
- 68 Declaratio ad præmissa de hypotheca, & obligatione census superadditur.

AD CAPUT VII.

Ad Num. 1.

- 1 DE verbo Censui, variaque ipsius acceptione tradiderunt plura Card. Mant. *de tac. & ambig. convent. lib. 22. tit. 3. numer. 8.* Pat. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 381. numer. 1.* Cencius *de censib. quest. 6.* Felician. *cod. tract. in proem. ex num. 3.* Barbosa *collect. ad tit. de censib. in rubric. numer. 3. & 4.* Trullench. *in Décalog. lib. 7. cap. 21. dub. 1. num. 1.* Wesembec. *in paratitl. ad tit. ff. de censib. Matienz. in l. 1. gloss. 1. tit. 15. lib. 5. Recop. Parlador. differ. 74. Theat. vitæ hum. verb. Censui, Avendann. de censib. cap. 1. & 2.*
- 2 Censui quondam apud Romanos tabulam, seu codicem significabat, in quo civium facultatum ratio describebatur, ut pro quantitate patrimonii quisque sub necessitatis tempus contribueret, *l. Censui 10. de censib. Wesembec. sup. numer. 1. Parlador. num. 1. Avendann. d. cap. 1. num. 10. Cujac. in paratitl. ad tit. ff. de probat.*

Ibi: Ex quibus constat differentia.

- 3 Licet inter contractum censui, & emphyteusis similitudo versetur, nonnullæ tamen inter utrumque differentiæ notantur. Primò distinguuntur, nam ex contractu censui nullum dominium permanet penes censuistam: in emphyteutico concedens directum retinet, utili in emphyteutam translato. Molin. *num. 3.* Barbosa *collect. cap. Constitutus, numer. 9. de religios. domib. Matienz. sup. num. 1. & 2. Cenc. q. 1. num. 16. & 17. Ant. Gom. in l. 68. Tauri, num. 3. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 22. nu. 5. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 22. num. 5. & 6. Jul. Clar. §. Emphyteusis, q. 1. n. 2. Felic. sup. n. 11. ubi fusè contra Parlad. differ. 73. qui singulariter dissentit.*

Ibi: Ex hac verò differentia.

- 4 Secundò differunt, quia emphyteuta Ecclesiæ si biennio, & laïcorum triennio omiserit solvere canonem, cadit à jure suo, resque revertitur ad dominum, qui concessit: censuarius non sic, quamvis diu solvere redditum neglexerit. Anton. Gom. *loco cit.* Leotard. *de usur. q. 41. n. 3. Gutier. de juram. confirm. part. 1. cap. 31. num. 9. Matienz. sup. gloss. 2. num. 1. Molin. num. 4. vers. Secundò differunt, Valasc. de jur. emphyt. q. 31. n. 3. Felic. num. 17. Cævall. comm. cont. commun. q. 469. n. 5. Urfill. ad Afflic. decis. 80. n. 5. & 7.*
- 5 Tertio dissident, etenim censuarius liberè po-

test rem censui subjectam creditore non præmonito, vendere; emphyteuta verò non utique, aliàs commissi poenam contrahet, resque red bit ad dominum. Molin. *vers. Tertio differunt, Valasc. num. 32. Felician. num. 29. Matienz. ubi proximè, num. 3. Roderic. num. 21. Barbosa num. 10. Less. ubi proximè.* Quarto discrepant in eo, quod ex venditione rei emphyteuticæ domino laudemium debetur, id est, pars pretii, quæ est quinquagesima, aut quæ de consuetudine solvitur: sed si res censui supposita vendatur, ad nihil censuarius teneatur. Molin. Less. Barbosa *ubi proximè, Roderic. n. 23. cum seqq.*

Ibi: Imò in eo dubio, quo licet.

Propter affinitatem hujusmodi contractuum solet disputari in dubio qualis celebratus censetur; Et in primis consuetudo regionis, aliæque conjecturæ sunt perpendendæ; de quibus Avend. *cap. 22. per tot.* Quod si ex illis discerni nequeat, contractus censuarius præsumetur, ut minis gravetur obligatus: cui ad stipulatur Consultus *in l. Quicquid 99. de verb. oblig.* Ita cum D. Covar. tenent Mant. *lib. 5. tit. 2. num. 53. & lib. 22. tit. 3. num. 11. Molin. d. disp. 381. num. 6. Valasc. q. 32. num. 35. Menoch. lib. 3. præsumpt. 106. num. 3. Roderic. d. lib. 2. q. 22. nu. 75. Mascard. de probat. concl. 281. à num. 1. Barbosa collect. cap. Constitutus, num. 12. de religios. domib. ubi plurimi. Quod pariter procedit in Ecclesia creditrice. Barbosa *ibidem, Menoch. n. 7. Mascard. n. 6. licet à præcipua conclusione dissentiant Clar. sup. nu. 3. & alii apud Avend. sup. n. 1.**

Ibi: Solet tamen apponi.

In contractu censui si pactum adjiciatur, quod si censuarius solutionem redditus ultra biennium, aut triennium distulerit, res censui supposita cadat in commissum (quod sæpe Tabelliones de stylo præter contrahentium intentionem solent inferere) arduæ quæstionis est, an de jure subsistat? Ad cujus resolutionem communiter censui consignativus à reservativo secerneatur.

Quoad consignativum conveniunt omnes, quod pactum illud ut illicitum rejici debet, tam ex Bulla Pii V. quæ expressim prohibetur, quam jure communi. Molin. *disp. 390. num. 11. & 12. Leotard. de usur. q. 41. num. 14. Cenc. de censib. q. 57. numer. 18. ubi quamplures. Contrarium aperte definitur l. 68. Tauri, quæ est lex 1. tit. 15. lib. 5. Recop. ubi Anton. Gom. num. 3. Garcia de expens. cap. 9. num. 74. quam constitutionem rigidam, & minimè servandam, saltem in foro poli, asserunt Molin. *ubi proximè, Mexia ad legem Toleti de los terminos, fundam. 2. p. 2. n. 38. & 43. Medina tract. de usur. q. ult. de censib.**

Quapropter praxis Tribunalium Taurinam sanctionem in consignativis censibus non admisit, ut præter D. Covar. testentur Mant. *de tacit. convent. lib. 22. tit. 3. num. 14. Molin. sup. num. 12. Azeved. in d. l. 1. Recop. num. 10. Matienz. ibidem, gloss. 2. n. 4. Valasc. de jur. emphyt. q. 32. nu. 31. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quest. 2. num. 7. Felician. de censib. lib. 1. cap. 10. num. 11. Gutier. de juram. confirmat. part. 1. cap. 31. nu. 10. Olan. concord. jur. lit. A, num. 97. Orosco. in l. Juris gentium, §. Quinimò, num. 49. de pact. Avend. de censib. cap. 90. num. 3. Licebit tamen pacisci, ut si censuarius pensionem non solverit, teneatur pretium restituere. Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 22. num. 68.**

Quoad

- 9 Quoad censum verò reservativum illud pactum ut licitum sustinebitur. Molin. *ubi sup. & disp.* 381. num. 5. Lessius, ac Leotardus *ubi proximè*, Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 7. num. 13.* quam sententiam praxis Hispana comprobat, nec Bulla Pii V. damnatur, ubi de censu consignativo solum statuitur.
- 10 Eam praxim in censu perpetuo duntaxat observari docet D. Covar. cui accedit Avend. *ubi nuper*, sed & in censu redimibili reservativo procedere ob rationis identitatem, sentiunt Molin. & Gutier. *loco cit.* Felician. n. 15.
- 11 Hæc licet ita sint, animadvertere oportet pactum, de quo agimus, in censu consignativo ideo damnari, quia æstimatio rei, super qua census imponitur, regulariter longè excedit pretium, quod percipit censuarius dominus hypothecæ, quæ si caderet in commissum, cederet in enormem, ac excessivam læsionem censuarii. Molin. *disp.* 390. num. 11. Gutier. *d. cap. 31. num. 9.* Hæc eadem iniquitatis ratio in censu reservativo potest reperiri, quod ut pateat, duos casus distinguo. Primus, cum dominus rem tradit censuario, nihil percipiens de præsentis, annuo reddito solvendo contentus; tunc enim communis resolutio, & pactum incidendi in commissum ob moram servabitur. Felician. *sup. d. cap. 10. num. 15.* nam censuarius nihil aliud detrimenti patitur, nisi privationem dominii rei, quam accepit, & hanc poenam merito sustinet propter moram, & quia ex parte sua non implevit contractum, quæ quidem culpam non excedit.
- 12 Secundus est casus, quando dominus partem pretii capit, & residuum relinquit ad censum super re ipsa, quam censuario tradit cum præfato pacto veluti si quis fundum quatuor mille aureis æstimatum alienet, dimidia valoris parte recepta, censu ex residua quantitate constituto: hic si casus evenerit, & propter dilatam solutionem ultra biennium ex conventionem fundus caderet in commissum, censuarius quia bis centum pro tempore non solvit, nedum dominium fundi, sed etiam duo millia aureorum amitteret, quod in censu reservativo contingere perdurum, ac iniquitate plenum apparet: nec mora in exigua summa solvenda tam excessivam poenam meretur, in quo excessu pravitas prædicti pacti consistit. Unde licet inferre, quod in censu reservativo non semper ea conventio poenalis permitti debet.
- 13 Qua ratione, & æquitate motus in simili controversia rectissime Senatus Neapolitanus decrevit, quod res caderet in commissum, non tota, sed quatenus correspondet forti, & redditibus debitis, ut est apud Afflic. *decis.* 80. quod cum res dividi nequeat, ita expediri poterit, ut creditor restituat quantitatem quam accepit pro parte pretii, demptis redditibus decursis, aut si renuerit, re vendita, ex pretio solventur fors & redditus, ac residuum censuario præstabitur. Sic decisum lege regia Vasconix, refert Navar. *in addit. ad Manual. cap. 23. num. 68.* quam justissimam dixit Gutier. *d. cap. 31. num. 11.* Sic ubi casus occurrerit, circumstantiis perpensis, iudex præ oculis æquitatem habens, quid exequendum sit arbitrabitur.
- 14 Aliud est pactum, quod contractui census adjici solet, quo censuarius astringitur sub poena commissi ad non vendendam rem censui suppositam, non præmonito creditore: quæ obligatio est irrita ex Bulla Pii V. ubi fuerit recepta, & jure communi reprobat. Matienz. & Azeved.

ubi proximè, Ursill. *ad Afflic. decis.* 80. num. 8. Felician. *d. cap. 10. nu. 11. vers. Quare Authores*, & de jure nostro regio quæcumque pacta, quæ onerant censuatim, non subsistunt, quod ex *l. 12. tit. 15. lib. 5. Recopil.* probat Olan. *Concord. Jur. lit. A, num. 99.* quem perlegas, ac Leotard. *de usur. q. 65.*

Ibi: Nam etsi Canonibus.

Consuetudine introduci potest adversus juris¹⁵ dispositionem, ne emphyteuta Ecclesiæ ultra biennium differens pensionis solutionem, jure suo privetur, re emphyteutica in commissum cadente Felician. *sup. num. 11.* Barbosa *collect. cap. Poutuit, m. 115. de locat. Mantie. de tacit. convent. lib. 2. tit. 27. num. 39.* Molin. *sup. disput. 453. vers. Utrum autem validum.*

Ad Num. 2.

Utrum emptio censuum licita sit? disputant¹⁶ Gregor. Lop. *in l. 28. gloss. 3. tit. 8. part. 5.* Molin. *de just. & jur. disp. 385.* Cencius *de censib. q. 10. & 11.* Feiician. *cod. tract. lib. 1. cap. 7.* Roderic. *de ann. redditib. quest. 4. lib. 1. Avend. de censib. cap. 16.*

Vers. Primum, hanc emptionem.

Hujusmodi controversiam intermittere placet;¹⁷ jam etenim nulli dubium est, quin emptio annuorum reddituum sit licita, servatis conditionibus Bullæ Pii V. vel quæ insunt jure contractus naturæ, ubi illa recepta non est, quam toto ferè Christiano terrarum Orbe non servari asseverat Leotard. *q. 44. n. 17. de usur.* qui latissime disputat, an ea constitutio ubique Christianos liget, etsi non sit recepta, sicut in Hispania, ut constat ex *l. 10. tit. 15. lib. 5. Recop.* de quo etiam Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 2. num. 1.* Cencius *q. 34. ex n. 39.*

Vers. Sextò.

Emptionem censuum licitam profitentur laici¹⁸ dati supra numer. 16. qui piures congerunt Cenc. *q. 11. num. 1.* Avend. *n. 12.* Molin. *num. 6.* Felician. *num. 2.* Roderic. *num. 16.* præter alios mox recensendos.

Vers. Cæterum quo res.

Nonnulli opinantur, census licite constitutos¹⁹ emi licite posse, non tamen novos titulo emptionis acquiri, ut referunt Molin. *num. 5.* Felician. *num. 2.* adversus quos D. Covar. docet, etiam licite vendi census, qui de novo constituuntur, de quo jam nullum est dubium postquam Pius V. formam censuum novorum emptioni præscripsit, ut ait Leotard. *de usur. q. 43. num. 30.* & apud nos sunt varix constitutiones *sub tit. 15. lib. 5. Recop.* quibus pretium censibus statuitur, & alia stabiliuntur ad eorum justam constitutionem. Sic emptionem & constitutionem novi census approbant expressè Molin. n. 6. Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 22. dub. 2. numer. 1.* Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 22. num. 13.* Felician. Leotard. Roderic. *ubi proximè*, Cencius cum plurimis *q. 45. num. 18.* qui *num. 1. cum seqq.* opinionem quam immeritò tribuit D. Covar. impugnat. Sed nostrum Præsidentem tuetur Leotard. *sup. n. 37.* Hujusmodi censuum

suam emptiōnem non solūm licitam, sed etiam utilem, ac necessariam pro animarum salute, & communi Reipublicæ bono, probat Joan. Bāptista Leonelli *ad Bullam Pii V. in addit. prælud. Cenc. de censib. q. 12. à princ.*

Ad Num. 3.

- 20 De censu vitalitio, justaque ejus emptiōne accuratè differunt Molin. *de justit. & jur. tract. 2. disp. 388. Cenc. sup. q. 10. à num. 13. Leotard. de usur. q. 49. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. q. 5. Surd. de aliment. tit. 9. q. 11. Felician. de censib. lib. 1. cap. 7. num. 19. Avend. eod. tract. cap. 20. qui, & alii plures, quos referunt Cencius, Leotardus, Felicianus, atque Hermosilla in l. 11. gloss. 1. n. 11. tit. 5. p. 5. tuentur census ad vitam licitè emi posse, quod deducunt ex Clem. 1. de rebus Eccles. non alien. & Jure nostro Regio comprobatur ex l. 8. & 12. tit. 15. lib. 5. Recopilat. ubi de pretio census istius, de quo infra, cap. 9. ex num. 31.*

Verf. Nec in hac specie dubitandum.

- 21 Adeo communis est, ac tuta præmissa conclusio, ut nullum dissentientem se invenisse testetur Leotardus. Quod autem objicitur, quia præbetur occasio captandæ mortis, non obest; nam hoc vitium non provenit ex natura contractus, aut iniquitate, sed ex malitia contrahentium. Molin. *d. disp. 388. in fin.* Alioqui plura ob idem periculum prohiberi possent, ut majoratus, fideicommissa, ususfructus, & alia.

Ibi: Quod propter læsionem ultra dimidiam.

- 22 Cùm in census vitalitii constitutione contrahatur venditio, auxilium læso competit ex l. 2. C. de rescind. vendit. si deceptio dimidiam excelsit justis pretii, aliis contractus subsistet. Cenc. num. 28. & 29. Surd. num. 29. Pinell. in d. l. 2. part. 3. cap. ult. num. 31. Hermos. in l. 56. gloss. 4. n. 19. tit. 5. p. 5.
- 23 Ad quam læsionem inspicitur, an justum pretium constitueretur ab initio juxta ætatem emptoris, & alias circumstantias; non quantum reddituum ratione solverit censuarius: nam sive censuista brevi decedat, sive longævam duxerit vitam, nullus ob læsionem agens audietur, cùm uterque huic incerto eventui futuro velut alex se subjecerit. Cenc. cum aliis num. 30. Surd. num. 28. *vers. Adverte etiam.* Hæc locum habere non possunt in Hispania, aliisque regionibus, ubi his census pretium est designatum.

Ad Num. 4.

- 24 Utrūm liceat emere census ad tempus certum? controversitur. Et quidem si emptor ex redditibus annuis nihil ultra fortem est percepturus, ut si quis centum tradens, emerit census ad decennium, decem singulis annis recepturus, extra quæstionem est, nullam reperiri usuræ suspicionem: quod si octodecim numeratis, emerit aliquis decem quotannis solvenda per decennium, tunc quia lucratur duo emptor, de justitia hujus contractus diversimodè sentiunt Interpretes.

Quidam cum D. Covar. opinantur, hunc census cum moderato lucro ementis ut licitum jure subsistere, ut Lessius *de justit. & jur. lib. 2. cap. 22. num. 42. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 6. num. 4.* cum communi Theologorum Schola, Felician. *sup. lib. 1. cap. 7. num. 18.* & alii, quos refert Cencius *de censibus, dict. q. 10. n. 5. Bernard. Grævæ. ad Gail. observat. lib. 2. conclus. 8. num. 2. Fontanella de pact. nuptialibus, claus. 4. gloss. 18. part. 3. num. 98.* Rursus aliqui eam conventionem ut usurariam seu suspectam damnarunt. Parlador. *quotidian. lib. 2. cap. 2. num. 16. Avend. de censib. cap. 19. num. 16. Navar. de usur. num. 71. versic. Quintum.* Alii denique distinguunt, quod census realis ita constitutus sit licitus, non personalis. Molin. *de just. & jur. disp. 386. Lessius sup. num. 42. Trullench. ubi sup.* qui duo allerunt, probabile quod etiam census hic personalis non est prohibitus, de quo infra.

Plures cum Præside nostro moment, ab hujusmodi contractibus abstinendum. Trullench. *loc. cit. Lessius num. 44.* & alii, quos laudat Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. quæst. 5. in fin.* ubi ait, eum census in usu non esse, post Carolum de Grassis *lib. 2. decis. 118. nu. 20.* & ita experimento captimus.

Ad Num. 5.

Seclusis motu proprio Pii V. & aliis constitutionibus Pontificiis, quæritur an census juxta contractus naturam consistere possit in obligatione personali absque speciali hypotheca rei, super qua ille imponatur, quæ vulgò *finca*, nuncupatur? Magis recepta sententia inficiatur, pro qua Molin. *disp. 387. num. 6. vers. Hanc ergo, Villalob. in Sum. part. 2. tract. 23. difficult. 2. num. 2. Rebell. de obligat. justit. lib. 10. q. 3. num. 1. versic. Negantem, Navar. sup. num. 81. Cenc. q. 34. n. 10. Mangil. de evict. q. 82. num. 15. & 18. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 44. vers. Et quidem. Avend. de censib. cap. 58. num. 16. Gutier. Pract. lib. 2. cap. 157. n. 7. & 9. Sarmient. Selectar. lib. 7. cap. 1. num. 35. Valasc. de jur. emphyt. q. 32. n. 10. Greg. Lop. in l. 28. gloss. 4. vers. Limita eam primò, tit. 8. p. 5. & alii apud Cenc. *sup. & Felician. lib. 1. cap. 8. num. 3.* Imò census constitui nequit super re, quæ non reddat in fructibus annuatim tantum, quanta est pensio solvenda, ut fusè probat Gutier. *d. cap. 157. per tot. de quo Matienz. in l. 1. gloss. 1. n. 5. tit. 15. lib. 5. Recop.**

Verf. Ego sanè etsi videam.

Oppositam affirmativam cum D. Covar. tuentur Lessius *sup. num. 18. Trullench. d. cap. 21. dub. 4. num. 3. Felician. ubi proximè, num. 7. in fin. Leotard. de usur. q. 48. à num. 9. Anton. Gom. in l. 68. Tauri, num. 2. ad fin. Carol. de Grassis sup. n. 16. Surd. de aliment. tit. 7. q. 33. n. 16.* & alii plures apud Leotard. n. 9. quibus assentiuntur Tondut. *qq. civil. cap. 61. ex num. 10. Matienz. d. gloss. 1. n. 4. Roder. lib. 1. q. 4. n. 33.*

Quamquam hæc sententia adeo communis sit, & à Leotardo, ac aliis sequacibus subtiliter defendatur, altera tamen tutior est, utpote quæ Pii V. motu proprio ad annos 1569. comprobata atque apud nos sit usu recepta; neque enim unquam census personalem constitutum audivimus: præterea, utrinque rationibus perpensis, probabilior etiam videtur, à qua recedere non auderem.

Verf.

Verf. Primum etenim.

30 Hoc ex præfata novissima constitutione pontificia sublatum constat, de qua Molin. *disp.* 391. num. 3. & 4. Joan. Bapt. Leonell. *ad eandem Bull. gloss.* 22. Leotard. *q.* 57. Cenc. *q.* 99. *cum seqq.* Trullench. *sup. dub.* 3. numer. 3. Felician. *lib.* I. cap. 9.

31 Hoc ipsum, quod pro sua opinione D. Covar. adducit fundamentum, acriter controversatur, an scilicet ex natura contractus, extincta re super qua census imponitur, censuarius omnino liberetur, etsi se suaque bona generaliter obligaverit? Negant cum nostro præfule Felician. *cap.* 8. n. 19. Azeved. *in l.* I. nu. 3. tit. 15. *lib.* 5. *Recop.* Matienz. *ibidem*, *gloss.* I. num. 5. Gail. *lib.* 2. *observ.* 7. n. 11. Roder. *de ann. redditib.* *lib.* 2. *quest.* 9. numer. 75. Tondut. *d. cap.* 61. nu. 12. *Surd. de aliment.* tit. 7. *q.* 33. num. 15. & alii apud Felician. *tom.* 2. *cap.* 8. num. 17. ubi hanc magis communem asseverat, sed fallitur.

32 Affirmant Gregor. Lop. *in l.* 28. *gloss.* 3. col. 3. tit. 8. p. 5. Molin. *d. disp.* 391. num. 4. Bonacin. *de contract. disp.* 3. *q.* 4. *punct.* unic. *de censib.* nu. 12. Avend. *de censib.* *cap.* 60. num. 5. Leotard. *de usur.* *q.* 48. numer. 28. & *q.* 57. numer. 42. Cencius *sup. quest.* 99. num. 2. Gutier. *Pract.* *lib.* 2. *quest.* 177. num. 7. Scaccia *de commerc.* §. I. *q.* I. *d. num.* 176. Valasc. *de jur. emphyt.* *q.* 32. numer. 16. Cæval. *commun. cont. commun.* *q.* 312. num. 5. Merlin. *de pignor.* *lib.* 5. *q.* 34. num. 6. Sarmient. *Selectar.* *lib.* 7. *cap.* I. num. 31. Azor. *Institut. moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 5. *vers.* Tertiò queritur, Fachin. *controvers.* *lib.* 2. *cap.* 44. *in fin.* Parlador. *quotidian.* *lib.* I. *cap.* 3. §. 8. num. 22. & *lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. l. 16. nu. 24. atque alii apud ipsos.

33 Hæc ita sunt vera, ut census rei interitu semel extinctus non reviviscat, veluti si ædes, aut molendinum censui suppositum diruatur, ac idem censuarius in area aliud subrogaverit, non tenebitur ad redditus. Merlin. *ubi proximè*, Avend. *rectè probans ex n.* 14. Leotard. *d. q.* 57. *d. n.* 43. Deinde si census super censu imponatur perempta re in qua hic consistebat, & ille peribit, sicut & redemptione. Cencius *q.* 31. num. 12. & 13. & *quest.* 99. n. 22.

34 Queritur, num liceat pacisci, quod re extincta censui obnoxia, censuarius ad redditus teneatur, ac cætera illius bona obligationi subjiciantur? Negat post alios Cencius *d. q.* 99. *d. num.* 16. Affirmat cum non paucis Felician. *de censib.* *tom.* 2. *lib.* I. *cap.* 8. num. 18. Avend. *d. cap.* 60. num. 11. ubi de pactione reædificandi. Dicendum est, id pactum licitè adjici, seclusâ Pii V. constitutione, si cum argumento pretii compensetur. Molin. *d. disp.* 391. num. 4. Felician. *ubi proximè*. Lessius *de justit. & jur.* *lib.* 2. *cap.* 22. num. 66. nam, ut inquit Molina, inseritur assecurationis contractus; suscipiente censuario periculum census, quod est pretii dignum, l. *Periculi* §. *de nautic. fenor.* & quodvis onerosum centuario adhuc contra naturam. contractus pactum licitè adjicitur, si quantitate justa compensetur. Roderic. *sup. lib.* 2. *q.* 4. num. 11. Noguerol. *alleg.* 2. num. 52. Gutier. *Pract.* *lib.* 2. *q.* 174. n. 2.

35 Item ambigitur, re censuali perempta ex parte aut fructifera similiter facta, quæ tamen reddit quantum sufficiat ad integram census solutionem, an censuarius pro portione relevetur, ita ut si dimidia rei pars perierit, ex redditibus dimidium detrahatur? Ita tenet Molin. *sup. num.* 3. Lessius

num. 88. *Theaur. Forens.* *q.* 32. numer. 36. Ugolin. *de usur.* *cap.* 45. §. 16. *vers.* *Quæ diximus*, & alii apud Leotard. *q.* 57. n. 23.

Contrarium nihilominus Rota decidit, ut est 36 apud Cenc. *decis.* I. cui idem Cencius accedit *quest.* 100. numer. 3. Leotard. fuse probans *ex numer.* 24. ubi plures refert. Verum prior sententia planè procedit juxta Pontificis mentem, & verba quibus illam apertissime explicuit: neque excogitanda distinctio adhibenda est, ubi constitutio loquitur indistinctè, l. *Non distinguemus* 37. *de recept. arbitr.* l. *De pretio* §. *de Public. in rem action.* cum aliis, quæ congestit Barb. *axiom.* 136. num. 4.

Quæcumque prædiximus de rei censualis interitu, æquè procedunt si res fiat infructuosa in perpetuum; nam censuarius à reddituum solutione liberabitur, de quo Molina & Lessius *ubi proximè*, Cencius *q.* 102. *per tot.* Leotard. *de usur.* *q.* 57. *d. princip.*

Tunc liberatio censuario conceditur, cum res 38 perit, aut infructuosa redditur absque facto, aut culpa ipsius, quæ si intervenerit, dominus census aut exigere sortem poterit cum decursis pensionibus & omni interesse, aut compellere censuarium, ut census imponat super alia re immobili idonea, & fructifera. Leotard. n. 56. Scaccia *de commerc.* §. I. *q.* I. num. 178. Gratian. *disceptat.* *cap.* 654. *ex n.* I. Cenc. *de censib.* *q.* 101. num. 18. Sed reædificare censuarius tenebitur, & interim pensionem exsolvet. Avendann. *de censib.* *cap.* 60. num. 19.

Verf. Secundò eadem sententia.

Hæc fundamenta corroborat, & alia subjungit 39 latè Leotard. *q.* 48. *ex num.* 11. Sed eadem evertere conantur Cardin. Lug. *de just. & jur. disput.* 27. Molina, Fachinæus, Sarmientus, Avendannus, Cencius, Rebellus & alii, quos supra laudavi; numer. 27. Nam præhabita disputatione, censuati personalem non subsistere tenent.

Verf. Quartò, si contractum.

Hæc ratio satis astringeret, admissis iis quæ 40 D. Covar. tradit, sed communiter rejiciuntur; nam in contractu census emptor jus reale acquirit in æde aut prædio, super quo ille imponitur; ac obligatio consistit principalis in re censui subjecta; personalis verò cum generali bonorum hypotheca, quæ regulariter adjici solet, accessoria censetur, & pro faciliori, ac tutiori reddituum exactione duntaxat adhibetur, non ut extincto jure emptoris, quod in re principaliter obligata habebat, alia bona ad census subrogentur, venditorque ad reddituum solutionem actione personali teneatur, cum hæc extinguantur, censu perempto per rei censualis interitum, ut præmissimus num. 32. Ita expressè adversus D. Covar. tenuerunt Rebell. *de oblig. just.* *lib.* 10. *q.* I. n. 7. Molin. *sup. disp.* 383. num. 7. *vers.* *Contrarium*, Azor. *Instit. moral. lib.* 10. *cap.* 5. *q.* 2. Lælius Zecchius *de usur.* *cap.* 15. numer. 9. Gutier. *Pract.* *lib.* 2. *q.* 177. *d. num.* 7. Cencius *sup. q.* 34. nu. 31. *cum seqq.* Frider. Martin. *de jur. cens.* *cap.* 8. num. 188. & 213. Leotard. *de usur.* *q.* 48. numer. 49. Avend. *de censibus*, *cap.* 58. n. 30. & *cap.* 60. *ex n.* 7. & alii.

Verum nostro Præsidi præter alios novissime 41 adherere videtur Tondut. *Questionum Civilium* *cap.* 61. ubi probat circumscripita Pii V. constitutione, ex censu imposto super ædibus certis, &

& aliis omnibus bonis vendentis oriri principaliter obligationem personalem, ita ut dirutis adibus, census in cæteris bonis persistat, actione personali subsistente. Sed an talis census sustineatur super bonorum universitate juxta contractus naturam, disceptatur. Negant cum non paucis Cenc. q. 40. num. 7. Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de censib. resol. 1. numer. 17. vers. Circa quartam* Affirmant Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. quæst. 7. num. 13.* & plures apud Leotard. q. 58. numer. 39. ubi expressè, & fusè Cencium impugnat. Vide Roderic. *lib. 2. q. 9. in fin.*

Ad Num. 6.

42 Pro nuper traditis, ac subjiciendis operæ pretium erit animadvertere dissentium Scribentium, dum quæritur quale jus consequatur census emens in re, super qua ille collocatur? Quidam cum nostro Præsidi hypothecam specialem præ cæteris firmam, & efficacem tribuunt creditori, ut Cenc. *quæst. 23. numer. 6. & 7. Merlin. de pign. lib. 2. q. 93. nu. 1. Gutier. Pract. lib. 2. q. 167. num. 4. Noguerol. alleg. 2. num. III. Felician. de censib. lib. 3. cap. 4. numer. 9. præter illos, quos laudat Avend. cap. 23. num. 9.*

43 Alii nullam hypothecam, sed jus quoddam reale ad instar servitutis, rei censui suppositæ inhærens emptori concedunt. Molin. *sup. disp. 383. num. 8. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 22. nu. 35. Valalc. de jure emphyt. cap. 32. n. 13. Leotard. q. 51. num. 14. Avend. cum pluribus nu. 10.* Sed hoc jus censuale, cum nomine careat, verbo latè sumpto, potest hypotheca irregularis propter similitudinem nuncupari, quamquam inter se realiter discernantur.

44 Illud hic adnotatur discrimen, nam creditor ex hypotheca agens in tertium possessorem, non auditur ante excussionem factam in bonis debitoris, l. 14. tit. 13. part. 5. Merlin. *sup. lib. 5. quæst. 69. num. 1. Paz in praxi, tom. 3. cap. 2. §. 4. num. 35. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 51. n. 4. Cancr. *variar. part. 2. cap. 5. num. 184.* Possessor autem rei censu affectæ excussionis exceptione non juvatur. Merlin. *d. quæst. 93. num. 2. Noguerol. ubi proximè, Azeved. in l. 2. n. 8. tit. 15. lib. 5. Recop. Roderic. lib. 2. quæst. 9. num. 51. Valalc. *sup. n. 14. Cenc. cum pluribus q. 98. n. 20. Thesaur. decis. 55. num. 4. Frideric. Martin. de jur. cens. cap. fin. n. 120. Avend. cap. 96. num. 9. & 10. Gratian. disceptat. cap. 141. num. 5. ubi ampliatur etiam pro pensionibus debitis antequam res ad tertium possessorem deveniret, pro quibus potest conveniri. Roderic. *sup. cap. 22. num. 42. Noguerol. d. allegat. 2. n. 109. Cenc. num. 28. Avend. cap. 99. numer. 4. Felician. tom. 2. lib. 3. cap. ult. numer. 2. Urfill. ad Afflict. decis. 95. numer. 1. quod limitant si agenti possit imputari quod propter negligentiam à præcedente possessore non exegerit. Noguer. alleg. 40. numer. 63.****

45 Regulariter postquam census constituitur in prædio, aut æde designata, adjicitur personalis obligatio cum generali bonorum hypotheca, ad faciliorem, ac tutiorem reddituum exactionem: inde quæritur, si dominus census egerit contra tertium possidentem bona generaliter obligata, num teneatur prius principalis censuarii facultates excutere? Negat Avend. *sup. num. 9. in fin.* Sed contrarium est tenendum, nam ratio cui ille nititur, debilis est; quid enim interest, quod utraque bonorum obligatio simul ad eundem concurrat contractum, si diversimodè, & ad di-

stinctos effectus res adhibentur obligatæ, quædam ut in illis census consistat, & emptor jus reale velut servitutem adquirat ad redditus ex ipsarum fructibus percipiendos: quod onus ita rei censui obnoxie cohæret, ut illud quocunque vadat, præ se ferat: quapropter in possessorem non præmissa excussione actio dirigitur.

Aliæ verò res sub generali obligatione contentæ solum deserviunt ut plus cautionis comparet emptor ad redditus exigendos, nullumque aliud jus quærit in illis, nisi regularem hypothecam, sicut quilibet similis creditor; ideoque nisi excussione perfecta, tertium possessorem molestare nequibit. Quam distinctionem prædocuit Molin. *d. disp. 383. n. 6.*

47 Alia exceptione se tueri posset possidens rem generaliter obligatam, ex l. 2. C. de pignorib. quæ statuitur, ne creditor habens rem specialiter hypothecatam, & generaliter omnia debitoris bona, possit in tertii præjudicium ad res generali obligatione astrictas agere, nisi excussione præhabita in speciali hypotheca: & ita in specie tenuit Avend. *d. cap. 96. numer. 13. contrarium sustinet Roderic. de ann. redditib. lib. 2. cap. 9. numer. 29. quia dicta lex 2. procedit inter creditores, nec extenditur ad tertium possessorem, & hæc est communis resolutio, quæ tamen limitatur si tertius cum titulo, & hypothecaria ex causa possideret, Merlin. *sup. lib. 4. q. 21. numer. 15.**

Vers. Hinc etiam deducitur.

48 Extra dubium est, rei censitæ possessorem teneri ad reddituum pensionem. Cenc. q. 73. n. 15. Sed maximè discutitur, an census creditor censuarium valeat non possidentem convenire? Affirmant cum D. Covar. Gutier. *Practic. lib. 2. cap. 177. num. 4. Roder. de ann. redditib. lib. 2. q. 9. nu. 51. Cenc. ubi proximè, Felician. de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 8. Redoan. de reb. Eccles. rubric. de constitut. ann. redit. num. 68.*

49 Alii inficiantur, censuarium ab onere pensionum non liberari per rei censitæ alienationem. Molin. *de justit. & jure, disputat. 383. num. 9. vers. Illud etiam constat, Valalc. de jur. emphyt. quæst. 32. num. 4. Avendann. de censib. cap. 23. num. 14. Alii denique distinxerunt ita: vel censuarium denunciavit creditori, & non poterit conveniri; vel non, & satisfacere compelletur agenti. Navar. *comment. de usur. quæst. 22. num. 116. Azor. Instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 11. quæst. 1. vers. Postremò in ea, Bonacina in Sum. tract. de contract. disput. 3. quæst. 4. punct. unic. num. 97. Secunda opinio juri, & æquitati consona videtur, nisi exactio reddituum difficilis censeatur ob potentiam, inopiam, aut dolum possessoris, ne per factum censuarii deterior fiat conditio domini census, l. Non debet, de reg. jur. cap. Non debet, eod. tit. in 6. cum aliis per Barbof. axiom. 22. n. 1. quod tunc vel maximè procedet, si denunciatio non intervenit ad alienationem.**

Ibi: In eo tamen qui tertius possessor est.

50 Tertius rei censu affectæ possessor, etsi recognitionem emiserit, si absque fraude deserit possidere, amplius pro redditibus, conveniri nequibit. Redoan. & Avend. *ubi proximè, Gutier. num.*

num. 5. Cenc. q. 92. nu. 29. Roder. d. q. 9. num. 56. Valenzuela conf. 19. num. 52.

51 Hinc inferri potest, quod si tertius possessor rem cesserit domino, census immunis erit à reddituum pensione, licet venditori primævo censuario, vel hæredi ejus id non prodesset. Leotard. cum pluribus tract. de usur. quest. 42. nu. 25. Cenc. quest. 97. num. 8. & quest. 98. num. 81. Ratio differentiæ in obscuro non est; nam qui censum vendit, ex contractu obligatur solvere pensiones, quas præcisè exhibere tenetur donec jus emptoris non extinguitur, nec satisfacit, fundo censito tradito, quamvis plus quam debet præstare videatur, quia aliud pro invito creditori solvi non potest, l. 2. §. Mutui datio, de reb. credit. Tertius autem singularis successor nulla alia ratione ad redditus tenetur, nisi quia possidet rem, in qua dominus census habet jus reale ad illos percipiendos, nec per recognitionem magis astringitur, nec natura obligationis immutatur; ideo dimittens rem censitam creditori omnino liberabitur, ut docuit Cencius, qui tamen recognitionis non meminit, de cujus effectu agit D. Covar. hic egregie Roderic. ubi nuper, num. 56. & 86. Felic. lib. 3. c. fin. nu. 7.

Ibi: Ut possit competere executionis jus.

52 Tertius possessor rei censui subjectæ nequit pro pensionibus viâ executivâ conveniri, nisi publico instrumento recognitionem fecerit. Roderic. d. q. 9. num. 53. Avendañ. latè de censibus, cap. 96. num. 7. & 8. Cenc. quest. 95. num. 6. 21. Felician. lib. 3. cap. 4. num. 6. Paz in praxi, tom. I. part. 4. cap. I. num. 49. & ita est tenendum, & observatur, quanquam tertium possessorem pro redditibus executivè conveniendum obiter scripserit Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. I. num. 18. quem refert Bolaños Cur. Philipp. part. 2. §. II. num. 8. quam opinionem probabilem ostendit Avend. num. 8. vers. Tertid, & noviter, cum seqq. qui singulariter opinatur in censu reservativo executionem in tertium competere possessorem. Vide vers. Secundò etiam ego. Quid si pactum de non alienando adjiciatur, statim explanabitur.

53 Tertius possessor rei censitæ compelli poterit (ut frequenter fit) ad recognitionem census, vel ut illam rem dimittat. Azeved. in l. I. nu. 8. tit. 15. lib. 5. Recop. Avend. d. cap. 96. num. 7. vers. Ex quo dominus, Roder. nu. 56. Felician. lib. 3. cap. ult. num. 8.

Ibi: Illud tamen erit observatione dignum.

54 Licet regulariter verum sit, quod creditor hypothecam habens (præsertim specialem, quia de generali non est quæstio) cum pacto de non alienando, possit executivè agere in tertium possessorem, sicut in principalem, attamen in contractu census non ita plane procedit: tum quia videtur tale pactum contra naturam contractus, ac valde onerosum venditori: tum propter Bullam Pii V. quâ prohibentur conventiones restringentes facultatem alienandi. Consule Cencium, Paz ubi proximè, Roder. num. 54. & 55. Avend. num. 7. & 8. Felician. lib. I. cap. 10. nu. 3. & lib. 3. c. 4. num. 6. Sed in praxi apud nos est executioni locus, si inseratur clausula de non alienando, ex traditis per Paz, & Avend. Verumtamen non videtur sufficiens, quod de stylo Tabelliones inferunt, nec scilicet res censita absque D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

assensu emptoris census possit alienari, quia potius respicit ad denuciationem, quæ ex constitutione Pii V. fieri debet, quam ad impedimentum alienationis, quod eadem Bulla prohibetur, de quo Avend. nu. 8. vers. Sed quamvis.

Vers. Constat igitur.

Legas laudatos sup. nu. 27. & 28. & quæ circa 55 quæstionem istam hucusque sunt tradita. Et quidem probabilior, tutior, ac in praxi receptior videtur sententia negans censum in personali sola obligatione consistere posse, quæ & Pontificia Pii V. autoritate roboratur, & à plerisque Interpretibus de jure communi sustinetur.

Vers. Non obstant constitutiones.

Obstat quidem novissima Piana, cujus hæc sunt 56 verba: *Hac nostra constitutione statuimus censum, seu annum redditum creari, constituive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.* Per quam clausulam creatio censuum personalium prorsus eliditur, ut observat Molin. disput. 389. num. 3. præter plures alios recensos sup. nu. 27. Et quanquam ea constitutio alicubi vim coercitivam non obtinuerit (quod absque controversia non est, de qua Leotard. de usur. q. 44.) ubique tamen directivam oportet ut habeat.

Vers. Quod item diximus.

Pro his adire potes quos cumulavi sup. nu. 39. 57 illi etenim licita impositione census personalis acriter disputarunt, utrinque rationibus discussis. Nos sanè D. Covar. consilium amplexi, vel propter majorem cautionem, vel propter conscientiæ securitatem ab hujusmodi contractibus abstinemus, census in rebus immobilibus, aut quæ pro immobilibus habentur, constituentes.

Vers. Quæritur deinde.

De hac quæstione ante omnes videndus Cencius 58 de censib. quest. 80. de qua suo loco inferius agendum.

Ad Num. 7.

Creditor hypothecarius agere valet in solidum 59 pro eo quod sibi debetur adversus possessorem cujusque rei ex obligatis. Idem juris habet in eum, qui partem rei hypothecatæ possidet, Cencius sup. num. 10. Merlin. de pign. lib. 5. q. 59. num. 1. Negulant. eod. tract. part. 2. memb. 4. num. 160. Leotard. de usur. q. 97. num. 19. Ant. Fab. in Cod. tit. commun. de legat. definit. I. nu. I. Mantic. de tacit. convent. lib. II. tit. 17. num. 15. Pacif. de Salvian. interdict. inspect. 3. cap. 4. num. 280. Felician. cum multis sup. lib. 3. cap. 4. num. II.

Nec liberabitur possessor offerens hypothecatæ 60 rei æstimationem, si ea non sufficiat ad totius crediti exsolutionem, ut ex aliis observavimus sup. lib. I. cap. 8. num. 18. ubi ex num. 7. fusè de tertio possessore, qui melioramenta adjecit: & pro hoc judicatum refert Arias de Mesa var. lib. I. cap. 49.

Principalis conclusio eam patitur restrictio- 61 nem, ut non procedat in legatario, qui etsi bona testatoris habeat obligata, nequibit agere in solidum

lidum contra unum ex hæredibus, etsi res hæreditatis possideat; sed pro portione hæreditaria quemque debet convenire, nisi res certa relicta sit ex bonis defuncti; nam ejus possessor eandem tradere compelletur. Mant. num. 14. Merlin. nu. 6. Leotard. ubi proximè, & nu. 22. id rectè extendit ad tertium possessorem ab hærede causam habentem, qui non tenebitur nisi quatenus autor suus teneretur possidens.

Ibi: Sed quia hypotheca, quæ deducitur.

62 Species de qua quæritur, ita se habet: Vendidit quidam censum triginta aureorum in singulos annos, quem imposuit super tribus suis ædibus, quas deinceps cum suo onere alienavit, ita ut ad tres diversos dominos pervenerint; ambigitur an dominus census valeat quemque ex his tertiis possessoribus convenire pro triginta annis, vel decem à singulis exigere? D. Covar. docet, in solidum agi non posse, sed pro rata respectu æstimationis domus, quam quisque possidet. Assentiuntur Rebell. de obligat. justit. lib. 10. q. 6. nu. 2. Bonacina in Summa, tractatu de contract. disputat. 3. quest. 4. punct. unic. nu. 37. versic. Tertio, Ursill. ad Afflic. decis. 153. nu. 5. Redoan. de rebus Eccles. non alien. rubric. de constit. cens. n. 69. & alii apud Cenc. sup. nu. 3. & Felician. de censib. lib. 3. cap. 4. nu. 11.

63 Quæ sententia ex Bulla Pii V. est omninò tenenda, ubi recepta probetur; nam dum constitutio jubet, ut re extincta, aut ex parte perempta, census pereat, vel minuatur, apparet res censui non subjici in solidum, sed partialiter, pro modo fructuum quos quæque ferre solet; ideo si super tribus domibus census collocaretur, unâ dirutâ tertia pars reddituum amitteretur. Unde tertius possessor conveniri non poterit, nisi pro domo quam detinet, cum in solidum non foret obligata. Aliam rationem ex Joan. Bapt. Mad. transcripsit Cenc. loco cit.

Ibi: Non inficior opinionem.

64 Quod possessor partis rei subjectæ censui, vel unus ex pluribus ita obligatis teneatur in solidum ad reddituum solutionem, ac census recognitionem, contra nostrum Præsidem absolute tuentur Molin. de justit. & jur. disp. 383. nu. 9. Lessius eod. tract. lib. 2. cap. 22. num. 89. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 7. num. 2. Azeved. in l. 1. num. 15. tit. 15. lib. 5. Recopil. Navar. de usur. num. 114. Avend. de censibus, cap. 96. nu. 14. Felician. eodem tract. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 11. Valasc. de jur. emphyt. q. 32. num. 15. Roder. de ann. redditib. lib. 2. q. 9. num. 60. Gratian. disceptat. cap. 141. ex num. 3. non paucis prætermittis, quos referunt Felician. Avend. Roder. & Cenc. d. q. 80. num. 1. qui ita distinguunt, ut creditor si egerit actione personali in rem scripta ad reddituum exactionem, non valeat in solidum convenire; secus si hypothecaria. Vide eum num. 7. & consentientem Merlin. sup. d. q. 59. n. 7. cum seqq.

Ibi: Ideò in praxi apud Hispanos.

65 Adeo usu in Hispania receptum est, ut censuista agere valeat in solidum contra possessorem cujusque rei ex obnoxiiis censui, aut partim, ut

in instrumentis ejusmodi clausula communiter adjiciatur, *Censuario promittente res non dividere inter diversos possessores.*

Ad Num. 8.

Hæc resolutio, & distinctionis pars tunc procedit juxta communem sententiam, de qua sup. num. 59. An possit se tueri possessor rei generaliter obligatæ exceptione, l. 2. C. de pignor. prædixi nu. 47.

Verùm distinctio D. Covar. inter res censui subjectas, & alia bona censuarii generaliter obligata, locum in Hispania nequit habere, ubi ex stylo census super bonis omnibus, ac specialiter super fundo certo, vel æde imponitur, atque ita pariformiter cuncta obligantur, quod ipse Præses noster prædocuit sup. nu. 5. vers. Quare si contractum, ubi inquit in re censui specialiter supposita contrahi hypothecam accessoriam actionis personalis pro securitate census, sicut cætera bona, quæ generaliter solent obligari; unde diversum jus constitui non debet respectu tertii possessoris, si à census domino conveniatur.

Ad hæc licet teneamus, per census constitutionem nullam contrahi in re censu oneratâ hypothecam, ut non pauci sentiunt, adhuc distinctio tradita non est excipienda; nam prædium in quo census collocatur, cum persistat plenè in dominio censuarii, generali bonorum hypothecæ subjicitur, ex qua generali hypotheca, etiam regulari agens creditor poterit in solidum pro redditibus possessorem partis rerum censu specialiter affectarum convenire, maximè cum in istis plus juris quam in cæteris habere censetur, ut agnoscunt communiter omnes.

Illud tandem in hoc tractatu observatione dignum existimo, ne circa præmissa quid ambiguitatis occurrat lecturo, quod omnes agnoscunt, venditorem census personali actione teneri ad reddituum solutionem: dissensus tamen iste inter Scribentes versatur, quidam etenim, ut D. Covar. ubi proximè, ac non pauci quos refert, & sequitur Felician. tom. 2. lib. 1. cap. 8. n. 17. & tom. 1. c. 4. nu. 6. & cap. 8. nu. 19. opinantur ex natura contractus censualis actionem personalem principaliter per se stare, ac sic independentem à fundo, in quo census collocatur, ut hoc perempto, illa persistat quâ censuarius ad reddituum pensionem possit conveniri. Alii contra sentiunt, scilicet eam actionem accessoriam esse ad jus reale, quod emptor in æde, aut prædio destinato quæsit, ut explicuimus, Authoribus laudatis, sup. num. 40. quibus etiam seclusâ Pianâ constitutione assentior, etsi Felicianus d. cap. 8. nu. 17. arguat temeritatis iudices qui hanc sententiam elegerint: quod an temerè sit assertum, alii decernent. Mihi autem videtur censuarium teneri actione personali, ut debitorem quantitatis reddituum respectu certæ speciei, hoc est fundi, vel domus censu affectæ; ideo juxta communes Juris regulas, perempta specie liberatur, ut observavi Practicar. cap. 28. num. 39.

Similiter animadvertere oportet, quod censum redimere potest præter censuarium, correum, & fidejussorem extraneus quilibet, etsi census dominus contradicat, ut fert communis sententia, quam tenent Cencius de censib. q. 105. n. 4. Avend. eod. tract. cap. 106. n. 6. Carleval. de judic. disput. 35. n. 25. Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 16. n. 6. Felician. de censib. tom. 1. lib. 4. cap. 16. n. 6. Nihilominus contrarium non semel per Rotam decisum testat-

testatur Cencius *sup. n. 1.* quod Bullâ Pii V. comprobari videtur, ut idem adnotat.

70 Et quidem præfatæ decisiones Rotæ non carent validis fundamentis. Primum, quia per census impositionem vera venditio contrahitur, ac emptor acquirit jus percipiendi annuam pensionem pro pretio, quod numerat. Cenc. *q. 35. n. 4.* D. Covar. *hoc cap. n. 2. vers. Secundò hos annuos, & vers. Non oberrunt huic.* P. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 383. per tot.* ideo alcavalam deberi, inquit ipse *disp. 384. nu. 1.* quod jus quæsitum vendere iterum emptor compelli non potest, ut cum pluribus tradidi infra, *cap. 14. n. 1.* Nec ex facultate redimendi in contractu censuali concessa venditori, quæ nihil est aliud, quam pactum retrovendendi jus illud ad annuos redditus percipiendum, Molin. *d. disputat. 384. nu. 3.* oritur obligatio, quâ extraneus redemptor juvari possit; nam cum sit personalis ex contractu, cohæret personæ censuarii, sine cujus cessione, aut mandato nullus uti permittitur illa, unde ut sine actione comparens in iudicio, audiri non debet, ut notatur infra, *cap. 19. n. 28.*

71 Secundum, alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, ut prædixi *sup. nu. 49.* quod contingit extraneo censum redimente; fit enim deterior conditio domini census, qui rem suam alienare cogitur, & redditibus pecuniæ carere; censuarii, quia ut docent Carleval. *sup. num. 26.* cum Roderico, quem refert, censu redempto, ille actione negotiorum gestorū tenetur redemptori solvere sortem, quam nunquam reddere domino census invitus compelleretur, sicut probat Cencius *q. 106. d. princ. & ita verum est, ut nec valeat pactio, quod domino census liceat pretium repetere, ut observatur infra, cap. 9. num. 22.* postetque commodius fore censuario pensionem annuam solvere, quam ingentem pecuniæ quantitatem quærere, unde fortè ad distractionem fundi, vel domus, super qua census erat constitutus, deveniret, etiamsi ut Rodericus, ac Carlevalius volunt, induciæ debitori præstentur, ut commodè solvat, cum tandem sit sortem soluturus.

72 Tertium, communis opinio contraria eâ innititur potissimâ ratione, quod sicut quisque potest solvens creditori etiam invito liberare debitorem utique renuentem, *l. Solvendo 41. de negot. gest. l. Solutionem 23.* & ibi Gloss. *de solut. princip. Instit. quibus modis tollit. oblig. l. 3. tit. 14. part. 5.* ita similiter extraneus quilibet, etiam censuario, & domino census invitus, per redemptionem censum extinguere, ac debitorem liberare permittetur.

73 Verum harum legum decisio, quæ de creditore loquuntur, nequaquam census domino adaptari potest, qui quoad sortem, & pecuniam, quam in pretium tradidit, nec est, nec dici potest creditor. Salgad. *Labyrinth. creditor. p. 1. cap. 22. num. 10.* & patet, nam ex natura contractus, imposito censu nulla superest emptori facultas repetendi, ut latè probat Cenc. *d. q. 106.* & à nemine dubitatur; imò si aliud expressim convenerit, pactum non sustinebitur, sicuti adnotatur infra, *hoc lib. cap. 9. n. 22.* ubi plures. Cum ergo verba legum non comprehendant census dominum, nec earum dispositio eidem poterit convenire, *l. 4. §. Toties, de damn. infect. Gu-tier. Canonic. lib. 2. cap. 15. n. 127.* Escobar. *de ratioc. cap. 28. n. 27.* Bobad. *Polit. lib. 5. cap. 1. n. 127.* Argel. *de acquir. possess. q. 8. art. 11. n. 9.* Barbosa cum pluribus *axiom. 136. nu. 8.*

74 Nec per extensionem præfatæ leges possunt censuistam comprehendere, quæ nullatenus admittuntur ubi diversitas rationis apparet; nam ubi *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

diversa ratio, diversa debet esse juris dispositio. *l. Si ita 16. de manum. testam. l. Inter stipulantes 83. §. Sacram. de verb. oblig.* Barbosa cum aliis *axiom. 197. n. 5.* Quanta sit inter creditorem, & censuistam differentia, ex præmissis constat; ille enim accipiens solutionem nihil de patrimonio alienat, imò pecuniæ, quâ carebat, dominium quærit, per quod meliorem suam facit conditionem, cum utilius sit rem consequi, quam actionem conservare, *l. Is qui 25. de rei vend. l. Minus 205. de reg. jur.* Glossa in *l. Qui actionem, eod. tit.* Unde nullam excusationem proponere valet creditor, ne liberetur debitor, cum illius nihil intersit, quod sibi debetur ab hoc, vel ab alio percipere. At censuista per redemptionem compellitur retrovendere quod illi commodius est, quam pretium habere; alioqui censum non emisset, unde justam causam habet, ut non emisset, unde justam causam habet, ut non admittat extraneum ad census redemptionem?

Ad hæc etiam inspectâ debitoris personâ ratio 75 diversitatis apparet; nam per redemptionem census licet liberationem consequatur à reddituum pensionem, aliàs gravatur, dum ad sortis solutionem astringitur, sicut prænotatur *sup. n. 71.* sed qui certam debet quantitatem, nullatenus oneratur, cum eadem obligatione pro eo solventi teneatur, ac erat astrictus primo creditori, nec ipsius conditio deterior facta est.

Ex quibus dubia redditur communis conclusio, 76 quæ extraneum admittit ad census redemptionem. Verum mihi videbatur sic distinguendum, ut si debitore sciente, & non contradicente extraneus redimere censum velit, audiatur; non sic quoties ille ignoret, aut refragetur, utrumque propriis rationibus: etenim ubi censuario nec tacite, nec expresse consentit, militant quæ antea expendebamus contra communem; sed accedente assensu censuarii, omnia cessant omninò, quoniam huic scienti, & non contradicenti nulla fit injuria, quantum sentiat incommodum ex redemptione, *cap. Scienti 27. de reg. jur. in 6. l. Cum donationis 34. C. de transact. l. 1. §. Usque aded, de injur. & ex hac taciturnitate tacitum mandatum inducitur, argumento legis Semper qui non prohibet 61. de reg. jur. cujus præsumpti mandati virtute extraneus jure compellit censuistam ad retrovenditionem ex pacto inito cum censuario, sicut mandatarius pollet. Igitur ut communis procedat opinio, scientiâ & patientiâ censuarii opus erit.*

S U M M A R I U M.

- 1 Pactum legis commissoriæ, quod in pignoribus prohibetur, in contractu venditionis approbatur, & quare.
- 2 Sub qua forma illud in venditionibus adjici solet.
Verba consueta non sunt de substantia conventionis, nam sufficiunt equipollentia, ibid.
- 3 Ex pacto illo, si pretium die præfinita non numeretur, dominium rei venditæ ipso jure ad venditorem redit.
- 4 Opus non est quod interpelletur emptor pro pretio. Restituuntur fructus, sed compensantur. Non debetur gabella.
- 5 De pacto additionis in diem, ac ejus effectu.
- 6 Potest fieri absolute absque temporis præfinitione.
- 7 Ex utroque pacto vendito non resolvitur, nisi venditori placuerit.

- 8 Ex pacto additionis in diem fructus cedunt venditori, resoluta contractu.
- 9 Limitatur si emptor pretium solvisset, & de jure communi venditor usuras præstabit, ut fructus percipiat, & n. IO. & II.
- 12 Ut dominium redeat absque traditione in venditorem ex prædictis pactis, debent in ipso contractu adjici, non ex intervallo.
- 13 Sunt etiam concipienda verbis directis; nam si obliquis, traditione opus erit, ut dominium regrediat.
- 14 Quoad gabellam multum interest, an illæ pactiones adjiciantur verbis directis, ac in continenti, vel obliquis, & ex intervallo.
- 15 Utrum quando non revertitur ipso jure dominium ad venditorem, sed media traditione, emptor fructus perceptos retineat?
- 16 An ex pacto additionis in diem verbis obliquis concepto, revertatur ipso jure dominium ad venditorem?
- 17 De pacto retrovendendi, remissivè.
- 18 Utrum ex pacto retrovendendi verbis directis expresso, revertatur dominium ad primum venditorem sine traditione? & n. 19. & 20.
- 21 Ex pacto retrovendendi si dissolvatur contractus, gabella debetur, & an una, vel duplex.
- 22 Ex pacto retrovendendi non competit rem iterum ementi actio realis utilis, nec utile dominium quæritur sine traditione, sed solum datur actio personalis ad rem.
- 23 Ex pacto retrovendendi nulla in tertium rei venditæ possessorem competit actio.
- 24 Quid si adjiciatur pactum de non alienando, & hypotheca.
- 25 Quid si contractus firmetur juramento?
- 26 Si pactum retrovendendi per verba directa exprimitur, tertius possessor potest conveniri.
- 27 Pactum quod restituito pretio res sit inempta, non est retrovendendi.
- 28 Pactum retrovendendi est licitum, tam in favorem vendentis, quam emptoris.
- 29 Num modicitas pretii cum pacto retrovendendi absque alia præsumptione efficiat contractum censeri feneratorium? & num. seq.
- 31 De intellectu capitis Ad nostram, de empt. & vendit.
- 32 Pactum retrovendendi, cum limitatione ut non liceat redimere intra certum tempus, an reddat contractum usurarium? & num. 49. & 50.
- 33 Pactum retrovendendi an differat à conventionione, quod emptor pretio restituito, rem retradere teneatur, & num. seqq.
- 36 In foro interno contractus ex conjecturis non censetur usurarius, etsi aliàs iniquus existat, cum restitutionis gravamine.
- 37 Ubi triplex reperitur conjectura, scilicet pactum retrovendendi, modicitas pretii, ac consuetudo feneratori, contractus debet usurarius declarari, aliàs id judicis arbitrio relinquatur.
- 38 Utrum conclusio proxima procedat, si res infructifera vendatur, & quæ solum delectamento deservit? & num. 39.
- 40 Ad judicandum an contractus sit usurarius, maxime attendenda qualitas contrahentis.
- 41 In datione in solutum an ex pacto retrovendendi, & aliis conjecturis usura præsumatur.
- 42 Ad dignoscendam pretii modicitatem, ubi intervenit pactum retrovendendi, æstimatio rei propter illud notabiliter minui debet.
- 43 Pactum retrovendendi in census contractu non solum permissum est, sed & præceptum.

- 44 Lex tit. 6. lib. 8. Recopilat. declaratur & num. 45.
- 46 Num liceat censum emere cum pacto, quod nisi intra certum tempus redimatur, maneat perpetuo irredimibilis, & num. 47.
- 48 Ad Granatensis Prætorii decisionem de censibus ratio ex P. Molina redditur.
- 51 Utrum in emptione census redimibilis pacisci liceat, ut intra certum tempus venditor redimere non valeat? & num. seq.
- 53 Ex Bulla Pii V. omnia pacta, quæ restringant redimendi facultatem, à census contractu rejiciuntur, ipso subsistente.
- 54 Distinctio D. Covar. circa pacta restringentia redimendi facultatem.
- 55 Bulla Pii V. in Hispania non est recepta, & quid apud nos observandum quoad pactum restringens redimendi facultatem.

CAPUT VIII.

Ad Num. 1.

Pactum legis commissoriæ si in contractu pignoratitio adjiciatur, est omnino vetitum, de quo *sup. cap. 6. ex num. 62.* Sed in venditionibus omni jure sustinetur. *l. 38. tit. 5. l. 2. & per tot. de leg. commissor. l. 1. C. de pact. int. empt. & vendit. glossa verb. Memorium, in l. ult. C. de pact. pignor. Leotard. de usur. quest. 69. n. 2. Hermos. in l. 41. nu. 26. tit. 5. part. 5. Merlin. de pignor. lib. 4. quest. 123. num. 6. Barbosa collect. cap. Significante, num. 2. 3. de pignor. ubi hujus diversæ dispositionis reddit rationem quæ, ni tallor, congrua non videtur, quatenus, inquit, commissoriam legem in venditionibus admitti, quia justum pretium intervenit; nam approbatio ejus pacti aliunde provenit, ex æquitate scilicet, quæ in eo versatur, ne venditor & re sua, & pretio careat, emptore utrumque retinente; ideo justè convenit, ut pretio intra tempus concessum ad solutionem non numerato, res vendita suo domino pristino cedat. In pignoribus verò sub eadem pactione latet iniqua creditorum, seu feneratorum avaritia, dum pignora pro credita pecunia ad diem præscriptum non exhibita usurpabant cum ingenti debitorum læsione, de qua & aliis rationibus D. Covar. d. cap. 2. num. 8. & ibi per me laudati, nu. 78.*

Ejusmodi pactum ita concipiebatur, ut si pretium intra annum, aut biennium non exsolveretur, res foret inempta *l. 2. 4. & 5. de leg. commiss. d. l. 38. partit. ubi Greg. Lop. gloss. 3. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. nu. 30. Ant. Fab. racion. ad l. 1. de lege commissor.* Hæc tamen verba, ut docet D. Covar. non ita sunt de forma hujus pacti, ut aliis æquipollentibus suppleri non possint, modò directa sint, & apta ad resolvendum ipso jure contractum. *Fab. sup. in l. 2. de leg. commiss. Greg. Lop. ubi proximè, Caldas Pereyra in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, nu. 53. C. de in integ. restit. Hermosill. in l. 38. n. 8. tit. 5. p. 5. Molin. de just. & jur. disp. 378. nu. 9.*

Hujus pactionis effectus talis est, ut si emptor statuta die pretium non exhibeat, dominium rei venditæ absque traditione ad venditorem legis ministerio revertatur. *Greg. Lop. & Ant. Gom. ubi proximè, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de empt. nu. 23. vers. Contra conclusionem, Hermos. nu. 7. Merlin. d. q. 123. nu. 2. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 29. num. 22. Morla Empor. Jur. tit. 9. quest. 14. num. 6. Petr. Greg. Syntagm. lib. 25. cap.*

cap.17. num. 11. Matienz. in l. 7. gloss. 3. num. 21. tit. 11. lib. 5. Recop. Pereyra sup. n. 55. Negufant. de pignor. part. 4. princ. num. 1. Cujac. lib. 2. respons. Scævola. in l. 6. de leg. commiss. Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 2. quam conclusionem probant lex ultima de leg. commiss. lex Commissoria 4. C. de pact. int. empt. & vendit. etsi dissentiat Fab. in ration. ad l. Si quis hac, de rei vendic.

4 Ut dominium ad venditorem redeat, opus non est quod præcedat interpellatio, l. Si fundus 4. §. Marcellus, de l. commiss. ubi Fab. in ration. Pichard. disp. de mora, num. 200. Wesembec. in paratit. ff. de leg. commiss. Non solum rem vendicat venditor, sed etiam fructus ex ea per emptorem perceptos consequitur, d. l. Si fundus, d. l. 38. Part. Gutier. de gabell. quest. 10. num. 13. Scaccia de commerc. §. 1. quest. 1. num. 483. Felician. num. 5. qui tamen cum parte pretii soluta, seu arrhis compensantur; nam hæc lucratur venditor, dict. l. Partit. dict. l. 4. §. 1. Petr. Gregor. sup. num. 10. Fab. in d. §. 1. Resoluto contractu, gabella nulla debetur, & exacta est restituenda. Latè Gutier. cum pluribus sup. num. 10. Molin. à num. 11. ubi Ant. Gom. refutat, Lassarte de decim. vendit. cap. 14. ex num. 20. Idem docent si ex pacto adjectionis in diem venditio evanescat. Vide Molin. nu. 16.

Ibi: Pactum autem additionis in diem.

5 Forma pacti additionis in diem traditur in l. 1. de die in diem addit. l. 40. tit. 5. p. 5. ubi Greg. Lop. & Hermos. qui latè de hujusmodi pacto agit plures referens: & ex hac conventionem, si resolvatur contractus, alio meliorem conditionem venditore afferente dominium jure ipso ab emptore, ac priori domino cedit, l. Si quis hac lege 42. de rei vindicat. l. Si ex duobus 6. §. 1. de in diem addit. Molin. de just. & jur. disp. 378. num. 7. vers. Tertio conveniunt, Hermos. in d. l. 40. num. 2. 3. Felician. sup. num. 2. Matienz. d. gloss. 3. 21. Pereyra num. 56. Mantic. de tacit. & amb. convent. lib. 4. tit. 28. num. 11. Nihilominus sunt qui dissentiant arbitantes, nec in hoc, nec in pacto legis commissoriae dominium ad venditorem absque traditione reverti, ut Ant. Fab. sup. & in ration. ad l. Si ex duobus, §. Sed & Marcellus, de in diem addit. Menchac. usus frequent. cap. 69. Sed communis est tenenda.

6 Pactum istud sustinebitur, etsi absolute, nullo tempore præfinito concipiatur, atque ita quando-cunque meliore allata conditione contractus resolvatur. Gregor. Lop. in d. l. 40. Partit. gloss. 2. ubi Hermosill. num. 9. quicquid senserit Gutier. sup. nu. 23. in fin.

7 Ex utroque pacto ita demùm resolutio contractus contingit; si venditori placuerit, nec licebit, hoc invito, emptori resilire, etsi casus resolutionis advenerit, l. Sabinus 12. de in diem addit. l. 2. de leg. commiss. ubi Ant. Fab. in ration. Petr. Gregor. de cap. 17. num. 7. quod limitat si aliud convenerit, ex d. l. Sabinus. Regulariter enim omne pactum contractus resolutivum subintelligitur, si placuerit illi, cujus favore adjectum constat. Cancr. variar. part. 1. cap. 13. num. 89. Cencius decis. 198. num. 18. & decis. 452. num. 3. Ant. Fab. ration. ad d. l. 2.

8 Si venditio resolvatur ex pacto additionis in diem, emptor tam rem, quam fructus reddere compellitur, qui non transeunt in emptorem secundum, sed venditoris lucro cedunt, l. Item

quod dictum 9. l. Si venditor 17. §. ult. de in diem addit. l. Valerius 50. de jur. fisc. l. 40. tit. 5. p. 5. Molin. sup. num. 7. Cencius de censib. quest. 60. num. 32. Petr. Gregor. num. 6. Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 5. Hermos. cum pluribus in l. 38. num. 17. tit. 5. p. 5.

9 Sed opportunè quæritur, si primus emptor pretium numeret, utrum fructus retinere valeat in usurarum compensationem? Et mihi affirmative respondendum videtur, ex l. Curabit 5. C. de action. empt. cujus æquitas locum sibi vendicat in cunctis conventionibus, ubi eadem ratio militat, ut prænotatur sup. cap. 4. num. 5. nam emptor restitutus fructibus, & illis careret, & utilitate pecuniæ in pretium traditæ venditori, qui utroque commòdo potiretur. Præterea ut inter contrahentes servetur æqualitas, sicut emptor rem cum fructibus restituere jubetur, ita & venditor pretium cum usuris quæ jure communi licebant, reddere debet.

10 His accedit, quod resolutio contractu per pactum istud, perinde est ac si nunquam intercessisset: quo igitur jure, aut titulo inter usurarium lucrabitur venditor? Ad idem conducit quod jam tradidimus de pacto legis commissoriae, ex quo emptor fructus non restituit, si venditor arrhas, vel partem pretii acceperit, quam compensationem introduxit humanitas, l. 38. tit. 5. p. 5. l. Si fundus 4. §. 1. de leg. commiss. quæ favet apertius ei, qui ex pacto adjectionis fructus cogitur restituere; ille enim dignus est poena ob fractam fidem, & non impletum contractum: huic nihil culpæ imputari potest, quod alio plus offerente, venditio resolvatur, imò hoc in ipsius odium, & læsionem fit. Ita tenet glossa in l. Item quod 9. de in diem addition.

11 Igitur agenti venditori ad fructus opponere poterit emptor de usuris pecuniæ pretii nomine traditæ, ex d. l. Curabit, quæ cum sint compensatoriae, nec Jure Canonico prohibentur sicut prænotavi sup. cap. 4. numer. 6. Sed quomodo computabuntur hujusmodi usurae, quæ hodie modum legitimum non habent, sicut de Jure Civili? Judex arbitrabitur juxta regionis consuetudinem quantum pecunia in licito, & frequenti negotiatione collocata reddere posset. Aut emptor tantam portionem ex fructibus retinebit, quantum partem pretii numeravit, ita ut si integrum pretium tradidisset, nullos fructus restituere teneatur, ut in simili ex D. Covar. prædixi d. cap. 4. num. 55. & 56.

Vers. Hæc verò conclusio.

12 Ut dominium ex illis pactionibus, dissoluto contractu, sine traditione in venditorem abeat secundum jam præmissa, necesse est ut in ipso actu contractus venditionis pactum resolutivum adjiciatur; nam si ex intervallo sit additum, traditio desideratur, Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 28. nu. 12. & tit. 29. nu. 24. Molin. d. disp. 378. nu. 10. Gregor. Lop. in l. 38. gloss. 3. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 30. Hermos. in d. l. 38. Partit. num. 10. & in l. 40. nu. 5. eod. tit. Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 6. n. 2. Pereyra in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, n. 56. C. de in integ. restitutione. Morla Empor. Jur. tit. 9. quest. 14. num. 6. Trentacinq. lib. 3. tit. de emption. resol. 10. num. 24. Matienz. in l. 7. gloss. 3. num. 21. tit. 11. lib. 5. Recop. Vide inferius, nu. 14. ubi de gabella.

Verf. Secundo, eadem conclusio.

- 13 Ut præfatus subsequatur effectus, pacta verbis directis sunt concipienda; nam si exprimantur obliquis, venditor sine traditione non recuperabit dominium. Mantic. d. tit. 28. num. 13. & tit. 29. num. 25. Molin. num. 9. Felician. nu. 6. Pereyra nu. 54. Trentacinq. num. 23. verf. Contra conclusionem, Hermof. in d. l. 38. nu. 6. Ant. Gom. Mathienz. Morla ubi proximè.
- 14 Quoties pactum resolutivum apponitur ex intervallo, aut verbis obliquis, ut si diceretur, *Rex restituitur, revertatur, recedatur ab emptione* gabella exigetur, etsi contractus dissolvatur. Molin. nu. II. Gutier. de gabell. quæst. 10. num. II. 12. Mathienz. ubi sup. licet aliud sit quando verbis directis pacta ea adjiciuntur in continenti, ut prædiximus sup. num. 4. quod discrimen observat cum aliis Hermof. in l. 40. d. num. 25. tit. 5. p. 5.
- 15 Dubium est, an quod de fructuum restitutione prænotatur sup. nu. 8. obtineat ubi pacta resolutiva obliquis verbis exprimuntur? Molin. d. disp. 378. nu. 9. in fin. negativè resolvit, scilicet emptorem fructus interim perceptos lucrari: nec restituere venditori cogendum. Dissentit Scaccia de commerc. §. I. quæst. I. nu. 483. quem sequitur Hermof. in l. 38. n. 17. tit. 5. p. 5. & illis accedo existimans, quoad fructuum restitutionem nihil interesse, quod pacifices obliquis, vel directis utantur verbis; nam fructus, ut accessorii naturam, ac conditionem rei venditæ sequi debent, ut simul venditori reddantur, argumento capitis *Accessorium 42. de reg. jur. in 6. l. Etiam 8. C. de jur. dot.* nec ulla inter rem, & fructus diversitatis ratio reperitur, quia eam, sicut illos revocabiliter emptor acquisivit: nec æquitas patitur, quod iste fructus lucretur, qui nihil impendit ratione contractus, qui dissolvitur. Alioqui si emptor sumptus fecerit necessarios in re vendita, fructus quoad concurrentem quantitatem retinebit: imò si non sufficiant, pro residuo agere poterit, l. *Imperator 19. de in diem addict.* ubi Ant. Fab. in ration.

At in pacto additionis in diem.

- 16 Resolutioni traditæ n. 13. objicitur lex *Si quis hac 42. de rei vendicat.* ex qua probari videtur in pacto additionis in diem verbis obliquis inito transferri dominium absque traditione in venditorem, resolato contractu; & hoc placet D. Covar. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 28. num. 14. & 15. Molin. num. 9. Felician. ubi proximè. Nihilominus à contraria sententia recedere non oportet; textum enim in d. l. *Si quis hac*, rectè Bartolus intelligit, cujus interpretatio nulla urgenti ratione impugnatur. Præterea Ant. Fab. in ration. ibi opinatur singulariter dominium ex conventionne ab emptore abiisse, sed ad venditorem ante traditionem non pervenisse: ipse tamen absolute loquitur, sive directis, sive obliquis verbis pactum concipiatur, quia sentit nullo modo dominium ad venditorem, nisi traditione reverti posse.
- Ad Num. 2.
- 17 De pacto retrovendendi sufficere consulere Mantic. de tacit. convention. lib. 4. tit. 31. & 32. Molin. de just. & jur. disp. 374. cum seqq. Hermof. in l. 42. tit. 5. part. 5. apud quem plurimi, & apud Barbof. collect. l. 2. num. 2. C. de pact. int. emptor.

Est insignis controversia, utrum scilicet ex eo 18 pacto retrovendendi, pretio oblato, seu restituto per venditorem, ad ipsum rei venditæ dominium, nulla interveniente traditione, revertatur? De qua fuscè, utrinque rationibus allatis, Mantic. tit. 32. ex num. 44. Morla Empor. Jur. tit. 9. quæst. 14. Hermof. sup. gloss. 7. n. 2. cum seqq. Fachin. controv. lib. 2. cap. 15. Ex his constat triplicem reperiri sententiam. Prima omninò traditionem postulat, quam plerique tuentur, quos congerunt Mantic. nu. 45. Morl. n. 9. Felician. de censib. tom. I. lib. I. cap. 6. num. 3. Hermof. sup. nu. 2. Barbof. nu. 48. quibus jungendi Gregor. Lop. in d. l. 42. Partit. gloss. 7. Ant. Fab. in ration. ad l. *Si quis hac*, de rei vendic. & l. *Si cum venderet*, de pignorat. action. Mathienz. in l. 7. gloss. 3. n. 22. tit. II. lib. 5. Recop. Molin. disp. 374. nu. 9.

Secunda omninò opposita docet, ex conventionne 19 retrovendendi dominium regredi, pretio reddito, ad primum venditorem ipso jure absque adminiculo traditionis. Ita tenere quos referunt Mantic. n. 44. Hermof. num. 3. Morl. num. 8. Barbofa num. 49. Tertia præcedentes distinctiones concordat, ut prior vera sit quoties verbis obliquis pacificatur: postere, si directis. Hanc tertiam cum plurimis sustinent Mantica num. 63. cum seqq. Hermof. num. 4. Morla num. II. Felician. de censib. tom. I. lib. I. cap. 6. num. 3. & 10. Fachin. sup. verf. *Tertia est sententia*, Barbofa num. 50. & hanc D. Covar. amplectitur. Ubi verba ita sunt ambigua, ut discerni nequeat, an sint obliqua, vel directa, pro obliquis habentur quoad effectus Juris Mathienz. in d. gloss. 3. num. 21. Mantic. num. 62.

Huic distinctioni objicitur, quod etsi verbis 20 directis utantur contrahentes, non ideò domini translatio sine traditione subsequetur; nam non pauci opinantur, specialiter hoc inductum in pacto additionis in diem, & legis commissoriæ, quod aliis pactationibus commune non est, quibus nulla lege talis tribuitur effectus. Verum alii dissentunt, asserentes id generaliter admittendum, quoties convenerit inter contrahentes, ut contractus casu resolutionis adveniente, pro infecto, & irrito à principio habeatur, de qua controversia Hermof. in l. 38. num. 9. tit. 5. p. 5. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de emptione, resol. 10. num. 23. & in specie Mantic. nu. 53. & 69. qui specialitatem inficiantur, cujus ratio congrua non redditur, quare locus erit extensioni, ex regula legis *Non possunt, cum seq. ff. de legib.* quo admisso, securè procedit opinio tertia, quæ distinguit.

Licet hæc ita sint, quoad gabellam communiter 21 placet deberi ex venditione cum pacto retrovendendi, etiam verbis directis concepto, etsi contractus resolvatur: quod tradunt iidem Interpretes, qui aliud in pacto legis commissoriæ, ac in diem additionis tenuerunt, ut Gutier. de gabell. q. 10. n. 28. Mathienz. d. gloss. 3. n. 22. Hermof. in l. 40. num. 25. & in l. 42. gloss. 9. num. 25. tit. 5. part. 5. Parlador. quotidian. lib. I. cap. 3. num. 3. & 9. ubi rationes reddit, quibus aliam adjicio deductam ex Gutier. d. cap. 10. num. 13. ubi Autoris damnati refert opinionem. Igitur eam differentiam constituo, nam pactum legis commissoriæ, aut additionis in diem regulariter ad breve tempus restringitur, unde gabella eo elapso facile exigetur, aut si soluta fuerit poterit restitui: ad pactum retrovendendi sæpe in perpetuum, vel in longum terminum confertur, qua ratione tamdiu jus fisci non debet esse in suspenso, cui fraus per dilationem fieri posset. Quod autem ex pacto retrovendendi, etsi resolvatur contractus, de prima tantum

tum gabella debeatur venditione, nisi ex intervallo pactum adjiciatur, docent omnes, ut videre est apud nuper laudatos, & alios quos congerit Hermos. in d. l. 42. num. 21. dissentiente Pichard. in §. Actionum, quest. 8. nu. 17. Insl. de action. qui duplici gabella onerat contrahentes, cui consensit Morla Empor. Jur. tit. 9. q. 14. in fin.

Ad Num. 3.

22 Veniā tanti Præsidis vetius est, ac receptius, ex pacto retrovendendi nec utile dominium transferri sine traditione, nec utilem in rem actionem dari: & ita sentiunt communiter illi quorum in proxima disceptatione meminimus nu. 18. & quos recenset Morla nu. 9. Alioqui si concederetur ex tali pacto utilis actio, ut quid Interpretes distinctionem inter verba directa, & obliqua excogitarent, cum inter actionem directam, & utilem quoad effectum vindicationis nihil intersit; unde frustra tam acriter disceptaremus de re inutili in veritate: quid enim interest, quod res vendita directa, vel utili actione per venditorem vindicetur? Nec oberit lex *Si cum venderet* 13. ff. de pignor. action. nam in eo textu nullum est verbum unde colligi possit, quod venditio fieret consentiente debitore à quo nunquam dominium per alienationem recessit: quapropter vindicare pignus poterit actione directa, non virtute pacti retrovenditionis. Hanc & alias interpretationes refert Molin. disp. 374. num. 10. Sed si crederemus Ant. Fabro in ration. ibi, nulla egeremus; nam ea verba, *Sed & ipse debitor aut vindicare rem poterit, &c.* à Triboniano perperam adjecta proficitur. Ex pacto ergo retrovenditionis, nisi directis exprimaturs verbis, nec utilis rei vindicatio competit venditori, qui pretium reddit ante traditionem, sed actio solum personalis, Molin. num. 9.

Verf. Hic apparet quid.

23 Qui vendidit cum pacto retrovendendi, si pretium reddat, poterit à tertio possessore, etsi hæres emptoris non sit, rem avocare. D. Covar. hinc, cui accedunt Cancr. variar. part. 1. cap. 13. nu. 103. & alii, quos laudavit Mantic. sup. lib. 4. tit. 32. num. 44. & Hermos. in l. 42. gloss. 7. num. 3. tit. 5. part. 5. Hæc sententia præ se fert æquitatem, & ea ratione defenditur, quod ex pacto retrovendendi actio in rem competit venditori. Sed qui hoc inficiantur, consequenter conclusionem impugnant, tenentes pretium possessorem tutum existere, qui actio personalis, quam tantum habet venditor, in eum exerceri nequit, l. fin. §. fin. de contr. empt. cum aliis per me adductis sup. lib. 1. cap. 8. num. 3. atque ita huic opinioni subscribere Molin. ubi proximè, Gregor. Lop. in l. 42. gloss. 7. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 29. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 32. num. 64. Salced. ad Bern. Diaz reg. 208. limit. 3. Fachin. controversiar. lib. 2. cap. 15. verf. Tertia est sententia. Parlador. different. 37. num. 12. & alii quamplures, quos isti referunt, præsertim Mantic. nu. 4. & Hermos. sup. nu. 2.

24 Quam resolutionem communiter limitant Interpretes, si pacto retrovendendi clausula de non alienando jungatur; tunc enim in tertium possessorem venditor agere non prohibetur. Molin. & Ant. Gom. ubi proximè, Parlador. num. 13. Sed an simul desideretur hypotheca specialis, aut saltem

generalis, videas apud Morl. Empor. Jur. tit. 9. q. 16. in fin. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 10. num. 18. Mantic. sup. num. 78. Cancr. variar. part. 1. cap. 13. num. 103. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 98. num. 20. præter alios, quos congerit Hermos. num. 5. Quidam pactum de non alienando cum hypotheca spec. ali rei venditæ requirunt. Alii hypothecam sine alienationis prohibitione sufficere tenent. Alii pactum duntaxat de non alienando desiderant. Vide, licet aliud agentes, quæ tradidimus sup. lib. 2. cap. 19. nu. 45.

Etiam quæstionis est, si pactum retrovenditionis roboretur juramento, num tertius possessor à venditore conveniri queat? De qua Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 32. ex num. 80. & negativè respondet num. 87.

Verf. Sed etsi refellenda foret.

Præmissa procedunt ubi pactum retrovendendi initur verbis obliquis, ut communiter fieri solet. Sed si convenerit verbis directis ut restituto pretio res sit inempta, aut contractus pro infecto habeatur, si emptor rem alienaverit, venditori in tertium possessorem competit actio. Gregor. Lop. in l. 42. tit. 5. part. 5. gloss. 10. Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 11. Morla d. tit. 9. q. 16. num. 7. Trentacinq. sup. num. 21. verf. Secundus est casus, Fachin. ubi proximè, Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 98. nu. 15.

Observare placet, quod & alii prius animadvertunt, nempe conventionem quod reddito pretio, res inempta habeatur, & similes, quæ contractum ipso jure à principio resolvunt, improprie pactum retrovendendi directis verbis conceptum vulgò nuncupari, cum hæc pacta inter se realiter distinguantur: imò in terminis ipsis implicatio dignoscitur, ut quid enim retrovenditio, si prima venditio exhibito pretio evanescit ex præfata conventionem, quod res sit inempta? De quo Morl. d. tit. 9. quest. 14. nu. 12. verf. Quamvis quæ, Felician. sup. num. 10. Cald. Pereyra in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, num. 64. C. de in integr. restitut.

Verf. His sanè explicitis.

Pactum retrovendendi ex se licitè in emptionis apponitur contractu. Molin. sup. disp. 375. nu. 2. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 21. nu. 113. Villalob. Sum. part. 2. tract. 21. diffi. 18. num. 2. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 14. num. 2. Petr. Navarra de restitut. lib. 5. cap. 2. nu. 93. Felician. d. cap. 6. nu. 12. Mantic. sup. d. lib. 4. tit. 31. num. 1. Hermos. cum plurimis in l. 42. gloss. 1. num. 4. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. d. cap. 2. nu. 27. Farinac. in prax. lib. 5. de falsit. quest. 163. nu. 20. Castill. controvers. lib. 1. cap. 25. nu. 5. Azeved. in l. 4. nu. 11. tit. 6. lib. 8. Recopil. & plurimi, quos dat Barbof. collect. l. 2. num. 2. C. de pact. int. emptor. Hujus pactiois fit mentio. Levitici cap. 25. verf. 24. ibi: Unde cuncta regio possessionis vestre sub redemptionis conditione vendetur. Ubi præceptum imponitur, ut absque pacto retrovendendi possessiones emere non liceat. Hæc quando pactum in favorem venditoris adjicitur; nam etiam pro emptore potest adhiberi, ut re restituta, pretium repetat; sed non frequentatur, quod etiam est licitum. Lessius ubi proximè, Trullench. num. 4. Castill. nu. 8. Menoch. lib. 3. præf. 122. nu. 16.

Ibi:

Ibi: *Atque admodum opportunè dubitatur.*

29. Celebris disputationis est, utrum ex pacto retrovendendi, & pretii modicitate, absque alia conjectura venditio usuraria præsumatur, ut videre licet apud Hermos. *in d. gloss. 1. num. 25. cum seqq.* qui opiniones refert, & autores recenset. Prima sententia docet, eam duplicem conjecturam usurarum non efficere fœneratitium contractum; nisi fœnerandi consuetudo emptoris probetur. Secunda tenet fœnoris præsumptionem oriri ex pacto revendendi, ac pretii exiguitate duntaxat. Tertia distinguit, nam si læsio ultra dimidiam intervenerit, duæ præfatæ præsumptiones reddunt contractum de usura suspectum; si læsio sit infra dimidiam, alia opus est ut accedat. Quarta hoc Judicis arbitrio committit. De qua controversia consulendi præter Hermosillam Menoch. *d. præf. 122. à num. 29.* Castill. *d. cap. 22. num. 41. cum seqq.* Leotard. *de usur. quæst. 9. ex num. 17.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 12.* Felician. *sup. d. cap. 6. num. 13. cum seqq.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 10. nu. 7.* Mascard. *de probat. concl. 447. à num. 2.* Mantic. *sup. lib. 8. tit. 20. num. 5. cum aliis.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. quæst. 3. à num. 9.* Farinac. *sup. d. quæst. 163. num. 40. cum seqq.* apud quos ferè innumeri pro utraque communi opinione, maximè apud Castill. qui *num. 50.* congerit eos, qui ultra pactum retrovenditionis, ac modicitatem pretii, consuetudinem fœnerandi, vel aliam præsumptionem desiderant. Adde Barbof. *collect. l. 2. à num. 9. C. de pact. int. emptor.*

Verf. Econtrariò quod sit.

30. Pro hac sententia certant quamplurimi, si læsio ultra dimidiam contigerit, ut videre est apud Hermos. *num. 25.* Castill. *num. 42. & 62.* ubi etiam qui huic opinioni absolutè subscribunt, recensentur. Aliam prætermisimus supra, quia communiter reprobatur, nempe nec illas tres conjecturas inducere usurarum præsumptionem, nisi concurrant plures, de qua Castill. *num. 61.* Vide Barbof. ubi statim laudabitur, *nu. 2.*

Verf. Sed si exactiùs pensitemus.

31. Decisionem capituli *Ad nostram, de empt. & vend.* haud pauci interpretantur, quos recensent Castill. *num. 40.* Barbofa *in collect. ibi, num. 1.* Illud constat, ex eo Pontificis decreto nequaquam colligi, quod solum pactum retrovendendi cum exiguitate pretii, usuræ præsumptionem operetur, cum inibi aliæ circumstantiæ intervenerint, quæ simul omnes animum Legislatoris induxerunt, ut ita definiret, & fortè aliud decerneret si hæ conjecturæ illis non jungerentur; nam singula quæ non profunt, simul collecta juvant. Barbofa *axiom. 209. num. 1.* prænotavi *sup. lib. 1. cap. 7. nu. 107.* Hæc post D. Covar. observant Castill. *controv. lib. 2. cap. 25. num. 57.* Molin. *de just. & jur. disp. 375. num. 7.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 13. ad fin.* Nec pactum illud, & pretii modicitas duntaxat judicis animum impellere possunt, ut contractum fœneratitium definiat, sed alia quælibet unde colligatur voluntas fœnerandi. Leotard. *de usur. quæst. 9. num. 20.*

Ibi: *Siquidem hæc conventio nimis est.*

Pactio ne intra certum tempus venditor ad rei redemptionem accedat, fœnoris præsumptionem præferret. Felician. & Molin. *ubi proximè,* Barbofa *collect. ad d. cap. Ad nostram, nu. 4.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 8. cap. 20. num. 33.* Leotard. *num. 18.* Menoch. *d. præf. 122. nu. 69.* Hermosill. *in d. l. 1. num. 32.* ubi alii. Dissentiunt aliqui, ut Azeved. *in l. 4. num. 36. tit. 6. lib. 4. Recop. & quos refert Castill. num. 9.* qui, & Menoch. *num. 70.* rectè asserunt, hujusmodi conventionem usurariam non censeri, nisi aliis conjecturis jungatur, ut pretii modicitati. Vide *infra num. 49.*

Ad Num. 4.

Est inter Scribentes dubium, an conventio, ut emptor pretio recepto à venditore, rem restituat, differat à pacto retrovendendi? De quo Castill. *sup. à nu. 29.* Barbofa *collect. l. 2. num. 2. C. de resc. vendit.* Mantic. *sup. lib. 4. tit. 31. nu. 3. & lib. 8. tit. 20. num. 7.* Pichard. *in §. Actionum, quæst. 8. nu. 16.* *Inst. de actionib. & plerique sentiunt inter ejusmodi pacta nullum reperiri quoad juris effectus discrimen, ut Pinell. in l. 2. part. 1. cap. 3. num. 27. C. de resc. vendit.* Petra *de fidei-commiff. quæst. 8. num. 198.* Cald. Pereyra *in l. Si curatorem, verbo, Sua facilitate, nu. 58. C. de in integr. restitut. & colligitur ex cap. Ad nostram 5. de empt. & vend. l. 2. C. de pact. int. emptor. l. 42. tit. 5. part. 5.* quibus in juribus receptum est communiter, de pacto retrovendendi tractari, ut de illa Imperiali Constitutione expressim testatur Barbofa *loc. cit.*

Nec leve præbet argumentum observatio Castilli *num. 30.* qui ait, nec in jure Canonico, nec Civili ullam fieri mentionem pacti de retrovendendo, quod cum sit adeo frequens in commercio, non est verosimilis illa ommissio: imò potius credendum quod memoratis constitutionibus sub ea forma pactum retrovendendi comprehenditur, ac significatur; quid enim est retrovendere, nisi quantitate pretii retradita, rem venditori restituere? Et ut ego conjicio, sub tempus conditiæ legis secundæ hoc verbum, *Retrovendere,* Latinis in usu non fuit, sed à Juris Interpretibus compositum, ac inventum videtur: quæ conjectura deducitur non solum ex Castilli observatione, sed etiam ex eo quod Nebriffensis in suo plenissimo Dictionario ejus non meminit, qui alia Juris verba minimè prætermisit, quæ apud antiquos Scriptores invenit; idemque contigit affluentissimo Calypino.

Nec refert quod aliud sentientes nonnullas differentias inter pactiones illas excogitaverint, quæ reverà non subsistunt. Præcipuam meritò rejicit Castill. *ex num. 38.* Alia tradita per Pichard. *sup. num. 17.* manifestè de fallitate convincitur; nam supponit ex contractu, sequuta retrovenditione, duplicem deberi gabellam, quod communiter inficiatur, ut obiter enunciai *sup. num. 21. in fin.* Hæc licet ita sint, nihilominus urgentior oritur conjectura ex conventionem de re restituenda, quàm ex pacto retrovendendi explicito; quoniam illa & pignoratitio contractui potest adaptari, hoc non utique, ut cum C. Covar. docet Mantic. *d. lib. 8. tit. 20. num. 7. & Menoch. d. præf. 122. num. 39. & 77.*

Quod

36 Quod attinet ad forum internum animæ, frustra de conjecturis quæreretur, nam ex veritate iudicatur: unde licet pretii modicitas cum aliis præsumptionibus intervenerit, si tamen contrahens verè animum emendi habeat, non censebitur usurarius; contractus tamen iniquus erit cum onere restitutionis. Molin. *d. disp.* 375. num. 7. Trullench. *in Decalog. lib.* 7. cap. 2. dub. 14. numer. 6. Navar. *in Manuali, cap.* 17. n. 248.

Verf. Cæterum ad sedandum.

37 Ubi tres conjecturæ concurrunt, nempe retrovendendi pactum, pretii modicitas ultra dimidiam, & consuetudo fœnerandi, contractus debet per iudicem usurarius pronunciari, Menoch. n. 29. Fachin. *controv. lib.* 2. cap. 12. in fin. Sed si aliqua ex illis deficiat, etsi aliæ jungantur, iudex pro suo arbitrio decernet, an usura intervenerit in contractu: quam opinionem præter D. Covar. amplexi sunt Molin. *ubi proximè*, Castill. *sup. d. cap.* 25. n. 64. Barbola *d. collectan. n.* 11. Menoch. *sup. n.* 40. Mynsinger. *cent.* 3. *observat.* 62. num. 6. Gratian. *disceptat. cap.* 258. n. 6. Mantic. *d. tit.* 20. in fin. Azeved. *in l.* 4. num. 28. tit. 6. lib. 8. Recop. Fachin. *ubi proximè*, Mascard. *de probat. concl.* 442. num. 6. 7. Farinac. *in praxi, lib.* 5. de falsit. q. 163. numer. 43.

38 Quæ de conjectura fœnoris ex pacto retrovendendi prædiximus, ampliat Gratian. num. 8. etiam si res infructifera sit, & quæ solum delectationem pariat. Contentit Grab. *consf.* 74. n. 5. in fin. lib. 1. Quoad res infrugiferas, quæ commodum ex usu afferunt, qui pretio æstimabilis est, Gratiani sententia jure procedit, quia cum creditor uti pignore nequeat abique usuræ nota, ut prænotatur supra, cap. 1. num. 28. posset simulari contractus venditionis, ut in externo foro liceret usus pignoris. At si duntaxat ex re oblectamentum capiatur, velut ex pictura, aut viridario, cessabit simulationis suspicio, quia creditor non prohibetur aspectu pignoris delectari, quod lucrum non est, nec pretio solet æstimari.

39 Nec instat argumentum, quod adducit Gratianus de magistro mutuante scholaribus cum pacto, ut ipsum legentem audiant; quoniam obligatio imponitur debitoribus ad actum laboriosum, sublata libertate audiendi alium, apud quem forsitan plus proficere possent: quod gravamen pretio æstimari potest, & magister lucrum sentit ex mutuo, quatenus pecuniam non expendit; sed debitor nequaquam oneratur ex eo quod creditor pignore delectetur.

Verf. His accedit quod contractus.

40 Ut iudex rectè arbitrium interponat, in primis ad qualitatem ac mores contrahentium respicere oportet, Castillo *sup. d. lib.* 2. cap. 25. numer. 64. Mascard. *d. concl.* 442. num. 7. nam si contrahens bonis moribus imbutus, mulier, rusticus, minor, aut miles agatur de fœnore, vehementiores conjecturæ desiderantur, ut simulatio, ac delinquendi animus credatur. Mantic. *de tacit. convent. lib.* 8. tit. 25. n. 13. 14. Barbola *collect. l.* 2. n. 14. C. de pact. int. emptor. Trentacinq. *variatur. lib.* 3. tit. de emptor. resol. 10. n. 12. Menoch. *lib.* 3. præf. 122. num. 40. Farinac. *d. quæst.* 163. num. 127. & 128. Quæ personarum distinctio non proderit ei, qui solitus fœnerari probetur.

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Ad Num. 5.

In ea controversia, utrum in datione in solutum ex pacto retrovendendi, & aliis conjecturis usuraria simulatio intervenire censeatur, ultra negativam, & affirmativam opinionem, quas refert D. Covar. est alia quæ docet, fœnoris præsumptionem à datione in solutum non excludi, sed difficilius esse admittendam, quam in contractu venditionis. Ita Castill. *d. cap.* 25. numer. 84. Menoch. cum aliis num. 42. Sed absolute cum nostro Præsidente affirmativa est tenenda, quam magis communem dixit, ac veriore Joseph. Ludovif. *tract. de simulat. contract. verf.* Verum est quos Decius, qui plures laudat, & alios adjicit Castillus.

Non prætermittam quod ab omnibus adnotatum invenio circa conjecturam modici pretii, quia non æstimatur res quanti valet; siquidem æstimatio decrescit propter retrovendendi pactum pro parte tertia, aut pro qua prudentis viri arbitrio definitur, de quo Molin. *d. disp.* 375. num. 8. Castill. cum plurimis num. 63. Trullench. *d. dub.* 14. numer. 3. Lessius *de just. & jur. lib.* 2. cap. 21. numer. 114. præter eos, quos congerunt Hermos. *in l.* 42. gloss. 1. n. 31. tit. 5. part. 5. Barbola *sup. num.* 12. Rursus si convenerit, quod emptor possit, re restituta, pretium repetere, quoniam gravatur venditor, pretium debet accrescere. Lessius num. 117. Trullench. n. 4.

Verf. Tandem ex prænotatis.

Pactum retrovendendi in census contractu omni jure permittitur, & novissimè Bullâ Pii V. cavetur, ne facultas redimendi adimi, aut restringi possit, de quo Molin. *disp.* 391. numer. 5. Cenc. *de censib. quæst.* 59. à princ. Joan. Bapt. Leonell. *ad eand. Bull. gloss.* 23. Leotard. *de usur. quæst.* 67. numer. 3. cum seqq. & ita verum est, ut in dubium revocari soleat, num census perpetuus licitè emi possit, ut videre licet apud Cencium *quæst.* 11. Molin. *ubi proximè, n.* 9.

Ad Num. 6.

Hæc constitutio est in legum nostrarum nova compilatione lex 4. tit. 6. lib. 8. de qua latè Azeved. *ibi, Castill. controvers. lib.* 2. cap. 25. numer. 6. 12. & 13. Pereyra *in l. Si curatorem, verb. Sua facilitate, n.* 61. C. de in integr. restit. Felician. *de censib. tom.* 1. lib. 1. cap. 6. n. 14. Greg. Lop. *in l.* 28. gloss. 3. lim. 3. ad fin. tit. 8. p. 5. Didac. Perez *in l. i. tit.* 2. lib. 8. *Ordinam. Parlador. differ.* 53. §. 1. numer. 4. Hermos. *d. gloss.* 1. num. 32.

In lege regia non fit mentio (ut videre est in nova Recopilatione) de pacto restringente facultatem redimendi ad certum tempus, sed de illo quo convenit ne statim res redimi possit, nisi post biennium, aut triennium. Prior conventio per se licita est, sed si adjiciatur clausula de fructibus per emptorem lucrands, oritur usurarum præsumptio. Consule Mantic. *de tacit. convent. lib.* 8. tit. 20. à num. 13. Castill. *sup. n.* 9. cum seqq. Barbola *collect. d. l.* 2. num. 13. Menoch. *dict. præf.* 122. numer. 72. Cald. Pereyra post Gregor. Lop. opinatur, regie constitutioni locum non esse, nisi accedat pretii modicitas, à quibus dissentiant Azeved. numer. 40. Felician. *ubi proximè*; nam si lex hanc conjecturam desideraret, id exprimeret, argumento legis unicæ, §. Sim autem ad deficientis; C. de caduc. toll. cap. Ad

L

au

audientiam 12. de decim. cum aliis apud Barbof. axiom. 136. numer. 5. Mihi videtur lex modicitatem pretii supponere, cum in his contractibus suspectis iusta rei æstimatio nunquam intervenire soleat, alioqui ut quid fraus, & simulatio.

Ad Num. 7.

46 Non est omninò apud omnes compertum, quod emptio censuum odiosa censeatur; nam quibusdam videtur utilem esse Rebuspublicis etiam quoad bonum spirituale, ut supra notatur, cap. 7. numer. 19. de quo Cencius *quest. 12.* & ubi Bulla Pii V. observatur, extra dubium est, quod pactioem coarctantem facultatem redimendi adjicere non licet, ut observant Molin. Leotard. & alii laudati *supra num. 43.* Sed Pontificia constitutione remota controversitur, an pactum retrovendendi restrictum ad certum tempus, quo transacto, nullus sit redemptioni locus, subsistat? Inficiantur cum D. Covar. Cencius latissime *quest. 59. à princ. & num. 19.* Giurba *decis. 79. numer. 47.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. quest. 1. num. 14.* Matienz. *in l. 1. gloss. 1. num. 7. tit. 15. lib. 5. Recop. Menoch. sup. num. 1. Ricc. in prax. resol. 206.* & non pauci apud Avendañ. *de censib. cap. 19. num. 10.* quibus adstipulantur Martini, & Calixti Bullæ.

47 Oppositam affirmantem sustinent Leotard. *d. quest. 67.* Bardin. *Lug. de just. & jur. disp. 27. num. III.* Molin. *d. disp. 391. num. 6.* Azor. *Inst. Moral. lib. 10. cap. 17.* Frider. Martin. *de jur. cens. cap. 6. n. 295.* Quas sententias conciliant Felician. *de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 5. vers. Ipse quidem inter utramque.* Avendañ. *sup. n. 12.* Leotard. *num. 15.* Roderic. *num. 16.* nam si pretium iustum numeretur pro censu irredimibili, talis pactio ut licita sustinebitur: quod si census ematur ut redimibilis pretio per legem, vel conventionem constituto, pactum ceu illicitum, ac iniquum rejicietur. Assentitur Molin. cum aliis *d. n. 6. vers. Arbitror tamen,* ubi docet, hoc pacto nullam iniquitatem contineri, si restrictio facultatis redimendi cum pretii augmento compensetur. Idem tenent Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 22. num. 51. & 52.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 5. n. 1.* Hi quoad effectum cum Feliciani distinctione conveniunt, nisi quod non integrum pretium census non redimibilis desiderant, sed iustum ex qualitate conventionis.

Verf. Sic sanè.

48 Ad hoc nostri Præsidis testimonium ait Molin. *num. 7.* quod cum in Hispania census emanantur ad pretium lege definitum pro censibus in perpetuum redimibilibus, quoties hæc facultas intra aliquod tempus coarctatur, læsionem venditor pateretur; quoniam plus valet res, quæ ad tempus redimi potest, quam si perpetuò redimibilis persistat. Unde Granatense Prætorium hujusmodi pacta non rejecit, quia illicita, vel naturæ contractus adversa, sed propter iniquitatem in pretio contingentem, quod lege est impositum.

Ad Num. 8.

49 De hoc pacto est sermo duntaxat *in l. 4. tit. 6. lib. 8. Recopilat.* Si convenerit, ut res cum pacto retrovendendi empta redimi non possit ante quadriennium, vel decennium, scenoris oritur suspicio, sed per se sola non reddit contractum usura-

rium. Castill. *controvers. lib. 2. cap. 25. numer. 9. cum seqq.* Azeved. *in l. 4. à numer. 34. tit. 6. lib. 8. Recop.* Leotard. *de usur. quest. 9. num. 18.* Felician. *d. cap. 7. ex numer. 6.* Barbofa *collect. cap. Ad nostram, num. 4. de empt. & vendit. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 31. num. 33.* Cencius *sup. q. 59. numer. 24.* Menoch. *lib. 3. præf. 122. ex numer. 69.* Farinac. *lib. 5. de falsit. quest. 163. num. 57.* Caroc. *de locat. rubr. c. de usur. quest. 3. num. 9.* Avendañ. *d. cap. 19. num. 8.* Idem pactum licitum profitentur Theologi, ut Azor. *Instis. Moral. lib. 10. de censib. cap. 17. q. 2.* Trullench. *sup. cap. 20. dub. 14. num. 3. in fin.* Lessius *sup. cap. 21. n. 115.* Bonacin. *disp. 3. q. 2. punct. 3. n. 4. 14. & 15.*

Verùm ea pactio conjuncta cum alia de fructibus per emptorem lucrandis, scenoratitium reddit contractum ex regia constitutione, ut adnotant nostrates laudati *sup. numer. 44.* quod & de jure communi procedit, ut ex pluribus tradit Barbofa *collect. l. 2. C. de pact. int. emptor. num. 13.* Mantic. *lib. 8. tit. 20. num. 17.* Conventio enim de lucrandis fructibus aliena est à venditione, ac in pignoribus adjici solita, ideo cum pacto retrovendendi scenoris simulati præsumptionem importat. Mantic. *lib. 8. tit. 20. à num. 13.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 27.* Menoch. *lib. 3. præf. 122. num. 65.* Farinac. *sup. num. 73.* qui duo egerunt de pacto, ut fructus computentur in sortem, quod tametsi vendenti sit utile, usuræ tamen generat conjecturam, quia proprium contractus pignoratitii: & hoc ex triplici conjectura, scilicet pacto retrovendendi, prohibitione redimendi intra tempus conventum, & pactioem de fructibus lucrandis: nec pretii modicitas desideratur, ut voluit Caldas Peireyra, cujus opinionis memini *sup. num. 45.* Vide *sup. num. 32.*

Ibi: Qua ratione & præterea.

Constituitur hic discrimen inter venditionem scenorum, & cæterarum rerum; nam si census vendatur cum pacto retrovendendi, ita ut non liceat nisi post aliquot annos, contractus ceu scenoratitius irritus habebitur. Ita cum D. Covar. tenent Menoch. *sup. num. 71.* Avendañ. *de censib. cap. 19. numer. 8.* Mascard. *de probat. concl. 441. num. 6.* Azeved. *in l. 4. num. 38. tit. 6. lib. 8. Recop.* Mantic. *sup. lib. 8. tit. 20. n. 26.* Gratian. *disceptat. cap. 258. numer. 17.* Matienz. *in l. 1. gloss. 1. in fin. tit. 15. lib. 5. Recop.*

Ibi: Et quamvis Conradus.

Hanc opinionem præcedenti oppositam tuerentur non pauci asserentes; tale pactum nec contractum inficere ex natura census, nec esse rejiciendum, modò gravamen restringens facultatem redimendi iusto pretio compensetur venditori, ita ut si viginti pro uno (ut apud nos) præstari debeant in emptione census redimibilis in perpetuum, emptor plus solvat arbitrio boni viri: & quanto magis restringitur facultas redimendi, tanto pluri census crescit æstimatio. Molin. *d. disp. 391. n. 6. vers. Arbitror tamen,* Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 12. n. 53. 54.* Cenc. *de censib. q. 59. n. 26.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. q. 1. num. 16.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 7. numer. 12.* Frideric. Martin. *de jur. cens. cap. 6. n. 241.* Layman. *de just. & jur. tract. 4. cap. 18. num. 9. lib. 3. fuse.* Leotard. *de usur. q. 67. n. 17.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 5. n. 2.*

Huic sententiæ refragatur Bulla Pii V. ubi obser-

observatur, omnia pacta quæ facultatem redimendi censum coarctant, damnantur, & contractu subsistente, ipsa rejiciuntur, ut probant Gutier. *Præcticar. lib. 2. cap. 176. per tot. Leotard. num. 8. Roderic. ubi proxime.*

- 54 Quamquam ea constitutio, & Scribentes communiter loquantur promiscuè de pactis restringentibus facultatem redimendi, tamen D. Covar. ita distinguit, ut pactum de redimendo intra certum tempus, & non postea, repellatur, & contractus subsistat, & census quodocunque possit redimi, quia non præsumitur usura intervenire, sed iniquitas. Sed si convenerit, ne liceat intra aliquod tempus redimere, contractus omninò ceu usurarius fit irritus: quam distinctionem impugnat Felicianus *numer. 10.* & adversus eum tuetur Roder. *n. 15.* rationem discriminis reddens.
- 55 Cùm in Hispania Pontificia constitutio non sit admissa, videtur ejusmodi pacta non esse rejicienda, si justo pretio census comparetur, quod erit non ad rationem viginti pro uno, ut lege regia cavetur, sed plus solvere debet emptor propter gravamen venditoris, ut sentit Molin. *num. 7.* Nec obest quod in Granateni Prætorio repellentur, ut D. Covar. testatur. *sup. vers. Sic sanè;* nam ut ex eodem Molina diximus ibi, census fuerant empti pretio legitimo, & non pro majori; atque ita ex pactis oriebatur iniquitas in venditorem, & læsio, quæ non toleratur ubi pretium lege definitur, licet modica sit, maxime extante prohibitione, ne viliori pretio emi possint census: cui legi fraus fit, si ad rationem viginti pro uno vendatur census, restricta redimendi facultate, quoniam gravamen venditoris, quod est pretio æstimabile, debet computari; & si duobus æstimeretur aureis, census emitur decem & octo, contra præceptum legis. Sed etli hoc casu emptor perciperet viginti duo in singulos aureos, nullaque læsio reperitur, nihilominus æstimo, pacta non esse sustinenda, quia insolita, & de utra suspecta, quamquam in puncto juris aliud sit probabile.

SUMMARIUM.

- 1 Pactum retrovendendi ad voluntatem emptoris frequens non est, à quo oportet abstinere.
- 2 In quo ejus conventionis iniquitas possit consistere, & ad quem spectent fructus percepti, dum res non retrovenditur.
- 3 Cur fructus acquirantur emptori, & n. 4.
- 5 Non queruntur emptori, nisi pretium numeraverit.
- 6 Pactum retrovendendi ad beneplacitum emptoris licitum est.
- 7 Operatur suspicionem de usura, & cum aliis conjecturis pro arbitrio judicis reddit contractus usurarios.
- 8 Traditur regula ad dignoscendum, quando emptor, resoluta contractu, reddere, aut retinere fructus possit, & debeat.
- 9 Objicitur contra regulam argumentum, ac solvitur.
- 10 Nostri Præsidis locus declaratur, & lex 2. de in diem addit.
- 11 Capitis Illo vos. de pignorib. referuntur Interpretes, ipsumque declaratur, & num. 12. & 13.
- 14 Pactum retrovendendi ad voluntatem cujusque ex contrahentibus adjicere licet, & quod pretium justum censebitur.
- 25 Pretium accrescit, ac decrescit per pactum redd. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- trovendonis, inspecta persona, cujus adjicitur gratia.*
- 16 Pactum iniquum erit, ut cum voluerit emptor, re restituta, pretium tantum exigat, quantum persolverat.
 - 17 Cùm inquiritur de pretii modicitate ad usuræ conjecturam, haberi ratio debet augmenti valoris ob pactum retrovendendi ad favorem emptoris.
 - 18 Utrum liceat pacisci, ut venditor rem iterum recipere compellatur pro eodem, majori, minori, aut justo pretio, cùm emptori placuerit.
 - 19 Utrum contractus præsumatur usurarius, judex ex conjecturis pro suo arbitrio decernet.
 - 20 Ex pacto retrovenditionis ad voluntatem emptoris urgentior inducitur præsumptio fraudis usurariæ, quàm ad voluntatem venditoris, nisi emptor fructus non lucretur, & n. 21.
 - 22 Pactum retrovendendi ad favorem emptoris in censibus reprobatum, eoque rejecto, manet contractus, ac subsistit, & n. 23.
 - 24 Non valet conventio, quod censuarius non solvens redditus teneatur ad pretii restitutionem.
 - 25 Non sustinetur conventio, quod censuarius ad redimendum, plus quam accepit reddat, nec etiam expensarum prætextu.
 - 26 Refutatur contraria sententia.
 - 27 In Hispania ubi legale pretium census habent, omnia pacta onerosa vendenti, ut iniqua, & adversus legem, non subsistunt.
 - 28 Quod sit justum pretium census, variè referuntur sententiæ.
 - 29 De usuris apud Romanos Jure Civili permissis, remissivè.
 - 30 Census non redimibilis justum pretium habebitur, quod lege, aut regionis consuetudine stabilitum est: & quid in Hispania.
 - 31 De pretio census vitalitii, & n. 32.
 - 33 Legis Hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. computatio an sit generaliter observanda in omnibus causis, ubi de æstimandis annuis pensionibus ad vitam agitur & n. 34. & 35.
 - 36 Ejusdem legis dispositio non servabitur in Hispania quoad census vitalitios, qui pretium legitimum habent, & hoc in aliis similibus causis locum obtinebit.
 - 37 Legis 3. §. Item si Reipublicæ, ad leg. Falcid. intellectus.
 - 38 Legatum annuum quando mortuo legatario ad hæredem illius transmittatur usque ad tempus præfinitum, & quomodo ratio legis Falcidiæ ponenda, & num. 50.
 - 39 Cùm annua quantitas legatur ad vitam, quomodo computandum ad Falcidiæ deductionem de jure communi, & apud nos.
 - 40 De interpretatione legis In lege Falcidia, ff. ad leg. Falcid.
 - 41 Utrum posita ratione legis Falcidiæ juxta dictam legem Hæreditatum, actio supersit heredi, aut legatariis, si plus, vel minus solvatur quàm lege definitur? & n. 42.
 - 43 Angeli interpretatio ad l. cum Titio 55. ad l. Falcid. probatur.
 - 44 Legatum annuæ quantitatis civitati relictum, usque in infinitum debetur, licet ususfructus intra centesimum extinguatur annum.
 - 45 Cur hæres in ratione legis Falcidiæ plus detrahat propter legatum ususfructus civitati relictum, quàm si annua quantitas ei relinqueretur.
 - 46 Ususfructus relictus civitati, Ecclesiæ, fisco, dignitati, & aliis, quæ perpetuè permanent, cente-

- centesimo extinguitur anno, etsi aliud testator expresserit.
- 47 Limitatur, & num. 48. ubi declaratur conclusio tradita.
- 49 Legatum annuum privato relicto, morte ejus intercidit: sed pro anno quo moritur, integra quantitas ipsius hæredi debetur.
- 51 Quod computationem Falcidie nihil refert, an legatum annuum ad centesimum annum coarctetur, vel quod in infinitum debeatur, & quæ quantitas sit detrahenda de jure communi, cum usura permittebantur.
- 52 Quomodo Hispania detractio fieri debeat & quæ summa deducenda.
- 53 In stipulationibus de annua quantitate prestanda non pariter servantur quæ in annuis legatis.

CAPUT IX.

Pactum retrovendendi in emptoris favorem, quod retroemendi posset appellari, frequens non est, Leotard. de usur. quest. 15. num. 16. imò à Rebuspublicis extirpari oporteret, Leotard. numer. 21. à quo abstinendum monet post alios Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 377. num. 11. ideò quæstionis est, utrum tale pactum sit licitum, de qua Scaccia de commerc. §. I. quest. 1. ex num. 475.

Ad Num. 1.

- 1 Iniquitas hujus conventionis in eo præcipuè verfatatur, quod emptor qui pretium repetit, interim perceptos fructus retinet ac lucratur, alioqui non ambigeretur; quin licitè pactum istud adjici possit, atque ita distinguit Scaccia numer. 481. & 487. Quapropter ad definiendam præfatam controversiam, prius inquirere opus erit, num ex natura contractus illi fructus ad emptorem, vel venditorem spectent, sequuta retrovenditione? Et licet magis receptum sit ad venditorem attinere, ut tenet Scaccia cum aliis numer. 487. verius tamen videtur contrarium, scilicet fructus emptorem retenturum, etsi re tradita, pretium exegerit: quod cum nostro Præsidi docent Molin. ubi proxime, Leotard. numer. 19. Menoch. lib. 3. præf. 122. numer. 17. Ugolin. de usur. cap. 42. numer. 3. Castill. contr. lib. 2. cap. 25. num. 60.
- 2 Quæ sententia plurimis posset roborari; nam supposita contractus justificatione, nihil refert ad fructuum acquisitionem, quod pactum in favorem emptoris, aut venditoris apponatur, cum utroque casu eadem reperiantur rationes nempe dominium, & periculum, quod est emptoris, atque æquitas, ut dum venditor usu pecuniæ potitur, emptor fructuum emolumentum percipiat. Nec quia in potestate emptoris est rem cum fructibus retinere, his privari debet, cum jure suo utatur ex conventionem: quæ non inficiatur Scaccia, sed propter usuræ vitium, quod ipse præsumit, fructus restituendus opinatur venditori, cujus fundamentum refutatur inferius, num. 6.
- 3 Igitur secluso fœnoris vitio, si emptor redderet venditori, graviter læderetur ille, & hic cum aliena jactura fieret locuples, atque ita quod favore emptoris conventum est, in ipsius incommodum retorqueretur, contra vulgare axioma, de quo in cap. Quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6. l. Nulla 24. de legib. Barbosa axioma. 96. numer. 1. Læsiō autem emptoris apparet, qui caret pecuniæ usu & utilitate, quam pretii nomine numeravit;

sustinet rei periculum, amittit quod pro onere imposito venditori ultra justam æstimationem rei præstare debuit, ut infra ostendetur, numer. 15. in quorum omnium compensationem æquissimum est, ut fructus emptor, quos propria cura & labore percepit retineat, ad quem ex juris principiis spectant. Alias venditor multiplex lucrum caperet, qui sub idem tempus pretii, & fructuum commodum sentiret, nullum periculum sustinens, contra æquitatem legis Curabit 5. C. de action. empt. Præterea retinebit excessum pretii, quem propter onus pactionis accepit, ut pronuper insinuavimus, ac constabit infra, numer. 16. quæ naturæ ratio non patitur, ne quis cum aliena jactura locupletetur, l. Nam hoc natura 14. de condiç. indeb.

Ex quibus, retenta quam tuiti sumus, opinio 5 debet limitari, si pretium primæ emptionis solutum non sit, tunc siquidem emptor rem cum fructibus compelleretur reddere. Leotard. sup. num. 20. quod ita verum est, si pretii numeratio defuit mora emptoris, siue venditoris voluntate, qui habuit fidem de pretio tempus ad solutionem concedens; illuderetur enim venditor cum læsione, si emptor retentis fructibus, non redderet intra terminum præscriptum solutioni, etsi aliis hoc casu æquitati dictæ legis Curabit, locus non sit, ut prænotatur sup. cap. 4 n. 25.

Supposito quod fructus ad emptorem irrevocabili- 6 ter spectant, pactum retrovendendi cum emptori placuerit, ex se licitum profitentur præter Præsidem nostrum Molina disp. 377. numer. 11. Lessius de justit. & jure, lib. 2. cap. 20. num. 113. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 14. n. 4. Bonacina de contractib. disp. 3. q. 2. punct. 3. num. 6. Castillo controvers. lib. 2. cap. 25. num. 8. Leotard. d. q. 15. num. 16. Menoch. ubi sup. Farinac. in Praxi, lib. 5. de falsit. q. 163. n. 60. Frider. Martin. de jur. cens. cap. 6. numer. 250. Morla Empor. Jur. tit. 9. quest. 14. num. 5. Ugolin. d. cap. 42. num. 2. quidquid, post alios contra scripserit Mantica. de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 31. n. 68. Scaccia numer. 487. qui omnes contractum illum ad favorem emptoris damnant propter fructuum retentionem, alioqui conventio omni carebit suspitione. Cenc. de censib. q. 6. num. 28. Scaccia n. 481. quanquam in cap. Illo vos 5. de pignor. contractus usurarius declaretur ex aliis conjecturis, & pacto de computandis fructibus in sortem.

Ex qua constitutione deducitur, quod etsi pactum istud retroemendi per se non sit reprobatum, conjecturam tamen simulationis generat, quæ aliis adjuncta contractum arguunt fœneratitium. Molin. num. 11. Farinac. d. q. 163. num. 62. Quot & quales desiderantur, in judicis residet arbitrio. Mastrill. d. cap. 25. n. 22. & 77. qui observavit, ex pacto retrovendendi in gratiam emptoris validiorem insurgere præsumptionem usuræ, quam si ad libitum venditoris iniretur, ut infra numer. 3. vers. Quartò est, D. Covar. edocet, ubi nos iterum hoc ipsum inculcavimus.

Ibi: Tandem his distinctionibus
omissis.

Hic D. Covar. sub distinctione regulam con- 8 stituit ad dignoscendum, quando emptor, resoluta contractu, fructus perceptos venditori reddere teneatur. Sed aliter in hunc modum distinguipotest. Aut ita dissolvitur emptio, ut ea profecta à principio habeatur, ut pacto addictionis
nis

nis in diem; legis commissoriæ; redhibitoria, ac similibus; & tunc emptor fructus retinere non permittitur; aut rescissio fit non retroacta, sed à quo conditio, aut eventus contingit, in quem dissolutio confertur; & emptor etsi restituat rem, fructus jure retinebit, ut si convenerit, quod si navis ex Hispania venerit, res restituatur, vel recedatur ab emptione. Ita Molin. d. disput. 377. numer. 7. & 8. qui diversus effectus à natura pactionum, ac voluntate provenit contrahentium; qui dum asserunt, quod res sit inempta, volunt ut quisque teneat quod haberet, si venditio non esset contracta, & ita fructus ad venditorem attingent. At ubi dicunt, quod res reddatur, aut quod ab emptione recedatur, nihil de præteritis cogitantes, eò solum tendunt, ut pretium ad emptorem, & res ad venditorem revertatur; ideo fructus emptoris permanent, qui eos ut dominus interim adquisivit. Cui regulæ verè non subjicitur retrovendendi pactum, quo prima non dissolvitur venditio, sed emptor ad aliam contrahendam obligatur, ex qua ipse pretium repetit, & venditor recuperat rem, licet quoad effectum contractus rescindi videatur. Est aliud pactum, quod Scribentes retrovendendi verbis directis improprie dixerunt, ut præmissi sup. cap. prox. numer. 27. cum scilicet convenit, quod reddito pretio, res pro inepta habeatur. Hoc ad hanc regulam pertinet; juxta quam emptor ad fructuum restitutionem compellitur.

9 Ast nobis objici poterit quod tradidimus cap. prox. num. 15. videlicet in pacto legis commissoriæ, ac in diem additionis verbis obliquis concepto; teneri emptorem ut fructus restituat, vel ut si ita dictum sit: *Ab emptione recedatur, aut res restituatur, si alius meliorem conditionem intra semestre attulerit.* Ubi contractus non resolvitur à principio, unde secundum præmissam regulam emptor poterat retinere fructus. Sed respondetur, quod cum ex eis pactionibus jura expressè præcipiant, ut fructus per emptorem restituantur; quomodolibet pactum concipiatur; subsequitur idem restitutionis effectus, quoniam contrahentes præsumitur se legis dispositioni conformare, etsi formam verborum non observent; quod ex imperitia plerumque contingit: ideo quoad fructus venditio ab initio censetur resoluta; etsi verba indident aliud.

Ibi: *Quod si venditio alterius pacti.*

10 Repetit D. Covar. quod paulò ante prædocuerat; nempe quod dissoluta venditione ex pacto additionis in diem, emptor fructus, quos interim perceperit, retinet auctoritate Consulti in l. 2. de in diem addit. ubi sic expressè deciditur: at ea lex corrigitor, seu declaratur aperte per legem *Item quod dictum 9. eod. tit.* ubi Ulpianus seipsum interpretatus, ita inquit: *Item quod dictum est, fructus interea captos emptorem priorem sequi, toties verum est quoties nullus emptor existit, qui meliorem conditionem afferat, vel falsus existit. Sin verò existat emptor posterior, fructus refundere priorem debere constat creditori.* Cui consonant lex Imperator 19. cod. tit. lex finalis de jur. fisc. lex 40. tit. 5. part. 5. & prænotatur ex aliis sup. cap. prox. num. 8. nemine, quem viderim, dissentiente. Nec possum non mirari, quod eximius Præses, qui in scrinio pectoris omnia jura habuisse videtur, horum non meminert.

Ad Num. 2.

Ad intellectum capituli *Illo vos 5. de pignorb.* 11 præter laudatos à Barbosa in collect. ibi, numer. 1. consulas Molin. d. disp. 377. numer. 10. Castill. controvers. lib. 2. cap. 25. à numer. 60. Lessium de justit. & jure, lib. 2. cap. 20. à num. 119. Felician. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 15. Beroum in cap. Ad nostram, num. 26. cum seqq. de empt. & vendit. Mantic. de tacit. conveni. lib. 8. tit. 20. à num. 10. Farinac. in Praxi, lib. 5. de falsit. q. 163. num. 62. Menoch. lib. 3. præf. 122. num. 64. cum seqq. Cujac. ad d. cap. Illo vos, Scacciam de commerc. §. 1. q. 1. num. 476.

Hi communiter docent, decisionem Pontificiam 12 niti triplici præsumptioni, id est, pacto retrovendendi, excessui pretii recepti in redemptione, ac clausulæ de computandis fructibus in sortem, quæ licet relevet venditorem, tamen verba, quia sunt propria pignoratitii contractus, simulationem detegunt, unde rectè Mantic. num. 11. inquit: *Hoc pactum non gignit conjecturam usuræ, sed pignoris: sed cum pacto retrovendendi, & augmento pretii restituendi operatur coadjuvans, ut contractus propter simulationem feneratorius præsumatur.*

Ibi: *Quod si velis constanter.*

Pontificem ex præfatis tribus conjecturis instruitur 13 etum decidisse illum contractum usurarium, in comperto est, & ita verum, ut quamvis emptor non esset solitus scenerari, idem Pontifex statueret, quod colligitur ex illis verbis: *Præsertim cum usuras consueverit exercere.* Verbum enim, *Præsertim*, significat id, quod adjicitur post illud, abundare; nec fore necessarium. Barbosa de Dictionib. dict. 277. num. 2. & 5. nam idem juris esset, licet consuetudò scenerandi deficeret.

Ad Num. 3.

Pactum retrovendendi in gratiam emptoris regulariter licitum censeri, probant laudati sup. n. 6. quoad emptionem annuorum reddituum quid juris, statim aperietur. Post etiam pactum hujusmodi adjici in favorem utriusque, ita ut cum libuerit venditori, pretium offerens rem repetat, & rursus emptor rem restituens pretium exigat. Molin. sup. num. 16. Lessius numer. 120. Bonacina de contract. disp. 3. quest. 2. punct. 3. n. 8. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 14. num. 5. qui docent hoc casu pretium rei justum censeri, si de vera æstimatione aliquid prudentis arbitrio detrahatur, minus tamen quam si venditio fieret cum pacto retrovendendi ad venditoris favorem. V. g. si fundus valeat centum, qui justè venditur cum pacto retrovendendi ad libitum venditoris septuaginta, quando utrique contrahenti datur facultas recedendi à contractu, fundus æstimabitur octoginta quinque, paulò plus, minusve; nam hæc conventio magis emptorem, quam venditorem onerat. De pretio justo cum pacto respicit emptoris commodum statim agendum.

Verf. *Sunt enim hic due venditiones; & sequenti.*

Sicut pretium rei venditæ cum pacto retrovendendi in favorem venditoris decrescit, quia oneratur

ratur emptor, ut prædixi *cap. prox. num. 42.* ita si idem pactum in gratiam emptoris adjiciatur, pluris res æstimari debet, quam per se valet, ob gravamen vendentis de pretio restituendo, quod pecuniâ æstimabile est. Cenc. *de censib. decis. 147. num. 6.* Sic tenent Molin. *sup. num. 13.* Lessius *num. 117.* Trullench. *num. 4.* Leotard. *de usur. q. 15. num. 17.* Consule tamen Lessium *ex n. 118.*

16 Unde iniqua erit conventio si paciscatur quod pro eodem pretio venditor rem redimat, cum placuerit emptori; nam ille debet de pretio detrudere quanti æstimetur gravamen pretii restituendi. Molin. *n. 14.* Trullench. *ubi proximè,* Lessius *n. 118.* Leotard. *n. 18.*

17 Inde etiam inferitur; quod si de modicitate pretii agatur ad discernendum an sit contractus usurarius, haberi ratio debet augmenti illius propter onus impositum venditori, sicut attenditur diminutio, cum idem pactum ad favorem hujus concipitur, sicut adnotatur à nobis *d. n. 42.*

18 Asserit Præses noster *sub hoc vers. Sunt etenim,* non improbandam pactionem, quod rem invitus venditor recipiat, majori pretio restituito, quam ex prima venditione percepit: quem refert, ac sequitur Molin. *disp. 376. num. 3.* modò res talis sit, ut temporis progressu pretiosiore fieri verosimiliter speretur, veluti si servus infans venderetur, qui in dies sicut ætate, ita & æstimatione increfcit. Sed si hujus naturæ non sit, ut domus, servus perfectæ ætatis, id pactum ut illicitum, ac de usura suspectum damnari debet, *cap. Illo vos 5. de pignor. observant adducti sup. numer. 11.* Alius calus est cum convenit, ut pro eodem pretio fiat revenditio, de quo supra, *num. 16.* Tertius est casus cum pro viliori pretio res debet retrovendi, & hic contractus omni carebit prorsus iniquitate, si tantum detrahat venditor de quantitate recepta, quanti æstimari posset gravamen retroemendi. Ultimus sit, ubi conventum est, ut justo pretio corrente sub tempus resoluti contractus res retrovendatur, quod jure procedet, cum ut D. Covar. inquit, duæ sunt venditiones, nec iniquum est, quod eadem res diverso pretio vendatur, quia pro temporum varietate pretia rerum crescere, aut decrescere solent. Hoc tamen pactum nimis oneraret venditorem, cum emptor posset expectare tempus ad retrovenditionem, quo res plurimi valeret, quare digna compensatione opus erit. Admonendi sumus, quod in hujusmodi conventionibus raro justitia solet observari, ideo suspectæ habentur, & à bene instituta Republica ut repellantur oportet. Molin. *disp. 377. numer. 15.* Adde Leotard. *de usur. quæst. 15. num. 9. & 10. & vide infra, num. 26.*

Verf. Tertio ex prænotatis.

19 Vide quos recensui *sup. numer. 11.* præsertim Casull. qui rectè. *d. cap. 25. numer. 22. & 77. cum seqq.* regulariter cum agitur de conjecturis, ut sceneratitius contractus pronuntietur, totum iudicis arbitrio committit, cui accedit Leotard. *de usur. q. 9. n. 3.* apud quos plurimi, & adde laudatos *sup. cap. prox. n. 37.*

Verf. Quarto est & illud.

20 Si emptor ex pacto retrovendendi in sui favorem non lucratur fructus interim perceptos, sed eos computat in pretium quod est recepturus, ut voluit Panormitanus, hæc conventio magis remota est à suspitione usuræ, quam si facultas re-

dimendi tribueretur venditori: quo casu emptor extra dubium suos fructus irrevocabiler facit, *l. 2. C. de pact. int. empt. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. numer. 27.* Molin. *disputat. 377. numer. 8.* D. Covar. *sup. lib. 1. cap. 15. n. 6.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 12. nu. 19.* & alii plurimi, quos congerit Barbosa *collect. d. l. 2. num. 60.* & Hermos. *in l. 42. gloss. 9. num. 2. tit. 5. q. 5.* Unde cum fructus lucraretur emptor, scœnori locus esse poterit: sed eis restitutis cessat suspicio fraudis, nisi aliunde proveniat, ut in casu capitis *Illo vos, de pignorib.*

Sed rejecta Panormitani opinione, prout eam 21 supra rejecimus, compertum est quod D. Covar. nos docet; nam urgentior provenit præsumptio scœnoris ex pacto retrovendendi in gratiam emptoris, quam si pro venditore adjiceretur: quod adnotat Scaccia *de commerc. §. 1. q. 1. n. 487.* Molin. *sup. numer. 11.* & patebit si inter utrumque pactum differentiarum rationes scrutemur; nam emptor qui pecuniam exhibet instar creditoris, illam repetendi facultatem habet, quod proprium est mutui: hoc cessat cum in venditoris arbitrium retrovenditio confertur. Deinde pacta insolita simulationis, & fraudis usurariæ conjecturam inferunt. Menoch. *lib. 3. præf. 122. num. 65.* Farinac. *in Praxi, lib. 5. de falsit. q. 162. n. 164.* Mascard. *de probat. concl. 444. numer. 6.* Pactum retrovendendi in venditoris favorem valde frequens, in commodum emptoris rarum est, ut prænotatur *num. 1.* Tandem conventiones ad utilitatem vendentis non sunt regulariter de scœnore suspectæ, sicut quæ emptori sint favorabiles. Leotard. *sup. q. 58. n. 57.* Scaccia *d. q. 1. num. 245. vers. Sed si constitutio,* Frideric. Martin. *de jur. cens. cap. 8. num. 94.*

Ad Num. 4.

Contractus census præ cæteris est aptus ad simulandam scœnoris iniquitatem. Leotard. *quæst. 8. numer. 34.* quare licet pactum retrovendendi ad favorem emptoris (quod suspectum est,) in aliis rebus emendis sustineatur; in emptione tamen annuorum reddituum ut illicitum, ac scœneratitium reprobatur, nec censuarius se astringere poterit ad redimendum censum, cum voluerit emptor. Molin. *ubi proximè,* Leotard. *de usur. q. 68. num. 1.* Scaccia *d. q. 1. numer. 490.* Cenc. *de censib. q. 60. numer. 1.* ubi plurimi, Frideric. Martin. *de jur. cens. cap. 6. num. 263.* Gratian. *discept. cap. 14. num. 1.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 8. tit. 22. n. 22.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. q. 1. n. 3.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 10. num. 18.* Avend. *eod. tract. cap. 101. n. 2.* Trullench. *d. lib. 7. cap. 21. dub. 6. num. 2.*

Hoc quidem pactum novissimè Bullâ Pii V. 23 damnatur, ibi. *Pacta continentia, pretium census extra casum prædictum ab invito ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, omninò prohibemus.* Notant Leotardus, Cencius & alii *ubi proximè.* Sed in dubium revocatur, an pactum rejiciatur, subsistente contractu, vel hic ut scœneratitius omninò fiat irritus, de qua Leotard. *ex num. 2.* Cenc. *ex num. 7.* cui cum aliis sustinent, etiam juxta præfatam Bullam non vitiari contractum.

Disputatur etiam, num illud pactum licitè 24 apponatur, ita ut si censuarius redditum suo tempore non solverit, ad reddendum pretium compelli possit? De qua controversia Cenc. à *num. 11.* Felician. *ubi proximè,* Leotard. *num. 11. cum seqq.* Mantic. *num. 23.* Avendañ. *sup. cap. 19. num. 13.* Gratian. *sup. cap. 258. ex n. 20.* Roderic. *d. q. 1. num.*

num. 4. cum seqq. Et quidem hæc pactio prohibetur præfata constitutione, secundum quam, atque de jure communi, expulso pacto, consistet contractus, ut cum pluribus resolvunt Cencius, & Leotardus. Pactum tamen cum juramento initum observari debet. Cenc. q. 106. n. 13.

Verf. Sic etiam si annui redditus.

- 25 Pactum quo convenit, ut censuarius aliquid ultra pretium restituat ad censum redimendum, non tenet tam ex Bulla Pii V. quam jure communi. Mantic. sup. num. 17. Avend. cap. 101. num. 7. Roderic. num. 20. Felician. d. lib. 1. cap. 7. n. 14. Molin. de justit. & jur. disp. 391. num. 10. Cenc. q. 59. numer. 30. quod ampliat ut neque ad expensas supplendas, quas emptor fecerat, censuarius, cum redimit, astringi queat. Leotard. quest. 67. num. 1. ubi ex Scortia tradit ita à Carolo V. stabilitum Bruxellis anno 1548.
- 26 Ipse tamen Leotard. q. 15. num. 10. generaliter docuit, pactum istud in emptione non improbari, cujus sententiæ author est D. Covar. sup. numer. 3. verf. Sunt etenim, cui accessit sub distinctione P. Molina, de qua numer. 18. quam Leotardus non admisit, & ea quidem omnino amplectenda videtur: nec obstat præcipuum Leotardi fundamentum, scilicet quod licet emptori pro facultate redimendi, quam concedit venditori, pretium exigere, & sic quod plus quam percepit restituat. Hoc quidem verum esset, si emptor solveret integram rei venditæ communem æstimationem: at cum hæc minuatur ex pacto retrovendendi usque ad tertiam partem, ut pro eodem pretio redemptio fiat, sicut prædixi sup. cap. prox. numer. 42. inique emptor præter eam partem, quam retinet, quæ est justum pretium sui gravaminis, ac facultatis concessæ, aliquid stipularetur à venditore ultra id quod præstitit, nisi res vendita tempore pretiosior redderetur, ut rectè docuit P. Molina supponens valorem rei diminui ex pacto retrovendendi.
- 27 Est animadvertendum, quod cum in Hispania lege sit pretium censibus definitum, ita ut minoris emi prohibeantur, quæcumque pacta ex quibus præter naturam contractus venditor oneratur, minimè sustinenda sunt; nam quanto magis iste gravatur, tanto minoris census æstimatur, & pretium minuitur, de quo actum supra, cap. prox. num. 55. Hæc observat Molin. disp. 391. num. 10. Olan. concord. Jur. lit. A, num. 98. & 99. Ratio est, quia pacta onerosa emptori sunt pars pretii, quæ illud diminuunt; & venditori pars rei, quæ ejus augent valorem, l. Fundi partem 79. de contr. empt. l. Si venditor 6. in fin. de serv. exportand. Leotard. de usur. q. 6. numer. 7. Frider. Martin. de jur. cens. cap. 6. num. 196. Unde si quis emeret censum ad rationem viginti pro uno, quod apud nos est legitimum pretium, cum pacto restringente facultatem redimendi, vel alienandi, aut alio oneroso vendenti, injustè ac contra legem ageret, quoniam de pretio legali deest quanti æstimaretur gravamen ex conventionione additum: & hæc fuit ratio Granatensium decisionum, quarum meminit D. Covar. supra, cap. prox. num. 7. verf. Sic sanè.

Ad Num. 5.

- 28 De justo census pretio diversæ sunt sententiæ. Quidam non pauci existimant quod æstimatio redditus non redimibilis sit ad rationem quinque

pro centenario, ita ut intra viginti annos ex pensionibus fors redigatur, ad similitudinem fundi, cujus justum pretium jure communi constituitur ex fructibus, quos per viginti annos reddiderit. Hanc opinionem communiter rejiciunt Scribentes, etsi D. Covar. non omnino displiceat. Hodie apud nos nullatenus poterit admitti, cum ex l. 12. tit. 15. lib. 5. Recop. constitutum sit pretium census redimibilis, ut pro uno annuo aureo viginti præstentur; nam iniquum foret tanti census redimibiles æstimari, quanti irredimibiles, cum ob facultatem redimendi rerum pretia non parum decrescere debeant, ut prædixi supra, cap. prox. n. 42. unde multò piuris habetur census perpetuus, quam redimibilis. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 4. num. 2. Præfatæ opinionis, ac cæterarum mentionem fecere Cencius de censib. q. 47. num. 7. Felician. de cens. lib. 2. cap. 1. num. 16. Frideric. Martin. de jur. cens. cap. 5. num. 6. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. q. 6. num. 25. Gail. lib. 2. observ. 7. num. 5. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 43. Leotard. de usur. q. 59. à n. 20. Avend. de censib. cap. 31.

Ad Num. 6.

De diversitate usurarum, quæ apud Romanos quondam de jure communi legitimæ, ac licitæ putabantur, videndus Cujac. ad l. 1. ff. de nautic. fænor. Duaren. ad tit. ff. ad leg. Falcid. cap. 8. verf. Cautione igitur hac, Alciat. in l. Centesimis, de verb. oblig. Wesembec. paratit. ad tit. ff. de usur. num. 10. Roderic. sup. lib. 3. q. 10. num. 4. Lessius de justit. & jur. lib. 2. cap. 20. num. 33. Theat. vitæ humanæ, verb. Ujura, præter laudatos supra, cap. 1. num. 104. De intellectu legis 3. §. Item si Republica, ad l. Falcid. agit Duaren. sup. Roder. d. q. 6. ex num. 3.

Verf. Ex quibus colligitur.

Resolvit tandem D. Covar. certi nihil definiri posse circa pretium census non redimibilis, ideò observandam esse regionis consuetudinem, lege deficiente: quod cum pluribus amplectuntur Felician. d. num. 16. verf. Quare visum est, Frider. Martin. sup. num. 9. Leotard. num. 22. Cencius d. q. 47. num. 16. Et in Hispania ex consuetudine ad rationem triginta pro uno hujusmodi census vendi solent, teste Feliciano. Verum hodie hoc genus commercii frequens non est, sed ubi lege censui redimibili pretium stabilitum existit, inde deduci poterit quanti non redimibilis debeat æstimari, res enim quælibet cum pacto retrovendendi minoris emitur, quam si liberè venderetur, ita ut pro tertia parte paulò plus, minusve, arbitrio boni viri, propter gravamen ementis pretium justum decrescat, ut prædixi ex multis cap. prox. num. 42. Unde si census redimibilis pretio superaddatur, tertia pars, quæ propter pactum retrovendendi debuit detrahi, justa æstimatio census non redimibilis apparebit. Sic cum in Hispania ex l. 12. tit. 15. lib. 5. Recopilat. & in Germania, teste Fachin. d. lib. 2. cap. 43. in principio, pretium redimibilis, census sit ad rationem viginti pro uno, valor non redimibilis erit triginta pro uno, cum aliqua tamen latitudine, cum pretium legitimum non sit, quamvis à legis taxatione procedat, ideoque in indivisibili non consistat, & detractioe pretii partus ob revendendi pactum ab omnibus admittitur, quoad quotam dissentiant. Præterea pactum re-

vendendi minoris æstimandum erit in censu, quàm in aliis rebus, ad quas emptor habere potest specialem affectionem ex delectatione, aut commoditate, easque à se invito abdicare acerbum satis fit: in censu verò solùm de lucro agitur, neque hoc emptor per retrovenditionem amittit, cùm recuperatâ pecuniâ facile venditorem census interveniet, ad quod Pius V. decrevit, quod censuarius de redemptione dominum census faciat certiore, ad quam hic ex tunc compelli, nisi lapsò bimestri, nequit. Ad hæc plerumque census redimibiles perpetui persistunt, ut experimento capiemus. Ex quibus consequitur, minus detrahendum, vel addendum esse pretio, aut valori census ob pactum revendendi, quam si res aliæ venierint, quia magis onerosum est in hac retrovenditione, quàm in illa.

Ad Num. 7.

- 31 Supervacanea nobis indagatio de pretio annui redditus vitalitii, cùm illud legitimum habeamus, in quo ad unius vitam decem, ad duorum duodecim pro uno annuo persolvi debent ex constitutione Philippi III. ad annos 1608. quæ est lex 12. tit. 15. lib. 5. Recop. Sed ubi pretium certum constitutum non reperitur, quætionem discutere opus est, de qua Felic. sup. lib. 2. cap. 1. n. 11. Roder. lib. 1. q. 5. n. 7. cum seqq. Avend. de censib. cap. 33. Molin. de just. & jur. disp. 388. à n. 5. Cenc. sup. q. 10. n. 27. cum seqq. Andr. Gail. lib. 2. observat. 8. n. 5. ubi Bernard. Grævæ. n. 8. Fontanella de pact. nupt. claus. 4. gloss. 18. p. 3. n. 102. Surd. de alimen. tit. 9. q. 11. à num. 20. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. numer. 298.

Vers. Quamobrem justum.

- 32 Justum ergo pretium annui redditus ad vitam illud erit, quod lex constituit, aut consuetudo introduxit. Cenc. n. 27. Molin. n. 6. & alii pronuper recenti; sed ubi utraque deficit, prudentis viri arbitrio definiri debet, penitentiæ ætate, valetudine, exercitio euentis, si fortè miles, vel solitus navigare, & aliis circumstantiis, ex quibus vita hominis brevior, aut longior futura creditur: qui contractus alicuius similis habetur propter incertitudinem vitæ. Luc. cap. 24. ibi: Quia quâ horâ non putatis Filius hominis veniet. Et l. Senatus 35. §. Mortis causâ, ff. de donat. caus. mort. ibi: Siquidem terra, marique, tam pace, quàm bello, tam domi quàm militia multis generibus mortis periculum metui potest. Facit illud Poëtæ,

O formose puer, nimium ne crede colori:
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Observat cum jam laudatis Leotard. de usur. q. 49. à num. 22. ac istis junge tradita supra, cap. 7. num. 20. cum seqq.

Vers. Sed fortassis quibusdam.

- 33 Controvertitur utrum computatio annorum, de qua in l. Hereditatum 68. ff. ad l. Falcid. non solùm habeat locum in casu, qui ibi deciditur, quoad imponendam rationem legis Falcidie, sed etiam generaliter in omnibus causis, quoties annuas præstationes ad vitam alicujus æstimari est opus? Affirmativam Baldi opinionem amplectuntur plerique, ut Gregor. Lop. in l. 15. gloss. 1. versus finem, Surd. ubi proxi-

mè, num. 26. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 3. de homicid. numer. 38. Lara in l. Si quis à liberis, §. Sed si filius, numer. 109. & 122. de agnosc. liber. Gutier. Practic. lib. 2. quæst. 17. num. 3. & 7. Cancer. variar. part. 2. cap. 11. num. 78. Gratian. disceptat. cap. 55. num. 2. Pichard. in §. 1. num. 43. Institut. de obligat. quæ quasi ex delict. nasc. Castill. controvers. lib. 4. cap. 13. num. 15. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 39. Joan. Paul. Meli. tract. de alim. decis. 32. num. 13.

Negativæ, quam inter communes recenset 34 Cævall. quæst. 552. adhærent Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 5. numer. 17. Duaren. ad tit. ff. ad l. Falcid. cap. 8. vers. Hac igitur cautione, Petr. Barbosa in l. Maritum, numer. 12. solut. matrim.

Ad Num. 8.

D. Covar. hanc posteriorem sententiam tenet, 35 ita ut judici liberum sit quacumque in causa computatione dictæ legis Hereditatum, uti: cui accedit Molin. sup. n. 40. Cancer. sup. n. 79. ubi alios refert, & prudenter operabitur, ubi nulla occurrerit circumstantia, propter quam non oporteat Consulti inhærerere vestigiis, veluti si occidatur homo qui suis operis familiam alebat, quo casu loquuntur Ant. Gom. sup. & Farin. in Praxi, q. 119. num. 99. nam si occisus habituali ægritudine vexaretur, dum vixit, ita ut brevi ultimum diem clausurus verosimiliter crederetur, homicida iniquè damnaretur pro damno illato uxori, aut liberis, eadem poena pecuniaria, qua dignus esset, si hominem ejusdem ætatis, ac perfectæ sanitatis interfecisset servata computatione legis Hereditatum, ubi duntaxat attenditur ætas. Ex quibus apparet, non esse in omnibus causis illam adhibendam computationem, sed cùm judici videatur expedire.

Vers. Cæterum quod attinet.

Imò decisio dictæ legis Hereditatum, apud 36 nos locum nullum habebit, ut ad illam recurrere opus sit, cùm census vitalitii certum sit pretium, ex l. 12. tit. 15. lib. 5. Recop. quod augeri, aut minui non poterit, sive ad vitam juvenis, sive senis census vendatur. Sed & in quibusvis causis, ubi annuos redditus ad vitam æstimari oportet, juxta legem regiam fiet computatio ad rationem decem pro centenario, ita ut ex pensionibus decennii justus valor annui redditus vitalitii constituatur: quam computationem amplectitur post alios Gutier. Pract. lib. 2. q. 17. in fin. Unde si ageretur de detrahenda Falcidia (quæ etiam jure regio hæredi conceditur, Castill. de aliment. cap. 9. n. 13.) si decem annua ad vitam fuissent legata, centum imputarentur ad calculum, rejecta dictæ legis Hereditatum, computatione.

Vers. Secundò est observandum.

De interpretatione legis 3. §. Item si Reipu- 37 blicæ, ad l. Falcidiam, videndi Duaren. ad eum tit. cap. 8. vers. Cautione igitur, Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæst. 6. ex numer. 3. Fachin. controvers. lib. 15. cap. 14. apud quos alii, ubi Consultus ait, æstimationem annui legati perpetui esse quantitatem, ex qua per uluras trientes summa legata in singulos annos percipi possit: itaque si octo sint relicta annua, ducenta desiderantur, & computari debent quod Falcidiam ad rationem quatuor pro centum, cui convenient trien-

trientes usuræ. Duarenus, ac Fachineus *ubi proximè*. In Hispania tale legatum æstimaretur juxta pretium census perpetui redimibilis, id est quinque pro centum, *ex d. lib. 12. Recopilat. At D. Covar. hïc, ex d. §. Item si Reipublicæ*, tradit redditum perpetuum æstimari quanti vendi potest.

Verf. Tertio admonendum est.

- 38 Hæc resolutio non procedet in annuo alimentorum legato ad certum tempus, velut ad quinquennium; nam si alimentarius antea moriatur, ejus hæredi pensio pro residuo temporis non debetur, *l. Si cum præfinitione 20. quando dies leg. ced. Surd. de alimens. tit. 5. quest. 1. numer. 3.* sed cum exonerandi hæredis causa legata quantitas in plures annos solvenda distribuitur à testatore, legatum transmittitur annuum, *d. l. Si cum præfinitione*, Pichard. *in §. At si ita stipuleris, n. 9. Instit. de verbor. obligat. Cancet. variar. part. 3. cap. 20. ex numer. 35.* Sentio tamen utroque calu omnium annorum rationem esse habendam quoad calculum Falcidiæ: at hæres, ubi legatum morte extinguitur legatarii, quidquid retinuerit, communicare tenebitur legatariis, qui ex defectu bonorum hæreditatis totum capere non poterunt.

Verf. Quarto, ab eadem lege.

- 39 Pretium, seu æstimatio cujusque rei, ubi lege constitutum non est, tanta censetur, quanti illa vñire communiter potest, ut prænotavi supra, *lib. 2. cap. 3. num. 24. & 36.* quod in ponenda legis Falcidiæ ratione observari debet, cum ad vitam annua legatur quantitas, *l. Cum Titio 55. ad l. Falcid.* Sed perdifficile videtur investigare quanti legatum annuum vitalitium vñire possit, cum variis de causis æstimatio minui, vel augescere soleat, ætate, salute, robusticitate, & aliis legatarii qualitatibus perpensis; ideo oportebit, quod judex peritos æstimatores eligat. Duaren. *ff. ad l. Falc. cap. 8. verf. Cautione igitur.* In Hispania si tale legatum relinqueretur, dispositio dictæ legis *Cum Titio*, locum haberet; nam census vitalitii legitimus est pretium, atque ita legatum decem ad vitam centum æstimaretur, cum tantidem venire possit ad rationem decem pro centenari.

Verf. Quinto licet in annuis.

- 40 Vide legem *In lege Falcidia 45. §. I. ad leg. Falcid.* ubi rejecta æstimazione, de qua *in d. l. Cum Titio*, cautiones interponendas esse Consultus decedit, quem textum de conditionali legato intellexit. Cujac. *l. 60. Pauli de edict. in eadem l. In lege Falcidia.* Sed vide quæ pro eorum jurium concordia utrobique tradit Accursius.

Verf. Sextum, quod in hac questione.

- 41 Deducta Falcidia, factaque computatione juxta dictam legem *Hæreditatum*, quasi transactum inter hæredem, & legatarios intelligitur, ita ut licet is, cui annua quantitas est relicta, aut diutissime vivat, aut citissime decedat, hæres nihil exigere à legatariis, vel eis solvere teneatur, eo quod plus, sive minus, quam percepit, expendit. Ita D. Covar. *hïc*; nam tam hæres, quam *le D. de Faria Nove Addit. ad Covar. Tom. II,*

legatarii dubio eventui mortis se subjecisse existimantur æqualiter, à quo lucrum, ac jactura pendebat, sicut evenit cum census emitur vitalitius: & quod hïc contrahentium consensu, ibi ministerio legis efficitur, ipsaque pro publica utilitate, quæ in litibus extirpandis versatur, ut præmissi supra, *lib. 1. cap. 3. n. 31. & 32.* computationem illam introduxit; difficiles enim ac frequentes controversiæ suscitarentur, si subsequuta morte legatarii, cui alimenta præstabantur, post viginti, triginta, aut plures annos super deductione Falcidiæ liceret agere. Ad hæc quoties hæres, aut legatarii manent obligati ad aliquid reddendum ob Falcidiam ratione futuri eventus, cautiones adhiberi debent, *l. In lege Falcidia 45. ad l. Falcid. l. 1. & per tot. ut legat. seu fideicomm. nom. caveat, at in d. l. Hæreditatum*, nec verbum de cautione reperitur, unde computatione legali omnis extinguitur actio, sive plus, sive minus hæres persolvat, quam illi adjudicatum est de bonis hæreditatis. Adde Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. qu. 5. à numer. 15.* Duaren. *suprà, d. verf. Cautione igitur, pag. 3.*

Verf. Rursus & ab eadem radice.

Vide Duaren. *ubi proximè*, & hæc Accursii ⁴² opinio ex præfatis fundamentis rejicitur. Præterea si post triginta annos, subsistente usufructuaria civitate, hæres iterum Falcidiam deduceret, eveniret ut plus caperet, quam si fundus ipse legaretur; nam cujusque fundi æstimatio ex fructibus triginta annorum computatur ad summum, ut probat Roderic. *d. lib. 1. q. 6. numer. 12.* quod absurdum sustineri non potest. Hinc apparet ratio propter quam, cum usufructus civitati relictus ad centum annos persistat, quoad Falcidiæ computum triginta duntaxat numerentur; nam si ratio haberetur centum annorum, hæres caperet ex Falcidia multò plus, quam si fundi duo ejusdem qualitatis à testatore etiam quoad proprietatem essent relicti. Nec placet ratio quam refert D. Covarruv. scilicet non numerari centum annos in computatione Falcidiæ, quia civitas potest, injecto aratro, omnino deleri, ac perire: tum hoc rarò contingit, ad quæ jura non adaptantur, *l. Nam ad ea 5. de legib. Ant. Fab. ration. ad leg. An usufructus, de usufr. tum quod casus insolitus, & funestus in mentem disponentis venisse non creditur, l. Julianus 26. §. ult. ff. Si quis omiff. caus. testam.* Ex quibus merito refutatur Accursii sententia *in d. l. An usufructus*, qui docuit, civitate non extincta intra tricennale tempus, denuò, adhibendam esse Falcidiæ computationem usque ad annos centum.

Ad Num. 9.

Angeli interpretatio verissima roboratur traditis ⁴³ supra, *numer. 41.* Nec consultus egit de repetenda computatione ad Falcidiam respectu ejusdem hæreditatis, sed diversarum; & sic distinguit, ut ratio legis Falcidiæ ponatur vivo legatario, propter incertitudinem vitæ, ut tanti ætmetur legatum, quanti vñire possit: Quò verò jam illo defuncto, cum certum sit quantum hæres solve- re debuerit, id computabitur ad deductionem Falcidiæ.

Ad Num. 10.

- 44 Quamquam magis communis sententia æquiperet legatum usufructus legato quantitatis annuo civitati relicto, ut utrumque centum annorum lapsu extingatur, ut videre licet apud Surdum *de aliment. tit. 5. quest. 6. à numer. 16.* Tamen verius est, ac tenendum, quod legatum annuum usque in infinitum debetur civitati. Ita cum D. Covarruv. docent Gregor. Lop. *in l. 26. gloss. I. tit. 31. part. 3.* Roderic. *de ann. redditib. lib. I. quest. 17. numer. 103.* Cujac. *in l. penult. de ann. legat. & in l. Si usufructus 8. de usufruct. legato.* Duaren. *ad tit. ff. ad leg. Falcid. cap. 8. vers. Cautione igitur.* Castill. *controvers. lib. I. de usufruct. cap. 16. num. 20.* Peregrin. *de fideicom. art. 29. à numer. III.* & alii apud Castil. & videtur accedere Surdus, licet anceps, Avend. *de censib. cap. 4. n. 12.*

Ibi: *Nam legatum annuum æstimatur.*

- 45 Adde Duaren. *ubi proximè*, qui rectè quærit, cur legatum usufructus pluris æstimeretur ad rationem triginta annorum, cum sit temporale, *l. Hereditatum 68. ad leg. Falcid.* quam legatum annuum, quod etsi perpetuum sit, ad viginti quinque restringitur, *l. 3. §. ult. eod. tit.* Rationem reddit Duarenus, qui mihi quidem obscure loquitur; sed ipsa in obscuro non est: nam etsi utilius sit Reipublicæ legatum annuum decem ob perpetuitatem, quam usufructus fundi totidem reddentis annuatim; hæres tamen hoc magis quam illo gravatur, cum exhibitis ducentis quinquaginta, ex usuris in perpetuum satisfaciat civitati, juxta dictam legem *3. §. ult.* Non sic se potest liberare à legato usufructus, sed tenetur pati, ut civitas per centum annos fundo fruatur, & sic toto eo tempore carebit fructibus, qui mille æstimantur, licet juris temperamento solum triginta computentur anni, id est ter centum, ea ratione, de qua supra, *num. 42.* In ratione Falcidiz ponenda non inspicitur utilitas legatarii, sed hæredis onus, ut deductioni locus fiat.

Ibi: *Quamobrem in hac controversia.*

Hanc resolutionem comprobavi supra, *numer. 44.* de qua fusè Surd. *ubi proximè*, Hippol. Riminald. *conf. 219. à num. 11. lib. 2.*

Ibi: *Secundò ex his deducitur.*

- 46 Usufructus relicto civitati, centesimo expleto anno consolidatur proprietati, *l. 26. tit. 31. p. 3. l. An usufructus 63. de usufr. l. Si usufructus 8. de usufruct. legat.* Idem juris est, si legetur Ecclesiæ, Collegio, Hospitali, aut alicui Dignitati, veluti Episcopo. Cujac. *in l. penult. de an. legat. & in d. l. Si usufructus*, Ant. Fab. *in ration. ad d. l. an usufructus*, Surd. *sup. nu. 17.* Duaren. *ubi proximè*, Pichard. *in §. Finitur, numer. 7. Instit. de usufruct.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 4. cap. 5. n. 17.* Molin. *de just. & jur. disp. 15. numer. 1.* Dissentit Avend. *sup. à num. 14.* Quod ampliatur quantumvis testator expresserit, quod usufructum in perpetuum relinquit civitati, ut cum D. Covar.

& aliis tenet Castill. *controvers. lib. I. de usufruct. cap. 61. numer. 19.* ac assentitur Surd. *d. quest. 6. num. 17.* etsi de annuo legato relicto in perpetuum loquatur contra Greg. Lop. *in l. 26. gloss. I. tit. 31. part. 3.* Sed an de fisco dicendum sit idem quod de civitate, cui usufructus legatur, quærit Cujac. *in d. l. 8.* qui resolvit negative, imò quod fisco acquiri non possit usufructus, opinatur, quia ipse quod semel capit, nunquam relinquit, *l. 2. §. 1. C. de requir. reis*, unde inutilis proprietas efficeretur. Ast fisco obtinere posse usufructum, tenet Alfar. *de offic. Fisc. gloss. 34. n. 25.* ita jure proprietatis servato, ut ejus domino invito nequeat rem, qua fruitur, alienare, ut idem Alfarus docet: quapropter de opinione Cujacii dubito. Nec obstat dicta lex *2.* nam ibi justa causa retinendi reperitur; alias Principes nihil adversus leges fisco suo accrescere permittunt, *l. Ex imperfecto 23. de legat. 3. l. 3. C. de testam. §. fin. Inst. quib. mod. testam. infirm.* ubi Pichard. Ferdin. Mendoza *disp. jur. lib. I. cap. 5.* Morla *Empor. Jur. p. I. tit. I. q. I.* Unde si Principi, seu fisco usufructus competere, centesimo adveniente anno extingueretur, sicut in cæteris similibus observatur.

Principalis antecedens conclusio erit limitanda 47 quoties usufructus cum onere in omne sæculum permanens legato, ut si Ecclesiæ relinqueretur, ut ex fructibus die alicujus Sancti puelis dotes præstentur, pauperes induantur, eleemosynæ erogentur: aut civitati ad ludos publicos, & alios usus pro honore Reipublicæ, ac testatoris, de quibus *in l. Civitatibus 121. de legat. I. l. Annuatim 6. l. penult. de ann. legat.* Cum enim hæc nec centesimo, nec millesimo anno cessare debeant, usufructus utique in idem tempus persistet. Nec dicat aliquis, stultè testatorem sic disposuisse, dum Ecclesiæ, aut civitati fundum ipsum non legavit, cum nuda proprietas nunquam hæredi utilis esse possit, quoniam hæc proderit ad memoriam defuncti, ac domus, & familiæ honorem, atque ne fundus per Rectores Ecclesiæ, vel civitatis alienetur.

Deindè eandem conclusionem arbitror non pro-48 cedere, si expressim jubeat testator, ne usufructus ad centum annos extingatur, sed quod usque in infinitum persistat, quod observandum erit; nam sicut potuit, legato fundo, nihil ex eo hæredi relinquere testator, ita licebit huic nudam inutilem proprietatem perpetuò relinquere, quod ad aliquem finem poterit expedire, maximè cum civitatem usufructum amittere constet, non solum si funditus evertatur, ut Carthago, Numantia, Saguntum & aliæ; sed etiam per non usum. Cujac. *in l. 8. de usufruct. legat.* Petr. Gregor. *dict. d. cap. 5. n. 18.* Castill. *sup. nu. 22.* Nec nostræ assertioni refragatur quod D. Covar. edocuit, scilicet usufructum hujusmodi perire intra annum centesimum, tamen si expressim in perpetuum relinquatur; quoniam hoc verbum non semper ad tempus infinitum, sed juxta rem, de qua agitur, & juris dispositionem restringitur, ut cum D. Covar. & aliis observavi *lib. 2. cap. 17. nu. 65.* & in specie Barbofa *tract. de Diction. verb. Perpetuò, numer. 10.* & nobis apertissime suffragantur aliud agentes Gregor. Lop. *in l. 26. gloss. I. tit. 31. part. 3.* Avend. *d. cap. 4. num. 12. in fin. & n. 14.*

Ibi: *Tertiò inferitur.*

De hac resolutione actum est supra, *num. 44.*

Ibi:

Ibi: Quarto, hac in controversia.

- 49 Legatum annuum privato relictum, ejus morte intercidit, nec ad hæredem legatarii pervenit. Gregor. Lop. in l. 27. gloss. 1. tit. 9. part. 6. Cujac. in l. 4. de ann. legat. Surd. de aliment. tit. 5. q. 1. num. 8. Avendañ. d. cap. 4. numer. 1. Pichard. in §. At si ita stipuleris, num. 8. Instit. de verb. oblig. Duaren. in l. Si Stichum 16. eod. tit. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. numer. 46. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. q. 17. numer. 102. ejus tamen anni, quo legatarius obiit, pensionem integram hæredi suo relinquet, etsi prima die morte sit præventus; quia ineunte unoquoque anno, dies legati quoad illum cedit, l. In singulos 8. de ann. legat. ubi Cujac. & in l. 4. eod. tit. Anton. Gom. ubi proximè, Surd. sup. tit. 9. q. 6. numer. 5. & 6. non quoad sequentes, siquidem tot sunt legata, quot annuæ pensiones; ideo non transmittuntur quoniam vivo legatario eorum dies non cessit. Castill. controvers. lib. 1. de usufruct. cap. 67. n. 31. Cenc. de censib. q. 118. numer. 6. Surd. tit. 9. q. 4. numer. 3. & 6. Cætera quæ D. Covar. hic tradidit, invenies apud Castill. num. 32. Cenc. num. 4. Surd. de aliment. tit. 2. q. 12. n. 1. & quest. 15. n. 90. tit. 9. q. 5. numer. 14. atque alios quos nuper commemoravi.
- 50 Aliquando tamen legatum annuum ad hæredem legatarii transfertur, veluti cum testator volens mille præstari Titio, centum ad decennium annuatim solvenda reliquit, ut releveretur hæres ne bona hæreditaria distrahere compellatur, ex quorum fructibus tractu temporis solvere posset, quo casu si legatarius ante decimum decesserit annum, hæres illius succedet, ut pensiones capiat usque ad diem præfinitum. Secus erit si temporale legatum alimentorum causâ relinqueretur; tunc siquidem obeunte legatario ante tempus expletum, hæres nihil pro annis deficientibus exigere poterit. Hæc obiter præmisimus supra, num. 38. ac docuere Pichard. sup. numer. 8. & 9. Cancr. variar. part. 3. cap. 20. ex numer. 35. Sin verò non apparet, qua ratione legatum sit, ex persona legatarii discerni potest, an dives, pauperve sit, ac ex aliis conjecturis: & in dubio pro alimentis legatum pronuntiabitur.

Ibi: Quinto secundum ea.

- 51 Anni legati æstimatio eadem est, sive ad centum annos sive in perpetuum pensio solvi debeat civitati legatarie, quoniam non redditus legati intelliguntur, sed quantitas, quæ scœnori data (ut tunc licebat) sufficiat ad solutionem annuam relictæ pensionis, l. 3. §. ult. ad leg. Falcid. atque ea summa, quæ reddere valet decem annua ad tempus, totidem in perpetuum per usuras producet, ut per se patet; ideo quoad Falcidiam solius sortis fiet computatio, cum eâ in præsentibus exhibitâ, facile possit hæres legato etiam perpetuo satisfacere: & hæc mens testatoris fuisse præsumitur, ut Consultus insinuat.
- 52 Unde si hodie apud nos decem annua Ecclesiæ, vel civitati relinquerentur, ubi Falcidie locus fieret, ducenta computarentur, quoniam in summa ista per emptionem census ad rationem unius pro viginti, quod legitimum pretium est, decem annua in perpetuum possent comparari.
- 53 Quæ de annuis legatis præmisimus, non omnino conveniunt stipulationibus annuis, de quibus in l. Si Stichum 16. de verb. oblig. §. At si ita D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

stipuleris Instit. eod. Cujac. in d. l. Si Stichum, Duaren. ibi, Pichard. in d. §. At si ita, Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. n. 46. Salgad. de regia protecl. part. 4. cap. 7. d. numer. 135. Mantic. de tacit. convent. lib. 14. tit. 12. numer. 13. & tit. 40. ex numer. 36.

S U M M A R I U M.

- 1 Quantum decrescat pretium rei ob pactum retrovendendi.
- 2 De justo pretio census redimibilis, & num. 3.
- 4 Apud nos lege regia prohibetur census in constitutione pacisci, ut redditus solvantur in frumento, vino; vel aliis speciebus.
- 5 Utrum procedat prohibitio in censibus, qui redimi nequeunt, & in reservativo? & num. 6.
- 7 Pretium census redimibilis auctum est lege regia ad rationem viginti pro uno. Idem pretium in Germania, & aliis regionibus stabilitum est, ibid.
- 8 Census jam constitutus an minoris emi possit adversus legis prohibitionem?
- 9 In dubiis an census perpetuus, vel redimibilis præsumatur, & num. seqq.
- 10 Emphyteusis à privato concessa in dubio perpetua præsumitur.
- 11 Argumentum de emphyteusi ad censum non semper procedit.
- 12 Census reservativus an in dubio præsumatur perpetuus, vel redimibilis? & num. 13.
- 14 Census num. consignativus, vel reservativus in dubio censetur?
- 15 Contractus dubios consuetudo contrahentium, ac regionis interpretatur.
- 16 Apud Hispanos in dubio census consignativus, ac redimibilis judicaretur propter frequentiam, & consuetudinem.
- 17 Census consignativus an redimibilis præsumatur?
- 18 In Hispania census, de cujus perpetuitate non constat, redimibilis æstimabitur.
- 19 Ex modicitate pretii oritur præsumptio, quod census est redimibilis.
- 20 Census perpetuus redimi poterit, si appareat de iniquitate contractus ob pretii modicitatem.
- 21 Census de cujus constitutione non constat, sed solum ex diutina reddituum solutione probatur, redimibilis est præsumendus.

C A P U T X.

Ad Num. 1.

Quoniam apud omnes constat, ex pacto retrovendendi rei venditæ æstimationem decrescere, ut prænotavi cum aliis supra, cap. proximo, numer. 42. sed non conveniunt quoad partem, pro qua pretium minui debeat. Quidam quartam detrahendam arbitrantur, alii tertiam, & aliqui dimidiam, ut videre est apud Molin. de justit. & jur. disp. 385. numer. 15. vers. Et quamvis, Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 8. nu. 1. Castill. controvers. lib. 2. cap. 25. ex num. 63. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampliatur. 8. Valasc. consult. 70. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 11. num. 33. Caroc. de locat. rubric. de usur. quest. 11. num. 17. Omnes communiter pacti æstimationem prudentis viri judicio committunt, & quoad censum suum

suum emptionem observare oportet tradita supra, *cap. prox. num. 30.*

Ad Num. 2.

- 2 De pretio census redimibilis non pauci plura tradiderunt, in oppositas sententias abeuntes: sed plerique illud justum esse pretium definierunt, quod in quaque regione aut lex statuit; aut usus communis induxit, de quo Molin. *ubi proximè*, Bonacina *de contract. disp. 3. quest. 4. punct. unic.* Lessius *de justit. & jur. lib. 2. cap. 22. numer. 104.* Avend. *de censib. cap. 32.* Felician. *eod. tract. lib. 2. cap. 2. à nu. 17.* Frider. Martin. *de jur. cens. cap. 5.* Cencius *de censib. q. 47. ex numer. 3.* Fachin. *controverf. lib. 2. cap. 43.* Roderic. *sup. lib. 1. cap. 6.* Leotard. *de usur. q. 59. ex n. 20.* Scaccia *de commerc. §. 1. q. 1. n. 244. & q. 7. part. 2. ampliati. 8. nu. 38. & ampliati. 10. num. 69. 80. & 81.* Igitur pretium legale, seu consuetudinarium cujusque provinciae, justum in utroque foro ibi censetur. Cencius *num. 3.* Nec expediret, quod uniforme pretium censibus generaliter constitueretur ad omnem regionem, ac locum, ut probat fuse Cencius *q. 46. ex num. 11.* quanquam id assignari posse fateatur idem Cencius *ibi, à n. 8.*
- 3 Si alicubi certum foret pretium censibus non redimibilibus, quanti vendi redimibiles liceret, facile posset computari, dempta tertia, aut quarta parte pretii legalis, pro facultate redimendi, secundum mox tradita, *num. 1.*

Ad Num. 3.

- 4 Ut fraudibus amputaretur occasio, lex Regia prohibuit censuum constitutionem eo pacto, ut redditus solverentur in frumento, vino, oleo, aut aliis speciebus, *l. 4. tit. 15. lib. 5. Recopilat.* quam constitutionem in censibus vitalitiis procedere, declaravit lex *9. eod. tit. de qua Azeved. ibi, ac Matienzus in d. l. 4.* Roderic. *sup. lib. 1. q. 12. à n. 2. & q. 17. n. 7.* Avend. *sup. cap. 46. ex n. 3.* ubi an lex procedat in emphyteusi, ac censu reservativo? Gutier. *Practic. lib. 2. q. 170.* qui probat in censu redimibili prohibitionem non vigere, sicut nec in reservativo. Felician. *d. cap. 1. n. 42.* Molin. *disp. 383. nu. 12. vers. Ex parte.*
- 5 Quoad census non redimibiles mihi videtur Regia lex omnino servanda, quanquam jus antiquum corrigere constet: tum quod in correctorii ex rationis identitate admittitur extensio ubi favorem continet, ut illa constitutio, quæ inopiâ oppressis prospexit, ut ex contextu patet: & quatenus iniquitatis, atque fraudis est exclusiva, spirituali salutis consulit contrahentium. Tum etiam quia ubi ratio exprimitur in lege correctoria (prout in lege nostra) ad similes casus ampliatur quoties eadem militat. Hæc ex pluribus prænotavi supra, *lib. 2. cap. 5. num. 44. & 45.* Nec obest illud vulgare: Si lex voluisset, expressisset, *ex l. unic. §. Si autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. & aliis*, quæ cumulat Barbosa *axiom. 136. numer. 5.* quoniam cum census perpetuus frequens non sit, ut redimibilis, hujus meminit, sed illum non exclusit. Ita tenet Azeved. *sup. num. 3.*
- 6 Quod attinet ad censum reservativum ita distinguem: aut certum pretium constituitur, velut mille, & ex his imponitur census juxta taxam legis, ut redditus solvantur in fructibus, & tunc propter rationis identitatem dictæ legis 4. prohibitio obstabit. Aut vendito fundo, convenit ut

loco pretii tot fanecæ frumenti, aut vini amphoræ in singulos pendantur annos, ac cessabit legis dispositio, cum posset venditor sub hac conditione, & non aliter rem suam alienare: nec hic intervenit propria census emptio & constitutio, sed reservatio fructuum ad quos emptor se astringit nomine pretii, pro fundo, quem acquirit. Sub hac distinctione resolvi poterit, si pars valoris in pecunia solvatur, & residuum in annos singulos ad censum relinquatur, ut tot fanecæ tritici præstentur: illi enim fructus annui nullo certo pretio emuntur, nec jus quod ad illos comparat qui fundum transtulit; unde nec venditio ipsorum intervenit, quæ absque illo consistere nequit *l. 2. §. 1. de contr. empt. §. Pretium, Inst. de empt. & vendit.* Vide Molin. *disp. 381. in fin. & disp. 382. num. 2. & 3. vers. Quod ut intelligatur, & disp. 383. n. 2.* Gutier. *Practic. lib. 2. quest. 172. num. 3. & 4.*

Verf. Cæterum post tertiam.

Hæc lex regia quam laudati nostrates, ac ex- 7
teri nonnulli commemorant, in novissima nostra recopilatione sexta numeratur, *sub tit. 15. lib. 5.* & secundum eam olim nonaginta octo septem annis & non minoris emere licebat, ad rationem unius pro quatuordecim, usque ad annos 1608. quo tempore Philippus III. censuum pretium augeri præcepit, ita ut pro uno viginti solvere emptor teneatur, seu quinque pro centenario. Idem in Valentino Regno constituit Philippus IV. anno 1622. *l. 12. tit. 15. lib. 5. Recop. Trull. in Decalog. lib. 7. cap. 21. dub. 8. num. 1.* Similis lex Cæsarea habetur apud Germanos, teste Gail. *lib. 2. observat. cap. 6.* quem refert Fachin. *dict. cap. 43. in princ.* Circa nostram regalem constitutionem observare oportet, pretium illud quoad emptorem in indivisibili ita consistere, ut minoris emere non valeat, non sic respectu vendentis, cui non vetatur pluri vendere intra latitudinem justii pretii, prout in cæteris rebus, quæ illud legitimum non habent: quæ disparitas inter contrahentes placuit in gratiam miserorum, qui inopiâ urgente, bona sua pro vili pretio census oneri subiciebant. Trullench. *nu. 3.* Scaccia *de commerc. §. 1. quest. 7. part. 2. ampliati. 10. n. 70.* Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quest. 6. num. 34.* Molin. *disp. 383. num. 4.* Leotard. *de usur. quest. 59. n. 29.* Qua ratione similiter decrevit Nicolaus V. quoad regnum Siciliæ, ut adnotat Scaccia *dict. numer. 70. & 81.* Præfatæ legis nostræ meminit Avendañ. *d. cap. 32.* quæ & contractus aliter factos reddidit nullos, & Tabellionibus instrumenta confidentibus poenam irrogavit, ipsaque Ecclesiasticos ligat, utpote quæ communi utilitati prospicit, atque in foro conscientiae debet à cunctis observari. Avendañ. *num. 9. & 10.* Roderic. *numer. 49.* ubi alii.

Ibi: Sed & de illa questione.

8
Quæritur an census jam constitutus emi minori pretio possit, quam lege stabilitum est? De quo Molin. *sup. disput. 393.* Trullench. *dict. dub. 8.* Roderic. *d. lib. 1. q. 8.* Felician. *sup. lib. 2. cap. 1. ex numer. 43.* Avendañ. *sup. cap. 34.* Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 22. ex numer. 45.* Azeved. *in l. fin. n. 1. tit. 15. lib. 5. Recop. Olan. concord. jur. lit. A, ex n. 113.* Navar. *in Manual. cap. 23. vers. Ad novè autem,* Gutier. *Practic. lib. 2. q. 172. Hermos. in l. 23. gloss. 4. numer. 26. tit. 5. part. 5.*
Can-

Cancer. *variar. part. 2. cap. 1. num. 281.* & licet pro utraque parte rationes militent ac Interpretes, ut videre licet apud laudatos, præsertim apud Felicianum, receptius tamen est quod si census tutò sit collocatus, emi non possit minoris quàm lege constitutum est.

Verf. Sed & illud.

- 9 Item quæritur, si de census constitutione constet, sed an perpetuus sit, aut redimibilis, non appareat, cujus naturæ præsumatur? Pro cujus decisione consulendi Avendañ. *de censib. cap. 14.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. quæst. 15. à n. 43.* Cencius *de censib. decis. 394.* Felician. *eod. tract. tom. 2. lib. 1. cap. 10. num. 8.* Duard. *de cens. 1. part. quæst. 13. ex n. 1.*

Ad Num. 4.

- 10 Emphyteusis à privato, non ab Ecclesia, si concedatur absolute absque temporis mentione, perpetua præsumitur. Mantic. *de tacit. convent. lib. 22. tit. 5. à n. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 109.* Roderic. *sup. n. 55.* Jul. Clar. *9. Emphyteusis, quæst. 27. n. 1.* Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 25. num. 6.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de jur. emphyteut. resol. 3. num. 1.* Est enim emphyteusis suâ naturâ perpetua. Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 35. nu. 8.* Leotard. *de usur. q. 51. num. 16.* Mantic. *d. tit. 5. n. 5.*

Ad Num. 5.

- 11 Argumentum ab emphyteusi ad census non semper efficaciter procedere solet, cum in pluribus discrepent, sicut notatur supra, *cap. 7. ex num. 3.* Sic in præsentî rejicitur, maxime propter diversitatem naturæ eorum contractuum; census enim naturâ temporalis est, ac redemptione extinguibilis. Cencius cum aliis supra, *quæst. 59. à n. 3.* emphyteusis verò perpetua, ut pronuper est assertum. Vide infra, *num. 17.*

Verf. Primùm illud.

- 12 Si quis ædis, vel fundi dominium transfulerit in alium, nullo sibi jure reservativo, sed censu constituto super eadem re alienata, quantitatis de qua convenerit, annuatim solvendæ, talis census, nisi expressè concedatur facultas, redimi non poterit Avendañ. *sup. n. 6.* Roderic. *n. 43.* Duard. *ad Bull. Pii V. in præfat. quæst. 19. n. 3. & 15.* Leotard. *de usur. q. 41. n. 22.* Est namque census iste sui naturâ irredimibilis, ut ex Molina observat Felician. *d. num. 8. verf. Denique mihi,* Avend. *num. 12.* Sed si probetur ex consuetudine providentiæ, vel usu reservantis census, quod facultas redimendi in hujusmodi censibus concedi consuevit, in dubio redimibilis judicabitur, ut sentit, Menochius *d. præf. 109. n. 1. & 5.* agens de emphyteusi, quæ aliàs perpetua existimatur, ut prædixi.
- 13 Hic census reservativus nuncupatur, de quo Molin. *disp. 381.* Cencius *quæst. 1. à n. 6.* Roderic. *lib. 2. quæst. 22.* Avendañ. *cap. 13.* Leotard. *d. quæst. 41.* & alii plures apud Cencium.

Ibi: Secundò considerandum.

Quoties liquet census deberi, non tamen an res, super qua constitutus reperitur, fuerit creditoris, ille reservativus censetur, nisi in instrumento mentio pretii fieret, quo casu consignativus habetur. Roderic. *quæst. 15. nu. 43. & 44.* Avendañ. *cap. 22. nu. 20.* nam facta mentione de pretio, apparet venditio contracta, quæ solum in consignativo censu intervenit, non in reservativo, Molin. *disp. 382. qui nu. 4.* observat, quod ubi prædium emitur certo pretio, & ex eo census imponitur super ipso prædio, hic est consignativus, Avendañ. *de censib. cap. 30. n. 1.*

Ibi: Tertio si minimè.

Hæc prænotavimus supra, *numer. 12.* quoniam semper attendenda est regionis consuetudo, & usus contrahentium, ubi de contractus natura dubitatur, *l. Semper in stipulationibus 35. de regul. jur.* Menoch. *lib. 3. præf. 38. nu. 9. & præf. 43.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 3. tit. 8. num. 10. & 67.* Et regulariter consuetudo est contractuum interpres, ut adnotavi *Præf. cap. 3. nu. 7. & cap. 28. num. 60.* Sed prius consuetudo contrahentium, quàm regionis inspicienda. Menoch. *d. n. 67.*

Ex quo inferitur, quod si in Hispania de natura, & qualitate census ambigeretur, consignativus, ac redimibilis deberet judicari; nam hujusmodi censuum venditio frequens admodum est: reservativi verò, & non redimibilis nullus est usus aut rarus. Molin. *disp. 281. nu. 9.* Nec obest, quod D. Covar. de proprietate verbi præmisit, quoniam hodie verbum *Census*, non minus propriè convenit consignativo, quàm reservativo. Adde Roderic. *d. q. 15. n. 45.*

Ibi: Quarto quoties de jure.

Si constiterit census fore consignativum, sed an redimibilis sit, necne, lateat, perpetuum judicandum sentiunt Roderic. *sup. num. 46.* Cencius *decis. 394. numer. 2.* cum D. Covar. Dissentit Avend. *d. cap. 14. numer. 10.* Quia facultas redimendi est de natura census, quod ex Cencio supra prænotavi, *n. 11.* Sed cum Scaccia *de commerc. §. 1. quæst. 1. à n. 236.* distinguendum est, nam de jure Communi D. Covar. sententia procedit: opposita secundùm Bullam Pii V. tenenda.

Quicquid de jure sit, apud nos secundùm consuetudinem omnis census consignativus redimibilis æstimabitur, nisi de perpetuitate liquidò constet, cum raro, aut nunquam in Hispania census iste irredimibiliter constituatur, Felician. *de censib. lib. 2. cap. 5. num. 25.* His accedit, quod in dubiis illa est interpretatio adhibenda, per quam minus gravetur debitor, *l. Quidquid 99. de verb. oblig. l. Semper in obscuris 9. l. Semper in stipulationibus 35. de reg. jur.* observat in specie Avendañ. *dist. cap. 14. numer. 5.* Nec dubium est (ut idem inquit) quin magis oneretur censuarius, sublata redimendi facultate.

Ibi: Quod si pretium annui redditus.

Limitat D. Præses quod docuerat de præsumptione census irredimibilis si ex pretii modicitate deduci posset, quod fuerit redimendi concessa facultas, propter quam, ut sæpe dictum est, justa rei

rei æstimatio notabiliter decrefcere folet. Sequitur Roderic. numer. 46.

Ibi: Imò ubi pretium annuæ.

- 20 Quamquam expreffim census fit perpetuus conftitutus propter iniquitatem pretii redemptione poterit extingui Roderic. num. 47.

Ibi: Quintò ubi annui redditus.

- 21 Si census folum probetur ex diutina redditus folutione, redimibilis reputabitur, nifi ex apochis, aut aliter conftet ex caufa census perpetui præftationes annuas proceffiffe. Roderic. *sup.* numer. 48. Hoc apud nos nullam patitur controverfiam propter confuetudinem, ac roboratur ex præmiſſis numer. 18. Quomodo probetur census per annuas præftationes, tradunt Mascard. *concl.* 279. Cencius *de cenſib. quæſt.* 81. Roderic. *de ann. redditib. lib. I. quæſt.* 15. à numer. 38. Avendañ. *de cenſib. cap.* 6. Felician. *eod. tract. lib. 2. cap. 5. numer.* 42. Qualiter ex temporis curſu per folutiones annuas in futurum inducatur obligatio docet Menoch. *lib. 3. præf.* 131. à numer. 38. Rurfus de præſcriptione adverſus creditorem, ac liberatione cenſuarii per lapſum temporis agunt Avend. *cap.* 104. Cencius *quæſt.* 117. & 118.

S U M M A R I U M.

- 1 De retractu latè differentes recensentur.
- 2 Ad retrahendum jure regio novendium assignatur à die perfecti contractus, nec adverſus lapſum legalis termini alicui reſtitutio conceditur. Vide num. 11.
- 3 Hypothesis, de qua diſputandum, proponitur.
- 4 Re ſub conditione vendita, novendium numeratur à die impletæ conditionis.
- 5 Ampliatur tamenſi pendente conditione res tradatur, & transferatur dominium.
- 6 Conditione pendente venditionis, an liceat conjuncto rem patrimonialem etiam conditionaliter retrahere? & num. ſeqq.
- 10 Si venditionis instrumentum conficiatur, tempus ad retractum à quo die currere incipiat.
- 11 Novendium ad retractum lege conſeſſum an à die celebrati contractus, vel traditionis computetur?
- 12 Intelligitur lex 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat.
- 13 Ubi in alienatione rei patrimonialis fraus intervenit, vel ſimulatio, ne in notitiam conſanguineorum perveniat contractus, novendium non præterit, niſi à die ſcientiæ illius, cujus intereſt.
- 14 In locatione ad longum tempus jus retrahendi non competit.
- 15 In emphyteuſi an retractui ſit locus?
- 16 Si res patrimonialis detur ad cenſum reſervativum, an conſanguineis jus retrahendi competit? & num. ſeqq.
- 20 Quid ſi pactum retrovendendi interveniat.
- 21 Vendente uſumfructum domino fundi, conſanguineus ad retractum nequaquam admittitur.
- 22 Ubi res venditur certo pretio, & ex eo cenſus imponitur, duplex contrahitur venditio, duplexque debetur gabella.
- 23 Si res patrimonialis, habita fide de pretio, vendatur, conſanguineus ad retractum eodem

modo admittitur, cautione præſtita de pecunia ſuo tempore ſolvenda.

- 24 Ut conſanguineus ad retractum admittatur, non prærequiritur dominii tranſlatio, ſed quod contractus perfectus ſit.
- 25 Si cenſus reſervativus clam redimatur in fraudem conſanguineorum, qui jus retrahendi habent, novendium computatur à die ſcientiæ.
- 26 Si extraneus uſufructuarius proprietatem emerit rei patrimonialis, conſanguineus ſolum pro proprietate jus retractus habet.
- 27 Quæ perſonæ habentes jus retrahendi præferantur conſanguineo.
- 28 Penſio cenſus reſervativi præſumitur correfpondere fructibus fundi.
- 29 Novendium ad retractum ubi res cum pacto, de quo ſuprà, num. 3. diſtrahitur, incipit currere à die perfecti contractus, non à quo cenſus, ſeu penſio redimitur.
- 30 Utrum conſanguineus admittatur ad retrahendum in caſu propoſito, ſi cenſum collocet ſuper re vendita, vel debeat pretium illicò reſentare, & num. ſeqq.

C A P U T X I.

PLurima quidem hujus ſingularis controverſiæ I occasione prælibare de retractu oporteret, ſed quia per tempus non licet, ſatis erit quæ in progreſſu diſceptationis occurrerint, non prætermittere; cætera namque affluenter exhibent Pat. Molin. *de juſt. & jur. tract. 2. à diſp.* 370. Greg. Lop. *in l.* 42. & 55. tit. 5. part. 5. ubi Hermol. Ant. Gom. ac Caſtill. *in l.* 70. cum ſeqq. Taur. Matienz. atque Azeved. *in l.* 7. cum ſeqq. tit. 11. lib. 5. Recop. Tiraq. *de utroq. retract.* Gutier. *Præct. lib. 2. q.* 145. cum aliis pluribus, Avend. *de cenſib. ex cap.* 87. Parlador. *different.* 109.

Opus tamen eſt præmittere, quod conſanguineis, ac ſimilibus facultate retrahendi gaudentibus novendium præſinitur, ut jure ſuo utantur, quod incipit à die perfecti contractus, non traditionis; eoque elapſo tempore, ita excluduntur, ut nec ignorantia, ætas, ſexus, aut perſonæ conditio ad reſtitutionem proſit. Ita apud nos conſtituitur *l.* 7. 8. & 14. tit. 11. lib. 5. Recop. Molin. *diſp.* 370. à numer. 21. Gutier. *quæſt.* 152. Matienz. *in l.* 7. *gloſſ.* 6. tit. 11. lib. 5. Recop. Hermol. *in d.* 1. 55. *gloſſ.* 8. numer. 24. Parlador. *de differ.* 109. §. 5. à princip. Azeved. *in d.* 1. 7. Recop. numer. 62. ubi tenet, diem ipſum contractus in termino computari, & ſic novendium currere de momento ad momentum, quod valdè controverſum, ut videre eſt apud Hermoſil. numer. 26. qui diſſentientes cumulavit Interpretes. Vide Molin. *ex num.* 28.

Hypothesis igitur noſtræ quæſtionis ſic ſe habet: 3 Titius fundum vendit Cajo, qui cum pecunia caret ad pretii ſolutionem convenit inter eos, ut decem annua penderet donec ſolveret, venditore interim dominium directum retinente. Idem dubium verſatur, ſi nullo pretio conſtituto, fundus tradatur, nullum jus retinente domino, ſed cenſu reſervativo impoſito ſuper eodem fundo cum redimendi facultate. Ambigitur itaque, an à tempore contractus, vel à quo pretium ſolvitur, aut cenſus redimitur, novendium ad retractum currere incipiat? Hanc controverſiam attigerunt Molin. *diſp.* 372. numer. 6. Matienz. *in d.* 1. *gloſſ.* 1. nu. 25. Gutier. *ſup. quæſt.* 145. numer. 4. Hermol. *in d.* 1. 55. *gloſſ.* 2. n. 10. Azeved. *ſup. n.* 68. Avend. *cap.* 89. n. 9.

Ad

Ad Num. 1.

4 Vendita re sub conditione, tempus ad retrahendum numeratur non à die contractus, sed conditionis impletæ. Molin. *disp.* 370. *numer.* 35. Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 29. *vers.* *Quartus effectus*, Azeved. *sup.* *num.* 67. Arias in *l.* 70. *Taur. num.* 31. Gutier. *quest.* 153. *num.* 3. Matienz. *sup. gloss.* 6. *numer.* 37. Hermos. *d. gloss.* 8. *num.* 30.

Ibi: *Nec refert, traditionem rei venditæ.*

5 Quatenus res sub conditione vendita, eventu pendente, tradatur emptori; dies tamen ad retrahendum nisi post implementum conditionis non labuntur. Ant. Gom. *ubi proximè*, ubi ampliatur, etsi dominium transferatur. Matienz. *numer.* 41. Gutier. *d. quest.* 153. *numer.* 4. *vers.* *Verùm hæc*, Molin. *num.* 37. Azeved. *ubi proximè*, ac Hermos. *d. num.* 30.

6 Sed utrum pendente conditione, consanguineus ad retrahendum etiam conditionaliter admittatur, inquiramus. Affirmant, præsertim si ad traditionem sit devotum, post Tiraquellum Azev. *ibidem*, Molin. *num.* 38. Matienz. *d. gloss.* 6. *n.* 40. Gutier. *d. n.* 4. Hermos. *num.* 31. Sed contrarium tenet Ant. Gom. *d. nu.* 29. *vers.* *Quartus effectus*, Cifuentes. in *l.* 70. *Taur. vers.* *Vigesimo nonò dubitatur*: quæ sententia juri magis consona ex sequentibus videtur. Primò, quia lex defert jus retrahendi, perfecta venditione, quæ perfectio minimè contingit ante conditionis implementum, ideo nec dies ad retrahendum antea labuntur, ut fert communis; unde consanguineus ad retractum, pendente conditione jus habere non potest, nec illud præstat traditio rei conditionaliter venditæ, cum non fiat venditionis gratiâ, ut ait Ant. Gom. licet dominium transferatur.

7 Secundò facultas retrahendi tribuitur proximiori consanguineo sub tempus perfecti contractus, ideo ante impletam conditionem proximitas dignosci nequit; fortè enim proximior cum sub conditione res vænibat, tempore impletæ conditionis ab alio removeretur, ut si frater vendentis retraheret, ac postea filius huic nasceretur, cujus nomine retractus si peteretur, obtinebit; patruo excludo, *l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.*

8 Tertio, si plures existerent venditoris consanguinei gradu diversi, & secundus, vel tertius ad retractum admitteretur, proximior tacente, hic posset, adveniente conditionis eventu, admissum excludere, atque ita omnia circa retractum gesta redderentur illusoria, ex quo aut prior opinio est rejicienda, aut saltem coarctanda ad proximior tempore conditionalis contractus; nam quandiu proximior non excluditur, remotiori consanguineo non patet aditus, *d. l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.*

9 Quarto si admitteretur aliquis ad retractum pendente conditione, & jus quæreret aliquod, posset evenire ut res patrimonialis ad extraneum, renitentibus consanguineis, perveniret; nam si post depositam pecuniam, aut cautionem præstitam consanguineus decederet, extraneo hærede instituto, hic existente conditione, cum in jus defuncti succederet; rem per retractum consequeretur, quam cum jure hæreditario obtinisset, venditoris conjuncti auferre non

valerent. Tandem leges jus retractus concedentes inter odiosas recensentur, ut cum communiore concludit Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. n.* 60. cui adhæret Matienz. in *d. l.* 7. *gloss.* 1. *num.* 14. quapropter ampliari non debent. Cum igitur per nostras regias constitutiones jus retrahendi sit coarctatum ad novendum post perfectam venditionem, concedendum non est tempus plurium mensium, seu annorum, quod inter contractum, & conditionis implementum intercedere potest. Et est observandum, quod Tiraquellus oppositæ opinionis author, quem nostrates sequuntur, loquitur consequenter, dum docet terminum retractus currere à die conditionalis contractus, seu traditionis: sed qui aliud tuentur laudati supra *num.* 4. 5. & 6. in consequentiam quandam incurrere videntur, dum tempus preterire ad retractum inficiantur, & redimendi facultatem concedunt. Utrumque rectè Ant. Gom. denegavit, Tiraquello omnino contrarius.

Si de emptione fiat instrumentum, quæritur num 10 novendum computetur à die celebrati contractus, vel confectæ scripturæ? Et distinguitur ita: vel scriptura respicit ad perfectionem contractus, quia non aliter contrahentes se obligare statuerunt; vel solum deservit, ad probationem emptionis jam initæ. Priore casu inspicitur dies instrumenti; posteriore, contractus celebrati, quo pacto concordari possunt opiniones inter se pugnantes, de quibus Molin. *disp.* 370. à *num.* 26. Gutier. *Præcticar. lib.* 2. *quest.* 152. *numer.* 1. *vers.* *Ex quibus non bene*, Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. Parlador. *differen.* 109. §. 5. à *n.* 5. Hermos. in *l.* 55. *gloss.* 8. *num.* 29. *tit.* 5. *p.* 5. Quando scriptura facta intelligatur ad perfectionem, vel ad probationem contractus, tradit latè Hermos. in *l.* 6. *gloss.* 1. *eod. tit.* 5.

Ad Num. 2.

Novendum lege præscriptum ad retractum, à 11 quo venditio perficitur, consanguineis, ac similibus incipit præterire, ut cum D. Covar. tenuerunt Molin. *sup.* *n.* 25. Gutier. *ubi proximè, vers.* Sed contraria, Matienz. in *l.* 7. *gloss.* 6. *numer.* 10. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.* Azeved. *ibi, num.* 63. Lassarte *de decim. vendit. cap.* 3. *num.* 4. Parlad. *d.* 9. 5. *n.* 3. Avendañ. *de censib. cap.* 89. *n.* 5. Hermos. in *l.* 55. *gloss.* 8. *n.* 24. *tit.* 5. *p.* 5. A qua communi, ac in praxi recepta opinione cum aliis, quos refert Gutier. *d.* 9. 152. *numer.* 1. dissentit Ant. Gom. in *l.* 70. *Taur. numer.* 16. probans terminum retractus à die veræ, ac realis traditionis computandum: quod æquissimè admirandum putarem, si de igitantia contractus saltem probabilibus conjecturis appareret. Et cum hic contractus solo consensu perficiatur, & privatim soleat celebrari, verosimile est, quod infra novem dies in notitiam consanguinei, cujus interest, non pervenerit, præsertim in Curiis ac Civitatibus multitudine habitantium insignibus: quapropter beneficium retractus plerumque illusorium redderetur. Non ita in traditione facile contingit rei immobilis, quæ palam fit per possessionis apprehensionem, quæ latere non potest. Qua ratione Ant. Gom. *num.* 17. edocuit, novendum non currere à die factæ traditionis, velut per constitutum, quia cum in animo consistat, percipi nequit.

Nec refragatur lex 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil.* 12 ibi, *I despues que fuere vendida hasta nueve dias*: cui communis opinio nititur, quoniam constitutio procedit, supposita scientia consanguinei,

guinei, ut patet ex lege 8. sequenti, quæ jus novum induxit, auferens ignorantibus restitutionis auxilium; quod antea juxta dictam legem 7. concedebatur. Ex quibus communis cum Ant. Gomezii sententia sic potest conciliari, ut illa obtineat in sciente contractum, hæc ut ignorante: quod æquitati, ac rationi consonum videtur.

- 13 Si quis rem patrimoniale[m] clam, seu fraudulenter vendiderit, ne ad aures consanguinei alienatio perveniat, novendum non labetur, nisi à die scientiæ ejus cujus interest, quæ per emptorem probari debet. Gutier. *num. 3.* Parlad. *nu. 4.* Azeved. *num. 63.* Hermos. *numer. 33.* Idem juris erit juxta opinionem Ant. Gomezii, si traditio clandestinè fiat, aut si simuletur non venditionis causâ fieri, sed locationis, precarii, vel donationis.

Ad Num. 3.

- 14 Rem ad longum tempus locatam consanguineus retrahere nequit. Avendañ. *d. cap. 89. numer. 8.* Hermos. *in d. l. 55. gloss. 2. nu. 10.* Matienz. latissimè *in l. 7. gloss. 1. ex num. 10.* ubi etiam de locatione in perpetuum tenet idem: & quamvis *num. 14.* aliud sensisse D. Covar. asserat, non est ita, quia noster Præses ad finem hujus numeri non est loquutus de locatione, sed de emphyteusi, ac de censu reservativo irredimibili, in quibus retractui locum fore resolvit, locationis nulla facta mentione.

- 15 Quoad emphyteusim D. Covar. edocuit, consanguineum ad retractum admittendum, cui accessit Molin. *disp. 371. num. 4.* Albornoz *de contract. l. 3. tit. 3. de retr.* Sed contrarium apud nostrates prævaluit, quod tuerent Gutier. *Practic. lib. 2. q. 145. n. 1. vers. Nihilominus tamen, Avend. sup. numer. 1.* Castill. *in l. 74. Taur. Azeved. in l. 7. num. 11. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Parlad. different. 109. §. 4. num. 9.* Hermos. *in d. l. 55. gloss. 2. num. 10.* plenè Matienz. *ubi proximè,* quod ex dicendis statim comprobabitur.

- 16 De censu reservativo, cum scilicet quis non constituto pretio rem patrimoniale[m] alienat nullo dominio reservato, ac convenit de annua quantitate solvenda alienanti in perpetuum, ubi sicut præmissimus, nulla venditio contrahitur: hoc igitur casu quæstionis est, num. pateat retractui locus? D. Covar. in affirmantem abiit sententiam, cui accedit Avend. *de censib. cap. 89. n. 7.* asserens id extra dubium consistere, cum alienans directum dominium sibi non reservaverit.

- 17 Negantem verò amplexus est Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 372. num. 1.* ac tenet, licet subdubius, Gutier. *ubi proximè, numer. 2.* quæ probabilior videtur; nam cum leges, quæ retractum concedunt, odiosæ censeantur, ut plerisque placeat, extensione juvari non debent, nec ad alios casus præter venditionem, de qua constitutiones Regiæ loquuntur, ampliari. Greg. Lop. *in l. 55. gloss. 4. tit. 5. p. 5.* ubi Hermosilla *num. 1.* qui refert alios. Ant. Gom. *in l. 70. Taur. numer. 1.* Præsertim cum hic contractus similis venditioni non sit, sed permutationi; datur enim res pro censu, seu jure percipiendi annuam pensionem; nec in permutatione, quanquam utrumque transferatur dominium, retractus admittitur, *l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopil.*

- 18 Præterea ad rejiciendam legis extensionem juvat efficaciter diversitatis ratio, quæ inter hunc contractum, & emptionem reperitur: in hac

enim nihil interest vendentis, an ab hoc, vel ab illo pretium sibi numeretur; in illo, quia tractum successivum habet in perpetuum, mutatâ personâ censuarii, potest fieri deterior conditio creditoris, eique magis expedire extraneum, quam consanguineum censuarium habere, aut propter tutiorem cautionem, aut propter faciliorem exactiorem pensionum, quam inter conjunctos non ita acriter decet exercere: quapropter retractus debet denegari, quem jura cum venditoris detrimento, seu alienantis nunquam concedunt. Nec ad rem facit quod per eum census contractum transit in censuarium cum utili dominium directum, resque prorsus extra familiam alienatur; nam idem in permutatione contingit, in qua nullus patet retrahentibus aditus, ut mox prædixi. Adde quæ expendentur infra, *n. 32.*

Suam quam sustinemus, sententiam limitat 19 Molina, si is cui res traditur, partim pecuniâ numeratâ, partim censu reservativo constituto alienanti satisfaciatur; tunc siquidem si soluta quantitas excesserit annui redditus æstimationem, quia venditio contracta intelligitur, retractui locus erit. Sic in simili de emphyteusi tenent Matienz. *in l. 7. gloss. 2. nu. 10. tit. 11. lib. 5. Recop. Parlad. different. 109. §. 4. num. 10.* Bernard. Bag. *disp. de retract. vers. Quarta conclusio.* Idem videtur respondendum, si pecunia soluta, & census ejusdem sint æstimationis; nam propter usum frequentem contractus, venditio celebrata censeretur, pensio itidem familiæ favore, ut bona conserventur in illa.

Ibi: Ego verò etsi videam.

Supposito ex communi sententia, quod in em- 20 phyteusi, ac censu reservativo retractus excluditur, id restringit D. Cov. quoties conceditur in utroque contractu redimendi facultas; nam præsumitur simulata venditio, habita fide de pretio, ut donec illud solvatur annua pensio præstetur. Sequuntur Avendañ. *cap. 89. ex numer. 2.* Gutier. *d. q. 145. num. 4.* Ursill. *ad Afflic. decis. 72. n. 11.* Hermos. *in l. 55. gloss. 2. numer. 10. tit. 5. p. 5.* Et licet satis probabiliter contra communem sentiat Molin. *disp. 372. in fin. retractum denegandum,* nisi ex circumstantiis fraudem intervenire apparuerit, non est tamen ab illa recedendum, ne dolosis machinationibus aditus relinquatur, quibus facilè legis provisio illuderetur. In his tamen ambiguis quæstionibus de quibus actum est, propter Interpretum dissensum æstimo, non parum judicis arbitrio deferendum, qui causâ perpensâ modò hanc, modò illam, prout æquitas suggererit, sententiam amplectatur; nam ubi magnificam domum illustris familiæ in extraneum alienari contingat, æquissimum erit retractus leges ampliare, sicut ipsas restringere, cum consanguineus inops, aut potens retrahere intendit rem in emphyteusim, vel censum concessum cum alienantis detrimento, ob difficile[m] exactiorem. Faciunt quæ tradit Matienz. *in l. 7. gloss. 3. nu. 6. tit. 11. lib. 5. Recop.*

Ad Num. 4.

Si usufructus rei patrimonialis vænierit, con- 21 sanguineus jure retractus uti nequibit. Gutier. *Pract. lib. 2. quest. 147.* Matienz. *in l. 7. gloss. 1. num. 32. tit. 11. lib. 5. Recop. Azeved. ibi, nu. 13.* Hermos. *in l. 55. gloss. 2. n. 11. tit. 5. p. 5.* Montalv. *in l. 13. gloss. magn. col. 11. vers. Item quero, an habeat locum ista lex in usufructu, tit. 10. lib. 3. for. Castill.*

Castill. *controv. lib. 1. de usufruct. cap. 74. n. 18.* quod ampliant ad usum, habitationem, & similia. Nec imminet periculum consolidationis, si dominus proprietatem vendiderit, quia fructuarius nec habet jus ad retractum, nec ut consanguineo, aut aliis in concursu præferatur. Ant. Gom. in l. 70. Taur. n. 34. Castill. cum aliis n. 37. Gutier. q. 166. n. 2. Mathienz. in l. 13. gloss. 3. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recop. Molin. de just. & jur. disp. 371. n. 4. Hermos. ubi proxime. Imò si fructuarius proprietatem emerit, eam consanguineus poterit retrahere. Ant. Gom. sup. Castill. num. 23. D. Covar. inf. num. 7.

Ad Num. 5.

22 De hoc & aliis fundamentis consule Molin. disp. 372. n. 6. 7. & alios quos laudavi n. 3. Nec dubium est, quin in specie proposita duplex contrahatur venditio alia fundi, seu alterius rei, & alia census consignativi; utraque pura, non habitâ fide de pretio: nam etsi pecunia non appareat, tamen per traditionem brevis manus intelligitur primus venditor nummos recepisse, iterumque eos in pretium antui redditus retradidisse; unde duplicem gabellam deberi, rectè probat Molin. disp. 382. num. 3. Lassart. de decim. vend. cap. 10. n. 47. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 22. num. 30. Nec de reservatione directi domini curandum, quæ impertinens est, nullumque effectum potest operari, ut res aliquando ad venditorem revertatur.

Ibi: *Quod si hæc venditio cense-
retur.*

23 Si res patrimonialis, habitâ fide de pretio, vendatur, consanguineus statim ad retractum admittatur, cui novendum à die perfecti contractus currit, ac cautione præstita de solvendo pretio ad tempus conventum, rei dominium acquirit, l. 11. tit. 11. lib. 5. Recop. ubi Azeved. & Mathienz. Ant. Gom. in l. 27. Taur. num. 22. Hermos. in l. 55. gloss. 8. num. 18. tit. 5. p. 5.

Ad Num. 6.

24 Adde Molin. disp. 372. n. 7. Ad retractum non desideratur domini translatio, sed contractus perfectio. Nec in venditione, etsi res tradatur, emptor dominium querit ante pretium numeratum, nisi de illo fides habeatur, l. Quod vendidi 19. de contr. empt. l. Si procurator 5. §. 1. de jur. fsc. l. Procuratoris 5. §. Sed etsi dedi, de tribut. action. l. 46. tit. 28. part. 3. Mozzius de contract. tract. de emption. tit. de substanz. empt. n. 32. & 77. Ant. Fab. in ration. d. l. Quod vendidi, & alii per plures apud Hermos. in d. l. 28. gloss. 1. nu. 1. tit. 5. p. 5. quod cum sit de natura contractus, reservatio domini frustra adjicitur, ideo nihil valet operari. Surd. decis. 220. d. num. 11. Gratian. discept. cap. 523. num. 1. cum seqq. Bald. in rubric. num. 13. C. de contr. empt. nam regulariter expressio ejus quod tacite inest, nihil operatur, nec formam aut naturam actus immutat, l. 3. C. de fidejussorib. l. Hæc verba 3. de leg. 1. l. In conditionibus 19. §. 1. l. Aliquando 107. de condit. & demonstr. Mantic. de conjectur. ult. vol. lib. 5. tit. 6. nu. 5. Carleval. de judic. tit. 3. disp. 8. num. 63. Barbosa cum pluribus axiom. 89. num. 15. Ad hæc constitutio Regia ut retractum concederet, non respexit ad dominii D. de Faria Nova Addis. ad Covar. Tom. II.

translationem, sed ad perfectionem contractus, à qua novendum computandum decrevit lex 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat.

Verf. Tertiò hæc ipsa opinio.

Hæc prænotavimus supra, num. 22.

Verf. Quartò idem apparet.

Adde Molin. disp. 372. nu. 8. Gutier. Pract. 25 lib. 2. q. 145. nu. 5. & alios recensos supra nu. 3. Sed adhuc in ipso venditionis contractu eadem fraus potest intervenire ad exclusionem consanguinei, ut præmissi supra, n. 12. & sicut novendum non labitur, nisi à die scientiæ, quando clanculum venditio contrahitur, ut prædixi n. 13. idem observaretur si redemptio census fraudulenter celaretur.

Verf. Quinta ratio ex præcedentibus.

Junge tradita sup. n. 22. Molinam, & cæteros jam commemoratos.

Verf. Sextò eandem sententiam.

Adverte ad ea, quæ D. Covar. paulò post, n. 8. verf. Sed & si quis, docet pro hujus rationis declaratione.

Ad Num. 7.

Hoc tradidimus nu. 21. in fin. de quo latissime 26 disputans Mathienz. in d. l. 7. gloss. 1. d. num. 35. Molin. disp. 371. n. 9. Nec dubium est, quin consanguineus nūdâ proprietatem duntaxat avocare valeat per retractum, qui non confert retrahenti, nisi quod venditor habuit, & vendidit; nec emptori aufert, quod per venditionem non obtinuit, qualis est usufructus, de quo agimus.

Ad Num. 8.

Planè nihil conducit ad quæstionem nostram 27 (ut D. Covar. animadvertit) lex 13. tit. 11. lib. 5. Recop. ubi cavetur, quod consanguineo quoad retractum præferantur dominus directi domini, superficiarius, & habens partem in re vendita: quod procedit cum hi ex diversa causa, seu contractu dominium obtinuerunt, non si ex ipsa venditione, quam per retractum consanguineus infringere, seu retractare conatur. De cujus constitutionis intellectu videndi Azevedus, & Matienzus ibi, Molin. disp. 371. n. 3. Ant. Gom. in l. 70. Taur. num. 31. ubi num. 32. & 33. observat inter proprietatis dominum, & fructuarium non dari retractum, quem solus obtinet ipsius usufructus particeps, ut plenè per Castill. lib. 1. controvers. cap. 74. d. num. 27. nam & consanguineus eo jure caret, ut prænotatur num. 21. Hæc de commoditate usufructus quæ à fructuario vendi potest.

Verf. Sed & si quis.

Hæc in non fructiferis locum habere possunt, 28 nam in frugiferis pensio præsumeretur coæquari fructuum æstimationi, quos regulariter producere solet.

N

Verf.

Verf. Quibus tandem effectum.

- 29 Resolvit D. Covar. in quæstione præcipua hucusque discussa per totum hoc caput, & supra, nu. 3. expressa, dies ad retractum currere non à redemptione census, sed à perfectione venditionis contractus: cui accedunt laudati supra. n. 3.
- 30 Circa quam opinionem se offert inquirendum, an consanguineus teneatur statim pretium exhibere, aut si per constitutionem census satisfaciatur, sicut extraneus convenerat? Similiter dubitabatur, de retrahente rem venditam, habita fide de pretio, de jure communi ante legem II. tit. II. lib. 5. Recopilat. ut testatur Matienz. in l. 7. gloss. 3. num. 6. eod. tit. & quod opus non sit de præsentis pecuniæ numerare, ex d. l. II. deducitur, quâ in simili casu ita decisum habetur. Præterea cum retrahens loco primi emptoris subrogetur, & eadem persona censeatur, forma contractus mutari non debet, ut consanguineus pecuniæ repræsentare teneatur, ad quod extraneus astrictus non erat; nam subrogatum naturam sortitur ejus, in cujus locum subrogatur, l. Si cum IO. §. Qui injuriarum, ff. si quis cau. ion. Barbosa cum pluribus axiom. 213. nu. 1.
- 31 Contrarium suadetur primò, quia in conventionem ista duo interveniunt distincti contractus; nam dominus vendit fundum, & censum emit. Quoad primum contractum compellitur jure retractus, ut potius dominium transferat in consanguineum, quàm in extraneum; sed nulla ratione astringi potest, ut emat censum ab ipso consanguineo contra juris principia, quo emere invitus cogi nemo potest, l. Invitum II. C. de contr. empt. l. Nec emere 16. C. de jur. delib. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 51. Hermos. cum plurimis in l. 3. gloss. l. n. I. tit. 5. p. 5. Licebit igitur consanguineo, pretio oblato, venditionem fundi retractare, ac fundum consequi; non tamen compellere venditorem, ut ab ipso censum emat.
- 32 Secundò, ea est retractus natura, ut nec venditor, nec emptor ullum detrimentum ex subrogatione consanguinei sustineant: at si consanguineus pretio non exhibito, censum constitueret, venditor exponeretur periculo non exigendi redditus, ac amittendi sortem, quam repetere nunquam posset ex natura contractus censualis, si forte propinquum retrahentem fieri contingat inopem, potentem, inimicum, dissipatorem, cum quo venditori non expediret habere commercium ob jurgia, ac exactionis difficultatem: quæ aliud agens perpendit Matienz. d. gloss. 3. nu. 6. & adnotavi supra, nu. 17. quibus accedit quod emente extraneo divite, venditor haberet spem proximam redemptionis, quâ careret, si consanguineus egenus compararet. Unde ex retractu deterior vendentis conditio multipliciter fieri posset. Omnia cessarent, si expectaretur tempus redemptionis, quia venditor pretii quantitatem percipiens, sive à conjuncto, sive ab extraneo, nullum sentit incommodum. Nec urget dicta lex II. Recop. quia ibi nullum damnum imminet venditori pretium tempore præfinito percepturo, cui interim idoneè est cavendum. Etiam non movet, quod de subrogatione prædiximus, quia locum non habet ubi diversitas rationis reperitur propter personæ mutationem.
- 33 Ex quibus dicendum videtur, quod D. Covar. communis sententia procedat, nisi venditor justam opponat causam, ne retrahens admittatur, censu imposito de pretio; tunc enim illud con-

fanguineus nisi exhibuerit, repellitur: uti tamen suo jure poterit sub redemptionis tempore, legis formâ servatâ intra novendium à die contractus, vel redempti census.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio bonorum omnium præsentium duntaxat subsistit de jure communi, sed non futurorum simul: quod limitatur, ac declaratur ibidem & num. 23.
- 2 Utrum donatio etiam futurorum bonorum subsistat, si firmetur juramento. & num. 3.
- 4 Præfata donatio, etiam bonorum acquirendorum, sustinetur si donator usumfructum reservaverit: quod ampliatur n. 10.
- 5 Pignus alienatum per debitorem, consentiente creditore, ab obligatione prorsus liberatur, nec in eam reincidit, etsi ex alia causa in dominium redierit debitoris.
- 6 Aliud juris est, si idem creditor, qui præstitit consensum, postea generalem hypothecam obtineat in bonis ipsius debitoris.
- 7 Res Ecclesiæ semel emphyteuta solemniter concessa, absque solemnitatibus iterum dari in emphyteusim potest, sicut res majoratus legitimè alienata non incidit in vinculum, etsi ex alia causa in potestatem possessoris deveniat.
- 8 Pecunia sub generali bonorum obligatione continetur, exceptâ illâ, propter quam debitor obligatur.
- 9 Fructuarii suos fructus irrevocabiliter facit statim ac separantur à solo.
- 10 Donatio bonorum omnium, reservato usufructu ad vitam, vel quandiu donator vixerit, an sustineatur?
- 11 Quid si dictum sit, Reservo usumfructum, ut de eo inter vivos duntaxat disponam? Quid si asseratur, Ut de fructibus in vita disponere valeam.
- 12 Quod valeat hoc ultimo casu donatio, pluribus comprobatur, & n. 13.
- 14 Si in donatione omnium bonorum donans reservaverit usumfructum, ut in vita disponat, & intestatus moriatur, bona ex usufructu quæsita pertinent ad suos legitimos hæredes.
- 15 Quid si Ecclesiæ ejusmodi donatio fiat, & n. 16. & 17.
- 16 Ut donatio bonorum omnium, reservato usufructu, subsistat, necesse est, quod ex fructibus præter alimenta donantis supersit quantitas sufficiens, de qua testari possit, ac hæredem cum effectu relinquere. Quanta sit quantitas, quæ sufficiat, judicantis arbitrio definitur. num. 20.
- 17 Valet donatio bonorum omnium, si partem reservaverit donator, de qua testetur, si voluerit.
- 18 Quanta reservari pars debeat, in judicis resideat arbitrio.
- 19 Donationis validitas non pendet à futuro eventu, & quæ semel jure facta est, non infirmatur quanquam donator tempore mortis bona non habeat, de quibus testari possit.
- 20 De donatione omnium bonorum, remissivè.
- 21 Donatio bonorum omnium præsentium de jure communi interdicta non est.
- 22 Jure nostro regio nec præsentium bonorum omnium donatio sustinetur.
- 23 Limitatur si fuerit usumfructus reservatus.

- 26 *Donatio omnium bonorum, quæ prohibetur sive jure regio, sive communi, an in solidum sit irrita, vel sustineatur quoad partem, quæ donari possit?*
 27 *Donatio hereditatis utroque jure, regio, ac communi non tenet.*
 28 *Prohibitio donationis omnium bonorum presentium ex lege regia nonnullis in casibus non procedit.*

CAPUT XII.

I Jure communi donatio presentium bonorum omnium permittebatur; sed si futura quoque comprehenderet, non subsistebat, quoniam donator sibi testandi facultatem adimebat, quod tunc non licuit. Hæc constant *ex l. Stipulatio hoc modo 61. de verb. oblig. l. Si fratres 53. §. Idem respondit, pro soc. l. Ex eo 4. C. de inutil. stipul. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 280. nu. 1. Ant. Gom. in l. 69. Tauri, num. 1. Tondut. questio. civil. cap. 41. à nu. 24. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 11. Cancer. variar. part. cap. 8. num. 74. Mantic. de tacit. convent. lib. 13. tit. 26. à nu. 14. ubi disputat, Trentacinq. variar. lib. 3. de donat. resol. 3. nu. 1. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 16. dub. 10. num. 1. Castill. controvers. lib. 4. cap. 53. num. 2. Hermos. in l. 9. gloss. 1. num. 1. tit. 4. p. 5. Gamma decis. 206. nu. 3. & decis. 386. Gutier. de juram. confirmat. cap. 11. num. 2. Sed si quis omnia bona sua donaverit quibuscumque verbis universalibus, tenebit donatio, quia futura non includit, nisi exprimatur. Marescot. variar. lib. 2. cap. 139. nu. 11. Mantic. sup. tit. 25. nu. 9. Similiter hujusmodi donatio bonorum presentium, ac futurorum, si mortis causâ fiat, non prohibetur. Pat. Molin. n. 18. Trullench. ubi proximè, Jul. Clar. §. Donatio q. 19. nu. 7. Molin. d. cap. 10. nu. 14. Donatio bonorum presentium ac futurorum, sine signo universalitatem demonstrante, non complectitur suppellectilia, quæ si pretiosa sint, donatio consistet. Mantic. cum aliis d. tit. 25. n. 12.*

2 Nimis controvertitur, an juramento præfata confirmetur donatio, de quo disputant Mantic. tit. 27. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 88. D. Covar. in rubr. de testam. part. 2. à n. 9. Fontanella de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 21. part. 1. nu. 50. cum seqq. Seraphin. de privil. juram. privil. 107. ex n. 16. Negativa opinio communiter est recepta, cui subscribunt Molin. d. cap. 10. n. 11. Ant. Gom. sup. n. 2. vers. Tertio, quæro, Cancer. nu. 75. Trentacinq. nu. 8. Gutier. nu. 11. Matienz. in l. 8. gloss. 1. nu. 2. tit. 10. lib. 5. Recop. Azeved. ibi, n. 4. Castill. sup. nu. 3. ubi plurimi, & apud Hermos. nu. 14. Disputatur tamen an ex vi juramenti donatio quoad bona presentia consistat, de quo Trentacinq. nu. 9. Fontanell. num. 89. Seraphin. ubi sup. Hermos. nu. 15.

3 Ast adversus communem D. Covar. ubi pronuper, tuetur donationem omnium bonorum etiam futurorum valere, si accedat juramentum, quem sequuntur Molin. d. disp. 280. num. 3. Fachin. dict. cap. 88. Trullench. ubi sup. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 18. nu. 96. Castill. nu. 14. Matienz. n. 8. & alii quos refert Hermos. nu. 13. quæ sententia verior, licet opposita communior. Subsistit etiam absque juramento omnium bonorum presentium, & acquirendorum donatio, si fiat Ecclesiæ, vel ad opus pium. D. Covar. sup. nu. 13. Jul. Clar. nu. 3. Trullench. sup. Lessius num. 95. Castill. num. 15. & plures, quorum meminit Hermos. num. 17. Trentac. num. 10.

Ad Num. 1.

His prælibatis, ad principem quæstionem deveniendo, inquirere opus est, an donatio omnium bonorum presentium, ac futurorum Jure Cæsareo valeat, si donans usumfructum illorum reservaverit. Et licet aliqui in negativam abierint sententiam, affirmativa tamen communis est omnino tenenda, quoniam non aufertur prorsus testandi facultas, cum possit donator disponere decedens de bonis per usumfructum quæsitis; nec enim fructus ea donatione continentur, sed manent donatori, ut de illis quos perceperit, testetur. Molin. disp. 280. nu. 12. Ant. Gom. nu. 3. Gutier. num. 14. Trullench. sup. Castill. n. 17. Fachin. controvers. lib. 6. cap. 89. Trentac. d. resol. 3. n. 18. Jul. Clar. §. Donatio, q. 19. n. 9. Matienz. d. gloss. 1. n. 5. Tondut. questio. civil. cap. 41. num. 25. Mantic. d. lib. 13. cap. 32. n. 5. Cancer. d. cap. 8. n. 78. & alii plures apud Amat. variar. resol. 76. n. 25. non paucis dissentientibus, quos cumulat Castill. n. 4.

Ibi: Sicuti deducitur ex l. ult. C. de remis. pign.

Si creditor alienationi pignoris consenserit, ipsum liberum transfertur, nec in pristinam obligationem etiam bonorum omnium reincident quamvis ex alia causa in debitoris dominium revertatur. Molin. de just. & jur. disp. 537. num. 14. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 5. cap. 1. num. 67. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 31. n. 60. Merlin. de pignor. lib. 1. q. 44. n. 11. Sed si res ex eadem causa redeat ad debitorem, veluti rescisso contractu, iterum subjicietur hypothecæ, l. Voluntate 10. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv. Molin. ubi proximè, Mantic. n. 58. Merlin. q. 36. Idem de re majoratus alienata scribit Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. n. 46.

Dixi, in pristinam obligationem; nam si post præstitum assensum, præsertim alienatione subsequuta, debitor eidem creditori bona sua generaliter obligaret, ac deinceps rem alienatam ex novo titulo quæreret, hæc cederet recenti obligationi, cujus respectu consensus præstitus nihil potuit operari, cum in mentem creditoris non venisset, sicuti adnotavi sup. lib. 1. cap. 13. num. 32. Barbosa axiom. 53. num. 1. Utrum liceat creditori consensum retractare? dubitavit Mantic. n. 57. qui negativè resolvit saltem post perfectam venditionem, etsi res non sit tradita: & placet, ne aliàs contrahentes decipiantur.

Ad roborandum nostri Præsidis fundamentum adduci haud pauca possunt, veluti de re Ecclesiæ in emphyteusim semel solemniter concessa, quæ licet ad ipsam regrediatur, non incidit in prohibitionem alienandi res Ecclesiasticas absque juris solemnitatibus, quia his ommissis, potest iterum emphyteutæ alii conferri. Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. num. 32. pluresque, quorum memini supra, lib. 2. cap. 17. num. 51. Similiter res majoratus, regia facultate præcedente legitime alienata, etsi possessori aliunde quærat, non astringitur vinculo, quo ante alienationem tenebatur, sed manet perpetuo alienabilis. Molin. num. 37. Similiter si bona primogenii ob crimen possessoris fisco adjudicentur, ac Princeps deinde eadem delinquenti concesserit, non restituantur majoratui, sed libera existunt, nisi exprimatur aliud. Molin. supra, d. cap. 4. num. 45.

Ad Num. 2.

- 8 Pecunia sub generali bonorum obligatione continetur, excepta illa, quam mutuarius accipit, & pro cuius solutione obligationem contrahit. Pacific. *sup. inspect.* 3. cap. 2. nu. 15. & 243. & prædixi ex aliis *d. lib. 2. cap. 5. nu. 9.* Imò si ex ea pecunia debitor rem emerit, in ea nullam prælationem creditor obtinebit. Merlin. *lib. 2. q. 48. num. 12.* Negulant. *de pignor. part. 2. memb. 2. num. 13.* de quo actum est supra, *lib. 1. cap. 7. à num. 46.*

Verf. Item eadem Alex. & aliorum.

- 9 Certi juris est, fructuarium irrevocabiliter suos facere quotquot fructus per se, vel alium perceperit: nec inspicitur quo anni tempore decesserit, sed an fructus eo vivo sint à solo separati, qui illi respondent Castill. *controvers. lib. 1. de usufruct. cap. 77. num. 2. & 3.* & adnotavi supra, *lib. 1. cap. 15. num. 16.* ubi alii. Ideo nunquam inter proprietarium, & fructuarii hæredem locus est fructuum divisioni, ut adversus Cujacium probat Castill. *à num. 15.* Hinc liquet quod si aliquid super sit ex fructibus tempore obitus, de illo, sicut de cæteris suis bonis, fructuarium decedens disponere potest, *l. Defuncta 65. de usufruct.* Fachin. *controvers. lib. 6. cap. 89. in fin.* qui impugnat D. Covar. fundamentis, hanc veram rationem asseverat, ut subsistat omnium bonorum donatio usufructu reservato; quia donans præsumitur hoc ipsum, quod de jure ei competit, & facultatem testandi reservasse, cum dispositio hominis dispositioni juris conformis censeatur, quod observavi *lib. 2. cap. 7. num. 38.*

Verf. Imò & idem erit.

- 10 Alexandri sententia utique procedet, si donans reservaverit usumfructum ad vitam vel quandiu vixerit, Castill. *controvers. lib. 4. cap. 53. num. 42.* Tondut. *qq. civil. cap. 41. nu. 26.* Trentacinq. *var. lib. 3. tit. de pignor. resol. 3. num. 18. verf. Procedit hæc.* Pascal. *de virib. patr. potest. part. 1. cap. 9. numer. 125.* Franch. *decif. 168.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 13. tit. 32. num. 14.* Anton. Gom. *in l. 69. Tauri, num. 3.* Gutier. *de juram. confirmat. cap. 11. num. 14.* Cum enim ususfructus sui naturâ sit ad vitam fructuarii, cujus obitu extinguitur, *l. 24. tit. 31. p. 3. l. Titio 58. de usufruct. l. Corruptionem, C. eod. tit. §. Finitur, Infit. eod.* licet in reservatione exprimitur, nihil refert, nec actus substantia immutatur; nam expressio ejus, quod tacite inest, aliquid operari non solet, *l. 3. C. de fidejuss.* Barbosa *axiom. 89. num. 15.* prænotatur supra, *lib. 1. cap. 2. nu. 42. & cap. 19. nu. 67.*

Ad Num. 3.

- 11 Omnes qui Alexandrinæ opinioni subscribunt, eam limitant si donator ita reservaverit usumfructum, ut de fructibus inter vivos duntaxat disponere valeat, quia adimit sibi testandi facultatem. Molin. *de primog. lib. 1. cap. 10. num. 24.* Clar. *§. Donatio, quest. 19. num. 9.* Azeved. *in l. 8. nu. 4. tit. 10. lib. 5. Recop.* Mantic. *sup. n. 15.* Trentacinq. *ubi proximè, Cancr. variar. part. 1. cap. 8. nu. 79.* Hermos. *in l. 9. gloss. 1. nu. 3. tit. 4. p. 5.* Castill.

d. cap. 53. nu. 40. Fachin. *sup. lib. 6. cap. 9.* & alii, quos recenset Castill. *num. 6. & 40.* Illud tamen controvertitur, si donator sic asseruerit, *Reservo usumfructum, ut disponere possim in vita;* an ex his verbis censeatur ablata testandi facultas, & consequenter donatio non teneat? Affirmant Clar. Trentacinq. Azeved. Cancr. & Amat. *var. resol. 76. num. 52.* & alii, quos congerit Castill. *nu. 6.* Negant Castill. Molin. Fachin. Mantic. & alii, quibus aditipulatur D. Covar. paulò inferius, *vers. Quibus accedit, ad fin.* nisi constaret de mente donatoris, qui voluit sibi abdicare testandi facultatem. Sequitur Gutier. *sup. d. cap. 11. nu. 15.* præter eos, quos refert Amat. *nu. 54.*

Pro qua resolutione fundamenta expendit Ca- 12
stillo *num. 40.* quibus adjicitur primò, quoniam in dubiis pro actus validitate respondendum est, *l. Quoties 13. de reb. dub.* Secundò in omni contractu, & præsertim in donatione talis interpretatio est adhibenda, ut promissor quantum minùs possit oneretur, & astringatur, *l. Quicquid 99. de verb. obligat. l. Semper in stipulationibus 35. de regul. jur.* igitur donator privari non debet facultate testandi, ex quo ingens gravamen sustineret. Tertio nemo creditur eligere viam, per quam propriam dispositionem evertat, *l. 3. de milit. testam.* Castill. cum plurimis *d. lib. 4. cap. 30. num. 1. & 2.* Sed si donator per illa verba sibi potestatem testandi subtraheret, donationem suam irritam redderet: igitur præsumendum non est, quod sibi ipsi testari prohibuit. Quarto, quisque intelligitur intendere, ut quicquid gerit, subsistat; ideo actum facit meliori modo, quo potest, ac de jure licet, ut fuscè per Castill. *d. c. 30. ex num. 4.* Unde verisimile non est, ut donator voluerit se privare testandi potestate adversus juris prohibitionem ad suæ donationis derogationem, ac nullitatem. Quinta nullus juri suo renunciare præsumitur, *d. l. 3. de milit. testam. l. Sicut 8. §. Non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Menoch. lib. 3. præf. 45. nu. 11.* Carleval. *de judic. tit. 3. disp. 19. num. 14. & disp. 23. num. 43.* quare donator facultati testandi renunciassè non censebitur. Sextò, omnis disponens se juri conformare intelligitur, ut prædixi *num. 9. in fin.* Atqui jus vetat, ne quis sibi potestatem testandi auferat, quod extra dubium est, & adnotatur *nu. 1.* Ergo donantis mens non fuit se ea libertate privare contra juris dispositionem. Ultimò tandem expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur, ut præmissi *num. 10.* Sed donator, qui reservat usumfructum, ut de eo in vita disponat, idem exprimit, quod tacite subintelligitur: Ergo non potest operari, quod subtrahatur testandi facultas, & per consequens donationis nullitatem. Minor patet, quia per simplicem reservationem ususfructus donator retinet jus ad disponendum de bonis ex usufructu quaesitis dum vixerit, seu in vita, cum post mortem aliquid disponere impossibile est, *l. 1. C. de sacros. Eccles.*

Nec refragatur his quod per illa verba, *Ut in 13 vita disponat,* excluditur dispositio per ultimam voluntatem, ex communi usu loquendi, quoniam id procedit per argumentum à contrario sensu, cui locus non est quoties subsequitur absurdum, seu absonus intellectus, ut cum pluribus observat Barbosa *tract. de loc. commun. loc. 27. num. 5.* prout contingeret in nostra quaestione, ubi & legum transgressio, & nullitas donationis resultaret: quapropter illa verba potiùs superflue adjecta præsumi debent, quàm ut operentur donationem bonorum, quæ ex usufructu reservato morienti

morienti fructuario superessent, ut generaliter docuit post alios Mantic. *de tacit. convent. lib. 13. tit. 9. num. 29.* quod hic maximè obtinebit, cùm ea donatio jure prohibeatur.

14 Si is qui usufructum reservavit ad disponendum in vita, intestatus decedat, bona quæ ex usufructu reliquerit, ad venientes ad intestato hæredes fructuarii, non ad donatarium bonorum omnium pervenient; quoniam qui non testatur, disponere intelligitur, ut sua hæreditas legitimis successoribus deferatur, *l. Conficiuntur 8. de jur. codicill. probat Amat. dict. resol. 76. à nu. 33.* Sic de usufructum absolutè reservante tradunt Castill. *d. cap. 53. num. 29.* Cancer. *variar. part. 3. cap. 2. num. 121.* Molin. *de just. & jur. disp. 280. num. 12.* Amat. *num. 25.* ubi plures refert. Idem dicendum de reservatione ad disponendum in vita. Tondut. *qq. civil. cap. 41. num. 27.* quoniam verba hæc, ut jam ostendimus, superflua nihil operantur. Dissentit tamen cum aliis Amat. *num. 52.* sed nititur eo fundamento, quod in hac specie donator testari non valet: hoc autem sustineri non posse videtur; nam si donatori non liceat testari, nulla erit donatio, unde omnia ejus bona ad legitimum hæredem spectare constat, donatario penitus remoto, sicuti præmissum est.

15 Verùm Amati opinio posset locum habere, si donatio fieret Ecclesiæ, vel alii pio operi; tunc enim donatio bonorum omnium adhuc quærendorum, etiam nihil reservato, subsistit de jure communi. Religionis enim favore permittitur, ut quis facultate testandi se privet. Molin. *num. 4.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de donat. resol. 3. nu. 10.* Mathienz. *in l. 8. gloss. 1. nu. 9. tit. 10. lib. 5. Recop. Anton. Gom. in l. 69. Taur. n. 6. D. Covar. in rubric. de testam. part. 2. num. 13.* Castill. *controverf. lib. 4. cap. 53. nu. 15.* de quo fusè Card. Mantic. *sup. lib. 13. tit. 28.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 16. dub. 10. num. 1.* Hoc casu satis dubium est, si Joannes donaret pio loco omnia bona sua præsentia, ac futura, reservato usufructu, ut de eo in vita disponat, & intestatus moriatur, relictis fructibus perceptis, utrum ad donatarium, vel ad hæredem donatoris pertineant? Et ex Amato *ubi proximè*, pro loco pio respondendum erit. Sed resolutio hæc ambigua redditur ex traditis *sup. num. 12.* ubi probavimus, per hujusmodi clausulam donantem non renunciare testandi facultati, quam si retineat, ab intestato decedens, bona ex usufructu acquisita hæredi relinquet, excluso donatario, ut prædixi *num. 14.* Tamen quæri posset, an propter Ecclesiæ, ac Religionis favorem præsumatur, quod voluit donator per illa verba sibi testandi potestatem auferre; nam si hoc concedatur, venientes ab intestato ad hæreditatem donatoris, manebunt à fructibus exclusi, aliàs præferri Ecclesiæ debebunt.

16 Pro Ecclesia, & piis locis facit, quod cum hæc sit dubia juris quæstio, ut constat ex præmissis *num. 11.* pro Ecclesia standum est, quia summa est ratio quæ pro Religione facit, *l. Sunt personæ 43. de Relig. & sumpt. funer.* Tiraquell. *de privileg. piæ causæ, privil. 148.* Menoch. *lib. 4. præf. 83. num. 60.* Bobadilla *Polit. lib. 2. cap. 16. num. 12.* Præterea pleræque ex rationibus perpensis *num. 12.* ad probandum, quod donator non abdicat à se facultatem testandi, deficiunt si Ecclesiæ donetur, cùm donatio etiam sublata illà subsistat, ut asseruimus. Ad hæc sæpissimè homines spiritali animæ saluti prospicientes, neglectis consanguineis, bona Ecclesiis, piisque locis, ac operibus conferunt, imò & filiorum

obliviscuntur, quod D. Augustinus damnavit, ut habetur *cap. ult. 17. q. 4.*

Ex quibus colligere licet, quod ubi aliquis 17 bona omnia sua donat in opus pietatis, reservato usufructu, ut de illo disponat in vita, (quantum aliud sit quoad privatum donatarium) præsumitur se libertate testandi, & consanguineos legitima successione privare, ac consequenter si absque testamento decesserit, bona quæ ex fructibus reliquerit, donatario operi pio cedere, rejectis ab intestato venientibus. Ast nihilominus existimo, judicis arbitrio committendum, an Ecclesia conjunctis præponenda, pensatis circumstantiis ad conjecturandam donatoris mentem, à qua tota res pendet, veluti si legitimi successores illi charissimi, ac valde proximi, egestate pressi, præsertim puellæ virgines existerent, quibus subvenire inter pietatis opera recensetur. Tiraquell. *d. tract. de privileg. in præfat. à nu. 14. & num. 23.* tunc favore Ecclesiæ non obstante, non est credendum, quod donator voluerit eas personas à successione prorsus excludere, sed admitti debent, ut bona ex usufructu acquisita percipiant: quod & menti D. Augustini convenit, & egregio comprobatur exemplo Aurelii Carthaginensis Episcopi, qui in simili donatione liberaliter bona donata Ecclesiæ restituit legitimis successoribus, quæ jure poterat retinere. Hæc omnia procedunt quoties de mente donatoris ambigitur, quæ si pateat, erit omninò servanda.

Verf. Secundo Pauli sententia.

Donatio omnium bonorum præsentium, ac fu- 18 turorum, etiam usufructu reservato, non sustinebitur, si inspecta personæ qualitate nihil, aut parum superesse ad testandum speretur. Sic communiter limitatur Alexandri opinio, de qua *n. 4.* & tenent P. Molin. *d. disp. 280. num. 13.* Gutier. *de juram. confirm. cap. 11. num. 14. versus finem.* Trentacinq. *sup. d. resol. 3. num. 18. verf. Procedit hæc.* Castill. *d. lib. 4. cap. 53. num. 25.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 10. num. 25.* Mantic. *sup. lib. 13. tit. 32. num. 16.* Tondut. *qq. civil. cap. 41. nu. 31.* ubi rectè observat in hoc judicis arbitrium versari, ut decernat, an deductis alimentis donantis, quantitas superfit, ut hæredem valeat invenire: quod ita accipio, ut computentur fructus non unius anni, sed aliquorum, prout judici videatur; non enim computatio strictè faciendâ est, quasi primo anno donator sit decessurus; sed cum moderata temporis latitudine, ut fructus multiplicari possint, & quantitas excedens alimenta augeri ad testandum.

Verf. Tertiò eadem ratione.

Supponitur hic, quod donatio universalis, de 19 qua nobis est sermo, subsistit quotiescumque donans partem ex bonis suis ad testandum reservat, ut docent Castill. cum pluribus *nu. 24.* Tondut. *num. 24. cum seqq.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 16. dub. 10. num. 1.* Clar. *§. Donatio, quæst. 19. num. 8.* P. Molin. *num. 14.* Gutier. *num. 15.* Amat. *variar. resol. 76. num. 23.* Mantic. *d. lib. 13. tit. 31. n. 3.* ubi disputat, Molin. *ubi proximè*, Trentacinq. *nu. 22.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 23. num. 1. & 2.* Boër. *decis. 204. num. 25. cum seqq.* Borel. *in Sum. decis. tit. 10. part. 3. n. 318.* Hermos. *in l. 9. gloss. 1. nu. 9. tit. 4. p. 5.*

Verf. Quibus accedit.

20 Omnes pronupter laudati adnotarunt, quod ut donatio subsistat, opus erit quantitatem pecuniæ, vel æstimationem rei reservatæ modicam non esse, sed tantam ut verosimiliter donator successorem habere possit, qui propter commodum se oneribus, ac negotiis hæreditariis implicet, in quo nihil definiri potest, sed iudicis arbitrio relinquatur discernendum, num quantitas ad hunc effectum sufficiat. Castill. num. 29. Molin. sup. Fab. de errorib. Pragm. decad. 48. error. 6. Fontan. nu. 3. P. Molin. ubi proximè, Gamma decis. 348. nu. 3. Tondut. num. 31. & alii communiter. Sed Clar. ubi proximè, docuit ad minimum reservandam quantitatem, aut rem, quæ superet vigesimam partem bonorum, quæ donantur, cui consentiunt Trentacinq. num. 7. Gutier. d. num. 15. Verius tamen est, quod regula circa hoc nulla statui potest.

Ibi: Ego ut ingenuè fatear.

Sequitur Mantic. d. tit. 31. ex num. 4. Gutier. loc. cit. Trentacinq. num. 6. qui Ripam, & Decium similiter impugnant, cum Castill. sup. d. num. 43.

Ibi: Nec ex hac consumptione donatio prior.

21 Observandum est, quod donationis subsistentia non pendet à futuro eventu; nam vel statim valet, vel corrui, solumque inspicitur, an donatori facultas testandi relinquatur, non an tempore mortis habeat, de quo possit disponere. Etenim si donator dissiparet superabundantem portionem, quam ex bonis donatis reservavit, & præ inopia intestatus decederet, non ideo infirmabitur donatio jure facta. Similiter si is qui omnia bona sua, reservato usufructu sufficiente, donavit, brevi, fructibus non perceptis, obeat intestatus ob bonorum defectum, non retractabitur donatio. Ita sentiunt Mantic. d. tit. 31. n. 10. Tondut. d. cap. 41. num. 33. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 34. definit. 9. Hermos. ubi sup. Fontanel. d. claus. 4. gloss. 22. n. 11. & 25. & gloss. 23. num. 20. Non urget pro Decio, quod nisi donasset, testari donator posset; nam idem eveniret, si dimidia bonorum parte donata, quam retinuit, amitteret: præterquam quod donatio universalis non fuit causa proxima, ac præcisa non testandi, sed dilapidatio; casus, vel mors præmatura donatoris.

Ibi: Hinc etiam deducitur Bart. opinionem.

22 De qua actum supra, ex nu. 11. Quando donatio omnium bonorum teneat, vel non, cum variis limitationibus & ampliationibus tradunt jam laudati, præcipuè Mantica, Trentacinquius, Castillus, Fontanella, & Hermosilla.

Ad Num. 4.

23 Donatio omnium bonorum præsentium jure communi valet, l. 1. tit. 4. part. 5. l. Omnes 17. §. Lucius, ff. que in fraud. credit. l. Si quis argentum 15. §. Sed & si quis, C. de donat. P. Molin.

de just. & jur. disp. 280. num. 8. Mantic. de tacito convent. lib. 13. tit. 25. num. 9. Anton. Gom. in l. 69. Taur. nu. 1. Clar. §. Donatio, quest. 19. n. 2. Surd. decis. 233. à nu. 8. Gutier. de juram. confirm. cap. 11. num. 1. Gamma decis. 26. num. 3. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 12. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de donat. resol. 3. num. 23. Castill. controvers. lib. 4. cap. 53. num. 2. Mathienz. in l. 8. gloss. 1. num. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. Azeved. ibidem, num. 2.

Jure autem nostro regio aliud est constitutum, 24 ut scilicet donatio universi patrimonii, quod aliquis habet, non subsistat, l. 8. tit. 10. lib. 5. Recop. ne quis propriis bonis se spoliet potius prodigus, quam liberalis: quod adnotant nostrates, Pat. Molin. num. 2. Gutier. num. 5. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. D, nu. 167. Molin. Anton. Gom. Castill. Azeved. Mathienz. ubi proximè, Hermosill. in l. 9. gloss. 1. n. 2. tit. 4. p. 5.

Circa hanc regiam sanctionem quaeritur, an donatio bonorum omnium præsentium sustineatur, si donans usufructum eorum reservaverit? D. Covarr. non valere resolvit, cui adhæret Mathienz. sup. nu. 5. Diaz de Mena addit. ad Gam. decis. 166. ad fin. Est tamen contrarium verius, ac communiter receptum, quod tuentur Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. d. num. 22. Castill. d. cap. 53. num. 21. cum seqq. Anton. Gom. sup. nu. 3. Gutier. num. 14. Hermos. num. 5. P. Molin. n. 15. & 16. Et ita est proculdubio tenendum.

Quaeritur, num hujusmodi donatio prohibita 26 Jure Regio, prorsus irrita fiat, vel subsistat, reservata donatori portione congrua, ut se alere, testarique possit? Et quod nullius sit effectus, docent Anton. Gom. in l. 69. Taur. nu. 2. Mathienz. d. gloss. 1. num. 4. P. Molin. nu. 6. Castill. num. 2. Gutier. num. 3. Idem de jure communi verum est juxta communem opinionem, quamvis aliqui senserint, donationem bonorum omnium præsentium, ac futurorum, quoad præsentia consistere, de quo fusè disputat Cardin. Mantic. supra, lib. 13. tit. 26. & præter illum communiter subscribunt P. Molin. Gutier. Castill. & Anton. Gom. ubi proximè, Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 21. nu. 42. part. 1. Clar. §. Donatio, q. 20. num. 2. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de donat. resol. 3. num. 9. ubi limitat si adjiciatur clausula, quod donatio valeat meliori modo, quo possit: & sic obtinuisse apud Neapolitanum Senatam refert Ursill. ad Afflict. decis. 107. n. 4.

Donatio hæreditatis ex lege Taurina habebitur 27 irrita, Gutier. num. 5. quod itidem de jure communi compertum est. Mantic. num. 16. Gutier. nu. 4. P. Molin. nu. 17. Clar. sup. q. 19. num. 6. Dueñas regula 219. ampliatur. 4. Trentacinq. n. 26. Fachin. controvers. lib. 6. cap. 94. Thesaur. decis. 226. Cancer. variar. part. 1. cap. 8. num. 152. Hæc resolutio deducitur ex l. Hæreditas 5. C. de pacta convent. l. Pactum quod dotali 15. C. de pact. l. Ex eo 4. C. de inutilib. stipulat. de qua disputat Mantic. d. lib. 13. tit. 33.

Eadem constitutione non impediente, donatio 28 bonorum omnium præsentium subsistet, primò si juramento roboretur. P. Molin. num. 5. Anton. Gom. num. 4. Mathienz. num. 8. Gutier. nu. 13. D. Covar. in rubr. de testam. part. 2. n. 14. Azeved. in l. 8. num. 4. tit. 10. lib. 5. Recop. ubi quadam utitur distinctione non admittenda, ex præmissis supra, num. 21. Secundò si Ecclesiæ, aut alii pio loco, vel operi fiat. Azeved. nu. 6. Gutier. num. 7. P. Molin. num. 4. Mathienz. num. 9. Ant. Gom. nu. 6. Mieres de majorat. part. 1. quest. 21. num.

num. 61. Tertio si causâ mortis ea bona donentur. P. Molin. num. 18. Azeved. num. 2. Molin. d. cap. 10. num. 14. Cævall. comm. cont. comm. q. 695. nu. 34. Parladôr. quotidian. lib. 2. cap. 8. num. 3. Dueñas reg. 217. limit. 1. Dissentit Anton. Gom. sup. num. 5. & dubitat Castill. controvers. lib. 4. cap. 3. num. 11. Sed immerito, nam cum penes donantes facultas revocandi resideat, cessat omnis ratio prohibitionis. Unde Fontanell. sup. d. caus. 4. gloss. 21. p. 2. num. 56. confusionem limitat, si apponatur pactum ne donator possit pœnitere, de quo consule Gutier. d. tract. de juram. confirmat. cap. 12. ex n. 2. Dueñas reg. 217. qui tenet pacto rejecto, donationem sustinendam. Gutier. num. 4. Quarto dispositioni legis non erit locus si donatio in contractum onerosum transferit, ut si matrimonii gratiâ omnium bonorum intercedat donatio. P. Molin. num. 19. Castill. cum pluribus d. cap. 53. n. 35. Molin. d. cap. 10. num. 17. Ubi autem lex regia locum habet, illi donans renunciare non valet. Matienz. num. 10. Ant. Gom. nu. 1.

16 De lege prohibente, damnante, & abrogante consuetudinem, remissivè.
 17 Ubi lex reprobât consuetudinem, exprimens causam irrationabilitatis, etiam de futura consuetudine accipitur, ne deinceps sustineri de novo introducta possit.
 18 Idem erit quoties lex, non expressâ causâ, consuetudinem ut iniquam, ac reprobam collit.
 19 Quanquam lex prohibeat, & abroget futuram consuetudinem, mutatis circumstantiis, & ex causa, quam legislator prævidere nequivit, poterit consuetudo subsistere, ac legi derogare contrariâ.
 20 Quæ consuetudo rationalis, seu irrationabilis censeatur.
 21 Lex abrogans consuetudinem, an futuram comprehendat?
 22 Lex non abrogat speciales locorum consuetudines, sed solam generalem contrariam, nisi exprimatür consuetudinis derogatio.
 23 Utrum abrogata consuetudine per legem, immemorialis sublata intelligatur, & num. 24. 25. & 26.

27 Consuetudo lucrandi distributiones quotidianas per eos, qui Divinis non intersunt, etiam immemorialis est sublata.
 28 Consuetudo percipiendi distributiones absque interessentia ex illis justis causis sustinebitur, ex quibus jure licet fructus Beneficii in absentia acquirere.
 29 Sustinetur Pontificis assensu.
 30 Canonicatum ac Præbendam obtinens, an duplicem portionem ex distributionibus percipiat, & nu. 31. & 32.
 33 Distributiones, quas non lucrantur non interessentes, an assistentibus accrescant, & n. 34.
 35 Habens duas præbendas in diversis Ecclesiis, qualiter in utraque distributiones lucrari possit.
 36 Portio non interessentium absque causa legitima non accrescit, nisi realiter inservientibus, non aliis percipientibus distributiones in absentia.
 37 Si omnes Beneficarii abfuerint a choro, distributiones Ecclesiæ cedunt.
 38 Qualis debeat esse assistentia in choro, ut quis lucretur distributiones.
 39 Morbo impeditus distributiones quotidianas de jure percipit, & n. 48.
 40 Qualis infirmitas ad hoc sufficiat.
 41 Famulo infirmo salarium non debetur.
 42 Limitatur.
 43 Ad curationem famuli ægroti quas expensas dominus facere teneatur.
 44 De famulo ægotante ad Canonicum non est arguendum, propter rationis diversitatem.
 45 Beneficarius infirmus lucratur distributiones, si salute gaudens interesse solebat.
 46 Consuetudine introduci potest, ne ægrotis distributiones præstentur.
 47 Qui præ senectâ Divinis interesse non valens, distributiones quærunt.
 48 Incidens in morbum propriâ culpâ, non privatur, distributionibus, licet non intersit: quod tamen limitatur.
 49 Qui ob aliquam corporalem necessitatem non interest Divinis, lucratur distributiones.
 50 Utrum necesse sit, quod in loco Ecclesiæ resideat?
 51 Absens propter pestis metum, an distributiones lucretur quotidianas?
 52 Canonicus à civitate expulsus absque culpa, distributiones consequitur.

S U M M A R I U M.

- 1 Distributionum quotidianarum definitio.
- 2 Utrum expediat, quod illæ instituantur.
- 3 Vocantur beneficia manualia, seu victualia, & quare.
- 4 Non sunt, nec dicuntur fructus Beneficii, nisi omnis utilitas in illis consistat. Quod limita ut infra, num. 6. in fin.
- 5 In Beneficii imperatione opus non est de distributionibus mentionem facere, licet valorem fructuum exprimere sit necesse.
- 6 Damnatus ad fructuum Beneficii restitutionem quotidianas distributiones retinere potest. Ante Fidei professionem distributiones illas capit Beneficiarius, sed non fructus, ibid. Dispensatus ad percipiendos fructus absens, non lucrabitur distributiones, ibid.
- 7 Consuetudo, ut qui Divinis Officiis non intersunt, distributiones quotidianas percipiant, non sustinebitur, nisi ex rationabili causa introducta, & n. 14. ubi limitatur, & n. 29.
- 8 Interessentes Divinis Officiis, an possunt ex consuetudine, amicitia, aut liberalitate remittere absentibus distributiones, quæ illis accrescunt?
- 9 Inservientes Pontifici, Episcopo, vel laico Principi, non lucrantur distributiones quotidianas, etsi fructus percipiant absentes. Idem juris est, si studii gratiâ non intersint. Limitatur utrumque, ibid.
- 10 Dispensatus ut distributiones in absentia percipiat, an fructus capere liceat eidem.
- 11 Differentia, quæ versatur inter assistentiam in loco Beneficii, ac inter essentiam Divinis Officiis, remissivè.
- 12 Parochus residens, per alium administrans, an fructus jure percipere possit?
- 13 Ubi de jure dubium existit, an quis non assistens Divinis, distributiones capiat, consuetudine introduci poterit, ut ipsas absens lucretur.
- 14 Jure Pontificio damnatæ sunt maximè Concilio Tridentino omnes consuetudines, quibus licet distributiones capi per illos, qui Choro non adsunt.
- 15 Proponitur questio, an post Concilium introduci possit consuetudo, ut non assistentes Divinis lucrentur distributiones.

- 53 *Canonicus carcere detentus, an lucretur distributiones?* & n. 54. & 55.
- 56 *Excommunicatus num distributiones percipiat?* & n. 57. & 58.
- 59 *Suspensus ab Officio, aut Beneficio, an capias distributiones?* Et quid si Ecclesia sit polluta, vel interdicta, ibid.
- 60 *Distributiones quomodo restituendæ injustè excommunicato, & quo remedio uti possit.*
- 61 *Suspensio, deposito, & excommunicatio egenibus an ex fructibus sui Beneficii præstari debeant alimenta?*
- 62 *Clericus in Sacris quacunquē censurâ affectus, & etiam actualiter degradatus, tenetur Divinum Officium recitare.*
- 63 *Beneficiarius non percipiens fructus, quando debeat ratione Beneficii recitare.*
- 64 *Tenue Beneficium obtinens, an ad Officium Divinum dicendum obligetur?* Et quale Beneficium tenue censeatur, n. 66.
- 65 *Qui nullâ censurâ, aut penâ affectus, absque culpa propria, aut factis fructus Beneficii non percipit, ab onere recitandi liberatur.*
- 67 *Pensionem non compellitur solvere Beneficiarius, quanquam propriâ culpâ fructus, aut distributiones non percipiat, sed ex illis pensionario debet satisfieri.*
- 68 *An valeat consuetudo, ut qui non interest omnibus horis, integrè distributiones lucretur.*
- 69 *Aliquibus concessum est ministerii causâ, ut absentes lucretur distributiones.*
- 70 *Eadem assistentia requiritur ad lucrandas elemosynas anniversariorum, quæ ad distributiones quotidianas lucrandas desiderantur.*
- 71 *Residentia de jure in omni Ecclesiastico Beneficio desideratur ad fructuum acquisitionem, & quid in simplicibus consuetudo induxerit.*
- 72 *De residentia Canonicorum post Concilium Tridentinum, remissivè.*
- 73 *De residentia Parochi, & aliorum quibus cura incumbit animarum, remissivè.*
- 74 *Ejusmodi residentie obligatio à jure divino procedit, & utrum Parochus possit per alium ministrare?* ibid.
- 75 *Utrum valeat consuetudo, quod Parochus non residens, fructus Beneficii lucretur, si per substitutum idoneè, ministratur?* & num. 76.
- 77 *Num sustinenda consuetudo, qua Parochus non residenti fructus percipere liceret, deciditur.*
- 78 *Curam animarum habentes quanto tempore, ac ex quibus causis à suis Ecclesiis abesse permittantur.*
- 79 *Nulli Principi laico licet Jus Divinum interpretari.*
- 80 *Ecclesiastico Beneficio annexum est onus recitandi Officium Divinum, quod omittere lethali culpæ imputatur; sed hoc restringitur.*
- 81 *Non recitans Beneficiarius Officium Divinum, quomodo ad restitutionem fructuum teneatur, & num. 82.*
- 83 *Semestre, quod indulgetur à Concilio Lateranensi Beneficiariis, ne intra id teneantur fructus restituere propter omissionem non recitandi, an curras à die obtenti Beneficii, vel possessionis?*

84 *Beneficiarius non recitans uno, aut pluribus diebus, non debet omnes fructus illi correspondentes restituere.*

CAPUT XIII.

Distributiones quotidianæ sic communiter definiuntur: *Sunt stipendia personalia, quæ ex redditibus Ecclesie, præter præbendam, aut portionem certam pro Beneficio competentem, Canonicis, Beneficiariis, ac Clericis Cathedralium, sive Collegiarum Divinis Officiis interessentibus pro Divino Officio in choro dicendo tribuuntur.* Hurtad. de residens. lib. 5. resol. 30. num. 20. Barbosa de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. n. 5.

Quærit Navar. de Hor. Canonic. cap. 18. num. 10. an expediat distributionum institutio? Et quamvis obijciat aliqua, tamen affirmativè resolvit; sunt etenim Ecclesie, ac Divino cultui, pro cuius frequentia constituuntur, favorabiles. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 3. ubi Barbosa n. 2. Moneta de distribut. quotidian. part. 1. q. 5. nu. 35. Azeved. in l. 14. num. 17. tit. 3. lib. 1. Recop. nam plerique spe lucris etiam ad actus Religionis alacrius accedunt. Qua ratione Tridentina Synodus d. cap. 3. constituit, ut in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis ex cunctis redditibus, quos in eis percipiunt Ecclesiastici, tertia pars deducatur ad distributiones quotidianas, ubi nullæ essent aut ita tenues, ac contemptibiles, ut Beneficarii ad assistendum Divinis Officiis non impellerentur propter lucrum. Cujus decreti meminerunt Molin. sup. num. 24. Cardin. Tusch. lit. D, conclus. 515. num. 1. Tondut. qq. Beneficial. p. 1. cap. 52. nu. 2. Gutier. Canonic. lib. 2. cap. 15. num. 9. & alii apud Barbof. collect. d. cap. 3. Concil. n. 1.

Hujusmodi distributiones Beneficia manualia dicuntur, quia in manu interessentium solvuntur; & victualia, quoniam ad victum pro laboris mercede Clericis conceduntur, cap. unic. de cleric. non resident. in 6. ubi Barbosa collect. num. 2. Tusch. concl. 511. num. 6. & concl. 512. num. 6. Monet. sup. num. 4. & 15. Tondut. p. 2. cap. 1. §. 9. num. 30. Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 1. num. 1.

Ad Num. 1.

Quotidianæ distributiones fructus beneficii non sunt, nec eorum appellatione continentur. Tusch. concl. 511. num. 8. Hurtad. sup. num. 22. Tondut. d. §. 9. num. 25. Monet. part. 1. quæst. 6. Flamin. de resignat. Beneficior. lib. 6. quæst. 2. num. 50. Barbosa tract. de appellativ. verb. signific. verb. Fructus, num. 12. An veniant nomine proventuum; aut reddituum Beneficii? tradunt Barbosa de Canonic. cap. 21. d. num. 6. Trullench. ubi proximè. Sed si utilitas omnis Beneficii in distributionibus consistat (ut in his Occidentalibus Indiis evenit. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 19.) ipsæ fructuum appellatione comprehenduntur, quæ propriè non sunt quotidianæ, de quibus agimus. Tusch. conclus. 511. num. 4. Tondut. num. 28. Monet. num. 16. Ricciul. de jur. personar. lib. 1. cap. 13. num. 55. Barbosa cum aliis d. verb. Fructus, num. 17. de distribut. differentia, Barbosa de Canonic. cap. 19. num. 1.

Ibi:

Ibi : *Præsertim tamen illud admo-
nendum.*

5 Ex præfata inter fructus, ac distributiones dif-
ferentia inferitur primò cum D. Covar. quod licet
in Beneficii impetratione, ut gratia valeat, valo-
ris mentio fieri debeat, de quo supra *lib. I. cap. 20.*
ex n. 73. distributiones tamen quotidianas, quas
Beneficiarius capere potest, non est opus exprime-
re. Trullench. *num. 6. Cened. ad Decret. collect. 15.*
n. 3. Garcia de Benefic. p. II. cap. 5. n. 321. Barbosa
de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 13. num. 10. Gonzal. ad
reg. 8. Cancell. §. 7. proæm. num. 166. Bonacina in
Sum. de Hor. Canonic. disp. 2. q. 2. punct. 1. num. 9.
Distributiones enim non sunt de corpore Benefi-
cii cujus valorem non auget, nec computantur
in eo Tusch. *concl. 513. Tondut. d. §. 9. nu. 26.*
Gonzal. *num. 162. Rebuff. tract. nomin. q. 9. n. 42.*
Staphil. *de grat. & expectativ. in 9. forma, n. 65.*
Selva *de Benefic. p. 3. q. 12. n. 33. Ricc. collect. 1451.*
vers. Hinc inferitur, Hojeda de incompatib. Benefic.
part. I. cap. 17. n. 5.

6 Secundo inferitur; quod damnatus ad fructuum
Beneficii restitutionem, distributiones quotidianas
reddere non cogitur. Salgad. *de Reg. protecl. part. 4.*
cap. 8. n. 175. Barbosa de verb. Fructus, n. 13. Gonz.
n. 155. Lancellot. de attent. p. 3. cap. ult. n. 31. Boër.
decis. 140. n. 4. Sed hic quædam solet adhiberi di-
stinctio de qua Lancellot. Salgad. *sup. & Marefcot.*
var. lib. 2. cap. 34. d. princ. Tertio, nam etsi pro-
visus ante fidei professionem emissam fructus non
acquirat, distributiones tamen lucratur. Gonzal.
num. 170. Barbosa n. 14. Monet. p. 2. q. 19. num. 39.
Campanil. *divers. Jur. Canon. rubr. 8. cap. 3. n. 18.*
Gratian. *discept. cap. 166. n. 22. Garcia p. 3. cap. 3.*
n. 59. Quarto dispensatus ad percipiendos fructus
dum abest, distributionibus carebit. Barbosa *n. 15.*
Monet. *p. 1. q. 6. n. 10. Trullench. sup. n. 4. Gonzal.*
n. 175. Azor. Instit. Moral. l. 7. cap. 7. q. 2. D. Cov.
inf. n. 2. Alia similia adjicit Gonz. ex n. 164. Hæc
licet ita sint, nonnunquam tamen verbum fructus
distributiones quotidianas complectitur, juxta sub-
jectam materiam, Barbosa *de Canonic. cap. 21. n. 8.*
Trullench. *d. dub. 1. n. 1.*

Ad Num. 2:

7 Ut non assistentibus in choro Divinis Officiis
distributiones quotidianæ præstentur, nullâ potest
introducitur consuetudine. Trident. *sess. 21. de reform.*
cap. 3. Gutier. Canonic. cap. 15. num. 9. Tondut. 99.
benefic. p. I. cap. 52. n. 2. Garc. de Benefic. p. 3. cap.
2. n. 430. Hojeda de incompatib. Benefic. cap. 17. n.
5. Duenas tegula 134. limit. 6. Barbosa cum aliis
collect. cap. unic. n. 4. de cleric. non resid. in 6. Sed
si consuetudo rationabili causæ nitatur, veluti si
studiis vacanti distributiones in absentia deberi
usu sit receptum, consistet, observarique poterit.
Trullench. *in Decalog. lib. I. cap. 8. dub. 15. num. 1.*
Sanch. *consil. moral. lib. 2. cap. 2. n. 110. Bonacina*
in Sum. disp. 2. de Hor. Canonic. q. 5. punct. 6. nu. 2.
Barbosa *de Canonic. cap. 23. ex num. 11. ubi plures*
recenset causas, ex quibus sustinebitur consuetudo,
ut absentes percipiant distributiones.

8 Illa non observabitur consuetudo, quod interes-
sentes portionem sibi accrescentem remittant eis,
qui non interfuerunt, ne fraus legi fiat. Barbosa *de*
jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 18. num. 93. Condonatio
enim amillarum distributionum Episcopo, Capi-
tulo, ac Canonicis interdicitur in favorem absen-
tium. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform. ubi Bar-*
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

bofa cum pluribus *nu. 108. & 109. & in d. cap. 181.*
ex. n. 91. Garc. d. c. 2. n. 432. Trullench. sup. dub.
16. n. 2. Gratian. discept. cap. 166. n. 31. Post per-
ceptas distributiones, nullo præcedente pacto, aut
fraude interveniente, licebit Canonico par eim, quam
ob absentiam alterius est lucratus, eidem liberaliter
ex amicitia, vel urbanitate largiri. Azor. *d. cap. 7.*
q. 9. Barbosa in d. cap. 12. Concil. n. 110. Monet.
de distrib. quotid. p. 3. q. 6. n. 6. Trullench. sup. dub.
16. n. 4. Navar. de Hor. Canonic. miscellan. 59. n. 5.
Sanch. *sup. dub. 109. Hæc tamen omnia inutiliter*
discussa videntur, cum portiones illorum, qui ab-
sunt, non interessentibus accrescunt, sed credunt
Ecclesiæ Fabricæ, vel alii pio loco ad arbitrium
Ordinarii, *sess. 22. de reform. cap. 3. de cujus in-*
terpretatione, ac conciliatione cum capite 3. *de*
reformat. sess. 21. infra agemus.

Ibi e *Nec his debentur, qui factè*
residere censentur.

Sunt plures causæ, ex quibus Canonici, & alii
Beneficiarii, qui residere tenentur, licet abint, pro
præsentibus habentur, tum quoad fructuum ac-
quisitionem, tum quoad lucrandum quotidianas
distributiones: sed sæpe contingit, ut causa quæ
potest ad fructus percipiendos: non sufficiat ad
distributiones, ut videre licet apud Barbosam *de*
Canon. cap. 24. & 25. & in Sum. Apostol. decis.
collect. 258. Trullench. sup. d. cap. 8. dub. 2. cum seqq.
Garc. *d. c. 2. ex num. 112. & alios ex jam laudatis.*
Hic D. Covar. docet, Canonicos interservientes, seu
assistentes Episcopo, non percipere quotidianas di-
stributiones: quod ita verum est, ut procedat etiam
interservientibus Summo Pontifici, aut assistentibus
Principi laico. Barbosa *d. c. 25. n. 1. & 5. cum seqq.*
Garc. *n. 385. Monet. p. 2. q. 9. n. 15. Trullench. sup.*
dub. 12. §. 1. Idem juris est in illo, qui studii causâ,
sive docendo, sive discendo abest. Solorz. *de jur.*
Indiar. tom. 2. l. 3. cap. 14. n. 21. Trullench. §. 9. n. 1.
Garc. cum pluribus *n. 112. Sanch. d. cap. 2. dub. 95.*
n. 4. Barbosa d. c. 25. n. 10. Gutier. Canon. l. 2. q. 15.
n. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proæm. n. 178.
Præmissa fallunt quoties omnes fructus præbendæ
ex distributionibus constant, quoniam eas lucra-
bitur absens. Barbosa *ibidem, Garcia n. 113. latè*
Solorz. *ex n. 20. qui n. 37. rectè observat, hujusmo-*
di improprias distributiones percipere Canonicum
absentem, quoties jus habet ad fructuum acquisi-
tionem. Sed quæstionis est, an qui abest studii occasione,
amittat tertiam distributionum istarum partem, quæ
accrescit interessentibus? Affirmant Barbosa, & alii;
quos refert Solorzan. *n. 28. ipse tamen contrarium*
tuetur.

Ibi : *Quibus adstipulatur quod*
habens.

Hæc prænotavimus supra, *n. 6. Adde Gutier. sup. 10*
n. 13. Idem dicendum existimo de dispensatione ad
percipiendas distributiones quotidianas, quia fru-
ctus non capiet, quos absens de jure capere non
posset; nam hi illarum appellatione non continen-
tur. Trullench. *d. cap. 8. dub. 1. n. 3. Hurtad. de resid.*
lib. 5. resol. 3. n. 21. Nec obest, quod concessa per-
ceptione distributionum, quod plus, ac difficilius
videtur, fructus concessi intelliguntur, argumento
legis *Non debet 23. de reg. jur. cum aliis, quæ con-*
gessit Barbosa *axiom. 140. nu. 5. nam illa regula in*
privilegiis (quæ strictè debere interpretari, maxi-
mè in præjudicium tertii, adnotavi supra, *lib. 1.*
O cap.

cap. 17. n. 137.) non observatur, ut ex pluribus tradidi d. l. I. cap. 16. n. 24. Fallet tamen conclusio si omnes fructus sint in distributionibus.

Ad Num. 3.

- 11 De hoc discrimine inter residentiam in loco Beneficii, & interessentiam choro seu Divinis Officiis, mentionem fecere Hurtad. *sup. d. lib. 5. resol. 1. n. 7.* Cæsar de Grass. *decis. 5. de Præb. n. 3.* Sanch. *conf. moral. 2. c. 2. dub. 96. n. 3.* Monet. *de distrib. quotidian. p. 1. q. 4. n. 18.* Tondut. *qq. Benefic. p. 1. cap. 12. n. 2.* D. Frass. *de Reg. patronat. Indiar. cap. 9. n. 5.* apud quem alii.

Ibi: Ex qua hi Doctores adnotarunt.

- 12 Quæstionis est, num Parochus residens in propria Ecclesia, fructus jure percipiat, si per alium munus sibi injunctum exercent? Negant aliqui laudati per Frass. *n. 4.* quibus adhæret Barbosa *de offic. Paroch. p. 1. cap. 8. n. 40.* ubi & alii Contrarium tamen, modò idoneè, ac sufficienter per substitutum populo ministratur, tenent Garcia *de Benefic. p. 3. cap. 2. n. 52.* Hurtad. *n. 7. cum seqq.* Ugolin. *de potest. Episc. cap. 15. n. 3.* Pellizar. *Manual. Regul. tract. 8. cap. 4. sect. 4. n. 123.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 2. n. 28.* Diana *resol. moral. part. 3. tract. 4. resol. 156.* D. Frass. *n. 4.* qui ex plurimis *n. 19. & 20.* docet Parochum non residentem teneri ad fructuum restitutionem pro rata temporis ante sententiam, quæ restitutio fieri debet Fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 1. §. Si quis autem, ubi Barbosa num. 17. & de offic. Paroch. cap. 8. ex n. 67.*

Verf. Prima sanè in hunc modum.

- 13 Si aliquo casu juris dubium sit, an qui non interest Divinis Officiis, quotidianas distributiones lucratur? consuetudo introducere potest, ut non assistenti pendantur. Sanch. *d. cap. 2. dub. 110. num. 2.* Barbosa *de Canonic. cap. 23. n. 18.* Dueñas *reg. 206. n. 2.* Tunc siquidem illa non derogat juri, sed id ut legum interpres declarat, *cap. Cùm dilectus 8. de consuetud. l. Si de interpretatione 37. de legib. imò jus ipsum divinum consuetudo valet interpretari.* P. Suar. *de legib. lib. 7. cap. 4. n. 13. in fin.* Salgad. *de reg. protect. p. 1. c. 1. præl. 3. n. 129.*

Ad Num. 4.

- 14 Jure constitutum est, ne aliquis Canonicus, aut Beneficiarius quotidianas distributiones percipiat, nisi divinis interfuerit Officiis, quibuscumque consuetudinibus non obstantibus, *cap. unic. de cleric. non resid. in 6.* Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 12.* Sed hæc decreta minimè procedunt ubi omnes redditus beneficii ad distributiones redacti sunt; nam tunc in unaquaque Ecclesia consuetudo solvendi has distributiones non interessentibus observabitur; hæc etenim propriè quotidianæ non sunt, & fructuum naturam sortiuntur, ut ex præmissis patet. Gloss. *verb. Receperis, verf. Sed quid dices, in d. cap. unic.* Sanch. *dub. III.*

- 15 Hinc quæritur, an post Concilii decretum consuetudine introduci possit, ut qui non adest choro, distributiones participet? Pro cujus resolutione inquirere oportet, quando lex abrogans

contrariam consuetudinem, non solum præteritam, sed etiam futuram comprehendat, de quo P. Suar. *de legib. lib. 7. cap. 7. num. 2. & cap. 19. num. 18.* Hurtad. *de resident. lib. 5. resol. 3. sub-resol. 13. §. 1. num. 24.* Barbosa *tract. de clausul. claus. 87. num. 11. & 12.* Aviles *in cap. 8. Prætor. verb. Costumbre, num. 3.* Dueñas *reg. 144.*

Est observandum ex P. Suarez, quod per legem 16 consuetudo abrogatur, prohibetur, aut damnatur, de quibus ipse egregiè suo more disserit, docens quando consuetudo introduci possit adversus legem abrogantem, prohibentem, vel damnantem consuetudinem.

Ibi: Prima conclusio.

Quoties lex reprobat consuetudinem causâ irrationabilitatis expressè, etiam de futura sentire non ambigitur. P. Suar. *d. cap. 19. n. 24.* Dueñas *reg. 144. n. 3.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 33. n. 10. & 11.* Tiraq. *de retract. in præfat. n. 18.* Avend. *de exeq. mandat. cap. 6. n. 7.* Ant. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de præscript. de concl. 1. n. 32.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 4. n. 14.* Gutier. *Pract. lib. 3. cap. 31. num. 12.*

Ibi: Secunda conclusio.

Idem erit quamvis lex non exprimat consuetudinem irrationabilem si eam ut iniquam, & pravam abroget; nam eo ipso quod consuetudo damnatur, ita ea irrationabilis tacite demonstratur, Pat. Suar. *ubi proximè, Aviles d. num. 3. verf. Et prima est.* Barbosa *collect. cap. 1. num. 12. de constit. in 6. & alii ex pronuper laudatis.*

Ibi: Tertia conclusio.

Quamquam lex futuras consuetudines ut irrationabiles abroget, mutatis circumstantiis, novaque superveniente causâ, poterit introduci consuetudo adversus constitutionem abrogantem. Hurtad. *de resident. lib. 5. resol. 3. sub-resol. 13. num. 18.* D. Frass. *d. cap. 95. num. 63.* Azor. *Inst. moral. lib. 5. cap. 17. quæst. 20.* Sanch. *cum plurimis, & alii recensiti sup. num. 17.* Addit Gutier. *d. cap. 31. num. 2.* damnatam consuetudinem subsistere posse contra legem etiam ex causa antiqua existente sub tempus legis conditæ, si legislatorem tunc lateret. Præterea ampliatur resolutio, licet lege consuetudo futura seu irrationabilis prohibeatur, ut probat P. Suar. *de legib. lib. 7. cap. 19. num. 19. cum seqq.*

Quæ consuetudo irrationabilis censeatur, & quæ rationabilis, exponit P. Suar. *d. lib. 7. cap. 6. n. 13.* quem omninò consulat Sanch. *ubi proximè, Farinac. in fragm. verb. Consuetudo, num. 712.* Menoch. *de arbitrar. cas. 82.* Hurtad. *ubi proximè, §. 1. ex num. 37.* & quidem ut consuetudo abroget legem, & legalem obligationem inducat, satis non est quod non sit contraria juri divino, aut naturali, sed habere debet honestatem, ac utilitatem, quæ in legibus desideratur, ut P. Suarez, & Sanchez observant, tamen quoad alios effectus hoc non sit opus, sed solum quod divino juri aut naturali non opponatur, sicut iidem resolvunt. Adde Hurtad. *sup. ex n. 33.*

Ibi: Quarta conclusio.

Lex abrogans consuetudinem, intelligitur de præterita, nec futuram excludit, etsi verbis uni-

versalibus usa sit, velut, *Non obstante quacunque consuetudine*. Unde posterior consuetudo legi valebit derogare. P. Suar. *d. lib. 7. cap. 7. numer. 2.* Trullench. *in Decalog. lib. I. cap. 8. dub. 15. num. 2.* Hurtad. *sup. num. 24.* ubi plures alii Theologi Tiraq. *sup. nu. 17.* & Barbosa *collect. Clem. statutum, num. 5. de elect.* nonnullos pro hac opinione referens. Contraria tamen est communis, quam tuentur Barbosa *tract. de Clausul. claus. 87. nu. 12.* Gutier. *sup. num. 2.* Aviles *d. nu. 3.* D. Frass. *n. 61.* Azeved. *cum non paucis in l. 3. d. num. 19. tit. I. lib. 2. Recop.* ubi probat asserens Gloss. *in Clem. Statutum, de elect.* huic sententiæ favere, quia legitur affirmativè ibi, *Tollere voluit*; licèt aliàs legatur, *Tollere noluit*, secundùm diversitatem lecturæ. Nihilominus D. Covar. adhærere placet, ex traditis per P. Suar. *n. 21.*

Ibi: *Non oberit, quod in legibus.*

22 Satisfacit D. Covar. tacitæ cuidam objectioni; nam cùm lex vi suæ potestatis abroget consuetudinem contrariam anteriorem, clausula derogatoria consuetudinis nihil operaretur, nisi ad futuram referretur. Sed id verum habet in consuetudine generaliter observata, quia speciales locorum per legem non censentur sublata. Barbosa *collect. cap. 1. numer. 6. de constitut. in 6. Suar. d. lib. 7. cap. 20. numer. 9.* ad quas tollendas deservit clausula, *Non obstante quacunque consuetudine*, ut ait P. Suarez, tibi etiam de intellectu legis 3. §. *Divus, de sepulch. violas.*

Ad Num. 5.

23 Abrogata per legem consuetudine, an immemorialis comprehensa censeatur, quæstionis est? Crebrior sententia docet, immemorialem non intelligi exclusam, etiam verbis universalibus, nisi de illa expressim mentio fiat. P. Suar. *d. cap. 20. num. 18.* Gutier. *Pract. lib. 3. quæst. 77. num. 24.* D. Frass. *d. cap. 95. num. 61.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 33. num. 2.* Barbosa *ubi proximè, n. 41.* Hurtad. *d. subresol. 13.* Trullench. *in Decalog. lib. I. cap. 8. dub. 15. num. 1. in fin.* Diaz de Mena *Pract. lib. 1. q. 10. num. 44.* Garcia de Benefic. *p. 3. cap. 2. num. 190.* Salgad. *cum plurimis de Reg. protect. part. I. cap. 1. preclud. 3. num. 153.*

24 Contra sentiunt aliqui, quos refert Gonzal. *n. 8.* Ast D. Covar. communem amplexus, eam limitat quoties consuetudo ut iniqua, & irrationalis abrogatur; tunc enim & immemorialis sublata intelligitur: quam limitationem admittunt Hurtad. *n. 28.* Azeved. *in d. l. 3. n. 21.* Duen. *sup. nu. 3.* Monet. *de distribut. quotid. p. 2. q. 12. n. 22.* Quaranta *in Sum. Bullarii, verb. Alienat. rer. Eccles. in fin. vers. Limita primò*, Barbosa de hac quæstione omninò videndus *d. claus. 87. d. num. 3.* Sed ubi prohibetur consuetudo in qualibet materia, & immemorialis prohibita habetur. D. Frass. *cum non paucis d. cap. 95. numer. 59.* Utrum Princeps valeat legem condere, quæ nulla consuetudine unquam possit abrogari, vide apud Hurtad. *de resident. lib. 5. resol. 3. subresol. 13. §. 1. numer. 26.* qui negativè decidit, sumpta ratione ex D. Thom. *I. 2. quæst. 97. art. 3.* quia scilicet sicut Princeps nequit efficere, ut sua constitutio semper, & omni tempore sit utilis Reipublicæ, ac de materia possibili: ita nec statuere, quod consuetudo non vincat legem, aut abroget, si majorem inducat utilitatem.

D. de Faria Nova *Addit. ad Covar. Tom. II.*

Ibi: *Ex quibus idem erit.*

Cùm consuetudo adeo perniciofa, & intolerabilis reputatur, ut eam Legislator radicitus intendit extirpare, etiam immemorialis abrogata censebitur, ut in specie capitis unci *de Cleric. non resident. in 6.* ubi inquit Pontifex: *Consuetudinem penitus improbant.* Ideo consuetudo immemorialis percipiendi distributiones per non interessentes, non sustinebitur, quia eadem ratio militat ut hæc abrogetur, ac regularis, seu ordinaria decem, aut quadraginta annorum. Sic tenent Sanch. *conf. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 110. num. 5.* Garcia de Benefic. *part. 3. cap. 2. num. 197.* Hojeda *de incompatibilit. Benefic. cap. 17. num. 20.* Barbosa *collect. d. cap. unic. num. 4. & de potest. Episc. allegat. 53. numer. 115.* ex Trident. *sess. 21. de reformat. cap. 3. & sess. 22. & de reformat. cap. 3.* immemorialis consuetudo expressè abrogatur, de quo Hurtad. *de resident. lib. 5. resol. 3. subresol. 13. §. 1. ex num. 3.*

Similiter ubi lex prohibet consuetudinem, etiam immemorialem comprehendit, ut ex pluribus docet D. Frass. laudatus supra, *num. 24.* nulla enim ratio reddi potest, ut potius decennalis aut quadragenaria consuetudo, quam immemorialis prohibeatur, cùm Legislator voluerit legis derogationem per contrarium usum impedire.

Ibi: *Secundò hinc colligitur.*

Consuetudo percipiendi distributiones absque interessentia, etiam in futurum, abrogatur *ex d. cap. unic. ac ex Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. Distributiones*, Sanch. *d. cap. 2. dub. 110. n. 4.* Trullench. *in Decalog. lib. I. cap. 8. dub. 15. nu. I.* Dueñas *reg. 206. num. 1.* præter memoratos *sup. num. 7.*

Ibi: *Tertiò eadem ratione.*

De his actum *d. num. 7.* Est constituenda generalis regula, ut ex quibus causis potest quis fructus Beneficii abiens acquirere, ex eisdem possit invalescere consuetudo, ut lucrentur qui à choro absunt quotidianas distributiones. Hurtad. *sup. d. resol. 3. §. 3. subresol. 2.*

Ibi: *Sic & quartò.*

Sustinebitur consuetudo præstandi absentibus distributiones, si Pontificis accedat assensus, seu permissio. Sanch. *sup. num. 6.* Dueñas *nu. 5.* Trullench. *n. 2.* Monet. *de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 12. num. 45.* Ricc. *collectan. decis. collect. 159.* Barbosa *de Canon. cap. 23. n. 11.*

Ad Num. 6.

Utrum Canonico simul dignitatem obtinenti in eadem Ecclesia, duplex portio ex distributionibus debeatur, quæri solet, de quo consulendi Sanch. *d. cap. 2. dub. 106.* Trullench. *sup. dub. 5.* Bonacina *disp. 2. d. Hor. Canon. q. 4. punct. 3.* Monet. *d. p. 2. q. 4.* Barbosa plures referens *ubi proximè, c. 21. n. 18.* & *de jur. Eccles. p. 2. cap. 18. n. 31.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. cap. 21. num. 75.* Gratian. *discept. cap. 894. numer. 24.* Et licèt communior videatur opinio, quæ duplicem tribuit partem distributionum, opposita tamen magis placet, nisi aliud induxerit consuetudo: quod tuetur Trullench.

lench. *num.* 2. & præter tradita per ipsum, maxime me movet, quod hæc stipendia tribuuntur pro labore personali, & reali assistentia; ideo veritas inspicitur, juxta quam, etsi quis duarum vicem gerat personarum quoad nonnullos effectus, verè tamen naturalitèr unicum est individuum, nec potest interesse, canere, aut recitare sub idem tempus sicut duo, ut duplex stipendium mereatur. Ad hæc cum cæteri Canonici concurrentes eandem præstent operam, & pariter laborent, æquali mercede sunt digni, & absque iniquitate non posset uni plus retribui, quàm cæteris: nec interest quod ille duplici potiatur officio, cum distributiones non præstentur propter illud, sed pro labore, & interessentia. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proem. num.* 165.

31 Non urgent quæ D. Covar. pro opposita expendit opinione. Non primum de lege *Titia* 19. §. *Qui Marco, de ann. legat.* quia nihil ad rem, cum ibi quæstio sit de liberali largitione testatoris, qui non prohibeatur ex propriis plures summas eidem relinquere, *l. Si quis in principio* 22. *de legat.* 3. At nos versamur in specie omninò diversa, de solvendo scilicet ex justitia mercedem laboris absque aliorum præjudicio: & ex diversis non fit illatio, maxime si rationis reperiatur disparitas. Barbosa *in loc. comm. loc.* 37.

32 Nec secundum, quoniam qui duplici fungitur munere, utriusque supportat onus, unde salarium illorum meritò percipit: sed Canonicus dignitatem obtinens, non magis laborat dum Divinis interest, ob multiplicatam præbendarum. De duplici salario, quod debetur duo officia exercenti, videndus Mastrill. *sup. ex num.* 72. Neque ultimum, quandoquidem vox activa in electionibus competit ratione officii, seu dignitatis: inde est, ut qui Canonicatum, ac Dignitatem impenetravit in eadem Ecclesia, duo suffragia ferre possit: distributiones verò non præstantur intuitu dignitatis, sed personæ, & ministerii exhibitæ. Tusch. *lit. D. conclus.* 513. *num.* 3. & 4. & *conclus.* 514. *num.* 2. quare duplicari non debent. Vide infra, *num.* 35.

Ad Num. 7.

33 Circa applicationem distributionum, quas Canonici, & alii non interessentes amittunt, duo extant decreta, quæ inter se adversa videntur, ex Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 3. *ac sess.* 22. *de reformatione: cap.* 3. per illud vacantes portiones propter absentiam interessentibus accrescunt, per hoc cedunt Fabricæ Ecclesiæ, si indigeat, vel alteri loco pio ad Ordinarii arbitrium. Pro quorum conciliatione non pauca Interpretes tradiderunt, ut Azor. *Instit. moral. lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 8. Philarc. *de Offic. Sacerd. part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 14. Sanch. *Cons. Moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 88. *num.* 4. Tondut. *qq. benefical. part.* 1. *cap.* 52. *numer.* 4. Navar. *de orat. miscellan.* 59. *n.* 9. Gutier. *Canonic. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 107. Garc. *de Benefic. part.* 3. *cap.* 2. *nu.* 460. *cum seqq.* Monet. *de distribut. quotidian. part.* 3. *q.* 6. *n.* 29. Barbosa *collect. d. cap.* 3. *sess.* 22. *num.* 5. ubi alii.

34 Est igitur communis resolutio (quæ hîc traditur) docens distributiones, quibus privantur absentes, inservientibus acquiri. Ita tenent Monet. *numer.* 16. Castr. Palao *tom.* 2. *disput.* 3. *punct.* 8. *num.* 2. Sanch. *numer.* 3. Navar. Tondut. *ubi proxime*, Gutier. *numer.* 105. Trullench. *in Decalog. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 20. *n.* 1. Garcia *sup. n.* 460. Marescot. *variar. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 20. Surd. *de alim.*

tit. 1. *quæst.* 82. *numer.* 16. Barbosa *cum aliis de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 86. Ad dictum caput 3. *sess.* 22. respondet Navar. quem plerique sequuntur, procedere in distributionibus, quas Prælati non ex necessitate, & præcepto Concilii, de quo *in d. cap.* 3. *sess.* 21. sed pro suo arbitrio ex quibusdam præbendis, & dignitatibus instituit inter Beneficiarios ipsos, quibus pretio detrahitur, dividendas; tunc enim distributiones, quas absentes percipere deberent, non interessentibus, sed Fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco tribui jubentur per Concilium: quod constituit aliud quoad distributiones ordinarias ex tertia parte omnium fructuum, & proventuum instituendas, juxta dictum caput 3. *sess.* 21.

Sin autem aliquis in diversis Ecclesiis ex dispensatione duplici potiatur præbenda, in qualibet distributione capere poterit pro tempore, quo interfuerit in ipsa; sed in illa, à qua abfuerit, lucrabitur nihil. Trullench. *sup. dub.* 5. *num.* 1. Monet. *part.* 2. *q.* 4. *n.* 19. Barbosa *de Canonic. cap.* 21. *n.* 19. Hurtad. *de resident. lib.* 5. *resol.* 3. *subresol. ult.* ubi limitat, si omnes fructus Ecclesiæ ubi non interest, in distributionibus consistant. Hæc juxta traditis supra, *n.* 30.

Cum aliquando qui Divinis non assistunt, jure distributiones percipiant, quaeritur utrum his etiam accrescat pro rata pars lucri, quo privantur absentes absque causa legitima? Et solum verè interessentibus accrescere opinatur Barbosa *de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 18. *numer.* 90. Machad. *en el perfecto confessor, lib.* 1. *part.* 4. *tract.* 3. *docum.* 7. *num.* 3.

Si nullus ex his, qui interesse debent, ut distributiones capiant, choro assistat, illæ cedunt Ecclesiæ. Trullench. *sup. dub.* 20. *num.* 5. Sanch. *dub.* 88. *numer.* 6. Bonacin. *disp.* 2. *de Hor. Canonic.* q. 7. *punct.* 1. *num.* 5.

Quæritur qualis assistentia in choro desideretur ad lucrandum distributiones quotidianas? Et materiam sufficere, ita ut non recitantes, confabulantes, seu dormientes illas capere possint, docuit Sanch. *d. cap.* 2. *dub.* 100. de quo latè pluribus congestis, Barbosa *d. lib.* 3. *cap.* 18. *ex num.* 80. qui *num.* 85. tenet, partem distributionum deberi pro personali interessentia, ex illis quas perciperet, si recitaret Canonicus.

De aliis, quæ D. Covar. hic subjicit, consulas Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *numer.* 447. Sanch. *sup. dub.* 88. Trullench. *d. dub.* 20. Gutier. *dict. cap.* 1. *n.* 105. *cum seqq.*

Ad Num. 8.

Qui propter ægritudinis impedimentum Divinis interesse non valent, de jure omni seclusa consuetudine, distributiones quotidianas lucrificiunt. Sanch. *dub.* 90. Tusch. *lit. D. concl.* 514. *num.* 7. Trullench. *d. cap.* 8. *dub.* 8. *num.* 2. Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 53. *numer.* 116. Hurtad. *de resident. lib.* 5. *resol.* 3. *subresol.* 8. §. 1. *n.* 1. Padilla *in l.* 1. *num.* 44. *de legat.* 2. Marescot. *d. cap.* 32. *num.* 19. Tondut. *sup. cap.* 102. *num.* 1. 2. Monet. *part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 20. & 21. Dueñas *reg.* 206. *num.* 7. Vivian. *in praxi juris patron. cap.* 15. *n.* 87. & plures apud Barbof. *de Canonic. cap.* 21. *num.* 27. quod ampliat tametsi coadjutor infirmi non intersit, ut adnotant Trullench. *dub.* 6. *numer.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 9. *numer.* 120. Garc. *part.* 5. *cap.* 5. *num.* 63.

Qualis infirmitas ad hunc effectum sufficiat, Medicorum judicio definiri oportet, cui judex stare

stare debet. Trullench. Vivian. & alii ubi proximè. Plurium ægritudinum meminerunt Barbosa de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. d. numer. 56. Monet. part. 2. quæst. 6. Cened. Canoniar. quæst. 1. ex n. 7. Hurtad. num. 5. Trullench. d. dub. 8. ex quibus compertum habetur, quod absens à choro distributionibus non privatur.

Ibi: Famulo infirmo salarium esse præstandum.

41. Ita tenuerunt quos congerit Hermos. in l. 7. gloss. 1. n. 3. tit. 2. p. 5. Cævall. comm. cont. comm. quæst. 288. eaque opinio æquitate potiùs, quàm jure defenditur, ut ait Caroc. de locat. rubric. de famul. & pediseq. num. 25. Sic contraria frequentior, ac verior placet Præsidi nostro, cui assentiuntur Trullench. in Decalog. lib. 4. cap. 1. dub. 5. n. 11. Pet. Navarra de restitut. lib. 2. cap. 2. n. 227. Bonacin. tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 4. n. 13. Filiuc. tract. 36. cap. 6. quæst. 7. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 3. num. 3. Gutier. Practicar. lib. 4. quæst. 52. num. 13. Azeved. in l. 9. d. num. 16. tit. 15. lib. 4. Recop. Surd. de alimen. tit. 4. quæst. 23. num. 35. Parlador. different. 130. §. 9. n. 2. Diaz de Mena Practicar. lib. 1. quæst. 8. §. 2. num. 17. Selva de salariis familiar. q. 61. num. 10. Morla Empor. Jur. tit. 2. quæst. 28. num. 11. Caroc. ubi proximè, qui conclusionem multipliciter limitat, ommissis iis quos refert ac sequitur Hermosilla.

42. Communis non procedit de consuetudine, quando famulus ad paucos dies ægrotavit. Trullench. cum aliis Theologis, Caroc. num. 32. nec si post tempus completum servire sit paratus tanto tempore, quando ob morbum ministrare nequivit; sed ad hoc famulus invitus non tenetur. Caroc. num. 29. & 30. Gutier. num. 14. Azeved. num. 21. ubi limitat si domus tunc non egeret operis famuli, sicut tempore infirmitatis. Similiter si famulus per alium implevit ministerium suum, dum ægritudine laboravit, salarium capiet integrum, Gutier. n. 15. Azeved. n. 19.

Ibi: Tenetur tamen dominus famulo.

43. Dominus de æquitate modicos sumptus facere debet pro famulo apud se ægritudine presso, de quo Gutier. num. 16. Azeved. num. 19. Caroc. num. 35. sed si quantitatem considerabilem impenderit, eam in salario computabit, aut aliunde repetet, nisi ut pauperi erogaverit, aut consuetudo aliud induxerit. Quæ magnæ, vel modicæ expensæ censeantur, à judicis pendet arbitrio. Gutier. ubi proximè, Caroc. n. 36. Menoch. de arbitrar. cas. 215. num. 8.

Ibi: Sed & propter officium, & dignitatem.

44. De Canonico ægroto ad famulum, quoad lucrandum stipendium, arguere non licet ob rationis diversitatem; nam plus juris habet ille ad distributiones, quàm iste ad salarium, quæ solent ex fructibus ipsarum præbendarum institui. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 3. & sess. 22. de reformat. cap. 3. idè qui interest, potiùs recuperat ademptum, quàm lucrificat. Præterea cum Capitulum sit unum corpus, quamvis ex eo aliquis deficiat, per reliquos cultus debitus exhibetur, interessentibus pro legitimè impedito ministrantibus.

Verf. Sextò hoc ipsum erit.

Ut infirmus Beneficiarius distributiones absens⁴⁵ lucratur, opus est quod dum salute potiebatur, interesse Divinis consuesceret. Trullench. sup. lib. 1. cap. 8. dub. 8. numer. 5. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 11. Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 2. num. 90. num. 3. Bonacin. disp. 2. de Hor. Canon. quæst. 5. punct. 1. num. 10. Monet. de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 6. n. 21. Gutier. Canonic. lib. 1. cap. 1. num. 138. Tondut. quæstion. Beneficial. part. 1. cap. 102. numer. 2. Marescot. variar. lib. 2. cap. 32. num. 19. Barbosa cum plurimis de Canonic. cap. 24. num. 36. Sed si dum valeret, aliquoties interesset Divinis, infirmus proportionaliter distributiones lucrabitur, veluti si singulis mensibus capiebat centum, cùm illi interessenti ducenta deberentur, non percipiet ægrotus centum, quæ integra valetudine gaudens ob negligentiam amittebat. Trullench. ubi proximè, Bonac. num. 12. Sanch. n. 4. Quoad forum conscientie si is, qui assistere non solebat, in infirmitatem lapsus, apud se constituat in posterum continuò Divinis interesse, poterit distributiones licitè percipere. Hurtad. de resident. lib. 5. resol. 3. subresol. 8. §. 1. num. 9. ubi alii.

Observandum est, quod consuetudine poterit⁴⁶ introduci, ne infirmis distributiones præstentur. Hurtad. d. resol. 3. §. 4. subresol. 6. n. 1. Trullench. d. dub. 8. num. 2. & dub. 15. num. 13. Bonacina sup. num. 5. Garc. de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 361. qui ita per S. Congregationem testatur declaratum.

Infirmitas junguntur jam senio confecti, cùm senectus ipsa sit morbus, qui distributiones capient⁴⁷ absentes, si solerent antea Divinis interesse: in quo judicis arbitrium versabitur, ut æstimet an Canonicus senex suo muneri valeat incumbere. Ita ex pluribus Barbosa d. cap. 24. n. 37. Monet. sup. q. 7. num. 7. cum aliis, Trullench. d. dub. 8. num. 6. Garc. n. 363. Tondut. n. 4.

Verf. Septimò, quotidiana.

Lucratur ægrotans distributiones, ac si inserviret, quamquam proprià culpà morbum contraxerit. Sanch. sup. dub. 91. num. 2. Trullench. d. dub. 8. numer. 4. Cast. Palao tom. 2. disp. 3. punct. 9. §. 1. num. 3. Navarra de restit. lib. 2. cap. 2. num. 239. Monet. d. q. 6. num. 12. Flamin. de resignat. Benefic. lib. 4. quæst. 3. num. 52. Gutier. ubi proximè, & Garcia, Tondut. d. cap. 102. num. 3. Barbosa cum aliis de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. num. 63. quod ita verum, nisi datà operà Beneficiarius ægritudini occasionem præstiterit, ut distributiones absque interessentia percipiat: & hoc D. Covar. insinuat, & comprobatur ex traditis per me suprà, lib. 2. cap. 16. n. 91. & Practic. cap. 6. num. 16.

Verf. Octavò non tantum.

Non assistens Divinis ob aliquam corporis necessitatem, distributionibus quotidianis carere non debet. Exempla tradunt, conclusionem tenentes Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 9. Sanch. conf. moral. 2. cap. 2. dub. 92. Hurtad. de resident. lib. 5. resol. 3. subresol. 8. §. 2. Castr. Palao d. §. 1. Barbosa de Canonic. cap. 24. & de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. atque de potest. Episcop. alleg. 53. ex nu. 3. Monet.

Monet. *sup. part. 2. quæst. 5.* Ricciul. *Prax. Aur. resol. fol. 444.* Dueñas *regul. 206. num. 6.* Tusch. *lit. D. concl. 514. num. 8.* Garcia *d. cap. 2. n. 364.* Cævall. *com. cons. comm. 9. 585. num. 14.* Necessitatem accipimus, cum ex interessentia grave damnum imminet vitæ, famæ, aut rei familiari. Castr. Palao *sup. §. 2.* Hurtad. *num. 1.* Sed quando hoc contingat, & necessitas sufficiat ad excusationem, in iudicis residet arbitrio, regulariter docuit Menoch. *de arbitrar. cas. 481. in fin.*

- 50 Ut Canonicus ratione iusti impedimenti, seu necessitatis distributiones lucretur, oportet quod in urbe suæ Ecclesiæ resideat, quod D. Covar. docet, cui adhæret Sanch. *d. dub. 92.* Contrarium sentiunt communiter Interpretes, quando necessitas compellit ad exeundum urbe, ut cum pluribus resolvit Barbosa *de Canonic. cap. 24. num. 38.* Trull. *num. 5.* Sed nostri Præsidis ea videtur mens, ut si qui alias in Ecclesia non residebat, & consequenter choro adesse nequibat, necessitatem experietur corporalem, quæ sufficiat ad lucrandum distributiones, eas nihilominus non percipiet. Aliud erit ubi periculum cogit locum Ecclesiæ deserere, veluti propter inimicorum potentiam, Principis odium, aut quod simile damnum; unde qui paratus est redire ut inserviat, remoto periculo, distributionibus privari non debet, modo antea interesse solitus foret. Sanch. *num. 4.* faciunt præmissa de infirmo *sup. num. 45.* Sed ex consuetudine fieri potest, ne absentes ex legitima causa necessitatis distributiones percipiant. Trullench. *num. 1.* Bonacina *disp. 2. de Hqr. Canonic. q. 5. punct. 2. num. 3.*

Verf. Nonò hinc deducitur.

- 51 Absens à loco Ecclesiæ præ timore pestis, non lucratur distributiones quotidianas, nisi aliud de consuetudine servetur. Sanch. *num. 2.* Barbosa cum plurimis *num. 40.* Dissentiunt tamen alii, qui opinantur non desiderari consuetudinem, ut pestis causâ absentes consequantur distributiones. Trull. *num. 4.* Bonacina *n. 7.* Monet. *d. q. 5. n. 74.*

Verf. Decimò eadem ratione.

- 52 Canonicus eiectus à civitate absque culpa propter seditionem, capiet distributiones, ubi viguerit consuetudo, quod absentibus ex iusta causa solvantur. Sanch. *num. 5.* quod nulla consuetudinis facta mentione docent Cævall. *dict. q. 585. num. 16.* Cened. *Canonicar. quæst. 1. n. 43.* Barbosa cum aliis *num. 44.* Tusch. *d. concl. 514. num. 7.* & generaliter verum est, quod existente legitima necessitatis, seu impedimenti causa, distributiones percipit Canonicus qui Divinis non interest, omni remota consuetudine. Garc. *dict. cap. 2. num. 364.* alioqui inanis redderetur dispositio capituli unicus *de Cleric. non resid. in 6.* quatenus præcipit, distributiones præstari non interessentibus ex aliqua corporis necessitate.

Verf. Undecimò ex his colligitur.

- 53 Beneficiarius carcere detentus injustè, distributiones lucratur. Sanch. *d. dub. 92. n. 3.* Trullench. *sup. cap. 8. dub. 10. num. 2.* Bonacina *d. punct. 2. §. 1. num. 3.* Hurtad. *d. §. n. 3.* Garcia *ubi proxime,* Cævall. *num. 15.* Armendariz *ad leg. Navar. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. n. 77.* Monet. *de distribut. quotidian. part. 2. q. 5. numer.* Gonz. *ad reg. 8.*

Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 15. omiffis pluribus, quos cumulat Barbosa *de Canonic. cap. 24. num. 42.*

Docemur à D. Covarruias id obtinere, si carceretur Canonicus in oppido suæ Ecclesiæ: quod communiter prætermittitur, & expressè à Trull. meritò refutatur; quid enim interest, quo in loco sit carceratus Beneficiarius, si detineatur inculpabilis, & violenter à civitate abire compellitur, & sicut interessentia, ita & residentia per injuriam privatur! Solùm igitur erit inspiciendum, utrum antequam in vincula conjiceretur, erat solitus interesse, ut advertit Trullench. *num. 2. in fin.* Est observanda notabilis declaratio Sacræ Congregationis, quam refert Garcia *num. 363.* ex qua apparet, in dubio distributiones esse carcerato cum effectu tradendas usque ad primam sententiam, quâ si damnatus fuerit, quamvis appellet reus, solutio suspenditur; & si per superiorem absolvatur, agat ad distributiones, quas interim non percepit. Cujus declarationis meminere Trullench. Armendar. & alii.

Iustè carceratum accipere debemus, vel injustè, juxta veritatem, an scilicet reus deliquerit, ut vinculis subijci mereretur: Unde licet iudex non legitimè absque indicis ad capturam processerit, captus verò delinquens distributiones lucrari non poterit. Rursus etiâ iudex rectè Beneficarium capi jusserit propter indicia, eundemque juxta allegata, & probata jure damnaverit, cum verè innocens foret damnatus, hic licitè lucrabitur distributiones. Hurtad. *de resident. lib. 5. resol. 3. subresol. 8. §. 2. num. 2. 3.* Monet. *dict. quæst. 5. ex num. 60.* & alii apud Hurtadum, ubi *num. 4.* utrum huic sic damnato cæteri Canonici amillas distributiones valeant condonare, cum hæc condonatio quoad non interessentes prohibeatur, sicut præmissi supra, *num. 8.*

Verf. Duodecimò hinc etiam.

Majore excommunicatione innodatus sicut fructibus Beneficii, ita & distributionibus carere debet Trullench. *in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 11. numer. 1.* Monet. *de distrib. quotid. part. 2. quæst. 15. num. 18.* Garcia *de Benefic. part. 7. q. 13. num. 125.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. numer. 123.* & plures alii apud Barbof. *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. num. 72.* & *de Canonic. cap. 22. n. 2.* quod ampliat *num. 3.* etiâ à sententia excommunicationis appelletur, cum Monet. *sup. numer. 20.* & aliis: & ita verum erit, nisi ante prolationem, tanquam à futuro gravamine fuerit provocatum, quia omnes excommunicationis effectus suspenduntur; imò potius nulla censetur. Salgad. *de Reg. protect. part. 2. cap. 5. num. 18. cum seqq.* & dixi *Practicar. cap. 23. num. 17.* Nec proderit excommunicato ad distributionum perceptionem, quod per coadjutorem inserviat. Gonzal. *ubi proxime, num. 125.* Disputant Theologi, an excommunicatus toleratus qui Divinis interest distributiones lucretur? Affirmativam sententiam probabilem asserunt Trullench. *ubi proxime,* Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 51. num. 12.* Bonacin. *de censur. disp. 2. quæst. 2. punct. 4. §. 2. num. 2.* Hurtad. *de resident. lib. 5. resol. 3. §. 2. subresol. 9. ex n. 2.*

Excommunicatus innocens distributiones quaerit, ac si choro interesset. Trullench. *sup. num. 2.* Hurtad. *d. §. 2. subresol. 8. num. 10.* Sanch. *Consil. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 92. num. 4.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 1. num. 137.* Garcia *sup. n. 118.* Monet. *num. 32.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 82. n. 15.* Gratian. *disceptat. cap. 591. n. 38.* Bonacin. *disp.*

disp. 2. de Hor. Canonic. quæst. 5. §. 2. punct. 2. n. 1. alique plures Barbof. *de Canonic. cap. 24. numer. 45. & de jur. Eccles. lib. 3. cap. 18. numer. 71. & de potest. Episcop. allegat. 53. n. 174.*

58 Ut injustè excommunicatus distributiones acquirat, desideratur tum quod fuerit solitus interesse, tum quod tempore excommunicationis resideat in loco Ecclesiæ, cui inservit, ut cum D. Covar. adnotarunt Trullench. *Surd. Sanch. Gutier. numer. 141. Barbosa d. cap. 24. numer. 48. & alii communiter.* Quod primum observare oportet præmissa supra, *numer. 45.* Circa secundum, absentibus injustè excommunicatis distributiones deberi, si ita ferat Ecclesiæ illius consuetudo, tenent Barbosa & Gutier. *ubi proximè, Cened. Canonic. quæst. 1. n. 49.* Præterea quoties Canonicus non residens in oppido Ecclesiæ distributiones quotidianas lucratur, ut contingit Inquisitoribus, Rotæ Auditoribus, missis pro evidenti Ecclesiæ utilitate, & aliis non paucis, quorum meminit Barbosa *d. cap. 24 à princ.* nam si hos injustè excommunicari evenerit, distributiones sicut antea percipient, cum pro præsentibus habeantur. Alii verò, qui hoc privilegio carent, cum per absentiam distributiones capere non possent, non ideo easdem lucrari debent, quòd injustè excommunicentur, & hoc noster Præses, & sequaces edocent. Omnia quæ de amittendis distributionibus propter excommunicationem traduntur, de majori sunt accipienda, minori enim affectus non prohibetur interesse Divinis Trullench. *d. dub. 11. n. 1.*

59 Idem quod de excommunicatione, est de suspensione dicendum; nam justè suspensus ab officio, aut Beneficiis, privatur jure ipso distributionibus. Barb. ex aliis *de Canonic. c. 22. n. 8. 9.* Sed si injustè aliquis suspendatur, distributiones repetet. Barbosa cum multis *cap. 24. numer. 46.* servatis tamen quæ de excommunicato prænotantur pronuper. Sic Ecclesia interdicta, Canonici qui interdicto, aut pollutionis causam non præstiterunt, licet Divinis interesse non possint, distributiones tamen capiunt, Barbosa post alios *numer. 47. & 48.* De quo & aliis scitu dignis consulendus Trullench. *dict. dub. 11. per tot. Monet. part. 2. q. 16.*

60 Cum portio distributionum, quas excommunicatus non capit, cedat interessentibus, si de injustitia censuræ constiterit, hi eas restituere injustè excommunicato tenentur, modò ex ipsis locupletiores sint facti, non aliàs, sed dabitur actio subsidiaria læso adversus judicem, qui iniquè pronuntiavit. Hurtad. *sup. d. resol. 8. §. 2. à nu. 7.* de quo Barbosa *in cap. Pastoralis, nu. 15. de appellat. Garcia d. part. 7. cap. 13. n. 119. Trullench. d. dub. 11. numer. 2.* Tutum verò consilium erit, si excommunicatus petat distributiones, quas erat lucratus, sequestro servari, donec causa definatur, Cened. *d. quæst. 1. numer. 50. Barbosa d. cap. 24. numer. 45.*

Ibi: Ut quamvis deposito, & suspensio.

61 Beneficiario deposito, aut suspensio, si aliunde non habuerit, ex fructibus ipsius Beneficii subveniendum erit, ne egeat; secus excommunicato, ut videre licet apud Barbof. *d. cap. 24. numer. 3. 8. & 12.* qui plures refert. Huic tamen in extrema necessitate constituto exhiberi debent alimenta. Barbosa *num. 3. vers. Utrum excommunicatus,* Gutier. *d. cap. 1. numer. 134. Surd. sup. d. quæst. 82. n. 8. 9.*

Idem erit etsi non ita egeat, si per eum non stet quominus absolutionem impetret. Barbosa *ibidem, Surd. n. 9. Garcia n. 98. 104. & 105.*

Ibi: Obiter tamen illud non prætermittam.

Obligatio recitandi Officium Divinum provenit vel ex Ordine sacro, vel ex perceptione mercedis. Sanch. *consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 71. numer. 4.* Quoad primum inter omnes convenit, quod Clericus in Sacris excommunicatus, interdictus, suspensus, depositus, & etiam actualiter degradatus, à penso Officii Divini non eximitur. D. Covar. *in cap. Alma mater, §. 3. numer. 10. de sent. excomm. in 6. Patr. Suar. de censur. disp. 12. sect. 2. nu. 14. Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 7. dub. 12. §. 2. numer. 3. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 37. dub. 9. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 82. in fin.* Excommunicatus verò, non publicè in choro, sed privatim debet recitare, quia nequit dicere, *Dominus vobiscum;* nam per hæc verba cum Fidelibus communicat, quod illi non licet. D. Covar. Trullench. & alii.

Quoad secundum de Beneficiario non percipiente fructus, quando Horas Canonicas recitare teneatur, tradidit fusè Sanch. *d. dub. 71. cum multis seqq. Trullench. d. dub. 12. §. 3. num. 22. Bonac. de Hor. Canonic. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. numer. 24. 25. Azor. Inslit. moral. tom. 1. lib. 10. cap. 4. quæst. 6. & plures, quos congerit Garcia part. 3. cap. 1. nu. 227.* Ex quibus obiter adnotandum primò, quod excommunicans justè, vel injustè officium Divinum ratione Beneficii tenetur recitare. Trullench. *ubi proximè, Sanch. dub. 73. n. 3. & communiter omnes.* Secundò privatus beneficio etiam ob crimen, à recitandi onere prorsus eximitur, nisi aliunde obligetur Sanch. *numer. 4. Tertio, si Beneficiarius suspendatur, aut fructibus ad tempus privetur, in pœnam ambigitur de obligatione recitandi. Eum exoneratum sentit Sanch. dub. 74. n. 2. dissentit probabilius Trullench. dict. num. 22.*

Ibi: Sic & licet Ecclesiasticum.

Est controversum, an qui tenue beneficium obtineat, ad pensum Divini Officii sit astrictus? Affirmat D. Covar. cui accedunt Pat. Suar. *de Religion. tom. 2. lib. 4. de Hor. Canonic. cap. 21. numer. 3. Dian. resol. moral. part. 2. tract. 12. de Hor. Canonic. resol. 9. & part. 5. tract. 5. resol. 25. Garcia de Benefic. part. 3. cap. 1. numer. 39. Barbosa de offic. Paroch. part. 1. cap. 10. numer. 2. Vivian. in Prax. jurispatron. lib. 15. cap. 3. numer. 43.* apud quos quamplurimi referuntur: quæ opinio magis tuta, communis, ac vera est. Contrariam tamen tumentur non pauci ex neotericis, & ex antiquis aliqui, Sanch. *d. cap. 2. dub. 6. n. 3. Hurtad. de resid. lib. 5. resol. 9. subresol. 15. ex n. 17. & alii quos recenset Garc. n. 38. Hurtad. n. 5. Barb. n. 3. Tertia fuit sententia Lessii de just. & jur. lib. 2. cap. 34. n. 169.* qui tenuit Beneficium satisfacere, si diebus Dominicis, aut festis recitet pro quantitate fructuum quos percipit, quod valde probabile existimat Trullench. *d. §. 3. numer. 15. ubi præcedentem utramque opinionem etiam admittit.*

Beneficiarius nulla censurâ irretitus, qui absque propria culpa aut facto nullo capit fructus, ab onere recitandi liberatur. Sanch. *dub. 71. n. 4. Garcia d. cap. 1. numer. 45. nisi spem probabilem habue-*

hâbuerit in posterum fructuum percipiendorum, etiam pro tempore præterito, quo caruit illis Garc. *ibidem*, Hurtad. *d. resol.* 13. *subresol.* 8. Pat. Suar. *d. lib. 4. cap. 20. n. 15.* Trullench. *d. §. 3. num. 22.* Barbosa *d. cap. 10. n. 4.*

- 66 Quando Beneficium tenue censeatur ad hunc effectum exonerandi à Divini Officii penso, tradit Sanch. *dub.* 67. Trullench. *num.* 13. qui hoc prudentis viri arbitrio relinquit, pro regionis, & locorum diversitate definiendum, & maximè temporis ratio haberi debet; nam Beneficium hodie tenue poterit censerì, quod olim pingue putabatur, ut Sanch. animadvertit *n. 5.* & in Hispania experimento capimus. Sed si multiplex Beneficium aliquis assequatur, recitare omninò tenetur, si simul juncta ad Clerici alimenta sint satis. Pat. Suar. *de Religion. tom. 2. lib. 4. de Hor. Canonic. cap. 21. num. 12.* Sanch. *d. cap. 2. dub. 70.* Trullench. *num. 16.*

Ibi: *Imò & excommunicatum.*

- 67 Beneficiarius excommunicatus, quia fructus non percipit, pensionem solvere non compellitur, sed ex illa detrahi debet. Pat. Suar. *de censur. disp.* 13. *sect. 2. num. 24.* Didac. Perez *in l. 1. vers. Est etiam aliud, tit. 5. lib. 8. Ordin.* Garcia cum pluribus *de Benefic. part. 1. cap. 5. n. 226.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 1. num. 125.* qui sub distinctione resoluit à Garcia, & aliis mox referendis impugnata. Idem dicendum si ex alia quavis causa Beneficiarius fructus non capiat, hi enim cum onere pensionis, quod reale est, cuique cedunt. Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 18. num. 50.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 44.* Tondut. *question. benefical. part. 1. cap. 35. num. 13.* simili modo in distributionibus tenendum; nam pensionem ex eisdem reservatam exolvere astringuntur interessentes, quibus accrescunt amissæ per beneficium, qui absuit, & pensionis onere gravatus est; hic namque cum personaliter non teneatur, sed duntaxat distributionum ratione, illis non perceptis liberatur, nec interessentes plus capere possunt jure accrescendi, quam absens lucraretur & sic deducta pensione. Garcia *ex nu. 206.* Trullench. *in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 19. n. 4. & 5.*

Verf. *Decimotertiò illud.*

- 68 Nulla consuetudine sustineri poterit, quod distributiones lucretur qui cum intersit tempore inchoati Officii Divini, illicò recedit à choro. Sanch. *Consil. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 102. in fine,* Bonacin. *disp. 2. de Hor. Canonic. quest. 5. punct. 6. num. 10.* Sandovall. cum aliis *de Offic. Ecclesiastic. part. 6. cap. 15.* Trullench. *dub. 15. num. 6.* Verùm ea consuetudo damnanda non est, si Canonicus ex honesta causa egrediarur, veluti ad privatim celebrandum, excipiendas confessiones, aut sociandam Sacratissimam Eucharistiam. Monet. *sup. part. 2. cap. 11. n. 52.* Barbosa *de Canonic. cap. 23. nu. 16. & cap. 25. n. 12.* Vivian. *sup. n. 83.* An valeat consuetudo, ut qui certis Horis interest, totius diei distributiones participet, ambigitur: de quo Barbosa *de jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 18. n. 33.* Monet. *q. 3. d. n. 43.* Trullench. & Bonacin. *ubi proximè,* Sanch. *dub. 110. n. 7.* Non subsistet consuetudo, ut Canonicus interserviens una hebdomada distributiones pro proxima sequenti percipiat, etsi non assistat. Barbosa cum aliis *d. cap. 23. n. 10.*
- 69 Sunt aliqui ultra jam memoratos, quibus concessum est ratione muneris, seu ministerii, ut etsi

non intersint, quotidianas distributiones percipiant, ut Inquisitores contra hæreticam pravitatem, Auditores Rotæ, Collector Generalis, & alii Ministri Cameræ Apostolicæ, absens pro evidenti Ecclesiæ utilitate, & alii, quos recenset Barbosa *cap. 24. d. princip. & d. cap. 18. n. 37. cum seqq.*

Eadem quæ de interessentia ad lucrandum distributiones tradidimus, conveniunt anniversariis ad percipiendas eleemosynas, quæ assistentibus distribuantur, *cap. unic. de Cleric. non resident. in 6. Sanch. dub. 105. num. 1.* Tondut. *sup. cap. 102. ex n. 5.* Barbosa *collect. d. cap. unic. num. 23.*

Ad Num. 9.

Omne Ecclesiasticum Beneficium de jure residentiam desiderat ad fructuum acquisitionem, *cap. fin. de rescript. in 6. Hurtad. de resident. lib. 6. resol. 4. numer. 1.* Petr. Gregor. *de Benefic. cap. 7.* Solorzan. *de jur. Indiarum tom. 2. lib. 2. cap. 25. num. 9.* Hojeda *de incompatibil. Beneficior. cap. 17. num. 24.* Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 32. numer. 1.* Azor. *Instit. moral. lib. 10. cap. 4. ad fin.* Vivian. *prax. jurispatronat. lib. 15. cap. 3. num. 96.* Garcia cum plurimis *de Benefic. part. 3. cap. 2. n. 1.* Generali tamen consuetudine obtinuit, ne qui Beneficiis simplicibus potiuntur, ad residentiam compellantur, Hurtad. & Vivian. *ubi proximè,* Marefcot. *sup. cap. 1. num. 100.* Barbosa *collect. Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 2. n. 2.* Armendariz *ad leg. Navar. lib. 2. tit. 23. de resident. num. 203.* Lotter. *de re Benefic. lib. 3. quest. 27. numer. 9.* Tondut. *question. benefical. part. 1. cap. 12. num. 7.* Pialec. *Prax. Episcop. part. 2. cap. 3. num. 32.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. nu. 80.* Garcia cum aliis *num. 3.* Sed si ex statuto, aut speciali consuetudine alicujus Ecclesiæ in Beneficiis simplicibus personalis residentia exigatur, nisi Beneficiarius resideat, fructus non percipiet. Garcia *numer. 11.* Ubi autem beneficium simplex habet annexum aliquod onus interserviendi, illud per substitutum idoneum poterit exhiberi. Tondut. *num. 4.* Gonzal. *numer. 79.* Armendar. *num. 204.* Hurtad. *sup. num. 3.* Imò consuetudine introduci poterit, quod etsi Beneficiarius nec per se, nec per alium ministret, fructus acquirat, modò inde Ecclesiæ damnum non inferatur ob ministerii defectum. Hurtad. *num. 5.* Azor. *sup. part. 2. lib. 7. cap. 1. quest. 1. vers. Queret aliquis.*

Ibi: *Illud verò piè & cautè.*

Hæc nostri Præsidis non sunt, sed à Brederodio addita, secundum quod adnotatur in pagina prima voluminis Variarum, in quibus nulla mentio Tridentini Concilii, cujus decreta nondum in lucem prodierant. Sed de residentia Canonicorum in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis post Sacrum Concilium copiosè disserunt Barbosa *tract. de Canonic. cap. 20.* Hurtad. *sup. lib. 5. per tot.* Armendar. *ubi proximè, d. num. 8.* Garcia *dict. part. 3. cap. 2. num. 180. cum seqq.* & in hoc novo Indiarum orbe strictè prohibetur absentia obtentium Præbendas, D. Frass. *de Regio patron. Indiar. cap. 10. ex num. 43.* Vivian. *prax. jurispatronat. lib. 15. cap. 3. num. 116. cum seqq.*

Verf. *Ceterùm in Sacerdotiis.*

De residentia Parochi, & aliorum, quibus est animarum cura commissa, & quomodo debeant residere, ut ministerium suum impleant, fuse

fusè agit Barbosa *de offic. Paroch. part. I. cap. 8.*
 Hurtad. *sup. lib. 3. Garcia d. cap. 2. à numer. 16.*
 Armendar. *num. 121. cum seqq. Vivian. à numer. 97.*
 D. Frass. *cap. 9. & alii, quos cumulat Barbosa*
Collect. Trident. sess. 23. cap. I. de reformatione,
num. 1.

nec supplebit æquivalenter substitutus pro illo, quia
 mercenarius est, juxta illud Joan. *cap. 10. vers. 13.*
 Trident. *d. cap. I.*

Ibi: *Nec tamen inficior aliquot ex*
causis.

74 Residendi obligatio Parochis, ac cæteris, quibus
 cura animarum incumbit, à Jure Divino descen-
 dit, ut colligitur apertè ex Trident. *sess. 23. de*
reformat. cap. I. ubi ita habetur: Cùm præcepto
divino mandatum sit omnibus. Quod observat ibi
Barbosa cum pluribus num. 3. Garc. n. 16. Hurtad.
dict. lib. 3. resol. 3. à nu. 7. Trullench. in Decalog.
lib. 4. cap. I. dub. 8. numer. 7. Cævall. comm. cont.
commun. quæst. 585. D. Frass. d. cap. 9. n. I. & II.
 Licet autem nequeant per vicarios ministrare, ut
 se Parochi à residentia excusent, præsentés tamen
 non prohibentur per alios idoneè parochialia mu-
 nera obire, nisi industria proprii Parochi deside-
 retur, prout resolvit cum aliis D. Frass. *numer. 4*
 cui assentitur disputatione præmissa; Hurtad. *lib. 3.*
resol. 4 per tot. ac prænotatur supra n. 12.

Præfato capite primo Tridentini exprimitur, 78
 quo tempore curam animarum habentes à residen-
 tia possint excusari, & quibus de causis liceat eis
 ultra tempus permissum de licentia Superioris non
 residere, quæ sunt Christiana charitas, urgens neces-
 sitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Rei-
 publicæ utilitas, de quibus Barbosa cum aliis *collect.*
d. cap. I. à n. 7. & de potest. Episcop. allegat. 53. à
n. 6. Hurtad. sup. lib. 2. resol. 9. cum seqq. Trullench.
in Decalog. lib. 4. cap. I. dub. 8. n. 2.

Vers. *Hi verò casus cautissimè.*

75 Quæritur num consuetudine introduci possit,
 ut Parochus non residens fructus Beneficii perci-
 piat, si per Vicarium idoneum muneri suo suffi-
 cienter satisfaciatur? Ad cujus resolutionem in-
 quirere opus erit; an talis consuetudo Divino
 Juri deroget? Et negativè respondendum est;
 nam etsi residentia Juris Divini censeatur, juxta
 communem, pœna tamen amittendi fructus Pon-
 tificio irrogatur; unde consuetudo concedens
 fructus interservienti per substitutum Jus Divinum
 non abrogat, sed Canonicam pœnam injungens
 non residentibus. Hurtad. *de resident. lib. 3. resol. 7.*
num. 6. & 7. Sic furtum, adulterium, & homi-
cidium, tamen Jure Divino, ac naturali verentur,
 legibus tamen humanis pro his criminibus
 irrogantibus pœnas consuetudo poterit derogare;
 sæpe enim aliquæ in desuetudinem abire solent,
 per quod Jus Divinum, seu naturale non infringitur,
 nisi ex hoc aliàs delicta illa manerent im-
 punita. Unde Garcia *de benefic. part. 3. cap. 2.*
num. 139. inquit pœnam privationis beneficii ipso
jure propter non residentiam in desuetudinem abi-
isse.

Utrùm Princeps sæcularis superiorem non re- 79
 cognoscens valeat jus divinum de residentia hu-
 jusmodi interpretari, ut si urgeat Reipublicæ ne-
 cessitas, disputat Hurtad. *ubi proximè, resol. 17.*
 qui negativam tenet sententiam.

Ad Num. 10.

Cuilibet Ecclesiastico Beneficio pensum Divi- 80
 ni Officii annexum est, *cap. ult. de rescript. in 6.*
cap. ult. n. 92. dist. Garc. de Benefic. part. 3. cap. I.
n. I. Barbos. de offic. Paroch. cap. 10. n. I. & collect.
cap. Dolentes, n. 3. de celebrat. Missar. ubi plures.
 Quod si Beneficiarius omiserit absque justa causa, le-
 thalem culpam contrahit. Barbosa *n. 31. Garc. cum*
aliis n. 2. Quod limitatur si Beneficium conferatur
 ob aliquid speciale ministerium; ut docenti Gram-
 maticam, Sacristæ, & similibus, qui recitare Ho-
 ras Canonicas astricci non sunt, Sanch. *Consil. Moral.*
lib. 2. cap. 2. dub. 58. n. 2.

Sed quæstionis est, an qui non recitant, fructus 81
 restituere teneantur? Et seclusa constitutione La-
 teranensis Concilii (de quo inferius,) variæ extite-
 runt opiniones, quarum meminit D. Covar. *hic,*
 Gregor. *Lop. in l. 34. glos. 2. tit. 6. p. I. Garc. à*
numer. 8. Sanch. dub. 81. qui negativam tenet, ac
 probat. At in Lateranensi Synodo sub Julio II.
 inchoata, & sub Leone X. absoluta, de fructuum
 restitutione cautum est ita: *Statuimus quoque,*
& ordinamus, ut quilibet habens Beneficium cum
cura, vel sine cura, si post sex menses, obtento Be-
neficio, Divinum Officium non dixerit, legitimo im-
pedimento cessante, Beneficiorum suorum fructus
suos non faciat pro rata omissionis recitationis Divi-
ni officii, & temporis; sed eos tanquam injustè per-
ceptos in fabricas hujusmodi Beneficiorum, vel pau-
perum eleemosynas erogare teneatur. Quomodo
 autem pro rata fructuum restitutio fieri deberet,
 cùm Beneficiarius non integrum Officium sed ali-
 quas horas prætermisit, Pius V. declaravit in hæc
 verba: *Statuimus, ut qui horas omnes Canonicas uno,*
vel pluribus diebus intermiserit, omnes Beneficii, seu
Beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus
responderent, si quotidie dividerentur; qui verò Ma-
rutinam, tantum dimidiam; qui cæteras omnes horas,
aliam dimidiam; qui horum singulas, sextam partem
fructuum ejusdem diei amittat.

De hac fructuum restitutione pluribus egit 82
 Garcia *d. cap. I. ex numer. 5. Sanch. sup. dub. 82.*
 Trullench. *in Decal. lib. I. cap. 7. dub. 24.*
 P. Bar-

76 Hæc adeò vera sunt, ut quamvis eadem lex
 prohibeat & puniat, per consuetudinem tamen
 seu desuetudinem possit quoad pœnam derogari,
 vim quoad prohibitionem retinens, ut docet Pat.
 Suar. *de legib. lib. 7. cap. 19. n. 3. omninò viden-*
us. Nec lex erit inanis pœnâ sublatâ, quia
 quoad forum internum astringit, & in externo ar-
 bitraria succedit ordinariâ abolitâ. Azeved. *in l. 7.*
num. 101. tit. II. lib. 8. Recop. Ex quibus convin-
 citur, quod si consuetudo remitteret pœnam
 amissionis fructuum Parochis non residentibus,
 non contraveniret, nec derogaret legi divinæ resi-
 dentiam præcipienti, præsertim cùm non residen-
 tes aliter coercerentur. Trident. *sess. 23. de reformat.*
cap. I. Ideo ex hoc damnari non debet. Illa verò
 consuetudo juri divino opponeretur, nec susti-
 neri posset, quâ liceret extra propriam Ecclesiam
 animarum Pastoribus residere. Hurtad. *d. resol. 7.*
num. 2. 6.

77 Verumtamen si consuetudo vigeret, ut non
 residens Parochus fructus perciperet, ut irrationa-
 bilis rejici deberet, quæ potius esset corruptela,
 ex his quæ D. Covar. perpendit; cederet enim in
 Ecclesiarum injuriam, quæ ceu viduæ incultæ
 jacerent; ac detrimentum spirituale gregis, qui
 à proprio pastore derelictus, perniciosè erraret:
 D. de Faria *Nove Addit. ad Covar. Tom. II.*

Barbosa d. cap. 10. à numer. 31. Hurtad. de resi-
deni. lib. 5. resol. 9. Menoch. de arbitrar. cas. 429.
ex numer. 4. apud quos plurimi. Ex illis obser-
vare oportet, quod Beneficiarius absque culpa
non recitans propter oblivionem, vel qui Bre-
viario caret, ad fructuum restitutionem non te-
netur, cum amissio illorum sit poena; quæ pec-
catum supponit, Sanch. dub. 86. Azor. Inst. Moral.
lib. 10. cap. 14. quest. 7. Garc. num. 16. Trullench.
num. 19. Sed si Beneficiarius tantam alicujus horæ
partem intermittat, ut ad mortale peccatum impu-
tetur omissio, an pro rata fructus restituere debeat,
controvertitur. Affirmat Castr. Palao tom. 2. disp.
2. punct. 7. num. 5. Trullench. num. 10. in fin. Ne-
gat Diana part. 4. tract. 4. resol. 220. & alii, quibus
accedere videtur Barbosa num. 31. vers. Sed quid si
Parochus. Prior sententia probabilior videtur, ea
potissimum ratione, nam omissio, quæ consti-
tuit Beneficium Dei inimicum, ac poenâ æternâ
dignum, ad fructuum amissionem sufficiens debet
judicari, ut aliud agens inquit Hurtad. d. resol. 9.
sub resol. 3. num. 8. Unde Pat. Suar. lib. 4. de Hor.
Canon. cap. 30. num. 13. hanc statuit regulam, ut
quoties omissio actus externi recitandi est morta-
liter peccaminosa oriatur obligatio restituendi, non
verò quando est tantum venialis, ita etiam si singu-
lis partibus Officii notabilis, & magna pars fru-
ctuum respondeat, non sit obligatio restituendi.
Quem refert, ac sequitur Hurtad. n. 9. 10.

83 Præterea in disputationem adducitur, utrum se-
mestre Lateranensi Concilio præscriptum, ut Be-
nificiarius propter omisam Divini Officii recita-
tionem fructus non restituat, computetur à die
collationis, vel possessionis? Quidam ab obtento
Beneficio sex menses numerant, ut Navarr. in Ma-
nual. de Hor. Canonic. c. 7. n. 29. Garcia d. c. 1. n. 92.
Hurtad. d. resol. 9. subresol. 10. n. 1. & alii, quos
referunt. Adversum eos à capta possessione seme-
stre currere, opinatur communi Theologorum
Schola, quos copiosè congerit, & sectatur Bar-
bosa de Offic. Paroch. c. 10. n. 6. & quanquam hæc
sententia benigna appareat, quæ cum de poenis
infligendis agitur, debet amplecti, l. penult. de
pen. c. in penis 49. de reg. jur. in 6. cum similibus
quæ expendi supra, lib. 2. c. 9. n. 22. oppositam ta-
men veriorem existimo, quæ cum favorem Reli-
gionis, & observantiam divini cultus respiciat,
odiosa haberi non debet, etsi poenam pecuniariam
irroget ad coercendam Ecclesiasticorum negligenti-
am.

84 Ultimò animadvertendum, quod si Parochus ob
recitationem horarum prætermisam teneatur resti-
tuere fructus, non sunt omnes computandi, ut
pro rata reddat, sed illi tantum, qui Divino Offi-
cio prudentis viri arbitrio responderint, cum Pa-
rochus alia obeat munia mercede digna, de quo Barbo-
sa d. c. 10. n. 33. Hurtad. d. resol. 9. subresol. 1. ubi
latissimè.

S U M M A R I U M.

- 1 Nullus vendere, aut alium inire contractum, nisi
ob publicam causam compelli potest.
- 2 Ubi publica necessitas, vel utilitas postulat, priva-
ti coguntur res proprias alienare.
- 3 Coactò vendere justum rei pretium persolvi debet
absque dilatione: & quid si Respublica pecu-
niam non habuerit.
- 4 Qui necessaria ad victum vendenda exponunt, ne-
queunt ea justum pretium exhibentibus dene-

- gare, quod per Magistratum taxari poterit.
- 5 Advocatus poenis compelli potest, ut litigantibus
patrocinetur. Quod ampliatur, ac declaratur.
- 6 Ariem, vel officium publicè exercens, constri-
ngi poterit, ut mercedem reddentibus ministe-
rium suum exhibeat.
- 7 Quid de publica meretrice, & n. 8.
- 9 Meretricem rapiens, aut violenter cognoscens,
qualiter puniatur.
- 10 Quod dicatur pretium legitimum: consistit in in-
divisibili, & pro qualibet læsione competit actio.
- 11 Quomodo id pretium in indivisibili consistat.
- 12 Parentibus in egestatem lapsis vendere filios an
sit permissum, & n. 13.
- 14 Filius venditus à patre propter famis necessita-
tem, an de Jure Civili fieret verus servus
ementis? & n. 15.
- 16 Verbum Sanguinolentus, positum in l. fin. C.
de patr. qui fil. distrax. Quid significet.
- 17 Jure naturali non solum vendere, sed & pignori
dare filios utrique parenti ob gravem necessi-
tatem licet. Quid Jure Civili, & nostro Re-
gio, ibid.
- 18 Utrum parentibus liceat filios vendere, aut pigno-
ri dare ex alia gravissima necessitate, præter
famem, & n. seqq.
- 21 De filio clerico, ac conjugato, num possint ur-
gente fame, per patrem vendi, aut pignoriari?
- 22 Quid de emancipato? ubi & de filia respectu
matris, ibid.
- 23 Cum parens vendit filium propter necessitatem
legitimè, efficitur jure naturæ irrevocabiliter
servus emptoris: non sic Jure Civili.
- 24 Parens qui filium distraxit necessitate compulsus,
num possit in utroque foro acceptam reddere
quantitatem, ut redimat venditum.
- 25 Divites qualiter cogi possint ad erogandas pau-
peribus elemosynas, & n. 26.
- 27 Divites quando debeant in foro conscientie sub-
venire indigentibus, remissivè.
- 28 Dives an satisfaciat obligationi succurrendi ege-
nis, pecuniam mutuans.
- 29 Merces vendere carius exteris, & viatoribus,
quàm loci incolis, minimè permittitur.
- 30 Limitatur.
- 31 Quod compellendos venditores, ut pluris non ve-
nudent exteris, jurisdictio Ecclesiastica (ad
quam cumulativè de jure spectat) consuetudine
tollì poterit, si Magistratus laici negligentes
non sint: & quid in praxi servetur.
- 32 Incolæ tempore egestatis sunt præponendi forensi-
bus in emptione tritici ex agris oppidi sui per-
cepti.
- 33 Habent etiam jus retractus pro victualibus ex-
tero venditis sub tempus sterilitatis, & fa-
mis.
- 34 Colonus an teneatur fructus fundi potius domino,
quàm extraneo vendere? & n. 35.
- 36 Emphyteuta, & vassallus num cogi possint
fructus ex re emphyteutica, vel feudali domi-
no directi domini vendere potius, quàm aliis
pro eodem pretio?
- 37 Dominus fundi ut præferatur alii fructuum em-
ptori, idem pretium debet numerare, licet
sit excessivum: quod limitatur.
- 38 Quid si civis retrahat frumentum extero vendi-
tum, an debeat pretium excessivum etiam
ultra taxam reddere primo emptori? & num.
39. 40. & 41.
- 42 Religionis, ac pietatis favore ut res proprias
vendat aliquis jure compelli potest.
- 43 Ecclesia an vendere compellatur favore alterius?
Et

Et an coactus vendere Religionis gratia gbellam debeat?

- 44 Propter publicam utilitatem privatus constringitur vendere res suas.
- 45 Non licet sic edificare, ut interiora monasteriorum ex privatorum edificiis prospici queant.
- 46 Si quis ingredi proprium fundum non valeat, nisi per alienum, hujus dominus cogitur vendere servitutem ad transitum. De intellectu legis Si quis sepulchrum, de religiof. ac sumptib. funer. remissivè, ibid.
- 47 Servo alieno si legetur libertas, dominus eum vendere non compellitur; secus si communi unus ex dominis libertatem concesserit.
- 48 Jure nostro Regio dominus tenetur servum Maurum vendere ut Christianus à captivitate redimatur.
- 49 Habens domum communem, partem suam vendere constringitur, si socius in ea Ecclesiam, vel aliud edificium pium velit construere.
- 50 Propter utilitatem, ac decorum civitatis plura cum privatorum præjudicio jure sunt constituta.
- 51 Utrum liceat unicuique pro libito edificia civitatis, seu ædes altius tollere etiam cum vicinorum incommodo? & n. 52.
- 53 Et quid jure nostro Regio.
- 54 Princeps compellere subditos potest, ut proprias ædes vendant pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, seu monasterii, sicut ob publicam utilitatem.
- 55 Principi non permittitur res subditis adimere, etiam justo pretio reddito, nisi ex rationabili causa.
- 56 Magistratus jure cives cogere valet, ut proprias ædes, vel alia edificia justo pretio venundent pro constructione Ecclesiæ Cathedralis, aut Parochialis, vel pro ampliatione necessaria. Quod ampliatur ad quamlibet Ecclesiam, adhuc non parochialem, num. 58.
- 57 Ubi necesse non est, quod Ecclesia edificetur, aut extendatur, nequit privatus cogi ad vendendas possessiones suas per Magistratus, sed Principis desideratur auctoritas.
- 59 Limitatur si ex venditione non grave detrimentum, sed leve dominus senserit.
- 60 Ex variis causis præter jam explicitas dominus res proprias vendere compellitur, ut servum, aut ancillam, propter servitiam, aut introductionem ad delinquendum.

CAPUT XIV.

Postquam jus gentium dominiorum distinctionem introduxit, l. Ex hoc jure 5. de just. & jur. quisque in rebus suis est moderator, & arbiter, l. In re mandata 21. C. mand. ubi Barb. cum pluribus in collect. num. 2. ita ut nemo regulariter ad disponendum de illis ullo modo compelli possit. Vela differat. 17. n. 34. ubi alii. Hinc provenit, quod non liceat cogere dominum, ut vendat, etiam oblato justo, aut exorbitante pretio. Greg. Lop. in l. 3. gloss. 1. tit. 5. p. 5. Sanch. Consil. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 27. n. 1. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 21. nu. 14. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 26. n. 8. vers. Quod adeo, Cujac. observat. lib. 27. cap. 9. D. Frall. de Regio patron. Ind. cap. 84. n. 68. Azeved. in l. 1. nu. 21. tit. 25. lib. 5. Recop. Matienz. in ead. l. gloss. 9. n. 1. Ant. Fab. in ration. l. Imperatores, de contr. empt. Pichard. in §. Non solum, n. 10. Inst. de legat. Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 94. num. 1. præter eos, quos congerunt D. de Faria Nove Addit. ad Covar. Tom. II.

Barbosa collect. l. Invitum, n. 2. C. de contr. empt. & Hermos. in d. l. 3. partit. n. 1. Idem procedit in permutatione, locatione, ac cæteris contractibus. Surd. n. 2. Vela ubi sup. Nec Princeps valet, nisi ob publicam causam, subditos ad contrahendum astringere. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. n. 44. Gratian. discept. cap. 149. n. 32. Alfar. de offic. fisc. gloss. 34. n. 62. de quo perillustre habetur testimonium Reg. lib. 3. c. 21. vers. 2. de Naboth renuente vendere Regi vineam suam.

Ast publica utilitate, vel necessitate exigente, jus privatorum cedit, qui vendere res proprias justo pretio tenentur; nam subditi, eorumque bona potestatis publicis subsunt, quantum, servata æquitate, bonum commune efflagitat. Sic P. Molin. de just. & jur. disp. 341. n. 1. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 51. Gail. lib. 2. observat. 56. à num. 1. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. num. 131. & 133. Aviles in cap. 42. Prætor verb. Varas, num. 8. D. Frall. num. 65. Surd. numer. 4. Morla Empor. Jur. tit. 9. q. 1. n. 4. Cævall. comm. cont. comm. q. 906. ex numer. 4. & alii plures apud Hermos. sup. num. 9. & Barbos. in d. l. Invitum, nu. 3. Utilitatem publicam accipere debemus, quæ respicit ad bonum commune, ac Reipublicæ conservationem immediate, & præcisè: non quæ versatur in augmento regii gazophylacii, aut publici ærarii; nam etsi hæc ditescere publicè interfit, quæ Reipublicæ nervi censentur, l. 1. §. In causa, de questio. regulariter tamen hujusmodi causa non sufficit, ut subditi contrahere compellantur; nisi in casibus jure permissis, quorum meminit Alfar. sup.

Ibi: Illud equidem præfatus.

Vendenti ex causa publica coacto justum pretium numerari debet, l. 2. tit. 1. p. 2. l. 31. tit. 18. part. 3. P. Molin. num. 2. Gregor. Lop. in d. l. 2. gloss. 23. Gratian. n. 28. & 29. Surd. n. 3. Cævall. num. 8. Cujac. d. cap. 9. Hermos. nu. 52. & gloss. 4. num. 1. D. Frall. nu. 69. Barbosa n. 14. Morla n. 8. & cum aliis prænotatur supra, lib. 2. cap. 3. n. 43. Pretium statim venditori tradendum est, qui de eo fidem habere non tenetur, nisi Respublica labore pecuniæ egestate. Greg. Lop. sup. Barbosa n. 16. Gratian. n. 25. D. Frall. n. 66. Hermos. n. 55. & 56. Sed si absit spes solvendi pretium ad breve tempus absque incommodo notabili venditoris, pecunia mutua exigè debet ab omnibus de civitate, ut pretium domino reddatur, qui etiam pro rata contribuet. Bovadill. cum aliis Politic. lib. 3. cap. 3. n. 18.

Ad Num. 1.

Si quis res ad alimenta necessarias vendendas exponat, etiam non instante eorum inopia, cogi per Magistratus poterit, ut ipsas justum pretium pendentibus distribuat. Surd. num. 6. Aviles in cap. 17. Prætor. verb. A razonables precios, numer. 7. Hermos. cum aliis nu. 83. Morla num. 12. Bovad. d. lib. 3. cap. 4. nu. 66. Didac. Perez in l. 2. tit. 23. lib. 2. Ordinam. ad fin. vers. Tertius casus, Barbosa collect. l. 1. nu. 4. C. de Episcop. Audiens. Azeved. in l. 13. n. 20. tit. 9. lib. 3. Recopil. quod limitat Barbosa quoties justam, excusationis causam ostenderit venditor, ut si familiæ cibaria conservare desideret. Ne autem per excessum pretii emptores gravari, aut repelli contingat, illud Magistratus statuere poterit. P. Molin. disp. 341. num. 1. & alii ex nuper memoratis. Juri nostro Regio specialiter iter agentibus prospectum est, quibus licet propriis

propria authoritate, quæ sibi opus sunt, extorquere à venditoribus qui ea subtrahunt, vel ultra justum pretium exigunt, justo exhibito, & formâ constitutionis servatâ, l. 15. tit. 13. lib. 8. Recop. ubi Azeved. n. 5. Hermos. loc. cit.

Ibi: *Quibus expressim traditur Advocatus.*

- 5 Qui muneri advocacionis incumbit, cogi per Judicem potest, ut patrocinium litigantibus ferat, honorario percepto, ad quod suspensione temporali, & aliis pœnis pro arbitrio jubentis coercetur, l. 6. tit. 6. p. 3. l. 22. l. 28. tit. 16. l. 13. tit. 9. lib. 3. Recop. Bovad. d. lib. 3. cap. 14. n. 56. Azeved. ubi proxime, Mallrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 30. num. 78. Gail. lib. 1. observat. 43. num. 1. Gutier. Pract. lib. 1. q. 30. num. 4. Barbosa collect. l. Providendum, numer. 7. C. de postuland. Camil. Borel. Sum. decis. tom. 1. tit. 15. numer. 43. Menoch. de arbitrar. cas. 369. numer. 6. Guazzin. de defens. reor. in præfat. nu. 23. Caroc. de locat. rubr. de location. ratione officii, nu. 20. & 21. Pauperibus verò Advocati gratis patrocinari tenentur, ut prænotavi Practicar. cap. 6. num. 24. Eadem in procuratore observantur. Caroc. ubi proxime, ac dixi eod. cap. 6. num. 25. Tabellio quoque compellitur, l. 18. tit. 25. lib. 4. Recop. Aviles sup. nu. 8. Azeved. in d. l. 13. numer. 20. & generaliter quoties officium auctoritate, vel utilitate publicum suscipit aliquis, ad illud exercendum compelli poterit. Azeved. ibidem, Caroc. sup. rubr. de libert. q. 8. n. 18. Sed Advocatum cogi non posse ad suscipiendum patrocinium, nisi urgente necessitate, ex Vivio scripsit Barbosa collect. l. Sancimus, nu. 5. C. de Advocat. diversor. judic. quod procedit ubi Advocatus, licet approbatus, & in numerum receptus, publicè munus suum non exercet.

Ibi: *Sic & caupo ac stabularius.*

- 6 Caupo, & stabularius excipere tenentur hospites, atque advenas, nullique diversorium vacans possunt denegare. Aviles sup. d. verb. A raxonables precios, num. 8. Didac. Perez ubi sup. Bovadil. Polit. lib. 3. cap. 4. numer. 92. latè Caroc. de rubr. de libert. q. 8. d. num. 5. Girona de gabell. part. 12. n. 26. Straccha de mercat. tit. de navib. part. 5. q. 3. Cur. Philipp. part. 2. lib. 3. cap. 3. num. 6. Idem de nauta dicendum, qui navim locare, navigantesque admittere cogitur. Straccha, & Cur. Philipp. ubi proxime, Caroc. n. 14. ubi de Medico, Chirurgo, & Fornario: ac tandem nu. 18. de cunctis qui publicè artem seu officium exercent.

Ad Num. 2.

- 7 Quamquam Decius senserit, meretricem compelli posse, ut accepta mercede, cuique sui corporis copiam faciat, ad instar officium publicè exercentis, sententiam tamen istam ut erroneam D. Covar. non immeritò damnat, quæ ab omni jure, ratione naturali, ac bonis moribus profus aberrat; nam etsi liceat aliquoties in Republica peccatum aliquod permittere, ne deteriora patrentur, Barbosa cum pluribus axiom. 141. n. 7. & præmissi sup. lib. 2. cap. 4. num. 55. cooperari tamen ad actum intrinsicè malum nunquam permittitur, cum non sint facienda mala, ut inde veniant bona, cap. Super eo 4. de usur. cap. 2. de soruilegiis, Barbosa cum aliis num. 3. & 8. unde etsi

lupanaria publicè tolerantur licet, judex tamen nequibit meretricem, pœnâ inflictâ constringere ad turpitudinis exercitium jure divino, & naturali vetitum. Præterea neque ipse, qui ad meretricem accedere cupit, eam comprimere poterit, quia nullum jus in corpus mulieris habet; & si aliquod obtineret, illud per vim consequi non liceret, sed judicis auctoritate, sicut in Advocato, Tabellione, & artifice debet observari. Quod autem nullus jus habeat ad meretricis invitæ complexum, constat quoniam qui artes, & officia publicè exercent, se tacitè obligant Reipublicæ, ubi admittuntur, ad exhibendum ministerium cui libet de populo pro justa mercede postulant; hæc autem obligatio in meretrice subsistere non valet, cum rei turpis etiam expressa jure non sustineatur, l. Generaliter 26. cum seq. de verb. oblig. lib. 28. l. 38. tit. 11. p. 5. cum aliis, quas adducit Pichard. in §. Quod turpi, n. 1. Instit. de inutil. stipul.

Tandem quid magis honestati, imò & humanitati contrarium, quam mulierem astringere, ut se renitentem alienæ libidini subjiciat, & evidenti periculo peccandi se exponat vilissimo lucro? Sic Decii opinionem improbant Menoch. de arbit. casu 291. num. 5. Didac. Perez in l. 2. ad fin. vers. Tertius casus, tit. 23. lib. 2. Ordinam. Plaza de delict. cap. 34. num. 9. Caroc. de locat. rubric. de libert. q. 9. numer. 29. Bonacof. qq. crimin. verb. Meretrix, in fin. Farinac. in prax. q. 145. Cabal. resol. crimin. casu 79.

Ibi: *Siquidem licet meretrix.*

Meretricem rapiens, aut per vim cognoscens extra ordinem, judicis arbitrio coercetur. Greg. Lop. in l. 2. gloss. ult. tit. 19. part. 7. Farinac. ubi proxime, Clar. §. Raptus, nu. 5. Menoch. sup. ex num. 3. Caroc. numer. 30. Caball. sup. & casu 125. numer. 6. Plaza ubi nuper, Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 7. num. 9. Bossius in praxi, tit. de rapt. mulier. numer. 10. & alii apud eos, quibus adstipulatur dicta lex 2. tit. 19. part. 7. licet contrarium tenuerit Ant. Gom. in l. 80. Taur. numer. 4. Mascard. de probat. concl. 1254. ex numer. 9. cum aliquibus. Sed cum nemo jus habeat ad abutendum invita meretrice, sicut probavimus, violentus accessus impunitus relinqui non debet.

Ad Num. 3.

De hoc casu disseruimus supra, lib. 2. cap. 3. d. num. 43. & ibi laudatis adde quamplurimos, quorum memini supra, numer. 2. & 3. & quos congestit Barbosa collect. l. 1. n. 2. C. de Episcop. Audient.

Vers. *Quod si quis post definitionem.*

Quoad hoc constituenda est differentia inter pretium legitimum, & naturale, quam D. Covar. insinuat, ac tradidimus supra, lib. 2. cap. 3. ex num. 6. Est autem legitimum pretium, quod per legem, consuetudinem, vel Magistratum stabilitur: hoc ita in indivisibili consistit, ut vel minimus excessus in utroque foro restitui debeat, nec competet electio lædenti, sicut ex l. 2. C. de resc. vendit. qui præcisè ad pretii restitutionem quoad excessum tenebitur. Molin. de just. & jur. disp. 347. num. 2. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 2. num. 3. Leotard. de usur. q. 59. numer. 23. Barbosa cum

cum pluribus collect. l. i. nu. 5. C. de Episcop. Audi-
dent. Hermos. in l. 3. gloss. 4. num. 4. & 23. tit. 5.
part. 5. & non pauci apud me ubi sup. n. 7.

11 Quod autem diximus, hujusmodi pretium in
indivisibili consistere, verum est quoad illum, in
cujus odium coarctatur, ac definitur; non alte-
rius contrahentis. Unde tempore necessitatis vi-
ctualium taxato pretio, minoris licite emuntur,
quia moderatio ad temperandam venditorum ava-
ritiam dirigitur. Aliud in censibus contingit, qui
vendere licite possunt ultra taxam legis, sed non
infra, quoniam taxatio ad favorem vendentium
respexit adversus emptores. Ita Trullench. d. dub. 2.
num. 4.

Ad Num. 4.

12 Jure naturali permissum est parentibus in gravi
necessitate constitutis filios vendere. Molin. de
just. & jur. disp. 33. n. 21. Trullench. in Decalog.
lib. 7. cap. 2. dub. 8. numer. 8. Azor. Instit. Moral.
part. 2. lib. 2. cap. 19. vers. Alterum est an jure,
Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 5. num. 17. Sanch.
Consil. Moral. lib. 1. cap. 1. dub. 13. num. 1. vers.
Tertius est. Atque ita tenent communiter Theo-
logi, tam in patre, quam in matre. Hoc jure
vendendi filios utebantur Hebræi, sicut prænota-
vimus supra, lib. 2. cap. 1. Romanis quoque ea-
dem facultas legibus est concessa in filios, quos
sub potestate habebant, & quidem amplissima;
siquidem pro libito filius vendebatur, & manumif-
sus ab emptore iterum in patriam potestatem rein-
cidebat, à qua nisi post trinam venditionem pror-
sus non eximebatur, ut ex Dionysio lib. 2. refert
Azor. sup. vers. Secundus effectus, Cujac. Jul. Paul.
Sententiar. lib. 5. tit. 1. de liberal. caus. in princip.
Rævard. ad leg. XII. Tabul. cap. 3. de patr. potest.
Sed & filios pignori dare licebat. Leotard. de usur.
q. 5. n. 7.

13 Hanc tamen venundandi filios potestatem pa-
tribus abstulit Constantinus in l. fin. C. de patrib.
qui filios suos distraxer. uno excepto casu famis,
qua urgente propter inopiam patri filios vendere
permittitur. Trullench. ubi proximè, Molin. n. 21.
Sanch. sup. Lessius d. num. 17. vers. Jus tamen ci-
vile, Azor. vers. Deinde pater fiduciarius, Greg.
Lop. in l. 8. gloss. 1. tit. 17. part. 4. Scaccia de com-
merc. §. 1. q. 1. num. 556. vers. Restringe primò,
Merlin. de pignor. lib. 2. q. 50. numer. 77. Surd. de
aliment. tit. 1. q. 17. num. 8. & tit. 8. privil. 38. n. 7.
Bovad. Politic. lib. 3. cap. 3. n. 11. Barbosa collect.
d. l. fin. numer. 2. ubi plurimi, Hermos. in lib. 15.
gloss. 1. num. 3. tit. 5. part. 5. Petr. Gregor. Syntag.
lib. 27. cap. 7. num. 2. Pinel. in rubr. part. 2. à n. 17.
C. de bon. matern. Quod ampliatur ad permuta-
tionem, & similes contractus, ex quibus causa
famis poterit filius alienari. Merlin. num. 87. Azor.
sup. vers. Quæres an egestatis, Molin. numer. 22.
Scaccia sup. Surd. n. 12. Barbosa n. 6.

14 In dubium revocatur, an filius ita à patre ven-
ditus propter famem verè servus fiat? Affirmant
Cujacius, & Rævardus ubi sup. & sentiunt com-
muniter Scribentes. Inficiatur cum aliis Gregor.
Lop. in l. 9. gloss. 1. tit. 17. part. 4. quem refert
Sanch. d. dub. 13. numer. 6. Merlin. num. 78. & 79.
Surd. de privil. 38. num. 22. Barbosa nu. 11. Pro
qua opinione extat lex finalis, C. de patr. potest.
ubi inquit Constantinus: Libertati à majoribus
tantum impensum est, ut patribus, quibus jus vitæ
in liberos, necisque potestas olim erat permessa, li-
bertatem eripere non liceret. Hæc Imperatoris as-
sertio vera non esset, si pater per venditionem fi-

lium servituti subicere posset. Quare Rævardus
ex Julio Paulo respondet, ibi de ingenuitate tra-
ctari, quod præter divinationem sustineri non
potest ex eo, quod libertas pluris habetur, quam
ingenuitas, cum illa præ omnibus æstimabilis sit,
ac favorabilis, l. Libertas 107. l. Libertas 165.
de regul. jur. Cum igitur, ut vult Rævardus, pa-
ter posset adimere libertatem, ei quoque liceret
ingenuitatem adimere. Secundò nostra interpre-
tatio deducitur ex eadem lege finali, C. de patrib.
qui fil. suos distrax. ibi: Emptor obtinendi ejus ser-
viti habeat facultatem. Unde rectè infert Grego-
rius Lopez, filium servum non fieri, sed ad ser-
viendum obligari: quem in statu servitutis exi-
stere dicere possumus, etsi servus non sit, ad instar
stuliberi, qui liber non est.

Ultimò idem mihi probatur ex Justiniano in §. 15
Servi autem aut nascuntur, ubi tradens ex quibus
causis liber homo Jure Civili servus fiat de vendi-
tione filii, nullam fecit mentionem. Retentâ
ergo Gregorii Lopezii opinione, juxta juris prin-
cipia filio vendito conservatur ingenuitas. Simi-
liter apud nos, cum Indi; & aliæ personæ viles
pro flagitio, vel ære alieno damnantur, ut pro
certa mercede in officina pannorum, vulgò Obra-
ge, deserviant, vendi dicuntur, quamvis liber-
tate minimè priventur naturali, lib. 14. tit. 7. lib. 7.
Recop. Indiar. Hanc tamen filiorum venditionem
apud Christianos in usu non esse observat Her-
mos. ubi sup. Trullench. d. nu. 8. Sed nunquam,
nulloque jure fas erit liberis parentes vendere,
quanquam extrema famis urgeat necessitas. Greg.
Lop. in l. 8. gloss. 2. tit. 17. p. 4. Merlin. d. q. 50.
n. 104. Vide infra, n. 24.

Vers. Primùm etenim controver-
sum.

De interpretatione, & significato verbi Sanguis- 16
nolentus, quo usus est Imperator in d. l. fin. C. de
patrib. qui fil. consulas Azor. d. cap. 19. vers. Dispu-
tant Juris Civilis, Cujac. ubi sup. quibus, & aliis
assentiri nequeo, qui verbum illud ad filios vendi-
tos referunt, recenter natos, quoniam cur infan-
tium potius, quam adultorum meminerit lex, cum
de omnibus pater valeat disponere, nulla possit as-
signari ratio. Ideo cum D. Covar. dicendum, pa-
trem dici sanguinolentum, qui impius erga filium
arguitur, quem alienæ subicit ut servum potestati,
& proprio sanguini non parcat propter famis angus-
tias, quod ceu crudele, & à christiana pietate alie-
num apud nos ab usu recessit, sicuti nuper obser-
vavimus.

Vers. Secundò eadem lex 2.

Quoad jus naturale attinet, sicut utrique pa- 17
renti licet filios vendere, de quo supra, numer. 12.
ita & impignorare ob gravem necessitatem; nam
cui conceditur facultas venundandi, quod plus
est, pignorandi licentia non potest denegari, ex
regula legis Non debet 22. de reg. jur. Romanis
idem jus in filios à suis primordiis compete-
bat, quod ab Imperatoribus sublatum constat ex l. 1.
C. de patrib. qui fil. distraxer. l. Ob æs alienum 12.
C. de action. & obligat. Leotard. de usur. quest. 5.
num. 7. Ast cum l. fin. C. de patrib. qui fil. distr.
permissum sit patri fame & inopia laboranti fi-
lium vendere, tacita pignorandi facultas concessa
intelligitur; nam regulariter qui alienare valet
rem, eandem pignori dare valebit. l. unic. C. Rem
alien.

alien. gerentibus l. Si convenerit 18. §. ult. de pignor. action. Cujac. lib. 29. Pauli ad edict. in d. §. ult. Sic quod famis necessitate patri liceat filium pignori tradere, expressim deciditur Jure nostro Regio per l. 8. tit. 17. p. 4. l. 3. tit. 13. part. 5. & observant Sanch. d. dub. 13. num. 1. vers. Tertius est Cujac. ad Jul. Paul. lib. 5. tit. 1. de liberali caus. Barbosa numer. 5. & alii, quorum memini supra lib. 2. cap. 1. numer. 5. ubi excepi filium clericum in Sacris.

Verf. Tertio etiam si.

18 - Nulla ex alia causa, seu necessitate etiam gravissima, præter famem, licebit patri vendere filium, aut pignori dare, nec ut se à captivitate redimat, nisi filius assentiatur. Gregor. Lop. in l. 8. gloss. 1. tit. 17. p. 4. Sanch. Consil. Moral. lib. 1. cap. 1. dub. 13. num. 4. Merlin. omninò legendus de pignorib. lib. 2. q. 50. num. 89. cum seqq. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 8. Surd. de privileg. 38. num. 14. Barbosa cum aliis num. 7. Dissentit Pinell. in rubr. part. 2. num. 27. C. de bon. matern. qui opinatur, ex alia urgente necessitate, veluti ut se pater à morte liberet, posse filium vendere: cui adherent Molin. de just. & jur. disp. 33. numer. 27. Azor. sup. d. cap. 19. vers. Duo hic meritò. Hæc sententia de jure naturali est omninò vera, ut ex aliis tradidi supra, num. 12. sed quoad civile Romanorum altera magis mihi placet; lex enim si voluisset permittere venditionem filii ex aliis patris urgentibus necessitatibus, id expressisset facile, argumento legis unicæ, §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend. cum aliis apud Barbosam axiom. 136. num. 5. maximè cum ea constitutio coarctatè loquens verbo tantummodò, omnem extensionem, atque epikejam excludit.

19 Præterea invenitur ratio specialis ad permittendam filii alienationem famis ob causam, quæ in aliis etiam gravissimis parentum necessitatibus abest, quia scilicet periculum mortis imminet tam patri, quam liberis, qui in familia sunt; ideo oportet ut filii venditione vita ejus ac patris conservetur, cum aliàs uterque fame periret, ut expressim asseritur in l. 7. tit. 17. part. 4. ibi: *E la razon porque puede esto facer, es esta, porque pues el padre non ha otro consejo por que pueda esforcen de muerte el, nin el fijo, guisada cosa es que le pueda vender, è acorrerje del precio, por que non muera el uno, nin el otro.* Accedit Cujac. ad Jul. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 1. de liberal. caus. ubi ait: *Atque ira non tam ut sibi, quam ut vitæ eorum consulat, pater vendet liberos.*

20 Unde Pinelli, ac sequacium opinio sustineri posset, ubi tam pater, quam filius gravi necessitate premerentur, ut si hostes utrique mortem minarentur, nisi certam exhiberent quantitatem, tunc patri liceret filium vendere, ut pretio amborum vita redimeretur, ut tenuit Ripa in l. Obligaciones, n. 15. de pignor. Merlin. d. q. 50. n. 99.

Verf. Quarto quod in dicta lege 2.

21 Clericus in sacris non subicitur venditioni, ex d. l. fin. etiam si à patris potestate non sit exemptus; nam cederet in dedecus Ordinis Clericalis. Trullench. sup. Molin. numer. 25. Sanch. nu. 5. Azor. d. cap. 19. vers. Si iterum roges. Surd. numer. 16. Barbosa collect. d. l. fin. n. 8. Mozzius de contract. tract. de empt. & vend. tit. quæ res epi, vel vemi poss. numer. 31. Martia de jurisdic. part. 4. cent. 1.

casu 90. n. 5. Idem de filio conjugato asseverant Molin. numer. 24. Trullench. d. dub. 8. n. 8. Azor. ubi proximè, quanquam per matrimonium filius jure communi sui juris non fiat, quoniam generaretur incommodum uxori, & liberis. Sed hæc opinio non haberet locum si familia venditi, etiam fame oppressa de pretio partem perciperet in alimenta, cum aliàs periret.

Jus vendendi filium emancipatum patri non 22 competere ex Imperiali Constitutione docent Molin. numer. 24. Trullench. sup. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 5. num. 17. Pinel. sup. num. 23. & alii apud Surd. d. privileg. 38. numer. 15. à quibus ipse non rectè dissensit, quia per emancipationem filius velut extraneus extra familiam, & potestatem patris constituitur, nec vinculum naturale per se solum valet tribuere illam vendendi liberos facultatem ex lege Imperatoris, sicut contingit in matre, cui alienatio filiorum famis causâ non licet. Sanch. d. dub. 13. num. 2. Molin. n. 26. Gregor. Lop. in l. 8. tit. 17. p. 4. Pinel. ubi proximè, Surd. cum aliis ex num. 17. Barbosa collect. d. l. fin. num. 9. Merlin. sup. num. 82. Jure tamen naturali gravi urgente necessitate, mater poterit vendere filios, sicut pater. Azor. sup. vers. Mihi verò. Trullench. d. dub. 8. num. 8. Molin. n. 29. De nepote, quem avus sub potestate habet, controversitur. Quidam huic facultatem vendendi concedunt, sicut patri. Ascan. Clem. de patr. potest. 1. effect. num. 20. Merlin. sup. num. 84. Alii denegant Sanch. n. 3. Surd. numer. 20. Barbosa n. 10. qui dissensus conciliari posset, ut prior sententia obtineat ubi filius de medio sublatus est, ac nepos ejus loco jam est subrogatus. Posterior quoties filius supervivit, in cujus potestatem nepos, avo decedente, debet cadere.

Verf. Quinto ad ejusdem legis 2.

Jure naturæ si pater, aut mater famis causâ, aut 23 alia gravi necessitate urgente ex inopia filium vendiderit, hic verè servus fit, cujus dominium emptor irrevocabiliter acquirit. Molin. ubi proximè. Hoc Constantinus in d. l. fin. ita temperavit, ut qui filium emerit, compellatur pretium recipere, vel mancipium, ut filius venditus liberetur ab obligatione serviendi, ac pristinæ suæ ingenuitati restituitur: quod similiter cautum extat l. 9. tit. 17. part. 4. & observant Molin. d. disputat. 33. nu. 22. Trullench. ubi proximè, Sanch. num. 6. Lessius loc. cit. Gregor. Lop. in d. l. 9. Barbosa sup. nu. 1. Surd. num. 29. Merlin. n. 81.

Sed si pater venditor pinguiores nanciscatur 24 fortunam, tenetur filium redimere: quod si impie prætermiserit, per judicem, filio agente, compelli poterit. Sanch. n. 7. Molin. num. 23. Surd. cum aliis num. 24. Barbosa num. 11. Ascan. Clem. de effectu 1. num. 27. Merlin. nu. 102. Et patrem ad id teneri in foro conscientiarum, asserit Azor. d. cap. 19. vers. Si iterum roges. Jubet dicta lex 9. Partit. reddendam esse emptori eandem quantitatem, quam pretii nomine exsolvit, & expensas, quas fecisset, ut emptum aliqua arte instrueret, quam didicit. Ex quibus urgens cum Gregorio Lopezio ibi deducitur argumentum, addendum traditis sup. num. 14. & 15. quibus probavimus, filium sic venditum servum non fieri; nam si in dominium transfret emptoris sub tempus redemptionis, æstimaretur quanti tunc vendi communiter posset, habita ratione artis quâ instructus esset, non expensarum duntaxat, ut lex regia de-

cernit. De fame, & ejus effectibus differuerunt plures, quos congerit Barbosa *d. collect. n. 12.*

Ad Num. 5.

- 25 Divites in foro externo compelli possunt ad expendendum eas eleemosynas, ad quas in interno tenentur ex divino, aut naturali præcepto. Sanch. *Consil. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 63.* Greg. *Lop. in proem. Partit. 5. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 95.* Surd. *de aliment. tit. 3. q. 3. n. 27.* Maria *de jurisdic. p. 4. casu 163. n. 13.* Menoch. *de arbit. casu 182. n. 43.* Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 17. num. 120.* Hermos. *addit. gloss. rubr. tit. 1. part. 5. num. 20.* Sarmient. *de redditib. Ecclesiast. part. 3. cap. 4. num. 3.* Scaccia *de commerc. §. I. q. 7. p. 1. numer. 72. vers. Cæterum hoc, Valasc. de privileg. pauper. q. 34. nu. 4.* ubi alii, Barbosa cum pluribus in *cap. Sicut, num. 2. 47. distinct.*
- 26 Non solum Judex laicus, sed etiam Ecclesiasticus censuris constringere valet divites, ut eleemosynam indigentibus erogent. Sanch. Gregor. Lop. Bovadilla, & Hermosilla cum aliis, maxime ubi extrema necessitas premit. Barbosa ex multis *collect. cap. 1. num. 4. de empt. & vendit.* licet Bovadilla adnotet, quod non solent Ecclesiastici Judices se intromittere. Est quæstionis, an pauperibus actio detur in divites? Quidam concedunt, præsertim extrema laborantibus necessitate. Alii per officium judicis duntaxat eleemosynas exigendas asserunt, de quo Sanch. *d. nu. 66.* Sarmient. *sup.* & plures, quos pro utraque sententia cumulat Hermosilla *num. 22.* Sed Sanch. distinct, an petens extremam patiatur necessitatem, vel aliam. Priore casu actio competit, non posteriore. Quantitatem verò, quam exhibere debet dives conventus, pro suo arbitrio Judex definit, pensatis facultatibus divitis, & necessitate, & qualitate pauperis.
- 27 Quando dives in foro conscientie erogare eleemosynam teneatur, fuse, ac egregie docent Sanch. *d. dub. 5.* Azor. *Institut. Moral. part. 2. lib. 12. cap. 7. cum seqq.* Greg. Lop. *in l. 11. gloss. 3.* Hermos. *ubi sup. num. 20. cum seqq.* Surd. *tit. 4. quæst. 28.* præter alios, quos refert Barbosa *collect. cap. Pasce, 86. distinct.*
- 28 Illud observatu dignum arbitror, quod si ad iudicium vocatus pro eroganda eleemosyna, offerat egeno mutuam pecuniam, quæ sibi valeat subvenire, non liberaliter; nam nec in foro poli satisfacit obligationi largiendi eleemosynam, ut resolvunt plures apud Hermosill. *num. 19.* Dissentiunt tamen alii, quos recenset idem, & Barbosa *in d. cap. Sicut, n. 4 & 5.* Consule Sanch. pluribus agentem *d. dub. 5. ex numer. 45.* Hæc licet ita sint, nunquam tamen agnovi divitem damnatum ad erogationem eleemosynæ pauperi in iudicio postulanti. Adde quæ de paupere litigante cum divite quoad lites expensas exhibendas observavi *Practicar. cap. 6. n. 27. & 28.*

Vers. Hujus tandem publicæ pietatis.

- 29 Merces, sed victualia non sunt carius vendenda exteris, iterque agentibus, quam incolis, ac indigenis, *l. 15. tit. 13. lib. 8. Recop. l. Animalia 18. C. de curs. public. lib. 12.* ubi Placita, Boer. *de cis. 69. num. 21.* Aviles *in cap. 17. Prætor. verb. Arasonables precios, n. 24.* Molin. *de just. & jur. disp. 346. num. 1.* Mexia *in pragmat. taxæ panis, conclus. 4. num. 21.* Azeved. *in d. l. 15. Recop. nu. 1.* Barbosa cum aliis *collect. cap. 1. num. 1. de empt. & vendit.*

Bovadill. *Polit. lib. 3. cap. 4. num. 32.* Ad quod venditores cogi poterunt etiam per Judicem Ecclesiasticum. Barbosa cum aliis *num. 8.* Inò apud nos iter agentes propria autoritate capere possunt, iusto, & communi pretio soluto, si venditores victualia subtrahant, nisi excessivum exhibeatur, *d. l. 15. Recopilat. ubi Azeved. num. 5.* Hermos. *in l. 3. gloss. 1. n. 83. tit. 5. p. 5.*

Aliquando tamen licebit plures vendere advenis, 30 quam incolis, veluti si plures ad emendum concurrant, veluti in transitu Principis, aut si classis ad portum advenerit; non emptorum frequentia pretia rerum augescunt, tunc siquidem fas erit vendere exteris carius, quam indigenis, quanquam & ab his currens pretium exigere possent venditores. Molin. *sup. num. 2.* Lessius *de justit. & jure, lib. 2. cap. 21. numer. 30.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 20. dub. 6. numer. 6.* ubi cum aliis tradit, non prohiberi quod res vendatur extero plures, id est pretio supremo, & incolæ infimo intra justitiæ metas.

Ibi: Cujus opinio mihi verissima.

Quoad rem, de qua agimus, jurisdictio Ecclesiastica consuetudine extingui poterit, nisi Magistratus sæculares ab usum venditorum permiserint, impunitate concessa. In praxi Judices Ecclesiastici hujusmodi jurisdictione nequaquam utuntur. Boer. *d. decif. 69. num. 21.* Bovad. *sup. lib. 2. cap. 17. n. 119. & 120.*

Ad Num. 6.

Cives, & incolæ sterilitatis, ac penuriæ tempore præferendi sunt exteris in emptione tritici collecti ex agris intra terminos suæ civitatis, vel oppidi. Gregor. Lop. *in l. 15. gloss. 4. tit. 1. part. 1. Cancr. variar. part. 1. cap. 11. nu. 55.* Bovadilla *Polit. lib. 3. cap. 3. numer. 54.* Aviles *in cap. 17. Prætor. verbo Arasonables precios, num. 36.* Joan. de Platea *in d. l. Si quis per divinam, C. de aqueduct. lib. 11.* Mieres *de majorat. part. 1. q. 51. n. 28.* Hermosilla *in l. 3. gloss. 1. numer. 78. tit. 5. part. 5.* Mexia *de pragmatic. taxæ panis, concl. 5. numer. 94.* Matienz. *in l. 1. gloss. 3. in fin. tit. 14. lib. 5. Recopilat. Gutier. Practicar. lib. 4. quæst. 49.* A quibus dissentire videtur quoad jus nostrum regium Azeved. *in l. 28. tit. 18. lib. 6. Recop.* quatenus asseverat, non licere Magistratibus civitatum prohibere, etiam urgente necessitate publica, tritici extractionem ad alia regni oppida sicut nec cæterorum victualium. Sed ea constitutio restringitur ut procedat, cum Respublica ex transportatione famis calamitatem non patitur. Avendañ. *de exequend. mandat. cap. 19. nu. 35. vers. Et per supradicta, Bovad. ubi proxime.*

Cives non solum præponuntur in concursu ad emendum triticum & alimenta, sicut assertum est, 33 sed etiam uti possunt jure retractus, ac eadem post traditionem a profelytis avocare pretio reddito, quod ipsi resolverunt. Bovadill. *sup. num. 51. & 56.* Mexia *n. 113.* Hermosill. *num. 79.* Avend. *ubi proxime, vers. Et ratione publicæ utilitatis, Azeved. in l. 7. n. 3. tit. 11. lib. 5. Recop. Gutier. sup. q. 30. omnino videndus, qui docet civibus concedi retractum infra novem dies sicut in cæteris, qui simile jus habent ex Regiis Constitutionibus. Circa pretii restitutionem vide quæ cum D. Covar. suo loco notantur, n. 38. cum seq.*

Ibi:

Ibi : *Colonum volentem vendere fructus.*

34 Colonus venditurus fructus ex fundo locato perceptos, domino potius quam alii justo pretio tradere debet. Est omnium ferè communis sententia, cui subscribunt Gregor. Lop. in l. 55. gloss. 1. tit. 5. p. 5. Cancer. sup. numer. 52. Azeved. num. 2. Gutier. q. 49. n. 2. Mexia num. 112. Castill. lib. 1. de usufruct. cap. 74. num. 15. Joseph. Ludovif. Perus. dec. 24. in fin. Orosc. in l. Imperator, n. 16. ff. de pact. Narbona in l. 25. gloss. 15. n. 8. tit. 21. lib. 4. Recop. Hermos. in l. 55. gloss. 1. n. 5. tit. 5. p. 5. & alii quamplurimi apud ipsos.

35 Verumtamen contrarium sustinet D. Covar. re-
cè probans, communem conclusionem nullo ju-
re fulciri, nec colonum teneri ad fructus venden-
dos potius domino, quam alii: cui accedunt non-
nulli, quos refert Hermos. numer. 6. Sed adeo
recepta est præfata Bartoli opinio, ut in praxi ab
illa recedere non sit tutum, ut sentiunt Gutier. &
Mexia ubi proximè. Ea sic restringi debet, ut
illud jus speciale duntaxat competat domino locan-
ti, non conductori, qui fundum sublocat. Hermos.
num. 11. Surd. conf. 205. à n. 24. Gratian. disceptat.
cap. 149. nu. 10. Idem dicendum de cessionario,
cum Hermosilla, Gratiano, Mexia num. 112. &
aliis.

Ibi : *Nam etsi emphyteuta ipsius rei.*

36 Emphyteuta in venditione fructuum quos ex re
emphyteutica percipit, tenetur præponere do-
minum directi domini cæteris emptoribus pro eo-
dem pretio. Ita tenent communiter Scribentes,
ut Parlador. different. 109. §. 1. n. 5. & 6. ubi alios
refert, asserens omnium esse communem opinionem.
Sed contrarium cum D. Covar. tenent alii. Gratian.
n. 8. Mexia n. 112. Valasc. de jur. emphyt. q. 24. in
fin. quod verius videtur de jure, tamen in vassallo
aliud doceat Gregor. Lop. in d. l. 55. Partit. gloss.
1. quem cum aliquibus sequitur Hermosill. in addit.
ibi, n. 7.

Verf. *Secundò etiam Bartoli.*

37 Ubi colonus juxta communem Bartoli senten-
tiam cogitur domino fructus vendere, percipere
debet pretium idem, quod alius offerebat, quamvis
justum excedat, fraude cessante. Gutier. d. q. 49.
n. 2. Mexia n. 113. cum seqq. Sed hoc oportet limi-
tari quoties frumento, vel aliis fructibus pretium
est legitimè constitutum; nam si hoc, quod ju-
stum est, offerat dominus, præferri alii debet etiam
plus exhibenti; nam in pretio legali nullus tole-
ratur excessus, ita ut vel pro minimo actio com-
petat laeso, sicuti ex pluribus observavimus supra
lib. 2. cap. 3. n. 7. nec habenda est ratio damni ven-
ditoris, qui plus venundare poterat, cum im-
que aliquid ultra taxam perciperet, quod in utro-
que foro reddere tenebatur, ut prædiximus d. n. 7.
Ita sentiunt Mexia d. concl. 5. numer. 124. & 125.
Bovad. sup. n. 56. agentes de retractu, de quo pag-
lò post.

Verf. *Tertiò mihi probatissimum.*

Consule quos laudavimus supra, n. 32. qui hæc 38
latè prosequuntur ad probandum jus prælationis
illud competere civibus adversus exteros & advenas,
ubi annonæ necessitas instat.

Verf. *Quartò, præmissa hæc senten-
tia.*

Ubi civis intra modicum tempus judicis arbi-
trio definiendum, aut intra novendum à per-
fecta venditione, ut videtur Gutier. d. q. 50.
accedit retracturus frumentum extero vendi-
tum, tantum pretii nomine exhibere debet,
quantum emptor numeravit venditori, tamen
excelsus intervenit. Verum si ex intervallo, ter-
mino retractus elapso, advena, fame suaden-
te communitatis, compulsus venundet frumen-
tum, quod comparaverat, cum sit venditio à
prière omninò distincta, pretium justum juxta
tempus coactionis reddendum est illi, non in-
specto an pluri, vel minoris emisset. Quæ D.
Covarruv. nos edocet, cui consentiunt aliqui
mox recensendi, & Gutier. dicta quest. 49.
numer. 2.

Sed quid dicendum, si pretium lege præ-
scriptum frumento, vel aliis fructibus contra-
hentes transgrediantur, & advena aliquid ul-
tra taxam emens, persolverit, num civis tan-
tundem reddere tenebitur? De quo fusè Mexia
d. conclus. 5. ex numer. 114. qui num. 124. versic.
Item in eo casu, ita distinguunt. Aut venditor
haberi potest, qui restituat quod supra pretium
legale percepit: aut haberi nequit. Priore casu
retrahens solum tenetur solvere juxta taxam, po-
steriore etiam excessum præstabit, ne emptor du-
plici gravetur onere, & frumento carere, & par-
tem pretii amittere. Sequuntur Hermos. in l. 3.
gloss. 1. n. 80. tit. 5. part. 5. Bovadill. sup. d. cap. 3.
num. 56.

Mihi sanè videtur distinctio D. Covar. tradita 41
supra, num. 38. locum etiam obtinere, quamvis
pretium frumenti legitimum existat, atque ita si
civis retrahat, præcisè tenebitur ad solvendum
pretium adhuc ultra taxam, quod advena pro fru-
mento numeraverit, sive venditor haberi possit,
sive non rejecta Mexiæ distinctione; ipseque re-
trahens agere poterit adversus eum qui vendidit
ultra taxam; quia emptor ex natura retractus in-
demnis, debet relinqui perinde ac si nunquam
emisset: nec cogendus est litigare, ac sumptus litis
expendere, atque contra propriam venire con-
ventionem, quod viros honestos dedecet. Nec im-
putandum est illi, quia ultra taxam emerit, quan-
doquidem suam vexationem redemit, cum domi-
nus frumenti minoris vendere renuisset; alias si
posset, minoris emerit.

Sed si non retractus jure, sed post non modi-
cum tempus advena ob publicam egestatem fru-
mentum ultra pretium legitimum emptum ve-
nundare compellatur, si tunc taxa observetur, eam
transgredi non licebit, nec exigere supra pretium
currens, quatenus pluri emisset, secundum tra-
dita num. 38. nam si valor frumenti auferretur, lu-
crum excedens taxam, & pretium quod præstitit
perciperet; & sicut commodum, ita & damnum
debet reportare, l. Secundum naturam, de reg. jur.
quod in retractu locum non habebit, ubi duplex vendi-

venditio non contrahitur, sed retrahens loco ejus qui emit, subrogatur.

minus vendere servitutem altius non tollendi. Molin. *disp.* 341. num. 2.

Ad Num. 7.

Verf. Cæterum si controversiam.

42 Pietatis intuitu, ac religionis favore invitus quisque vendere compellitur, veluti prædium urbanum, vel rusticum pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, aut monasterii, sive hospitalis; summa enim ratio pro religionem facit, l. *Sunt personæ* 43. de religiof. & sumpt. funer. Cujac. *observat. lib.* 3. cap. 22. Faber. *in ration. ejusdem legis.* Sic docent Molin. *de justit. & jure, disp.* 341. num. 2. Sanch. *consil. moral. lib.* 2. cap. 4. dub. 27. num. 1. Trullench. *in Decalog. lib.* 7. cap. 20. dub. 21. n. 14. Gregor. Lop. *in l.* 3. gloss. 1. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. *variar. l.* 2. cap. 2. numer. 51. Mastrill. *decif.* 280. n. 1. Gasp. Anton. *Thesaur. qq. forens. l.* 1. cap. 64. n. 6. Ponte *de potest. Proreg. tit. de abundantia civit. §.* 4. num. 1. Cancer. *variar. part. I. cap.* 13. n. 132. & penè innumeri, quos cumulant D. Frass. *de Regio patron. Indiar. cap.* 84. ex num. 84. Barbosa *collect. l. invitum, numer.* 4. C. *de contr. emp.* Hermos. *in l.* 3. gloss. 1. num. 32. tit. 5. p. 5. qui duo latissimè rem illustrent.

Communem sententiam traditam suprâ, n. 42. D. Covar. impugnat, ac ejus fundamenta evertere intendit, ut ostendat, nullo jure probari. De intellectu legis *Locum* 17. de usufruct. videndus Anton. Fab. *in rational. ibi.*

Verf. Item communis sententia.

Ad l. 2. §. *Locum, de religiof. & sumpt. funer. vi* de Fab. *in ration. ibi, & in d. §. Locum.*

Verf. Sic nec Jurisconsulti locus.

43 Sed hic observare placet nonnulla. Primum, an Ecclesiæ cogatur vendere propter alterius utilitatem? Affirmativam sustinet Hermos. *numer.* 50. Barbosa *num.* 11. Negativam Valenzuela *conf.* 18. Distinguit Mastrill. *sup. d. num.* 88. ut Ecclesia minus privilegiata compelli possit, magis privilegiata postulante. De quo etiam consulendi Giurba *decif.* 86. *numer.* 15. Ricc. *decif.* 59. *part.* 3. Videtur maximè inspiciendum quanta sit necessitas Ecclesiæ petentis, & quale præjudicium negantis. Secundum, quod Nobilis non tenetur venundare Ecclesiæ favore domum antiquam familiæ illustris. D. Frass. *cum aliis. numer.* 70. Contra tenent ex nonnullis Barbosa *num.* 10. Hermos. *num.* 49. Sed durus sermo hic videtur, etsi Religioni favorabilis. Vide infra, n. 59. Tertio ambigi solet, utrum ex hac vel alia simili causa coactus si aliquis vendat gabellam, vulgò *alcavala*, pendere astringatur? Et non deberi ex multis probat Sanch. *d. dub.* 27. n. 2. Parlador. *quotidianar. lib.* 1. cap. 3. n. 17. Matienz. *in l.* 7. gloss. 3. n. 18. tit. 11. lib. 6. *Recop.* & est communis. Dissentiunt tamen aliqui, ut Lassarte *de decim. vendit. cap.* 19. Gutier. *de gabell. quæst.* 22. Hermos. *in l.* 3. gloss. 6. *in fin. tit.* 5. p. 5. ubi concludit, venditori absque onere gabellæ justum premium relinquendum, ultra quod emptor gabellam exsolvet.

Ad legem *Si quis sepulchrum, de religiof. & sum-* 45 *ptib. funer.* consule Fab. *in rational.* Anton. Gom. *variar. lib.* 2. cap. 2. num. 51. Padilla *in l. per agrum. n.* 15. C. *de servitutib.* Valenzuela *conf.* 18. d. num. 6. Verùm si vicinus adire non valeat suum fundum, nisi transeat per alienum, compelli potest dominus ad vendendam servitutem itineris ob publicam utilitatem, ne cultura impediatur Hermos. ex aliis *in l.* 3. gloss. 1. num. 23. tit. 5. p. 5. Cævall. *commun. contra commun. q.* 906. num. 350. Boër. *decif.* 322. Ursill. *ad Afflict. decif.* 265. n. 113. Barbosa *collect. d. l. Invitum, n.* 19.

Verf. Rursus quod attinet.

Quamquam dominus vendere servum cogi non 47 possit, cui libertas ab alio est relicta, si tamen aliquis communem habens servum, ei concesserit libertatem compelletur alter dominus partem, quam obtinet, pro justo pretio cedere. Molin. *de just. & jur. disp.* 341. num. 3. Cujac. *ad tit. C. de commun. serv. manumiss.* Gregor. Lop. *in l.* 2. gloss. 2. tit. 22. p. 4. Anton. Gom. *var. lib.* 2. cap. 2. num. 51. *verf. Secundò infero*, Pichard. *in §. num.* 6. *Inst. de donat.* Hermosill. *in l.* 3. gloss. 3. num. 1. tit. 5. *part.* 5. Didac. Perez *in l.* 2. *ad fin. verf. Secundus casus. tit.* 23. lib. 2. *ordinam.* Azeved. *in l.* 15. num. 6. tit. 13. lib. 8. *Recop.* Cævall. *ubi proximè*, quod probatur *ex l.* 3. tit. 5. *part.* 5. & §. *fin. Institut. de donat.* & procedit tamen si cupiens servum fieri liberum, minimam partem in eo habeat. Anton. Gom. *in l.* 70. *Taur. num.* 27. Hermos. n. 2.

Ad Num. 8.

Jure nostro Regio libertatis favore dominus ser- 48 vum Maurum vendere compellitur, quoties opus sit, ut captivus Christianus redimatur, l. 3. tit. 11. lib. 1. *Recopilat.* Molin. *d. disp.* 341. n. 3. Barbosa *ubi proximè.*

44 Ob publicam utilitatem privatus vendere constringitur ædes, agrum, & alia hujuscemodi, ut ad carcerem, mœnia, vel horrea publicæ annonæ ædificanda, vel ut furca collocetur: quod prænotavi *sup. n.* 2. ac tenent proximè laudati, *num.* 42. & plurimi apud D. Frass. n. 66. & Bobadill. *Politic. lib.* 3. cap. 5. n. 26.

Ex decisione dictæ legis I. C. *de comm. serv. ma-* 49 *numiss.* infertur communiter, quod si quis habens domum communem, intendat in eo loco Ecclesiam, aut alium pium ædificium erigere, compelletur focius partem suam justo pretio vendere: quod D. Covarruv. obiter præmisit *numer.* 7. & hinc tacite probat, & expressè sic tenent Gregor. Lop. *in l.* 2. gloss. 2. tit. 22. *part.* 4. Anton. Gom. *d. numer.* 27. *verf. Ex quo infert ibi*, Hermos. *sup. num.* 3. & alii.

Ibi: Septimò eadem opinio.

Verf. Sexta ratio poterit refelli.

45 Nemini licet sic ædem ædificare, ut è fenestris prospicere valeat interiorem Religiosorum, aut Monialium habitationem, de quo Hermosill. *d. gloss.* 1. n. 44. *cum seqq.* Padilla *in l. Altiùs, n.* 20. C. *de servit. & aqua*, Ant. Gom. *in l.* 46. *Taur. ex numer.* 5. & 9. Quod altitudo ædificii privati noceret Ecclesiæ, aut alii pio loco, cogeretur do- *D. de Faria Novæ Addis. ad Covar. Tom. II.*

Adde Anton. Gom. *ubi proximè*, Morl. *Empor.* 50 *Jur. tit.* 9. *quæst.* 1. d. num. 7. ac per me tradita n. 2.

Q

Sed

Sed dubium non est, quin propter utilitatem, & decorem civitatis plura cum privatorum detrimento sint jure recepta, l. 1. de tign. injunct. l. 16. tit. 2. p. 3. l. 16. tit. 14. part. 7. quod fuse prosequitur Hermosilla in l. 3. gloss. 1. num. 10. cum seqq. tit. 5. part. 5. Judicis tamen arbitrium versabitur in æstimanda publica utilitate, ne passim propter illam nimium privatus sustineat incommodum.

Verf. Ultima prioris sententiæ.

51 De his sup. numer. 45. Jure communi licet cuique ædem pro libito extollere, etsi vicinis noceat, l. Altius 8. C. de servit. & aqua, cum similibus quas refert Pichard. in §. Etsi quidem, num. 2. Instit. de rer. divis. Greg. Lop. in l. 25. gloss. ult. tit. 32. part. 3. Anton. Gom. in l. 46. Taur. nu. 7. Id limitatur, si parvo animo ad æmulationem ædificium erigatur, ut aëri, aut luminibus impedimentum fiat, vel ut è fenestris interiora domus prospiciantur, l. 1. §. Denique Marcellus, de aqua publ. arcend. l. 3. de operib. public. Ant. Gom. loco citato, verf. Adde tamen, Menoch. de arbitrar. casu 156. num. 5. Petr. Greg. Syntagm. lib. 4. cap. 10. n. 7. Mascard. de probat. concl. 621. num. 17.

52 In Urbe facultas altius tollendi fuit coarctata ex lege Julia ad sepuaingenta pedes, ac postea ex Trajani constitutione ad sexaginta, ut colligitur ex l. 1. C. de ædific. priv. ubi observant Cujacius, & Pichardus ubi proximè.

53 Jure nostro Regio stabilitum est, ne quis valeat sic ædificium extollere, ut vicinarum ædium interna prospiciat, l. 25. in fin. tit. 32. p. 3. ibi: E puede la alzar quanto se quisiere, guardandose todavia que non descubra mucho las casas de sus vezinos. Quam constitutionem optimam dixit Gregor. Lop. ibi, gloss. fin. quoniam expedit ne quæ in occulto domus eveniunt, vicinis patefiant, quod maximè in monasteriis observandum.

Verf. His tandem explicitis.

54 Princeps jure poterit imperare, ut quisque domum venundet pro constructione templi, seu monasterii, vel pro ejus ampliacione, quod Religionis, ac publicæ utilitatis favore receptum est. Gratian. disceptat. cap. 742. num. 25. Morla Empor. Jur. tit. 9. quest. 1. num. 9. & 10. Cabed. Lusitan. decis. 105. numer. 5. & regulariter Princeps compellere valet subditos ad vendendum, suadente publica utilitate. Hermosilla cum aliis d. gloss. 1. numer. 30. & ita sentiunt omnes laudati supra, num. 42.

Ibi: Alioqui absque justa causa.

55 Principi non licet subditum dominio rei propriæ privare, etiam justo pretio reddito, nisi justa intercesserit causa, de quo supra, cap. 6. num. 17. & Practicar. cap. 2. numer. 24. Cæval. latissimè comm. cons. comm. q. 906. ex num. 4.

Verf. Secundò mihi videtur.

56 Ut Ecclesia Cathedralis, aut Parochialis condatur, aut ampliatur, ubi ampliacione est opus, etiam Magistratus cogere valet dominum, ut ædificium, vel aream pro justo pretio alienet. Barbosa in collect. l. Invitum, n. 12. C. de contr. empt. Caroc.

decis. 26. n. 17. Gratian. sup. n. 26. quibus addendi recensentur sup. nu. 42. qui indistinctè tuentur, ad inædificationem Ecclesiæ compelli dominum, ut ædes, vel aliud ædificium vendat, non desiderantes Principis autoritatem: nec discrimen constituunt inter Ecclesias Episcopalem seu Parochialem, & alias, sicut D. Covar. agnoscit.

Verf. Tertiò, si privata.

Quamquam utilis sit Ecclesiæ cujusque inædificatio, sive ampliatio; si tamen moraliter necessaria non sit ad divinum cultum exhibendum, vel Sacramentorum administrationem, nequit privatus per Magistratum astringi, ut ædificium ad id venundet, sed Principis rescriptum debet ad coactionem impetrari. Sic tenent Barbosa & alii, quorum pronuper memini, Hermosilla in l. 3. gloss. 3. num. 4. tit. 5. part. 5. & in Lusitania Regiam autoritatem desiderari, testis est Cabedus ubi supra. Sed adhuc in Principe non quamlibet utilitatem sufficere ad compulsione, scribit Morla d. q. 1. num. 10.

58 Communis tamen, ac pia sententia adversus D. Covar. docet absolute, privatum teneri, ac per judicem cogi posse ad vendendum prædium, seu domum pro constructione, ampliacioneve cujusque Ecclesiæ, aut monasterii. Sic sentiunt plurimi memorati sup. numer. 42. & in praxi receptum asserit Anton. Gom. in l. 70. Taur. n. 27. verf. Idem etiam. Adde Cævall. d. q. 906. à n. 341.

Verf. Ultimò hac in controversia.

59 Noster Præses communem admittit opinionem quoties ex venditione ædificii dominus nullum, aut leve patitur detrimentum; tunc siquidem judex ad coactionem rectè procedet, argumento legis Si quis sepulchrum 12. de religiof. & sumpt. funer. Sic communem limitant aliqui, si grave detrimentum domino vendenti inferatur. Barbosa in d. l. Invitum, num. 12. Hermosilla d. gloss. 1. numer. 51. qui alios referunt.

60 Ex aliis quoque causis est locus coactioni ad vendendum; ut propter nimiam sævitiam dominorum in servos, quod humanitati congruit, ac cognationi, quam inter omnes homines natura constituit, l. Ut vim. 3. de justit. & jure, nulla status habita de discretione; nam quoad illam liberi, ac servi æquales existunt, l. Quod attinet 33. de reg. jur. Idem dicendum de illo, qui mancipium ad impudicitiam, vel aliam iniquitatem inducit; etenim cum dominica potestate jure concessa adversum bonos mores abutatur, eadem privari debet, cap. Tuarum 11. de privileg. cap. Contingit 45. de sentent. excommun. Barbosa cum aliis axiom. 190. numer. 6. Utramque conclusionem probant lex 2. de iis qui sui vel alieni jur. sunt, §. ult. Institut. eodem, l. 3. tit. 5. part. 5. ubi Gregor. Lop. gloss. fin. Molin. de justit. & jur. disput. 341. num. 5. Hermosilla cum aliis in d. l. 3. gloss. 5. & gloss. 6. numer. 1. Barbosa collect. l. Invitum, num. 24. C. de contr. empt. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 51. verf. Secundò infero, ubi extendit ad dominum inferiorem vassallos acriter opprimentem. Sequitur Molina ubi nuper. Sunt præterea alii casus, quibus dominus vendere compelli potest, videndi apud Socin. regul. 435. Reginald. in praxi

praxi for. penitential. lib. 25. tract. 3. cap. 25. num. 359. Hermosill. in d. l. 3. gloss. 1.

S U M M A R I U M.

- 1 Precaria, & precaria à precario distinguuntur, & quid sint.
- 2 Precarium à precibus est dictum.
- 3 Precarium an sit contractus, & quæ actio ex illo competat?
- 4 Precarium definitur. & num. 5.
- 6 Libera facultas revocandi precarium est de ejus substantia, ita ut nec pacto, nec consuetudine tolli possit.
- 7 Valeret consuetudo, quod intra paucos dies à quo concessum est, precarium revocare non liceret.
- 8 Precarium ad tempus certum concedi potest.
- 9 Precarium morte concedentis non expirat.
- 10 Mutatio voluntatis non præsumitur, & quando secus.
- 11 Quod Princeps ad suam voluntatem concedit, eo decedente expirat: quod non procedit in Magistratibus perpetuis.
- 12 Si Princeps quid conferat ad beneplacitum dignitatis, non extinguitur per illius obitum: quod non obtinet in dominis vassallorum inferioribus, ibid.
- 13 Gratia concessa ad voluntatem Pontificis, vel Imperatoris, utrum morte concedentis intercidat?
- 14 Quid si concessio referatur ad dignitatem simul & personalem, expresso proprio nomine: remissivè: quæ circa hoc dubium circumstantiæ attendendæ.
Beneplacitum exercentis munus aliquod expirat, cum exercitium cessat, ibid.
- 15 Actus qui ut subsistat, desiderat perseverantiam voluntatis alicujus, hoc defuncto, ille perit: secus si solum exigat, ne revocetur per illum, qui potest; nam morte ipsius non expirat, & num. 18.
- 16 Bannitus donec iudex revocet, vel aliud jubeat, non restituitur civitati, etsi Magistratus ab officio removeatur, aut obeat.
- 17 Concessio ad beneplacitum non finitur morte civili concedentis. & n. 18.
- 19 Voluntas, dum vita manet, etsi dementiâ somno, aut aliter suspensa, perseverare intelligitur, sed morte omnino extinguitur.
- 20 Delegatus quando valeat, vel non, in causa procedere post mortem delegantis, & n. 21.
- 22 Precarium ad beneplacitum domini expressè concessum, illius obitu cessat.
- 23 Precarium solvitur per mortem ejus, qui rogavit.
- 24 Lex Lucius, de donat. intelligitur.
- 25 Inter concessionem, & revocationem precarii aliquod intervallum debet intercedere iudicis arbitrio definiendum: quod limitatur, ibid.
Precarium revocari nequit subito cum gravi detrimento habentis illud, nisi domino simile incommodum imminet ex dilatione, ibid.
- 26 Potissima, & essentialis inter precarium, ac commodatum differentia, & n. 27.
- 28 Ubi de mente contrahentium constat, pactum contra naturam contractus rejicitur: sed si
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- dubitetur de illa, pactio efficiet, ut unus contractus in alterum transeat.
- 29 Commodatarius nullo modo possidet: qui precario ponitur, naturalem obtinet possessionem.
 - 30 Inter eosdem contractus aliud notatur discrimen & aliud n. 31.
 - 32 Qui utitur re commodata aliter, quam dominus concessit, furtum committit.
 - 33 Depositarius furti reus fit, si re deposita utatur; quod declaratur ibid.
 - 34 Furti tenetur creditor, qui re pignori accepta usus fuerit.
 - 35 Commodatarius, creditor, & depositarius, si propter rerum abusum furti damnentur, contrahunt infamiam, si mala fide res contrectarunt invito domino.
 - 36 Utrum bona fides in commodatario, & similibus, qui utuntur rebus alienis, præsumatur: & quid in aliis, qui apud se rem non habentes, eam sine domini permisso ad proprios usus usurpant?
 - 37 Commodatarius, & reliqui, de quibus actum est, non debent furti damnari, sed rectè aliàs arbitrio iudicis coerceri debent, & ita servatur in praxi, ne criminaliter convenientur.
 - 38 Quid si commodatarius, & alii rebus alienis utantur, existimantes dominum prohibitorum, si sciret, qui verè, si postularetur, assensum præstitisset.

A D C A P U T X V.

Aliud est precarium, de quo in præsentia- rum, agendum, & aliud precaria, seu precariæ. Precaria dicitur, cum usus, vel usufructus conceditur ad vitam concedentis, vel recipientis, Precariæ vocantur, cum similis concessio sit in singula quinquennia repetenda, quæ in rebus Ecclesiæ solent observari, ideò mentio earum solum in Jure Pontificio reperitur, ut in cap. 1. & 2. de precariis, cap. Precariæ 3. 10. q. 2. cap. Sæpe 72. 12. q. 2. de quibus Molin. de just. & jur. disp. 298. d. num. 20. Petr. Greg. Syntagmat. lib. 23. cap. 2. numer. 2. cum seqq. Barbosa collect. d. tit. de precar. in princ. ex n. 6. & in cap. ult. numer. 8. Cujac. ad d. tit. de precariis, & observat. lib. 2. cap. 7.

Precarium ex eo dicitur, quia precibus datum, cum precanti tale beneficium conferri soleat. Barbosa sup. in princ. nu. 3. Sed & commodatum precarium est, ut ait Donell. lib. 14. cap. 34. & donatio, quoniam utrumque precibus impetratur. Tamen concessio ad libitum revocabilis, per antonomasiam precarium appellatur; nam precibus non solum beneficium quæritur, sed etiam conservatur, ne revocatione cesset: quod nec in commodato, nec in donatione contingit; etenim quod semel concessum est, retractare non licet concedenti, l. In commodato 17. §. Sicut, ff. commodat. l. 2. C. de revoc. donat.

Ambigitur utrum precarium contractus sit? Negant Cujac. observat. lib. 4. cap. 7. Osuald. lib. 14. c. 34. Affirmant Donell. d. c. 34. Wesembec. in paratit. ad tit. ff. de precario, n. 2. Barbosa. d. collect. in princ. n. 4. Pichard. in princ. n. 10. 11. Inj. d. donat. & alii, qui precarium appellant contractum, quod mihi satis probatur ex l. Contractus 23. de reg. jur. ibi: *Dolum tantum, depositum, & precarium.* Ubi Consultus inter contractus precarium recendit. Ex eo præter interdictum datur

civilis actio præscriptis verbis. Wesembec. nu. 5. Petr. Greg. numer. II. Donell. d. cap. 33. in fin. & ibi Oluald. quos videas. Cujac. d. cap. 7.

4 Precarium est, quod precibus petenti conceditur utendum quandiu is qui concesserit patitur. Molin. sup. num. 1. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 25. dub. 2. n. 12. Azor. Instit. Moral. part. 3. lib. 7. tract. de precar. cap. 1. num. 1. Tusch. lit. P. concl. 471. nu. 4. Cujac. & Donell. sup. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 7. num. 1. vers. Et ex prædictis, Wesembec. num. 2. Petr. Gregor. num. 6. Hermof. in l. 9. gloss. 1. num. 9. tit. 2. p. 5.

5 Verum hæc definitio potius convenit rei, quæ precario accipitur, quam precario ipsi, quatenus est contractus, ut si quis diceret, Depositedum est quod custodiæ causa traditur, rem quæ deponitur, quæ depositum vocatur, significaret, non depositi contractum: unde Barbosa collect. tit. de precariis, in princip. nu. 5. inquit: Precarium est contractus, quo aliquid utendum precibus petenti conceditur, quandiu patitur qui concessit.

6 Libera revocandi facultas pro libito concedentis adeo hæret naturæ precarii, ut conventio revocationis impeditiva nullius momenti, & pro non adjecta habeatur. Molin. num. 4. Tusch. num. 5. Ant. Gom. Osuald. & Pichard. ubi sup. Hermof. num. II. Valasc. de jur. emphyteut. q. 34. numer. 2. Azor. sup. cap. 2. vers. Secundò quæritur. Imò nec consuetudine introduci poterit, quod pactum non revocandi in precarii contractu subsistat, ut cum Glossa in cap. 2. de consuet. in 6. & Panormitano in cap. precarium, num. 4. de precariis, resolvit Azor. d. cap. 2. vers. Quærat aliquis. Impossibile enim est, ut precarium maneat, eo deficiente quod est de ejus essentiali substantia; sed ex tali pacto posset in alium transferri contractum.

7 Illa tamen consuetudo subsistere forsan posset, ut accipienti aliquid precario si statim revocaretur, brevis terminus judicis arbitrio ad retraditionem concederetur, veluti sex aut octo dierum, quod æquum videtur: quemadmodum tribuitur mutuuario, à quo statim creditor exigit pecuniam, ubi ad solutionem tempus non assignatur. Menoch. de arbitrar. casu 22. num. 2. Mozzius tract. de mut. tit. quomod. finiat. mut. n. 4. Molin. sup. disp. 299. numer. 6. & de jure nostro Regio decem dies suspenditur exactio, l. 2. tit. 1. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 6. Molin. loc. cit. ubi limitat, nisi causa superveniat creditori, propter quam opus illi sit repetere mutuum. Nec ex illa consuetudine natura precarii immutatur, tum quia parum temporis pro nihilo reputatur, tum quoniam revocatio non impeditur: sed actualis repetitionis executio benignè suspenditur, cui suspensioni etiam certus terminus poterit consuetudine generaliter præscribi, independens ab arbitrio judicis, sicut lex regia in mutuo definivit. Vide infra n. 25.

8 Quæritur an precarium subsistat si ad certum tempus, velut usque in diem D. Joannis, res utenda concedatur? Et subsistere probatur ex l. in rebus q. ult. cum l. seq. l. Quæsitum 8. §. Interdictum, ff. de precario: cujus conventionis effectus non est, ut concedenti interim revocare non liceat, sed quod precarium, adveniente die, etsi non revocetur, extinctum censetur, nisi tacito, vel expresso consensu de novo concedatur. Molin. disp. 298. numer. 3. Petr. Gregor. numer. 10. Barbosa numer. 5. & 8. Pichard. ubi sup. Azor. de cap. 2. vers. Quinò quæritur. Quid si res precario concedatur quandiu recipiens voluerit? Consule Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 13. tit. 5. n. 9.

Ad Num. 1.

Precarium non tantum revocatione, sed & aliis 9 modis finitur, de quibus Azor. d. tract. d. precar. cap. 3. Molin. num. 18. & 19. Petr. Gregor. num. 15. Sic D. Covar. in controversiam revocat, num morte concedentis precarium expiret? Et illud non extinguere, proculdubio est tenendum, sed facultas revocandi ad hæredes ejus qui concessit, transmittitur. Molin. num. 8. Azor. d. cap. 3. vers. Dubiæ quæstionis, Mantic. ubi proximè, Pichard. in §. Mortuo, numer. 10. Instit. de locat. & cond. Tusch. sup. numer. 22. Valasc. de jur. emphyteut. q. 34. nu. 2. 3. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 25. dub. 2. num. 12. Petr. Gregor. d. num. 15. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 69. numer. 17. Osuald. d. cap. 34. in fin. Hermof. in l. 9. gloss. 1. numer. 12. tit. 2. p. 5. Barbosa collect. cap. fin. numer. 4. de precariis. Quod ita verum, nisi convenerit, ut mortuo concedente revocetur precarium. Petr. Greg. loc. cit.

Ibi: Cui accedit, quod præsumendum.

Voluntatis mutatio non præsumitur, nam quis- 10 que creditur in ea, quam semel expressit, persistere, nisi aliud probetur, l. Eum qui 21. de probat. l. Cum hic 33. §. Penitentiam, in fine, de donat. int. Menoch. lib. 6. præf. 37. ex num. 1. Mascard. de probat. concl. 642. num. 16. & concl. 1418. n. 1. Barbosa cum aliis collect. cap. Majores, numer. 19. de Baptismo. Fallit tamen superveniente nova causa in actibus, qui à libera unius voluntate dependent. Menoch. numer. 36. cum seqq. Mascard. num. 25. Unde posset inferri, quod si qui concessit precarium, inimicitias capitales contraxerit cum eo qui accepit, illud tacitè revocatum censetur, sicut in legatis constitutum est, l. 3. §. ult. de adm. legat. l. Si inimicitie 9. de iis, quib. us indig.

Ibi: Huic verò conclusioni obstat.

Consule Pat. Molin. de just. & jur. disp. 298. à num. 9. Valasc. de jur. emphyteutic. quæst. 34. n. 3. cum seqq. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 69. & plures, quos cumulat Barbosa in cap. Si gratiosè, num. 2. de rescript. in 6.

Ad Num. 2.

Ex dicto capite Si gratiosè, duplicem D. Covar. 11 deducit, conclusionem, quæ controversiæ nulli subjacent. Prima, gratiam si Princeps concesserit ad suam voluntatem, aut beneplacitum, ipso decedente concessum extinguitur. Pat. Molin. n. 10. Valasc. num. 6. Menoch. nu. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. num. 5. Caroc. de locat. part. 5. tit. de beneplacito, q. 12. num. 4. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 28. num. 49. & 50. Barbosa cum aliis tract. de clausul. claus. 3. num. 2. Farinac. fragm. crimin. verb. Bannitus, num. 74. & verb. Bannum. num. 103. Mascard. de probat. concl. 188. num. 26. Fontanella de pact. nuptial. caus. 4. gloss. 10. n. 145. Tusch. lit. B. concl. 89. num. 1. Gutier. Practicar. lib. 3. quæst. 11. num. 19. Hoc tamen receptum non est favore ordinariæ jurisdictionis in Magistratibus non temporalibus, qui licet ad voluntatem

tem Principis eligentis constituentur, eorum jurisdictione, constituto defuncto, non expirat. Sanch. num. 5. Barbosa num. 4. Gregor. Lop. in l. 6. gloss. 4. tit. 4. pag. 3. Menoch. num. 9. Molin. sup. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 27. num. 28. ubi quod non egent successoris Principis confirmatione. Idem de patrono Fisci scribit Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 8. & generaliter de cunctis muneribus quæ Princeps confert ad suum placitum, seu quandiu voluerit.

12 Secunda conclusio: Quod Princeps concedit ad beneplacitum Dignitatis, morte concedentis non perit. Pat. Molin. num. 12. Sanch. num. 49. Farinac. n. 74. Tusch. num. 29. Mascard. num. 1. Menoch. num. 7. Caroc. num. 6. Barbosa cum aliis num. 5. quod non obtinet in inferioribus dominis, nam si preponant suos Magistratus ad beneplacitum dignitatis, velut Ducatus, aut Comitatus, illo obeunte, expirat potestas iudicium, quia nihil valent disponere in tempus successoris, nec ei præjudicare. Molin. d. cap. 25. num. 4. Mastrill. sup. lib. 4. cap. 17. à n. 22.

13 Illud verò valde controversum est (ut inquit Pat. Molin. numer. 13. Barbosa numer. 7.) si gratia fiat ad beneplacitum Romani Pontificis, aut Regis, utrum eo moriente qui contulit, extinguatur illa? De qua quæstione plures consulendos proponit Barbosa. D. Covar. in ea residet opinione, ut per obitum concedentis expiret concessio, cui accedunt Pat. Molin. num. 14. Valasc. num. 7. Tusch. num. 30. Contrà sentit Menoch. ubi proximè, Mascard. cum aliis numer. 3. Mihi quidem distinguendum videbatur pro hujus diffidii conciliatione; nam aut ipse concedens, velut Papa, ea clausula utitur ad beneplacitum Romani Pontificis; aut, alius, ut Legatus, sive Prorex (quam differentiam adnotant Valasc. & Molina ubi proximè.) Posteriore casu D. Covar. opinio magis placet: priore probabilius censeo, gratiam non extinguere obitu concedentis, quoniam dispositio ad dignitatem refertur; etenim si ad personam propriam reservare voluisset beneplacitum, diceret utique, *Quandiu voluero*; aut, *Ad meam voluntatem*: & hic est naturalis, ac consuetus loquendi modus. At dum inquit, *Ad beneplacitum Romani Pontificis*, mentem patefecit, quod non meminit personæ, sed dignitatis, quæ sicut non moritur, ita nec gratia expirat donec retractetur. Vide Farinac. sup. ex n. 107.

14 Quando beneplacitum refertur ad aliquem, expresso nomine, ac dignitate, an gratia extinguatur morte? disputatur. Vide Barbof. d. claus. 3. num. 6. Caroc. d. quæst. 12. ex num. 9. in præmissis maximè observare oportet circumstantias, causarum favorem, consuetudinem, ac conjecturas ex quibus animus concedentis dignoscatur, cui standum erit, ut post nostrum Præsidentem monet Molina d. disp. 298. num. 14. Sciendum est, quod beneplacitum habentis officium, aut dignitatem, ut Legatus, vel Judex, expirat si suo munere fungi desierint: nec mors naturalis expectabitur, quamvis ad personam dispositio respiciat; ut si Magistratus in exilium miserit reum ad suam voluntatem. Tusch. d. concl. 89. n. 2. & 5. Farinac. cum pluribus sup. verb. Bannitus, num. 77. Caroc. num. 7. Mascard. num. 30.

Ad Num. 3.

15 Quando actus, ut subsistat, ac perseveret, non pendet à voluntate alterius, quamquam ab eo possit liberè revocari, hoc decedente, ille non

expirat, ut jurisdictione, precarium, & alia. Hæc præter D. Covar. observant Pat. Molin. sup. n. 10. Barbosa collect. cap. Si delegatus, num. 4. de offic. delegat. in 6. Farinac. fragm. crim. verb. Bannitus, num. 75. Pichard. in §. fin. num. 10. Inst. de locat. Mascard. d. concl. 188. n. 8. Caroc. sup. n. 12. Menoch. d. q. 69. n. 12. & 13. Valasc. de jur. emphyt. q. 34. n. 3. Azor Inst. Moral. part. 3. lib. 7. tract. de precar. cap. 3. vers. At dices. Tusch. de concl. 89. num. 21. cujus resolutionis ea redditur potissima ratio, quod ex morte non inducitur revocatio. Farinac. & Menoch. ibidem, Mascard. num. 25. imò impossibilis efficitur, cum defunctus nec velle, nec nolle jam habeat, l. 1. C. de sacros. Eccles.

Ibi: Hinc etiam constat.

Relegatus, aut bannitus, donec iudex revocet, 16 vel aliud jubeat, non eximitur à poena per mortem, aut remotionem ab officio damnantis, de quo Farinacius, & Menochius, Mascardus n. 8. Clar. §. fin. q. 71. n. 16. qui asserit, apud eos exilium non finire, etsi ad beneplacitum iudicis imponatur, in quo tamen contrarium est communiter receptum. Farinac. sup. num. 74. & 103.

Illud præmissis addendum, quod si concessio 17 fiat ad beneplacitum, morte civili concedentis non perit. Caroc. d. quæst. 12. num. 4. sicut nec amantia, seu furore Pat. Molin. num. 15.

Ad Num. 4.

Quando aliqua dispositio ita in voluntatem 18 alicujus confertur, ut ab ipsa consistentia, ac perseverantia concessionis, sive contractus proveniat, veluti si dicatur, *Ad beneplacitum, Donec voluerit, seu placuerit*; tunc per mortem illius concessum, vel conventum expirat, quoniam deficiente voluntate, subsistere nequit quod pendet ab illa. Ita tenent laudati sup. num. 11. Morientis enim voluntas nec mutata præsumitur, ut prædocuit D. Covar. sup. num. 1. nec perseverare intelligitur. Menoch. lib. 6. præf. 84. num. 17. sed profusus extinguatur, ideo quod absque voluntate concedentis procedere non valet, per mortem evanescit.

Ibi: Nec oberit huic communi sententia.

Voluntas, dum quisque vivit, quamquam usus 19 ejus suspendatur dementia, somno, vel ebrietate, perseverare creditur: at post mortem nulla est. Vide sup. n. 10. & 17. & Azor. ubi proximè.

Vers. Primum vera interpretatio.

Jurisdictione delegata, re integra per obitum 20 delegantis expirat. Sed si delegatus uti coeperit mandato ulterius procedere non prohibetur, cap. Relatum 19. cum seq. de offic. deleg. l. 21. tit. 4. p. 3. l. Et quia 6. de jurisdic. omn. judic. late Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 28. à n. 30. Castill. controversiar. lib. 2. cap. 29. & alii apud Barbof. collect. d. cap. Relatum. Quod si causa committatur ad beneplacitum delegantis, & hic iudicio pendente decesserit, delegatus à cognitione debet abstinere: secus si committatur causæ donec revocaverit delegans; nam istius obitu non cessat jurisdictione, re non integra, cap. Si delegatus 7. de offic. delegat. in 6. ubi Barbosa collect. numer. 4.

Igitur in casu hujus textus, si subdelegatus non incepisset jurisdictionem exercere cum delegatus obiit, indistinctè quomodolibet mandata esset, extingueretur, & distinctio formæ commissionis duntaxat locum habet quoties jam cognitionem causæ inchoavit, ut D. Covar. docet, cui accedit Molin. *d. disp.* 298. *num.* 16. Ratio est, nam delegatus antequam cognoscere incipiat, propriam jurisdictionem nullam obtinet, nisi delegantis, quâ utitur, *l. 1. §. Qui mandatam, ff. de offic. ejus cui. mand. est. jurisd.* ideo eâ extinctâ per mortem delegantis, delegatus caret prorsus potestate judicandi: quod non provenit ex defectu voluntatis delegantis, sed ex juris dispositione; nam etsi ipse vellet, non posset concedere, ut delegatus de causa cognoscere cœpisset, postquam ille decessisset. Illud maximè controvertitur, si delegans, aut subdelegans moriatur, re integra, an subdelegati jurisdictio extingatur? De quo fusè Sanch. *d. disp.* 28. *d. num.* 35.

Verf. Secundò hinc etiam.

- 21 Mandata jurisdictio ad beneplacitum, vel quantum voluerit delegans, finitur si hic moriatur, etiam postquam delegatus uti cœperit, ut jam insinuavimus numero proximo: alioqui nihil ea clausula operaretur, cum ex natura delegationis morte delegantis, re integra, expiret mandatum, sicut mox præmissi.

Verf. Tertio ex his colligitur.

His conveniunt tradita *sup. num.* 17. & 19.

Verf. Quarto.

- 22 Precarium concessum expressè ad beneplacitum concedentis, istius morte extinguitur adversum ipsius contractus naturam: ut prædixi *numer.* 9. Pat. Molin. *numer.* 10. Valasc. *de jur. emphyteut. quest.* 34. *num.* 4. Mascard. *de probat. conc.* 188. *num.* 24. Pichard. *in §. fin. num.* 10. *Inst. de locat. & cond. Caroc. de locat. rubric. de successor. q.* 7. *num.* 15. ubi de locatione, Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 7. tract. de precar. cap. 8. verf. Secundus casus. Tusch. lit. P, concl.* 472. *n.* 23. Osuald. *lib. 14. cap. 34. ad fin. Trullench. in Decalog. lib. 73. cap. 25. dub. 2. nu.* 12. Bonacina *tract. de contract. disp. 3. quest. 14. punct. unic. Hermosilla in l. 9. gloss. 1. num.* 23. *tit. 2. p.* 5. Fab. *in rational. l. 4. ff. locat.* Dissentit nostri Præsidis sententiam & interpretationem impugnans Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quest. 69. ex n.* 18.

Verf. Etenim Jureconsultus patientiam.

- 23 Hæc, inquam, displicent Menochio, qui aliter legem 4. *locat.* exponit subtiliter: sed à D. Covar. & communi nos removere non debet. Illud sciendum est, quod precarium solvitur decedente eo qui rogavit; nam cum sit beneficium personale, extinguitur cum persona, *l. Cum precario 12. §. 1. ff. de precar. cap. ult. de precariis, Tusch. num.* 22. Molin. *n.* 8. Trullench. & Fab. *ubi proxime, Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 23. cap. 2. num.* 15. Barbosa *collect. d. cap. ult. n.* 3. Cujac. *ad tit. de precariis, Azor. d. cap. 3. in princ.*

Ad Num. 5.

Hanc interpretationem ad *l. Lucius 33. de do-24 nat.* amplectitur Azor. *sup. verf. At dices, Menoch. d. q.* 69. *n.* 22. qui genuina apparet, nam illa verba, *Ex mea voluntate*, explicant affectum animi, quo beneficium illud conferebatur, sed non restrictionem ad beneplacitum concedentis. Sic apud nos de stylo Tabellionum, cum aliquid conceditur aut donatur, dici solet, *Ex mea libera & spontanea voluntate.*

Ibi: Fortassis quibusdam.

Hanc opinionem tuentur Menoch. *d. quest. 19. d. n.* 18. & alii quos refert Mascard. *d. concl.* 188. *n.* 22. Sed à priore non est recedendum.

Ad Num. 6.

Quamquam de Juris rigore, & contractus natura, statim ac concessum est, possit precarium revocari, Cujac. *ad d. tit. de precariis*, ex æquitate tamen aliquid temporis labi debet Judicis arbitrio inter concessionem, ac revocationem precarii, nisi rationabilis causa, aut necessitas superveniat, quæ celerem exigat rei repetitionem, sicut in mutuo receptum adnotavimus *sup. n.* 7. Ita cum D. Covar. sentiunt Molin. *d. disp.* 298. *n.* 2. Valasc. *d. q.* 34. *num.* 2. Capyc. *decij.* 116. *n.* 5. Barbosa *collect. ad tit. de precariis, in princ. n.* 4. Hermosil. *d. gloss. 1. num.* 8. Ant. Gom. *in l. 45. Taur. n.* 100. *ad fin. Osuald. lib. 14. cap. 34.* Sed & quandoque revocetur precarium, id fieri debet sine gravi incommodo possidentis precario, concessio tempore, ne ex subita, ac celeri repetitione nimis gravetur. Quod ita admittendum, nisi ex dilatione restitutionis simile detrimentum, dominus pateretur. Consule pronuper laudatos, Navar. *in Manuali, cap. 17. n.* 182. Azor. *d. tract. de precar. cap. 2. verf. Si dubium, Parlador. different. 134. num.* 5.

Ad Num. 7.

Ulpianus *in l. 1. ff. de precar.* inquit precarium fore commodato simile: quod ita verum est, ut sæpe dubitari contingat, qualis ex his contractibus fuerit celebratus: quod ut discerni possit, communiter est recepta Panormitani distinctio, quam hic refert, D. Covar. ac tenet Tusch. *dict. concl.* 472. *n.* 8. & 9. Azor. *d. tract. de precario, cap. 2. verf. Quomodo queritur, Molin. de just. & jur. disp.* 294. *num.* 5. Parlador. *different. 134. d. princ. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 7. num.* 1. *verf. Et ex prædictis, Hermosil. d. gloss. 1. ex num.* 10. Barbosa *sup. n.* 5. Mazzius. *de contract. tit. de commod. §. de substantial. commod. num.* 16. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 9. tit. 3. num.* 1. Cardos. *in praxi judic. verb. Commodatum, & verb. Precarium.* Igitur ubi res conceditur ad usum, qui ex sui natura, veluti equus ad eundem Hispaniam, vel ex temporis præfinitione, ut ad semestre, habet terminum certum, ac limitatum, commodatum contrahitur, quod extinguitur itinere peracto, vel tempore transacto, & tunc dominus repetet rem, quam antea nequibat.

Ast ubi res traditur ad usum absque limitatione certi finis, aut temporis, sicut equus ad equitandum; precarium erit; nam facultas revocandi remanet penes concedentem, alioqui equus nunquam

quam repeti posset à recipiente, nisi ultrò restituat, cùm actus equitandi non finiatur nec ex sui natura, nec ex temporis limitatione, quæ adjecta non est. Nec refert quod precarium ad certum tempus possit concedi; nam ubi constat precarium esse celebratum, illa pactio apposta naturam contractus non immutat, sed juxta eam intelligitur, ita ut adhuc intra terminum concessionis liceat domino revocare, sicut prænotatur *sup. n. 8.* aliàs si de contractu dubitaretur, censeretur commodatum, ex præmissis.

Ibi: *Hæc enim discriminis ratio.*

28 Quoties patet, qualem contractum voluere contrahentes celebrare, voluntati eorum standum erit; & si pacta contra substantiam ejus addiderint, ipsa rejiciuntur, manente contractu, qui tamen ita demùm in alium transferri posset, si nec verba, nec mens agentium resistent. *Parlador. num. 4.* Sic pactio de non revocando à precario repellitur, ut dictum est *sup. num. 6.* & regulariter, pacta adversus substantiam contractus, aut excluduntur, aut eum faciunt in alium transire. *Mantic. sub. lib. I. tit. 12. num. 22.*

29 Sunt præterea & aliæ differentię inter precarium & commodatum, quia commodatarius non possidet, sed qui precario accipit, naturalem nanciscitur possessionem, *l. Rei commodatæ 8. ff. comm. l. Officium 9. §. fin. de rei vendicat. juncta l. 2. §. fin. l. Precaria possessio 9. l. Cùm precario, §. I. ff. de precario.* Observant *Ant. Gom. d. cap. 7. num. 2. Hermos. sup. num. 12. cum seqq. Azor. de cap. 2. vers. Quarto queritur, Molin. disp. 298. num. 5. Osuald. sup. d. lib. 14. cap. 34.*

30 Alia inter eos contractus notatur diversitas; nam precario possidens de dolo, ac lata culpa solum tenetur, *l. Questum 8. Si servitute, ff. de precario, l. Contractus 24. de reg. jur. commodatarius verò regulariter etiam levissimam culpam præstat, l. Si ut certo 5. §. Nunc videndum, l. In rebus 18. ff. commodat. l. I. §. Is quoque, de action. & oblig. Molin. de just. & jur. disp. 295. num. 1. & disp. 298. num. 7. Hermosilla de gloss. 1. num. 21. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 23. cap. 1. num. 10. & cap. 2. n. 14.*

31 Tandem differunt, quoniam precarium intercedit morte illius, cui concessum est, ut tradidimus *sup. num. 23.* commodatum verò progreditur ad hæredem commodatarii, à quo res commodata extorqueri nequit ante expletum usum, cui fuit concessa, ut colligitur *ex l. In commodato 17. §. Sicut, ff. commod. Hermosil. cum aliis in l. 9. gloss. 1. num. 22. tit. 2. p. 5.*

Ad Num. 8.

32 Qui utitur re sibi commodata aliter quàm est concessa, vel ultra tempus concessum, domino invito, furti actione tenetur, *l. Si ut certo 5. §. Quinimò, ff. commod. l. Qui re 78. de furt. l. 3. tit. 14. p. 7. Molin. sup. num. 6. Azor. Inst. Moral. part. 3. lib. 7. tract. de commod. cap. 5. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 7. num. 37. Farinac. in prax. q. 169. num. 5. Pichard. in §. Furtum autem, num. 2. Inst. de obligat. quæ ex del. nasc. Mynsinger. ibidem, num. 7. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 23. cap. 1. num. 9. Donell. lib. 15. cap. 29. Hermosilla in l. 3. gloss. 7. num. 7. tit. 2. p. 5. Ant. Fab. in ration. ad d. l. Si ut certo, §. Quinimò, Jul. Pacius de contract. tract. de commodat. cap. 11. num. 44. Cardos.*

in prax. judic. verb. Commodatum, Leotard. de usur. quæst. 34. n. 6. Gutier. Practicar. lib. 4. quæst. 47. n. 26. Menoch. de arbitr. casu 298. n. 1.

Idem dicendum de eo, qui re apud se deposita 33 similiter utitur, *d. l. 3. Partit. d. l. Qui re, §. Furtum autem, Instit. de oblig. quæ ex del. nasc. Lessius lib. 2. cap. 27. n. 5. Molin. disp. 524. n. 1. Farinac. sup. n. 3. Donel. Pichard. Mynsinger. ubi proximè, Petr. Gregor. sup. lib. 37. cap. 1. n. 8. Leotard. q. 96. num. 7. Cujac. in l. 2. §. Re contrahitur, de oblig. & action. Caroc. de deposit. part. 1. rubric. Usus, n. 1. Gutier. loc. cit. Oinotom. in §. Furtum. autem, Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. Azor. sup. tract. de deposit. cap. 6. vers. Quarto non potest. Quod ita verum est in deposito regulari; nam si pecunia non obsignata, vel alia res pondere, numero, vel mensura consistens custodiæ tradatur, ita ut depositarius tantumdem reddere obligetur, cùm dominium in recipientem transeat, eisdem rebus liberè uti poterit. *Farinac. cum aliis n. 4. Cujac. sup.**

Similiter actione furti convenitur creditor, si 34 re pignori accepta adversus debitoris voluntatem utatur, prænotavi *sup. cap. 1. n. 28.* & ibi laudatis junge Cujac. Donell. Oinotom. Pichard. Petr. Gregor. ubi proximè, Farinac. n. 2.

Si quis autem ex præfata causa furti damnetur, 35 juris infamiam contrahit, prout cæteri omnes eo crimine damnati, *L. Athletas 4. §. ult. de iis qui not. infam.* Sed ut commodatarius, & similes hac famosa actione teneantur, mala fides, & dolus debet intervenire, aliàs si depositarius re utatur deposita bona fide, putans quod dominus si rogaretur, concederet usum, de furto conveniri nequit, quamvis falleretur, & dominus postea contrariam patefaceret voluntatem, nam ut inquit Justinianus, furtum sine affectu furandi non committitur, *§. Furtum autem, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Farinac. d. q. 169. n. 10. & latè q. 174. ex n. 141. Pichard. in §. 1. n. 28. cum. seqq. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. Donell. lib. 15. cap. 29. Oinotom. in §. Placuit, Inst. eod. tit. Menoch. ubi sup. Hæc pariter observanda quoad illum, qui incio domino, propria autoritate rem alienam capit ad usum, Farinac. cum pluribus d. q. 174. n. 141. cum seq. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 5. n. 1.*

Queritur an in depositario, & similibus bona 36 fides præsumatur, & quod crediderunt dominum consentire? & ubi uterentur re ad usum, ad quem est destinata, & dominus ea uti solebat, dolus intervenisse non præsumitur, tametsi reus stultam, ac frivolam rationem suæ credulitatis reddidisset. *Farinac. d. q. 174. n. 145. & in dubio non est doli præsumptio admittenda, l. Dolum 6. C. de dol. prædixi sup. lib. 2. c. 14. n. 53. & cum actus licitè, vel illicitè fieri potest, eo modo qui licet exercitus intelligitur, l. Merito 51. ff. pro socio, ubi ad rem mirabilis textus. His accedit, quod cùm bona fides pendeat ab animo utentis, per assertionem, ac jusjurandum ejus rectè probatur, ut per Mascard. de probat. concl. 84. ex num. 5. Ita cum D. Covar. sentiunt præter Farinacium ubi proximè, Gutier. Practicar. lib. 4. q. 47. num. 25. Molin. d. disp. 295. n. 6. Greg. Lop. in l. 20. gloss. 2. tit. 13. p. 5. Igitur si non constiterit, quod commodatarius, ac cæteri scienter contra domini voluntatem rebus sibi traditis usi sunt, furti damnari non debent. Aliud juris est quoad illud, qui propria autoritate rem alienam capit ad usum; nam contra ipsum præsumitur, nisi probet, ex tacito domini consensu præsumptorem percepisse, qua egebat ad usum. *Farinac. d. q. 174. n. 145. & 148. Menoch. sup. n. 5.**

Qui-

37 Quinimò tametsi ex circumstantiis liquido appareat; creditorem, & similes re invito domino usos fuisse, juris severitas sic per judicem temperari debet, ne ex his causis reos furti damnet, ac infamia afficiat, sed arbitrariam pœnam benignè irrogabit; nam hujusmodi furta non sunt turpia, sicut cætera, nec Reipublicæ nociva, nec apud honestos viros propter excessum fama denigratur nec talia furta computantur ad pœnam corporalem pro secundo, aut tertio ex statuto, vel consuetudine imposita, sicut præmissi *sup. lib. 2. cap. 9. num. 84.* Sic, nostro Præsidente duce, tenent Farin. *num. 145. & quest. 169. num. II.* Molin. *ubi proxime*, Gutier. *num. 26.* Tusch. *lit. F, concl. 553. n. 22. & 23.* ubi ait hujusmodi furta civiliter tantum coerceri, refert Farinac. *d. numer. II.* quod in praxi receptum videtur, nunquam enim percepti, commodatarius, aut depositarius criminaliter conveniri propter usum non permissum. Tamen quoad actionem civilem, & forum internum bona fides utentis non prodest quominus ad solutionem, ac restitutionem compellatur tam mercedis pro usu, quam damni, quod dominus fenserit, si res pereat, aut fiat deterior. Farinac. *cum aliis d. disp. 174. n. 145.* Molin. *sup. num. 5.* credulitas enim probabilis ab his non excusat, si verè domino invito, ad usum non concessum commodatarius devenit, aut creditor.

38 Illud tandem observandum; nam etsi commodatarius, & cæteri, de quibus loquuti sumus, mala fide rebus utantur alienis, credentes quod si dominus sciret, prohiberet, furtum non committunt, si verè dominus monitus præstaret assensum; hic enim plus valet quod in veritate est, quàm quod opinione: nec furtum intervenire potest, nisi invito domino res contrectetur. §. *Sed etsi credat, Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* & ibi Glossa verb. *Furtum, l. Inter omnes 47. §. Rectè, de furt.* Pichard. *in §. Furtum, num. 10.* *Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.* qui tamen adversus præcitatam Glossam tenet furtum committi, licet actio non detur. Sed Accursii sententia magis placet; nam qui laicum percuteret, quem clericum esse putabat, nec sacrilegium perpetraret, nec canonis excommunicationem incurreret: & qui mulierem solutam cognosceret, credens eam conjugatam, adulterium commisisse non censeretur, licet quoad forum poli ille pro sacrilego, & hic pro adultero habeantur. Nec his obstat lex I. §. *Divus Hadrianus, ad leg. Cornel. de scar.* quam in praxi minimè observari constat.

S U M M A R I U M.

- 1 *Dominium non acquiritur regulariter ex solo titulo, nisi interveniat traditio, Fallit in Beneficii Ecclesiastici collatione.*
- 2 *Ut proprietas Beneficii quærat, acceptatione opus est.*
- 3 *Limitatur.*
- 4 *Prælati post Beneficii collationem innovare non valet, adhuc ante acceptationem, nisi renunciatio, vel mors provisi præcedat, aut tempus ad acceptandum præfinitum in collatione præterierit.*
- 5 *Ampliatur ad institutionem ac electionem. Beneficii collatio non est mera donatio, ibid.*
- 6 *Beneficium conferri potest conditione, si vacat, ac etiam absolutè, etsi conferens, & provivus illud vacare ignorens.*

- 7 *Quas conditiones in collatione Beneficiorum adji-cere liceat.*
- 8 *Utrum electio sub conditione, quæ tacitè insti, subsistat.*
- 9 *De summi Pontificis potestate ad disponendum de Beneficiis Ecclesiasticis.*
- 10 *Pontifici liberum est quomodolibet Beneficia tribuere, quod Prælati inferioribus non licet.*
- 11 *Beneficium vacat per obitum provisi post acceptationem, etsi possessionem ingressus non sit.*
- 12 *Non vacat si ante acceptationem decedat is, cui collatum est, ex quo infertur observatio ad provisionem beneficii reservati.*
- 13 *Beneficium acceptari potest per procuratorem cum speciali mandato.*
- 14 *Ad resignationem, renunciationem, ac præsentationem, & regulariter in beneficialibus speciale mandatum procurator habere debet, non in judicialibus.*
- 15 *Laicus constitui potest procurator ad acceptandum beneficia, & alia spiritualia, & n. 18.*
- 16 *Collatio Beneficii facta excommunicatione etiam minore ligato, non tenet, nec subsequuta absolutio convalescit: sed acceptationem per excommunicatum fieri non prohibetur.*
- 17 *Utrum per illam acceptationem excommunicatus statim jus in Beneficio acquirat.*
- 18 *Laicus cum speciali mandato potest Ecclesiasticum Beneficium resignare, & etiam Regularis similiter pro alio acceptare, & resignare valet beneficia.*
- 19 *Si pro alio Beneficium acceptet nullum vel non sufficiens mandatum habens sequuta, ratihabitio provisi retrotrahitur ad tempus acceptationis.*
- 20 *Utrum provivus ratificans post tempus ad acceptandum præfinitum in collatione, acquirat beneficii proprietatem à die acceptationis per alium absque mandato speciali factæ, & num. seqq.*
- 24 *In Beneficiis ad prælationem inspicitur dies tituli, non possessionis: sed si de prioritare collationis non constet, attenditur possessio.*
- 25 *In occidentalibus Indiis Beneficiariis non solvitur stipendium, nisi de capta possessione constiterit.*
- 26 *Qui per vim occupat Beneficii possessionem, illud amittit: non sic ubi violenter Beneficii prædium, vel aliud apprehendat. Habens jus ad Beneficium ut præsentatus, id admittit, si propria autoritate administret, vel possessionem capiat, etsi vim nullam inferat.*
- 27 *Si quis spoliatur post adeptam legitime possessionem Beneficio Ecclesiastico, uti poterit interdicto Unde vi.*
- 28 *Utrum habens titulum possit propria autoritate capere beneficii possessionem? & n. 30.*
- 29 *Per investituram acquiritur provivso facultas ingrediendi propria autoritate beneficii possessionem.*
- 31 *Legatarius qui propria autoritate rem legatam apprehendit, an illam amittat?*
- 32 *Heredi quod juris remedium detur in legatarium qui propria autoritate legatum percepit.*
- 33 *Quis censeatur violenter possessionem beneficii capere, ut juris pœnas contrahat.*
- 34 *Utrum qui obtinuit victoriam in causa super Beneficio valeat propria autoritate ingredi possessionem non vacuum.*
- 35 *In beneficialibus quis intrusus vocitetur, & n. 36. & 37.*

- 38 Unum qui cum legitimo titulo possessionem Beneficii vacantem ingreditur, aliquam pœna sit dignus? & num. 40.
- 39 Facultatem mittendi in possessionem Beneficiorum quis habeat.
- 41 An ad capiendam Beneficii possessionem speciali mandato sit opus?
- 42 Per investituram ab habente potestatem conferendi Beneficii proprietas quæritur, sed non possessio.
- 43 Per possessionem acquiritur absque collatione Beneficii proprietas, si illa tradatur ab eo, qui habet illud conferendi potestatem.
- 44 Quibus modis possessio Beneficii quæri possit.
- 45 Vera possessio per actus fictos jure præscriptos acquiritur, de quibus remissivè.
- 46 Clavium traditione dominium, & possessio rerum, quæ sunt in horreo, vel taberna clausæ, transfertur.
- 47 Num opus sit, quod traditio clavium fiat apud ipsum horreum?
- 48 Beneficii possessio, ac cæterarum rerum per aspectum acquiri potest.
- 49 Per instrumenti traditionem possessio transfertur, & quod instrumentum tradi debeat, & n. 50.
- 51 Non est necesse, quod res sit præsens, cum instrumentum traditur.
- 52 Si propter impedimentum non sit tutum accedere ad locum, unde Ecclesia Beneficii prospici queat, possessionem ubicunque per aliquod signum tradi permittitur.
- 53 Capta possessione in Ecclesia, vel domo Beneficarii, aut per clavium traditionem, omnium quæ ad Beneficium spectant, possessio sine apprehensione comparatur.
- 54 Apprehensione unius prædii, vel alterius rei ad Beneficium pertinentis non acquiritur possessio cæterarum rerum, etsi Beneficiarius id intendat: & quoad non apprehensa non competunt ei remedia possessoria, quæ dantur possidenti.

C A P U T XVI.

Ad Num. 1:

EX titulo emptionis, donationis, vel alio quovis regulariter dominium non acquiritur, nisi sublequatur traditio, sed jus tantum ad rem interim comparatur, l. 6. Si ager § 1. de rei vindic. l. Traditionibus 20. C. de pact. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 3. n. 17. Lessius eod. tract. lib. 2. cap. 3. n. 12. Pichard. in §. Utique tamen, n. 5. & 6. Inst. de empt. & vend. & cum aliis adnotavimus supra, lib. 2. c. 19. n. 5. Inter alias exceptiones, quibus præfata regula restringitur, præcipua censetur collatio Ecclesiastici Beneficii, per quam acceptans jus in re, ac proprietatem statim quærit, non expectata possessione. Card. Tusch. lit. C, concl. 433. n. 4. Molin. disp. 2. n. 8. Lessius n. 16. Garcia de Benefic. part. 4. cap. 2. n. 1. Vivian. in praxi juris patron. lib. 13. cap. 2. n. 10. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 15. §. 1. num. 15. Barbosa collectan. cap. Si tibi absenti, num. 4. de præbend. in 6. & alii apud me d. cap. 19. num. 20. Hinc ante adeptam possessionem beneficium poterit permutari. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 9. n. 9. Beneficiarius suos fructus facit, & ad penam Divini Officii tenetur. Lessius sup. cap. 34. num. 167. Navar. de Oration. cap. 7. num. 27. & 28. Garcia sup. part. 2. cap. 1. d. num. 92.

2 Ut autem illud jus proprietatis comparetur, D. de Faria Novæ Addis. ad Covar. Tom. II.

acceptatione opus est. Tusch. num. 14. Flamin. de resignat. benefic. lib. 10. quest. 8. d. num. 5. Barbosa n. 3. Molina & Vivian. ubi sup. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 36. num. 4. D. Frass. de Reg. patronat. Indian. cap. 24. n. 1. Garcia d. cap. 2. n. 1. & cap. 3. n. 15. ubi quod ante acceptationem solum competit jus ad rem. Tondut. quest. Benefic. part. 2. cap. 4. §. 6. num. 54. Ricc. in Cur. Archiep. Neap. part. 2. decis. 41. n. 2. In praxi tamen observatur, quod provisorius actualem possessionem Beneficii apprehendat, ita ut dubium sit num ante possessionem liceat administrare: quod ex loci consuetudine definitur. Vivian. n. 4. & 14. vers. Sed praxis.

Nonnunquam absque acceptatione collationis 3 jus in beneficio quæritur, cum scilicet poscenti certum Beneficium sine pensione, aliove gravamine conceditur. D. Frass. cum aliis dict. cap. 24. num. 16. sufficit enim præcedens assensus precibus explicitus, qui persistere præsumitur, nisi de mutatione voluntatis constiterit, juxta præmissa sup. cap. proximo, n. 10.

Ibi: Addit præterea Summus Pontifex.

Præfatus, qui Beneficium contulit, aut ejus 4 successor, nequeunt innovare, nec retractare collationem, aut alteri beneficium idem conferre, nisi provisorius renunciaret, aut tempus ad acceptandum præfinitum præterierit, si terminus assignetur. Menoch. num. 9. 10. Sanch. ubi proximè, Barbosa sup. num. 8. Garcia d. part. 4. cap. 3. n. 41. Gonzal. sup. gloss. 26. num. 14. Flamin. de resignat. Benefic. lib. 10. q. 8. n. 9. Cald. Pereyra de potest. eligendi, cap. 6. num. 14. Gutier. Canoniar. lib. 2. cap. 11. n. 80. Lessius d. lib. 2. cap. 34. num. 51. Menoch. de arbitrar. casu 185. num. 47. Et secunda collatio, nisi prima sit extincta renunciatione, obitu provisi, vel termini lapsu, nulla prorsus habetur, etsi longè digniori fiat. Gutier. loco cit.

Ibi: Quod speciali quadam ratione.

De qua Sanch. Lessius, Menochius & alii ex 5 prælaudatis; nam etsi collatio Beneficii donatio sæpe nuncupetur, D. Frass. ex aliis cap. 11. n. 11. verè qui confert, minimè donat: tum quia jure tenetur ad collationem ratione officii, & quod eo cogente conceditur, non donatur, l. donari 29. de donat. tum quòd Episcopus per collationem nihil de bonis propriis detrahit, sed solum assignat, electa persona, cui redditus, & proprietas Beneficii cedere debeant, titulum, & jus per collationem tribuit juxta canonicas sanctiones, atque ut dispensatorem se gerit, non ut dominum. Ad rem est egregius textus in l. Unum ex familia 69. §. 1. ff. de legat. 2. ibi: Non enim facultas necessarise electionis, proprie liberalitatis beneficium est. Quid enim est quod de suo videtur reliquisse, qui quod relinquit omnino reddere debuit? Unde licet donans ante acceptationem liberè valeat liberalitatis actum revocare, ex quo nullum jus quæritur donatario; non tamen sic Præfatus Beneficii collationem, qua jus ad illud ex legis dispositione provisorius acquirit. Hucusque præmissa de collatione pariter procedunt in institutione, electione confirmata, & aliis titulis, quibus beneficia Ecclesiastica quærentur, de quibus Vivian. d. cap. 2. n. 10. cum seqq. Lessius d. cap. 34. d. n. 11. & alii, quos refert Garcia part. 4. cap. 1. n. 1.

R

Ad

Ad Num. 2.

6 Licet beneficium conferre sub conditione si vacat, etsi conferens, & provivus vacationem ignorent: quæ collatio statim evanescit, aut viribus subsistit, si verè vacet beneficium. Garcia cum pluribus *de Benefic. part. 8. cap. 2. num. 4.* Vivian. *in praxi juris patron. lib. 8. cap. 6. num. 25.* Barbosa *collect. cap. in Electionibus, num. 8. de election. in 6.* Zerola *in praxi Episcop. verb. Beneficia, vers. Secundum dubium, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. §. 1. num. 23.* Tusch. *lit. E, conclus. 82. nam. 6.* Villalob. *Ærar. comm. opinion. lit. C, n. 151.* Azor. *Instis. moral. p. 2. lib. 6. cap. 26. vers. Tertio queritur.* Imò subsistet collatio, eâ non expressâ conditione, de Beneficio quod an vacet, tam conferens, quàm is cui confertur, nescit, modò tunc Beneficium vacaverit. Tusch. *lit. E, concl. 82. num. 7.* Gonzal. cum aliis *sup. in proem. §. 5. num. 107.* Alioqui si non vacet, nullius erit momenti, quia omnis collatio, etsi à Pontifice fiat beneficii non vacantis, est irrita. Tusch. *lit. C, conc. 429.* Azor. *vers. Vacans.* Quod est verum ita ut nec promitti possit, *cap. 2. de concess. præbend. Azor. ubi proxime, Garcia part. 10. cap. 1. num. 1.* Pontifici tamen ex plenitudine potestatis licet beneficia conferre, cum vacaverint, *cap. Proposuit 4. de concess. præbend. ubi Barbosa cum pluribus num. 3. Garcia n. 3. Azor. loc. cit. D. Fraff. de Reg. patronat. Indiar. cap. 31. num. 56. videndus à n. 47. Consule Gom. ad reg. de verisimili, q. 1.*

7 Non solum præfata conditio, *Si vacat*, sed & aliæ similes, quæ tacite insunt, & ad præfens, vel præteritum tempus referuntur, collationem non vitiant (etsi hæc sub conditione fieri non possit, Azor. *d. vers. Secundò queritur*, Tusch. *lit. C. concl. 428. num. 9.* Garcia *part. 8. cap. 2. nu. 1.*) ut tenent Tusch. *n. 6.* Azor. *vers. Tertio queritur*, Garcia cum aliis *num. 4.* Idem erit de conditione de futuro, si tacite insit. Azor. *vers. Hæ enim conditiones*: quod limitat Garcia *n. 12.* Conditio etenim, quæ ex natura actus à jure subintelligitur, licet exprimat, illum non reddit conditionalem, *l. Cum ad præfens 37. de reb. credit. l. Conditiones extrinsecus 98. de conditionibus, & demonstrationibus.*

8 In electionibus tamen adhuc conditiones, quæ tacite insunt, *Si vacat*, si exprimantur, nullitatem inducere, *ex cap. 2. de elect. in 6.* cum D. Covar. sustinent Tusch. *lit. E, concl. 82. num. 1.* Barbosa *collect. d. cap. 2. n. 10.* Villalob. *ubi sup.* Dissentiant Vivian. *d. cap. 6. n. 26.* Emman. Rodrig. *question. Regular. tom. 2. quest. 51. art. 3.* Garcia cum aliis *num. 5. cum seqq.* omninò consulendus.

Ibi: Ipse verò Romanus Pontifex.

9 De potestate Pontificis quoad Ecclesiastica Beneficia agitur *in cap. 2. de præbend. in 6. Cl. m. 1. ut lit. pend. cap. Cuncta per mundum 17. quest. 3.* Et licet plures eorum Beneficiorum dominum dixerint, quos refert D. Fraff. *sup. cap. 23. num. 27.* verius tamen est, eorum dominium penes Christum Dominum specialiter residere, ut sustinet idem cum non paucis *n. 33.* Pontificem verò plenissimam obtinere administrandi facultatem, sicut plurimi docent apud ipsum D. Fraffum late agentem *ex num. 39.* Unde liberè de Beneficiis valet disporre adversus Canonicas constitutiones, modò juri divino, aut naturali non deroget. Azor. *d.*

cap. 26. in princip. Unde obiter inferitur quod Pontifex poterit collationem non acceptatam, ad libitum revocare, non refragante prohibitione dicti capituli, *Si sibi absenti, de præbend. in 6.* Post acceptationem verò secunda collatio non subsistet Beneficii non vacantis. Tusch. *lit. C, conclus. 429. num. 2. 4. & 6. D. Fraff. sup. cap. 31. num. 47.* Verùm si Pontifex vellet, posset ex certa scientia absque aliqua causa Beneficium etiam possidenti adimere ex plenitudine potestatis, & collatio alteri facta subsistet, licet hoc licitè non fiat. Azor. *d. part. 2. lib. 4. cap. 20. vers. Vigésimum quartum, Azeved. in l. 2. num. 10. tit. 14. lib. 4. Recopilar. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. proem. §. 1. num. 36.* Anton. Gabr. *commun. lib. 3. tit. de jur. quæsito non tollend. conclus. 1. à num. 9.* Gom. *ad reg. de non tollend. jur. quæsito, q. 1. vers. Putarem.*

Ex traditis constat, liberum esse Pontifici conferre beneficia sub qualibet conditione, etiam de futuro, modo, ad tempus, alternativè, aut copulativè, quanquam inferioribus Prælatibus prohibeatur, *cap. Pastoralis 42. 7. q. 1. cap. Veniens 5. de fil. presb. Azor. lib. 6. cap. 26. in princ. Vivian. sup. num. 28. Garcia part. 8. cap. 2. in fin. Barbosa collect. cap. 2. n. 8. de præb. in 6.*

Ad Num. 3.

Beneficium vacat per obitum illius, cujus est proprium (ita ut licet defunctus Beneficiarius vitæ restitueretur, nullum jus ad illud haberet. Barbosa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 57. num. 199.* Gonzal. *gloss. 15. num. 6.* Medicis *tract. mors omni. solv. num. 146.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 39. cap. 1. num. 14.* D. Fraff. *de Reg. patron. Indiar. cap. 23. num. 4.) cap. Susceptum 6. de rescript. in 6. cap. Presenti 34. de præbend. eod. lib. Lotter. de re Beneficiar. lib. 1. quest. 8. num. 19.* Barbosa *nu. 198.* Garcia *part. 11. cap. 2. num. 1.* D. Fraff. cum non paucis *num. 1.* Quod verum est, quamvis Beneficiarius post acceptationem, nondum suscepta possessione decedat, quia jam jus in re, & proprietatem quæsierat, ut prænotavimus. Garcia *part. 4. cap. 2. num. 14.* Carol. de Tapia *decis. 18. n. 8.* D. Fraff. cum aliis *n. 2.*

Sed si ante acceptationem obeat provivus, per illum mortem non dicitur vacare beneficium, quoniam nunquam obtinuit jus in illo, sed ad ipsum, sicut prædixi *nu. 2.* quod non sufficit ut per mortem inducatur vacatio. Garcia *part. 5. cap. 1. numer. 549.* Barbosa *collect. cap. Si sibi absenti, num. 7. de præbend. in 6.* Gonzal. *gloss. 15. §. 2. num. 1. 2. & 6.* ubi alii. Ex prælibatis igitur planè deducitur, quod D. Covarruv. hic docuit; nam si Pontifex Beneficium reservatum, ut quia in Curia vacavit, conferat, ita distinguere oportet; aut provivus acceptavit, vel non. Priore casu expirat reservatio, & collatio ad Ordinarium devolvitur, nec opus est, quod defunctus caperet possessionem. Posteriore iterum idem Pontifex reservationis virtute conferet, cum per mortem provivi non induceretur nova vacatio, sed antiqua cum qualitate reservationis persistit, ac si collatio nulla præcessisset. Sic post alios observat Gonzal. *d. num. 6.* Tondut. *qq. Beneficial. p. 2. cap. 3. §. 2. n. 45.* Gratian. *discept. cap. 278. n. 28.*

Ad Num. 4.

Beneficii Ecclesiastici collatio potest per procuratorem acceptare ad id speciale mandatum habentem, non tamen desideratur individuale ad tale Bene-

Beneficium, fat enim est si constituatur procurator generaliter ad Beneficiorum acceptationem. Azor. *Institut. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 23. in fin.* Flamin. *de resignat. Benefic. lib. 10. quest. 8. num. 34.* Villab. *commun. opin. tom. 1. lib. 4. tit. 24. num. 15.* Barbosa *collect. cap. Si tibi absenti, n. 11. de præbend. in 6. ubi alii, Rebuff. in praxi benefic. lib. 3. tit. de proc. ad resignat. constit. num. 10. & 11.* Garcia *de benefic. part. 1. cap. 6. num. 48.* ubi quod potest ex mandato ad acceptanda Beneficia, etiam curata, & dignitates admittere Rebuff. *sup. n. 12.* Nec sufficit mandatum cum libera, Barbosa *clausula 35. n. 41.* ubi alii.

Ibi: *Idem equidem obtinet.*

- 14 Ad resignationem Beneficii speciale desideratur mandatum. Flamin. *lib. 9. cap. 7. num. 9.* Rebuff. *num. 10.* Barbosa *tract. de claus. 35. num. 39.* Cardolo *in Praxi judic. verbo Procurator, num. 40.* Tusch. *lit. M, concl. 52. num. 40.* Quem procuratorem minor absque curatoris autoritate valet constituere Vivian. *in Praxi jurispatron. lib. 13. cap. 10. num. 47.* Regulariter in beneficialibus, ut præsentatione, renunciatione, & aliis, mandatum generale non sufficit. Tusch. *num. 39.* Barbosa *collect. d. cap. Si tibi, num. 13.* Gratian. *disceptat. cap. 66. num. 35.* In iudicio tamen super re spirituali procuratorem cum generali mandato audiendum opinatur Mandosius *ad Lap. allegat. 78. verbo Beneficialis,* quem refert Gratian. *num. 36.* ubi quod in praxi Romæ servatur.

Ibi: *Illud profectò hac in questione.*

- 15 Laicus constitui potest procurator ad acceptanda Ecclesiastica Beneficia. Tusch. *lit. A, concl. 69. num. 3.* Azor. *ubi proximè, Flamin. d. lib. 9. q. 13. num. 19.* Rebuff. *sup. num. 17.* Barbosa *collectan. cap. 1. num. 3. de procurat. in 6. & regulariter Laicus in spiritualibus procurator admittitur, d. cap. 1. de procurator. Vivian. in praxi jurispatron. lib. 11. cap. 1. num. 1.*

Ibi: *Nam est Beneficium conferri.*

- 16 Collatio Beneficii si fiat excommunicato, non tenet, cap. *Postulasti 7. de Cleric. excommunic. ministrant.* ubi plenissime plurimis laudatis, Barbosa *in collect. quod verum est adhuc si quis minore innotetur excommunicatione.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 58. num. 25.* ubi alii. Sed si ille, cui jure Beneficium confertur, deinde in excommunicationem inciderit, collationem valebit acceptare. Tusch. *sup. num. 1.* Gonzal. *num. 26.* Lessius *de justit. & jure, lib. 2. cap. 34. num. 118.* Azor. *lib. 6. cap. 7. vers. Secunda opinio, Garcia de Benefic. part. 7. cap. 13. num. 35.* Flamin. *de resign. Benefic. lib. 10. q. 8. num. 39.* Ricciul. *de jure person. extra grem. Eccles. existent. lib. 4. cap. 10. ex n. 1.* Barbosa *cum pluribus collectan. cap. Postulasti, num. 21. de cleric. excomm. ministr.* Collatio autem facta excommunicato per abolitionem non convalescit. Tondut. *99. Beneficial. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 2. ex num. 2.* D. Covarr. *in cap. Alma mater, n. 2. versic. Septimò idem respondendum, de sentent. excommun. in 6. & alii apud Barbolam n. 10.*

Ibi: *At idem esse in excommunicato.*

Communem sententiam Præses noster sic intelligit, ut acceptatio subsistat, jus tamen non acquiritur in beneficio excommunicatus, donec absolvatur, quia incapax censetur acquirendi rem spiritualem. Cui assentitur Lessius *sup. doctissimus P. Suar. de censur. disp. 24. sect. 2. num. 15.* quod quidem verius videtur: attamen sustinendo communem, quam probabilem, ac praxi receptam proficetur Lessius, respondet Garcia *num. 41.* ad objectionem quod per acceptationem nullum jus quæritur excommunicatus, sed per collationem tempore habili factam sub conditione sine qua non, si acceptaverit; & hoc, præstito consensu per provisum etiam excommunicatum.

Ibi: *Proximè dictis accedit.*

Laicus procurator admittitur ad resignationem Ecclesiastici Beneficii cum speciali mandato. Azor. *lib. 7. cap. 20. vers. Tertio quæritur.* Rebuff. *in praxi Benefic. tit. de procur. ad resign. constit. num. 10.* Flamin. *lib. 9. q. 3. num. 12.* Barbosa *collect. Clem. unic. num. 9. de renunciat. Bonacola commun. opin. lib. 1. tit. 10. num. 14.* Vivian. *sup. lib. 11. cap. 1. num. 1.* Regularis quoque ad acceptandum, vel resignandum Beneficia idoneus censetur procurator, ut Azor. ac Rebuffus observant.

Ad Num. 5.

Si quis absque speciali mandato, aut nullo pro absente Beneficium acceptet, sequuta provisum ratihabitio retrotrahetur, ita ut jus in Beneficio illi à die acceptationis acquiratur. Azor. *p. 2. cap. 23. in fin.* Rebuff. *sup. num. 14.* nam regulariter, nisi tertio læsio inferatur, retrotrahitur ad tempus actus, qui ratificatur, atque mandato æquiparatur, quod fingitur ab initio intervenisse, de quo latè Card. Tusch. *lit. R, conclus. 20. & 21.* Barbosa *collect. cap. Ratihabitioem, de reg. jur. in 6. & alii plures, quos ipse refert axiom. 197. num. 17.* quæ locum obtinent etiam in illis actibus, quibus speciale desideratur mandatum. Tusch. *dicta concl. 20. num. 5.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 10. q. 8. num. 38.* Barbosa *in d. collect. n. 13. & in cap. fin. n. 3. de jure jur. in 6. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de procur. resol. 9. n. 2.*

Ibi: *Cum Prælati Beneficium absenti.*

Solet in collatione Beneficiorum tempus præfiniri, ut infra illud provisum acceptare teneatur, quo transacto, licebit Episcopo conferre alteri, quod alias agere non posset ante voluntatis declarationem, juxta caput *Si tibi absenti, de præbend. in 6.* de quo *sup. num. 4.* Inde quæritur, si Prælati conferat absenti Beneficium cum clausula, ut intra duos menses acceptet, & quidam absque sufficiente mandato statim acceptet absentis nomine, utrum hic post bimestre valeat acceptationem tertii habere ratam? Negativa sententia suadet ex eo quod ratificatio fieri debet intra terminum præscriptum actui, qui ratificatur, l. Bonorum 24. ff. *rem rat. haber.* Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, num. 83.* Salgad. *de Reg. protect. p. 2. cap. 2. num. 2.*

num. 67. Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. R. n. 2.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. I. gloss. 10. num. 89.* Barbosa *collectan. cap. Quam sit, num. 11. de elect. in 6. & cum jam præterierit terminus à Prælato concessus, cessat facultas ratificandi, & ita sentire videretur D. Covar. quam pro hac parte laudavit Barbosa n. 12.*

21 Attamen nostri Præfulis mente seculò perpen-
sâ, oppositum est tenendum, quia cum doceat, post diem à Prælato statutam acceptationi, provisum acceptantem acquirere Beneficium, nisi alteri sit jam collatum, inficiari nequibit, quin & valeat acceptationem nomine suo factam ratam habere; toties enim ratihabitio subsistit, quoties actus, qui ratus habetur, geri possit. Salgad. *de retens. Bullar. pars. 2. cap. 17. num. 52. vers. Et quod ratificatio, Fachin. controversj. lib. 8. cap. 61. vers. Fundamentum est. Trentacing. variar. lib. 2. tit. de procurat. resol. 9. num. 6.* Igitur qui acceptare potest, ratificare non prohibetur, ut locus retrotractioni sit.

22 Non refragatur præmissum pro adverfa parte fundamentum, aliud enim est assignari terminum à jure, vel ab homine, ut post illum jus alicui competens excludatur, ut in appellatione, confirmatione canonicæ electionis, petitione bonorum possessionis, ac similibus; & aliud tempus adjicere, ut celerius actus expediatur, vel ob alium finem absque exclusione juris alterius. Priore casu verum est post lapsum diei definiti expirare facultatem ratificandi, quia jam actus ratificandus geri non potest, nec tempus prorogatur per eum, qui mandato legitimo caret. Unde cui agere principaliter non licet, nec ratificare licebit.

23 Posteriore casu, cum scilicet Prælatus certam præfinit diem ad acceptandum, non intendit excludere provisum, sed ad eum acceptandum citius astringit, ac præterea facultatem sibi parat, elapso termino, conferendi alteri idem beneficium, sicut jam prædixi: & dum collator suo jure non utitur, primò provisus sicut acceptare, ita & ratificare acceptationem potest; sed qui repudiavit, potest poenitere, re integra, & acceptare. Barbosa *in d. cap. Si tibi absenti, n. 16.*

Ad Num. 6.

24 In Beneficiis qui prior est titulo, potior est jure, nec possessio attenditur ad prælationem, prout adnotavi *sup. lib. 2. cap. 19. num. 20.* Sed si de prioritare tituli non constet, melior est conditio possidentis, etsi hic ab Ordinario, & alter à Pontifice impetraverit, *cap. Si à Sede 31. de præbend. in 6.* ubi Barbosa *collect. num. 1. & 4.* qui plures congerit.

Ibi: Quod si habens collationem.

25 De Beneficiario administrante ante captam possessionem, vide quæ præmissimus *sup. num. 2. in fin.* In his Indiarum provinciis stipendia, quæ ex regio patrimonio percipiunt Beneficarii curam animarum habentes, non aliter exsolvantur nisi de capta possessione constiterit, ut cavetur regio rescripto apud D. Frass. *de reg. patronas. Indiar. cap. 87. num. 3.*

Ibi: Etiam habentes canonicum titulum.

26 Is qui jus in Beneficio legitime obtinuit, sub

pœna illius amittendi prohibetur propria auctoritate, ac vi actualem capere possessionem. Lessius *de just. & jure, lib. 2. cap. 34. num. 187. vers. Decimoquarto, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 58.* Farinac. *in praxi, q. 175. n. 64.* Pontan. *de spol. lib. 1. cap. 9. à num. 91.* Garcia *part. 11. cap. 10. §. 3. à princ. & alii apud Barbof. collect. cap. Eum qui, num. 3. de præbend. in 6.* Ut autem præfata incuratur pœna, debet violentia intervenire in eum qui est in possessione, nec sat erit propria auctoritate ingredi possessionem, ut tenet Rebuff. *de pacif. possess. n. 286.* quem refert, ac sequitur Garcia *num. 212.* qui *num. 215.* docet, habentem jus ad beneficium, ut habet præsentatus, electus, illud amittere si capiat possessionem, aut se ingerat administrationi, quanquam vim non adhibeat. Pœnam dicti capituli *Eum qui,* non incurrit occupans violemter aliquod prædium beneficii, in quo jus habet. Barbosa cum aliis *ibi, num. 4.*

Ibi: Est tamen necessaria.

Ei, qui Beneficio Ecclesiastico violenter spoliatur, competit interdictum *Unde vi.* Rebuff. *in Praxi Benefic. tit. de rescript. ad Benefic. vac. n. 9.* quod verum habet post captam possessionem, alioquin etsi titulum obtinuerit Beneficiarius, & administret, eo remedio uti non valebit, ut docet D. Covar. *hic;* non enim in Beneficiis per actus administrationis acquiritur possessio, sed opus est superioris auctoritate. Rebuff. *ubi proximè, lib. 1. cap. 19. de requis. in lit. collat. num. 22.* Barbosa *ubi nuper, num. 3. in fin.* Hoc autem interdictum non datur, nisi civiliter, aut naturaliter possidenti; *l. 1. §. Hoc interdictum, & §. Dejicitur, de vi & vi arm.* Pichard. *in §. Recuperandæ num. 6. Inst. de interd. Donell. lib. 1. cap. 31. Anton. Gonn. in l. 45. Tauri, n. 181.*

Vers. Secunda igitur.

Quæstionis est, an qui obtinuit Beneficii canonicum titulum, possit propria auctoritate apprehendere possessionem, ut videre est apud Garciam *part. 4. cap. 2. ex num. 4.* qui pro utraque sententia laudatis pluribus, affirmantem tuetur. Negantem amplectitur cum D. Covar. & aliis Barbosa *collect. d. cap. Eum qui, num. 6.* ubi testatur quod solent literæ expediri exequutoriales, ut provisus per exequutorem in Beneficii possessionem inducatur. Contestatur Vivian. *in Praxi jurispatron. lib. 13. cap. 2. num. 14. vers. Sed praxis, & num. 5.* tradit formam possessionis capiendæ.

Ad Num. 7.

Pro enodatione præcedentis controversiæ sequentes casus D. Covar. distinguit. Primus, cum Prælatus conferens beneficium, habensque facultatem immittendi in actualem possessionem, præstat investituram proviso per pileum, vel signum aliud, & tunc censetur concessa facultas propria auctoritate ingrediendi possessionem, modò vacua sit. Rebuff. *sup. lib. 1. cap. 23. de miss. in possess. num. 6.* Barbosa *collect. cap. Auctoritate, num. 3. de Inst. ubi alii.* Imò controvertitur an per investituram possessio transferatur, ut ait Tiraquel. *tract. mors omn. solv. declar. 1. num. 5.* quod huic sententiæ adstipulatur, cui subscribent necessariò omnes absolutè tenentes, licere proviso possessionem propria capere auctoritate, quos refert, ac sequi-

sequitur Garc. *de cap. 2. num. 6.* Nihilominus in praxi receptum non habetur, teste Rebuffo *ubi proximè*, & adeo verum est, ut licet in exequutorialibus tribuatur facultas capiendi propria autoritate possessionem: stylus tamen Rotæ se habet in contrarium. Ludov. Gom. *reg. de triennali possess. q. 27. vers. Sic etiam & quinto.*

Verf. Secundus casus proponitur.

30 Qui legitimo titulo nixus possessionem vacuam propria autoritate occupat, non afficitur poenâ capitis *Eum qui 18. de præbend. in 6.* nec privatur jure quod obtinet in Beneficio. Rebuff. *d. cap. 23. num. 3. cum seqq.* Garcia *de Benefic. part. II. cap. 10. §. 3. num. 212.* Farin. *in Praxi, quæst. 175. n. 67.* Pro qua resolutione stant laudati per Garciam *d. n. 6. & adde tradita sup. n. 26.*

Ibi: *Autoritate Glossæ in l. ult.*

De hac glossæ opinione *in l. ult. C. Unde vi, videndus Farinac. num. 48. & 49. Menoch. de recuper. remed. 13. à num. 28.* non quidem sanctionis illius poenâ coercetur, si illicò se dominum docuerit rei, cujus vacuam possessionem autoritate propria apprehendit.

Verf. His præterea suffragatur.

31 Qui rem sibi legatam propria autoritate apprehendit, jus quod in illa habet, amittit, *l. Non est dubium 5. C. de legat.* quod restringitur cum hæres adhuc ipsius rei possessionem nactus non fuerat. Ant. Gom. *variar. lib. I. cap. ult. n. 10.* Argel. *de legit. contradict. q. 10. n. 74.* Menoch. *de recuper. remed. 5. num. 31.* Azeved. *in l. 3. num. 36. tit. 13. lib. 4. Recop. Farinac. d. q. 175. num. 339.* ubi plures, & apud Castill. *de usufruct. cap. 6. num. 19.* ipse tamen cum D. Covar. sentit, poenam legis de juris rigore locum habere etiam ante aditam hæreditatem, quibus accedit Azeved. *num. 34.* Sed in his tempus terere non oportet, cum hujus constitutionis & similibus severitas in desuetudinem abierit, ut præter Præsidentem nostrum observat Castill. *nu. 23.* Azeved. *in l. 1. num. 183. tit. 4. lib. 5. Recop.* tamen per istam recopilationis legem, correctam non esse quoad legatarium Imperialem legem, *Non est dubium*, adnotant Azeved. *ibi, Castill. num. 24.* Padilla *in l. Eam quam, num. 115. C. de fideicom.* De præfatis constitutionibus, & de lege *Si quis in tantam; C. unde vi*, fuse disserit Farinac. *d. q. 175. à princ.*

32 Quamvis legatarius non subjiciatur poenæ dictæ legis *Non est dubium*, secundum præmissa, competit tamen hæredi interdictum *Quorum bonorum*, ut illi res ablata de hæreditate restituatur, ut observant omnes proximè laudati: quod limitant aliqui ubi Falcidiæ locus non est. Peregrin. *de fideicommiss. art. 47. num. 6.* Argel. *sup. quæst. 7. num. 74.* Hippol. *Rimin. in princip. Institut. de donat.*

Verf. Oportet tamen prius.

33 Violenter ingredi possessionem Beneficii dicitur, quod poenam capitis *Eum qui, de præbend. in 6.* qui renuente, ac contradicente possessore, eam apprehendit, tametsi spoliatus ad resistendum non processerit. Farinac. *dicta quæst. 175. num. 64.*

Verf. Quod si quis lite.

Qui obtentâ sententiâ super Beneficio, litteras impetrat exequutoriales adversus possidentem, non prohibetur earum virtute possessionem propria capere autoritate, nisi possessor renitatur, quem expellere per se victori non licebit, etiam si præfata facultas in exequutorialibus concedatur, ut fieri solet Gutier. *Canoniar. lib. I. cap. 4. n. 28.* Farinac. *d. q. 175. num. 67.* & alii plures de praxi ista agentes apud Garciam *de Benefic. part. 6. cap. 5.*

Verf. Illud prætermittendum.

Intrusus est ille, qui absque justo, & legitimo titulo Beneficium Ecclesiasticum occupat, quod pluribus modis contingit, de quibus Rebuff. *in Praxi Beneficior. ad regul. de subrogand. colligant. gloss. 4. num. 4. cum seqq.* Garcia *part. II. cap. 10. numer. 223.* Barbosa *collect. cap. Cum jam dudum, num. 2. de præbend. Vivian. Prax. jurispatronat. lib. 13. cap. 8. num. 109.* Tondut. *qq. Beneficial. part. I. cap. 17. à n. 8. & part. 2. cap. I. §. 9. n. 34.* Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. ult. versic. Decimò quæritur*, apud quos videas quibus poenis afficiatur intrusus. Mascard. *de probat. concl. 937.*

Ibi: *Constat præterea conclusio.*

Cum quis, licet falso, credit se jus in Beneficio legitime obtinuisse, ab intrusionis excessu propter bonam fidem excusatur, tametsi violenter possessionem adeptus: sed si sciat se titulo carere, intrusus, & violentus possessor habebitur.

Ibi: *Imò nec erit intrusus.*

Quæritur an intrusus censeatur qui retinet Beneficium post patratum crimen dignum poena privationis? De quo Glossa *in cap. Cum super, de caus. possess. & propriet. Azor. ubi proximè, Rebuff. d. gloss. 4. n. 13. & 14.* ubi distinguit inter delicta, quæ ipso jure privationis poenam important, ac cætera, ubi sententiâ opus est.

Verf. Tertius casus ex præcedentibus.

Disquiritur, num qui jus in Beneficio obtinuit, si propria autoritate possessionem vacantem ingrediatur, aliquam poenam arbitrio judicis mereatur? Et nullam illi irrogandam esse, sentiunt plerique, qui tenent fas esse habenti canonicum titulum capere per se actualem possessionem, in qua nullus reperitur. Eos congestit Garc. *part. 4. cap. 2. num. 6.* sed quæstionis resolutionem inferiùs cum D. Covar. subjiciam.

Ibi: *Ad Archidiaconi officium pertinere.*

De jure munus est proprium Archidiaconi in possessione constituere provisos ab Episcopo de Beneficiis; sed id de consuetudine non servatur, sed ipse, qui confert Prælatus, mittit in possessionem. Confulas Flamin. *de resignat. Benefic. lib. 10. q. 6. num. 32.* Barbosa *collect. cap. Ad hæc, num. 6. de offic. Archidiac. & de jur. Eccles. lib. I.*

cap. 24. num. 32. Petr. Gregor. *Synagmat. lib. 15. cap. 20. num. 6.* Rebuff. *in Praxi Benefic. lib. 1. cap. 19. num. 25.* Azor. *sup. part. 2. lib. 3. cap. 14. vers. Deinde in cap. Valer. Reginald. Prax. fori penit. lib. 30. tract. 1. cap. 3. num. 49.* Hodie qui valeant mittere in beneficii possessionem, tradit Rebuff. *d. lib. 1. cap. 23. n. 11. cum seqq.*

Ad Num. 8.

40 Qui canonica fretus institutione vacuum Beneficii possessionem amplectitur propria autoritate (licet à jure suo non cadat, sicut prædicitur n. 30.) poterit aliqua levi poenâ ad Superioris arbitrium coërceri. Actus tamen irritus non erit, imò legitimæ possessionis effectus operabitur. Hanc D. Covar. resolutionem quoad posteriorem partem probant Garc. *part. 4. cap. 2. num. 6. in fin.* Farin. *d. q. 175. num. 67.* Sed priorem rejiciunt sentientes cum communi, nullum excessum poenâ dignum per hujusmodi possessionis ingressum admitti, quoties nemo in possessione reperitur. Verum quidquid de jure sit, in praxi nostri Præsidis sententiam arbitror sustinendam; etenim cum jam usu receptum habeatur, ut nullus absque Prælati mandato se ingerat possessioni adhuc vacuæ, ut refert Vivian. *prax. jurispatr. lib. 13. cap. 2. n. 5. & 14. vers. Sed praxis,* ita ut prædo qui aliter adipiscitur, possit nuncupari, Rebuff. *sup. num. 2.* qui spreta autoritate conferentis, propria seipsum in possessionem immittit, adversus consuetudinem operatur: quapropter non immeritò audacia, ac styii transgressio aliquo modo puniri poterit. Quod si possessio vacua non sit, tamen si possessor non contradicat, vitiosus censetur ingressus, & arbitrio judicis ingrediens est plectendus. Rebuff. *n. 3. Garcia p. 11. cap. 10. n. 212.*

Ad Num. 9.

41 Postquam Beneficium acceptatione quæsitum est, procurator ex mandato generali valet illius apprehendere possessionem, ut D. Covar. videtur. Verum quod speciale desideretur, observant Vivian. *d. cap. 2. num. 3.* Ricc. *Prax. Archiepisc. Neap. decis. 189. num. 194.* Barbosa *collect. cap. Si tibi absentis, num. 14. de præbend. in 6. Flamin. de resignat. Beneficior. lib. 10. quest. 6. num. 13.* nec sufficet generale cum libera. Barbosa *claus. 35. num. 28.* sed necesse non est singulare ad capiendam certi beneficii possessionem. Barbosa *d. n. 14.* Hæc posterior opinio roboratur ex eo, quod in beneficialibus indistincte mandatum speciale requiratur. Tusch. *lit. M, concl. 52. n. 39.* Barbosa *in d. cap. Si tibi, n. 13.* Gratian. *discept. cap. 66. n. 35.*

Ad Num. 10.

42 Per investituram, quæ fieri solet per annuli, aut pilei impositionem, possessio Beneficii non acquiritur proviso. Barbosa *collect. cap. Per tuas, in fin. de donat. & in cap. Auctoritate, num. 3. de instit. ubi alii, Rebuff. d. cap. 23. num. 6.* Alias in profanis disputatur, an investitura transferat possessionem: de qua quæstione consulendi quos refert Tiraq. *tract. mors omn. solv. declar. 1. num. 5.* Ubi autem collatio non præcessit, Prælati habens potestatem investituræ Beneficium conferre censetur, ut D. Covar. docet, quod investito acquiritur; nam ex quo se investiri patitur, acceptandi voluntatem patefacit, cum hæc non minus factis, quam verbis declaretur, *l. Pro herede 20.*

de acquir. hæredit. l. Sicut 8. §. Non videtur, quib. mod. pign. vel hypoth. solv.

Ibi: Imò etsi is qui habet.

Simili modo per nudam possessionem Beneficii⁴³ proprietas quæri potest, veluti si is cujus est conferre, in possessionem inducat actualem, nulla institutione præmissa; quia cum possessionis traditio supponat titulum, hunc censetur tacite præbere, qui tradidit illam; qui enim vult consequens, vult & antecedens, quod necessario præcedere debet, *l. Illud 76. de acquir. hæredit.* cum aliis apud Barbof. *axiom. 54. num. 1.* ubi plures: ac concessio consequenti, antecedens necessarium intelligitur concessum, *l. Ad legatum 62. de procurat. §. Idemque juris, Instit. qui, & ex quib. caus. manum non lic. Farinac. fragm. lit. E, num. 229.* Evertard. *loc. à concessione consequentis ad concess. anteced. ex nam. 1.*

Verf. Sed si Prælati.

Beneficii possessio acquiritur per annuli traditionem, vel signum aliud in conspectu ipsius Beneficii, si eam exequatur qui potestatem habet mittendi in possessionem. Tusch. *lit. P, concl. 407. num. 7.* Malcard. *de probat. concl. 1184. n. 2.* Imò per inspectionem solam transferri hujusmodi possessionem, constabit ex adnotatis infra, *num. 51.* Per quos actus regulariter possessio Beneficii Ecclesiastici soleat conferri, refert Rebuff. *in Praxi Beneficior. lib. 1. cap. 23. num. 26. cum seqq.* Lambertin. *de jurepatron. lib. 2. part. 3. q. 11. art. 7. & 8.* Vivian. *in Praxi jurispatr. lib. 13. cap. 2. num. 5.*

Ad Num. 11.

Per actus quosdam fictos, ita dictos quia rei⁴⁵ apprehensio non intervenit, possessionem transferri, & acquiri posse, jure constitutum est, de quibus Tusch. *ubi proximè, Molin. de just. & jur. disp. 13. à num. 3.* Lessius *eod. tract. lib. 2. cap. 3. num. 47.* Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, num. 45. cum seqq.* Cujac. *ad lib. 1. definition. Papiniani in l. Clavibus, de contr. empt.* Petr. Gregor. *Synagm. lib. 20. cap. 10. n. 9.* Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. P, à num. 139.* quæ sanè possessio vera est, & suos producit effectus ac si naturaliter per apprehensionem fuisset quæsitæ. Barbosa *cum pluribus collect. cap. Contingit, num. 2. de dolo & conum. & adnotavi sup. lib. 2. cap. 19. n. 6.*

Inter cæteros actus fictos clavium traditio numeratur, veluti si quis merces in taberna, aut vinum in horreo habens, ea alienaverit, clavibus tabernæ, vel horrei traditis, possessio rerum ibi depositarum in recipientem transfertur, *l. 7. tit. 30. p. 3.* ubi Gregor. Lop. Anton. Gom. *n. 60.* Cujac. *sup. & iterum in ead. l. Clavibus, sub tit. de contr. empt.* Anton. Fab. *in ration. ibidem, & omnes alii pronuper laudati.* Sic non solum possessio, sed etiam dominium acquiritur, *l. Qua ratione 9. §. Idem si quis, de acquir. rer. domin. §. Interdum, Instit. de rer. divis.* ubi Pichard. Cujac. *in d. l. Clavibus, Malcard. de probat. conclus. 1184. num. 8.* Molin. *num. 6.* clavium namque traditione apud Romanos translatio domini, & acquisitio significabatur, unde ubi uxor primùm ducebatur in domum viri, claves accipiebat, quia domina familiæ, & bonorum socia quoad usum constituebatur, easdemque claves restituebat cum per divor-

divortium separabatur. Cujac. *ubi proximè*, Osuald. *lib. 13. cap. 21.* Petr. Gregor. *lib. 9. cap. 15. n. 13. & 14.*

Verf. *Ceterum Tiraquellas.*

47 Est quæstionis, an clavium traditio fieri debeat præfenti re, quæ alienatur, ut transferatur possessio? Et in specie dictæ legis *Clavibus*, communis sententia habet; rei præfentiam desiderari, quod aperte probat Papinianus ibi, *Si claves apud horrea traditæ sint: & Regia constitutio in d. l. 7. in hæc verba, Estando y delante.* Et ita observant quotquot nuper laudavi, quanquam cum Tiraquello dissentiant aliqui, ut videre licet apud Mascard. *concl. 298. num. 7.* Tufch. *ubi sup.* Greg. Lop. *in d. l. 7.* In qua controversia D. Covar. duplicem casum distinguit: aut enim venduntur; seu donantur res quæ in horreo reconduntur; & tunc traditio clavium fieri debet, ubi agentes horreum proximum ac præ oculis habeant: aut alienatur ipsum horreum, seu domus, cujus claves traduntur; & licet longè ab illis traditio fiat; transferetur possessio. Quam distinctionem amplectuntur Rebuff. *ad leg. Gall. in præfat. tract. de mater. possessor. num. 64. verf. Item advertendum est, Mascard. de probat. concl. 1184. num. 18. & 19.* Assentiuntur Anton. Gom. *sup. num. 60. verf. Item adde, in solut. ad sec. argum. Gregor. Lop. in d. l. 7. & in l. 66. gloss. 2. tit. 18. part. 3.* Ratio discriminis redditur, nam claves sunt pars horrei; ac ejus instrumentum, per quarum apprehensionem ubique factam horreum ipsum apprehensum censetur: sed claves nullam connexionem cum mercibus in horreo depositis habent, nec pars illarum censi possunt; ideo traditio exequenda prope horreum; ut per aspectum acquiratur possessio, & saltem continens pro contento oculis agentium percipiatur. Vide Mascard. *n. 8. & 18.*

Verf. *Qua ratione dum nostrates.*

48 Ecclesiastici Beneficii possessio etiam per solam inspectionem pinnaculi Ecclesiæ tradi potest. Gregor. Lop. *in l. 7. tit. 30. part. 3.* Cujac. *ad lib. 1. definitionum Papin. in l. Clavibus, de contr. empr.* Rebuff. *in praxi benefic. lib. 1. cap. 23. num. 34.* regulariter namque per actum fictum inspectionis rei acquiritur possessio, *l. 1. §. Si jusserim, l. Quod meo 18. §. Si venditorem, de acquirend. possess.* Molin. *dicta disputat. 13. num. 3.* Anton. Gomez. *in lege 45. Tauri, num. 45.* Cujac. *in l. Clavibus, de contr. empr.* Lessius, & alii, quos refero *sup. n. 45.*

Ad Num. 12.

49 Est alius actus fictus, quo acquiritur possessio, traditio scilicet instrumenti; seu tituli, *l. 1. C. de donat. l. 8. tit. 30. part. 3.* Molin. *sup. num. 4.* Anton. Gomez. *num. 57.* Gregor. Lop. *in d. l. 8.* Mathienz. *in l. 1. gloss. 6. num. 2. tit. 6. lib. 5. Recop. Azeved. ibidem, num. 36.* Mascard. *concl. 1185. num. 1.* & reliqui recens *sup. num. 45.* Quæritur hic, quod instrumentum traderè opus sit, an vetus, quod erat titulus vendentis, vel donantis; aut recens, quo ipsa præfens venditio, sive donatio continetur? Quoad jus commune attinet; vera est, ac recepta sententia, quod traditio novæ scripturæ non prodest ad transferendam possessionem; ut videre licet apud omnes proximè laudatos. Non tamen dubito, quin si re præfente

hoc instrumentum traderetur, acquireret possessionem donatarius, seu emptor per aspectum, traditioque instrumenti deserviret in signum possessionis translata; secus si res non existeret præfens.

De jure nostro regio anceps versatur inter nostrates controversia; nam *in l. 8. tit. 30. p. 3.* aperitissimis verbis decisum apparet quod per traditionem scripturæ de novo confectæ; qua præfens venditio, aut donatio continetur, possessio transibat in accipientem titulum. En constitutionis regie contextum: *Dando algun ome a otro heredamiento, o otra cosa qualquier, apoderandole de las cartas por que la el ovo, o facendo otra de nuevo, y dando, y eta gana la possession, maguer no le apoderare de la cosa dada corporalmente.* Quam legem; ut ait noster Præfens; alii ex nostratibus sic interpretari student; ut juris communis correctionem repellant, de quo Molin. Anton. Gomez. Mathienz. & Azeved. *ubi proximè.* Verum ingenue profiteor verba legis violentiam pati ex interpretatione; quam doctissimi Interpretes excogitarunt: quare verius videtur; quod jure Partitarum inductum sit; ut traditione recentis tituli possessio apud nos acquiratur, prout sentit Greg. Lop. *in d. l. 8. gloss. 2.* Molin. *sup. n. 4.* Ant. Gom. *d. n. 57.* Cald. Pereyra *de empr. & vend. cap. 21. n. 24.* Mathienz. *d. gloss. 6. n. 5.* Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. P, n. 150.* Azeved. *in d. l. 1. Recop. n. 36.* ubi tenuit possessionem de jure Regio minimè transferri, nisi coram tabellione instrumentum tradatur: quod dubium videtur, nam *lex 1. tit. 6. lib. 5. Recop.* ex qua id Azevedus deduxit, agit de irrevocabilitate meliorationis; non de possessione transferenda, ut D. Covar. animadvertit *hic.*

Oportet observare, quod ut transferatur possessio ex traditione instrumenti, opus non est, quod fiat re, quæ alienatur, præfente. Cujac. *ad lib. 1. definitionum Papiniani, in l. Clavibus, ac fin. de contr. empr.* Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, num. 58.* Hermosilla *in l. 3. gloss. 1. num. 41. tit. 4. part. 5.* Mascard. *sup. conclus. 1184. n. 24.* ubi alii. Vide prænotata *n. 49. in fin.*

Verf. *Acquiritur item possessio.*

Si propter bellum; pestem, aliudve impedimentum tutò accedere non liceat ad Ecclesiam Beneficii; nec ad locum, ex quo prospici possit, in remoto, ac extra conspectum possessionem tradi permittitur per signum aliquod; juxta prænotata *num. 44.* nam ubi accessus non est tutus, possessio jure confertur, etiam si res possidenda sic remota existat, ut oculis percipi non possit, sicuti probant jura à D. Covarruv. exhibita, atque observant Anton. Gom. *sup. num. 54.* Tiraquell. *de jur. constitut. part. 3. limitat. 17. num. 10.* Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. P, num. 147.* Molin. *d. disp. 13. n. 2.*

Ad Num. 13.

Capta possessione per ingressum in Ecclesiam, seu domum Presbyteri; omnium quæ ad Beneficium spectant, possessor constituntur immixtus, ac si singula apprehendisset. Rebuff. *in Praxi Benefic. lib. 1. cap. 23. num. 33.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 34. num. 109.* Vivian. *in Praxi jurispatron. lib. 13. cap. 2. num. 8.* Fondat. *questionum Beneficialium part. 1. cap. 111. num. 14.* Idem evenit si per clavium Ecclesiæ traditionem capiatur possessio. Menoch. *de reinend. remed. 3. num. 584.* Mascard. *de probat. concl. 1184. n. 17.*

Ibi:

Ibi: *Non tamen sufficit accipere.*

54 Si Beneficiarius caperet possessionem unius prædii aut ægri, etiam animo possidendi cætera Beneficii bona, id non consequetur, sed opus erit, quod unamquamque rem sigillatim apprehendat. Gonzal. *ubi proximè*, cum aliis: quod similiter contingit in hærede, & aliis, qui titulo universalis ad possidendum adveniunt; nam una re hæreditaria apprehensa, non acquirit reliquarum possessionem. Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. num. 799. & *de retinend. remed.* 2. nu. 282. Anton. Gom. *in l. 45. Tauri*, num. 39. *versic. Tertiò intelligo*, videndus *ex num. 37.* ubi fusè differit, quando apprehensione unius rei aliarum possessio acquiratur. Ex quo observandum, quod apprehensa aliqua re ex hæreditariis, quæritur quali possessio juris universalis hæredi non rerum singularum, *l. Restituta, ff. ad Trebellian.* Similiter in Beneficiario contingit, cui competentia remedia retinendæ, ac recuperandæ, si spoliatur Beneficio; non tamen si bona, quæ non apprehendit, usurpentur ab alio, atque ita accipienda videntur quæ Antonius Gomezius tradit interpretatus dictam legem *Restituta*, ubi proximè. Nec mirum est, ut qui universalitatem possidet, res sub illa contentas non possidere intenzatur, *l. Qui universus 30. de acquirend. possess. l. Eum qui 23. de usucap.* cum connotantibus adductis per Glossam *in d. l. Qui universus, verb. Non videtur.*

SUMMARIUM.

- 1 Evictionis definitio, & quid sit evincere.
- 2 Evicta re, ad quæ venditor emptori teneatur.
- 3 Ampliatur ad alios contractus, & negotia ex quibus datur evictio, & de illis remissivè.
- 4 Quibus casibus quamvis res sit evicta, nulla emptori in venditorem competit actio, remissivè.
- 5 Qui sciens rem alienam emit, sequuta evictione nec pretium repetere à venditore poterit: quod limitatur, cum expressum convenit, ut de evictione venditor teneatur.
- 6 Utrum si pretium vertatur in utilitatem venditoris, vel domini evincens, emptor qui sciens rem alienam emit, pretium recuperet post evictionem.
- 7 Pretium emptor non repetit, quia sciens rem alienam emit, cui adquiratur.
- 8 Objicitur, ac explanatur lex finalis, §. fin. Cod. commun. de legat. traditurque differentie ratio inter ementem sciens rem alienam, ac fideicommissio subjectam.
- 9 Qui in re subjecta restitutioni, quam sciens emit, melioramenta fecit, quas expensas ab evincente repetere valeat.
- 10 Evictionis actio denegatur emptori, si ita expressum convenerit, ne scilicet venditor, re evicta, teneatur: & an liceat emptori pretium recuperare? & n. II. 12. 13. & 14.
- 15 Emptor qui in iudicio superavit evincere intendentem rem quam emit, expensas litis à venditore repetet, si actor victus justam habuit causam litigandi.
- 16 Emptor qui non denunciatur litem motam venditori nec pretium repetet superatus.

- 17 Ampliatur, *etsi probetur venditorem litem non ignorasse.*
- 18 Emptore convento, an sufficiat denunciare litem venditori absque monitione, ut causæ defendendæ ut author accedat?
- 19 Utrum necesse sit venditori libellus actoris ostendatur?
- 20 Limitatur conclusio tradita in minore emente, qui *etsi non denunciatur litem, agit de evictione, si aliunde venditor iudicii notitiam habuit.*
- 21 Eodem privilegio gaudet Ecclesia.
- 22 Quid in Fisco. In omnibus limitatur, si venditor existat pariter privilegiatus, *ibid.*
- 23 Ecclesia, & Fiscus an utantur jure minoris, ut debitores suos sine interpellatione in mora constituent?
- 24 De interpretatione capituli Potuit, de locat. qui egerint, remissivè.
- 25 Utrum ubi dies, ac pœna adjicitur obligationi moræ purgatio locum habere possit, remissivè.
- 26 Qui juramento promisit emptorem defendere in iudicio super re vendita, ad id tenetur undecunque litem motam cognoverit, nec erit opus denunciatione.
- 27 Aliud juris erit, si solùm jurejurando contractum venditor confirmet.
- 28 Si omissa denunciatione, emptor probaverit emptori jus in re evicta nullum fuisse, de evictione agere non prohibetur.
- 29 Quoties venditor se obligat ad evictionem, quomodoque illa contigerit, absque denunciatione conveniri potest, si aliàs controversiæ notitiam comparavit.
- 30 Quando re evicta per laudum arbitratorum, emptori de evictione agere liceat, & n. 31.
- 32 Ubi venditor causam super re vendita agitari prorsus ignorat, conveniri non poterit de evictione, etiam si se astrinxerit ad illam qualitercumque contingentem.
- 33 Quando denuntiatio sit facienda, ut emptor de evictione agere valeat, & num. 34.
- 35 Quid jure nostro regio constitutum.
- 36 Emptori ob contumaciam damnato nulla evictionis competit actio.
- 37 Emptor ut agere valeat de evictione à sententia tenetur appellare, nisi venditor præsens existat.
- 38 Utrum semper emptor ad appellandum teneatur, & num. 39.
- 40 Ubi emptor, ac venditor adsunt cum sententia profertur, ille ad appellandum non astringitur, nisi pro suo interesse, quando iniquè iudex pronunciaverit.
- 41 Emptor cogitur prosequi quam interposuit appellationem, ut agens de evictione audiat.
- 42 Emptor damnatus propter iniquitatem, aut ignorantiam iudicis, nullam in venditorem habet actionem.
- 43 Fisco aut Republica vendente, qui Magistratus constituunt, emptori actio evictionis competit, si iudex dolo, vel imperitia iniquam tulerit sententiam.
- 44 Venditor de evictione tenetur quoties ex actis iusta apparet sententia, sive instrumenta defensionis subtrahat, sive non.
- 45 Si iudex in odium venditoris injustè pronunciet, an emptori evictionis competat actio.
- 46 Ampliatur conclusio tradita num. 42. ut procedat, quanquam emptor omni studio, ac conatu litem egerit.
- 47 De evictione qui fusè edisserunt, recensentur.

C A P U T XVII.

1 Eviçtio est rei emptæ, vel alia causâ justâ quæsitæ per judicis sententiam, alio revocante, amissio. Quam definitionem ex Azone post alios probat Guzm. *de eviçtionib. quæst. 1. num. 4.* Hermosilla *in l. 32. gloss. 1. num. 11. tit. 5. part. 5.* ubi & aliarum meminit. Evincere nihil est aliud, nisi iudicio vincere, & auferre, atque abducere, sive extorquere. Cujac. *in lib. 9. Pauli ad Edictum, in l. Atqui natura 19. §. Cum me absente, ff. de negot. gest.* Guzman. *nu. 13.* ubi hujus tractatus præludia tradidit.

2 Eviçta re vendita, emptori competit actio, qua nedum pretium, sed & damna, expensas, omneque interesse à venditore, aut ejus hærede persequitur, *l. 32. l. 36. tit. 5. part. 5.* Gregor. Lop. *in d. l. 32. gloss. 6. & 7.* Molin. *de justit. & jure, tract. 2. disputat. 380. num. 1.* Anton. Gom. *variarum lib. 2. cap. 2. num. 47.* Cujac. *in paratitlis ad titulum Cod. de eviçtion.* Guzman. *sup. quæst. 13. num. 45. & 76.* Petr. Gregor. *Syntagmat. lib. 25. cap. 22. nu. 9.* Larrea *Granatensi decis. 74. ex num. 14.* Leotard. *de usur. quæst. 68. nu. 20.* Amat. *variar. resol. 77. num. 29.* Marelcot. *variar. lib. 2. cap. 79. ex num. 5.*

3 Hæc similiter locum obtinent in permutacione, aliisque contractibus, ac negotiis, ex quibus eviçtio datur: eos recensent Guzman. *q. 23. cum multis seqq.* Hermos. *in d. l. 32. gloss. 1. à num. 56.* Anton. Gom. *num. 33.* Molin. *num. 2. & 3.* Cald. Pereyra *de emptio. cap. 32. ex num. 2.*

Ibi: *Frequentissimè tamen hæc regula.*

4 Casus in quibus, re ablata, emptori nulla datur actio in venditorem, habes apud Molin. *ex num. 17.* Guzman. *à quæst. 39. ad 51.* Hermos. *in l. 36. gloss. 1. cum seqq. tit. 5. part. 5.* Pereyra *à num. 30.* Anton. Gom. *nu. 39. & 40.* Tusch. *lit. E, conclus. 353.* & exprimit dicta lex *36. Partitar.*

Ad Num. 1.

5 A regula præmissa excipitur cum quis emit rem, quam scit non fore vendentis, quæ si evincatur, nec pretium numeratum repeti poterit, *l. 19. tit. 5. part. 5.* ubi Gregor. Lop. *gloss. 3.* Molin. *disput. 380. num. 22.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 40. in princip.* Gutier. *Præctiar. lib. 3. quæst. 8. num. 17.* Guzm. *quæst. 46. num. 2.* Cævall. *commun. contra commun. quæst. 798. num. 4.* Pereyra *nu. 105.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 25. cap. 22. num. 10.* & plurimi, quos congerunt Guzman. *num. 1.* Hermosill. *in dicta l. 19. Partit. gloss. 3. num. 1.* Barbosa *colleçtan. cap. fin. nu. 3. de empt. & vendit. & sic docet D. Covar. infra, num. 2. vers. Ad eam questionem.* Hanc resolutionem restringunt communiter Interpretes, ne procedat si convenerit, ut venditor de eviçtione teneatur, tuncque emptor repetet, re avocata, pretium; non verò expensas, aut interesse, Molina, Gutier. Fachin. *ubi proximè,* Gregor. Lop. *in d. l. 19. gloss. 4.* Guzm. *num. 23.* Anton. Gom. *d. cap. 2. num. 42.* & alii apud Hermosill. *in d. l. 19. gloss. 4. num. 1.* qua lege regia probatur expressum hæc limitatio.

D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

Aliam subjicit Anton. Gom. *ubi nuper,* cum scilicet pretium in utilitatem venditoris versum constiterit: verum à mente omnium Scribentium dissentit, quem impugnat Cald. Pereyra *de empt. & vendit. cap. 31. numer. 110.* Unde quibuldam est visum, eò loci apud Antonium Gomezium fuisse per errorem *venditoris, pro domini,* scriptum. Hermosill. *in d. l. 19. gloss. 3. num. 5.* Ayllon *in addit. ad Gomez in d. cap. 2. num. 43. in fin. & sic sentit Azeved. in lege 6. num. 17. tit. 2. lib. 1. Recopilat.* Etenim si pretium in utilitatem evincens impensum probaretur, emptor pretium recuperabit, ut præter Azevedum adnotant Cald. Pereyra *ubi proximè,* Gutier. *sup. numer. 20.* Hermos. *d. num. 5.* ac probatur *ex l. Emptor 65. de rei vendicat.*

Hoc autem pretium cum emptor amittit, venditor lucratur, si ignoret rem, quam distraxit, alienam fore. Molin. *sup. num. 22.* Gregor. Lop. *in dicta l. 19. gloss. 3.* Sed si cognoverit suam non esse, fiscus pecuniam inique quæsitam extorquebit, ut probat Hermosill. *in dicta l. 19. gloss. 3. ex num. 12.* In Lusitania ex lege redimendis captivis adjudicatur. Molin. *ubi proximè,* Pereyra *d. cap. 31. num. 11.* Ut autem eviçtionis auxilium denegetur, scientia rei alienæ probari debet, cum ignorantia præsumatur. Castill. *controversiarum lib. 4. capite 42. num. 94.*

Ibi: *Cui adstipulatur primò rextus.*

Objicitur communi sententiæ supra præmissæ, *num. 5.* perdifficilis decisio legis finalis, *§. fin. C. commun. de legat.* qua cavetur, ut qui scienter emit rem legatam, aut fideicommissò subjectam, si hæc sit eviçta, pretium à venditore valeat repetere. Cui communiter respondetur, id specialiter constitutum in emptione rei obnoxie restitutioni, & aliud esse in re proxfus aliena. Sed specialitatis rationem reddit nemo, ut advertit Guzman. *d. quæst. 46. num. 4. versic. Ut autem eam tuare.* Nihilominus aliquod discrimen inter eos casus constitui potest, qui enim rem emit alienam, aperte mala fide operatur, cum venditor non sit dominus, nec alienandi facultatem habeat; ac emptor dolum committit, dum invito domino retinet alienum, & delinquit, ut cum Rebuffo tenet Hermosilla *ubi proximè, num. 16. versic. Nec obstat;* ideo amissionis pretii justè coercetur. At qui sciens emit rem restituendam alii ex legato aut fideicommissò, ab hærede seu gravato causam habet, qui interim domini censentur, donec peratur, vel acceptetur: neque emptor retinet alienum invito domino, nec injustè possidet, quandiu legatarius, seu fideicommissarius non petit, sicut justè possideret hæres, aut gravatus. Cumque ille in mala fide nequaquam per emptionem constituatur, dignus pœna non est, imò credendum, sic inter contrahentes convenisse, ut adveniente restitutionis casu, rem emptor traderet poscenti, ac venditor pretium redderet; actus enim in dubio licitè fieri præsumitur, *l. Meriud 51. pro socio.*

Ibi: *Ea verò constitutio.*

Qui in re, quam emit, obnoxia restitutioni melioramenta fecit, quanquam expensas à venditore

toꝛe repetere nequeat, ut *in d. §. fin.* expresse statuitur, eas tamen à legatario, sive fideicommissario exigere non prohibetur. Sic cum Antistite nostro Imperialem constitutionem intelligunt Molin. *d. disp. 380. nu. 22.* Gutier. *Practic. lib. 3. quest. 8. nu. 19.* Mieres *de majorat. p. 4. q. 32. num. 4.* Hermosilla *d. gloss. 3. num. 11.* At Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de emption. resol. 13. num. 13.* id declarat, ut solum procedat quoad expensas necessarias, quod & D. Covar. insinuat *hic*, dum ait: *Secundum distinctionem, que impensis, factis à malæ fidei possessore, vel in re subjecta restitutioni, traditur.* Videtur tamen ex præmissis numero proximo, repetitio utilium expensarum non deneganda ei, qui malæ fidei possessor non est, ac ea ratione, qua pretium à venditore, huiusmodi sumptus à fideicommissario recuperare poterit, ne hic cum aliena locupletetur iactura, quod æquitas, naturalisque ratio non patitur, *l. Nam hoc. 14. de condit. indeb.* cum aliis apud Barbof. *axiom. 139. n. 1.* Erit tamen observanda æquitas legis *In fundo 39. de rei vendic.* atque inspiciendum, an emptor immodicus utiles faciat expensas, ut rei persequutionem fideicommissario impediat; tunc enim animi pravitare detecta, ut malæ fidei possessor iudicabitur quoad impensarum repetitionem.

Ad Num. 2.

¹⁰ Secundus casus, ubi evictionis nomine venditor non convenitur, est si ita inter contrahentes actum sit. Sed quæstionis est, num emptor saltem ad pretium habeat actionem? Quæ ita communi Interpretum placito absolvi solet: nam si pactum adjiciatur simpliciter, ac indefinite, ne venditor de evictione teneatur, si rem evinci contingat, emptor pretium exigere ab eo poterit. Sin verò specialiter convenerit, ut re evicta ex aliqua certa causa, venditor nihil evictionis nomine præstet, veluti si dicatur, *Si Sejo agente, subsequatur evictio:* aut, *Si servus venditus libertatis causâ ab emptoris potestate liberetur;* tunc iste nec ad pretium agens audietur, si ex causa expressa res sit evicta; ex alia tamen etiam ad expensas, atque interesse manebit venditor obligatus. Quoad priorem pacificendi formam omnes emptori, evicta re, pretii repetitionem concedunt. Molin. *disp. 380. nu. 18.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. nu. 39. col. 8. vers. Primus quando expresse convenum est,* Fontanella *de pact. nuptial. pars. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 14. nu. 93.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de emption. resol. 4. nu. 17. vers. In primo casu,* Caballin. *de eviction. §. 5. nu. 25.* Guzman. *eod. tract. q. 2. nu. 73.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 40. vers. Major controversia.* Pereyra *d. cap. 31. num. 112.* & plures alii apud Hermosill. *in l. 32. gloss. 6. nu. 2. tit. 5. part. 5.* Sed limitat Trentacinq. ex Bartolo, si expressim conveniret, ut nec ad restituendum pretium venditor astringatur: cui jungendi Thesaur. *forens. quest. 77. nu. 6. lib. 1.* Mantica, *decis. 109. num. 1. & 2.* Fontanella *sup. num. 94.* Guzm. *num. 78.* Hermosill. cum aliis *num. 7. & nu. 9.* declarat procedere cum venditor scientiam rei alienæ non habet, alioqui si sciens certiore non fecerit emptorem, pacto non obstante propter dolum, etiam præter pretium expensas, ac interesse actione ex empto præstare compelletur, de quo Molina *ubi proxime,* Fontanell. *num. 96.* & alii, quos refert Hermosilla, necnon Anton. Fab. *in ration. l. Tenetur. 6. §. ult. de act. empt. & in l. Ex empto, §. Qui*

autem, eodem tit. ubi probat non subsistere pactionem, quod re evicta, venditor pretium retineat; nam est contra bonam fidem contractus.

Ibi: *Ego non diffitor.*

Quoad posteriorem formam conventionis, quod ¹¹ scilicet non obligetur venditor si res per tertium juridicè emptori auferatur, dissentus est non levis circa pretii restitutionem, cum ex causa speciali expressa contingit evictio. Communis vult, ut venditor conveniri non possit. Molina, Mantica, Trentacinq. & alii ex jam laudatis, & quos congerit Hermos. *d. gloss. 6. num. 12.* quam sententiam non admittit Molina, si venditor rei alienæ scientiam habuisse probetur: nec Odofred. *in l. Qui libertatis, de eviction.* nisi exprimat singulariter causa, & titulus, quo res evinci potest: atque ita satis non est dicere, *Si evincatur res ex donatione;* sed explicandum à quo sit facta evictio, ut refert Trentacinq. *d. nu. 17. vers. Tertio declaratur, in fin.*

Verùm à communi D. Covar. absolute recedit; ¹² probans venditorem ad pretii restitutionem compellendum: cui accedunt Caballin. *de eviction. §. 5. num. 26.* Morla *Empor. Jur. tit. 9. in princip. num. 37. de contr. emption. Sesse decis. 14. num. 3.* Rubeus *in l. Non solum, §. Morte, num. 444. de novi oper. nunciat. Pereyra d. cap. 31. n. 17.* Surd. *conf. 36. nu. 6. & 22.* Guzman. *sup. q. 43. d. nu. 11.* Hermosill. *d. num. 12. vers. Pro contraria.* Hanc opinionem tutam, ac æquissimam arbitror, quia non caret dolo qui non aperit ementi suspicionem specificè, propter quam se ex certa aliqua causa teneri de evictione recusat; nam si securus foret, ut quid unius potius, quam cæterarum mentionem faceret? Et ita sentit Odofredus pronuper memoratus, dum requirit specificam causæ expressionem.

Juxta quam Odofredi declarationem communis ¹³ opinio sustineri deberet, veluti si quis rem, quam suam credebat, vendiderit cum pacto, ne ex certa causa, & titulo specialiter expresso, re evicta teneretur; quia ex illa suspicabitur, quod lis super proprietate moveri ab aliquo posset, cui si emptor plenè instructus consentiret, nec pretium, re amissa in iudicio recuperabit; nec enim ipse deceptus, nec venditor dolosus dici poterit: atque ita sentire videtur Molin. *d. disput. 380. num. 18.* ubi communem limitat in vendente scienter rem alienam: nec contrariam D. Covar. probat, licet hujus loci meminerit.

Vers. Tertia item non probatur.

Consentiunt Molina *ubi proxime,* & quot-¹⁴ quot recentius supra, *num. 11.* at in specie, de qua numero præcedenti, ratio ut retineat venditor justè pretium, non deficit, quia nulla ignorantia in emptore considerari potest, qui periculum imminentis iudicii sciens suscepit, seque dubio futuræ litis eventui subiecit, quod fortè cum pretii diminutione compensavit. Et quemadmodum emptor certioratus de vitio, aut morbo servi, quamvis illum ex ea causa amiserit, nullam in venditorem actionem habet, neque redhibitoria juvatur, ut pretium repetat, *l. 66. tit. 5. part. 5. l. 1. §. 1. l. Queritur 14. §. Si venditor, de ædilit. edict.* Hermosill. cum aliis *in d. l. 66. gloss. 1. num. 1.* similiter si præmonitus de qualitate, ac periculo rei venditæ convenit ne ven-

venditor ex ea causa evictionis nomine tenetur, prorsus actione carebit ad pretium, nec est venditori aliquid imputandum, qui palam & bona fide operatus sibi præcavit; sed emptori, qui in se periculum suscepit futuræ evictionis.

Ibi: *Ea tamen tenebitur evictionis actione.*

15 Quoties convenit, ne venditor teneatur, re per judicem avocata ex certa causa, si ex alia subsequatur evictio, & pretium & expensas cum omni interesse præstabit, quod obiter præmissimus *sup. num. 10.* vide ibi laudatos: nec dubitari potest, quin in cæteris causis contractus maneat sub dispositione juris communis; imò venditor tacite se ad evictionem omnium aliarum causarum astringit, dum excipit aliquam, cum exceptio firmet regulam in contrarium, *l. Quæstam 12. §. Idem Pomponius domo, et 2. de fund. instruct. l. Nam quod liquida 4. §. fin. de penu legat.* Barbosa cum pluribus *axiom. 85. num. 4.* ac dixi *sup. lib. 1. cap. 6. num. 23.* Sed etsi res evicta non sit, quia emptor evincens in judicio superavit litis expensas à venditore persequetur, quod regulariter observatur. Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 47.* Barbosa *collect. cap. fin. num. 20. de empt. & vendit.* Fachin. *controverf. lib. 2. cap. 39.* Caballin. *de eviction. §. 3. num. 146.* Guzman. *eodem tract. quæst. 13. numer. 1.* licet *num. 9.* dubitet. Cævall. *quæst. 321.* & alii apud Hermosill. *in l. 32. gloss. 6. numer. 27.* qui etiam contra sentientes refert, & in affirmativa residet non immerito, quandoquidem venditor ex natura contractus emptorem defendere suis impensis tenetur, quod non procedet si justa litigandi causa absit in evincere tentante.

Verf. *Ad eam quæstionem, à qua.*

Ad hanc quæstionem, ejusque resolutionem spectant prænotata *sup. à nu. 5.*

Verf. *Deducitur tandem ex Gregoriana.*

16 Tertius casus, quo emptor re, quam emit, evicta nullum in venditorem regressum habet, notatur cum litem motam suo auctori non denunciavit, ut causam tueretur ille, propter quam omissionem nec pretium repetere licet, *l. Emptor 8. l. Empti actione 21. C. de eviction. l. Si ab emptore 49. l. Si ideo 55. ff. cod. l. 32. tit. 5. p. 5.* ubi Gregor. Lop. *gloss. 4.* Molin. *de just. & jur. disp. 380. nu. 9.* Castill. *controverf. lib. 4. cap. 42. num. 95.* Guzman. *de eviction. quæst. 39. num. 2.* Fachin. *controverf. lib. 2. cap. 35. in princip.* Capic. *decif. 106. num. 2.* Petr. Greg. *Syntagm. lib. 25. cap. 22. num. 10.* omiffis pluribus, quos cumulat Barbosa *collect. d. cap. ult. num. 7.* Hermosill. *in d. l. 32. Partit. gloss. 3. nu. 1.* Cathill. *ubi proximè.*

Ad Num. 3.

17 Denuntiatione prætermiffa, venditor evictionis nomine conveniri non poterit, etiamsi litem super re vendita agitari cognoverit. Tusch. *lit. E. concl. 353. num. 1.* Fachin. *sup. verf. Quod attinet ad D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

tertium, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de emption. resol. 4. n. 15. in fin. Caballin. sup. §. 3. n. 4. & 5. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. num. 63. verf. Quæ denunciatio, Fontanella de pact. nuptialib. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 71. Gutier. *de jurament. confirmator. cap. 61. num. 3. & 4.* & alii apud Hermos. *d. gloss. 3. nu. 2.* ubi latissime de denuntiatione. Utrum ob non factam denuntiationem emptor pretium etiam amittat, discutit Trentacinq. *num. 17.*

Verf. *Secundò non sufficit.*

Denuntiationem faciens emptor debet prote- 18 stari, ac requirere venditorem ut causæ excitatæ defensusur assistat, alioqui de evictione si egerit, non audietur, *l. 32. tit. 5. part. 5.* ibi: *Si el comprador dixere à aquel, que gela vendió, que le venga à defender en juicio.* Molin. *ubi proximè,* Guzman. *quæst. 4. n. 28.* ubi alii, Fachin. *d. cap. 35.* Gutier. *sup. num. 5. ad fin.* Barbosa *collectan. Clem. Causam, n. 12. de election.* Verum res est controversa, ut videre licet apud Guzman. *de eviction. quæst. 4. num. 21. cum seqq.* & verius est, saltem quoad praxim, denuntiationem absque requisitione sufficere, ut emptor de evictione valeat agere; cum enim ad hoc certior fiat venditor, ut rem tueatur, tacite inest requisitio, cujus omiffio nocere non debet, cum expressio nihil operetur, *l. 3. C. de fidejussorib. cum aliis apud me lib. 1. cap. 2. num. 42.* Barbosa *axiom. 89. num. 15.* Sic resolvunt D. Covar. *infra verf. proximo,* Gregor. Lop. *in d. l. 32. versus finem, gloss. 4.* Ant. Gom. *d. cap. 2. num. 39. verf. Adde quod requiritur,* Quetada *quæstion. jur. cap. 10. nu. 4.* Hermosill. *dict. gloss. 3. & 4. num. 64. in fin.* Barbosa *in l. Venditor, num. 12. de judic. ubi alii.*

Verf. *Tertiò adhuc non sufficit.*

Ut denunciatio profit emptori ad agendum de 19 evictione, opus est quod venditori intimetur libellus adversarii cum citatione. Fachin. *d. cap. 35. verf. Quoad secundum.* Gutier. *sup. num. 6. & 7.* Tusch. *lit. E, concl. 353. nu. 9.* Gamma *decif. 79. nu. 1.* Caballin. *sup. n. 33.* Trentacinq. *d. resol. 4. num. 3.* & alii quos dat Hermos. *d. l. 32. gloss. 4. num. 65.* Verumtamen eam communem sententiam in praxi non servari, & sufficere quod judicis autoritate venditor de lite moneatur, post Baldum observant Molina & Ant. Gom. *ubi proximè,* Petr. Barbosa *nu. 79.* Cævall. *comm. contra comm. quæst. 385. in fin.* Hermos. *num. 66.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 30. num. 7.* Denuntiationem expensis emptoris interim faciendam, donec causa peragatur, tenet Thesaur. *decif. 218. n. 3.* Hermos. *ubi nuper.*

Ad Num. 4.

Regula tradita *num. 17.* limitatur communiter 20 in minore emente, qui etsi non denunciaret venditori, si hic alias scientiam litis obtineat, agere poterit de evictione. Molin. *disp. 380. n. 13. verf. quando emptor est.* Greg. Lop. *in l. 32. gloss. 4. ad fin. tit. 5. p. 5.* Mascard. *de probat. concl. 614. num. 17.* Barbosa *collect. cap. fin. n. 12. de emption.* Hermosill. *in d. l. 32. gloss. 4. nu. 87.* Guzman. *de eviction. quæst. 5. n. 20.* Gratian. *disceptat. cap. 175. num. 33.* Fachin. *d. lib. 2. cap. 38. verf. Fundamentum est,* & alii plures apud eos. Quod non procedit

cedit adversus minorem, aliumve similiter privilegiatum venditorem, ex vulgari juris regula, & l. Verum II. §. Item queritur, de minorib. l. Sed & milites IO. de excusat. tutor. cap. Auditis 3. de in integr. restit. Barbosa cum plurimis axiom. 190. num. 1.

- 21 Utrum eodem privilegio gaudeat emens Ecclesia, D. Covar. in controversiam revocat, de qua Fachin. d. cap. 38. Guzman. sup. nu. 21. cum seqq. Caballin. de eviction. §. 3. ex num. 102. Ea rejecta, asseverandum est, Ecclesie, ac pie causae competere evictionis actionem in venditorem litis motæ consciam, etsi venditori non denunciaverit: quod cum nostro Præsule sustinent Molina, D. Lopez. Barbof. Gratian. ubi proximè, Guzman. nu. 21. vers. Standum tamen, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de emption. resol. 4. num. 14. vers. Tu ne discedas, Cald. Pereyra de emption. cap. 31. n. 69. Hermosill. sup. num. 88. quæ conclusio ut præcedens limitari debet.
- 22 Idem privilegium fisco tribuunt non pauci, ut Peregrin. de jure fisc. lib. 6. tit. 4. n. 39. Barbosa d. num. 12. Alfar. de offic. fiscal. gloss. 34. nu. 70. Gratian. d. cap. 175. n. 33. Mascard. d. concl. 615. num. 17. licet contrarium sustineat Caballin. de eviction. §. 3. num. 106. & 107. Sed communis ut in superioribus erit restringenda.

Ibi: Sed contrariam sententiam.

- 23 Ideo minor, prætermittenda nunciatio, auditur de evictione agens, quoniam debitorem suum absque interpellatione in mora constituit, ut observant laudati num. 20. eademque ratione Ecclesie tale privilegium conceditur, sicut videre licet apud recentios nu. 21. Sed quæstionis est, utrum Ecclesie debitor non interpellatus pœnam incurrat, de qua disputat D. Covar. & ad eam consule Guzman. d. quæst. 5. à nu. 26. Escobar. de ratiocin. cap. 15. à nu. 33. Trentacinq. ubi proximè, Fachin. d. cap. 33. qui cum pluribus asserunt, Ecclesiam uti jure minoris, & probat expressim lex finalis, tit. ult. p. 6. ubi idem de Fisco deciditur, ac tradit Escobar ubi proximè, Alfar. sup. gloss. 9. n. 10. & gloss. 20. num. 31. Hermosilla in l. 32. gloss. 3. nu. 89. tit. 5. p. 5.

Vers. Multò minus præjudicat.

- 24 Pro interpretatione plenissima capituli Potuit, de locat. adire potes Barbof. in collectan. ibi, & plures quos congerit.

Ibi: Cum alioqui ubicumque est dies.

- 25 Utrum quoties dies & pœna est apposita, sit locus moræ purgationi? discutit Pichard. disp. de mora, ex nu. 69.

Vers. Ultimò parum urget.

Refutatis quæ obstare videbantur, resolvit D. Covar. pro Ecclesia: quod præmissum est sup. num. 21.

Ad Num. 5.

- 26 Quintus addicitur casus, ubi non denunciante actione evictionis experiri licet, cum venditor jurejurando promittit litem tueri, si qua super re empta moveatur, modò judicii undecunque notitiam obtineat, ut post Covar. sustinent Mo-

lin. dict. disp. 380. num. 13. vers. Quando emptor, Trentacinq. d. tit. 4. resol. 3. numer. 8. Seraphin. de privileg. juram. privil. 49. num. 2. Fachin. sup. lib. 2. cap. 36. à princip. Barbofa collect. cap. ult. num. 13. de emption. Gutier. de jurament. confirmat. cap. 61. nu. 19. Gratian. disceptat. cap. 175. num. 30. Cævall. comm. cons. comm. quæst. 385. nu. 3. & alii, quorum potissima ratio, quia juramentum vim interpellationis habet. Dissentiunt non pauci, in quibus disputantes Caballin. de eviction. §. 3. Guzman. eod. tract. quæst. 4. Cald. Pereyra de emption. cap. 31. nu. 70. qui referunt sequaces.

Ibi: Alioqui si venditor simpliciter.

Venditor qui juramento firmavit contractum, 27 de evictione non tenebitur, quamvis controversiam de re vendita aliunde cognoverit, si denunciare neglexerit empor. Molin. sup. Gutier. ubi proximè, Trentacinq. cum aliis d. num. 8. vers. Secundus casus, Fachin. d. cap. 36. vers. Didacus Covar. qui & Gutier. observant, quod si in venditionis instrumento venditor exprimat, ac promittat, se causam tuiturum, ac deinceps jurejurando ad contractus, & omnium quæ scriptura continentur, observationem se astringat, absque denunciatione poterit conveniri.

Ad Num. 6.

Sextus casus accedit, quoties enim emptor pro- 28 baverit justè rem evictam, nullumque jus suo auctori in illa competere, evictionis actione uti permittitur, etiamsi litem non denunciaverit. Molin. de just. & jur. disp. 380. num. 13. Gregor. Lop. in l. 32. gloss. 4. tit. 5. p. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 39. col. 5. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. de eviction. definit. 25. nu. 12. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 42. num. 28. Fachin. d. lib. 2. cap. 37. vers. Ego priorem, Petr. Barbofa in l. Venditor, num. 29. de judic. Fontanella de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 75. Guzman. d. quæst. 4. à nu. 77. Cævall. sup. num. 2. Trentacinq. d. resol. 4. num. 9. Caballin. sup. §. 3. ex num. 73. Morla, Empor. Jur. tit. 9. in princ. num. 40.

De his quæ D. Covar. prosequitur, consulas mox laudatos, præsertim Caballinum, Guzman, Petr. Barbofam, Fontanellam, & alios, quos congeffit Hermosilla in l. 32. gloss. 4. à nu. 77. tit. 5. part. 5.

Ad Num. 7.

Si venditor se obliget ad evictionem, quo- 29 modocumque res sit evicta, opponere nequibit denunciationis defectum, ne damnetur, si alias litis motæ scientia non caruerit. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de emptione, resol. 4. num. 13. Guzman. de eviction. quæst. 5. num. 98. Hermosill. d. gloss. 4. num. 94. Cald. Pereyra de emption. cap. 31. n. 72. Tusch. lit. E. concl. 353. num. 59. Molin. d. disp. 380. num. 17.

Ibi: Tametsi alioqui re evicta per sententiam.

Quoties per arbitros, compromittente empto- 30 re, res evincitur, actio evictionis in venditorem denegatur. Molin. nu. 21. Greg. Lop. in l. 36. gloss.

gloss. 3. tit. 5. p. 5. Surd. decis. 22. num. 1. Ant. Gom. sup. num. 40. Barbosa collect. d. cap. fin. nu. 19. Guzman. sup. quest. 41. nu. 1. Caballin. eod. tract. §. 5. nu. 15. Morla Empor. Jur. tit. 9. in princip. num. 40. vers. Secundus casus. Conclusio ampliatur si venditor in iudicem incompetentem prorogata jurisdictione consentiat, quia non aget de evictione Greg. Lop. & Ant. Gom. ubi proximè, Guzman. nu. 15. Hermosill. cum aliis in d. l. 36. Part. gloss. 3. nu. 5. Sed si emptor non sponte compromiserit, ac ex forma statuti, aut præcepto iudicis arbitratorum iudicio se subiciat, evictionis actione juvabitur. Gregor. Lop. d. gloss. 3. Barbosa d. nu. 19. Ant. Gom. sup. Caballin. nu. 17. & 18. Guzman. n. 5. & 7. Gratian. disceptat. cap. 227. nu. 4. & 5. Petr. Greg. Syntagm. lib. 25. cap. 22. nu. 10. Idem juris erit, si venditor requisitus renuerit instrumenta quæ habet, ad instruendos arbitros exhibere, Gregor. Lop. ubi sup. & illi bonum jus non fecit Guzman. num. 8. Hermosilla d. gloss. 3. num. 12. Caballin. num. 19.

³¹ Præcedens resolutio etiam limitatur, si venditor de evictione promiserit, quomodocunque res sit evicta; tunc enim tametsi arbitratorum sententia damnetur emptor, in venditorem tamen actione gaudebit, adhuc denunciatione prætermissa, modò ad venditoris notitiam undecunque compromissum devenerit: quod noster Præses solum admisit si eligantur arbitri, ut de jure causam definiant, non ut amicabiles compositores pro arbitrio decernant, quo casu ad pretium solum actionem concedit. Confule Greg. Lop. in dict. gloss. 3. Guzman. num. 9. Molin. dict. disp. 380. nu. 21. Gratian. n. 7. Caballin. sup. §. 3. nu. 168. & alios, quos dat Hermosill. num. 15. & adde Trentacinq. cum aliis laudatis sup. nu. 29.

Ibi: *Hinc infertur etiam adjecta.*

Hoc prænotavimus numero proximo. Vide Molinam *ibi*, Guzman. *quest. 5. in fin.* Trentacinq. *sup. nu. 13.* Gratian. *n. 43. & 44.* Sesse *decis. 14. num. 6.*

Ibi: *Item deducitur, venditorem itidem.*

³² Licet venditor se subiciat evictioni qualitercunque contingenti, conveniri nequibit, si prorsus litem super re vendita tractari ignoravit, aut saltem ad pretium duntaxat damnabitur. Accedit Molina *d. disput. 380. num. 21.* Vide & alios proximè laudatos. Ego minimè à præfata duplici resolutione recederem, maximè ubi utrumque concurreret, tum ignorantia omnimoda venditoris, tum compromissio in arbitratorem; non enim ex clausula ampliante obligationem pro evictione præsumendum est, quod inverosimile videtur, nempe voluisse venditorem sibi defensionis facultatem adimere, cum res evinceretur, causam legitimè non excusam per arbitratorem, aut non exhibitis in iudicio etiam probationibus, quas ipse si litem sciret, producere posset. Facit lex *Cum de indebito 25. de probat. & quæ ibi communiter notantur ad rem conducunt.* Adde *Barbos. axiom. 112.*

Ad Num. 8.

³³ Oportet prænoscere, quod venditor accedens ad iudicium cum emptore jam coeptum, litem suscipit eo statu, quo existit, nec causa inchoa-

ri, aut retrocedere potest, quod ex aliis adnotavi *Præclar. cap. 13. num. 4.* ideo ut denunciatio profit, opus est quod fiat tempore habili, quo juxta juris ordinem liceat venditori suis defensionibus uti; alioquin emptori quasi non denuntianti auxilium evictionis non præstabitur. Sed qua in parte iudicii denunciatio intervenire debeat, jure communi præfinitum non est; *l. Si rem, §. fin. de eviction.* Sic variaz reperiuntur sententiaz, quas D. Covar. hic refert. Illud sanè apud omnes convenit, quod emptor denunciare tenetur, cum integrum sit venditori plenè, ac legitimè causam tueri, sive in prima, sive in secunda instantia denunciatur. Greg. Lop. in *l. 32. gloss. 3. tit. 5. p. 5.* ubi Hermosilla plures cumulat. Molin. *sup. nu. 9.* Ant. Gom. *d. cap. 2. nu. 39. col. 3. vers. Dubium tamen est,* Guzman. *sup. quest. 12. per tot.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 30. num. 14.* Aug. Barbosa *collect. d. cap. fin. nu. 7. de emption.* Caballin. *de eviction. §. 3. nu. 144.* Peyerre *de emption. cap. 31. num. 80.* Maranta *de ordin. judic. part. 6. memb. 5. de laudation. nu. 5.* Morla *Empor. Jur. tit. 9. in princ. nu. 39.* Petr. Barbosa *in l. Venditor, nu. 86. de judic. Tusch. d. conclus. 353. num. 10.*

In causis verò ubi de lucro captando agitur, donatarius, & similis antequam litem contestetur, de illa præmonere altringitur suum autorem, *l. Qui concubinam 29. §. Si hæres, de legat. 3.* ubi Bartol. *num. 4.* Glossa *verb. Perficitur, in d. l. Si rem quam, §. fin. de eviction.* Tusch. *sup. num. 14.* Guzman. *num. 12.* Caballin. *§. 4. num. 38.* Hermos. *in d. l. 32. gloss. 3. num. 73.* Maranta *ubi proximè.*

Jure nostro regio denuncianda lis est ante publicatas attestaciones, *l. 32. l. 36. tit. 5. p. 5.* ut fert magis communis opinio; neque enim apud nos, facta publicatione, testes admittuntur, *l. 5. tit. 6. lib. 4. Recop.* Similiter in gradu appellationis frustra denunciabitur, si in prima instantia litigantes ad probationem admissi sunt; nam super eisdem articulis testes producere prohibetur, *l. 4. tit. 9. lib. 4. Recopiat.*

Ad Num. 9.

Emptor ob propriam contumaciam ad rei restitutionem damnatus, actione evictionis carebit; non tamen hoc procedit cum, causam per eum exactè defensam, sub tempus sententiaz abest, quia non ex contumacia, sed ex meritis causæ pronunciatur: quod post D. Covar. declarat Gregor. Lop. in *l. 36. gloss. 6. tit. 5. p. 5.* quia constitutione contrarium decisum videtur. Accedunt Guzman. *quest. 39. nu. 19.* Caballin. *§. 5. nu. 5.* Hermos. *in d. gloss. 6. nu. 7.* qui enim toti causæ assistit, quanquam recedat cum sententia fertur, non præsumitur ob contumaciam condemnari. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præf. 70. nu. 18.* & indistinctè quod emptor propter contumaciam damnatus non audiatur agens de evictione, observant Surd. *decis. 22. num. 1.* Didac. Perez. *in l. 1. vers. Item etiam venditor non tenetur, tit. 7. lib. 5. Ordinam.* Aug. Barbosa *collect. d. cap. fin. nu. 14.* Gutier. *de juram. confirmat. cap. 61. nu. 13.* Bellacomba *comm. opinion. lib. 8. tit. 38. num. 60.* Capic. *decis. 106. num. 4.* Morla *sup. d. tit. 9. in princ. nu. 40. vers. Septimus & ultimus,* Tusch. *lit. E, concl. 367. num. 1.*

Ibi: *Tenetur quidem emptor condemnatus.*

37 Ut emptori superato competat actio evictionis, tenetur appellationem interponere, nisi venditor adsit cum sententia profertur. Greg. Lop. in l. 36. gloss. 8. tit. 5. p. 5. Molin. disp. 380. num. 19. Ant. Gom. d. cap. 2. num. 39. col. 8. vers. *Secundus est quando*, Morla d. num. 40. Tusch. n. 23. Cancer. variar. part. I. cap. 13. nu. 68. Guzman. sup. q. 12. num. 16. Pinel. in l. 1. num. 50. limit. 3. C. de bon. matern. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 40. vers. *Sed & an emptor victus, cum seqq.* Pereyra sup. n. 26. Petr. Barbosa nu. 56.

38 Quæstionis est tamen, an semper, vel quando emptor appellare teneatur. In qua Fachinæus nonnullas tradit conclusiones, & nos aliquos casus distinguemus. Primus, cum constat de bono Jure venditoris, & tunc appellationem necessariam fore emptori omnes fatentur, ut Gregor. Lop. Molin. Ant. Gom. & Fachin. qui rectè observat, hujusmodi appellationem non prodesse, ut emptor agere valeat de evictione, quæ non datur quoties per iniquitatem, aut imperitiam judex injustè decernit, ut statim ostendetur, nisi venditor se obligaret ad evictionem injustâ sententiâ contingentem, Gutier. sup. num. 17. Secundus, si notoriè appareat de evincendis justitia, quo casu communiter resolvitur, absque controversia emptorem de evictione acturum, etsi à sententia non appellaverit, ut tenent expressim pronuper laudati.

39 Tertius est, ubi dubium jus litigantium agnoscitur, aut propter probationum paritatem, aut propter Interpretum discrepantes opiniones: & tunc non teneri ad appellandum emptorem, sentiunt Fachin. vers. *Quarta conclusio*, Capic. decis. 106. n. 4. Scaccia de appellat. q. 5. n. 14. Greg. Lop. d. gloss. 8. Ant. Gom. n. 39. vers. *Si verò emptor, & alii.* Sed contrarium meritò docuit hic D. Covar. cujus sententiæ subscribit Molin. sup. Caballin. §. 5. n. 41. Tusch. sup. n. 24. Marta vot. 65. nu. 7. Pereyra de emptor. cap. 31. num. 28. Ratio prioris opinionis videtur inepta, nam etsi pro sententiæ præsumatur justificatione, non ideo tamen appellationis remedio utendum non est, cum possit sententia justè revocari; & cum extet probabilis revocationis spes, debet venditor provocare. Ultimus casus sit, quando ex actis sententia apparet justa: & ferè omnes emptorem eximunt ab appellandi obligatione. Gregor. Lop. ubi proximè, Hermosill. cum aliis in d. gloss. 8. num. 3. Ast noster Præses his non acquiescit, opinatus adhuc appellationis onus incumbere emptori, quia forsitan in secunda instantia ex novis documentis, atque allegationibus de bono jure venditoris constabit, quod judicem inferiorem latuit, atque ita rectè sententia retractabitur. Consentit Molin. ubi sup. Pereyra nu. 27. & 28. Tusch. d. n. 24. qui duo probant, quod emptor semper debet appellare: ac Pereyra optimam reddit rationem, quia emptor falli potest, existimans sententiam justam: quod non proprio judicio definire debet, sed superioris judicis decisioni committere per appellationem. Mihi videtur hic casus sic distinguendus à secundo; quando enim notoriè constat de bona causa actoris, ita ut nulla supersit spes justæ revocationis, cessat appellandi necessitas, ut prædixi supra: ubi autem, etsi sententia ex actis justa deprehendatur, non est adeo patens justitia evincendis, & ideo supersit probabilis spes

revocationis, si denuò exhibeantur instrumenta, aut aliter causa instruat in secunda instantia pro emptore, tunc hic tenebitur, provocare, ut D. Covar. videtur.

Ibi: *Quod si judex sententiam.*

Ubi emptor adest sententiæ prolationi, ac venditor, ille ad appellandum non astringitur, ut animadvertunt omnes nuper adducti DD. Excipitur casus, cum judex iniquam sententiam tulit; nam venditor appellare debet, adhuc præsentente emptore. Greg. Lop. d. gloss. 8. Fachin. d. cap. 40. vers. *Secunda conclusio*, Ant. Gom. num. 39. col. penult. vers. *Item adde quod isto casu*, Caballin. §. 3. num. 145. Hermosill. sup. nu. 2. Ratio in promptu est, quia venditori sententia non nocet, sed emptori cujus interest ne transeat in rem judicatam, secundum prænotata n. 38.

Emptor appellationem, quam interposuit, prosequi tenetur, ut præter D. Covar. hic asserunt Fachin. d. cap. 40. in fin. Greg. Lop. ubi proximè, Caballin. num. 10. Scaccia d. quæst. 5. num. 15. in fin. Molin. d. disp. 380. n. 19. Mascard. de probat. concl. 614. num. 5. & 6. Tusch. sup. concl. 357. num. 23. & alii: quod procedit etiam quando non erat strictus ad appellandum, ut Gregor. Lop. & alii extendunt. Vide tamen Ant. Gom. dissentientem d. num. 39. vers. *si vero emptor*, ac Hermosill. d. gloss. 8. nu. 6. & 7.

Ad Num. 10.

Si evictio contingat propter inficitiam, iniquitatem, aut errorem judicis, qui injustam sententiam pronunciavit, venditor de evictione conveniri non potest, l. 36. in fin. tit. 5. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 12. Molin. sup. num. 20. Ant. Gom. d. num. 39. in fin. Aug. Barbosa collect. cap. ult. num. 17. de empt. & vendit. Guzman. de evictionib. quæst. 40. num. 1. Morla Empor. Jur. tit. 9. de emptor. in princ. num. 40. vers. *Sextus casus*, Caballin. de eviction. §. 5. ex nu. 6. Pereyra dict. cap. 31. n. 27. Gutier. de juram. confirmat. cap. 61. nu. 10. & 17. Menoch. conf. 361. ex nu. 1. & nihil refert, an sententia in venditorem, vel contra emptorem pronuncietur, ut docet D. Covar. nam res judicata transit à persona venditoris, qui causam tuendam suscepit, in personam emptoris, ut noceat isti. Ant. Fab. in ration. l. 2. §. *Solet, de heredit. vel act. vend.* Hermos. d. l. 36. gloss. 12. num. 2.

De præmissa conclusione differit, Guzman. d. quæst. 40. per totam, illamque notabiliter limitat num. 17. ex Romano singul. 761. cum Fiscus, aut Respublica vendidit; nam re per iniquam sententiam evicta, emptori pro evictione competit actio, cum illis sit imputandum, quod pravus, ac non idoneus Magistratus justitiæ administrandæ præposuerint. Illud etiam cum Guzman. nu. 27. addere placet, quod cessat evictionis subsidium, si sententia per judicem incompetentem sit lata. Idem docet Castill. controversiar. lib. 4. cap. 42. nu. 109. ubi alii.

Ibi: *Secundò hinc deducitur.*

Cum sententia ex actis justa fuerit, ut D. Covar. animadvertit, hujusmodi illatio impertinens est, quia secundum communes juris regulas venditor de evictione tenetur, etiamsi non subtraxerit instrumenta, & probationes, quibus causa defendi

fendi posset: ex hac verò causa conveniri debet pro eviçtione, ad quam aliàs non erat astrictus, sicut prænotatur *sup. nu. 30.*

Ibi: *Qua ratione aptius.*

45 Si iudex in odium venditoris iniquè decernat in causa eviçtionis, distinguitur ita: Si inimicitia præcesserunt ante contractam venditionem, emptori actio eviçtionis conceditur: Si postea ortæ sunt, denegatur. *Guzman. n. 18. & 19. Caroc. de remed. advers. præjudic. sentent. except. 70. n. 71. Hermos. in l. 36. gloss. 12. in fin. tit. 5. part. 5. & odium non præsumitur præcessisse, Guzman. num. 20.*

Ibi: *Tertiò apparet venditorem.*

46 Per injuriam iudicis re eviçta, emptori actio non competit in venditorem, quanquam ex fide ac sedulo ille causam defenderit, nihilque culpæ aut desidia in ipso reperitur; sed quia casus fortuitus censetur, domino rei, non alii nocet *Gregor. Lop. in d. l. 36. Partit. gloss. 12. Guzman. num. 3.*

Ibi: *Alia quidem circa interpretationem.*

47 De eviçtione subungi possent plurima, cujus tractatus latissimè pater; sed quæ hinc desiderantur, abundè ministrant *Gasp. Caballin. Idefons. Guzman. in speciali eviçtionis tract. Molin. de just. & jur. disput. 380. Greg. Lop. d. l. 32. ad 36. tit. 5. p. 5. ubi Hermosilla in addition. Latissimè Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. ex n. 39. Trentac. variar. lib. 3. tit. de emption. resol. 4. Fachin. controversiar. lib. 2. cap. 35. cum seqq. Petr. Gregor. Synagmat. lib. 25. cap. 22. & de eviçtione in locationis contractu fuscè Caroc. de locat. part. 4. rubric. de eviçtionib. Mangil. tract. de eviçtion.*

S U M M A R I U M.

- 1 Creditor habens rem specialiter, & omnia bona debitoris obligata, nisi præmissa in speciali hypotheca excussione, nequit generali uti in præjudicium aliorum creditorum.
- 2 Pignus specialiter obligatum præsumitur sufficere pro totius crediti satisfactione, dum non probatur contrarium.
- 3 Constitutio Imperialis l. 2. C. de pignor. procedit à quocumque specialis hypotheca possideatur.
- 4 Prodest eadem lex posteriori creditori, etsi solum generali hypotheca muniatur.
- 5 Ad observationem præfatæ constitutionis nihil refert, an præcesserit generalis, vel specialis, hypothecæ primi creditoris.
- 6 Exceptione excussionis ex dicta lege 2. solum utitur posterior hypothecarius creditor, non alius rei debitoris possessor, licet alia exceptione se tueri possit.
- 7 Eadem lege non juvatur debitor, vel hæres illius, si ad res generaliter obligatas egerit creditor.
- 8 Creditor potest agere in solidum contra quemlibet ex hæredibus debitoris, qui aliquam rem obligatam possederit.
- 9 Si ex duobus creditoribus cum generali hypotheca prior plura bona habeat obligata, quam

posterior, hic nequibit opponere illi, quod prius excusiat bona sibi solum obligata, quam ad cætera perveniat, juxta dictam legem 2.

- 10 Deciditur casus de majoratus possessore, qui priori creditori etiam bona vinculo astricta ex facultate regia obligavit, & posteriori libera solum.
- 11 Imperialis constitutio locum obtinet etiamsi prior creditor ex causa dotis egerit.
- 12 Ampliatur.
- 13 Decisio dictæ legis 2. observabitur, etsi prior creditor in re habeat solum hypothecam specialem sine generali.
- 14 An ex clausula consueta, quod generalis hypotheca non deroget speciali, cesset dispositio dictæ legis 2.
- 15 Quomodo procedatur ad subhastationem rei avocata à tertio possessore.
- 16 Creditor non compellitur partem crediti sui recipere, nisi favore libertatis.
- 17 Creditor quod jus habeat ad distrahendum pignus, non soluto quod ei debetur.
- 18 Possessor etiam malæ fidei habet jus offerendi, quod debetur creditori agenti hypothecaria.

C A P U T XVIII.

Creditor habens rem specialiter obligatam, & generaliter omnia debitoris bona, nequit agere in præjudicium alterius posterioris hypothecæ ex generali hypotheca ad reliqua bona, nisi prius facta excussione constiterit ex speciali pignore consequi non posse quod sibi debetur. *Gregor. Lop. in l. 70. gloss. 9. tit. 18. p. 3. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 21. nu. 6. Pichard. in §. Aliquando, nu. 9. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. Gutier. conf. 50. n. 1. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. n. 21. Gait. de credit. cap. 4. n. 1544. Salgad. Labyrinthi creditor. part. 1. cap. 16. n. 24. vers. Ex quo principio, Pacific. de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 3. n. 69. Cyriac. controvers. 128. n. 33. Surd. decis. 44. nu. 1. Mantic. de tacit. conven. lib. 11. tit. 22. num. 28. Caroc. de excussione part. 2. q. 64. Cujac. ad l. 2. C. de pignorib. Castell. cum plurimis controvers. lib. 4. cap. 26. à num. 21. quæ sanè Imperialis Constitutio non solum ab æquitate procedit, juris rigore compresso, sed etiam quoniam ubi quis specialiter rem, & generaliter omnia bona pignori subiebat, ea inferebatur clausula, ut ita demum universa bona creditori forent obnoxia, si speciale pignus non sufficeret pro debiti satisfactione: quæ conventio quamvis omittatur, quia solita apponi, pro expressa haberi debet, l. Quod si notis 31. §. Quia assidua, de edilic. edict. Observat Cujac. *sup. Castell. n. 23.**

Ad Num. 1.

Res specialiter obligata præsumitur tanti valeat, quantum pignus debetur in specie legis 2. C. de pignor. ideo priori creditori agenti ex generali obligatione incumbit probare, quod non sufficiat. *Castell. n. 28. Cacherano dec. 152. Gutier. n. 3. Negusant. de pignor. part. 5. memb. 2. num. 51. Roland. à Valle scripsi 36. n. 2. lib. 4. Trentacibq. *sup. nu. 13. Sued. nu. 26. Molin. de just. & jur. disp. 536. n. 35. Præterea si, ut sentit Cujacius, bona omnia intelliguntur obligata sub conditione tacita, si res specialiter obligata non sufficiat; itaq; dum hæc non verificatur, creditor prior nequit uti generali hypotheca.**

Ad Num. 2.

- 3 Quoad decisionem dictæ legis 2. nihil refert an priori, vel posteriori creditori pignus sit traditum: nec inspicitur quis eorum, sive tertius possideat; nam quomodolibet præfatæ constitutionis inter creditores servabitur æquitas, etsi bona generaliter hypothecata à quocunque possideantur. Merlin. *sup. num. 11. Negulant. d. num. 51. vers. Item d. l. 2. Caroc. sup. Gutier. nu. 11. & 12. Trentacinq. nu. 4. Pat. Molin. d. n. 35.*

Vers. Tertiò eadem constitutio.

- 4 Eadem constitutione juvabitur posterior creditor hypotheca speciali, vel generali munitus. Molin. *d. cap. 7. n. 21. Castell. n. 26. Trentacinq. n. 3. Ozasch. decis. 158. n. 6. Gutier. n. 10. Roland. à Valle nu. 5. Surd. nu. 3. Pat. Molin. sup. Merlin. nu. 11. Mynsing. observat. 94. nu. 3. cent. 6. & sic tenendum, etsi nonnullis aliud placeat, videlicet dictam legem 2. non procedere, nisi secundus creditor speciali hypothecæ nitatur, quos refert Trentacinquius, illisque assentiri videtur Gregor. Lop. in d. l. 70. gloss. 9.*

Vers. Quartò adnotandum erit.

- 5 Quanquam generalis hypotheca præcedat, & specialis subsequatur, anterior tamen creditor præfatam constitutionem tenebitur observare, neque aliquid interest, qualis obligatio prius contraheretur. Pat. Molin. *d. disp. 536. n. 35. Castell. ubi prox. Trentacinq. n. 2. Ozasch. loc. cit. Surd. n. 2. Merlin. n. 12. Mynsinger. n. 7. Molin. d. n. 21. Gutier. n. 7. vers. Non, inquam, Negul. d. memb. 2. num. 51. vers. Et pro ampliacione. Quicquid contra sustineat post alios Cujac. ad d. l. 2. C. de pignor.*

Vers. Quintò animadvertendum.

- 6 Si quis egerit ad rem sibi generaliter obligatam, contra possessorem, qui creditor hypothecarius non sit, non repellatur exceptione ex dict. l. 2. quod prius non fecerit excussionem in speciali hypotheca; hoc enim solis creditoribus indultum est, quod ut exorbitans ad alios extendi non debet. Ita docent, ac sentiunt Pat. Molin. *sup. Gregor. Lop. dict. gloss. 9. Castell. num. 25. Trentacinq. num. 7. Negulant. dict. nu. 51. vers. Et per hoc infert, Gutier. num. 14. Molin. dict. cap. 7. n. 22. Surd. n. 11. Tusch. lit. H, concl. 117. num. 5. Sed dissentit Merlin. num. 25. & 26. videndus. Licet autem tertius possessor non gaudeat beneficio dictæ legis 2. aliunde tamen de excussione non facta opponere poterit; nam creditor ut tertium hypothecaria conveniat, excutere debet non solum res specialiter obligatas, sed etiam omnia debitoris bona, ut in specie notant Merlin. n. 14. Gutier. n. 15. Surd. n. 14.*

Vers. Sextò à proximo intellectum.

- 7 Imperialis sanctio dictæ legis 2. non vindicat sibi locum agentis creditore adversus debitorem, aut hæredem ejus, qui omnia speciali hypotheca venire permittitur ad alia bona generaliter obligata, quæ penes illos sunt. Pat. Molin. *loc. cit. Surd. num. 10. Pacific. sup. dict. cap. 3. num. 83. Costa de remed. subsidiar. rem. 11. num. 7. Tusch.*

num. 10. Merlin. num. 17. Gutier. num. 15. Trentacinq. num. 8. Molin. d. n. 22. Castell. nu. 23.

Ibi: *Ac tandem poterit creditor.*

Creditor agit in solidum contra quemlibet ex hæredibus debitoris, qui vel unicam rem ex obligatis possederit. Trentacinq. & Gutier. *ubi proxime.*

Vers. Septimò constat.

Si prior creditor solam generalem habuerit hypothecam, qua continerentur plura bona, quam posteriori obligatione, vel quia debitor interim illa alienarat, vel alia causa, anterior creditor agens contra bona secundo creditori obnoxia, repellit nequibit, nec cogetur excutere alia bona, quæ sibi tantum sunt obligata, cessante constitutione dictæ legis 2. quæ ut prædiximus suos terminos egredi non potest, de quo fuse Merlin. *de pignor. lib. 4. quest. 21. à num. 14. ad 25. Pat. Molin. de just. & jur. disput. 536. num. 35. Negulant. de pignor. part. 5. memb. 2. num. 51. vers. Sed dubitatur. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de pignorib. resol. 5. num. 9. Gutier. conf. 50. nu. 16. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 7. nu. 28. Tusch. lit. H, concl. 117. nu. 11.*

Quæritur an dicta lex 2. procedat hac in specie: 10 Quidam habet bona majoratus cum facultate regia, nonnulla specialiter, & cætera possessoris generaliter obligata; hic postea cum alio contrahens solum bona obligavit libera: dubitatur utrum antiquior creditor, non excussis bonis majoratus, ad libera agere valeat in præjudicium posterioris, qui hæc duntaxat habet obligata? Molin. quem nonnulli sectantur *dict. cap. 7. à num. 17. negativam tuetur ex decis. dict. l. 2. Sed contrariam probant Pat. Molin. supra, disput. 653. num. 6. cum seqq. Castell. controvers. lib. 4. cap. 26. ex num. 29. quæ sententia ut verior, ac receptior approbatur per Addition. ad Molin. sup. dict. cap. 7. ubi pro utraque parte laudat Interpretes. Sic non esse locum Imperiali constitutioni in præmissis casu, tenendum est, atque ita priorem creditorem, non facta excussione in bonis vinculis, adversus libera agere posse deciditur, de quo deliberandum ait Molin. num. 31.*

Ad Num. 3.

Creditor antiquior ex causa dotis subicitur dispositioni dictæ legis 2. sicut cæteri, ita ut omnia excussione specialis hypothecæ, bona generaliter obligata persequi non possit, si id posterior creditor etiam non privilegiatus opposuerit Tusch. *sup. num. 3. Castell. num. 27. Trentacinq. num. 5. Gutier. num. 71. cum seqq. Merlin. num. 9. & 34. Costa de remed. subsidiar. remed. 11. num. 2. Surd. decis. 44. num. 5. Caroc. de excussione. part. 2. quest. 65. num. 18. Molin. d. cap. 7. nu. 21. vers. Hoc autem.*

Hæc conclusio ampliatur etiam si dictum sit, quod specialis hypotheca adjiciebatur pro tutiore dotis cautione. Costa *nu. 3. & 4. Surd. conf. 495. num. 9. Sed contrarium sustinet Merlin. disputans à num. 36. non tamen ita movent ejus fundamenta, ut à communi recedamus. Utrum pro dote agi possit absque excussione in tertium possidentem, disputat Merlin. sup. lib. 5. quest. 69. à num. 33.*

Vers.

Verf. Nonò est præterea.

- 13 Quoad æquitatem dictæ legis 2. nihil interest, quod prior creditor habeat in re nominatim obligata solum specialem hypothecam, non generalem, qua cætera debitoris bona tenentur: est de mente omnium, ac expressim observat Gutier. num. 13.

Verf. Decimò fortassis.

- 14 Ubi celebratur contractus cum speciali, ac generali obligatione, solet adjici clausula, quod generalis non derogat speciali; nec è contra: inde quæritur, an posita ea clausula, cesset dispositio dictæ legis 2. & possit anterior creditor, renuente posteriore, uti generali hypotheca in aliis debitoris bonis, non excussa re specialiter obligata? Cui quæstioni subdubius D. Covar. respondet, asserens difficile in praxi affirmativam opinionem à se admittendam. Nihilominus ex communi, ac receptissima opinione præfata clausula sic usurpatur, ut effectum producat agendi ad res generaliter obligatas absque excussione specialis hypothecæ, ut pluribus laudatis tenent Tusch. numer. 12. Gutier. num. 20. Gait. de credit. cap. 4. num. 1545. Trentacinq. n. 6. Ozasch. decis. 158. num. 7. Merlin. n. 49. Franch. decis. 5. Costa sup. n. 5. Caroc. n. 20. Mynsinger. observat. 94. num. 8. cent. 6. & alii, quos refert Castill. n. 34. Alia quæ spectant ad interpretationem dictæ legis 2. abunde tradit præ cæteris Merlin. dict. quæst. 21. per tot. & plures ex neotericis recenset.

Ad Num. 4.

- 15 Quoties creditor per hypothecariam rem avocet à tertio possessore, nullatenus impediri potest, ne per distractionem pignoris debitum illico consequatur, quo postulante ad subhastationem proceditur, citato possessore, ut si voluerit, offerens quod debetur, rem recuperet, nec terminus de stylo assignatur, sed intra dilationes proclamatum, & additionis suo jure uti potest. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 5. num. 8. Cur. Philippic. part. 2. lib. 2. cap. 13. in fin.

Ibi: Est tamen juris apertissimi.

- 16 Creditor non compellitur divisim solutionem debitæ quantitatis admittere, ut probat lex Tutor 41. §. Lucius, de usur. cui opponitur lex Quidam 21. si pert. petas. de quarum conciliatione agit Accursius ibi, Ant. Fab. in ration. ad d. l. Quidam, Cujac. in lib. 48. Digest. Salvi Juliani, ad d. l. Quidam, Pichard. in §. Si finium, in appendic. ad tit. de offic. judic. cap. 7. n. 82. videndus à n. 75. ubi disputat, ac cum pluribus resolvit, creditorem non teneri ad recipiendam partem ejus, quod sibi debetur, & ita præter jam laudatos observant Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 10. n. 5. Leotard. de usur. quæst. 67. n. 31. Fachin. contrav. lib. 10. cap. 59. quod fallit libertatis favore, l. Cum heres 4. §. Item si decem, de statuliber. Ant. Fab. sup.

Ibi: Secunda ratio hanc sententiam.

- 17 De natura contractus distractio pignoris, nisi D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.

debitum exsolvatur, comperit creditori, l. Si convenerit 4. de pignorat. act. atque ut procurator domini debitoris, l. Creditori 9. de nov. oper. nunciat. per traditionem dominium, quod non habet, transfert in emptorem. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 95. Pat. Molin. sup. disp. 538. num. 4. apud quos quando, & quomodo creditor ad venditionem debeat pervenire. Consule etiam Gregor. Lop. in l. 42. gloss. 3. tit. 13. part. 5. Imò pactum de non distrahendo per creditorem pignore, non valet, ut alienationem omninò impediatur, sed ut trina denuntiatio præcedat. Pat. Molin. num. 5. Merlin. num. 11. Negusant. de pignor. part. 6. memb. 1. num. 3. Quid jure nostro Regio observandum in venditione pignoris, habetur in d. l. 42. Partit. ubi Greg. Lop. Molin. n. 4.

Ibi: Tertio, cum hic creditor.

Creditore agente hypothecaria, jus offerendi 18 possessor habet, solutoque debito liberatur, etiam si mala fide possideat, l. Paulus 12. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. solvit. ibi: Si qualiscunque possessor offerre velit, neque enim queri debet de jure possessoris, cum jus potioris removeatur, soluto pignore. Merlin. d. lib. 4. quæst. 65. num. 1. & 2. Negusant. sup. part. 4. memb. 3. numer. 25. in fin. Menoch. de adispic. remed. 3. numer. 181. & 182. Affl. & decis. 259. num. 2. & 3. & ibi Ursil. n. 3. qui refert aliud sensisse Baldum de injusto possessore.

S U M M A R I U M.

- 1 Societas quid sit.
- 2 Societas in universalem, & particularem dividitur, & quomodo in utroque bona collocata ipso jure communicentur inter socios.
- 3 Quid de bonis quæsitis post contractam universalem societatem quoad communicationem, & utrum sub societate bonorum omnium continentur futura?
- 4 Quid jure nostro regio stabilitum habeatur circa eandem communicationem.
- 5 In societate conjugali bonorum omnium ex statuto, bona viri & uxoris tempore contracti matrimonii quoad dominium, & possessionem communicantur.
- 6 Quid de bonis acquisitis matrimonio constante.
- 7 Bonorum societate inter conjuges contracta, quod unus proprio nomine acquirit, non communicatur alteri absque traditione, quod controversum est apud nostrates; & n. 8.
- 9 Vir apud nos acquisita constante matrimonio potest, etiam invita uxore, alienare, quamquam ipsa ex parte sit domina.
- 10 De societate lucri, ac quæstus, quæ in Hispania per matrimonium contrahitur.
- 11 Dos aut donatio propter nuptias per patrem, seu matrem promissa, quibus ex bonis de jure regio solvi debeat.
- 12 Quid si soluto matrimonio pater dotem, aut donationem propter nuptias promiserit, & num. 13.
- 14 Si maritus consistente matrimonio officium publicum comparaverit, quando & quomodo quoad estimationem uxori debeat communicari, & n. 15.
- 16 Quod jus acquiras uxor in patronatu Ecclesiastico, quod

- quod maritus constante matrimonio, pecunia dispendio comparavit.
- 17 Officia publica, quæ facultate regia, quæ facile concedi solet, vendi possunt, alienabilia censentur, ac pretio æstimabilia.
- 18 Officiorum, quæ vendi possunt, facultate Principis impetrata, liberis in legitimam imputatur æstimatio, & fieri debet juxta tempus, quo parens moritur. Idem dicendum de officiis transmissibilibus ad hæredes, etsi nullatenus possint alienari.
- 19 Apud nos ex conjugali societate communicatur uxori pretium officii publici inalienabilis, si ad hæredem mariti transmitti possit.
- 20 Munera publica utrum expediat, & liceat pro pretio conferre?
- 21 Quid in nostris Occidentalibus Indiis observetur.
- 22 De militiis Romanorum, remissivè.
- 23 Questio singularis discutienda proponitur, casusque refertur.
- 24 Prior dos præponitur posteriori, exceptis bonis extantibus uxoris secundæ.
Si vincio vincentem te, à fortiori vincam te, ibid.
- 25 Agentibus de damno vitando magis favendum, quàm de lucro captando certantibus.
- 26 Capitale, & lucrum societatis ejusdem sunt naturæ, & de illis pariformiter debet judicari.
- 27 Probatum, non quæri dominium uxori bonorum quæ constante matrimonio lucrantur, de jure Regio.
Maritus potest solvere dotem prioris consortis ex bonis superlucratis durante secundo matrimonio, ibid.
Resolutio questionis juxta communem, & in præxi receptam sententiam ibid.
- 28 Pro contraria adducitur primum fundamentum; nam pro propria dote nulla in secundam uxorem quoad lucra actio potest competere.
- 29 Uxor sicut retinet bona dotalia, quæ extant, agentibus hæredibus ad dotem primam, ita nec super bonis lucratis molestari poterit.
- 30 Uxor non tenetur ex bonis superlucratis solvere debita, quibus vir ante matrimonium erat astrictus.
- 31 Bona societatis conventionalis non sunt obnoxia creditoribus, qui ante illam cum aliquo ex sociis contraxerunt: quod & in societate conjugali procedere debet.
Qui jure domini agit, cunctos creditores cujuscunque privilegii, & qualitatis superat, ibid.
- 32 Hypothecâ affici non potest quod nunquam fuit in bonis debitoris, idèd lucra secundi conjugii, quatenus ad uxorem pertinent, non subjiciuntur actioni dotalis ex primo matrimonio.
- 33 Iniquum est, quod mulier privetur lucris nuptialibus, ut dos prioris conjugis persolvatur.
- 34 Viduæ afflictæ ob mariti, & dotis jucturam subveniendum lucrorum commodo, ne multipliciter gravetur.
- 35 Probatum, ac sustinetur, non esse solvendum dotem prioris consortis ex bonis superlucratis secundo constante matrimonio, pro parte quæ secundæ uxori jure Regis debetur.
- 36 Respondetur ad primum argumentum communis opinionis.
- 37 Respondetur ad secundum, & reliqua, & num. seqq.

CAPUT XIX.

Societas conventionalis est contractus quidam ex nominatis, juris gentium, bonæ fidei, ultrò, citroque obligatorius, qui consensu perficitur, Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 5. num. 1.* Tusch. *lit. S. concl. 379. n. 6.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 1. ex n. 15.* Wesembec. *paratit. ad tit. ff. pro socio*, Petr. Greg. *Syntagmat. lib. 27. cap. 4. num. 7.* Societas definitur. *in l. 1. tit. 10. part. 5.* & ab Interpretibus variè describitur, ut videre est apud Mantic. *num. 16. cum seqq.* Osuald. *lib. 13. cap. 15.* Gregor. Lop. *in d. l. 1. gloss. 1.* Pichard. *num. 3.* Communiter à Theologis definitur, quod est contractus, seu conventio duorum pluriumve contribuendi ad commune lucrum, vel usum; Molin. *de just. & jur. disput. 411. num. 1.* Lessius. *eod. tract. lib. 2. cap. 25. n. 1.* quam definitionem explicuit uterque.

Ad Num. 1.

Societas contrahitur aut omnium bonorum aut certæ partis pro aliqua negotiatione, *l. Societas 5. Pro socio, l. 3. tit. 10. part. 5.* Anton. Gom. *num. 2.* Molin. *disp. 412. numer. 1. & 2.* Pichard. *in princip. num. 1. & 4.* *Instit. de societ.* In universali ex conventionem societate bona contrahentium communicantur, quæ tempore contractus habent, dominiumque, ac possessio legis ministerio absque traditione invicem transfertur, ut cum D. Covar. docent Molin. *disp. 411. num. 5.* Lessius *num. 3.* Cujac. *in paratit. ad tit. C. pro socio*, Ant. Fab. *in rational. ad l. 2. ff. eod.* Tusch. *sup. concl. 283. n. 1. & 3.* Pichard. *num. 9.* Ant. Gom. *num. 3. vers. Item quæro*, Matienz. *in l. 2. gloss. 3. num. 6. tit. 9. lib. 5.* Recop. Donell. *lib. 13. cap. 16.* Mantic. *lib. 6. tit. 15. num. 2.* Gutier. *Practicar. lib. 2. cap. 118. num. 2.* quod utique obtinet in quavis particulari societate quoad illa, quæ juxta legem contractus loci conferunt, si convenerit, ut capitale commune fiat. Molina, & Lessius *ubi proxime*, Ant. Gom. *d. vers. Item quæro, & in l. 50. Taur. n. 76.*

Ibi: In his tamen bonis.

Inita universali bonorum societate, quod unus ex sociis postea acquirit, non communicatur aliis nec quoad dominium, nec quoad possessionem, nisi intercedente traditione. Ant. Gom. Ant. Fab. Tusch. Donell. *ubi proxime*: quod ita verum est, si proprio nomine socius emerit, aut aliter quicquam comparaverit; nam si nomine societatis contrahat, quod per contractum quæserit, absque traditione etiam quoad possessionem sociis communicabitur: sed & proprio nomine acquisitum, judicio societatis socium communicare judex compellet. Ita post D. Covar. Molina, Lessius, Mantic. *ubi nuper*, Matienz. *num. 8.* Pichard. *n. 11.* Gutier. *loc. cit.* Societas autem bonorum omnium simpliciter contracta complectitur etiam futura. Mantic. *d. tit. 25. n. 5.* Gregor. Lop. *in l. 3. gloss. 2. tit. 10. part. 5.* Molin. *disp. 412. n. 1.* Pichard. *sup. num. 8.* Ant. Gom. *d. cap. 5. n. 3.* Morquec. *de divis. bonor. lib. 2. cap. 2. n. 3.* atque probatur ex *l. Si societatem 73. pro socio.* Ast si præsentium bonorum mentio fiat, futura intelliguntur exclusæ à societate, Menoch. *n. 4.*

Ibi:

Ibi: *Nisi dixeris id lege Regia.*

4 Jure nostro regio sublata est differentia, de qua supra, inter bona presentia, & futura quoad acquisitionem dominii, & possessionis inter socios bonorum omnium, exclusaque est distinctio communis de acquirente socio nomine proprio, aut societatis, nam indistinctè statutum est, ut absque traditione etiam bona futura communicentur, l. 47. tit. 28. part. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. ult. l. 6. tit. 10. part. 5. observant Molin. disp. 411. n. 7. Ant. Gom. n. 3. in fin. Gutier. de cap. 118. n. 5. Matienz. sup. n. 9. Cur. Philippica part. 2. lib. 1. cap. 3. n. 7. Pichard. sup. n. 11.

Ibi: *Ex quibus quantum ad matrimonii.*

5 Quoties ex lege, aut consuetudine regionis per matrimonium societas omnium bonorum inter consortes contrahitur, quæcunque vir, vel uxor habet, perfecto matrimonio, vel consummato, prout sit statutum, absque traditione quoad dominium, ac possessionem communicantur, Molina disp. 422. numer. 3. ubi de Lusitania, Pichard. in rubric. num. 7. Inst. de societ. Matienz. d. gloss. 3. n. 10.

Ad Num. 2.

6 Bona quæ sita nomine conjugalis societatis, seu viri, & uxoris, matrimonio constante, etiam de jure communi utrinque consorti communicantur absque traditione, per dominii, & possessionis translationem. Matienz. n. 11. Gutier. d. cap. 118. num. 2. Tell. Fern. in l. 16. Taur. n. 11. Verumtamen jure Potificio, ac Cæsareo nulla inter virum, & uxorem inita societas quoad bona intelligitur. Molin. num. 2. Pichard. num. 8. Matienz. in d. l. 2. gloss. 1. num. 2. Gutier. num. 6. Tell. Fernand. n. 12.

Ibi: *Tertiò deducitur in eadem specie.*

7 Ubi maritus nomine proprio aliquid comparavit, jure communi inspecto, quæquam ex conventionem, vel statuto ipsum pro parte uxori debeat communicari, opus erit traditione, ut dominium ac possessionem nanciscatur: quod convenit traditis supra, n. 3. & tenet Matienz. d. gloss. 3. n. 22. sed aliud ex nostratibus non paucis scripsit Amat. forens. resol. 13. n. 29.

Ibi: *Quartò ex præmissis constat.*

8 Præcedens resolutio de Jure Cæsareo procedit; nostro tamen Regio controversum est, an dominium, ac possessio bonorum, quæ maritus proprio nomine quærit, statim absque aliqua traditione in uxorem pro partæ transferatur intuitu societatis lucris, & quæritus, quæ apud nos per matrimonium tacitè contrahitur, l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Qua in quæstione traditionem non desiderari, sed illicò mulier acquisita per virum communicari, docent Greg. Lop. in l. 55. gloss. 2. vers. Mihi verò, tit. 5. p. 5. Anton. Gom. in l. 50. Tauri, num. 76. Gutier. d. q. 118. n. 4. Matienz. in d. gloss. 3. n. 2. cum seqq. Valenzuela conf. 13. num. 6. Parlador. quotidianar. lib. 2. cap. Ayora de partitionib. p. 2. q. 41. n. 44. Azeved. in d. l. 2. Recop. D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.

num. 17. Amat. cum plurimis ubi proximè, Petr. Barbosa in l. 1. part. 1. n. 37. ff. solut. matr. Avend. de censib. cap. 75. num. 5. Garcia de conjugal. acquæst. num. 188. & alii apud Hermosilam. in l. 55. gloss. 2. n. 25. tit. 5. p. 5. qui & contra sentientes refert, n. 23. Illi communi opinioni assentitur D. Cov. hic.

Ibi: *Non oberit, quod lege Regia.*

9 Jure nostro Regio facultas libera disponendi de rebus matrimonio subsistente quæsitis, marito conceditur, etiam inscia, aut renuente consorte, l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopil. Molin. de just. & jure, disp. 275. n. 7. Anton. Gom. in l. 50. Tauri, n. 72. in fin. Azeved. in d. l. 5. num. 6. Matienz. ibi, gloss. 6. num. 2. quod ampliant ipsi, ut maritos donare valeat; & ad pravos usus ludi, aut turpitudinis dilapidare, modò uxoris fraudandæ animus non probetur. Ex qua constitutione deduci posset contra communem nostratrum resolutionem, quod dominium non quæritur uxori jure ipso quoad acquisita constante matrimonio, quia marito non liceret alienare, ipsa non consentiente, ex regula legis *Id quod nostrum II. de reg. jur.* quæ procedit & in eo, qui ex parte dominus est, ut ibi notat Accursius. Sed respondetur dominium quæri uxori revocabiliter, seu in habitu, ita ut viro alienante, ipsa sine facto proprio amittat quod etiam sine facto quæsitivum, ex lege utrumque apud nos disponente.

Verf. *Ex his plura deduci poterunt.*

Hæc quæ D. Covar. omissa facit, aliunde ministrant neoterici jam laudati: illud duntaxat adnotare placet, quod societas, quæ ex legibus regiis per nuptias contrahitur, omnium bonorum non est, sed quæritus, ac lucris, Greg. Lop. in l. 55. gloss. 2. col. 3. in princ. tit. 5. part. 5. Gutier. Practic. lib. 2. q. 118. num. 7. Matienz. in l. 3. gloss. 1. num. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. Garcia de expens. cap. 13. n. 13. Hermosil. in d. l. 55. gloss. 2. n. 26. Imò non omne lucrum communicatur inter conjuges, velut hæreditas, donata, & alia de quibus in l. 3. & 5. tit. 9. lib. 5. Recopil. ubi Matienz. & Azeved. Anton. Gom. in l. 50. Tauri, n. 72. fructus verò ex quibuslibet bonis communicantur, d. l. 5. Recop. cujus Interpretes id observarunt.

Ad Num. 3.

Dos, aut donatio propter nuptias promissa ab utroque parente, ex bonis superlucratissimis matrimonio constante solvi debet: quod si ea non existant, vel non sufficiant, supplendum erit de substantia mariti & uxoris pro æquis portionibus: sed si pater solus sponderit, de acquæstu conjugalibus deduci dos, seu donatio debet, quo deficiente, promissor de proprio patrimonio integrè satisfaciet, l. 8. tit. 9. lib. 5. Recop. deducta ex l. 53. Tauri, de qua Molin. disp. 424. num. 8. Anton. Gom. in d. l. 53. num. 24. vers. Item etiam, Greg. Lop. in l. 6. gloss. 1. tit. 10. p. 1. Matienz. in l. 3. gloss. 7. n. 7. tit. 9. lib. 5. Recop. Azeved. in d. l. 8. d. num. 6. Ayora de partitionib. part. 2. q. 40. n. 40. Garcia de conjugal. acquæst. numer. 150. Baëza de non melior. dot. ratione filiab. cap. 11. n. 126. Idem juris erit si mater sola dotem constituat. Anton. Gom. sup. vers. Secunda ratio, Baëza numer. 23. Matienz. ubi proximè. Opus tamen erit, quod accedat mariti licentia, cum de jure nostro absque illa

T 2

illa nec contrahere, nec quasi contrahere uxori permittatur, l. 55. *Tauri*: quæ est lex 2. tit. 3. lib. 5. *Recop.* observant Ant. Gom. & Bæza. Hæc ampliatur quamquam parens rem propriam dederit in dotem; nam ex bonis multiplicatis deducet æstimationem, ut disputans resolvit Ayora n. 42. & 43. cui ad stipulatur, quod parens, dum rem suam tradit, non censetur renunciare dispositioni dictæ legis 53. *Tauri*, sed juri repetendi pretium ex bonis communibus acquisitis, si extent; cum nemo præsumatur proprium jactare patrimonium, l. *Cum de indebito* 25. de probat. l. 6. tit. 14. part. 3. Barbosa cum pluribus axiom. 112. & ita in dubio credendum, nisi appareat quod dotans intendit de propria substantia liberalitatem erga liberos exercere, ut ait Ayora.

Verf. Ex quo infertur.

- 12 Si pater etiam matrimonio soluto, liberis ex eo dotem, aut donationem propter nuptias contulerit, eam non ex propriis bonis tantum præstabit, sed ex communibus eodem matrimonio durante acquisitis, juxta legem Regiam, quam ad hunc casum cum nostro Præsidente extendunt Gutier. *Præcticar. lib. 2. quæst. 125.* Garcia num. 151. Matienz. in l. 3. gloss. 7. n. 9. tit. 9. lib. 5. *Recop.* Bæza d. cap. 11. num. 111. cum seqq. Azeved. sup. num. 18. Ayora num. 41. Idem admittit quoad matrem dotantem, soluto matrimonio, Azeved. n. 10. ubi quid si bona non superflua.
- 13 A communi sententia dissentiunt Anton. Gom. ubi proxime, Castill. in l. 53. *Tauri*, num. 24. hæc quidem de juris rigore maximam obtinet probabilitatem, ut agnoscunt Garcia, & Ayora ubi proxime, Molin. d. disp. 424. num. 9. qui tamen non audent à magis recepta apud Interpretes, & in praxi resilire, eamque ut æquitati, ac prudentiæ consonam amplectitur Bæza late agens num. 97.

Ad Num. 4.

- 14 Si maritus constante matrimonio Decurionatum, Tabellionatum, vel munus aliud obtinuerit ex illis, quæ pecunia æstimantur, & vendi saltem ex regia facultate communiter solent, quoad pretium uxori officia illa communicantur, ut bona multiplicata, ita ut tantumdem deducat mulier ex bonis communibus, quanti munus valere constiterit. Gutier. *Præcticar. lib. 2. quæst. 64. in fin.* Garcia de expens. cap. 4. num. 15. & de conjug. acquæst. num. 67. Azeved. in l. 5. num. 1. & 2. in fin. tit. 9. lib. 5. *Recop.* Matienz. in eadem l. 5. gloss. 4. d. n. 4. Ayora sup. part. 1. cap. 8. num. 16. qui resolvit, æstimandum officium juxta tempus præsens, etsi minoris emptum sit. Consentit Garcia de conjug. acquæst. num. 68. & num. 67. scribit, uxori pro parte pretium Officii acquiri, etsi precibus impetretur gratis: quod videtur opponi dictæ legi 5. *Recopilat.* ubi cavetur, ne officia à Rege concessa marito, communicentur consorti. Et quamvis Regiam constitutionem de muneribus publicis justitiæ administrationem habentibus, strictè accipiant Matienz. in d. lib. 5. gloss. 2. n. 2. Azeved. ibi, num. 1. illud sanè mihi non probatur; nam hujusmodi officia ex sui natura uxoris nequeunt communicari cum nec æstimationem recipiant, nec per foeminas exerceri permittatur, l. *Feminae*, de reg. jur. Unde verba legis potiùs de officiis pretio æstimabilibus intelligi debent, quæ si maritus ex liberalitate

Principis, aut privati acquisierit matrimonio constante, nihil ex eo uxor consequi poterit, sicut neque de rebus cæteris per donationem comparatis, l. 3. l. 5. tit. 9. lib. 5. *Recop.* Et ut hæc lex quinta rectè procedat, intelligenda est de officiis pecunia æstimabilibus, quæ mulieribus possunt communicari; alioqui exceptio non foret de regula, ut debet esse, l. *Quæsiuum* 12. §. *Idem Pomponius respondit domo*, et 2. ff. de fund. instrum. l. *Nam quod liquidæ* 4. §. *fin. de pen. legat.* Barbosa axiom. 85. num. 6. dixi sup. lib. 1. cap. 6. n. 23.

Verf. Ego verò contrariam.

Hæc opinio communis est, ut ex præmissis apparet: & quæ D. Covar. pro ejus comprobatione adducit, late profequitur Matienz. in d. l. 5. gloss. 4. n. 4. cum seqq.

Ibi: Hoc probatur ex eo quod.

Hinc deducitur, quod si munus non esset pecuniâ, sed precibus comparatum, nullam partem in illo uxor haberet, sicut nuper ostendimus sub. n. 14.

Si maritus constante matrimonio juspatronatus in Ecclesia acquisierit ex fundatione, aut dotatione, aut ex emptione universitatis bonorum, quæ illud contineatur, licet maritus solus præsentet, tamen soluto conjugio, foemina, aut ejus hæredes præsentandi jure potentiunt unâ cum marito, vel successoribus ipsius, prout matrimonium dissolvi contigerit. Garcia sup. numer. 165. tract. de conjug. acquæst. Matienz. in l. 5. gloss. 4. num. 5. tit. 9. lib. 5. *Recop.* Bæza de decim. tutor cap. 23. num. 17. Gutier. de tutel. part. 3. cap. 29. num. 5. Sanch. *Consil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 71. n. 31.* Spin. de testam. gloss. 41. num. 63. D. Frass. de regio patron. *Indiar. cap. 5. num. 7. & 8.* nec enim foeminis præsentandi ad Beneficia usus interdicitur, quamquam eligere vetentur. Vivian. de jurepatron. lib. 5. cap. 1. num. 9. Juspatronatus licet quoad substantiam sit individuum, quoad exercitium tamen recipit divisionem, & plures possunt existere patroni ejusdem Ecclesiæ, qui vel simul, vel alternis vicibus solent præsentare, cap. 1. & ibi Gloss. de jurepatronat. cum aliis apud D. Frass. cap. 4. num. 60. & 61. ubi plures.

Ibi: Deinde cum facillimè.

Quæ fieri nequeunt absque Principis facultate, ab ejusque voluntate pendent, impossibilia censentur. Sanch. cum plurimis de matrim. lib. 5. disp. 5. n. 5. Barbosa axiom. 118. n. 4. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 8. num. 3. Salgad. de Reg. protect. p. 2. cap. 6. num. 86. sed hoc limitatur cum Princeps frequenter, ac facillè aliquid deprecantibus solet concedere Greg. Lop. in l. 13. gloss. 3. tit. 9. p. 6. Anton. Gom. in l. 9. *Tauri*, num. 18. verf. *Secundò non obstat*, Molin. de primog. lib. 2. cap. 13. d. n. 8. & alii quamplures, quos congerit Sanch. dicta disp. 5. num. 12. Unde officia alienabilia censentur, quamquam absque Principis assensu vendi prohibeantur. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 24. num. 3. quia scilicet facillè talis facultas impetrari consuevit. Quoad officia Curie Romanæ, de quibus Merlinus ibi, ipsum consulat.

Ibi: Multò minus nocet posteriori.

Officia publica, quæ vendi possunt accedente Prin-

Principis facultate, in legitimam liberis esse imputanda, sustinent Merlin. *d. quest. 24. num. 1.* Matienz. *in l. 3. gloss. 2. num. 13. tit. 8. & in l. 5. gloss. 4. num. 6. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Garcia de expens. cap. 4. num. 15.* Anton. Gom. *in l. 29. Tauri. num. 21.* Parlador. *different. 150. §. 3. numer. 13. & 14.* Pichard. *post. §. Quædam actiones 20. Instit. de action. tract. de collat. art. 3. num. 48. cum seqq.* & alii, quod refert Hermosilla *in l. 3. gloss. 6. n. 59. tit. 4. part. 5.* Ex his observandum, tum quod licet officium nullatenus vendi possit, si tamen ad hæredes sit transmissibile, imputetur: tum quod æstimationis officii est facienda secundum tempus mortis patris, sive pluris, sive minoris emptum sit, quod & tenet Merlin. *sup. lib. 2. tit. 2. q. 21. n. 15.*

Ad Num. 6.

19 Vide laudatos *suprà num. 14.* Officia quidem publica quoad æstimationem pro parte ad uxorem spectant, ut bona superlucrata matrimonio constante, quamquam venalia omnino non sint, modò ad hæredes mariti transire possint, ad instar muneris empti pecuniâ patris: quod, ut nuper est prænotatum, intuitu transmissionis imputatur filio, quamvis venundari prohibeatur, *l. Omni modo 30. §. Imputari, C. de inoffic. testam.*

Verf. Verùm an horum munerum.

20 Hæc nostri præsidis non sunt, sed à Cornelio Brederodio adjecta, ut notatur in prima pagina codicis, quo variæ, ac practicæ continentur, quod demonstratur per hoc signum (positum initio versiculi hujus. Nihilominus aliqua obiter superaddere ægrè non feram. Quoad primum nemini dubium est, quin non expediat munera publica pretio conferre: sed an liceat, quæstionis est, de qua Lessius *de just. & jure, lib. 2. cap. 32. à num. 24. & num. 29.* docet quæ desiderentur, ut licita sit venditio, scilicet authoritas in vendente, aptitudo in emptore, moderamen in pretio, convenientia erga commune bonum: & quod attinet ad Magistratus, & officio justitiæ administrationem habentia, consule Bobadill. *in Politic. lib. I. cap. 2. num. 21. in fin. & cap. 14. num. 14. cum seqq.* ubi latè, ac egregiè, plurimos congerens, qui de hujusmodi munerum venditione disserunt. Solorzan. ubi mox laudabitur.

21 In his Indiarum regionibus Decurionatus omnes, Tabellionatus cujusque provinciæ, aut civitatis, atque cætera munera, quæ justitiæ administrationem annexam non habent, publicè sub hasta per administratores Regii gazophylacii, cui pretium cedit, obitu emptoris vacant; possunt tamen per renunciationem ad alios transferri sub forma præscripta, & toties quoties renunciatio intercedit, effectumque sortitur, tertia pars pretii ærario Regio infertur, nisi in prima renunciatone per primum emptorem facta, quia dimidia debetur, ut constat ex titulo 20. *cum seqq. lib. 8. Recop. Indiarum, Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 5. cap. unic. num. 99. cum multis. seqq. Escalona in Gazophylac. Reg. p. 2. lib. 2. cap. 10.*

22 De militiis Romanorum non pauca fusè edisserunt præter illos, quorum hic fit mentio, ut Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præf. 25. & l. b. 8. parerg. cap. 25.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 19. per tot. ubi de armata militia, Solorzan. sup. lib. 2. cap. 31. num. 28. Garcia d. cap. 4. num. 15. & 16. Revard. conjectaneor. lib. 3. cap. 3. ubi triplicem militiam*

distinxit, de quo prædixi *suprà, lib. 2. cap. 1. n. 17.*

Pro appendice hujus capituli, ubi de acquæstu 23 conjugali actum est, adjicere placet quæstionem, quam jam diu literis mandatam observabam, cujus hæc hypothesis. Petrus duxit Joannem in conjugem, octo mille pro dote receptis: uxor liberis procreatis decessit, quorum bona pater retinuit: deinde ipse cum Catharina secundo contraxit, à qua duo millia dotis nomine percepit, & confecto inventario constitit, totidem duntaxat ex bonis primi conjugii superesse. Diu matrimonio persistente, plura conjuges acquisierunt, ita ut viro defuncto, octo millia in hæreditate superfuerint, quæ omnia pro dote matris suæ liberi prioris conjugii exigere conantur. Vidua se tuetur, quia quatuor millia multiplicata sunt matrimonio suo constante, ex quibus duo illi debentur. Nunc videndum cuius partis potiora sint jura.

Primo pro liberis facit lex 33. *tit. 13. part. 5. 24 authent. ut exact. instit. dot. collat. 7. authentic. Si quod, C. qui potior.* quibus cavetur, quod in dotium concursu, exceptis bonis extantibus secundæ uxoris, prior præferatur. Unde à paritate, seu majorate rationis, etiam quod lucra matrimonio potior haberi debet, cum mulieri validius sit jus ad repetitionem dotis, quam ad lucra conjugalia, ut patet; nam pro dote sæpe mariti creditores excludit, *l. Affiduis 12. C. qui potior.* quoad lucra quisque creditor adhuc ex personali actione potior muliere habetur. *l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopil. Igitur quod in dote stabilitum est pro uxore prima, multò magis in superlucratis obtinebit. Secundò expenditur illud juris axioma, Si vinco vincem te, à fortiori vincam te, traditum in l. De accessionibus 14. de divers. & tempor. præscript. dos enim prior præponitur creditoribus qui constante matrimonio secundo cum marito contraxerunt, qui ut præmissum est, superant quoad lucra posteriorem conjugem: ergo & hanc vincet conjux anterior.*

Tertiò, ubi dos restitui postulatur, agitur de 25 damno vitando: at vidua exigens lucrorum dimidiam, de lucro captando, ut vox ipsa significat: in re autem controversa tutius est favere repetitioni, quam adventitio commodo, *l. Non debet 42. §. 1. de reg. jur.* ex quo in omnibus causis jura magis fovent versantem in damno, quam intendentem lucrari, *in fin. §. Sin verò creditores. C. de jur. deliber. l. fin. §. Si quis verò, C. de codicil. l. Qui autem 6. §. Simili modo dicimus, ff. quæ in fraud. credit.* Castill. cum pluribus *controvers. lib. 3. cap. 1. à princ.* atque in congressu creditorum melior est conditio agentium ex causa onerosa, quam lucrativa: quod in chirographariis extra dubium est, licet in hypothecariis controvertatur. *Gurier. de juram. confirm. part. 3. cap. 15. numer. 19. Gait. de credit. cap. 4. num. 274. Merlin. de pignor. l. b. 4. quest. 25. Mantic. de tacit. convent. lib. II. tit. 21. n. 23. Carleval. de judic. tit. 2. disp. 30.*

Quarò, lucrum societatis, ac capitale sunt 26 ejusdem naturæ, conditionis, & qualitatis, ita ut inter se minimè distinguantur, nec possint, cum sint eadem res, diverso jure censerì, *l. Auri 2. C. de frument. urb. Constantinopol. lib. II. Leonard. de usur. q. 1. num. 19. & quest. 85 num. 23. & 26. Craveta conf. 433. num. 30. & 31.* Sed secunda uxor superatur ab hæredibus primæ quoad dotem quæ est capitale: ergo etiam quoad lucrum conjugale superari debet. Et quidem inauditum est, & à ratione juris dissonum videtur, quod capita-

li amisso, uxor ultima lucrum percipiat. Quintò, liberi prioris matrimonii non solum nituntur hypothecæ cum prælationis privilegio, sed etiam temporis prioritati: secunda uxor in lucris conjugii nullo gaudet privilegio, & tempore posterior reperitur, ideò juxta communes juris regulas in concursu succumbere debet, *cap. Qui potior 54 de regul. jur. in 6. l. 27. tit. 13. part. 5. l. Si fundum 4. C. qui potior. l. Potior. 12. ff. eod.*

27 Sextò, si aliqua ratione uxor posterior quoad superlucrata præferri deberet, maximè quia bona acquisita constante matrimonio, statim transeunt pro parte in dominium mulieris: sed hoc verum non est, constat *ex l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat.* & tenent non pauci apud Hermosillam *in l. 55. gloss. 2. num. 23. tit. 5. part. 5.* qua constitutione tribuitur marito libera facultas alienandi absque uxoris consensu bona consistente matrimonio comparata: quod foret iniquum, & ab ipsa naturali ratione dissonum, si dominium mulieri esset quæsitum, *l. Id quod nostrum 11. de regul. jur. cum similibus adductis per glossam ibi.* Unde remoto jure domini, nullo potest vidua prætere prælationem in lucris sui matrimonii. Ultimò, *ex eadem lege 5. Recop. sic arguitur.* Si marito licet hujusmodi bona alienare, ac disperdere, etiam in pravos usus, faude cessante, ut prænotatur *sup. n. 9.* & observat *ex aliis Hermosill. d. gloss. 2. n. 22.* posset utique ex eisdem lucris exsolvere dotem prioris conjugis, adhuc renitente secunda, cui jus non erat ad impediendam solutionem vivo marito. Ergo nec post ipsius mortem obstabit, ne satisfiat hæredibus defunctæ ex superlucratis, quod illis maritus debebat, nec ratio discriminis facile poterit inveniri.

Ex quibus, & aliis communiter receptum habetur, quod mortuo marito, ex quibuslibet bonis, quæ reliquerit, etiam quæsitis secundo matrimonio constante, dos prioris conjugis persolvatur, & ita hæc sententia obtinuit in praxi, ut si quis aliud asseveraret, somniare crederetur, ut ait Hermosilla *in l. 49. gloss. 5. num. 9. tit. 5. part. 5.*

28 Ast pro vidua uxore posterioris conjugii validissimæ rationes militant, ut bonis multiplicatis non privetur. Primùm, mulier ex legis regie dispositione est domina pro parte bonorum, quæ matrimonio constante acquiruntur; ideo adversus hæc liberi primi matrimonii nullam habent actionem: non personalis competit, quia posterior uxor cum antecessore non contraxit, nec aliquo modo existit obligata, ut illa actione teneatur, *l. Actionum 24. §. 1. de action. & oblig. Parlador. different. 36. à princ. Paz. in Praxi, tom. 3. cap. 1. num. 3. cum seqq.* nec competit hypothecaria, cum pars dimidia lucrorum legis ministerio statim in uxorem transit, nunquam mariti facta, quamvis per eum res sit acquisita, sicut præmittitur *suprà, num. 8.* Cum ergo hæredes primæ uxoris actione careant in secundam pro bonis superlucratis, quatenus ad hanc pertinent, audiri non debent in judicio, à quo repellitur qui sine actione petit, *l. Si pupilli 6. §. Videamus, de negot. gest. l. Si quid possessor. 54. §. Illud, de petition. hæredit. Barbosa cum pluribus axiom. 9. n. 4.*

29 Secundùm, expenditur lex 33. Partit. cum aliis, de quibus *sup. num. 24.* quæ decernunt, mulierem ex primo matrimonio præferendam posteriori in viri bonis, exceptis quæ extant, ac secundæ uxoris esse noscuntur, ea ratione expressa, quia propria ipsius sunt, *authent. ut instante exact. dit. collas. 7. §. His igitur, ibi: Et unumquemque oportet,*

set, quod suum est habere, nullo privilegio indigens. Atqui dimidia pars ejusmodi lucrorum propria est uxoris secundæ, cujus matrimonio constante sunt quæsitæ. Igitur ex identitate rationis portio ex bonis multiplicatis competens secundæ conjugii, per hæredes primæ auferri dotis prætextu nequit, & quod de rebus dotalibus deciditur, in acquæstu conjugali debet observari; nam quoties lex rationem exprimit decidendi, similes complectitur casus, in quibus eadem reperitur. Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. n. 34.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 20. n. 3. & 8.* Petr. Barbosa *in l. Sic constante, in princ. n. 102. solut. matrim. Menoch. conf. 484. n. 8. & 9.*

Tertiùm, uxor ex bonis in matrimonio acquisitis tenetur ad debita, quæ illo constante maritus contraxit, non ad antea contracta, ut deducitur *ex l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopilat.* qua constituitur, ut si mulier renunciaverit lucris conjugii, non teneatur creditoribus, qui cum marito durante matrimonio contraxerunt, quoniam anterioribus, etsi acceptet lucra, solvere non compellitur, quod extra dubium est, ac observatur ab Azevedo *ibi num. 20.* Pichard. *in §. Quædam actiones, num. 40. Instit. de actionib. Matienz. in l. 7. gloss. 1. num. 2. tit. 3. lib. 5. Recopil. Hermosill. in l. 49. gloss. 7. num. 9. vers. Quæ tacita, tit. 5. p. 5.* Cumque ex inventario apparet dos primæ uxoris diminuta, quando duxit secundam Petrus, hæc compellenda non est, ut de propriis bonis superlucratis satisfaciatur, quod maritus ante suum matrimonium secundum jam debebat.

Quartùm, hæc conjugalitatis societas eisdem subjicitur regulis, quibus conventionalis. Hermosilla cum aliis *ubi proximè.* Sed in conventionali societate creditores illa anteriores actionem non habent in bona communia, sed solum in ea, quæ propria sunt debitoris. Fontanella *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. part. 2. ex num. 51.* Magon. *Lucens. decis. 1. Hermos. loc. cit.* Igitur nec mulier ex lucris suæ societatis tenebitur solvere dotem, quam maritus antequam ipsa nuberet, dissipaverat.

Quintùm, qui in rem actionem habet, potior existimatur cunctis creditoribus cujuscumque temporis, privilegii, & qualitatis; nec propriè dicitur cum illis concurrere, ut prælationi locus sit, quia dominium est omnium aliorum jurium suffocativum, quod illa penitus absorbet, *dicta authent. ut exact. inst. dot. cum similibus, P. Molin. de justit. & jure, disp. 536. num. 29.* Ant. Gom. *in l. 50. Tauri, num. 42.* Merlin. *de pignor. lib. 2. quest. 47. n. 2.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 16. num. 75.* ubi plures Pichard. *in §. Quædam actiones, ubi de privileg. creditor. num. 43. 49. & 88. Instit. de action.* Unde secundi matrimonii uxor, ut domina quoad bona superlucrata excludet primi liberos, qui ut creditores hypothecarii dotem matris suæ repetunt.

Sextùm, omnis creditor agens hypothecaria probare constringitur, rem in bonis fuisse debitoris postquam contraxit, *l. Et quæ nondum 15. §. 1. de pignor. Merlin. fusè tract. de pignor. lib. 5. quest. 68. num. 2.* nec res potest hypothecæ subjacere, quæ nunquam in dominium debitoris pervenit, *l. 1. de pignor. Merlin. sup. lib. 2. quest. 65. numer. 6.* cum in re aliena nisi dominus patiat, pignus regulariter consistere non valeat, *l. Quæ prædium 6. C. si res alien. pign. dat. sit, l. Qui filios 6. C. quæ res pign. dar. poss. l. 7. tit. 13. part. 5.* Merlin. *d. lib. 2. q. 2. num. 1. & 2.* Bona autem quæsitæ matrimonio subsistente, pro parte in ipso acquisitionis actu in dominium deveniunt uxoris, etsi

effi ea maritus comparet, ut prænotatur *sup. n. 8. & 28.* quapropter primæ conjugis hæredes nihil juris habere possunt contra quæstus matrimonii secundi pro ea portione quæ ex regis constitutionibus ad secundam uxorem spectat.

33 Septimum, si rem ex æquitate pensitemus, grave nimis videtur, ac rigidum, bona quæ fortè operis, industria, ac parsimonia secundæ uxoris comparata inveniuntur, integrè cedere primæ consortis successoribus, quæ ut sæpe contingit, sumptuum exorbitantia propriam dotem, ac viri substantiam extenuavit; est enim fœminis innata ad vanitates propensio, D. Chrysofom, *in epist. D. Paul. ad Ephes. homil. 13.* ibi: *Habent, inquit, mulieres in se quoddam vanæ gloriæ studium.* Nec aliquem præterit, quantum præstet ad facultatum conservationem, ac incrementum matrisfamilias solertia, moderamen, & cura, ut habetur *in Proverbiis cap. 31. vers. 11.* ubi: *Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit.* Quapropter mercede, qua digna est uxor, fraudari non oportet, sicut in fine dicti capituli 31. monemur, ibi: *Date ei de fructu manuum suarum.* Sic leges nostræ regiæ uxorem quæstum nuptialium pro dimidia dominam construerunt, quod mœstis, miserandisque viduis auferre, rigore plenum est. Ayora *de partitionib. part. 1. cap. 7. num. 3.* & quidem quod alius fruatur eo quod aliquis proprio labore quæsit, luctuosum dixit Justinianus *in §. 1. Instit. per quas personas nob. acquiritur.*

34 Octavum denique ab eodem fonte procedit, etenim juxta juridicam æquitatem, qui in uno gravatur, debet in alio relevari, *l. Navis 4. §. Cum autem, ad leg. Rhod. de jact. l. Titia 35. §. Qui invita, de legat. 2. l. unic. §. Lucrativas, C. de impon. lucrativ. descript. lib. 10. Argel. de acquir. possess. quest. 1. art. 1. num. 14.* Barbosa cum aliis *axiom. 108. num. 5.* Et cum secunda uxor suæ dotis jacturam sustineat ob prælationem primæ, æquum erit, ut quoad conjugalem acquæstum ei subveniatur. Neque afflictæ viduæ, marito simul cum dote amisso, afflictio est adjiacienda, argumento capituli *Cum percussio 7 q 2. l. Divus 14. de offic. Præsid. authent. Navigia, C. de furt. cum aliis apud Barbosam axiom. 18.* Imò potius solatium adhibendum, *l. unic. C. de iis quæ ante apert. tabul. ibid: Habeant verò solatium tristitiæ suæ, quibus est omninò consulendum.*

35 Huic posteriori sententiæ pro vidua patrocineantur adversus communem, ac forensem styllum Cancer. *variar. part. 3. cap. 1. numer. 167. Magon. Lucensi decis. 31. Ayora de partitionib. part. 3. quest. 13. num. 48. Hermosilla in l. 49. gloss. 7. num. 9. tit. 5. part. 5. Garcia de expensis, cap. 15. in fin. & ita decisum in Granatensî Prætorio testatur Hermosilla dicto n. 9. in fin. atque errare graves, & peritos viros aliter pronunciantes, asseverat Ayora.*

36 Qua opinione, ut de jure vera, retentâ, non oberunt quæ pro contraria expendimus supra, Non primum *ex l. 33. Partit. cum similibus;* nam datur notissima diversitatis ratio, cum secunda uxor agat ad dotem ut creditrix, ideo antiquiori succumbit; lucrata verò exigit seu domina, qua ratione creditores excludit, ac superat sicut probatur *num. 31.* Rursus quando uxor pro dote agit, præfertur creditoribus, qui constante matrimonio cum viro contraxerunt, ut tempore prior; sed cum de lucratis contendit, eis tenetur satisfacere ex propria obligatione, quia bona illa cum

suo onere capit, *l. 9. tit. 9. lib. 5. Recopilat. nec luera existere possunt, nisi æs alienum prius deducatur.* Ex quibus fit, ut secunda conjux ex bonis acquisitis solvere compellatur posterioribus mariti creditoribus, non antiquiorem dotem, cui ipsa obligata non est quæstus conjugalis ratione, quoniam debitum dotale anteceffit secundum matrimonium, sicut præmittitur *n. 30.*

Nec secundum ex juris axiomate, & lege *De 37 accessionibus:* nam illud non procedit quoties datur diversa vincendi ratio, ut observavi *sup. lib. 1. cap. 7. numero 58. Barbosa axiom. 226. num. 2.* prima enim uxor superat ut creditrix posteriores mariti creditores: hi vero non vincunt secundam conjugem, quia ipsa sint potiores, sed quoniam possidet bona superlucrata, quæ habere non valet, nisi ære alieno soluto. Inde est, quod licet prima uxor vincat creditores, qui vincunt secundam hanc tamen non potest illa exsuperare propter diversitatem juris vincendi, & quoniam creditores habent jus ad omnem acquæstum matrimonii, uxor autem prima nullum quoad dimidiam, quæ est propria secundæ.

38 Non tertium, quia verum non est, uxorem ex causa lucrativa acquæstum conjugalem percipere, quamquam lucrum vocetur; nam & in cæteris societatibus: quod capitali accrescit, sic nuncupatur: & tamen nemo dicet, socios ex causa lucrativa acquirere quod ultra fortem accipiunt, & titulus pro socio onerosus censetur; & qui ex hac causa non lucratur, in damno versari dicitur, *l. Ob fœnus 49. ibi: Si non ad damnum resarciendum idoneus est, ff. de administrat. tutor. l. 2. §. Si quis, ibi: Damnum enim pati videtur, qui commodum amittit, ff. ne quid in loc. public. Leotard. de usur. quest. 72. numer. 45. Petr. Gregor. eodem tract. lib. 2. cap. 4. numer. 18. in fin.* Nec mulieribus lucra hujusmodi ex alicujus liberalitate proveniunt, quæ ad societatem præter dotem conferunt laborem domesticum, curam, atque industriam, quæ plurimum præstant ad conjugales acquæstus, sicut notatur *sup. num. 33.* Unde non de lucro captando agunt, ut supponit argumentum.

39 Non quartum, quod & Leotardi propositio obtinebit in conventionali societate, ubi capitalium contributio fit ad negotiationem lucri causâ: at in matrimonio apud nos solum contrahitur societas lucri, quod supervenerit labore, & industria cujusque ex consortibus, ut commune sit: nec capitale attenditur, aut communicatur. Hermosilla *in l. 55. gloss. 2. num. 26. tit. 5. part. 5.* nec dos constituitur ad quæstum, sed ad supportanda onera matrimonii, *l. Pro oneribus 20. C. de jur. dot. l. Dotis fructus 8. ff. eod. unde nihil commune habet dos cum bonis superlucratis, ut eodem jure censeantur, ac mulieri primæ idem jus competat in his, ac in illa, quæ inter se omninò distinguuntur. Non quintum, nam secunda uxor dominium à lege habet in bonis matrimonio constante quæstus, quod validus est ac superat hypothecam, ac privilegia dotis prædefunctæ mulieris, ut ostendimus supra, *n. 31.**

40 Nec magis urget sextum, etenim apud nostrates receptum est, ut jam sæpe prædiximus, uxori dominium, ac possessionem quæri legis ministerio omnium, quæ maritus matrimonio constante lucretur, nec aliud probatur *ex lib. 5. Recop. imò communis sententia roboratur;* nam si uxor non foret domina quæstum conjugalem, maritus habens dominium in solidum posse

set pro libito de acquisitis disponere, l. In re mandata 21. C. mandat. inanisque esset legis regie dispositio: sed quoniam ejusmodi bona erant mulieri communia, ex quo nequibat maritus illa absque assensu consortis alienare, l. I & per totum Cod. de commun. rer. alienation. opus fuit ut per legem talis facultas specialiter tribueretur, quod nihil iniquitatis continet, cum plura existant, quæ legislatorem ad sic decidendum movere possent; vir etenim, ut ipsius consortis, & familiaris caput, domus habere debet gubernaculum, ac bonorum administrationem. Genes. cap. 3. ibi: *Et eris sub potestate viri, & ipse dominabitur tui.* D. Ambros. exhaëmeron tract. diei quartæ, ibi: *Adam per Evam deceptus est: non Eva per Adam, quem vocavit ad culpam mulier, ideo justum est, ut eum gubernatio assumat, ne iterum feminea facilitate labatur.* Ad hæc expedit penes virum residere liberam rei familiaris administrationem, cui incumbit onus acquirendi, ac negotiandi pro communi domus utilitate; & grave nimis foret, ut quoties oporteret rem acquisitam distrahere, teneretur uxoris consensum impetrare, quod sæpè consequi non posset, cum mulierum genus avarissimum habeatur, l. stipulata 34. §. I. de donat. int. Glossa in l. Nesennius 36. de negot. gest. Unde impediretur utilis rei familiaris administratio, & domestica inter conjuges dissidia frequenter provenirent. Ex quibus rectè, ac justè regia constitutio, non obstantibus juris regulis, concessit viris de rebus istis acquisitis absolutam disponendi facultatem, non requisitò uxorum consensu, quamvis ex parte dominæ censeantur.

41 Ad septimum, & ultimum satisfit; nam si maritus solverit debita ante secundum matrimonium contracta, non cederet in uxoris detrimentum, cum in bonorum divisione id imputaretur marito vel in lucra conjugalia, si extant, vel in capitale. Anton. Gom. in l. 60. Tauri, in princip. Ayora de partition. part. I. cap. 7. num. 3. Nec obstat quod maritos licet alienare in quoscunque usus, etiam illicitos, atque donare, & hæc minimè illi imputari debent, ut cum Gregor. Lop. sentiunt plures apud Hermosillam in l. 55. hloff. 2. num. 22. & 52. tit. 5. part. 5. Ant. Gom. in l. 53. Tauri, n. 73. & prædixi sup. num. 9. Etenim inter utrumque casum nota differentia invenitur ratio, siquidem dum maritus dilapidat, nullum percipit lucrum: at quando solvit creditoribus, locupletior efficitur; nam tanto magis habet in bonis, quanto minus debet, nec bona computantur, nisi ære alieno deducto, l. Subsignatum 39. §. Bona, l. Venisse 165. de verbor. signific. quod lucrum uxori communicari debet. Hinc est, ut marito imputetur, quod antiquis suis creditoribus solvit, non verò quod perdidit. Sed si maritus solvendo non sit, qui nec capitale reliquit, nullum mulier in creditores regressum habebit, cessante mariti fraude, quoniam alienatio fuit lege permessa, & creditores suum receperunt, quibus imputari nihil potest, ut ad restitutionem mulieri teneantur, argumento legis Summa 22. §. Sed & si quis, de pecul. l. Si donatarius 9. §. I. ff. de condict. caus. dat. l. Qui autem 6. §. Sciendum, ff. que in fraud. credit. Nihil dolo 172. de reg. jur.

SUMMARIUM.

- 1 De mero, ac mixto imperio, atque jurisdictione, & quomodo distinguantur, differentes recensentur.
- 2 Merum imperium definitur. Cur merum dicatur, & qui Magistratus illud exercent, remissivè.
- 3 Imperium mixtum quid sit, unde mixtum appellatur, & in quos gradus distribuatur.
- 4 Jurisdictio in genere, ac in specie definitur.
- 5 Principi liberum est omnes causas delegare, sed Magistratibus non permittitur de jure Cæsareo quæ sunt meri imperii committere. Quid de jure regio, & consuetudine, ibid.
- 6 Causæ mixti imperii an possint delegari?
- 7 Utrum jure Pontificio causæ meri imperii delegari possint?
- 8 Caput In Archiepiscopatu, de raptorib. intelligitur.
- 9 Magistratibus licet causas meri imperii, necessitate interveniente, delegare. Quid Jure Regio ibid. & n. II.
- 10 Quæ Ordinem Episcopalem desiderant, & meri imperii sunt, quando, & quibus possint delegari.
- 12 Episcopis est permittum per se, vel suos Vicarios generales exercere.
- 13 Vicarius generalis Episcopi, & Pro prætores ordinaria funguntur jurisdictione, & n. 14.
- 15 Quoad causarum meri imperii delegationem an jus Pontificium à Cæsareo discrepet.
- 16 Caput finale de offic. ordinarii, exponitur.
- 17 Caput finale de offic. deleg. conciliatur cum dicto capite finali, de offic. Ordinar.
- 18 Jure communi causæ delegari nequeunt, quas lex specialiter mandat Magistratibus etiam ordinariam jurisdictionem habentibus.
- 19 Nudum ministerium an delegari, aut subdelegari possit, remissivè & n. 20.
- 21 Episcopus plura potest aliis committere, quæ illi ratione dignitatis specialiter deferuntur, remissivè.
- 22 Delegatus Principis subdelegare non valet quoties apparet, quod fuit electa industria personæ; sed electio hæc non præsumitur.
- 23 Jurisdictio voluntaria ex lege proveniens delegabilis est, nisi actus tanti momenti sit, ut per alium expediri non possit. Et quid si ex Principis privilegio competat ratione muneris, vel dignitatis, ibid.
- 24 Actus voluntariæ jurisdictionis per rescriptum commissus, etiam nomine dignitatis subdelegari non potest.
- 25 Episcopus valet per se, vel per suum Vicarium Generalem cum speciali mandato beneficia propria Diæcesis conferre.
- 26 Episcopus facultatem conferendi Beneficia nulli alii, nisi suo Vicario generali potest concedere.
- 27 Quæ non possit agere Vicarius Generalis absque speciali Episcopi commissione remissivè.
- 28 Caput Ex frequentibus, de institut. intelligitur. Vicarius Episcopi, aut Capituli, Sede vacante, ex generali mandato potest presentatos

- tatos ad Beneficia instituire, ac electos confirmare.
- 29 Ratio traditur, quâ Capitulum; Sede vacante, nequit, nisi urgeat necessitas, conferre Beneficia; cum ei liceat instituire, confirmare.
- 30 Differentia inter jurisdictionem contentiosam, ac voluntariam.
- 31 Jurisdictio contentiosa in alieno territorio nequit exercere, etiam in subditos: secus voluntaria.
- 32 Jurisdictio voluntaria in alieno territorio exercetur, nisi causæ cognitio præcedere debeat; modo hæc in proprio prius expediatur.
- 33 Episcopus fundatam habet suam intentionem de jure ad collationem omnium beneficiorum, quæ in diocesi vacaverint: similiter ut præsentatos instituat, & electos confirmet, quæ omnia extra diocesim ut voluntariæ jurisdictionis agere permittitur, ibid.
- 34 Vicarius Generalis Episcopi num possit extra diocesim Beneficia conferre? Et quid de Legato Sedis Apostolicæ, & an legato liceat voluntariam jurisdictionem extra territorium delegantis exercere?
- 35 Collatio de eodem Beneficio facta ab Episcopo; prævalet adversus collationem per ejus Vicarium Generalem expeditam; cum laeset quæ præcesserit. Quod limitatur si provisorius a Vicario ceperit possessionem.
- 36 Episcopus an valeat in Curia, ibi Pontifice residente, Beneficia diocesis suæ conferre. Jurisdictio voluntaria etiam in Curia per Magistratus provinciarum potest exerceri, ibid.
- 37 Si resignatio Beneficii fiat in Curia, ibi vacat Beneficium; quod ut reservatum conferet Summus Pontifex. Episcopis prohibetur, ne in aliena diocesi, non obtemperanti proprii Prelati facultate, Pontificalia exercent; & an primam Tonsuram subditis valeant conferre?
- 38 Voluntaria jurisdictio privilegio concessa, in alieno territorio potest administrari.
- 39 In reservatione Beneficiorum vacantium in Curia, & non in alia, stabilitum est, quod post mensem collatio devolvatur ad Ordinarium. Et quid si post mensem Pontifex conferat; antequam Ordinarius, ibid.
- 40 Episcopis ab initio nascentis Ecclesiæ Sedes Apostolica contulit facultatem conferendi Beneficia, quæ in propria Diocesi vacarent; ideo de jure suam intentionem fundatam habent.
- 41 Caput Statutum; de præbend. in 6. an sit correctum per extravagantem 1. eod. tit.
- 42 Privilegium, ac dispositio odiosa si juri communi conveniant, ampliationem recipiunt.
- 43 Principi reservata si delegantur, nequeunt subdelegari.
- 44 Si Princeps aliquid de reservatis committat alicui Magistratui, ut semper ea facultas muniti adhereat; tunc illud poterit Magistratus alii mandare: quod impugnatur.
- 45 Delegatus Principis etiam sine causa potest subdelegare, non verò inferioris. Et quid si fuerit lis contestata, ac de aliis qui non valent causas committere.
- 46 Utrum delegatus à Legato Sedis Apostolicæ valeat subdelegare?
- 47 Legatus Proconsulis delegare poterat, sed delegatus à Legato Sedis Apostolicæ non subdelegat: & ratio redditur.
- D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- 48 Legatus Proconsulis, præmissa electione hujus Magistratus, à lege immediate accipiebat jurisdictionem, nec eos Legatos constituere valebant Proconsules recusare.
- 49 Legatus Proconsulis ex voluntate, & approbatione Senatus ad universitatem causarum creabatur. Delegatus ad universitatem causarum pro Ordinario habetur, ut unam, vel aliam possit subdelegare, ibid.
- 50 Delegatus ab inferiore quando possit subdelegare, & num. 53.
- 51 Mandare jurisdictionem aliud est, & aliud judicem dare.
- 52 Delegatus à Legato Sedis Apostolicæ cur valeat subdelegare secundum aliquorum opinionem.
- 54 Ad caput Cum Bertholdus, de re judic. duplex traditur intellectus.
- 55 Alius, quem probat D. Covar. refertur ut communis.

CAPUT XX. & ULTIMUM:

Ad Num. 1:

DE Imperio mero, mixto, ac jurisdictione; & quomodo inter se distinguantur, consulendi sunt P. Molina de justit. & jure, tract. 5. disp. 5. & 6. Tusch. lit. I, conclus. 45. 46. & 543. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 4. part. 3. Cujac. ad l. Imperium, de jurisdict. omn. judic. Joan. Orosc. ibidem, Duaren. ad eundem tit. cap. 3. cum aliis, Fachin. controversiarum lib. 13. cap. 12. cum seqq. Oluald. lib. 17. cap. 6. Morla Empor. jur. tit. 2. de jurisdict. in princip. d. numer. 16. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 47. cap. 21. D. Emman. Gonzal. ad Decretal. in cap. Pastoralis, ex numer. 2. de offic. judic. delegat. Welembec. in paratit. ad tit. de jurisdict.

Merum imperium ex Bartolo sic definitur: Est jurisdictio, quæ officio judicis nobili expeditur, publicam utilitatem respiciens principaliter. Molin. disput. 5. numer. 5. Orosc. numer. 6. Morla numer. 3. & 35. Sed quæstionis est, utrum Ulpianus in d. l. Imperium, veram definitionem hujus imperii, vel exemplum tradiderit, dum inquit: Merum imperium est habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines. De quo disputat Fachin. d. cap. 12. & Consultum definire resolvit. Imperium nuncupatur, quoniam purum, & à jurisdictione simplici omnino distinctum, quæ Magistratibus ratione sui muneris jure competit; quæ enim meri sunt imperii, specialiter lege deferuntur, non solum personis publica potestate fungentibus, sed etiam privatis. Cujac. sup. Duaren. dicto cap. 3. D. Gonzalez numer. 2. Hujus imperii sex gradus constituuntur, quos ex Bartolo transcripserunt Molin. disput. 6. numer. 1. Orosc. sup. numer. 21. cum seqq. Qui judices, & Magistratus hodie tale imperium exercent; vide apud Molin. disp. 6. ex numer. 4. Orosc. num. 12. Morl. sup. numer. 38. cum seqq. & qui olim vide apud Gonz. num. 4.

Mixtum imperium ex Bartolo ita definitur: Est jurisdictio, quæ officio judicis nobili expeditur, privatam respiciens utilitatem. Molin. disputatione 5. num. 5. versic. Mixtum verò. Orosc. numer. 49. Morl. numer. 66. ubi aliam tradit definitionem.

ditionem, & aliam Tusch. *dicta conclus.* 46. Mixtum dicitur; nam imperii naturam sapit, cum judicis officio nobili exerceatur; jurisdictionis, dum privatam respicit utilitatem. Molin. *suprà*, *versic. Itaque jurisdictio*, Orosc. num. 48. Hoc imperium jurisdictioni coheret, cum qua transit in Magistratus absque speciali legis commissione. Cujac. *suprà*, D. Gonzal. num. 3. Faber *in ration. l. Imperium, de jurisdict.* Mixti imperii sex distinguit Bartolus gradus, de quibus Molin. *disp.* 6. num. 2. Morla n. 67. *cum seqq.* Orosc. d. n. 52.

4 Jurisdictio genericè usurpata omne imperium complectitur, quam sic cum Bartolo definiunt communiter omnes: *Est potestas de jure publico introducta cum necessitate juris dicendi, & æquitatis statuendæ.* Orosc. *in l. §1. num. 37. de jurisdict.* Wesembec. *sup.* num. 3. Morla num. 16. sumpta specificè prout ab utroque imperio secernitur. *Est potestas quæ officio judicis mercenario exercetur, privatam utilitatem respiciens.* Molin. *disp.* §. num. 2. Orosc. num. 79. Wesembec. num. 8. Hunc jurisdictioni inest modica coercitio, quam imperium vocat Consultus *in l. fin. de offic. ejus* Fab. *varion. l. 1. §. 1. eod. tit.* illud mixtum dixit: sed Glossa *in d. l. fin.* docet, ibi sermonem non esse de mixto imperio, de quo *in d. l. Imperium*, sed de levi coactione, quæ ad expeditionem jurisdictionis necessariò desideratur, ideoque cum hac illa potestas coercendi semper intelligitur concessa, argumento legis 2. *de jurisdict.* Osuald. *lib.* 17. *cap.* 8. *lit. aa*, omninò consulendus *ex lit. u.* Istius simplicis jurisdictionis sex enumerantur gradus Molin. *disp.* 6. num. 2. *in fin.* Orosc. num. 80. *cum seqq.*

Ibi: *Illud tantum tractaturi.*

5 De absoluta Principis potestate ad quascumque causas delegandas non ambigitur; de Magistratibus verò, ac inferioribus jurisdictionem exercentibus disputatur, num causas meri, aut mixti imperii valeant delegare? Quoad Jus Cæsareum communis resolutio habet, quæ sunt meri imperii delegationi non subjici, Tusch. *lit. D, concl.* 146. num. 6. Menoch. *de arbit. lib. 1. quest.* 54. num. 2. D. Gonzal. *sup.* n. 5. Wesembec. *sup.* num. 11. Anton. Fab. *ration. leg. Si quid, de offic. Procons. Clar. in Praxi, q. 41. num. 1.* Vantius *de nullit. sit. quib. mod. sent. nullit. reparat.* num. 5. Olan. *antin. jur. lit. D, num. 26.* Morla. *Empor. Jur. tit. 2. q. 16. num. 2.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 1. cap. 1. num. 14.* Molin. *sup. disp.* 17. n. 1. Farin. *in fragm. lit. D, n. 67.* de cujus opinionis veritate egit fuse Petr. Barbof. *in l. Cum prætor, §. 1. d. num. 408. de judic. & apud nos illa probatur l. 18. tit. 4. p. 3.* Verùm hodie de consuetudine ejusmodi causas delegati, testantur Clar. & Vantius *ubi proximè*, Farin. n. 69. licet Vantius excipiat, ubi ultimum supplicium possit irrogari.

6 Quoad causas mixti imperii præfata lex Regia, Accursius, ac plerique de jure Cæsareo eas indelegabiles constituerunt, teste Osuald. *lib.* 17. *cap.* 8. *lit. u.* Ipsæ verò cum aliis delegari posse opinatur, cui opinioni subscribunt Fachin. *controv. lib. 9. cap. 98.* D. Gonzal. & Wesembec. *ubi proximè*, Pichard. *in §. 1. cap. 4. num. 177. Institut. de interd. Menoch. d. lib. 1. q. 74. num. 5.* Petrus Barbof. *sup. d. num. 533.* Morla *num. 3.* Molin. *ubi sup.*

7 De Jure Canonico causas meri imperii delegare licet, secundum Tusch. *lit. I, concl.* 46. Petr.

Barbof. num. 517. D. Gonzal. n. 7. Menoch. n. 43. Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 47. cap. 22. n. 8.* Molin. n. 4. Guazzin. *sup.* Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 25. num. 2.* Salgad. *de reg. prot. part. 2. cap. 5. n. 119.* Contrarium cum nostro Præfule tuentur Fachin. *d. lib. 9. cap. 99.* Farinac. num. 76. Morla. *d. tit. 2. quest. 17. d. num. 30.* Menoch. num. 45. Binius *de jurisdict. cap. 3.* Osuald. *d. cap. 8. lit. ccc.*

Ad Num. 2.

Ad textum *in cap. in Archiepiscopatu, de raptoribus* respondetur ibi sermonem haberi de Rege Siciliæ, qui in sua ditione supremam obtinet jurisdictionem. Sic. Fachin. Morla, Menoch. D. Gonzal. *ubi proximè*, Molin. num. 2. de quo dubium non est, quin valeat causas meri imperii delegare. Osuald. *ubi proximè*, Clar. *d. quest. 41. num. 1.*

Ibi: *Quemadmodum & inferior.*

Magistratus causas meri imperii jure delegant, 9 urgente necessitate ob infirmitatem, aliudve legitimum impedimentum, *l. 18. tit. 4. part. 3.* ubi Gregor. Lop. *gloss. fin. l. 2. C. de pedan. judicib.* D. Gonzal. *in cap. Pastoralis, num. 6. de offic. deleg. Osuald. sup. lit. ddd.* Petr. Gregor. *ubi sup.* Farin. *sup. n. 72.* Verùm *in d. l. 18. Partit.* solum permittitur absentis causa cognitionem causæ, non definitionem delegare. Vide Osuald. *ubi pronuper.* Molin. num. 1.

Verf. *Secundò, eidem opinioni.*

Consule Fachinæum, ac cæteros cum eo laudatos *suprà*, n. 8. qui his juribus respondent, & adde proximè tradita.

Ad Num. 3.

De his, ac intellectu capitis *Suffraganeis, de ele-* 10 *tion. & capitis Aqua, de consecr. Eccles.* D. Gonz. *utrobique*, Morla *d. quest. 17. num. 33.* & alii, quos recensuit Aug. Barbofa *collect. d. cap. Suffraganeis, num. 2.* ubi ait, quæ ordinis sunt; ex justa causa posse delegari: quod ita accipiendum, ut delegabilia sint quæ Ordinem desiderant Episcopalem, non ut potestas Ordinis transferatur in eum, qui Episcopus non sit. *d. cap. Aqua.* Etenim etiam absque impedimento legitimo licebit Episcopo delegare alteri simili, quæ ratione sui officii, ac muneris eidem deferuntur, etiamsi ad merum imperium spectent, & Ordinem postulent; nam & Jure Civili hæc delegabilia consentur, quæ Magistratibus competunt pro munere suo, absque speciali legis mandato, *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* ut rectè observat D. Gonzal. *in cap. Pastoralis, num. 7. de offic. judic. delegat.* Petr. Barbofa *in l. Cum prætor, §. 2. d. n. 520.* omninò videndus *d. n. 416. ff. de judic.* Fachin. *d. lib. 9. cap. 97. vers.* Sed huic expositioni, Cujac. *ad lib. 1. question. Papin. in l. 1. de offic. ejus, cui mand.* Secundùm hæc pro regula constituendum erit, quod tam jure Pontificio, quàm Civili, quæ jure muneris competunt, delegari permittuntur; quæ verò per legem nominatim seu specialiter committuntur, nequaquam mandari possunt, ut plenè per Barbof. *d. n. 520.* Sic quoad delegationem non qualitas causarum, sed quo jure Magistratibus deferantur, est inspiciendum.

Verf.

Verf. Tertiò adducitur.

- 11 Ex causa, seu necessitate causas meri imperii delegari posse, præmissi num. 9. & adde Petr. Barbosa num. 466. & ad textum in cap. fin. ne cleric. vel monach. respondent cum D. Covar. idem Barbosa num. 523. Fachin. sup. cap. 99. verf. Respondeo rationem, Morla d. 9. 17. n. 34. subsistere delegationem ob justum impedimentum.

Verf. Quartò citatur pro communi.

Ad textum in Clem. I. §. I. de heretic. favore Fidei procedere asserunt Morla numer. 36. Fachin. verf. Quartum est.

Ad Num. 4.

- 12 Non spectat ad nostram quæstionem caput Licet; de offic. Vicar. nec caput Cum Episcopus, in 6. quia Episcopis est permillum per se, vel per alium jurisdictionem exercere, quod refertur ad Vicarios Generales, qui ordinariam jurisdictionem exercent. Ita Farinac. in fragm. lit. D. nu. 77. Fachin. sup. verf. Quintum est, D. Gonzal. ubi proximè, Morla numer. 35.
- 13 Quamquam controversum sit, num vicarius Episcopi, & vicem Prætoris gerens ordinariam; aut delegatam jurisdictionem exercent? de quo novissimè, ac latè D. Gonzal. ad Decretal. in cap. ult. n. 4 & 5. de offic. Vicarii: verior tamen ac receptior opinio habet, utrumque ordinaria fungi jurisdictione, ut de Vicario generali Episcopi, præter nuper laudatos docent Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 3. Gregor. Lop. in l. 2. gloss. 1. tit. 4. p. 3. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 3. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 10. num. 3. Garcia de Benefic. part. 5. cap. 8. num. 21. Farinac. in fragm. lit. D. num. 77. Barbosa collect. cap. Licet, n. 6. de offic. Vicar. in 6. & pluribus laudatis, de potest. Episcop. part. 3. alleg. 54. n. 26. Vicarius verò foranæus delegatam exercet jurisdictionem. Molin. num. 4. Paz. in Praxi, tom. 2. prælud. 3. num. 4. adnotavi præct. can. cap. 4. num. 33. Osuald. lib. 17. cap. 8. lit. I.
- 14 Idem de prætoribus, quos vulgò Tenientes sive Alcaldes mayores nuntupamus, observant Pat. Molin. sup. disp. 13. num. 3. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 25. numer. 12. Azeved. in l. 10. num. 1. tit. 5. lib. 3. Recop. Maranta de ordinari. judicior. part. 4. disp. 5. n. 17. Morla ubi proximè, D. Gonzal. num. 5. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. 1. numer. 10. Bobadilla cum aliis Politic. lib. 1. cap. 16. num. 44. Farin. sup. n. 78. Garc. n. 26. Barbosa d. alleg. 54. n. 28. Farinac. n. 78.

Ibi: His tandem probatio.

- 15 Adde Farinac. in fragment. lit. D. n. 75. & 76. Paz sup. num. 2. ac laudatos sup. n. 7. & quæ tradimus num. 10. & secundum illa asserendum est, Jus Pontificium à Cæsareo non discrepare quoad dispositionem, quoniam utroque causæ, quæ ad Prælatos, aut Magistratus spectant ex proprio munere, possunt delegari cujuscunque sint qualitatis; non autem quæ lege specialiter, ac nominatim eidem committuntur, juxta legem 2. de offic. ejus cui mand. Verumtamen quoad effectum illud discrimen reperitur, ut fert communis opinio, quia Jure Ecclesiastico causæ meri imperii sunt delegabiles regulariter; Jure Civili non D. de Faria Nova Addis. ad Covar. Tom. II.

utique, quod provenit per accidens; & ex diverso modo, quo illæ deferuntur; nam Episcopi de ipsis ratione proprii officii, ac dignitatis, ut judices ordinarii cognoscunt. Magistratus verò populi Romani merum imperium non obtinebant, nec gladii potestatem, nisi specialiter lege concedente, ut probatur Petr. Barbosa in dict. l. Cum Prætor, §. I. ex num. 520. & alii simul laudati sup. num. 10.

Ad Num. 5.

Quamquam præmissis opponatur textus in cap. 16 fin. de offic. Ordinarii, ex quo apparet, causas meri imperii Episcopis specialiter lege committas posse delegari; tamen eam decisionem diversimodè interpretantur Sanch. sup. lib. 2. disp. 40 num. 17. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 99. verf. Sextum argumentum, Petr. Barbosa in d. l. Cum prætor, §. I. d. n. 527. D. Gonzal. in d. cap. fin. n. 4. Aug. Barbosa collect. ibi, n. 3. cujus intellectus magis placet; inquit enim quod cum in Episcopis resideat facultas ex munere ad absolvendum ab excommunicatione à jure irrogata, cum reservatur ad Sedem Apostolicam absolutio, coarctatur episcopalis potestas; ideo si aliquo casu permittatur Episcopus, ut non obstante reservatione absolvat, sicut in d. cap. fin. nihil specialiter de novo conceditur, nec ampliatur ordinaria jurisdictione, sed tantum removetur obex reservationis, & sic de permissis, ac de non reservatis est judicandum. Menoch. de arbitrari. lib. 1. quæst. 54. n. 43. Aliud est cum Magistratus lex specialiter tribuit causæ cognitionem, quam jure communi ex defectu potestatis non habebat, quoniam delegare non valebit, d. l. 1. de offic. ejus cui mand. Vide D. Covar. inf. verf. Secundò illud fortassis.

Ibi: Et ut simul elegantem.

Ex præmissis possunt facile conciliari dictum 17 caput finale de offic. Ordinari. & caput finale de offic. delegat. in hoc enim concessa fuit absolventi facultas carenti illa de jure; in illo, Episcopo, ad cujus ordinariam jurisdictionem absolutio à censuris spectat. Ad cætera quæ in d. cap. fin. de offic. delegat. continentur, consulas Aug. Barbosa collect. ibi; ex num. 14. D. Gonzal. ubi proximè; Sanch. sup. Petr. Barbosa ex num. 528. Hic communitè, & alii docent, quod si nudum ministerium committatur officio, aut dignitati, quia ordinariæ jurisdictioni coheret, sit delegabile; secus, si personæ mandatur: & paulò inferius D. Covar. ait quod fallit in Legato Sedis Apostolicæ. d. cap. fin. de offic. delegat. Molin. disp. 18. n. 3.

Ibi: Et sanè Baldus in d. caps. ult.

Hanc Baldi solutionem amplectuntur Sanch. Petr. Barbosa, & D. Gonzal. ubi proximè. Sed eam non immeritò rejicit nolter Præses ex d. l. 1. de offic. ejus; nam etsi causæ committerentur lege Magistratibus, qui ordinariam jurisdictionem exercebant, delegari tamen prohibebantur, quod similiter in Episcopis dicendum videtur.

Ibi: Ideo dici potest delegationem.

Hæc prænotavimus supra, n. 17. in fin. & adde 19 Morlam Empor. Jur. tit. 2. quæst. 17. n. 32. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 18. à princip. Barbosa de

de potest. Episcop. allegat. 35. numer. 17. Monet. de commutat. ult. volunt. cap. 5. Amayam in l. Nullus, num. 15. C. de decurionib. lib. 10. D. Gonzal. in cap. Si pro debilitate, num. 11. de offic. delegat. ubi quod nec Principis delegatus valet nudum ministerium subdelegare, præter alios, quos dat D. Gonzal. in d. cap. fin. n. 2. de offic. Ordinar.

Verf. Secundò illud fortassis.

- 20 Decisionem dicti capituli finalis de offic. Ord. procedere favore animarum, scripsit Fachin. controverf. lib. 9. cap. 99. verf. Sextum argumentum.

Ibi: Et præterea jus hoc absolvendi.

Amplexi sumus hanc interpretationem sup. n. 16.

Verf. Primum deducitur.

- 21 Vide sup. num. 16. & 17. & ibi laudatos quorum plerique tenent, quod hic docuit D. Covar. pro conciliatione capituli finalis de offic. delegat. cum cap. fin. de offic. Ordinarii, & adde quos laudat D. Gonzal. ubi proximè, ibidemque num. 5. infert plura, quæ Episcopus potest alii delegare, licet specialiter illi commissa sint ratione officii ac dignitatis.

Ibi: Deinde, & tertio apparet.

- 22 Quoties causæ cognitionem cum facultate absolvendi ab excommunicatione committit Pontifex, delegatus subdelegare utrumque poterit. Sbroz. de Offic. Vicar. lib. 2. quæst. 34. num. 4. Barbosa collect. cap. fin. num. 16. de offic. delegat. allentitur D. Gonzal. in d. cap. Si pro debilitate, num. 11. ubi observat, delegatum Principis subdelegare non posse, quoties ex natura causæ, verbis aut mente delegatis constat electa industria personæ, Molin. disp. 18. numer. 2. verf. Secundum est, Barbosa cum pluribus collect. d. cap. fin. num. 3. de offic. delegat. In dubio tamen non præsumitur electa industria, ut impediri possit facultas subdelegandi, nisi constet de voluntate eligentis, ac delegantis Barbosa numer. 4. cum Surd. conf. 433. num. 16. Peregrin. var. lib. 1. ad rubric. de offic. judic. delegat. nu. 8. Ex quibus colligatur electa industria, tradit Barbosa d. num. 5.

Ad Num. 6.

- 23 Jurisdictio voluntaria ex legis, aut canonis commissione proveniens delegari potest, nisi tanti ponderis actus sit, ut per alium exerceri nequeat. Barbosa collect. cap. 3. num. 3. de offic. Archipresbyt. Idem juris erit, si ex privilegio Principis competat ratione officii, aut dignitatis, ut D. Covar. docet hic, etsi dissentiant aliqui, sicut refert Sanch. d. lib. 2. disp. 40. n. 13. & quæ D. Covar. hic tradit, latè prolequantur Sanch. numer. 17. Petr. Barbosa in l. Cum prætor, §. 1. d. num. 528. de judic. D. Gonzal. in d. cap. Si pro debilitate, nu. 11. & alii quorum memini n. 19.
- 24 Sin autem Princeps per rescriptum actum voluntariæ jurisdictionis commiserit etiam nomine muneris, aut dignitatis, subdelegationi locus non dabitur; nam cum ea jurisdictione in executione nudi ministerii consistat; ideò nec Principis legato licet subdelegare, ut præter nuper laudatos observant Aloyf. Ricc. collectan. decis. part. 4. collect. 1184. Molin. d. disp. 18. numer. 3. Marc. Ant.

Genuent. in Praxi Archiep. Neapol. cap. 69. num. 6. August. Barbosa collect. cap. fin. num. 14. de offic. delegat. ac prædixi sup. n. 19. Imò hujusmodi merus exequutor, nec delegatus proprie dici poterit. D. Gonzal. loc. præcitato. Sed quid in Legato Sedis Apostolicæ specialiter sit constitutum, constat ex cap. ult. §. fin. de offic. delegati, de quo obiter supra num. 17. in fin.

Ibi: Nam ea ratione obtentum est.

Potestas conferendi Ecclesiastica Beneficia re- 25
fidet penes Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem, cui specialiter sit commissa. Solorzan. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 32. D. Emman. Gonzal. ad Decretal. in cap. Ex frequentibus, n. 2. de institut. & in cap. Constitutus, n. 6. de concess. præbend. Aug. Barbosa collect. cap. Statutum, n. 17. de præbend. in 6. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 25. verf. Decimoquarto queritur, Garcia de benefic. part. 5. cap. 8. n. 88. Nec generale mandatum sufficit cum libera, vel amplissimis verbis conceptum. Garcia num. 118. Flamin. de resignas. Beneficior. lib. 9. quæst. 7. n. 34. Barbosa de potest. Episc. allegat. 54. num. 59. & 60. Molin. dict. tract. 5. d. sp. 10. nu. 9. ubi generaliter agit. Hæc autem facultas conferendi debet esse ad universitatem Beneficiorum, non ad certa Beneficia, vel ut certis personis conferantur. Jacob. Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 1. quæst. 53. Garcia cum aliis num. 113.

Nec valebit Episcopus collationem beneficio- 26
rum committere alii, nisi suo Vicario generali, Tusch. lit. C. concl. 432. num. 8. Barbosa d. n. 17. Sbroz. sup. quæst. 52. Garcia cum aliis num. 119. Illud omittentium non est, quod licet Vicario generali tribuat Episcopus specialiter potestatem conferendi beneficia, nequibit tamen conferre ea quorum collatio ad Episcopum jure speciali, aut privilegio spectat. Barbosa d. alleg. 54. numer. 62. Azor. lib. 3. cap. 44. verf. Secundò queritur, qui fusè agit de potestate Vicarii Generalis quoad Beneficia.

Ibi: Sic nec eidem Vicario.

Quæ Generalis Vicarius Episcopi exercere non 27
valet, nisi specialiter committantur, tradidit plenè Barbosa de allegat. 54. d. num. 60. & n. 79. quod nequit aliquem Beneficio privare, ac n. 117. quod illi non licet aut inquirere, aut de causis criminalibus cognoscere. Et utrobique plures refert, atque latius agit idem Barbosa collect. c. 2. de offic. vicarii, in 6. ubi n. 3. observat, Vicarium non prohiberi criminum inquisitionem facere, ut causas ad Episcopum remittat.

Ad Num. 7.

Ad intellectum capituli Ex frequentibus 3. de 28
institution. lib. 3. Decretal. consulas Barbosa collectanea ibi, & ab ipso laudatos, quibus addendus D. Emman. Gonzal. ibidem, qui num. 2. communem amplectitur interpretationem, quod scilicet textus ille procedit in Beneficii collatione facta ad patroni præsentationem; nam vicarius ex generali delegatione, seu commissione absque speciali mandato potest Clericum præsentatum instituere, sicut electum confirmare. Barbosa cum aliis nu. 3. Azor. d. cap. 44. verf. Quarto queritur, & verf. Quintò queritur, Garcia de Benefic. part. 5. cap. 8. numer. 85. D. Gonzal. ubi proximè, Paz in praxi,

praxi, tom. 2. *prælud.* 3. num. 7. *Sbroz. sub. lib. 2. quæst.* 70. num. 111. *Quintanadueñas lib. 1. Ecclesiasticon*, cap. 5. n. 7. *Vivian. prax. juris patronat. lib. 12. cap. 2. num. 4.* *Tondut. quæstion. benefical. part. 1. cap. 118. num. 35.* qui duo notant, eandem facultatem residere in vicario Capituli, Sede vacante, quoad Beneficia, quorum collatio ad illud spectat. Imo idem erit de Beneficiis, quorum institutio, ac confirmatio pertinet ad Episcopum; nam etsi Capitulum non valeat conferre Beneficia, quæ sunt liberæ provisionis Episcopi, nisi urgeat necessitas, non prohibetur tamen instituire præsentatos, aut confirmare electos, tametsi institutio, aut confirmatio ad solum Episcopum attineret, ut paulò inferiùs, in fine hujus numeri docuit *D. Covar. cui jungendi Garcia sup. part. 3. cap. 7. d. n. 51.* *Barbosa de potest. Episcop. allegat. 54. num. 182. & 183.* *Vivian. d. cap. 2. ex n. 10.* *D. Gonzal. cum plurimis cap. 2. num. 2. cum seqq. ne Sede vacant. aliq. innov. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 31. cum seqq.* qui n. 33. desiderat, quod Capitulum specialiter hanc facultatem instituendi suo vicario concedat, de quo cogitandum, cum in Vicario Episcopi sufficiat generalis commissio, ut præmissum est.

29 Ideo Capitulum, decedente Episcopo, non succedit in potestatem conferendi Beneficia, quia collatio est de fructibus Episcopatus, qui successori debent reservari, in cujus præjudicium cedere, si per Capitulum Beneficia conferri permetteretur: in institutione verò, aut confirmatione hæc cessat ratio, quia nulla occasio exercendi liberalitatem aufertur Prælato, sicut in libera collatione, cum ex necessitate teneatur electum confirmare, ac præsentatum instituere. Ita *Barbosa collect. cap. 1. n. 4. de institut. in 6.*

Ad Num. 8.

30 Inter cæteras jurisdictionis differentias illa recensetur ab omnibus, quod alia sit contentiosa; & alia voluntaria. Prior, quæ versatur in criminibus coercendis, ac forensibus controversiis ubi contenditur, atque disceptatur, redditur in invitos. Posterior in volentes duntaxat exercetur; unde apparet quare utraque jurisdictio sic appelletur. *Orosco. l. 2. num. 1. & 2. de offic. Proconsul. Aug. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 126. num. 4.* *Sanch. de matrim. lib. 3. d. p. 19. d. n. 7.*

31 Inter ejusmodi jurisdictiones id maxime interest, quod actus contentiosæ jurisdictionis extra territorium nec in proprios subditos aliquis valet exercere, nisi Magistratus loci permiserit; voluntariæ verò liberè gerit. *Solorzan. cum pluribus d. tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 85.* *Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 25. vers. Decimò quæritur*, *Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 34. num. 1.* *Garcia sup. part. 5. cap. 8. num. 128.* *Carleval. de judic. disp. 2. num. 1158.* *Bobadilla Politic. lib. 2. cap. 16. num. 187.* *Tusch. lit. 1, concl. 546. num. 8.* *Cujac. ad tit. ff. de jurisdict. in fin. princip. vers. Est & alia*, *Vivian. prax. jurispatronat. lib. 8. cap. 1. num. 12. cum seqq.* *Salgad. de reg. protecl. part. 2. cap. 13. num. 31.* Actus enim voluntariæ jurisdictionis sunt extrajudiciales. *Salgad. de retent. Bullar. cap. 10. num. 37.* qui tribunal non exigunt, solique dignitatis insignibus indigent; nam his voluntaria est contenta jurisdictio. *Ant. Fab. in ration. l. 2. de offic. Proconsul. Tusch. sup. num. 9.* Sed & jurisdictio voluntaria potest prorogari iudicis existentis in alieno territorio. *Petr. Barbosa*

in l. 1. art. 1. numer. 184. de judic. Carleval. sup. num. 1159.

Si fortè ad actum voluntariæ jurisdictionis præcedere opus sit cognitionem causæ, hac intra territorium expediri, ille in alieno expediri potest, ut de dispensatione denunciationum ad matrimonium agens resolvit *Sanch. d. lib. 3. disp. 8. num. 6.*

Ibi: Unde apparet Episcopum posse.

Quoniam collatio Ecclesiastici Beneficii ad jurisdictionem voluntariam spectat, licet Episcopo in aliena diocesi beneficia suæ provisionis conferre *Azor. sup. part. 2. lib. 6. cap. 25. vers. decimò quæritur, cum seq.* *Sanch. d. lib. 3. disp. 34. num. 1.* *Tusch. lit. E, conclus. 249. num. 1.* *Vivian. num. 21.* *Garcia cum plurimis numer. 126.* *August. Barbosa in cap. Post. electionem, num. 4. de concess. præb. Tondut. quæst. Benefical. part. 2. cap. 3. §. 7. num. 7.* *Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Beneficia, vers. Ad nonum.* Similiter instituere præsentatum, ac electum confirmare licebit Episcopo extrâ propriam diocesim existenti. *Salgad. de reg. protecl. part. 2. cap. 13. num. 31.* sicut & alia voluntariæ jurisdictionis exercere, quæ refert *Tusch. d. concl. 249.* Videas *Garc. eâ num. 138.*

Ibi: Imò & ipsius Episcopi Vicarius.

Quamquam satis sit controversum, num Episcopi Vicarius habens facultatem conferendi Beneficia, illa uti possit in aliena diocesi? Et negativam aliqui sustineant, quos refert *Sanch. ubi proximè*, *Garcia num. 127.* verior tamen est ac tenenda affirmativa sententia cum plurimis cumulatim per *Garciam num. 126.* *Azorio ubi proximè*, *Gratian. disceptat. cap. 127. n. 1.* *Vivian. de cap. 1. n. 24.* *Sbrozio de offic. Vicarii, lib. 2. quæst. 102.* *Boer. decis. 30. num. 6.* *Sanch. cum aliis d. disp. 34. num. 2.* *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 43. n. 19.* *Barbosa collectan. cap. Statutum, numer. 15. de præb. in 6.* Idem dicendum de Legato Sedis Apostolicæ, qui confert Beneficia provinciz, ad quam mittitur, etsi in alia resideat. *Azor. ubi nuper*, *Vivian. numer. 25.* notatur in *cap. Novit, de offic. Legat.* Sed est quæstionis, an delegatus ab inferiore, qui Princeps supremus non sit, valeat jurisdictionem voluntariam exercere extra proprium territorium delegantis? Inficiantur cum *Bartolo Orosco. in l. 2. num. 75. de offic. Proconsul. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 18. num. 12.* ubi alii *Tusch. lit. I, concl. 546. num. 18.* Contrà tenent *Sanch. cum aliis d. disp. 34. n. 3.* *Garcia sup. num. 129.*

Ibi: Illud tamen est adnotatione dignum.

Si Episcopus, & Vicarius habens facultatem, Beneficium idem conferant, nec appareat quæ collatio præcesserit, præferetur ab Episcopo provisus, *Mascard. de probat. concl. 314. num. 2.* *Barbosa collectan. cap. Si a sede, n. 3. de præbend. in 6.* *Azor. Inst. Moral. lib. 3. cap. 45. vers. Duodecimò quæritur*, *Rebuff. Praxi Benefic. tit. Forma vicariatus, num. 121.* *Caldas Pereyra de resolution. emphyteuf. cap. 12. num. 16.* *Tusch. lit. C, concl. 445. num. 1.* *Vivian. sup. lib. 12. cap. 5. num. 34.* Quod limitatur, nisi provisus à Vicario prius

prius possessionem nanciscatur, juxta caput *Si d Sede 31. de præbend. in 6.*

Ad Num. 9.

36 Utrum Episcopus residens in Romana Curia possit conferre Beneficia suæ provisionis, ibi existente Papa? Vide apud Gratian. *disceptat. c. 127. num. 4.* ubi cum aliis ait, quod de stylo non licet Episcopis conferre, quamquam de jure possent: addit tamen Mandosium, qui testatur plures collationes per Episcopos Romæ, præsentate Pontifice factas constituisse: quod ideo sustineretur, quia præsentate superiore, inferior insignia dignitatis deponere debet; sed jurisdictionem retinet. Orosc. ex Bartolo in *l. fin. de offic. Proconsul.* & hoc in iudice ordinario, nam in delegato jurisdictione extinguitur, ut distinxit Bartolus communiter receptus. Unde voluntaria jurisdictione etiam in Curia à iudice extero exerceri non prohibetur. Nec obest lex finalis *de officio Proconsul.* quoniam potestas Proconsulis quoad voluntariam jurisdictionem ab exitu urbis initium capiebat, & in reditu evanescebat, *l. 2. eod. tit.* sic non propter existentiam in urbe, sed ex defectu potestatis Proconsul, nec voluntaria jurisdictione uti permittebatur. Vide Ant. Fab. in *ration. d. l. fin.*

Ibi: *Illud profectò minimè.*

37 Beneficia vacant de jure, & de facto non solum per mortem, sed etiam per resignationem Beneficarii. Vivian. in *praxi jurispatron. lib. 5. cap. 5. num. 6.* atque ibi dicitur vacare Beneficium, ubi fit resignatio; unde si Prælati admittant resignationem in Curia, in ipsa vacabit Beneficium. Tondut. *question. beneficial part. 2. cap. 3. §. 2. n. 37.* Garcia de *benefic. part. 5. cap. 1. à n. 73.* & consequenter collatio ad Summum Pontificem spectabit, cui reservata sunt Beneficia, quæ in Curia vacant, sive per mortem, sive per resignationem, ex *cap. 2. de præbend. in 6.* de quo Garcia latè ex *n. 68.* Tondut. *de cap. 3. §. 2. & 3.* Azor. *Instit. Moral. lib. 6. cap. 34. part. 2.* Vivian. *sup. lib. 14. cap. 1.* & alii apud Barbol. *collectan. dict. cap. 2. num. 10.*

Ibi: *Episcopum in aliena diœcesi posse subditis.*

38 Episcopis interdictum est Pontificalia munera exercere in diœcesi non sua, absque expressa diœcesani Prælati licentia. Trident. *sess. 14. cap. 2. de reformat.* ubi Barbofa in *remission. D. Frass. de Reg. patronat. Indiar. cap. 13. à num. 4.* nec possunt etiam subditos Ecclesiasticis Ordinibus insignire, *cap. Nullus Primas, 9. quest. 2.* Eisdem tamen primam conferre Tonsuram permissum est. Azor. *sup. lib. 2. cap. 48. vers. Quartò queritur, cum seq. Diana resol. Moral. part. 4. tract. 4. resol. 143.* B. nacin. *de Sacram. disp. 3. quest. unic. punct. 2. num. 13.* estque opinio communis Theologorum, quos recenset Barbofa *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 6. num. 15.* Ipse verò id Episcopo non licere tenet cum Sanch. *Consil. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 5. n. 2.* & aliis, in quibus Petr. Barbofa, & Garcia, qui diversa in specie loquuntur, scilicet in Episcopo initia non subditum primam Tonsuram. Sic D. Covar. & communi priori sententiæ adhærere placet, maximè juxta aliam, quæ docet, primam Tonsuram Ordinem non esse, de qua *sup. lib. 1. cap. 10. n. 34.*

Verf. Caterùm ut quæstionem.

Voluntariam jurisdictionem ex privilegio com-
petentem, extra territorium exerceri non posse, scripsit Orosc. in *l. 2. num. 7. de offic. Proconsul.* Aug. Barbofa *collect. cap. Statutum, num. 8. de præbend. in 6.* ubi nostrum Præsidem unicum laudat autorem hæc: qui sanè contrarium docet impugnans Romani sententiam, & interpretationem, cui ea nititur opinio, quæ vera non videtur. Tum quia in *d. cap. Statutum,* minimè probatur, ut D. Covar. ostendit: tum etiam, quodiam de natura hujus jurisdictionis sit, quod ubique extra territorium exerceri possit, nihil refert unde proveniat, nec an debeat restringi, vel ampliari. Sic etiam delegatam, quæ odiosa habetur, extra territorium delegantis utitur delegatus, ut prædixi *numer. 34. in fin. Gratian. disceptat. cap. 127. num. 21.*

Ibi: *Ex eo quod in Curia vacaverant.*

In hac reservatione propterea quod in Curia
Beneficia vacaverint, & non in aliis, facultas conferendi post mentem ad Ordinarios reddit: Barbofa ubi proxime, *num. 6. & 7.* ubi plures laudat, ac subjicit, adhuc post mentem liberum esse Pontifici, re integra, Beneficium conferre, quasi moram purgatam.

Ibi: *Episcopum jure ordinario collationem.*

Collatio Beneficiorum ad Episcopum spectat, qui de jure habet fundatam suam intentionem ad conferenda omnia, quæ in sua diœcesi vacaverint. Azor. *sup. lib. 6. cap. 25. vers. Octavò queritur,* Tondut. *question. beneficial part. 2. cap. 3. §. 7. num. 1.* Vivian. in *praxi jurispatron. lib. 12. cap. 2. n. 1. & 2.* Barbofa cum plurimis *de potest. Episcop. allegat. 57. num. 2.* D. Frass. non paucis recensitis, *de Reg. patron. Indiar. cap. 64. à num. 50.* ubi de institutione, Gregor. Lop. in *l. 1. gloss. 1. tit. 16. p. 1. Flamin. de resignat. Beneficior. lib. 1. quest. 10. à num. 49. & lib. 7. quest. 14. num. 2.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quest. 2. num. 3.* Garcia de *benefic. part. 5. cap. 4. num. 4.* Quam facultatem Episcopis ab initio nascentis Ecclesiæ Sedes Apostolica concessit. Barbofa cum aliis *n. 1. Flamin. d. n. 49.*

Ibi: *Quia in ea constitutione statutum est.*

Controvertitur an caput *Statutum 3. de præb. in 6.* abrogatum sit per extravagantem *1. eod. tit. inter commun.* ubi absque temporis restrictione Beneficia, quæ in Curia vacaverint, Sedi Apostolicæ reservantur, de quo consulas Barbol. & ab eo laudatos in *collectan. de cap. Statutum. num. 2. & in d. extravag.*

Ibi: *Potius foret privilegium id.*

Quamvis privilegium debeat strictè interpretari quoad tertii præjudicium, limitatur tamen cum res ex illo reducitur ad terminos juris communis, ut adnotavi *sup. lib. 1. cap. 17. num. 137. & 138.*

¶ 138. ubi plures: observat Barbosa cum aliis collect. d. cap. Statutum, num. 13. quod dispositio aliàs odiosa, & restringibilis amplius quoties juri communi convenit, ac juxta illud statuit.

Ibi: *Præsertim quod ut tertiam.*

Adde quæ tradidimus sup. num. 16.

Ibi: *Quarto idem textus.*

Hæc ratio apertissime probatur ex l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. & quæ ibi Interpretes adnotarunt.

Ad Num. 10.

43 Si Princeps commiserit sibi reservata, nequibit subdelegare delegatus, quamquam aliàs huic subdelegare jure sit permissum, etiam causas meri imperii, ut sentiunt plures apud Farinac. in fragment. lit. D, num. 81. qui & dissentientes refert, D. Gonzal. ad Decretal. in cap. Pastoralis, d. n. 8. de offic. deleg. Farinac. n. 87. Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 40. num. 15. nam cum hæc maximi sint momenti, auctoritatem, ac industriam delegati desiderant, & ubi hæc electa est, non datur subdelegationi locus, electioque ex gravitate negotii præsumitur. Tusch. lit. I, concl. 106. n. 10. Molin. de just. & jur. tract. 4. disp. 18. n. 1. Sanch. sup. n. 16. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 54. d. n. 7. D. Gonzal. d. nu. 8. & in cap. Si pro debilitate, n. 11. de offic. delegat. Petr. Barbosa in l. Cum Prætor, §. 1. n. 400. de judic. Aug. Barbosa collectan. cap. fin. n. 5. de offic. delegat. & collect. cap. Is cui, n. 3. cod. tit. in 6.

Ibi: *At si officio, aut dignitate.*

44 Quoties Princeps aliquid de reservatis sibi delegat exercenti magistratum, seu dignitatem, ut eidem facultas concessa perpetuò cohæreat, hic poterit subdelegare. Sanch. cum aliis ubi proximè, num. 14. nam ut idem ait, non est delegata, sed ordinaria jurisdictio officio annexa, ut in simili observant Molin. n. 3. Aug. Barbosa collect. cap. fin. n. 15. de offic. delegat. & de potest. Episcop. allegat. 35. n. 17. Amaya in l. Nullus, n. 15. C. de decurion. lib. 10. D. Gonzal. in d. cap. Si pro debilitate, num. 11. Moneta de commutat. ult. volunt. cap. 5. Petr. Barbosa sup. ex num. 530. Sed his refragatur lex l. ff. de offic. ejus, junctis traditis per Petr. Barbof. n. 416. cum seqq. Osuald. lib. 17. cap. 8. lit. O, Fachin. controversiar. lib. 13. cap. 1. ex vers. Secundùm intellectum, Cujac. in l. 2. C. quæ sit long. conf. nam etsi Prætori, aut Magistratui alii causæ alicujus notio specialiter lege, aut Senatusconsulto deferatur, & hæc potestas officio in perpetuum accédât, non fit ordinariæ jurisdictionis, ut possit delegari, sicut habetur expressim in d. l. 1. & animadvertunt Interpretes nuper laudati. Nec aliud colligere licet ex cap. fin. de offic. ordinar. admittâ interpretatione, de qua sup. num. 16. Unde quoad juris disputationem communis sententia difficilis redditur.

Vers. *Supereff modò hoc in loco.*

45 Quin delegatus Principis valeat subdelegare, nemini dubium est, ut juribus, ac Autoribus cumulatis docet D. Gonzal. sup. n. 5. nec juxta causa desideratur, ut adversus alios tenet idem Gonzal. numer. 12. & 13. Rursus delegatus ab inferiore nequit regulariter subdelegare, l. More, §. de jurisdict.

Tusch. lit. D, concl. 150. n. 12. Molin. sup. disp. 15. numer. 1. D. Gonzal. numer. 6. & 11. Farinac. in fragment. lit. D, num. 83. Petr. Barbosa num. 281. Morla Empor. Jur. tit. 2. quest. 15. per tot. Cujac. in d. l. More, August. Barbosa collect. cap. Cum causam, n. 5. de appellat. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 26. num. 50. Orosc. in l. Legatus, num. 1. de offic. Proconsul. Osuald. lib. 17. cap. 8. lit. M. Quam regulam ex communi opinione ampliat noster Præses, etiam si apud delegatum lis fuerit contestata, cui accedunt Farinac. ubi proximè, Clar. in praxi, §. fin. quest. 41. num. 2. D. Gonzal. numer. 14. Contra tamen tenent Morl. n. 8. Cujac. lib. 1. quest. Papin. in l. 5. de offic. Proconsul. Azeved. ad tit. 9. lib. 3. Recopilat. in princip. nu. 19. Orosc. sup. num. 14. atque ita decisum est l. 19. tit. 4. p. 3. ut observant D. Gonzal. & alii nostratès. Judex verò conservator, etli Pontificis delegatus, non subdelegat D. Gonzal. ubi proximè, D. Frat. cum pluribus de reg. patron. Indiar. cap. 80. num. 42. similiter nec ille, cujus arbitrio causa, aut negotium committitur. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 54.

Ibi: *Quidam responderunt, textum.*

An delegatus à Legato Pontificis subdelegare valeat, quæstionis est. Affirmant Azor. Instir. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 31. vers. Quintò quæritur, Orosc. num. 6. Inficiantur Molin. sup. vers. Excipitur, Farinac. nu. 85. Azeved. num. 16. Cævall. comm. quest. 314.

Ibi: *Ad exemplum Legati Proconsulis.*

Delegatus à Legato Pontificis differt à Legato Proconsulis; nam ille delegata, hic ordinaria utitur jurisdictione: ideo nil mirum si unus valeat delegare, & alter subdelegare prohibeatur, juxta communes juris regulas. D. Gonzal. ubi sup. n. 16. Farinac. ubi proximè, Fulgos. in l. Legatus, de offic. Proconsul. Alciat. in rub. de offic. Ordinar. in 6. Molin. ubi proximè, Orosc. sup. n. 3. ubi quod ut delegatus à lege subdelegat. Vide infra, n. 52.

Ad Num. 11.

Legatus Proconsulis proprio jure habebat jurisdictionem à lege, quæ præmissa electione Proconsulis, illam immediatè conferebat, sicut in Proprætoribus hodie, ac Vicariis Generalibus Episcoporum contingit, de quibus sup. num. 13. & 14. Imò Proconsules constituete Legatos cogebantur. Hoc observant Cujac. lib. 7. observat. cap. 21. & in l. More, de jurisdict. Ant. Govean. in l. 1. de jurisdict. & variar. lib. 1. cap. 6. Orosc. & D. Gonzal. ubi proximè, Wesembec. paratitl. ad tit. de offic. Proconsul.

Ibi: *Idem profectò constat.*

Legatus Proconsulis ad universitatem causarum jurisdictionem obtinebat, quapropter ipsam delegare jure mittebatur. Orosc. in d. l. Legatus. num. 4. Molin. ubi sup. nam hic Legatus munus publicum exercebat, ac ex Senatus voluntate Proconsuli dabatur adjunctus, qui vices ejus gereret, cum omnia per se obire non valeret. Cujac. & Wesembec. sup. Delegatus ad universitatem causarum pro Ordinario habetur, ut possit unam

unam vel aliam causam committere, non universam jurisdictionem transferre Aug. Barbof. *collect. cap. Cum causam, numer. 5. de appellat.* Molin. *d. disp. 15. n. 4.* Morla *Empor. Jur. tit. 2. q. 15. n. 11.* Solorzan. *de Jur. indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 26. n. 51.* Orosc. *sup. n. 9. & 10.* ubi quando censeatur delegatio ad universitatem causarum. Petr. Barbosa *in d. l. Cum prator, §. 1. num. 154.* Sanch. *cum plurimis de matrimo. lib. 3. cap. 31. nu. 2. & 5.* Azeved. *in rubric. num. 14 tit. 9. lib. 3. Recop. Villalob. Ærar. comm. opin. lit. D, nu. 57.* Vantius *de nullis. tit. de nullis. ex defect. jurisd. nu. 24.* Maranta. *de ordin. judicior. pars. 4. dist. 5. tit. an judic. sit ordinar. n. 27. & 55.* D. Gonzal. *in d. cap. Si pro debilitate, hanc in praxi admissam sententiam profitetur, quamquam de jure cum Bartolo & aliis sentiat oppositam veriore.* Osuald. *l. 17. cap. 8. lit. M.*

50 Similiter ab inferiore delegatus ad specialem causam, permittitur articulum, velut examen testium, aut citationem alii committere; de quo statim, cum D. Covar. agendum. Præterea delegatus hic subdelegare valebit, ubi talis viguerit consuetudo. Aug. Barbosa *sup. nu. 4.* Palac. *Rub. in cap. Per vestras, notab. 2. §. 1. nu. 28.* Petr. Barbosa *cum aliis in d. l. Cum Prator, §. 1. nu. 281.* Licebit etiam delegato subdelegare, quoties ad id ab Ordinario delegante facultatem habuerit. Fulgos. *in l. More, num. 14. de jurisdict.* Morla *sup. nu. 9.* Solorzan. *cum pluribus num. 52.* Garcia *de Benefic. part. 5. cap. 8. num. 160.* Navar. *in cap. Placuit, num. 70. de pen. t. dist. 6.* Sanch. *d. disp. 31. numer. 5. & 6.* Aug. Barbosa *collect. cap. Is cui, de offic. delegat. in 6.* Azeved. *num. 19.* & ita est tenendum; etsi contrarium tueatur Molina *d. disp. 15. numer. 4. vers. Glossa cap. Is cui, adhærens Glossæ in cap. Cum causam, de appellat. Fachin. controvers. lib. 1. cap. 45.* nam ratio; qua prohibetur delegato subdelegatio, est quia nihil jurisdictionis proprium habet; quod possit in subdelegatum transferre *l. 1. §. Qui mandatam, de offic. ejus cui mand. l. More, 5. de jurisdict.* at cum conceditur per Ordinarium potestas subdelegandi, ipsemet confert propriam jurisdictionem illi, quem delegatus constituit, sicuti in delegato Proconsulis, & aliis prænotavimus *sup. num. 28.* Vide infra *numer. 53.*

Ibi: *Est tamen ad interpretationem.*

51 Aliud est mandare jurisdictionem, & aliud dare judicem. Ant. Fab. *in ration. ad l. Legatus, de offic. Procons.* de quorum differentia D. Gonzal. *in d. cap. Si pro debilitate, n. 8. & 9. de offic. delegat.* & alii, quos ipse refert. Illud observandum, quod jurisdictionem mandat, qui eam propriam habet; *l. More, 5. de jurisdict.* Judicem dat, cui lege

Senatusconsulto, aut more majorum concessum est, D. Gonzal. *num. 8.* Cujac. *ad dict. l. More.* Ex quo inferitur, quod ab eo, cui mandatur jurisdictione, ad Prætorem qui mandavit, non provocatur, secus à iudice dato, Cujac. *ad tit. de jurisd. in princip. vers. Malè etiam quidam negant,* D. Gonzal. *in cap. Super questionum, num. 5. de offic. delegat.* Mandare jurisdictionem refertur ad universitatem causarum, delegare autem ad specialis causæ cognitionem. Orosc. *ad tit. de officio ejus cui, in princip. num. 4.*

Ibi: *Ut cum potissimum differat Legatus.*

Qui tenent delegatum à Legato Sedis Apostolicæ subdelegare posse, non solum nituntur paritati Legati Proconsulis, & hujus delegati, sed etiam præcellenti dignitati Legati, præsertim à latere, qui instar Principis obtinet regiam facultatem & autoritatem. Azor. *Instit. Moral. lib. 5. cap. 31. in fin.* Sed videas supra, *n. 47.*

Vers. Et profectò quibusdam.

Delegatus ab inferiore ad unicam causam, non prohibetur alii committere aliquem ejus articulum, ut examen testium, aut citationem. Molin. *d. disp. 15. num. 4. in fin.* Azeved. *sup. num. 14.* Aug. Barbosa *collect. d. cap. Cum causam, num. 4.* C. Gonzal. *in d. cap. Si pro debilitate, num. 17.* Maranta *sup. n. 54.* Sanch. *d. lib. 3. disp. 31. nu. 10.* ubi per plures. Petr. Barbosa *in d. §. 1. nu. 126.* quod verum habet de nuda citatione, testiumve examine jurisdictionem non exigentibus; nam actus jurisdictionales subdelegare delegatus non valet, ut præfati cum D. Covar. docent; & tamen absque controversia non est, ut videre licet apud Petr. Barbof. *d. num. 111.* Fachinæ. *controversiar. lib. 1. cap. 46.*

Ultra interpretationes ad caput *Cum Bertoldus, de re judic.* quas D. Covar. adducit, ac rejicit, possent aliæ accommodari ex traditis supra *n. 50.* Prima quod eo loci vigeat consuetudo. Secunda, quod Ordinarius concesserat subdelegandi facultatem: quem intellectum probat Petr. Barbosa *n. 119. cum seqq.*

At noster Præses, re exactè discussa, resolvit quod *in d. cap. Cum Bertoldus,* subdelegatio non tenuit secundum juris principia, etsi nihil de nullitate sit dictum, quia cum causa jam ad Curiam fuisset delata, opus non erat ea declaratione, & casus prout contigit, refertur in textu. Quem intellectum amplexi sunt Molin. *de just. & jur. tract. 5. disp. 15. n. 4. vers. Ut habetur cap. Cum Bertoldus,* Sanch. *sup. d. num. 10.* D. Gonzal. *ubi proximo, Sahagun. in d. cap. Si pro debilitate n. 1.*



D. DIDACI YBAÑEZ

DE FARRIA,

NOVÆ ADDITIONES

ET OBSERVATIONES

AD DD. COVARRUVIAS

VARIAS RESOLUTIONES.

Ad Libri IV. Caput I.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Roma à quo condita, & dicta, dubitatur.</p> <p>2 Romulus illam construxit, & quo tempore.</p> <p>3 Romani natalem urbis Palilibus ludis celebrarunt.</p> <p>4 Romulus in tribus populum distribuit.</p> <p>5 Tribus tres ex populo à Romulo institutæ, & quomodo nuncupatæ.</p> <p>6 Singulæ tribus in curias decem divisæ, & unde nomina acceperint.</p> <p>7 Romulus populum in tres partes secuit, quas tribus appellavit, & quomodo eas vocaverit.</p> <p>8 Curia unde nomen sumpserint.</p> <p>9 Tribus unde sic vocatæ.</p> <p>10 De discrimine inter tribus & curias.</p> <p>11 Romulus Rempublicam ad instar Atheniensis instituit.</p> <p>12 Tribus à quibus creatæ.</p> <p>13 Tribuum urbanarum & rusticarum differentia.</p> <p>14 De divisione populi in classes à Servio Tullio facta.</p> <p>15 Uni tribui duplex nomen nonnunquam indicebatur.</p> <p>16 Marsicum bellum quare ita vocatum, quando, & qua de causa introductum.</p> <p>17 Tribus Romanæ numero triginta quinque.</p> <p>18 Nomina curiarum quæ extant, recensentur.</p> <p>19 Tribuum propria nomina, & unde sic appellatæ.</p> <p>20 Servius Tullius Rex quas tribus adjecerit, & quandiu regnaverit.</p> <p>21 Prærogativa tribus quæ dicebatur.</p> | <p>22 De tribu quæ Princeps vocabatur.</p> <p>23 Verbum Princeps, quomodo accipitur.</p> <p>24 De Mentina tribu.</p> <p>25 Cecrops Athenarum conditor populum suum in duodecim vicos digessit.</p> <p>26 Theseus Athenarum Rex & instaurator vicos ad unam urbem redegit.</p> <p>27 Item Parricios à plebeiis segregavit.</p> <p>28 Urbs Athenæ, quæ aliàs Cephissia, unde nomen acceperit.</p> <p>29 Fuit in tribus digesta.</p> <p>30 Nomina tribuum Atheniensium.</p> <p>31 Tribus Antigonis & Demetris, quare ita nuncupatæ.</p> <p>32 Attalus quis fuerit.</p> <p>33 Ptolomæus Ægyptiorum Rex de Atheniensi Republica maximè benemeritus.</p> <p>34 Quomodo describebantur cives in tribubus Atheniensibus, remissivè.</p> <p>35 De tribubus Hebræorum.</p> <p>36 Illæ à quibus denominatæ.</p> <p>37 Tribules omnes à suo capite descendebant.</p> <p>38 Numerus tribuum Hebræorum nunquam est auctus, aut diminutus.</p> <p>39 Quibus modis manumissi apud Romanos cives fiebant.</p> <p>40 De manumissione in Ecclesia.</p> <p>41 Libertatem lege ipsa obtinentes cives Romani efficiebantur.</p> <p>42 Idem est de illo qui moram libertatis est passus.</p> <p>43 Similiter evenit in libertate per præscriptionem quæ sita.</p> <p>44 Manumissi alio modo quàm censu, vindicta, aut aliis modis præmissis, cives Romani non erant.</p> <p>45 Ciceronis locus intelligitur.</p> <p>46 Vindicta manumitti quid sit, & unde sic dicatur.</p> |
|--|--|

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- 47 Ad manumissionem vindictâ desiderantur plura, & in primis, manumissorem esse dominum.
- 48 Non omnes domini servos proprios manumittere valent.
- 49 Causa ad manumittendum vindictâ requiritur.
- 50 Minores viginti annis, nisi causâ probatâ manumittere nequeunt.
- 51 Quæ requirantur in persona servi, ut vindictâ possit manumitti.
- 52 Apud quos Magistratus manumissio vindictâ posset fieri.
- 53 De officio lictoris, qui manumissionibus intererat.
- 54 De solemnitatibus manumissionis per vindictam.
- 55 Conficiebatur instrumentum datæ libertatis, & quâ formâ.
- 56 De censu manumissis.
- 57 Quomodo & quando cives Romani ex institutione Servii Tullii censebantur.
- 58 Civis Romanus nisi censeretur, libertate privabatur.
- 59 Manumissio per censum abiit in desuetudinem.
- 60 Manumissus testamento aut codicillis efficiebatur civis Romanus.
- 61 Nisi aliquid obset, & de lege Fusia Caninia.
- 62 Testamentaria libertas aut directè, aut per fideicommissum præstabatur.
- 63 Codicillis testamento non confirmatis libertas directè concedi nequit, & servus debet esse testatoris tempore testamenti, & mortis.
- 64 Liberti qui fuerint.
- 65 De dedititiorum conditione & nomine.
- 66 Dedititia libertas ante Justinianum est sublata.
- 67 Examinatur Accursii assertio circa dedititiorum conditionem, cum num. seqq.
- 68 Dedititii non tenebantur manumissoribus servire.
- 69 Expenditur Ulpiani fragmentum.
- 70 Explicatur.
- 71 An dedititii possent testari?
- 72 Dedititii Latini quodammodo sunt, saltem in odiosis.
- 73 Ut dedititius aliquis censeretur, debebat de crimine constare, propter quod notatus erat.
- 74 Filii dedititiorum & Latinorum cujus essent conditionis.
- 75 Liberi non iusta manumissione in libertatem erepti, fiebant ex lege Junia Norbana participes juris Latii. Et quid consequerentur, remissivè.
- 76 Sic manumissi non efficiebantur cives Romani.
- 77 Poterant in servitutem revocari, nisi Prætor eos tueretur: sed ex lege Junia Norbana revocationi libertatis locus non erat.
- 78 Latini effici poterant cives Romani iusta manumissione, & pluribus aliis modis.
- 79 Quomodo per filium anniculum civitatem assequerentur.
- 80 Filius anniculus fiebat civis Romanus.
- 81 Latina libertas quibus modis præstabatur.
- 82 Explicantur modi illi.
- 83 De aliis modis consequendi Latinam libertatem.
- 84 Latinis ac dedititiis voluntas ultima omnis interdicta est.
- 85 Lex Junia circa peculia Latinorum nihil immutavit.
- 86 Liberti qui cives Romani non erant, nihil ex testamento percipere permittebantur.
- 87 Idem lege Junia de Latinis est constitutum.
- 88 Latini utiliter hæredes institui poterant, sed capere hæreditatem nequibant, nisi forent cives Romani tempore mortis, aut intra diem creationis.
- 89 Liberti an fideicommissum capere possent?
- 90 Latini successorem ab intestato non habuerunt.
- 91 De edicto Trajani, & Senatusconsulto Largiano circa successionem libertorum.
- 92 Latini carebant omnibus, quæ propria erant civium Romanorum, regulariter.
- 93 Aliqua ex his specialiter Latinis sunt concessa.
- 94 Inter libertos quoad patronos ordo existit, nam fuere primi, secundi, &c.
- 95 Liberti etiam cives Romani non obtinebant ea omnia, quæ ingenuis competeant.
- 96 Discrimen inter tribus & classes Romanas traditur.
- 97 In ultima classe describebantur liberti.
- 98 Quâ formâ ferrentur suffragia per classes.
- 99 Liberti in urbanis tribubus ut ignobilioribus describebantur.
- 100 De significatione ac differentia verborum Liberti, & Libertini.
- 101 Ex constitutione Justiniani omnes manumissi sunt cives Romani, & jura ingenuitatis consequuntur.
- 102 Intellectus ad legem Patronus 34. de legat. 3.
- 103 Tribules, & non alii, percipiebant congiaria, sive Imperatorum largitiones.
- 104 Tessera quid significaverit.
- 105 De lege Clodia frumentaria.
- 106 Differentia inter tribum & tesseram.
- 107 Tessera frumentariæ gratis civibus Romanis concedebantur.
- 108 Legatum tessera differt à legato tribus.
- 109 Ex manumissione libertis civibus Romanis jus suffragii non competeat.
- 110 Libertus, de quo in d. l. Patronus, erat civis Romanus, sed tribu, id est latine suffragii, carebat.
- 111 Quo jure Itali & Latini populi uterentur antequam civitate Romana donarentur, & quæ denegerentur civibus Romanis extra Romam degentibus.
- 112 Exercitus Romanorum ex legionibus & auxiliis constabat.
- 113 An liceret Latinis sub legionibus militare?
- 114 Milites legionarii munera militaria poterant obtinere non auxiliares.
- 115 Jus ferendi suffragii quibus competierit.
- 116 De differentia civitatum, quæ populo Romano subdebantur.
- 117 Jus Latii quale fuerit, remissivè.
- 118 Civem Romanum nullus Magistratus injussu populi interficere, aut virgis cedere permittebatur.
- 119 Jus civitatis raro, & coarctatè ante bellum sociale exteris concedi solebat.
- 120 Exemptio tributorum solutione ad jus publicum civium Romanorum spectabat.
- 121 Lex In orbe Romano, ff. de statu homin. quomodo intelligenda.
- 122 Intellectus quidam ad dictam legem Patronus, ff. de legat. 3. rejicitur.
- 123 De etymologia verbi Hidalgo, apud Hispanos: & num. 124.
- 125 Diversum fuit jus Italiæ apud Romanos, ab eo quod in Hispania tribuitur Hidalgois quoad jus immunitatis.
- 126 Nobilitas quomodo probetur.

- 127 *Discrimen in Hispania inter Nobilem ac Hidalgum.*
 128 *Filii an patris, vel matris conditionem sequantur.*
 129 *Partus sequitur ventrem quoad statum servitutis & libertatis, & quare.*
 130 *Quod aliquando ex lege, vel consuetudine aliter observatur.*
 131 *Filii naturales an gaudeant nobilitate.*
 132 *Quid si Nobilis ex ancilla filium susceperit naturalem.*
 133 *Nobilitas, vel ignobilitas matris filium commendat, aut deturpat quoad hominum estimationem.*
 134 *Nobilitas à patre, non à matre descendit ad liberos.*
 135 *Quis nobilis jure communi, & regio censetur.*
 136 *Conditio, Si nobilis nupserit, an impleatur nubendo personæ nobili ex parte patris tantum.*
 137 *In Hispaniis nobilis ab hidalgo distinguitur.*
 138 *Filius ex patre generoso & matre Hebræa, vel Sarracena gaudet nobilitate.*
 139 *Alguen apud Hispanos personam nobilem, aut egregiam significat.*
 140 *Liberti etiam ante Augusti tempora non describebantur in tribubus.*
 141 *Legatum tribus à legato tessera differt.*
 142 *Legatum tribus non tenet, si relinquatur habenti jus suffragii à testatore inscio.*
 143 *Debetur etsi vivo testatore legatarius tribum ex causa lucrativa consequatur.*
 144 *De intellectu legis Patronus 34. ff. de legat. 3.*
 145 *Legatum tribus, & legatum tessera equiparantur quoad acquisitionem & transmissionem.*
 146 *Legatum tessera frumentariæ frumentarium rectè dicitur, etsi frumentum relictum non sit.*
 147 *Inter legatum tessera frumentariæ, & frumenti, non est discrimen.*
 148 *Legatà militiâ, vel tessera, ipse primariò relicte videntur, non earundem estimatio.*
 149 *De rationibus dubitandi ad l. Mortuo bove, §. 1. ff. de legat. 2.*
 150 *Munera quedam regalia in Indiis Occidentalibus venalia sunt ob regii patrimonii tenuitatem.*
 151 *Iterum de interpretatione dicte legis Patronus.*
 152 *De Magistratuum Romanorum dignitate ac differentia.*
 153 *Senatores Romani an fuerint illustres, aut clarissimi.*
 154 *Obtinens ornamenta & prerogativas alicujus dignitatis ex privilegio, vocabatur clarissimus, licet habentes eam dignitatem superioris ordinis essent.*
 155 *Nobiles apud Romanos dicebantur clarissimi, & qui hi essent.*
 156 *Habebant jus suffragii Nobiles, quod Censor illis auferre nequibat, sicut plebeiis.*
 157 *Clarissimi suffragium ferebant in Magistratuum creatione.*
 158 *Plebeiis tantum tessera frumentariæ prestabantur.*
 159 *Rursus de intellectu dicte legis Patronus.*
 160 *Ratio dubitandi ad dictam legem Patronus.*
 D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- 161 *De eadem ratione dubitandi.*
 162 *Idem textus intelligitur.*
 163 *Obligatus ad factum ex contractu, vel ultima voluntate, an teneatur ad id præcisè præstandum.*
 164 *Legatum tribus non in faciendo, sed in dando consistit.*
 165 *In facti obligationibus post moram an interesse succedat loco rei.*
 166 *Discrimen quoad tempus inter tesseræ, & Commoda tribus.*
 167 *Cur in d. l. Patronus, non usuræ estimationis, sed tribus commoda debeantur.*

De tribubus Romanis, ad interpretationem legis Patronus 34. ff. de leg. 3.

CAPUT PRIMUM.

Ad Num. 1.

CUM de Romanorum tribubus agendum nobis sit, expedit nonnulla de initio Urbis præmittere, quæ Historiographi, ut Plutarch. Tit. Liv. Onuphr. Sigon. & alii memoriæ tradidere: ac in primis observandum est, quæstionis fore, quis primus Romæ conditor extiterit, & à quo nomen acceperit ipsa, ut admonet Joan. Rosinus de antiquit. Romanis lib. 1. cap. 1. & constat ex Fest. de antiquar. voc. signif. lib. 16. Sallian. Annal. Ecclesiast. anno mundi 3260. tom. 4. Cornucop. col. 282. in fin. Calepin. verb. Roma.

Verùm, cæteris opinionibus prætermisissis, eam sustinendo, quæ vulgò recepta est, Romulus, à quo Romani nuncupati, teste Justiniano in §. Sed jus quidem, Instit. de jur. natur. gent. & civil. prima urbis fundamenta jecisse fertur decimum octavum annum agens, die 20. aut 21. Aprilis anno à creatione Orbis 3302. secundum Sallian. aliis quoad annum dissentientibus, statim laudandis, anno 1. Olympiadis 7. ante adventum Christi 751. De quo præter Livium, & cum eo præcitatos Ant. Cont. Chronic. Canon. anno 4580. Rosin. d. cap. 1. in fin. Greg. Vaucopius de Magistrat. veter. popul. Roman. sect. 1. Calepin. verb. Palilia, Cornucop. sup. n. 10. Genebrard. in Chronolog. lib. 1. anno 3150. pagin. 132. Tornieil. Annal. Sacr. an. 3300. n. 1. Ex quibus Vaucop. horam foundationis assignat, nempe inter secundam, & tertiam post meridiem.

Hæc dies ut natalis civitatis, à Romanis festus, ac celebris habebatur, quo agricolæ Palilia celebrare consuecebant. Sallian. latè d. anno 3302. Plutarch. in Romul. Vaucop. sup. Calepin. ubi proximè, Rosin. lib. 4. cap. 12. vers. Palilia, Propert. lib. 4. in Tarpei fabula.

Urbi festus erat, dixerit Palilia patres:
 Hic primus cepit manibus esse dies.
 Ovid. Fastor. lib. 4.

— Arbitrium Romulus urbis habet.
 Apta dies legitur, quæ menia signet aratro.
 Sacra Palis suberant, unde movetur opus.
 Idem paulò antè in Palilibus:

Per flammæ salisse pecus, salisse colonos:
 Quod sit natali nunc quoque Roma suo.

Ubi latè describit quomodo Palilia peragerentur, quod utique tradunt Rosin. sup. Sallian. numer. 7.

In ejusdem diei honorem hostia non macabatur. Rosin. *vers. Erat enim; Vaucop. suprà.*

4 Deinde Romulus (selectis centum viris, genere, divitiis, aut liberorum numero præcellentibus, quos Patricios vocavit, nam velut patres eum consilio adjuvare tenebantur, l. 5. tit. 18. part. 4. l. fin. C. de Consulib. lib. 12. §. Filiusfamilias, Instit. quib. mod. jus patr. potest. solvit. Salian. ann. 3303. numer. 3. Rosin. lib. 1. cap. 15. *versic. Prima igitur*, Bovadill. in *Politic. lib. 3. cap. 8. n. 1.* Vaucop. *sup. sect. 2.* Cornucop. col. 438. num. 20. Pompon. Læt. de *Magistrat. Roman. lib. 1. cap. 3.* Raph. Volaterran. *eod. tract. vers. Senatores*, Alciat. *simili tract. vers. Sciendum*, de quo infra, nu. 27.) omnes cives in tres partes, & urbem, agrosque in triplicem regionem digessit, quas à ternario numero tribus vocitavit, ac singulis illustres viros Tribunos præfecit. Salian. numer. 2. & alii inferius recensendi, licet aliqui opinentur quatuor tribus à Romulo institutas, quæ sic à tributo appellabantur, ut ex Suida refert Genebrard. *ubi sup.* Hæc tripartita populi distinctio usque ad Servium Tullium, sextum Romanorum Regem duravit, qui alias tribus cœpit adjicere, ut infra notabitur. Hic regnum adeptus est anno mundi 3477. Salian. d. tom. 4. eodem anno, numer. 1. De quibus consulas Olan. in *suo Paralipom. lib. 5. cap. 12. num. 9.* ubi plures.

5 Hæc tribus vocabantur Ramnensis, Tatiensis, & Lucerum. Prima à Romulo sic dicta, qua continebantur illi, qui urbi construendæ cum ipso operam dedere: secunda à Rege Tatio, in quam relati erant Sabini, qui eum sequuti ad civitatem pervenerunt: tertia unde Lucerum dicta sit, non liquet; nam quidam putant, Luceres vocitari eo quod cum Lucerio Ardeæ Rege, seu Lucumone, Romulo contra Sabinos bellum gerenti opem tulerunt, quapropter civitate donati sunt. Cornucop. col. 769. num. 40. Rosin. *sup. lib. 6. cap. 15.* Alii existimant Luceres dictos à luco; etenim Romulus ut urbem civibus impleteret, azylum proposuit in luco constitutum, ut ex oppidis vicinis confugientes, ibi tueri se possent. Hi igitur à loco refugii Luceres appellabantur. Rosin. *ubi proximè.* De azylo, quod Romulus statuit, pluribus agit Salian. anno 3302. d. num. 16. De hac populi divisione, tribuumque nominibus agunt Rosin. d. cap. 15. & lib. 1. cap. 12. ubi Thom. Dempsterus, Carol. Sigon. de *antiq. Jur. Civ. Romanor. lib. 1. cap. 3.* Scoth. in *select. antiq. Roman. tract. de Tribub.* Gothofred. ad *fragment. l. 12. Tabul. ex Cicer. lib. 3. §. de Censorib.* Lexic. Calvin. *verb. Tribus.* Theatr. vitæ hum. *verb. Tributum*, post princip. Pompon. Læt. *sup. lib. 1. cap. 1.* Cornucop. col. 889. n. 10. Petr. Nard. de *Comitiis Romanor. in princ.* Calepin. *verb. Tribus*, Just. Lips. de *Magistr. populi Roman. cap. 14.* Andr. Dominic. *Floccus de potestatib. Romanor. lib. 2. cap. 1.* Osuald. ad *Donell. lib. 6. cap. 7.* Rævard. de *authorit. Prudent. cap. 7.* Illud admonendi sumus, quod multò antè Romulus populum in tribus digessit, quàm Rex Tattius, ac Luceres ad civitatem admitterentur, atque ita à principio tribubus ea nomina imposta non fuisse, quæ eas habere diximus, compertum est. Sic colligitur ex Saliano anno 3303. numer. 2. & an. 3306. numer. 7. & expressim tradit Rosin. *dicto cap. 15. post princ.*

Ibi: *Illud constat, quamlibet ex his partem.*

Romulus ut commodiùs Reipublicæ curam gereret, singulas tribus in decem curias distribuit, ex quibus cuilibet Curionem constituit, l. 2. §. 1. ff. de orig. jur. Salian. ann. 3303. nu. 2. Osuald. *sup. Rosin. lib. 6. cap. 2.* Vaucop. *sup. sect. 1. & sect. 3.* Petr. Nard. *ubi proximè*, Calep. *verb. Curia*, & *verb. Curio*, Cornucop. col. 730. num. 30. Lexic. Calv. *sup.* Curia ideo sunt dictæ, quia tunc Romulus per earundem sententias Curam Reipublicæ expediebat, d. l. 2. §. 1. Cornucop. & Petr. Nard. *ubi proximè*, Pompon. Læt. *dicto cap. 1.* Illud observatione dignum est, quod non omnes, qui in tribubus descripti sunt, ad curias admittuntur, ut in curiatis comitiis jus suffragii obtineant, sed illi duntaxat, qui Romæ domicilium habent. Rosin. d. cap. 2. Vide infra n. 21. Aliud erit in tributis comitiis.

Ibi: *Tribus Romanas à raptis Sabinis, &c.*

Cùm Romani urbis conditores ad propagandam liberis civitatem à proximis oppidis foeminas ad connubia deposcerent, nec id precibus consequi valerent, Romulus religionis prætextu ludos Consuales in honorem Coni, id est Neptuni, vulgari præcepit, ad quod spectaculum haud paucæ foeminae ex Sabinis convenerunt: ultimâ ludorum die Romulus juvenibus imperat, ut signo dato, unusquisque virginem sibi rapiat, omnesque intactas in crastinum jussit observari. Eventus votis respondit, raptis 683. puellis, quæ suadente Romulo, non invitæ se Romanis legitimè copularunt. Quapropter Sabini ut se ab hoc foeminarum raptu vindicarent, bellum raptoribus indixere, cum quibus Tattius Rex Curetum congressus succubuit. At Sabinæ, quæ apud Romanos erant, prolemque ex eis ediderant, ut prælia sibi semper luctuosa inter viros, parentes, ac fratres suos extinguerentur, impetrarunt, quarum lachrymosa oratio ita inter se acriter dimicantium animos leniit, ut nedum pacis, sed etiam societatis foedera Romani, ac Curetes inirent, qui cum suo Rege Tatio ad civitatem recepti, ac in unam ex tribubus relati sunt, quæ ut præmissimus, ab illo Tatiensis appellata est. Hæc ex Livio & aliis observat latinis agens Salian. *Annal. Eccles. tom. 4. ann. ab Orbe condito 3305. à n. 8. & ann. 3306. à princip. ac tangit Mart. de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 11. n. 1.* Calepin. *verb. Sabini*, Cornucop. col. 977. à nu. 40. Rosin. de *antiquis. Roman. lib. 2. cap. 5. vers. Jupiter Stator*, & lib. 5. cap. 19. in *princ.* Raptus Sabinarum contigit anno quarto ab urbe condita, Salian. an. 3305. numer. 9. ubi alii. Bellum Sabinum cœpit anno sequenti, quod triennio grassatum est, Salian. an. 3306. numer. 2. atque ita octavo Romuli anno Tattius cum suis ad civitatem admittitur, Salian. an. 3309. n. 1. Similis raptus virginum legitur *Judic. cap. 21.* de quo Salian. *Annal. tom. 2. an. 2622. à nu. 78.* Benjamitæ enim Saluntinas foeminas, quas parentes in conjugium ob jusjurandum tradere non valebant, sibi rapuerunt in uxores. Sed inter utrumque raptum plus differentia recensentur à Sal. *sup. n. 84.*

Harum mulierum, quarum princeps ac dux Herfília nupsit Romulo, Calepin. *ubi proximè*, nomina

mina suis curiis Romanos indidisse fertur, ut D. Covar. testatur, & scripsit in hæc verba Livius lib. I. decad. I. ibi: *Ex bello tam tristi lata repente pax cariores Sabinas viris, ac parentibus, & ante omnes Romulo ipsi fecit. Itaque cum populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis imposuit. Id non traditur, cum haud dubie aliquantò numerus major hoc mulierum fuerit, etate, an dignitatibus suis, virorumve, an sorte lectæ sint, quæ nomina curiis darent.* Cujus autoritate idem observant Cornucop. col. 730. n. 40. Greg. Vaucop. de Magistrat. veter. popul. Roman. sect. 3. & plurimi alii. Sed contrà tenent Plutarch. in Romulo, ubi ita habetur: *Singulæ tribus decem continuerunt curias. Eas quidam perhibent à Sabinis mulieribus nomen traxisse: sed hoc mendacium esse deprehenditur, nam multis earum à locis nomina imposta sunt.* Cui consentiunt Dionys. Halicarnass. lib. 2. Terent. Varro lib. 2. de vit. popul. Roman. & alii. Curiarum octo nomina duntaxat reperiuntur, quæ ex Festo refert Rosin. lib. 6. cap. 2. vers. Cæterum.

Ibi: Sed & tribus à tributo dando.

9 Tribus à ternario numero sic nuncupatæ sunt, ut D. Covar. nuperrimè docuit, ac tradunt communiter Autores, ut Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 7. lit. F, Joan. Gulielmus de Magistr. popul. Roman. cap. 14. Calepin. verb. Tribus, Lexic. Jur. sup. Theat. vitæ humanæ verb. Tributum, post princ. Cornucop. col. 889. num. 30. Mart. ubi sup. qui tenet, tributum à tribu nuncupari. Et licet postea populus in plures partes divisus sit, adhuc tamen omnes tribus appellantur, retento primævo nomine: quod sæpè contingit, ut D. Covar. paulò antè monuit, & observavimus supra, lib. 2. cap. I. n. 118.

Ibi: Cum tribus à Curia maxime differret.

10 Tribus cum curiis sæpè ab Autoribus perperam confunduntur, ut præter D. Covar. animadvertit Rosin. d. lib. 6. cap. 2. lit. E, Osuald. ubi proxime. Sic lapsi fuere Salian. tom. 2. an. mundi 2485. n. 3. Lexic. Jur. sup. Calepin. verb. Curia, Cornucop. col. 730. n. 40. dum scribunt, triginta curiis postea quinque adjectas. Sed curias à tribubus esse distinctas, plusquam manifestum est: tum quia diversa sunt nomina curiarum, ac tribuum, ut constat ex Rosin. d. cap. 2. Sc. 15. & si idem forent, non diversis vocibus nuncuparentur, l. Si idem 7. C. de codicill. Tum quoniam tribus refertur ad personas; ad agros, & ad jus suffragii ferendi. Rosin. dicto cap. 17. in princ. Cornucop. col. 889. n. 10. in quo ultimo sensu tribus accipitur à Consulato in l. Patronus 35. ff. de legat. 3. Rævard. de auctorit. Prud. cap. 7. curia verò minimè ad agros, vel regionem civitatis spectat, sed tantum ad personas, ac jus ferendi suffragium in comitiis, quæ Curjata vocabantur. Rosin. d. cap. 2. per tot. Petr. Nard. sup. Tum denique, quoniam non omnes tribules in curias referebantur, ut jus suffragii haberent, sicut præmissi num. 6.

Ibi: Olim qualibet tribus Atheniensis.

11 De tribubus Atheniensibus infra est differendum. Nec dubium est, quin Romulus suam Rem-

publicam instar Athenarum instituerit: sic etiam populum in patricos, & plebeios divisit, Athenienses imitatus, de quo sup. n. 4. ut observant Rosin. lib. I. cap. 15. vers. Prima igitur, Vaucop. sup. sect. 2.

Ibi: Demum Servius Tullius.

Quo tempore Servius Imperii gubernaculum adeptus sit, prænotavimus supra, num. 4. in fin. Ipse verò non omnes tribus addidit usque ad 35. sed 19. aut 21. duntaxat, quarum nomina infra recensentur, num. 14. & numer. 15. post illum institutæ enumerantur: & quando, & à quibus quæque creata fuerit, tradit Rosin. lib. 6. cap. 15. vers. Tarquinio Prisco. Vide varias sententias apud Salian. anno 1483. num. 3.

Ibi: Palatinam, Suburranam.

Adde Rosin. lib. I. cap. 12. & lib. 6. cap. 15. Cornucop. col. 1062. n. 10. Osuald. sup. Theat. vitæ humanæ verb. Tributum, post princip. Calepin. verb. Tribus, Salian. anno 1483. n. 3.

Ad Num. 2.

Ab initio hoc tantum versabatur discrimen inter tribus rusticas, & urbanas, quòd in his describebantur habitantes intra urbem, in illis extrà domicilium habentes, quo mutato, & tribus de rustica in urbanam, & è contra transferebatur. Sed labente tempore coeperunt rusticæ urbanis anteponi, ita ut in rusticis describi honorificum censeretur; quia Romani plurimi habuerunt agrorum culturam, unde clarissimæ familiæ ab egregiis agricolis, & fructibus, in quibus colendis excelluerunt, nomen sumpsere, ut Lentuli à lente, Fabii à faba, Cicerones à cicere: quod latè profequitur Cornucop. col. 453. d. n. 30. Sicut desides, & ignavi despiciebantur, qui in urbe morabantur, ruri operam non dantes. Rosin. d. cap. 15. vers. Tarquinio, ad fin. ubi etiam aliam causam addit, ut præferrentur tribus rusticæ, nempe quòd in urbanis recensenti Censuræ potestati subiciebantur, quæ nimis fuit acerba, de qua distulit Andr. Domin. Flocc. de potestat. Roman. lib. 2. cap. 17. Hujus rusticarum tribuum prærogativæ meminerunt Varro de re rustica in princ. & lib. 4. de ling. Latin. Gothofred. ad Cicer. lib. I. de Orator. col. 7. lit. G, Salian. tom. 2. ann. 2768. n. 11. ubi quod ab Hebræis agricultura maximi habebatur, cui egregii viri operam dare consuecebant; & de aliis etiam gentibus idem testatur tom. 3. anno 2963. num. 38. Adrian. Turneb. adversar. lib. 16. cap. 22.

Ibi: Intelliges quæ de Censoribus scribit Livius.

Servius Tullius, qui primus censum instituit, Polydor. Virgil. de inventor. lib. 2. cap. 3. Salian. anno 3487. numer. 1. Just. Lips. de Magistr. popul. Roman. cap. 18. populum in quinque classes distribuit, in quibus & cives, & eorum patrimonium describebantur, ita ut ditiores prima classe continerentur, & quisque pro modo facultatum in primam, secundam, vel ulteriorem referretur, ut sic non viritim, sicut antea, sed juxta bonorum quantitatem cives contribuerent. Rursus classes in centurias subdivisit Rex, ut in bello deservirent. Ex prima classe 98. centurias instituit, ex secun-

da 22. ex tertia 20. ex quarta 22. ex quinta 30. illisque munera bellica diversa secundum classis præminentiam commisit. Cives autem egenos qui nec tantum in bonis habebant quantum pro quinta, & ultima classe desiderabatur, in sextam coniecit, quæ unica centuria constabat, eosque à militia, & tributis immunes fecit. Hi capite censi dicebantur, quia non ratione facultatum, sed personæ tantum in catalogum civium referebantur. Vocabantur itidem Proletarii, quod prole, & non aliàs, Reipublicæ proficiebant. Omnia hæc fusius prosequuntur Salian. *sup. tom. 4. anno mundi 3487. ex num. 2. Rosin. lib. 6. cap. 8. per tot. Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 7. lit. F, Rævard. ad leg. 12. Tabular. cap. 9. de vindicib. Cornucop. col. 505. d. num. 10. Calepin. verb. Classis, Proletari.* Forma quâ cives classibus adscribebantur, talis fuit, ut quisque præter nomen & cognomen proprium profiteretur sui patrimonii quantitatem, adhibito iurejurando, quod bona fide quicquid in bonis habebat, æstimaret: enunciabat præterea cujus foret ætatis, parentum, conjugis, ac liberorum nomina, quam urbis regionem, vel quem agri Romani pagum incoleret. Si quis verò neglexisset censum, & se describi subterfugisset, virgis cæsus, bonis fisco addictis, in servitutem venundabatur. Ulpian. *in fragment. tit. 11. §. 10. Cujac. in l. Censeri III. ff. de verb. sign. Olan. sup. num. 19. Lexic. Calv. verb. Lustrum, Torniiell. Annal. ann. 4026. nu. 3. Salian. sup. n. 2. Rosin. d. cap. 8. in princip.* Et ex Saliano observa, quod nulla fraus adhiberi solebat in enunciandis viribus patrimonii, tum ob religionem juramenti, tum ob præminentiam & honorem provenientem ex eo quod aliquis in anteriore classe describeretur, maximè in prima, in qua solum descripti Classici vocitabantur. Aul. Gell. *noct. Attic. lib. 7. cap. 13. Cornucop. sup. numer. 10. Calepin. verb. Classis, Classicus;* ideoque onus pecuniarium pro modo facultatum imponendum non effugiebant, ut plus honoris adipiscerentur, quemadmodum Salianus perpendit. Adde Olan. *sup. d. lib. 5. cap. 12. n. 14. & 17. cum seqq.* ubi dat plures.

Ibi: *Non me latet, eundem Livium.*

De numero tribuum, ac tempore, quo illæ fuerint institutæ, consulas Rosin. *de antiquitat. Roman. lib. 6. cap. 15. Salian. sup. ann. mund. 3483. Carol. Sigon. de antiq. jure civium Roman. lib. 1. cap. 3. Onuphr. Panuin. lib. 2. comment. de Repub. Roman. Georg. Fabric. in Roma, cap. 6. Vide infra, num. 19.*

Ibi: *Deinde & supra quadraginta.*

15 Qui existimant, tribus Romanas, quæ perstiterunt, plures fuisse, quàm 35. eo decipiuntur, quod connumeratis nominibus earum, quæ in antiquis inscriptionibus, & apud veteres Autores reperiuntur, videntur supra quadraginta extitisse; hoc tamen inde provenit, quia uni, eidemque tribui duplex nomen diverso tempore inditum est; non paucæ enim, neglecto pristino loci nomine, illustrium Heroum, qui postea in eas relati sunt, cognomine condecorari cæperunt, ut Æmilia, Claudia, Cornelia, & alæ de quibus specialiter suis locis inferius differendum. Ita Rosin,

d. cap. 15. in fin. Onuphr. Fabric. & Sigonius ubi proximè, Olan. in suo Paralipom. lib. 5. cap. 12. num. 12.

Ibi: *Mentina (sive Menenia)*

Hanc tribum in catalogo earum D. Covar. non recenset, quæ tamen à Rosino & aliis communiter inter 35. refertur, de qua infra.

Ibi: *Sed ut constet quàm incerta.*

Bellum Marficum, quod aliàs Sociale, & Ita- 16
licum nuncupatur, coepit anno ab Urbe condita 662. vel 663. Causa ejus fuit, quia populi Italiæ non pauci jus civitatis expetebant, quo diu denegato, à Romanis defecerunt, cum quibus sæpe per quadriennium congressi sunt, & quinto anno finem bellum accepit; nam jus civitatis omnibus ferè populis Italiæ privatim concessum est, & hoc in causa fuit, ut octo, vel decem tribus adderentur, in quas novi cives conjici possent, quod actum est à Censoribus Pub. Licin. Crasso, & L. Jul. Cæsare: quæ tamen quatuor elapsis annis extinctæ sunt, tribulibus earum in veteres translatis à Censoribus L. Marcio Philippo, & Marco Perpenna. Ita Salian. pluribus agens *an. mund. 3963. cum seqq. Rosin. d. cap. 15. vef. Atque hæc.* Ideo bellum hoc Marficum appellatur, quia Marfi Italiæ populi autores fuere defectionis, & præ cæteris acerrimi, ac pugnacissimi Romanorum hostes, duce Silone Propedio Marfo, Salian. *an. mund. 3963. num. 4. Marfi à Marfo Circes filio originem duxisse feruntur, Plin. lib. 7. cap. 2. Cornucop. col. 371. n. 50. Calepin. verb. Marfi, Sandoval. Histor. Æthiop. part. 1. lib. 2. cap. 33. n. 11. Belli hujus meminit lex unica, C. de Latin. libert. toll.*

Ibi: *Tribum quamdam ex veteribus Juliam, &c.*

Trajanæ, Julæ, Flaviz, & Ulpiz meminit Rosin. *d. cap. 15. in fin.* ubi ait, à Vespasiano sic nominatas esse.

Ibi: *Ex quibus illud constat, tribus veteres.*

Romanas tribus trigintâ & quinque numero suis- 17
se communiter receptum est: sic tradunt Cicer. *orat. 6. in Verrem, lib. 1.* ubi Ascon. & alibi sæpe. Rosin. *d. cap. 15. per tot. Osuald. ad Donell. lib. 6. cap. 7. lit. F, Rævard. de authorit. Prudent. cap. 7. Petr. Nardus de Comitibus Roman. in princip. Onuphr. Sigon. & Fabric. ubi nuper, Calepin. verb. Tribus, Lexic. Calv. verb. Tribus.*

Ibi: *Alia verò nomina.*

Vide *sup. nu. 15.* Nomina tribuum, quæ numerum trigessimum quintum excedunt, extant apud Rosin. *d. cap. 15. in fin.*

Ibi: *Habere & apud Romanos Curia, propria.*

Nomina fuisse Romanis Curiis, præmissum 18
est supra *num. 10.* sed octo duntaxat nobis sunt nota,

nota, sex refert D. Covar. quibus jungendæ sunt Calabra, & Rapta Curia, ex Rosin. *d. lib. 6. cap. 2. vers. Cæterum*, ubi omnes recenset. Curiam Forientem, Raptam, Vellensem, Velitiam memoratur Cornucop. *col. 1175. numer. 10.* Calabram *col. 636. n. 10.* Titiam, *col. 1222. nu. 40.* Tifatam *ead. col. sup. n. 30.*

Ad Num. 3.

19 Tribuum Romanarum nomina tradit D. Covarruv. quod etiam alii ante, ac post ipsum præstitero, Onuphr. Sigon. Rosin. Paul. Manut. *ad Cicer. lib. 3. de legib. tit. de Censorib.* Gothofred. *in fragment. l. 12. Tabular.* Calepin. *verb. Tribus*, Lexic. Calvin. *sup.* & alii. Sed observare oportet, quod licet omnes in numero tribuum conveniant, quoad nomina tamen plerumque discordant, ita ut quæ ab uno recensentur, ab alio omittantur, quod dimanat ex excessu nominum, quem prænotavimus *num. 15.* Sic Rosin. tribuum catalogo non inserit Publiciam, & Otricanam, quas D. Covar. inseruit, & illarum loco Horatiam, & Mentinam, sive Meneniam substituit. Adde quæ sunt infra, *num. 34.* Nunc verò Romanas Tribus recensemus.

Verf. Æmilia tribus.

I. Hæc tribus sic appellata est à præclara familia Æmiliorum, quibus in eam relatis, primævo nomine postposito, tribus ab eximiis tribulibus suis nomen sumpsit Rosin. *de antiquitatib. Romanis, lib. 6. cap. 15. trib...* De qua familia Ricard. Strein. *de famil. & gentib. Romanor.* Plura facinora ab Æmiliis egregiè patrata memoriæ prodit Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 5. an. mundi 3863. cum seqq.* Gens Æmilia originem duxit ab Æmitone Alcanii filio, vel ut aliis placet, à Mamerco Pythagoræ Philosophi filio, qui ob singularem humanitatem Æmilios est cognominatus. Cornucop. *col. 1031. numer. 40.* Æmiliæ tribus meminerunt Cicer. *ad Attic. epist. 14. lib. 2.* Rosin. *ubi proximè*, & alii præcitati *numer. 19.* Lexic. Calv. *verb. Æmilia.*

Verf. Aniensis tribus.

II. Ab Aniène fluvio sic est dicta, Rosin. *trib. 32.* qui agrum Tiburtinum interrigit, vulgò *Teberono rio en Campaña de Roma*, quam regionem Sabini incoluere. Nomen illi dedit Anius Hetruscorum Rex, qui cum Cethegum filia raptorem insequutus comprehendere non valeret, se in annem hunc præcipitavit, ubi extinctus est. Rosin. *sup.* Cornucop. *col. 137. n. 30. & col. 865. n. 20.* Calepin. *verb. Anionis, & Anlo*, Nebriss. *verb. Anio.* Hæc tribus adjecta est anno ab Urbe condita 455. propter populos quibus jus civitatis indultum est. Rosin. *ubi proximè*, cujus tribus mentio fit apud laudatos, *n. 19.* & Gothofred. *ad Cicer. lib. 13. epist. 9. ad familiar.* Adrian. Turneb. *adversar. lib. 30. cap. 17.*

Verf. Collina tribus.

III. Una ex urbanis, ita vocitata à collibus Quirinali, & Viminali, qui ex septem Romæ sunt, quare ipsa Septicollis dicebatur, nam Servius Tullius urbem in quatuor partes, seu regiones digessit, ex quibus totidem tribus instituit. Rosin. *trib. 3.* Cornucop. *col. 1061. numer. 50.* Qui-

rinalis nuncupatur collis, quod ibi Fanum Quirini, id est Martis, fuit, vel à Curetibus collem ipsum inhabitantibus, qui cum Rege Tatio ad civitatem recepti sunt Rosin. *lib. 1. cap. 6.* Cornucop. *ubi proximè*, Calepin. *verb. Quirinus.* Nunc monte Cavallo collis vulgò vocatur à duobus equis marmoreis in ipso collocatis. Calepin. *ibidem*, Nebrissens. *verb. Quirinalis*, in quo sita est Basilica S. Stephani, quæ dicitur *in Monte Celio.* Viminalis collis nomen habet à Jove Vimineo, cujus aræ in eo extiterunt, seu à viminibus, quorum sylva ibi fuit Rosin. *lib. 1. cap. 9.* Cornucop. *sup.* Calep. *verb. Viminalis*, Nebrissens. *ead. verb.* Hodie in eo inædificata conspicitur Ecclesia S. Agathæ. Hujus tribus Collinæ mentio fit à Joseph. Scaliger. *antiquit. lib. 14. cap. 17.* Theat. vitæ humanæ *verb. Tributum, post princip.* Salian. ex Dionysio *anno mundi 3483. n. 3. tom. 4. & ab aliis hic, & supra num. 19.* adductis.

Verf. Cornelia tribus.

IV. A gente Cornelia sic dicta est. Rosin. *dist. lib. 6. cap. 15. trib. 13.* Ex hac domo haud paucos heroas, & heroinas commendat Calepin. *verb. Cornelia, & Cornelius*, ubi quod cum primis illustris fuit. Salian. *an. mund. 3618.* cum aliis inclytos Cornelios memoravit. Streinius *ubi sup.* de ea familia egit. Corneliam tribum in memoriam revocant allegati *num. 19.* & vide quæ de Æmilia tribu præmisimus paulò superius.

Verf. Claudia tribus.

V. Ab Appio Claudio nomen sumpsit. Rosin. *trib. 11.* Hic apud Sabinos nobili genere natus, quia sibi periculum imminebat, cum suis suspectus videretur, ab illis defecit, & ad Romanos se contulit stipatus clientibus suis, & amicis ad quinque millia, qui ad bellum apti erant: quod Reipublicæ Romanæ ut adversus Sabinos prævaleret, maximè expedit. Quapropter Appius Patriciorum ordini adscribi meruit, urbis regionem ad ædificandum, & agrum ad colendum obtinuit. Salian. *an. ab Urb. cond. 250. numer. 3. tom. 5.* Rosin. ex Livio, & Halicarnas. *ubi nuper*, Ab Appio Claudio profecta est insignis Claudiorum progenies, de qua Strein. *sup.* & de Claudiis multa egregia narrant Salian. *d. tom. 5. variis in locis*, Calepin. *verb. Claudia familia.* De hac tribu præter laudatos *num. 19.* mentionem fecit Salian. *d. n. 3. in fin.*

Verf. Crustumina tribus.

VI. A Crustumino Tuscorum urbe nomen habet Rosin. *sup. trib. 20.* Calepin. *verb. Crustumium*, Nebrissens. *verb. Crustumina.* Adjecta est anno ab Urbe cond. 258. Crustumina tribum recordantur ultra relatos *numer. 19.* Cornucop. *col. 494. numer. 60. & col. 615. nu. 50.* Gothofred. *ad Cicer. orat. 31. pro Plancio*, Sigon. *lib. 1. de antiq. Jur. Civ. Roman. cap. 3.*

Verf. Esquilina tribus.

VII. Una ex urbanis à monte Esquilino dicta, qui intra urbem cum aliis sex fuit Cornucop. *col. 1061. numer. 40.* Rosin. *trib...* In eo hodie situm est templum S. Mariæ Majoris. Vide adnotata *supra sup. verf. Collina tribus.* Undè collis iste Esquilinus vocitetur, in comperto non

non est ob varias Autorum opiniones. Quidam putant, Esquilinum dici quasi excubinum, aliquibus literis, ut solet, immutatis; nam Romulus cum Tatium regem ad civitatem admissum suspectum haberet, in colle illo excubias collocabat, ut si quid Rex perfidus moliretur, explorarent. De qua & aliis etymologiis consulas Rosin. *lib. 1. cap. 8.* Calepin. *verb. Esquilie*, Cornucop. *sup.* Hanc tribum Esquilinam memorant allegati supra *num. 19.* quibus junges Halicarnass. *antiq. lib. 4.* Theat. vitæ hum. *verb. Tributum, post princip.* Cornucop. *col. 1062. num. 20.* Salian. *tom. 4. an. mund. 3483. num. 3.* Tit. Liv. *decad. 5. lib. 5. num. 16.* Ex quo advertendum est, quod in hac tribu omnes liberti describebantur, quod D. Covar. notat infra, *num. 8.*

Verf. Falerina tribus.

VIII. Ab agro Falerno, in Campania Romæ vocatur. Rosin. *lib. 6. cap. 15. trib. 31.* ubi testatur tribum istam institutam *an. ab Urb. cond. 435.* Ager hic percelebris est propter vinum Falernum ab ipso nuncupatum, quod cum primis generosum fuit, de quo Calepin. *verb. Falernus*, Cornucop. *col. 882. d. num. 10.* Cicer. *in Bruto*, ibi: *Ut si quis Falerno vino delectetur.* Virgil. *Georg. lib. 2.* ibi: *Cellis idè contende Falernis.* Falerina tribus inter cæteras enumeratur ab Autoribus laudatis *n. 19.*

Verf. Fabia tribus.

IX. Cui Fabii tribules ejus nomen indiderunt. Rosin. *sup. trib. 14.* Hæc familia in Romanis plurimum autoritate polluit, ut testatur Rosinus, & constat ex Streinio *sup. Salian. tom. 5. an. ab Urb. cond. 269.* & pluribus aliis, Calepin. *verb. Fabiorum.* Fabii à faba denominari prædiximus, *num. 13.* Sed alii tradunt Fabios antea Fovios dici à fovea, vel quia princeps & caput eorum in fovea ex concubitu Herculis conceptus est, vel quod ipse primus edocuit, quomodo ursi, & lupi foveis interciperentur. Cornucop. *col. 1151. n. 30.* Fabiæ tribus ultra relatos *num. 19.* commemorat Sigon. *ubi proximè.*

Verf. Galeria tribus.

X. Unde nomen sumpserit, non apparet, nisi dicamus, quod à Galeſo amne, qui fluit juxta Tarentum. Rosin. *trib. 8.* cujus fluminis mentio reperitur apud Cornucop. *col. 928. in princip.* Calepin. & Nebrissenf. *verb. Galeſus*, Virgil. *lib. 4. Georg.*

Quæ niger humectat flaventia culta Galeſus.

Galeriam tribum referunt ii quos adduximus *num. 19.*

Verf. Lemonia tribus.

XI. A vico Lemonio sic dicta, qui erat prope urbem, à porta Capena, viâ Latinâ. Cornucop. *col. 1160. n. 10.* Rosin. *trib. 6.* Lemoniam tribum commemorant Gothofred. *ubi proximè*, & qui sunt supra *num. 19.* relati.

Verf. Matia tribus.

XII. A Castro Mætio quod non procul à Lanuvio Latinorum oppido in via Appia situm

fuit. Rosin. *trib. 28.* Cornucop. *col. 1167. num. 30.* Instituta est anno ab urbe condita 421. simul cum tribu Scaptia. Rosin. *ibi.* Mætiæ tribus memoria extat apud Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 4.* Gothofred. *ubi nuper*, & alios, de quibus *n. 19.*

Verf. Narniensis tribus.

XIII. Aliàs Arnienſis, ut & D. Covar. advertit, dicta est ab Arno amne Thuſciæ. Rosin. *trib. 25.* Hujus Arnienſis tribus nomen reperitur apud Valer. Max. *ubi proximè*, Sigon. *de antiq. Jur. Civ. Romanor. lib. 1. cap. 3.* Onuphr. *comment. de Republic. lib. 2.* Gothofred. *ad Cicer. orat. 16. de leg. Agrar. contr. Rull. lit. F,* ubi Cicero, dum inquit, *Ab Otriculana usque ad Narniensem*, ita exaudiri debet, ut hanc tribum ultimam faciat, non tempore, nam aliæ post eam accesserunt; sed loco, quippe quæ à Roma omnium fuit remotissima, sicut observant Sigon. & Rosin. Quod si Narnienſis hæc tribus dicenda sit, denominari videtur à Narnia urbe Umbriæ, vulgò *Narni en el Ducado de Espoleto*, de qua Cornucop. *col. 323. in fin.* Calepin. & Nebrissenf. *verb. Narnia.* Initium habuit anno ab Urbe condita 366. Rosin. *trib. 24.*

Verf. Otriculana tribus.

XIV. Sic videtur nuncupata ab Otriculo Latii oppido, de quo nreminit Nebrissenf. *verb. Otriculum.* Otriculana tribum memorant omnes ferè nuper præcitati, & *sup. numer. 19.* & Rosin. *dict. cap. 15. in fin.* qui tamen inter triginta quinque eam non recensuit.

Verf. Ofentina tribus.

XV. Huic nomen præstitit flumen Ofens, Ufens, vel Oufens (unde & tribus ista multifariam scribitur,) quod abluit agrum Priverni oppidi, vulgò *Piperno*, de quo Lucret.

Priverno Oufentina venit, fluviisque Oufente. Calepin. *verb. Privernum*, *Ufens*, *Ufentinus*, Nebriss. *verb. Privernum*, *Ofentina.* Ipsa instituta est anno 436. Rosin. *ibi*, cujus reminiscuntur Calepin. *verb. Tribus*, & alii recensiti *n. 19.*

Verf. Palatina tribus.

XVI. Hæc urbana est, nam una ex quatuor regionibus urbis sic à monte Palatino dicta est, quemadmodum de Collina, & Esquilina præmisimus. Rosin. *lib. 6. cap. 15. trib. 4.* Cornucop. *col. 1062. in princip.* Calepin. *verb. Palatina*, Nebrissenf. *cod. verb.* In monte hoc extat hodie palatium majus Summi Pontificis. Unde mons Palatinus cognominetur, quæstionis est. Quibusdam placet, quod à Palantia genitrice cujusdam Regis Latii: aliis, quod à Palantibus, qui cum Evandro eum locum incoluerunt. Sunt & aliæ sententiæ, de quibus Rosin. *lib. 1. cap. 4.* Palatinam tribum memorant Cic. *orat. 29. pro domo sua, ad Pontific.* & ibi Gothofred. Salian. *annal. lib. 4. an. mund. 3483. n. 3.* & alii, de quibus supra *n. 19.* & *sub verf. Collina tribus.*

Verf. Papyria tribus.

XVII. A familia Papyria nomen sumpsit. Rosin. *trib. 17.* Cornucop. *col. 416. num. 50.* & *col. 1187. n. 10.*

n. 10. de qua Richard. Strein. *de famil. & gentib. Roman.* Calepin. *verb. Papyrius*, Salian. *tom. 5. anno ab Urbe cond. 429. mund. 3730.* cum aliis, Papyriorum non sine eorum gloria recordatur. Papyriae tribus meminerunt laudati supra n. 19.

Ad Num. 4.

XVIII. Pollia tribus à loco aliquo, cujus notitia latet, denominata est, ut tradit Rosin. *trib. 9.* Potest tamen asseri, quod nomen illi inditum fuerit, vel à Pollentina oppido Liguriae, vel à Pollentinis populis, qui in Piceno, vulgò *Marca de Ancona*, extiterunt. Vide Calepin. *verb. Pollentia.* Nebrissenf. *cod. verb. Polliam* tribum præter laudatos num. 19. memoriae tradit Valer. Max. *lib. 2. cap. 4. & lib. 9. cap. 10.*

Verf. Popilia tribus.

XIX. Diversimodè scripta repetitur, ut Popilia, Popililia, Poblilia, Publilia: quapropter Auctores dissident inter se circa nominis originem, ut videre licet apud Rosin. *trib. 27.* Sed ultra eorum placita dici poterit, quod hæc tribus, sicut aliae plures, nomen à gente Popilia, quæ claris viris abundavit, Calepin. *verb. Popilius*, acceperit. Addita est anno 395. ab Urbe condita. Hanc tribum memorant Cornucop. *col. 1187. numer. 10.* Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 10. & allegati sup. n. 19.* Coel. *epist. ad Cicer.*

Verf. Pontina, sive Pompina tribus.

XX. Sic vocata vel ab agro Pompino, vel ab urbe Pontia, sive Pometia, secundum diversas sententias, quas refert Rosin. *trib. 26.* ubi quod fuit adjecta anno 395. post Urbem conditam. De urbe Pontia, & agro Pompino vide Nebrissenf. & Calepin. *verb. Pontinus*, qui tradit, fuisse prius paludem Pontinam haud procul à Tarracina, quæ à Cornelio Cethego exsiccata in agrum est versa. Consentit Cornucop. *col. 56. num. 20. & col. 772. n. 50.* Tribus Pontinae memores sunt Gothofred. *ad Cicer. epist. 14. ad Attic. lib. 4. ad fin.* Cornucop. *col. 1187. n. 10.* Sigonius, & cæteri, de quibus supra n. 19. Coel. *epist. 8. ad Cicer.*

Verf. Publicia tribus.

XXI. A gente Publica apud Romanos in primis eximia nuncupatur, ex qua ortus est Publicus Valerius, Publicola cognominatus, quia à populo maxime colebatur, qui extinctis Regibus, primus post Brutum adeptus est Consulatum. Cornucop. *col. 312. numer. 30.* Ant. Cont. *in Fast. Consularib.* Calepin. *verb. Publicola*, Salian. *tom. 5. an. mund. 3547. & an. seq. num. 3.* memoriam prædit mirandam virtutem Publii Horatii, postea Cocliis cognominati. De qua familia agit Strein. *ubi sup.* Publicia tribus recensetur à Calepin. *verb. Tribus*, & aliis adductis supra num. 19. quamvis Rosinus ejus obliviscatur, alia ejus loca subrogata.

Verf. Pupinia tribus.

XXII. Ab agro Pupino, ab urbe citra Tiberim parum distant. Rosin. *trib. 7.* Cornucop. *col. 1187. num. 10.* præter quos hujus tribus mentio fit à D. de Faria Nova Addis. *ad Covar. Tom. II.*

Sigonio, Calepino & cæteris, de quibus supra num. 19. Valer. Maxim. *lib. 4. cap. 4.* Coelio *epist. 8. ad Cicer.* idem Cicer. *ad Quint. frat. epist. 3. lib. 2.*

Verf. Quirina tribus.

XXIII. A Curetibus, qui cum Rege Tatio ex Sabinis intra Urbem recepti, jus civitatis obtinuerunt. Cornucop. *col. 1196. numer. 4.* Rosin. *trib. 35.* quò loci monet, hanc tribum, & Velinam ultimo fuisse adjectas anno 512. Cures enim urbs per insignis Sabinorum fuit, cujus cives Curetes nuncupati, cum suo Rege Tatio inter cæteras pacis conditiones convenerunt, ut Romani Curetes, aut Quirites dicerentur: quod Romulus præ benignitate permisit, ex quo omnes cives promiscue Quirites vocitari cœperunt. Salian. *an. mund. 3306. n. 7.* Calepin. *verb. Cures, & Quirites.* Alii verò dissentiunt opinantes, Romanos à Romulo, qui Quirinus dicebatur, Quirites nuncupati; nam Sabino idiomate Quiris hastam significat, quam miræ magnitudinis Romulus in bello gestabat, quibus aditipulatur Justinian. *in §. Secus Jus quidem Civile, Inst. de jur. nat. gent. & civil.* Hanc controversiam memorat Ovid. *Fastor. lib. 2.* ubi canit sic:

*Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino
Qui tenet hoc nomen, Romulus ante fuit:
Sive quod hasta quiris priscais est dicta Sabinis,
Bellicus à telo venit in astra Deus:
Sive suo Regi nomen posuere Quirites;
Seu quia Romanis junxerat ille Cures.*

De quibus consule Rosin. *lib. 2. cap. 17. verb. Quirites*, Cornucop. *col. 730. n. 60. & col. 1139. n. 40.* Salian. *tom. 4. ann. mundi 3334. in fin.* Quirinae tribus commeminere Coelius *ubi proximè*, Joseph. Scalig. *antiquitat. lib. 14. cap. 17.* Calepin. & reliqui qui laudantur supra, n. 19.

Verf. Romulia tribus.

XXIV. Sive Romilia, sic vocitata ab agro, qui à mœnibus urbis secundum Humen trans Tyberim usque ad oram maris extenditur, unde à Roma, sub qua ager erat tribus ad eum spectans, Romulia, vel Romilia fuit dicta, Rosin. *trib. 5.* vel quòd ex eo agro censebantur, quem Romulus ex Vejentibus ceperat, Rosin. *ibi*, ex Sexto Pompeio Cornucop. *col. 1203. num. 40.* Tribus Romuliae terminiscuntur Gothofred. *ad Cicer. orat. 5. in Verr. act. 1. lit. A*, Onuphr. *comment. de Republic. lib. 3.* Adrian. Turneb. *adversar. lib. 30. cap. 17.* Sigonius Calepin. & alii, de quibus sup. n. 19.

Verf. Sabatina tribus.

XXV. A palude, seu lacu Sabate in Thusciam qui nunc Anguillaria dicitur, nomen sumpsit. Hæc tribus cum aliis instituta est anno 366. Rosin. *trib. 24.* cujus recordantur Nebrissenf. *verb. Sabata Sabatina*; Sigonius Calepin. & cæteri allegati n. 19.

Verf. Scaptia tribus.

XXVI. Isti nomen præstitit Scaptia urbs Latii, quæ jam diu deleta est. Rosin. *trib. 29.* Cornucop. *col. 569. num. 40.* Calepin. *verb. Scaptia*, de qua urbe Plin. *lib. 3. cap. 5.* Vide supra, num. 19. quæ de tribu ista faciunt mentionem. Instituta est anno 421. Rosin. *trib. 29.*

Y

Verf.

Verf. *Sergia tribus.*

XXVII. A familia *Sergia* nuncupatur. Rosin. *trib.* 18. de qua Ricard. Strein. *ubi sup.* Hanc tribum memorant Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 1. cap. 17.* Adrian. Turneb. *sup. lib. 21. cap. 11.* Nebriffens. *verb. Sergia*, & alii videndi *sup. n. 19.*

Verf. *Stellana tribus.*

XXVIII. Sive *Stellatina*; ab agro *Stellate*, Campaniæ, vel Etruriæ. Rosin. *trib. 22.* Onuphr. *comm. de Repub. Roman. lib. 2.* Tribus hæc cœpit anno 366. Rosin. *ibi*, de qua etiam mentio est apud Sigon. *Calepin.* & alios, qui sunt *nu. 19. relati.*

Verf. *Suburrana tribus.*

XXIX. Urbana fuit, de qua itidem accipienda sunt quæ tradidimus, *sup. verf. Collina tribus*, dicta est *suburrana*, quasi *suburbana*; nam sub urbe, vel muro terreo *Carinarum* ea regio sita est, *Carinæ* nomen proprium fuit vici, aut suburbii muro terreo adhaerentis. Aliàs tribus ista vocatur *Succusa*, vel à succurrendo, quia in ea parte urbis constitutum erat militare præsidium, ut excubiis, si opus foret, subveniret: vel à pago *Succufano*, de quibus Rosin. *lib. 6. cap. 15. trib. 1.* Cornucop. *col. 1061. nu. 20. & 30.* *Calepin. verb. Carinæ, Suburra.* Tribus *Suburranae* memoria reperitur apud Rosin. *lib. 1. cap. 12.* Gothofred. *ad Cicer. orat. 16. de leg. Agrar. contra Rull. lit. G,* Cornucop. *col. 1207. num. 40.* & alios laudatos *n. 19. & sub verf. Collina tribus.*

Verf. *Terentina tribus.*

XXX. A *Terento*, loco *Campi Martii*, qui *Diti*, & *Proserpinæ* sacer fuit. Rosin. *trib. 33.* de quo Cornucop. *col. 984. numer. 50. & col. 1221. n. 50.* *Calep. & Nebriffens. verb. Terentus.* Tribus *Terentina* veteribus accessit anno 455. Rosin. *ibidem.* Eiusdem meminerunt *Cœlius ad Cicer. epist. 8.* Gothofred. *ad Cicer. in orat. pro Plancio, lit. O,* Sigon. *Calepin.* & alii adducti *suprà, num. 19.*

Verf. *Tromentina tribus.*

XXXI. A *Tromento* campo *Thusciz*. Rosin. *trib. 23.* Cornucop. *col. 1223. num. 10.* Nebriffens. *verb. Tromentina*: plures enim ex eo in civitatem recepi, & in hanc tribum relati sunt anno 366. Rosin. *ubi nuper, & trib. 22.* quam inter alias enumerant Sigon. *Calepin.* & cum eis allegati *num. 19.*

Verf. *Velina tribus.*

XXXII. A lacu *Velino* sic dicta, qui in *Sabinis* fuit. Rosin. *trib. 34.* de quo Plin. *lib. 33. cap. 2.* Cornucop. *col. 1063. num. 40.* *Calepin. verb. Velina*, Nebriffens. *verb. Velinus*, ubi quod vulgò dicitur *Lago de pie di luco*: qui omnes, excepto *Cornucopia*, observant Romæ fuisse regionem *Palatino* monti adjacentem, quæ *Velina* nuncupabatur, à qua lacus iste nomen accepit. Hæc tribus una cum *Quirina* ultimò addita est, quibus numerus trigesimus quintus est impletus anno 512. Rosin. *sup.* *Velinam* tribum recensent Sigon. *Calepin.* & alii citati *suprà n. 19.*

Verf. *Volitina tribus.*

XXXIII. Seu *Volinia*. Unde denominetur ita, non constat, ut post Sigon. & Onuphr. agnoscit Rosin. *trib. 10.* de qua mentionem fecerunt Gothofred. *ad Cicer. orat. 31. pro Plancio, lit. O,* *Calepin.* & reliqui laudati *n. 19.*

Verf. *Vejentina tribus.*

XXXIV. Ab Urbe *Vejis*, vel ejus civibus *Vejentibus*, seu ab agri *Vejentini* parte. Rosin. *trib. 21.* *Vejis* fuit urbs inclita *Hetrutiæ*, quæ cum Romanis bellum gessit acerrimum. Cornucop. *col. 1023. num. 50.* *Calepin. verb. Vēji*, de quo *Salian. tom. 5. an. mund. 3575. num. 1. & 2. & an. 3576. nu. 6. cum an. seqq.* *Vejentina* tribus cum *Crustumina* accessit anno 258. Rosin. *sup.* ejus meminere Gothofred. *ubi proximè,* *Calepin.* & alii præcitati *n. 19.*

Verf. *Veturia tribus.*

XXXV. A gente *veturia*, quæ priùs *Vetusia* dicta est. Rosin. *trib. 19.* Hujus tribus mentionem faciunt ii quos laudavimus *suprà, n. 19.*

Pleræque ex his tribubus à *Servio Tullio* institutæ sunt; sed quot fuerint, non constat, *Autoribus* in diversas sententias euntibus, ut videre est apud *Salian. tom. 4. anno mundi 3483. num. 4.* Rosin. *lib. 6. cap. 15. verf. Tarquinio Prisco, & trib. 19.* Sed *Salian. Dionysio* assentitur, dum tradit, *Tullium* instituisse triginta tribus, quatuor scilicet urbanas, & reliquas rusticas. Sigon. *de antiq. Jur. Civ. Romanor. lib. 1. cap. 3.* opinatur decem & novem tribus duntaxat *Tullium* creasse, cæteras lapsu temporis ob populos in ditionem Romanorum supervenientes accessisse, quem sequitur Rosin. *ubi proximè,* Quæ autem sint tribus rusticæ post *Servium* aggregatæ, ex præmissis dignoscitur; nam eis tempus institutionis assignavimus, quod aliis præfinitum non est, cum constet, eas omnes ab illo Rege constitutas, qui eam dignitatem obtinuit anno ab Urbe condita 176. *Salian. Annal. tom. 4. anno mundi 3477. num. 1.* qua functus est anno ab Urbe condita 220. *Salian. anno mundi 3521. num. 1.* Onuphr. *comment. de Republ. Roman. lib. 1.* à *Sigonio* in hoc diffidet, quod vult *Tullium 21. tribus* institutas reliquisse, *Crustumina*, & *Vejentina* veteribus connumerans, qui quoad numerum sequitur *Livium* restantem 31. tribus ante obitum *Servii Tullii* extitisse. Hæc sententia *Livii* verosimilior videtur quàm *Dionysii*; nam cum post Regem *Tullium* tot ac tanti populi Romanorum imperio subjicerentur, quapropter tribus, in quas conjicerentur, necesse fuit adjicere, creditus est institutas esse plures, & non solum quinque, quæ ad multitudinem recentiorum civium minimè sufficerent. Nec *Dionysium* tuebitur qui responderit, nihil impedimento esse, quod una tribu innumeri ferè cives contineantur; nam hæc ratione sub 30. tribubus quas à *Tullio* constitutas *Dionysius* asseverat, poterant omnes gentes, quæ supervenerant, comprehendi, & ita quinque superaddere inutile foret. Cum ergo placuisset ad regimen Reipublicæ ex novis civibus tribus novas creari, præsumendum est, tot fuisse additas; quot multitudo, & diversas populorum de-

deposcebat, & sic quod 16. aut 14. saltem tribus adjicerentur, ut Livius tradidit.

Ad Num. 5.

Extat itidem similis locus, ex quo apparet Veteriam tribum Prærogativam fuisse apud Livium lib. 36. Fulvius, inquit, Romam Comitiorum causâ accersitus, cum Comitia Consulibus rogandis haberet, Prærogativa Veteria juniorum declaravit Tit. Manlium Torquatium, & Tit. Octacilium.

21 Sciendum est, quod pro temporum varietate populus Romanus diversâ formâ ad suffragia ferenda in Comitibus est usus; nam aliquando rogabantur primò centuriæ equitum primæ classis ordine suo, deinde peditum ejusdem, & ita successivè reliquæ classes accedebant. Postea jam à Regibus exempta civitate, eam prælationem equitibus centuriis sublatam esse constat, & etiam pedestres simul in sortem mittebantur, ac prior educta ante omnes rogabatur, ex quo Prærogativa appellata est. Tandem post expletum numerum 35. tribuum, classes, & centuriæ partes earum esse cœperunt, ex quo duplex sortitio adhibebatur, una tribus, & altera centuriarum, quæ sub eadem continebantur, & ita Prærogativa tribus, & prærogativa centuria dicebatur. Sic ex Dionys. lib. 4. tradit Rosin. lib. 6. cap. 14. vers. De suffragiis: consentit Calepin. verb. Prærogativa. Et hæc de Comitibus Centuriatis sunt accipienda, quia in Tributis Comitibus diversus ordo servabatur, cum non omnes tribus, sed septemdecim tantum suffragium ferre possent, atque ita omnes 35. in cadiscum, vel cistellam conjiciebantur, & quæ prior exibat, primò rogabatur, & Prærogativa tribus vocabatur, reliquæque sorte educebantur usque ad septemdecim, alii penitus à Comitibus exclusis. Rosin. d. lib. 6. cap. 20. versic. Legibus etiam, in fine.

Ibi: Fortassis etenim idem est principium.

22 Inter prærogativam, & principium duntaxat illud interesse videtur, quod verbum hoc refertur ad curias, antiquiusque sit: id ad tribus, vel centurias, & ita recentius; nam antequam Servius Tullius classes induxerit, easdemque in centurias distribuere, populus per curias rogabatur, & cui forte competeat prælatio, ut prior suffragium ferret, Curia principium dicta est. Sic sentire videtur Rosin. lib. 6. cap. 7. vers. Sextum, & ultimum, junctis iis quæ ex ipso nuperrimè de prærogativa præmissa sunt. Ex quibus observandum est, Comitibus Romanorum in triplici differentia fuisse, Curiata, Centuriata, & Tributa: cum populus per Curias distributus ad suffragia ferenda accererebatur, Curiata erant Comitibus: cum per centurias, Centuriata: cum per tribus, Tributa. Illud discriminis inter hæc fuit, quod ad rem spectat; nam in centuriatis, eductâ prærogativâ centuriâ, sortitio absolvebatur, & cæteræ suo ordine accedebant, dicebanturque jure vocatæ, cum illæ inter se rationem prælationis haberent, ut sic in acie collocarentur, unde centuria prima, secunda, tertia, &c. ut colligitur ex Rosin. lib. 10. cap. 7. in tributis verò Comitibus omnes tribus sorte præferrebantur, ut proximè assertum est: similiter in Curiatis. Rosin. d. lib. 6. cap. vers. Sextum, & ultimum. Hodie per translationem verbum Prærogativa, omnem immunitatem, & exemptionem complectitur, l. 1. ff. de privileg. veteranor. Calepin. verb. Prærogativa; Cornucop. col. 969. num. 33. Plurima de Romanorum Comitibus invenies apud Nicol. Gruchium, qui de illis tractatum plenissimum edidit, Rosin. lib. 6. per tot. Petr. Nard. miscellaneor. lib. 10. cap. ult. de Comitibus Romanor. Sigon. Onuphr. & alios quos laudat Rosin. d. lib. 6. in princip.

Ibi: Et Princeps tribus.

Verbum Princeps, nedum pro Regibus, aliisque Potestatibus accipitur, sed etiam pro eo qui primus est in quolibet actu, vel re, usurpari solet. Cornucop. col. 655. numer. 50. Calepin. verb. Princeps. Inde Princeps Senatus, qui in lectione Senatus primo loco recitabatur. Rosin. de antiq. Roman. lib. 7. cap. 5. ad fin. Eadem ratione Princeps Equestris ordinis dictus est, qui primus in catalogo Equitum à Censoribus describebatur. Rosin. cap. 10. post princip. Hinc etiam Principes nuncupantur, qui autoritate, ac potentia primum locum in Republica inter reliquos obtinent. Calepin. ubi nuper: Cornucop. col. 907. num. 30. Princeps igitur tribus erat, quæ prima ad suffragia ferenda admittebatur.

Verf. Et hæc quidem.

Unde singulæ tribus sua nomina sumpserint, jam suis locis ostensum est, & num. 15. assertum, quod haud paucæ duplici nomine fuere variis temporibus insignitæ, scilicet loci, ac tribulium, qui in ipsas sunt relati.

Verf., Sabinam, verò.

Plura alia tribuum nomina reperiuntur, ut Pappia, Horatia, Camilla: sed unde hoc provenierit, jam præmissimus num. 15. Vide Rosin. lib. 6. c. 15. in fin.

Ibi: Mentinæ tribus mentionem fecerunt.

Mentinam, alias Meneniam tribum inter Romanas fuisse, nulli dubium est, ut probat Rosin. Onuphr. Paul. Manut. laudati sup. num. 9. Joseph. Scalig. antiq. lib. 13. Sic vocata est à familia Menenia, inter antiquas Romanorum præclara, ut testantur Richard. Streinius de famil. & genitib. Roman. Livius, Dionys. Cassiodor. apud Rosin. sup. Nebriffens. verb. Menenia. Cicero. familiar. epistol. lib. 13. epistol. 9. Menenium quemdam commendat.

Ad Num. 6.

Cecrops, ut D. Covar. infra nos docet, Athenarum primus conditor fuit. D. August. de civit. Dei, lib. 18. cap. 9. Torniel. Annal. anno 2498. Carrill. Annal. an. 2440. fol. 20. Salian. ex Eusebio Annal. tom. 2. anno mundi 2498. num. 1. Turfellin. epitom. histor. lib. 1. vers. Josephus, sub anno 2250. Polydor. Vigil. de inventorib. lib. 1. cap. 5. Cornucop. col. 514. num. 50. Calepin. verb. Athenæ: & ita communiter, licet Plat. in Timæo scripserit, Amasin prius eam urbem condidisse, ut refert Genebrard. in Chronolog. lib. 1. etat. 3. an. 2670. Cecrops igitur in Ægypto natus Atticam regionem, quæ antea Acte dicebatur, à se Cecropiam nuncu-

nuncupavit. D. August. d. cap. 9. Salian. ex Africano ubi sup. nu. 6. Plin. lib. 4. cap. 16. Cornucop. col. 191. num. 60. Calepin. ubi proximè, & verb. Cecropia, eamque totam in duodecim vicos distribuit, quorum nomina sunt Cecropia, Epacria, Decelea, sive Decelia, Eleufis, Aphidna, Thericus, Bauron, Cytherus, Sphertus, Cephisia, Tetrapolis, Phaleron, quæ recensentur à Strabon. lib. 9. Cornucop. col. 580. num. 30. Calepin. ac Nebriffens. propriis in locis. Initium regni Cecropis incidit in annum mundi 2498. juxta Saliani supputationem ibi tom. 2. & Torniell. sup. Vide etiam Genebrard. & Turfellin. ubi proximè. Ea pars Græciæ, ubi Athenæ sunt sitæ, Attica dicta est, vel ab Attide filia Canai primi post Cecropem Atheniensium Regis, vel ab Actæo quodam sub regnum Phorbantis Argivorum Regis nato. Salian. tom. 2. anno 2548. Sed Pausanias Actæum primum Atticæ Regem, cui Cecrops successit, existimat, à quo Eusebio adhærens recedit Salian. dicto anno 2495. num. 5. tom. 2. Cœpit Atheniensium regnum anno mundi 2498. ut Torniellus & Salianus testantur, constititque 879. & an. 3377. omninò deletum est, Tornielli d. an. 2498. nu. 1. & anno 3377.

26 At Theseus nonus Atheniensium Rex ex Ægæo antecessore, & Æthra ejus conjuge natus, inter plurima egregiè gesta urbem instauravit, vicisque omnes ad unam civitatem revocavit: ad quod deposita regia dignitate, Democratiam in civium favorem induxit, pollicitus se deinceps non Regem sed belli moderatorem, legumque custodem futurum. Salian. ubi proximè, in scholiis, & anno 2833. num. 2. Plutarch. in Theseo, lib. 7. cap. 36. Genebrard. sup. ann. 2953. Cornucop. col. 66. num. 20. & col. 717. nu. 10. Calepin. verb. Cephisia, Abrah. Ortel. in Thesaur. Geograph. verb. Athenæ.

27 Præterea idem Theseus populum in patricos, seu eupatridas; & plebeios, sive agroicos divisit: illis Sacrorum curam, Magistratus, publicarum rerum administrationem, ac similia committi voluit: his agrorum culturam, pecorum procreationem, opificia, & alia hujuscemodi relinquenda putavit. Etenim qui genere, divitiis, aut alia ratione inter cæteros eminebant, patriciorum ordini adscribebantur. Quam distinctionem Romulus in sua Republica constituit ad instar Atheniensis, ut tetigimus sup. num. 4. Unde inter leges XII. Tabular. illa habetur: *Sacra & Magistratus patres soli peragunt: Plebeii agros colunt.* Ita Salian. ubi nuper, Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 1. cap. 15. vers. Prima igitur. Gregor. Vaucop. de veter. pop. Roman. sect. 2. Sed hæc à Mose fluxisse videntur, qui monente Jethro ex Israëlitis viros potentes, & strenuos selegit, quos Tribunos, Centuriones, & alios Magistratus præfecit, ut jus populo redderent, & muniis publicis fungerentur, Exod. cap. 18. de quo latè Salian. tom. 2. anno 2544. d. num. 732. & tom. 4. anno 3303. num. 2. ait, distributionem populi Romani non multum ab Israëlitiis discrepare. Sed antea urbem Regiam Ægyptiorum à Mose in 36. partes digestam, ex aliis tradit Salian. tom. 2. anno mundi 2485. num. 3.

Ibi: *Qui Athenas ipsas.*

28 Idem Atheniensis Rex urbi à se instauratæ duplex nomen indidisse narratur, Cephisia scilicet, à Cephiso flumine Atticæ, Calepin. verb. Cephisia, Cornucop. col. 66. num. 20. & col. 580. n. 40.

& Athenæ, à M. nerva quæ Græcè Athenæ nuncupatur. Salian. ex aliis tom. 2. anno mundi 2498. num. 6. & anno 2833. num. 2. Calepin. verb. Athenæ, Nebriffens. verb. Athenæum, Athenæ, Cornucop. col. 514. nu. 50. ubi tradidit, quare Athenienses Minervam colerent. Idem narrat Torniell. sup. numer. 2. Alia etiam nomina Athenis imposita reperiuntur, ut Possidonia, à Neptuno: Mopfa, & Jonia, à Mopfo, ac Jone illarum Regibus. Calepin. verb. Athenæ, Cornucop. sup. & col. 717. num. 10.

Ibi: *Tribus verò Athenienses.*

In comperto est, ut D. Covar. nuperrimè præmisit, quod civitas Atheniensium fuit per tribus digesta, quemadmodum ex illico dicendis constabit, quas sanè tribus Græci phratrias, vel lochos vocant, earumque tribunos phratriarchos, aut lechagos. Gregor. Vaucop. ubi proximè, Carol. Sigon. de Republ. Athen. lib. 2. cap. 2. Olanus plures referens in suo Paralipom. lib. 5. cap. 12. num. 35. qui latè prosequitur.

Ibi: *Earum nomina hæc sunt.*

Cecropis tribus à Rege Cecrope dicta, sed à quo, ambigi posset; nam præter primum urbis conditorem, cujus jam meminimus alter Cecrops Rex Athenis exitit ordine septimus, Erechthei filius. Sed verosimilius est, nomen tribus ad priorem referri debere, utpote qui author Reipublicæ, omniumque successorum caput, & Princeps, cujus memoriam futuris sæculis sic oportuit commendari. De his, aliisque Regibus mox memorandis vide Salian. tom. 2. anno 2498. in scholiis. Hujus & aliarum tribuum frequenter meminuit Stephan. de urbib. dum cujusque vicos recenset, ex quo singulis suis assignabimus. Cecropide ex tribu hi sunt vici, Æxone, Xypere, Trimones, Hale, Exonides, Epicide, Dædalide. Cecrops prior quinquaginta annis regnavit. Salian. suprad.

Erechtheis tribus vocatur ab Erechtheo sexto Athenarum Rege, Pandionis prædecessoris filio, qui quinquaginta annis regni gubernaculum sustinuit: ab hoc successores reges Erechtheidæ nuncupari cœperunt usque ad Melanthum, teste Genebrardo in Chronolog. lib. 1. etat. 3. anno 2953. Eundem Regem memorat Cicero orat. 32. pro P. Sextio. Hujus tribus vici fuerunt Agryle vel Agraule, Sybridæ, Pambotades, Pergase.

Ægæis tribus ab Ægæo nono Rege, qui Pandionis secundi filius fuit regnavitque 48. annis, de quo Salian. sup. Cornucop. col. 66. n. 29. col. 717. numer. 10. & col. 1132. num. 10. Calepin. verb. Ægæus, qui mari Ægæo infaultè nomen dedisse fertur. Hujus tribus mentio est apud Cornucop. col. 398. num. 40. Calepin. & Nebriffens. verbo Erechthia, in qua vici isti numerabantur, Erechthia, Tithras, Araphen, Batæ, Butadæ, Philaïda, Diomedia, Jonidæ.

Pandionis tribus à Pandione. Fuere duo Reges Athenis hujus nominis: prior ordine quintus, Eriehonii filius, & pater Erechthei, qui ad annos 40. gavifus est regali dignitate, quam pacificè cum vita dereliquit: & ab hoc denominari tribus potius videtur, quam ab altero, qui octavus fuit, & regno pulsus, quo 25. annos potitus est, obiit. Salian. ex Pausania sup. Pandionis Regis memoria extat apud Genebrard. sup. Cornucop. col. 513. numer. 20. & col. 909. nu. 10. Ad Pandionidem tribum hi vici spectabant, Pheagæa, & Oa.

Aca-

Acamantis tribus ab Acamante filio Thesei, cuius mentio fit à Suida, & Calepino. Acamantidos tribus vici sunt Tyritos, Ereside, Thoricos, Cholargus, Itea, Prospalta.

Leontis tribus à Leonte filio Orphei, qui ob patris salutem tres filias, ut Numinum satiaret sævitiam, immolavit: ex quo sic Atheniensibus acceptus fuit, ut illi monumentum appellatum *Leoccrion*. erexerint, ut testatur Suidas apud Calepin. *verb. Leoccrion*. Tribu Leontide comprehendebantur vici Alimus, Scambonide, Eupyride, Oeon.

Oeneis tribus, fortè ab Oeneo Rege Calidoniae urbis in Ætolia, regione Græciæ, de quo Cornucop. *col. 550. n. 20. & col. 710. num. 20. Calepin. verb. Oeneus*. Fuit in Attica oppidum Oenoa dictum Plin. *lib. 4. cap. 7*. In hac tribu erant vici Perithæde, Hippotamedæ, Acharna, Tyrmide, Epicephesia.

Hippotoontis tribus dicta vel ab Hippolyto filio Thesei, ac Hyppolytes Amazonum reginæ, quam ille bello captam optavit consortem: vel ab alio heroe Atheniensi nobis ignoto. Hippolytum memorant Cornucop. *col. 730. n. 50. Calep. verb. Hippolytus*. Fuit & Hippomenes ordine quartus ex illis, qui Athenis decennalem principatum gesserunt. Genebrard. *sup. de etat. 3. anno 3469*. Etenim Athenienses Reges primi cum vita deponebant Imperium: at postea placuit, ne ultra decennium quis suprema potestate fungeretur, hosque temporales Principes Archontas, seu Medontidas Græci nuncupabant, quorum unus Charops fuit. Vaucop. *sup. sect. 1*. In hac tribu Hippotoontide recensentur vici Anacæa, Tymatadæ, Azenta, Oeriada.

Antiochis tribus ab aliquo eximio Atheniensi nomen sumpsit, cuius memoria abolevit; nam ut D. Covar. *hic*, ex Ulpiano tradit omnes tribus, de quibus supra, à præclaris Atheniensibus sua nomina acceperunt. Ex hac tribu fuere Pallene, Criona, Pentele.

Æantis tribus ab Ajace Salaminio, prout D. Covar. insinuat, quod itidem ex eo comprobatur, quòd Ajacis sepulchrum Æantion dicebatur. Calepin. & Nebriffens. *verb. Æantion*.

Ibi: *Nempe Antigiade, & Demetriade.*

31 Tribus Antigonis ab Antigono Macedonum Rege, ob munificentiam Evergete cognominato, qui pluribus beneficiis Rempublicam Atheniensem est prosequutus, quapropter meruit Athenis statuam, & quod tribus ejus nomine decoraretur. Vide Calepin. *verb. Antigonus*, Nebriffens. & Stephan. *verb. Antigonis*.

Demetris tribus sic dicta à Demetrio, qui patri Antigono in regno successit, & cognominatur Poliorcetes: hic patrizans Athenas à potestate Cæsaris, & Ptolemæi beneficiis exemit. Alter Demetrius Phalereus Athenis floruit pluribus statutis decoratus, qui decennalem principatum adeptus est, juxta tradita *sup. vers. Hippothoontis*. Hujus Demetrii meminit Cicer. *orat. 39. pro C. Rabir. Posthumo, & de Offic. lib. 1*. Salian. *tom. 5. Annal. an. 3766. num. 6*. Calepin. *ubi proximè*. Hujus tribus est vicus Agnus.

Ibi: *Ab Attalo, & Ptolemæo Philadelpho.*

Attalus fuit Rex Pergami in Asia nimium divitiis affluens, qui cum nullam prolem reliquisset; populum Romanum hæredem instituit. Calep. *verb. Attalus*. Verùm & omnes Reges Pergami Attali vocabantur, de quibus vide Strabon. Attalidos tribus meminit Stephan. *de urbib.*

Ptolemæus Philadelphus, Ægypti Rex hujus nominis secundus. Calepin. *verb. Ptolemæus, & verb. Philadelphus*, Salian. *Annal. tom. 5. an. 3766. d. num. 4. ubi numer. 6. notat hunc Scripturam sacram per LXX*. Interpretes in Græcum veris sermonem, & cum Demetrio Phalereo, de quo nuper familiaritatem esse professum. Sed fortassis tribus Ptolemæis nomen sumpsit à Ptolemæo filio, & successore Philadelphi, qui à beneficentia Evergetes cognominatus est, de quo Salian. *anno 3808. num. 1*. etenim iste de Republica Atheniensi admodum benemeritus fuit Calepin. *verb. Evergetes*, utriusque Ptolemæi mentionem fecit etiam Cornucop. *col. 439. num. 50*. Hujus tribus est vicus Berenicidæ, Stephan. *de urbib.*

Ultra has tribus fuit alia vetustissima Ægocors, cuius meminit Stephanus, atque ita fortassis tribus Atheniensibus evenit, quod de Romanis traditum est supra, *nu. 15*. sed decem initio fuere. Olan. *sup. num. 36*.

Ibi: *Nam civis Atheniensis.*

Idem moris Romanis quoque fuit, ut D. Covar. supra *num. 3. in princip. prænotat & constat ex Cælio epist. 8. ad Cicer. Briffon. lib. 8. formul. Olan. in suo Paralipom. lib. 5. cap. 12. numer. 16*. Similiter etiam apud Hebræos observabatur. Vide P. Becan. *in analog. novi & veter. Testam. ubi de forma, quæ libellus repudii concipiebatur.*

Ibi: *Vicorum verò nomina.*

Nonnulla suis tribubus adscriptimus supra, & licet plurimi alii fuerint vici, quandoquæ dem singularibus ex decem vicis constabant, sicut D. Covar. *sup. num. 1. in fine præmisit*, in illis tamen indagandis lucubrare non vacat, ex quo nihil utilitatis poterit reportari.

Ibi: *Cecropem primum multitudinem Atheniensium.*

Vide quæ sunt supra, *num. 25. cum seqq. & Salian. tom. 2. anno 2498. ubi accuratè de Regibus Atheniensibus disseruit, & anno 2533. cum seqq. de Theseo memoranda retulit.*

Ibi: *Nisi undecim tantum oppida.*

Duodecim fuisse oppida, seu vicos quos Theseus in unam civitatem Athenas conegit, eorum nominibus expressis, assertum est *d. num. 25*. sed ipse decem tribus instituit, de quibus *sub n. 30*.

Ibi: *Sic sanè Hebræi habuerunt.*

Hebræorum tribus duodecim originem duxere à totidem filiis Jacob, qui cum undecim, eorumque sobole, ac familiis à Joseph. allectus ex Chanaan

naam in Ægyptum emigravit anno mundi 2329. *Genes. cap. 46.* de quo fuse Salian. *an. eod. tom. 1.* Nomina illorum hæc sunt : Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon, Benjamin, Dan, Nephtali, Gad, Aser, & Joseph, quæ recensentur *d. cap. 46. Exod. cap. 1.* de quibus, ipsorumque liberis plenè differuit Salian. *ubi proxime, à num. 7.* Sed loco Josephi subrogati sunt filii ejus Ephraim, & Manasses, quos avus Jacob in filios adoptavit, singulique propriam tribum habuere. *Genes. c. 48: Salian. an. 2345.* Dicuntur tamen duodecim tribus, vel quia hæc duæ à Josepho processerunt, vel quia in divisione terræ Promissionis nulla pars separatim assignata est tribui Levi, *Jos. cap. 13: Salian. anno 2589. n. 9.*

36 Hæc tribus propria nomina non habuerunt, sed expresso nomine sui capitis, & Principis quæque demonstrabatur, quod ex sacra Pagina patet, maximè *ex cap. 7. Apocalyps. Paralipom. lib. 1. cap. 6.* sed & nomen Principis tribus pro ipsa usurpabatur, *Judic. cap. 20. & 21.* Tribules quoque à suo primo progenitore nuncupabantur, ut Levitæ à Levi, *Num. cap. 18.* & passim alibi, Rubenitæ à Ruben, Gaditæ à Gad. *Josue cap. 22.*

37 Singulis tribubus continebantur omnes descendentes ab uno ex filiis Jacob, itaque idem est progenitorum habere Benjamin, ac esse ex tribu Benjamin; nullus enim tribui adscribebatur, nisi ex femore principis illius processisset: & hoc citra dubium apud omnes est.

Quomodo fuerit inter tribus terra Promissionis divisa per Josue, & quæ civitates, & agri cuique sorte obtigerint, traditur *in lib. Josue,* & exponit Salian. *tom. 2. anno 2589. cum seq.*

38 In his tribubus nulla intercessit immutatio quoad numerum, semper enim duodecim fuere, licet populus apud Ægyptios mirum in modum increverit. *Exod. cap. 1.* siquidem cum septuaginta tantum personæ de domo Jacob ascendissent in Ægyptum, *Genes. cap. 46.* connumeratis ipso Jacob, Joseph, ac duobus filiis, qui tres jam apud Ægyptios erant, ut advertit Salian. *d. anno 2329. num. 30.* tempore exitus censa sunt sexcenta millia virorum, qui ad bellum idonei habebantur, mulierum autem, ac cæterorum multitudo dinumerari vix poterat. *Exod. cap. 12. vers. 37.* Salian. *tom. 2. anno 2544. num. 153.* Rursus nec tribus aliqua omnino periit; nam etsi Benjamin pene deleta est à cæteris tribubus, ob sceleratam quorundam Benjamitarum sævitiam, ac turpitudinem; tamen iidem debellatores poenitentia ducti maxime studuerunt, ut ea tribus ex tribulibus qui superfuere propagaretur, *Judic. cap. ult.* quod fuse prosequitur Salian. *anno 2622. ex numer. 35.* Hæc de tribubus Israël obiter interfuisse juravit, ut innotescat quid inter eas, ac Romanas, & Athenienses intersit, de quibus satis, superque differtur est. Jam mentem ad Scevolæ responsum revocemus.

Ad Num. 7.

39 Solum servi illi, qui vindicta, censu, aut testamento libertatem adipiscebantur, jure civium Romanorum gaudebant. Cai. *Instit. lib. 1. tit. 1. Cujac. observat. lib. 5. cap. 13. & lib. 7. cap. 20.* Rævard. *de autorit. prudent. cap. 7.* Anton. Fab. *in Papinian. tit. 5. princip. 3.* Gothofred. *ad Cicer. in topic. lit. M.* Joan. Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 2. cap. 20. vers. Addunt Jurisconsulti, Olan. in suo Paralipom. lib. 4. cap. 14. num. 38.* Borcholt. *in §. Multis, num. 1. Instit. de libert. Parlador. different. 93. à num. 7.*

Arnoldus Vin. *in Instit. lib. 1. cit. 5. §. ult. num. 1. Pichard. ibi.*

Supervenit & alius modus manumittendi, per quem manumissus pariter libertatem ad civitatem consequeretur ex Imperatoriis Constitutionibus, cum scilicet in Ecclesia apud Antistitem, præfente populo, dominus servo libertatem conferrebat, de quo qualifqualis scriptura confici debet, *l. 1. & 2. C. de iis qui in Eccles. manumitt. l. 1. tit. 22. part. 4. §. Multis autem, Instit. de libertin.* Quæ sane manumissio subrogata est, loca ejus quæ censu fieri solebat; hæc enim jam olim aboleverat. Cai. *ubi proxime, ibi: Cives Romani in Ecclesia, aut ante Consulem fuerint manumiss. Ulpian. in fragm. tit. 1. §. 3. ibi: Censu manumittentur olim.* Osuald. *ad Donell. lib. 2. cap. 15. in fin. Gothofred. ubi nuper, & in l. 1. C. de iis qui in Eccles. manumitt. Anton. Fab. sup. Sigon. de antiq. Jur. Civ. Romanor. lib. 1. cap. 14. Arnold. sup. §. Multis autem, vers. In sacrosanctis, Pichard. in d. §. fin. Instit. de libertin.*

Sed hæc quidem accipienda sunt de voluntaria manumissione, seu quæ domini factq præstat: ac cum servus à lege in libertatem eripitur ex pluribus causis, simul liber, & civis Romanus fit, ut si propter detectionem criminis pro præmio libertate donetur, *l. 2. C. quib. ex caus. serv. pro præm. libertat. accip.* Quando hujusmodi libertas competat, traditur *sup. tit. prædicto, l. 3. tit. 22. p. 4. à Donell. & Osuald. d. lib. 2. cap. 12. Ant. Gomb. in l. 1. Tauri, n. 11. vers. Item finaliter, Anton. Fab. sup. tit. 4. princip. 1.*

Idem juris erit de eo servo, qui ob moram ejus, qui manumittere tenebatur, in libertate jure ipso constituitur; nam & hic civis Romanus erit, quod planè colligitur *ex l. 3. cum seqq. ff. qui sine manumiss. ad libert. perven. ubi dicitur, quod talis servus perinde haberi debet, ac si manumissus foret ab illo, qui libertatem collaturus erat: quod de perfecta libertate exaudiendum est, & hoc ipsum aperte comprobatur ex l. unic. C. de Latin. libert. tollend. ubi inter modos, quibus olim Latina libertas præstatur, iste non recensetur. De quo Oroz. de apicib. jur. lib. 2. cap. 7. à princip.*

Similiter asseverandum est libertate quæ præscriptione quæritur, de quo *in l. 23. tit. 29. p. 3. l. 7. tit. 22. part. 4.* Sic habetur expressim *in l. 2. Cod. de long. temp. præscript. quæ pro libertate compet.*

Ibi: *Reliqui verò etsi liberi fiant.*

Qui præter modos supra traditos ad libertatem perveniebant, inter cives Romanos non connumerabantur. Ita tenent omnes laudati nuper n. 39. Plures casus, ex quibus Latina libertas præstatur, congerit Justinian. *in dicta lege unica, §. Sancimus, cum seqq.* Vides Retes opusculorum *tom. 2. lib. 5. cap. 9. num. 2.* ubi eruditè, ut illi moris est.

At refragatur Cicero *in Topic. ibi: Si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber.* Unde videtur nulla tribui libertas nisi censu, testamento, aut vindicta. Cui objectioni satisfacit Rævard. *d. cap. 7.* asserens Oratorem agere de libero Quiritum jure, quo liber non censetur qui ex civibus Romanis non est. Consentit D. Nic. Anton. *de exil. lib. 2. cap. 12. num. 5.* Aliter Ciceronem intelligit Arnold. Vin. dum ait, quod tunc temporis triplici illo modo duntaxat libertas debebatur, ac postea inventum est, ut epistola inter amicos, & alias servi ad libertatem perveni-

venirent imperfectam. Verum dici, nec improbabili-
ter potest, quod manumissi per convivii ad-
hibitionem, ac modos similes non obtinebant
veram libertatem, sed precariam, ita ut pro
libito manumissorum revocari in servitutem pos-
sent, ut aperte tradit Tacit. *Annal. lib. 13. ibi:*
Quin & manumittendi duas species institutas, ut
relinqueretur penitentia, aut novo beneficio locus,
quos vindicta patronus non liberaverit, veluti vin-
culo servitutis attingeri. Ex quo, & aliis sic obser-
vavit noster Retes ubi proximè, asserens apud
maiores non dici hos libertinos liberos, sed in
libertate esse: quo planè quid sibi Cicero volue-
rit, percipitur. At de Latinorum statu iterum disse-
rendum nobis est.

Ibi: *Vindicta verò manumittebantur.*

46 Vindicta dicta est, vel à Vindice Vitelliorum
servo, cui anno primo ab ejectis Regibus libertas,
& civitas collata est, quod dominorum conjura-
tionem in Rempublicam patefecit; vel verius à
virgula, qua Magistratus utebantur in solemnī
manumissione, ut statim tradetur, de quo Cuj-
jac. *in parasit. ad tit. ff. de manumiss. vindict. Ant.*
Fab. sup. tit. 5. princ. 1. illat. 1. Rosin. de antiquit.
Roman. d. cap. 20. vers. Ingenius, Rævard. va-
rior. lib. 4. cap. 9. Gothofred. ad tit. de manu-
miss. vindict. Osuald. d. cap. 15. Parlador. sup. num.
8. Pichard. in §. Multis autem, num. 3. Inst. de
libert. Mynsinger. ibi, à nu. 3. Borcholt. sup. nu. 3.
Vin. in d. §. Multis autem, vers. Vindicta, ubi mo-
net quod Vindex, seu Vindicus detexit proditio-
nem eorum, qui de restituendo Tarquinio cogita-
bant: cujus servi fides erga Rempublicam etiam
multis pecuniis remunerata est. Salian. Annal. lib. 5.
an. 3546. n. 14.

47 Ad manumissionem vindicta quædam desidera-
bantur in persona manumissoris, alia in manumit-
tentis, & alia in magistratus. Oportebat igitur,
quod dominus foret, qui libertatem conferre vo-
lebat, quia cum hæc manumissio actus legitimus
sit, nequit per alios expediri, nisi ex ascendenti-
bus, aut descendentiis fuerit; qui alieno nomine
manumittit, propter personarum identitatem, quæ
jure intelligitur. Hæc omnia deducuntur ex l. 1.
tit. 22. p. 4. ubi Greg. Lop. gloss. 3. l. Neque mulie-
rem 3. C. de vind. libert. l. Si pater 4. ff. de manu-
miss. vindict. l. Quæsitum 15. §. ult. l. Si cum 16. §.
fn. ff. qui, & à quib. manum. l. Nepos 22. ff. de ma-
numiss. l. 1. §. ult. C. commun. de manumiss. Glossa in
l. Si quis alicui, §. 1. verb. Consistit, ff. mand.
Osuald. ad Donell. lib. 2. cap. 13. lit. D, Ant. Fab.
d. tit. 5. princ. 1. illat. 1. Et quod actus legitimi
per procuratorem expediri non possint, probatur
ex l. Nemo alieno 123. ff. de reg. jur. ubi Rævard.
Gothofred. & alii.

48 Non tamen omnes domini servos suos vindicta
manumittere valent, sæpe enim variis de causis à
libertatis datione remouentur, ut si servus sub
conditione legetur, quem hæres, etsi interim plene
jure dominus illius sit, manumittere prohibetur;
l. Generaliter 19. §. 1. ff. qui, & à quib. aut cum ser-
vus generaliter relinquitur, data optione legatario;
nam hæres nullum ex familia testatoris ad liberta-
tem, antequam optetur, eripere permittitur, cum
singuli sub conditione legati teneantur, l. 3. ff. eod.
sub quo, & alii casus similes reperiuntur, & in
Instis. cui, & ex quib. caus. manumitt. non lic. quod
latè prosequuntur Donell. lib. 2. cap. 13. Anton. Fab.
d. tit. 5. princip. 1. illat. 2. cum seqq.

49 Inter eos qui cum domini sunt, servos suos li-

bertate afficere non valent, enumeratur minor vi-
ginti annis, cui lege Ælia Sentia vetitum est, ne
servos suos manumittat, nisi de justa manumis-
sionis causa constiterit, l. 1. ff. de manumissio. l.
Si pater 4. §. fin. cum aliis legib. ff. de manumiss.
vindict. Oroz. de apicib. jur. lib. 1. cap. 10. num. 2.
Quam legem omnino desiderari, ut impediretur
libertas, quæ etiam à minore viginti annis abique
causa data, alias sustineretur, docuit Ant. Fab. sup.
tit. 6. princ. 7. pro quo statu Modestinus in l. Si con-
sentiente 16. & ibi Glossa verb. Et vocabit, ff. de
manumiss. Contra, quod causa, adhuc majore ma-
numittente exigatur, expressim probat Rævard. de
autorit. prudent. cap. 7. cui assentiuntur Rosin. d.
cap. 20. vers. Ingenius, & alii de forma manumit-
tendi vindicta agentes, qui asserunt, nomen manu-
missi, adjecta manumissionis causâ, in acta referri.
Quod distidium sic elidi posse videtur, si dicamus
in manumissione hac à quocumque facta causam
esse exprimendam qualemque, non justam, seu
lege præscriptam, quam probare opus non est: &
hoc quidem ita rectè fiebat, ut inde appareret;
quæ jura patronus esset habiturus; plus enim ju-
ris competit ei, qui proprio nomine ultroneus li-
beraliter exercet, quam qui jussu patris, aut te-
statoris, aliave ratione, non gratis manumittit;
l. 1. C. de libert. & eor. liber. l. Qui nummis 3. C. de
oper. libert. l. unic. §. Illud, C. de Latin. liber. toll.
l. Matrimonii causa 51. ff. de rit. nupt. ubi eviden-
ter probatur, causam manumittendi etiam à majo-
ribus viginti annis exprimi consuevisse. Hujus
causæ probatio idèd non requirebatur, quia cum
dominus eam apud Magistratum profiteretur cor-
ram servo, nequibat in illius præjudicium mentiri;
asserens se ex liberalitate manumittere, quem ex
necessitate liberum efficere tenebatur, ut pinguius
jus in liberto obtineret, nam ipse facile contra-
diceret, & sic exaudiri debent illa Modestini ver-
ba, Et vocabit causæ probatio; posita in d. l. Si
consentiente.

In minoribus verò viginti annis exacta causæ
probatio intervenire debet, ut manumissio expe-
diatur: nec causa quævis satis est, sed quæ in jure
reperiuntur expressæ, de quibus in l. Just. 9. l. Si
minor. 11. cum seqq. ff. de manumiss. vindict. §. Ju-
stis Instis. cui, & ex quibus caus. manumitt. non lic.
l. 1. tit. 22. p. 4. Cur lex Ælia Sentia interdixerit
his adolescentibus manumissionem, tradidit Vin.
in §. ult. vers. Quum libertas, Instis. cui, & ex
quibus caus. manumiss. non lic. ne servi fallacibus
blanditiis ac forte turpibus obsequiis juvenes in-
ducerent dominos; ut illis libertatem conferrent;
Ex omnibus præmissis diversæ Fabri, & Rævardi
sententiæ, juraque utrique faventia conciliantur;
major enim causam manumittendi expressurus
erat, ut Rævardo placet, sed eam manumissor
probare non tenebatur: nec hæc justa, seu legiti-
ma, ut in minoribus, esse debebat; sicut Faber
opinitur.

In persona servi, qui manumittendus venie-
bat; hæc debebant concurrere. Primò, quod non
esset vetitus ad libertatem educi. Quibus autem ex
causis hujusmodi prohibitiõ contigerit, constat
ex tit. ff. qui, & à quib. manum. liber. non sunt.
Donell. lib. 2. cap. 14. Ant. Fab. sup. tit. 4. princ. 1.
vers. his casibus, cum seqq. Hos servos vespelliones
dici putat Rævard. conject. lib. 2. c. 16. Sed contra te-
net cum Cuj. & aliis Osuald. ad Donell. d. c. 14. qui
docet vespellionem; seu vespellionem esse abjecto-
rum & vilium cadaverum latorem, ac nudatorem.
Deinde necesse erat, quod nulla infamiae macula,
aut nota servus afficeretur, quæ eum civitate Ro-
mæ

mana indignum redderet, aliàs numero deditio-
rum adscribendus esset, ut inferius probabitur.
Tandem præsentia servi poscebatur, absens enim
nemo vindicta manumittebatur, sed cum dominus
vellet plures manumittere, unius præsentia suffi-
ciebat, in cujus persona solemnia manumissionis
peragebantur, l. *Etiam* 15. §. *Plures*, ff. de ma-
numiss. vindict. quem textum ita interpretatur Ant.
Fab. in *Papin. tit. 5. in princip. 1. illat. 1.* Adde Ul-
pian. in *fragment. tit. 1. §. 7.*

52 In Magistratu itidem, apud quem manumissio
ista celebratur, potestas postulatur; non enim om-
nes talem jurisdictionem obtinent, sed illi tantum
apud quos legis actio est, ut Romæ Consul, &
Prætor: in Provinciis, Proconsul, vel Præses, &
alii, quibus specialiter id concessum fuerit, l. 2.
& 1. ff. de offic. Proconsul. l. 1. l. *An manumittere* 5.
ff. de manumiss. vindict. Jul. Paul. sentent. lib. 2.
cap. 15. ibi: *Apud Magistratus municipales, si
habeant legis actionem, emancipari, & manumitti
potest.* Rævard. de autorit. prudent. cap. 7. Ant.
Fab. d. tit. 6. princ. 7. illat. 8. ubi contra Rævard. &
alios probat, manumitti posse apud Legatum Pro-
consulis, postquam jurisdictione illi mandata sit, ut
habetur in l. *Apud Proconsulem* 17. ff. de manumiss.
vindict. Nec obstat lex 2. ff. de offic. Proconsul.
nam procedit antequam Proconsul-Legato suo juris-
dictionem committat, quod facere nequit, nisi
jam provinciam, in quam mittitur, ingressus sit,
l. *Observare* 4 §. ult. ff. eod. & dicta lex 2. aperte lo-
quitur, cum ipse nondum in suam provinciam per-
venerat. Quid autem sit, apud Magistratus esse leg-
is actionem, exponit Rævard. in l. *Nemo alieno* ff.
de reg. jur. in præsentem significat, posse auctoritatem
per eos interponi actibus legitimis, ut emancipa-
tioni, adoptioni, manumissioni, & similibus.

53 De licitore, qui etiam manumissioni vindicta
intererat, ut statim apparebit, nihil se offert ad-
notandum, qui solum ut manumissum percuteret,
adhibebatur; licitorum enim officium erat, fasces
virgularum ligatos ferre, & ita à ligando denomi-
nantur, plagas quoque nocentibus inferebant, de
quo Rosin. lib. 7. cap. ult. vers. *Lictores*. De scriba
itidem mentio fiet, qui erat persona publica Magi-
stratibus assistens; ut quicquid apud ipsos gerere-
tur, in acta referret. Rosin. lib. 7. cap. 48. à princ.

54 Hæc de personis, nunc de solemnibus manumis-
sionis vindicta. Dominus itaque & servus coram
competente Magistratu comparebant, ibique do-
minus tenens mancipii caput, aut aliam corporis
partem, illudque circumvertens aiebat: *Hunc ho-
minem liberum esse volo*, ipsumque dimittebat. Tunc
Prætor apprehensa virgula, qua caput manumissi
tangebatur, sic loquebatur: *Aio te liberum more qui-
ritum*. Quibus servus in libertate constituebatur;
attamen ipse Magistratus ad licitorem conversus
asserbat: *Secundum suam causam, sicuti dixi, ecce
tibi vindicta*. Qui accepta virgula, manumissi caput
percutiebat, ejus faciem cædebat colaphis, dorsum-
que verberibus. Deinde liberto prius novacula de-
capillato superponebatur pileus in signum adeptæ
libertatis. Tandem per scribam nomen manumissi,
& manumissionis causa in actis notabatur. Quibus
adhibitis hujusmodi manumissio absolvebatur. Ad
hanc manumittendi formam respexit Hermogen-
ianus in l. *Manumissio* 23. ff. de manumiss. vindict.
dum docet, solemnia verba domini necessaria tunc
temporis non fuisse, sed eo silente, manumissio-
nem per licitorem expediri. De his consule Ræ-
vard. *variatur. lib. 4. cap. 9. & de autorit. prudent.*
cap. 7. Cujac. ad tit. ff. de manumiss. vindict. & ob-
servat. lib. 5. cap. 13. Vin. in §. *Multis autem, vers.*

Vindicta, Instit. de libertin. Pichard. ibi, num. 3.
Borcholt. num. 2. Carol. Sigon. de antiq. jur. civ.
Roman. lib. 1. cap. 6. Osuald. ad Donell. lib. 2. c. 15.
Rosin. lib. 1. cap. 20. vers. *Ingenuus*, Alexand. ab
Alex. lib. 4. c. 10. Petr. Greg. Syntagm. lib. 15. c. 5.
à n. 8. Gothofred. ad l. unic. §. 5. C. de Latin. libert.
toll. Actus verò iste, licet ita solemnis, quocumque
loco & tempore poterat expediri §. *servi verò*, Inst.
de libert. Ant. Fab. sup. tit. 5. princ. 3. illat. 1. Rosin.
d. vers. *Ingenuus*, in fin. Vin. in d. §. *servi verò*,
Pichard. num. 5.

Ad hæc in usu apud Romanos fuit, ut liberto 55
instrumentum traderetur, quo dominus concede-
bat libertatem, ut ubique constaret de manumis-
sione, quod vulgò *Carta de libertate*, nuncupa-
mus, illudque his verbis conficiebatur: *Ille civis
Romanus esto, ita ut ab hodierna die ingenuus, atque
ab omni servitutis vinculo securus permaneat, tan-
quam si ab ingenuis fuisset parentibus procreatus.
Eam denique pergat partem, quamcumque elegerit, ut
deinceps nec nobis, nec successoribus nostris ullum
debeat noxiæ conditionis servitium: sed omnibus die-
bus vitæ suæ sub certa, plenissimaque ingenuitate, si-
cuti alii cives Romani, per hunc manumissionis, atque
ingenuitatis titulum, semper ingenuus, & securus exi-
stat, &c.* Quam formulam post Cujacium observat.
lib. 14. cap. 27. retulit Rosin. d. cap. 20. in fin. Circa
hæc observare oportet, quod in eo instrumento ex-
primebatur nomen liberti, quod à patrono accipie-
bat manumissionis tempore, l. ult. ff. de institor. action.
l. *Libertis* 107. ff. de condit. & demonstrat. Brülh. n.
antiquit. lib. 1. cap. 11. & lib. 2. cap. 14. Osuald. ubi
proximè, Alciat. lib. 4. dispunct. cap. 3. Ex quibus con-
stat, quod nomen patroni indabatur manumisso.

Ibi: *Censu verò ex eo.*

Succedit alius manumittendi modus, per quem 56
servi libertate, civitateque Romana pariter potie-
bantur, qui vocabantur censu manumissi: quod
eveniebat quoties servus ex domini voluntate no-
men censui dabat, & à Censuribus inter cives Ro-
manos describebatur. Ita Ant. Fab. in *Papin. tit. 5.
princ. 3.* Rævard. d. cap. 7. Cujac. ad l. *Censere* III.
ff. de verb. signif. Rosin. d. cap. 20. vers. *Ingenuus*,
& vers. *Addunt Jurisconsulti*, Gothofred. ad Cicer.
in *Topic. lit. M*, Donell. lib. 2. cap. 15. in fin. &
ibi Osuald. Sigon. de antiq. jur. Civ. Roman. lib. 1.
cap. 14. Ludwel. in *Instit. lib. 1. disp. 1. thesi 18.*
Arnold. Vin. in d. §. *Multis autem, vers. In sa-
crofanctis*. Borcholt. n. 4. Pichard. in §. ult. *Instit. de
libertin.* Olan. sup. n. 20.

Census à Servio Tullio inventus est, ut præmi- 57
simus n. 14. qui solemniter quinto quoque anno
repeti consuevit, & tempus intermedium lustrum
est dictum à lustrando; nam absoluto censu, cives
omnes armati in campo Martio adesse jubebantur,
ut lustrarentur, vulgò *passar en muestra*, per centu-
rias digesti. Lustrationem, subsequebatur immola-
tio tauri, arietis, & hirci, qui prius ter circum exer-
citiū ducti mactabantur Marti, quod sacrum So-
litaurlia, seu Suovetaurlia, ab immolatis anima-
libus dicebatur, ut ex Dionysio Halicarnass. lib. 4.
in *Servio Tullio*, & Livio, lib. 1. tradit Rosin. lib. 4.
cap. 17. vers. *Quoniam autem*, & lib. 7. cap. 10. vers.
Creabantur, Salian. *Annal. tom. 4. an. 3487. n. 8.*
Lexic. Calvin. verb. *Lustrum*, Tornieil. *Annal.
Sac. anno 4027. n. 4.* Sed hæc quinquennialis lu-
stratio cum censu non est post Servium exactè ob-
servata, imò diu neglecta. Salian. ibi Rosin. d. c. 10.
in princ. ab Augusto tamen est repetita an. 4027. ut
testatur Tornieil. ubi proximè.

Ut

58 Ut autem libertas eo modo conferretur, necesse erat, ne servo, aut domino aliquid obstatet, juxta ea quæ tradidimus nu. 48. & 51. Obiter advertere placet, quod sicut servus in censum relatus libertatem, & civitatem nanciscitur, ita è contrario civis Romanus, si ex industria non censeatur, amittit utramque. Cicer. pro Cecinna: *Quum autem, inquit, in censum vendidit, hoc indicat, cum is qui in servitute justa fuerit, censu liberetur, cum qui cum liber esset censerit noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.* De quo vide sup. n. 14.

59 Hujusmodi verò manumissio Ulpiani tempore jam in desuetudinem abierat, ut idem testatur in fragment. tit. 1. §. 3. ibi: *Censu manumittebantur olim.* Quod supra probavimus, n. 40.

Ibi: *Testamento autem, qui à domino.*

60 Quoties ultima voluntate, testamento scilicet, aut codicillis servus liber efficitur, etiam civis Romanus censetur, justam enim consequitur libertatem, quam civitas Romana semper comitatur. Ulpian. sup. §. ibi: *Cives Romani sunt liberti, qui vindicta, censu, aut testamento, nullo jure impediente, manumissi sunt.* Cai. Instit. lib. 1. tit. 1. vers. *Cives Romani*, Cicer. in Topic. & ibi Gothofred. lit. M, Rævard. de authorit. prudent. in princ. Ant. Fab. sup. tit. 5. princ. 3. Rosin. lib. 1. cap. 20. vers. *Addunt Jurisconsulti*, Arnold. Vin. in §. ult. vers. *Cives Romani*, Instit. de libertin. Parlador. differ. 93. nu. 7. & 12. Pichard. in d. §. ult. Borcholt. in d. 9. *Multis*, n. 5. & probatur ex l. unic. §. *Illo procul dubio*, C. de Latin. libert. toll.

61 Quod verum est, nisi quid obsistat, ne servus ad libertatem, aut civitatem possit pervenire, secundum prænotata, nu. 48. & 51. & hoc expressim edocuit Ulpian. ubi proximè. Sed specialiter testamentariis manumissionibus refragatur lex Fufia Caninia, lata anno Urbis conditæ 751. ut ex Hotoman. tradit Rosin. lib. 8. cap. 15. vers. *Fufiam*, quæ liberalitatem testatorum erga servos coarctavit, ita ut ultra certum numerum pro familia cujusque testamento manumittere non licet, de qua Rosin. ibi, Ulp. in fragm. tit. 1. §. 19. Cai. Instit. lib. 1. tit. 2. in princ. Cujac. ad fragm. Ulpian. Ant. Fab. Jurisprud. tit. 7. princ. 1. Eam ut invidiam, & exolam Justinianus abrogavit l. unic. C. de leg. Fuf. Can. toll. Instit. eod. tit. Adde Ulpian. tit. 1. §. 7.

62 Libertas verò duobus modis testamento datur, aut directò, aut per fideicommissum. Directò, per hæc verba: *Stichus servus meus liber esto, liber sit: Stichum, servum meum liberum esse jubeo: Sticho servo meo pileum do.* Per fideicommissum ita: *Rogo, fideicommissum hæredis mei, ut Stichum manumittat; vel aliis æquivalentibus verbis.* Ulpian. in fragment. tit. 2. §. 6. Rævard. d. cap. 7. modò evidenter de voluntate testatoris appareat, l. *Libertates* 16. ff. de fideicommiss. libertas. Arnold. Vin. in §. *Libertas quoque*, in princ. Instit. de singul. reb. per fideicommiss. relicti. Hic sermo non est de fideicommissariis libertatibus, in quibus manumissio ab hærede, vel alio fieri debet, l. 1. & per tot. ff. de fideicommiss. libertas. sed de illis, quæ immediatè ex testamento proveniunt, illicoque adita hæreditate, si purè relicte sint, competunt: & sic manumissos orcinos libertos appellamus, l. 1. & per tot. ff. de manumiss. testam. d. §. *Libertas quoque*, & ibi Arnold. Vin. Ulpian. sup. tit. 1. §. 17. & tit. 2. §. 7. Osuald. ad Donell. lib. 2. cap. 15. in princ. Borcholt. sup.

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Circa manumissionem testamentariam animad-⁶³ vertendum est, quod libertas directò dari nequit codicillis, qui testamento confirmati non sunt (& ita accipienda est conclusio tradita supra, num. 60.) l. *Libertates* 43. ff. de manumiss. testam. Ulpian. d. tit. 2. §. ult. ubi quod nec adimi aliter potest. Vin. in §. *Non tantum*, Instit. de codicill. Illud etiam advertere oportet, quod ut directà sustineatur libertas, necesse est, servum esse testatoris, & tempore testamenti, & cum moritur, l. *Servus* 35. ff. de manum. testam. d. §. *Libertas quoque*, ubi Vin. circa fin. Ulpian. tit. 1. §. 18. Oroz. de apicib. jur. lib. 1. cap. 10. n. 12. nisi servus apud hostes sit, l. *Servi* 30. ff. eod. Vin. ubi proximè. Non inatimque relinqui debet, §. *Incertis*, Instit. de legat. Oroz. lib. 1. cap. 7. n. 13. Olan. cum plurimis in suo Paralipom. lib. 2. cap. 10. n. 1.

Ibi: *Liberti autem dedititii.*

Liberti, sive libertini, sunt qui ex justa servitu-⁶⁴ te manumissi sunt, l. *Libertini* 6. ff. de stat. homin. princ. Instit. de libertin. Cai. Instit. lib. 1. tit. 1. in princ. Ex his quidam justam libertatem assequuntur, & fiunt cives Romani: alii sunt Latini, & dedititii alii, §. ult. Instit. de libertin. ubi Vin. & omnes institutarii, Ulpian. tit. 1. in princ. Cai. ubi nuper, Ant. Fab. Jurisprud. tit. 5. princ. 3. Rosin. de antiq. Roman. lib. 1. cap. 20. vers. *Addunt Jurisconsulti*. Alciat. in l. *Liberti*, ff. de verb. signific. Donell. lib. 2. cap. 16. Parlador. different. 93. num. 6. Rævard. d. cap. 7. Pichard. in §. *Multis*, num. 4. & in §. ultimo, Instit. de libert. Brisson. de verb. jur. verb. *Liberti*.

Dedititii ergo (quorum conditio pessima, ac⁶⁵ deterrima habebatur, siquidem vitam ducebant ceu servi; agebant ut liberi, Glossa verb. *Dedititorum*, in §. ult. Instit. de libertin. & in rubric. C. de Latina libert. toll. Solorz. cum plurimis de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 14. num. 63. & 64. Pichard. in d. §. ult.) erant qui post admitta crimina suppliciiis subditi & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore quæcumque indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt, ut deleri non possint. Hi si manumitterentur, in dedititia libertate morabantur. Ita Cajus Instit. lib. 1. tit. 1. vers. *Dedititii*, de quibus itidem Ulp. in fragm. tit. 1. §. 6. sic loquitur: *Dedititorum numero sunt, qui pœna causâ vinciti sunt à domino, quibus vestigia scripta fuerunt, qui propter noxam torti, nocentisque inventi sunt, quive traditi sunt, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent, vel in custodiam coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi sunt, idque lex Ælia Sentia facit.* Quæ verba eruditione solita exprimit Retes ad tit. ff. de interd. & releg. lib. 3. num. 36. Isti ergo perpetuò à civitate Romana arcebantur lege Ælia Sentia, quæ sub Augusto à S. Ælio Catulo, & C. Sentio Saturnino Consulibus lata est anno ab Urbe condita 756. Sueton. in August. cap. 40. Rosin. de ant. Roman. lib. 8. cap. 15. vers. *Æliam Sentiam*, Rævard. de authorit. Prudent. cap. 7. Retes num. 37. Arnold. Vin. in §. ult. n. 2. Instit. de libertin. Mynsinger. in princip. num. 5. Instit. quib. ex caus. manumitt. non lic. Brisson. de verb. jur. verb. *Dedititorum*. Dedititii idè dicti sunt, quia ea infima libertate potiebantur, quam ex humanitate populus Romanus populis Latinis indulgit, quos post defectionem armis suæ ditioni subjugaverat, & ob conditionis similitudinem dedititii, quasi dediti, seu devicti nuncupabantur: quod post bellum sociale, sive Marsicum, de quo supra, num. 16. originem habuit. Retes num. 35.

Z

Vin.

- Vin. *sup. n. 1. & 2. Olan. in suo Paralipom. lib. 4. cap. 14. n. 41.* ubi formulam tradit, qua hujusmodi populi dedebantur. Calepin. *verb. Dedititius*, Brisson. *sup. Borcholt. sup. n. 7.*
- 66 At dedititia libertas jam diu ante Justinianum in defuetudinem abierat, & nomen quod supererat, nudum ipse delevit, *l. unic. C. de deditit. libert. tollend.* ubi Cujac. De statu dedititiorum disserunt Jacob. Cujac. *observat. lib. 4. cap. 5.* Ant. Fab. *Jurisprudens. tit. 5. princ. 3.* Alciat. *dispunctio. lib. 2. cap. 21.* Jul. Paul. *sentent. lib. 4. tit. 12.* Rosin. *sup. lib. 1. cap. 20. vers. Addunt Jurisconsulti*, Angel. Politian. *miscellan. cap. 84.* Parlador. *differens. 93. n. 11.* Connan. *commentar. lib. 2. cap. 6.* Retes *sup. ex n. 35.* Olan. *nu. 32. cum seqq.* Glossa in *§. fin. Inst. de libertin.*
- 67 Obiter ex Accursio & aliis assertum est, quod dedititii vitam duxerunt ceu servi, & obierunt ut liberi: quod an verum sit, investigare oportet, ut sic de hujusmodi hominum conditione haud pauca innotescant. Quoad priorem assertionis partem Accursius inquit, quod dedititii manumissoribus servire cogebantur, quod quidem dubium valde videtur; nam etsi libertas hæc vix talis censeatur, & obumbrata potius quam vera existimetur, ut post alios asseverat. Olan. *n. 41.* inficiari tamen non possumus, quin dedititii servi non essent, fuerunt ergo liberi, argumento legis *3. ff. de stat. homin.* quod expressim constat *ex l. unic. §. His tantummodò*, ibi: *Et triplex antea via libertatis, C. de Latin. libert. tollend. §. ult. Instit. de libertin.* Cai. *Inst. lib. 1. tit. 1. in princ.* Aulson. in *Grypho*:
- Triplex libertas, capitique minutio triplex.*
Unde dici non potest, quod ipsi manserint ad serviendum manumissoribus obnoxii, cum quo nexu libertas non compatitur, ut observat Solorz. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 1. cum seqq.* præsertim *cap. 4. n. 4.* & ita verum est, ut obligatus servi, quasi servus nequeat ad libertatem pervenire etiamsi dominum nullum habeat, quia manumissus est, eveniebat in servo, cui à domino proprietatis libertas præstatur, quæ impediatur donec ususfructus extingueretur, *l. Quoties 9. in fin. ff. de hæredib. instit. Ulpian. in fragment. tit. 1. §. 14.* quod tamen à Justiniano immutatum agnoscitur in *l. 1. §. Sin autem proprietarius, Cod. commun. de manumiss.*
- 68 Ad hæc, quænam utilitas, seu effectus ex manumissione dedititiis obveniret, si manumissoris servitio mancipati persisterent, profectò nulla, perpensis iis, quæ docet post alios supra laudatos Olan. *ex n. 37.* Nec libertas, quæ in tempus mortis exferatur, utilis habetur, quare sic data non valet, *l. libertas 17. l. ult. ff. de manumiss. testam. l. 4. §. Non est statuliber, ff. de statuliber.* Sed si respondeatur, quod saltem poterant habere successorem, ut Accursio placet, id ita non esse paulò inferius demonstrabitur. Quod autem dedititius quandiu in eo statu existeret, non teneretur manumissori inservire, probat aperte fragmentum quoddam Dosithei veteris Grammatici, cujus meminit Retes *n. 25.* & dat Olan. *num. 40.* ibi: *Intervenit Prætor, & non permittebat manumissum servire.* Loquutus enim est de manumisso desiderante libertum in servitute revocare, quod mero jure manumissoribus licebat; & tunc intelligebatur manumissio retractari, cum antiquus dominus urebatur operis liberti inviti, cogens eum ad serviendum, quod Prætor imploratus vetabat. Ergo dedititia libertate gaudens servire minimè tenebatur, etsi quoad alia à servis non ferneretur, quandoquidem civis nedum Romanæ,

sed neque alterius civitatis fore permittebatur. Ulpian. *in fragment. tit. 20. §. 13.* Olan. *num. 33.* Testamentum condere nec jure gentium dedititiis concedebatur. Ulpian. *ubi proximè, Retes num. 41.* Olan. *num. 37. cum seqq.* Nec hæredes institui poterant, Ulpian. *tit. 22. §. 2.* Retes *num. 42.* aut legatum capere, Ulpian. *tit. 25. §. 6.* ubi de Latinis agit Retes *ibidem.* Cai. *lib. 1. tit. 1. §. 4.* Inter eos & cives Romanas connubium interdicebatur, Ulpian. *tit. 5. §. 3.* Quicquid acquirebant, cedebat manumissoribus, ut ex Dositheo observat Olan. *num. 37.* In servitute reduci mero jure prohibito manumissoribus constringebantur, nisi illis Prætores subvenirent (quod negat Retes *n. 30.*) ut ex Dositheo, & aliis asseverat Olan. *num. 43.* Hinc dedititii servis æquiparantur, & eorum libertas sopita, & vulnerata vocatur ab Olano *num. 37.* qui licet eos servos esse contendat, ausus tamen non est asseverare, quod dominis antiquis servire astringantur, quorum potestati subditos proficitur. Sed hæc sententia aliis, quibus magis per tempus liceat, discutienda relinquatur.

Quod autem Olanum maximè coegit, ut dedititios sub potestate dominica constitueret, fuit dare discrimen inter eos, & peregrinos, propter quod hi de jure gentium apud Romanos testari possent, quod ipse probat à *num. 29.* illi verò non utique, sicut utrumque constat ex Ulpiano *dicto tit. 20. §. 13.* ibi: *Is autem, qui dedititiorum numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, cum sit peregrinus; nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis sciens, ut adversus leges civitatis suæ testetur,* Ubi Cujacius loco verbi *sciens, civis* sustinuit, & particulam *adversus*, pro *juxta* usurpat. Idemque observat Guevara in *not. ad Topic. Cicer. §. 12.* D. Nicol. Anton. *de exil. lib. 2. cap. 6. num. 10. in marg.* Quæ verba: *Quoniam nullius certæ*, &c. Olanus intelligit, ac si Consultus dixisset, ideo dedititium testari non posse ceu peregrinum, quia cum servus esset, numero civium cujusque civitatis adscribi non permittebatur, ut juxta ejus leges ultimum concederet elogium.

At veniã tanti viri, quem egregium juris peritia, ac eruditionis venustate cuncti non immeritò venerantur, non à servitute, sed aliunde provenit, ut dedititii nec jure gentium testari valerent: etenim si prohiberentur ut servi, id exprimeret Ulpianus, nec circuitum quæreret, quo obscurus redderetur. Causa ergo prohibitionis fuit, quia liberti dedititii numero civium cujusque civitatis esse nequibant, non ratione servitutis, à qua verè exempti habebantur, sed propter statum libertatis, in qua existebant, siquidem similes erant, ut supra prænotatum est, deditis, ac subditis post defectionem populo Romano, cujus potestati ita subiciebantur, ut in aliam civitatem transire minimè valerent: quod satis indicat formula dedititionis, quæ refertur ab Olano *num. 41.* à Rævard. *conjectaneor. lib. 2. cap. 7. in fin.* & ab aliis. Etenim iis qui civitati Romanæ adscribebantur, non licebat aliam simul habere. Unde si quis civis Romanus alii civitati se subjeceret, illicò Romanam amittebat. Retes in *opuscul. lib. 6. cap. 1. n. 12.* ex Cicer. *in orat. pro Cornel. Balbo*, D. Nicol. Ant. *sup. lib. 1. cap. 8. num. 13. & 14.* Quod igitur civibus vetabatur, multò minùs hominibus devictis, ac deterioris conditionis fas esset, qui cum non sponte civitati Romanæ subessent, non valebant eam deferere sese in aliam ut cives conferentes. Quod accipiendum est quoad jus civitatis non quoad habitationem; non enim civibus

civibus Romanis, aut dedititiis interdictum est quamlibet incolere civitatem, cujus cives materialiter dici poterant, quatenus populi ejus pars censebantur quandiu ibi commorabantur; sed civiliter jus & nomen civis alibi comparare, quod etiam absentes retinebant: & hoc est quod Ulpianus insinuat in d. §. 13. per verbum, *Certe*. Ex quibus apparet dedititios testari non posse alia ratione, ea scilicet, quæ præmissa est, non propter servitutem, ut Olanus existimat: quod si ita foret: expressisset Ulpianus. Vide ad prædicta eundem Olan. d. lib. 4. cap. 14. num. 7. 46. & 51. & lib. 5. cap. 10. n. 9. & 10.

71 Transgrediamur jam ad alteram Accursianæ thesauri partem, quæ habet, dedititios ut liberos à vita migrasse, quia de suis bonis disponere valebant. Quod idem Accursius ac sequaces colligunt ex textu in §. ult. *Inst. de success. libert.* quò loci Justinianus memorans simul Latinos & dedititios libertos; de illis asserit quod successore carebant, lege Junia eorum manumissoribus bona tanquam peculia deferente: de his scilicet dedititiis nihil protulit Imperator. Ex quo Glossographo nostro & asseclis visum est, quod aliud in hujusmodi libertis fuerat, quibus testari permittebatur. Merito tamen in oppositam sententiam itum est à Balduino, Arnold. Vin. & Mynsinger. *ibidem*, Retes d. lib. 3. num. 40. *vers. Inde nemo*, Olan. d. cap. 14. n. 37. & 40. Eam Accursii opinionem fabulam vocat Mynsingerus, & pro sua hanc rationem perpendit Retes; nam credibile non est, ut melioris conditionis existerent quoad successionem dedititii, quam Latini, cum horum status longè favorabilior, ac potior aliàs censeatur, §. ult. *Inst. de libertin.* ubi omnes observant: quo argumento aliud agens usus est Olan. num. 44. Ad textum in d. §. ult. *de success. libertor.* respondet Retes, ideo Justinianum dedititorum non meminisse de successione agentem, quoniam jam suo tempore ab aula recesserat libertas dedititia, l. *utic. C. de dedit. libert. tollend.*

Verùm etiam dici posset, Justinianum appellatione Latinorum dedititios comprehendisse; nam Latini sunt, sed deterioris conditionis. Arnold. Vin. in §. ult. n. 2. *Inst. de libertin.* quod in odiosis, ut hic, erit admittendum præmaximè ubi libertas data est epistola, inter amicos, aut modis aliis, quibus manumissi fiebant Latini; macula enim, & ignominie nota non debuit eos à Latina eximere conditione, cum de ipsorum Latinorum odio tractatur: alioqui commodum ex improbitate sentirent adversus juris regulas, cap. *Intelleximus 7. de judic. l. Si ab hostibus 11. §. 1. ff. solut. matrim. l. Itaque fullo 12. ff. de furt.* Ex quibus displicent tradita de dedititorum ultima voluntate à D. Nicol. Ant. *de exil. lib. 2. cap. 6. num. 11.*

Ibi: *Ne vincetus unquam, tortusve quis.*

72 De his *sup. numer. 65.* ubi Caji, & Ulpiani verba inserta sunt, ex quibus oportet observare, ut vincetus, vel tortus manumissus testamento aut vindicta à civitatis Romanæ juribus repellatur desiderari ut de crimine constet, propter quod ignominiam sustinuit. Nocenti quidem non proderat ad civitatem assequendam manumissio, qualis illa esset, sive per vindictam, sive per alium legitimum modum, quo regulariter liberti fiebant cives Romani, quod Ulpianus laudatus d. num. 65.

D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.

expressit, cui assentiunt communiter omnes, quos præ manibus habuimus, uno excepto Olano, qui d. cap. 14. n. 42. opinatur, justa existente causa posse dedititium iterata manumissione vindicta, censu, aut testamento ad perfectam libertatem pervenire, civemque Romanum effici. Quod adversatur aperte Ulpiani verbis in *fragment. tit. 1. §. 6.* cujus verba habentur *sup. n. 65.* quia expressim docet servos ignominie nota maculatos, quomodocunque manumissos fore dedititios. Nec verosimile est, ut relinqueretur privatorum arbitrio etiam ex causa derogare legi Æliæ Sentie indistinctè disponenti, quæ decentiam & dignitatem civium Romanorum respexit principaliter, ne scilicet servi turpiter propter scelera notati, & infami affecti supplicio, eorum numero adscriberentur: nec quæ in favorem universitatis, aut corporis alicujus stabiliuntur, ulla ratione infringi privata autoritate permittuntur, cap. *Si diligenti 12. de for. compet.* Quæ vero Olanus adducit in sui asserti probationem, ad Latinos Junianos spectant, quibus nullum personale vitium obsistebat, sed duntaxat manumissionis defectus, quem suppiere idem manumissor valebat, ut inferius constabit, n. 78. & discrimen istud inter Latinos & dedititios potissimum fuit, ut Latini possent novo beneficio manumissionis Romanam civitatem adipisci, dedititii verò non utique, sicut tradit Cajus *institut. lib. 1. tit. 1. §. 4.* & observat Covar. *hic*, & apud omnes in comperto est.

De liberis dedititorum inquirere libet, cujus 73 conditionis nascantur: nam videtur dicendum, quod si parentes per testamentum, vel similem modum manumissi fuerint, illos cives Romanos nasci, quia impedimentum parentum personale est propter delictum, quod filiis officere non debet, nec imputari, l. *Crimen 26. ff. de pæn. lib. 2. §. nullum, ff. de decurionib. l. Et qui 3. §. Quod si pater, ff. de munerib. & honorib. de quo egimus latè sup. lib. 2. cap. 8. à num. 6.* Nec novum est, ut liberi existant aliquando melioris conditionis, quam parentes quoad statum juxta qualitatem aliquam; pro ut evenit his, qui à libertinis procreantur, qui ingenui sunt, *princ. Inst. de ingenuis*, ubi Pichard. n. 1. Donell. *lib. 2. comment. cap. 10. Parlador. different. 93. num. 1.* quod verum est, licet quis ex matre Latina nascatur, Retes *ad tit. de interd. & releg. lib. 3. num. 26.* Unde idem dedititie filio asserendum est, cum ex muliere liberta sit ortus, argumento *princ. Inst. de ingen.* quia dedititii liberi vere sunt, quemadmodum præmissus *sup. n. 67. cum seqq.* Nihilominus contrarium planè deducitur ex Ulpian. in *fragment. tit. 3. §. 2. & tit. 5. §. 8. Jul. Paul. lib. 4. Sententiar. tit. 9. §. Latina, & tit. 10. §. Ad legitimam*, ubi habetur à muliere Latina genitum effici maternæ conditionis: idemque observat Retes *ubi proximè*. Quare idem de dedititiis dicendum est juxta rationem positam *sup. n. 71. in fin.* Ex eis verò quæ pro parte opposita expendimus posset inferri, dedititorum liberos ad civitatem admittendos beneficio Principis, vel aliis modis, quibus Latini eandem consequerentur, de quibus Ulpian. d. tit. 3. *per tot.* quia matris crimen illis non debebat obitare; tamen novi beneficii justæ manumissionis incapaces esse, quia nunquam jugum servitutis experti sunt: nec manumissio locum habere potest, ubi servitus non præcessit, *princ. Instit. de libertin.* Nec obstat Ulpian. *tit. 7. §. ult. in fin.* quia loquitur de dedititiis ipsis; non de eorum liberis.

Ibi: Latini autem liberti.

- 75 Ante legem Juniam Norbanam omnes manumissioni, qui civitatis jure non gaudebant ex manumissionis justæ defectu, aut ex alia quavis causâ, peregrini habebantur: sed postea qui non vindicta, censu aut testamento à dominis libertatem obtinebant, ex lege Junia Norbana jus Latii consequuti sunt ad instar colonariorum Italix, unde Latini creperunt nuncupari, *l. unic. in princ. C. de Latin. libert. tollend. Retes d. lib. 3. num. 25.* Arnold. Vin. in §. ult. num. 1. *Inst. de libertin.* quæ autem colonariis Latinis competere, & quæ denegarentur, videre licet apud Carol. Sigon. *de antiq. jure Italiæ*, Arnold. Vin. *ubi proximè*, *Retes num. 26.* ubi alios dat Rosin. *de antiquitat. Roman. lib. 10. cap. 22. vers. Latine coloniæ.* Quæ referenda sunt ad tempus, quo Itali jure civitatis caruerunt, nam post bellum Maricum, de quo *sup. n. 16.* plures Italix populi civitate Romana donati sunt, & huc spectant verba Imperatoris in *d. l. unic. ibi: Ex qua, scilicet Latinitate, nihil aliud Reipublicæ, nisi bellum accessit civile.* At sub Julio Cæsare Latinis omnibus coloniis jus civitatis indultum est. Sueton. in *Cæsar.* Cicer. in *orat. pro Cornel. Balb. Retes sup. num. 25.* Rosin. *lib. 8. cap. 2. per tot.*
- 76 Igitur hujusmodi liberti Latini etsi libertatem irrevocabilem ingratitude causâ adipiscerentur, cives Romani non fiebant, *l. unic. §. ult. C. de Latin. libert. tollend. §. ult. Inst. de libertin. Ulpian. in fragm. tit. 3. de Latin. Cai. instit. lib. 1. tit. 1. à princ. Cujac. ad l. unic. & observation. lib. 1. cap. 5.* Anton. Fab. in *jurisprud. tit. 5. princ. 3.* Alciat. *parerg. lib. 1. cap. 16.* Joan. Rosin. *sup. lib. 1. cap. 20. vers. Ad dunt Jurisconsulti*, Rævard. *de author. Prud. c. 7.* *Retes ad tit. de interd. & releg. lib. 3. n. 24.* Osuald. *ad Donell. lib. 7. cap. 25. lit. A. in fin.* Pichard. in §. *Multis*, n. 4. *Inst. de libertin.* Arnold. Vin. in *d. §. ult. n. 1.* Borcholten *ibidem*, n. 6. Briffon. *d. verb. jur. verb. Latini.*
- 77 Libertas quæ his hominibus ex non justa manumissione præstatur, à principio precaria fuit, & ad nutum manumissionis retractabatur, sicut de dedititiis præmissum est *num. 68.* quos tamen Prætor tuebatur, ne iterum absque causa legitima in servitutem revocarentur. *Retes n. 25. & in opusc. lib. 5. c. 9. nu. 2.* Olan. in *paralipom. l. 4. cap. 14. n. 40.* At quoniam eveniebat, ut non impetrato Prætoris auxilio libertas retractaretur, supervenit lex Junia Norbana, qua constitutum est, libertos de quibus fermo est, ipso jure liberos irrevocabiliter fieri, & Latinorum jure gaudere, qui antea inter peregrinos censebantur, ex quo Latini Juniani sunt dicti. *Ulpian. fragm. tit. 1. §. 5.* Cujac. *observ. lib. 18. cap. 20.* *Retes ubi proximè*, Rosin. *lib. 8. cap. 20. vers. Juniam Norbanam*, cujus legis meminerunt & alii laudati *sup. num. 76.* quæ sanè nequaquam dedititiis prospexit, sicut observat *Ret. d. lib. 3. num. 30.* Lata est lex illa anno ab urbe condita 771. sub Imperatore Tiberio, Junio Silano, & Lucio Norbano Consulibus. Rosin. *ubi proximè*, cui ad stipulatur Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 6. ann. mundi 4082.* dum in catalogo Consulium eisdem illi anno assignavit. *Retes d. l. 3. num. 26.* ubi licet legatur anno 871. id errori imputandum est. De aliis capitulis ejusdem legis circa Latinos paulò inferiùs differendum est.

Ibi: Eam tamen habere poterant.

Discrimen hoc notatur ab omnibus inter Latinos Junianos ac dedititios; nam his præclusus erat aditus ad civium Romanorum jura nanciſcenda, quibus indigni putabantur: illi, Latini scilicet, multifariam eadem poterant comparare, velut si justa, ac perfecta manumissione iterum manmitterentur, puta censu, vindicta, aut testamento: item beneficio Principis, militia, ædificio in urbe constructo, sive pistrino (id est, loco ubi farina molitur. Rosin. *lib. 1. cap. 14. vers. De pistrinis*,) navis fabricâ, triplici partu, filio anniculo. Pleraque ex his recenset ac explicat *Ulpian. in fragm. tit. 3.* De ædificio agit *Retes sup. num. 30.* de anniculo filio infra dicendum est, *num. proximo.* His addendum est, quod si Latino concederetur, ut togam gestaret, eo ipso & civitas censebatur concessa, *l. Sed si 32. ff. de jur. fisci.* Osuald. *ad Donell. lib. 2. cap. 16. in fin.* nam toga indumentum proprium erat civium Romanorum. Rosin. *lib. 5. cap. 32. vers. Usus autem*, *Retes ad tit. de interd. & releg. lib. 1. cap. 3. ante n. 1.* D. Nic. Ant. *de exil. lib. 2. cap. num. 14.* Togæ usus ab Imperatore præstatur. Rosin. *ubi proximè*, Latini non aliter ad civitatem Romanam admittebantur, nisi prius natalium restitutionem, aut jus aureorum annulorum à Principe impetrassent, sicut eadem lege Junia cavebatur. Rosin. *lib. 8. cap. 15. vers. Juniam Norbanam.* quod à Justiniano sublatum est, *authent. Ut liberti de cætero*, §. 1. *collat. 6.* De qua differentia inter Latinos & dedititios videndus *Cai. lib. 1. tit. 1. §. 4.* Rævard. *d. cap. 7.* Arnold. Vin. in §. *ult. n. 1. inst. de libertin.* ubi Pichard. Borcholt. *num. 8.* *Retes d. lib. 3. n. 40.* Briffon. *ubi sup.* De dedititiorum liberis *sup. num. 74.*

Sed ut percipiatur, quod de filio anniculo obiter asserui, scire oportet, lege Junia statutum esse, ut si Latinus, protestatione præmissa, quod animo prolis suscipiendæ contrahebat, duceret uxorem, ex qua filius nasceretur, qui annum ætatis suæ peregerit, tam ipse, quam parentes, si uterque Latinæ conditionis sit, cives Romani fierent. *Ulpian. sup. tit. 3. §. 2.* Rosin. *d. vers. Juniam Norbanam*, *Retes num. 26.* qui opinatur filium legis beneficio non gaudere, sed Latinum persistere, licet ingenuus sit.

Cui sententiæ refragantur aperte Ulpiani verba *80 in d. §. 2. ibi: Et fieri civis Romanus, tam ipse, quam filius, filiave ejus, & uxor*, scilicet si & ipsa Latina sit; nam si uxor civis Romana sit, partus quoque civis Romanus est ex Senatusconsulto, quod autore D. Adriano factum est. Nec minus ratione, quam autoritate patrocinatur infanti, siquidem durum est, quod ipse in Latina conditione resideat, qui parentibus extitit occasio, ut legis beneficio civitatis jus assequi possent, ut in simili perpendit Imperator in *l. Cùm quis, vers. Cùm enim affectio*, *C. de natur. liber.* Cui arridet axioma Philosophis, ac nostris commune, quod fertur. *Propter quod unum quodque tale, & illud magis*, ut in *auth. Multo magis*, *C. de sacrosanct. Eccles.* Philosoph. *posterior. lib. 1. Bald. in l. Petens, n. 33. C. de pact. Cyriac. tom. 1. contr. 97. n. 13.* Barbosa in *collect. ad d. authent. Multo magis, in fin.* Valent. *conf. 4. n. 94.* Menoch. *conf. 173. n. 33.* Donell. *lib. 15. cap. 3.* Cùm igitur parentes propter filium ad civitatem Romanam deducantur, cur ipse ejusdem beneficii non erit particeps?

Ibi:

Ibi : Latini tandem liberti.

81 Libertatem Latinam adipiscebantur manumissi epistolâ, inter amicos, aut convivii adhibitione. Cai. lib. I. tit. I. §. 2. Ant. Fab. sup. tit. 5. princ. 3. Rævard. de authorit. prudent. cap. 7. in princ. & in vers. Sunt & aliæ, Ret. in opuscul. lib. 5. cap. 9. n. 2. Parlador. different. 93. n. II. Angel. Politian. miscellan. cap. 84. Rosin. de antiquit. Roman. lib. I. cap. 20. vers. Addunt Jurisconsulti, Pichard. in §. ult. Inst. de libertin. Borcholt. ibi. n. 6. Vin. n. I. Mynsinger. in §. Multis, Inst. eod. n. 6. Olan. in Paralipom. lib. 5. cap. 14. n. 38.

82 Per epistolam manumittebatur servus absens, qui à domino nunciabatur, ut se pro libero gereret, sed non antea libertatem consequeretur, quam epistolam reciperet, l. Qui absenti 38. ff. de acquir. possess. Ches. interpretat. jur. lib. I. cap. 32. n. 8. cui epistolæ quinque saltem testes præter dominum subscribere necesse erat, quemadmodum & in manumissione inter amicos totidem interesse desiderabatur, l. unic. §. Sancimus, cum seq. C. de Lat. libert. tollend. Arnold. Vin. in §. Multis, vers. Inter amicos, Instit. de libertin. Mynsinger. ibi, n. 6. Per adhibitionem convivii servo libertas conferebatur, cum dominus ad hoc eum assidere suæ mensæ jubebat, ut sic liber fieret, non aliàs: solebant etenim Romani hunc honorem absque libertatis beneficio servis solertibus, ac de se benemeritis tribuere, ut constat ex Columella lib. I. de re rustic. ibi: Nonnunquam tamen quem assidue sedulum & fortem in operibus administrandis cognoverit, honoris causa mensæ suæ die festo dignetur assidere. Quod observant Rævard. d. vers. Sunt & aliæ, Rosin. ubi proximè.

83 Sed aliis etiam modis Latina competebat libertas, quos ferè omnes in unum congescit Justinianus in d. l. unic. ut advertit Vin. in d. §. Multis, in fin. Instit. de libertin. & prædixi sup. nu. 44. de quibus Ant. Fab. sup. tit. 5. princ. 3. Eis casibus jungitur, quod servus minor triginta annis testamento manumissus ex lege Ælia Sentia Latinus libertus efficiebatur, nisi causa justa manumissionis apud Prætorem probaretur, ut insinuat Justinianus in §. ult. Inst. de libertin. & expressit Ulpian. tit. I. §. 7. & tit. 3. §. 2. Rosin. sup. lib. 8. cap. 15. vers. Ut minorem, Vin. in d. §. ult. vers. Ætatis manumissi.

Ibi : Libertis verò dedititiis.

84 Latinis, ac dedititiis pariter fuit interdictum condere testamentum. Ulpian. tit. 20. §. 13. ubi sic respondet: Latinus Junianus, item is qui in dedititorum numero est, testamentum facere non potest. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus est: is autem qui in dedititorum numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, cum sit peregrinus; nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis sciens, ut adversus leges civitatis suæ testetur. Ubi Cuiacius reponit, civis est, loco verbi, sciens. Id advertunt Osuald. ad Donell. lib. 7. cap. 25. lit. A, ad fin. Retes in opuscul. lib. 5. cap. 9. num. 3. & ad tit. de interd. lib. 3. num. 28. Arnold. Vin. in §. ult. numer. I. Inst. de libertin. & in §. ult. vers. Latinorum legitimæ, Inst. de success. libertor. Imò omnis ultima dispositio, etiam de jure gentium eis denegabatur, cum bona ipsorum manumissoribus tanquam servorum peculia cederent, ut ex aliis tradit Retes ubi proximè, quidquid de dedititiis

senferit D. Nicol. Ant. de exil. lib. 2. cap. 6. n. II. Hinc vulgò jactatur, quod Latini moriebantur ceu servi, licet tanquam liberi viverent, ut latius infra asseretur, n. 90.

85 Quid juris ante legem Juniam de libertis, qui postea Latini effecti sunt, planè constat ex Dositheo vetere Grammatico, cujus fragmentum legitur post Codicem Theodosianum, illudque refert Olan. in Paralipom. lib. 4. cap. 14. n. 40. ubi dicitur, quod illi manumissoribus acquirebant, ac poterant in servitutem pro libito revocari, quibus etsi Prætor subveniret, ut libertatem tueretur, id cessabat tempore mortis: atque ita manumissores ut peculium bona libertorum percipiebant, unde lex Junia nihil novitatis induxit circa bona Latinorum, sed pristinum jus manumissoribus expressim reservavit, ne videretur illud adimere, dum illis retractandæ libertatis facultatem auferebat.

86 Non solum autem ejusmodi homines testamenti factione activa carebant, ut assertum est, sed etiam passiva, nihil enim ex testamento capere permittebantur, sicut D. Covar. nos docet, ac probant Ulpian. tit. 22. §. 1. & 2. & tit. 25. §. 6. Osuald. ad Donell. lib. 8. cap. 2. lit. C, Retes d. lib. 3. n. 29. & 42. Chesius interpret. jur. lib. I. cap. I. nu. II. Olan. sup. lib. 4. cap. II. num. 36. Arnold. Vin. in princ. n. I. Inst. de hered. instit. & in §. Legari, Inst. de legat. Pichard. in eod. princ. nu. 12. & in princ. n. 37. Inst. de fideicommiss. hereditat. In quo animadvertendum est, ut quod dicitur de legatis, procedat in hæreditatibus, & è contra, quia illis solum legari potest, qui hæredes institui possunt, §. legari, ubi Gloss. Inst. de legat. Mynsinger. in princ. n. 3. Inst. de hered. instit. Oroz. de apicib. jur. lib. I. cap. 4. n. 3.

87 Quod similiter observabatur etiam ante legem Juniam, quæ vetuit Latinis, ne aliquid ex testamento perciperent, ut præcitati tradunt DD. tunc enim omnes liberti, qui cives Romani non efficiebantur, fuere peregrini, ut colligitur ex Ulpian. tit. 22. §. 1. ac traditis à Retes ad tit. de interd. lib. I. cap. 3. in fin. principii, utquedum ea lex ipsis præter dedititios jus Latii concessit: peregrini autem nec hæredes institui, nec legatis honorari poterant, l. I. C. de hered. instit. l. Sed etsi, §. Solemus, ff. eod. Ulpian. ubi proximè, Gloss. in §. Legari, Inst. de legat. Donell. lib. 6. cap. 7. lit. L. Olan. sup. d. lib. 4. cap. 14. num. 6. Arnold. Vin. in princ. num. I. Inst. de hered. instit. Chesius sup. num. 8. & 9. Hæc quæ extra dubium esse videtur, evertit insignis Osuald. ad Donell. lib. 17. cap. 17. lit. A, ad fin. ubi scripsit, Latinum Junianum ante legem Juniam potuisse capere hæreditatem, quod deduxit ex Ulpiano tit. 22. §. 2. dum docet, ideò Latinum prohiberi acquirere hæreditatem, quia lex Junia vetat, quasi aliud juris antea esset. Sed levi quidem ratione movetur; nam cum ea lex permiserit, Latinos libertos hæredes institui, ut mox probabitur, quod prius non licebat, cum essent peregrini, opus fuit exprimere, quod capere hæreditatem non valerent, nisi cives Romani congruo tempore efficerentur, quæ est sententia Ulpiani in d. §. 2.

88 At licet Latini, & dedititii pariter capere ex testamento civis Romani vetarentur, ut prænotavimus; tamen inter ipsos illud discriminis fuit: nam dedititii nullo modo hæredes institui, aut in legatariis constitui potuerunt, Ulpian. sup. §. I. quia testamenti factionem nec passivam habuerunt: Latini verò sic, unde jure hæreditas, & lega-

legatum eis relinquebatur. Ulpian. *tit. 20. §. 7.* hæc verò capiebant, si tempore mortis testatoris, aut intra creationum centum dies, si ita hæredes instituerentur, civitatem adipiscerentur Romanam, alias fisco cedebant. Ulpian. *tit. 17. in princ. & tit. 22. §. 2.* Retes ad *tit. de interd. lib. 3. n. 29.* Chesius *d. cap. 1. n. 11.* Arnold. Vin. *princ. num. 2. Inst. de hæredib. instit.* Ex quibus patet aliud esse habere testamenti factionem passivam, & aliud capere ex testamento, quod expressim præcitati autores observant.

89 Latini Juniani capere fideicommissum non prohibebantur. Ulpian. *tit. 26. §. 6.* Osuald. *lib. 8. c. 2. lit. C,* Olan. *sub. lib. 4. cap. 11. num. 36.* Pichard. *in princ. n. 37. Inst. de fideicom. hæred. Retes sup. n. 31.* qui latè probat, & *num. 42.* aliud juris in dedititiis fore opinatur; nam veram libertatem nec de jure gentium eos obtinuisse sentit, quod tamen dubium redditur ex dictis supra, à *num. 67.* & quia libertas, quantumcunque oppressa, & coarctata, adhuc libertas est, ut de adscriptitiis, & similibus agens tradit Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 3. ex num. 19.* qui *ex cap. 1.* hoc ipsum demonstrat de Indis Occidentalibus, Præterea Ulpianus *d. tit. 22. §. 1.* non inficiatur dedititium institui non posse, quia servus, sed quia peregrinus est. Atqui peregrinus capax fuit fideicommissi, ut fuse probat Olan. *d. lib. 4. c. 11. per tot. & cap. 14. num. 28.* Igitur & dedititius. Adhuc poterit respondere Retes ex illis, quæ ipse docet *d. lib. 3. num. 59.* deportato, scilicet quod odio dedititorum, utpote qui criminibus maculati sunt, id receptum est, ut à fideicommissorum perceptione excluderentur, ne alioqui fraude lex illusoria redderetur, quæ illos odio prosequeretur.

Ibi: *Latinorum verò quorum melior conditio.*

90

Quemadmodum Latini hæredem ex testamento nullum habebant, ita nec ab intestato successorem; nam lex Junia eorum morientium substantiam adinstar peculii manumissoribus deferebat. Hinc dicitur, quod isti vivebant ut liberi, & ut servi mortem oppetebant, *l. unic. in fin. princ. C. de Latin. libert. tollend.* ubi Cujac. *Gloss. in §. ult. Instit. de libertin.* Arnold. Vin. *in §. ult. Inst. de success. libert.* Borcholt. *ibidem, & in d. §. ult. de libert. n. 6.* Retes *d. lib. 3. n. 28. & opusculor. lib. 5. cap. 9. num. 3.* Rosin. *lib. 8. cap. 15. vers. Juniam*

91 *Norbanam.*

Circa Latinorum successionem edictum Trajani promulgatum est quo jubebatur, ut si quis ex illis, infcio patrono, jus civitatis ab Imperatore impetraret, eo dum viveret gauderet, sed obitus tempore patrimonium ipsius ceu Latini ad manumissorem spectaret. Retes *d. cap. 9. num. 4.* Borcholt. *in §. ult. Inst. de success. libertor.* Vin. *ibidem, vers. Divi Trajani.* Ejus edicti meminit Justinian. *in l. ult. C. de Lat. libert. toll. in §. ult. Inst. de success. libert.* Factum quoque fuit Senatusconsultum Largianum, quod induxit, ut liberi manumissoris non exhæredati excluderent cæteros etiam hæredes institutos à successione, sive occupatione bonorum Latini liberti, cum ex lege Junia patronus posset jus hoc capiendi bona Latini extraneis, ut reliquum patrimonium, relinquere legati, institutionis, aut alio quovis titulo. Retes *ubi proximè,* qui rectè probat jus istud ad bona Latinorum transmissibile fore ad quoscunque patron. successores

ex lege Junia, sed præfato Senatusconsulto liberi extraneis jubentur anteponi.

Præter legitimam successionem Latini carue- 92 runt omnibus aliis, quæ propria civium Romanorum habebantur: ea tradit Rosin. *lib. 10. cap. 22. in princ. & fusis Carol. Sigon. de antiq. jur. civ. Roman.* Sic connubium cum civibus Romanis non habuere, nisi impetraretur. Ulpian. *tit. 6. §. 3.* Arnold. Vin. *in §. ult. num. 1. Instit. de libertin.* Retes *d. lib. 3. num. 26.* ubi limitat. Sed potest limitatio rejici asserendo, quod Ulpiani fragmentum à quo eam Retes deducit, accipiendum est, impetrata à Principe facultate, ut Latinus cum cive Romana contraheret, juxta eundem Ulpian. *in d. §. 3.* Consequenter liberos sub patria potestate non habebant, ut cives Romani, ut constat ex Ulpiano *tit. 5. per tot.* Vin. *ubi proximè.* Tutores itidem testamento dare nequibant; nam lex Junia, quæ illis testamenti factionem passivam tribuit, hoc ipsis ademit, etsi regulariter illi tutores dari possent, cum quibus testamenti factio est. Ulpian. *tit. 11. §. 15.* Retes *d. lib. 3. nu. 29.* Vin. *ubi proximè:* quod ideo vetitum ne peculia eorum in præjudicium patronorum pupillis obnoxia essent, existimat Retes: sed alia ratio reddi potest, quia tutela munus publicum erat, *princ. Inst. de excusat. tutor.* Cujac. *ad l. 2. ff. de reg. jur.* Petr. Greg. *Syntagmat. lib. 12. cap. 4. num. 2.* Ant. Fab. *Jurisprud. tit. 25. princ. 1.* à quibus Latini remoti erant, ut compertum habetur. Adjicit singulariter Retes *d. lib. 3. n. 24.* quod non licebat Latinis Junianis intra urbem & septimum milliare commorari, ex Divo Isidoro Hispalensi *lib. 9. origin. c. 4. in fin.* cujus authoritati plurimum deferendum nobis est, ut saltem agnoscamus aliquando sic obtinuisse: at ratio præterit propter quam hujusmodi homines ab urbe exularent, qui melioris conditionis fuere, quam peregrini, cum hi ad Romam frequentissime confluerent, ibique habitarent, ut constat ex Rosin. *lib. 8. cap. 20. vers. Nec verò,* Olan. *in suo Paralipom. lib. 4. cap. 14. per tot.* Præterea Latino licuit ædificium, aut molendinum in urbe construere, prout asser-tum est *num. 78.* Vide Rosin. *lib. 8. cap. 2. vers. Triennio post,* ubi traditio D. Isidori comprobatur.

Aliqua tamen specialiter Latinis Junianis indul- 93 sunt, quæ ad cives Romanos attinebant, atque ita Latinus testamento testis adhibebatur, familiæ emptor, ac libripens existere poterat. Ulpian. *tit. 20. §. 7.* Retes *nu. 27. & 29.* nexus, & mancipationes peragere, Ulpian. *tit. 19. §. 3.* Retes *nu. 27.* Alia quæ ad Latinorum conditionem, & statum spectant, colligere licet ex Carol. Sigon. *tract. de antiq. jur. Ital.* Rosin. *d. c. 22. vers. Latinæ coloniz,* & aliis antiquis, quos dat Retes *d. lib. 3. n. 24.* De dedititiis qui peregrini erant, ut non semel testatur Ulpianus in præcitatæ fragmentis, vide quæ de eorum jure congerit Olan. *lib. 4. cap. 14. per tot.* Adde D. Cov. *n. 10. in fine.*

Observandum tandem est, quod etiam respectu 94 patronorum inter libertos distinctio quædam, & ordo servabatur, ita ut dicerentur primi, secundi, tertii, &c. prout quisque apud patronum suum gratiæ & authoritatis plus obtinebat. Ita Rosin. *de antiquitat. Roman. lib. 1. cap. 20. vers. Addunt Jurisconsulti,* ex Adrian. Turneb. *adversarior. lib. 18. cap. 3.* Idem Turneb. *lib. 27. cap. 21.*

Ad Num. 8.

Quamvis servi vindictâ, censu, aut testamento 95 manu-

manumissi justam libertatem, ac Romanam civitatem nanciscerentur, sicut jam prænotavimus: non tamen omnibus privilegiis, & juribus civium Romanorum potiebantur, imò ab illis descendentes, tanquam ex infecta radice procreati, à quibusdam muneribus, & honoribus usque ad certum gradum arcebantur: etenim idem manumissus ad nullam dignitatem, vel munus publicum admitti poterat, nisi ad quædam adjecta, quæ recenset Rosin. *ubi nuper, lib. I. cap. 20. in fin. princip.* Filius liberti eodem jure ac pater censebatur, qui non, nisi in tribubus urbanis, ceu ignobilioribus suffragium ferre permittebantur. Nepos in rusticas tribus referri poterat, pronepos Equestri Ordini nomen dabat; sed à Senatu rejiciebatur: abnepos Senatoriæ dignitatis, ac cæterarum capax censebatur. Ita Rosin. *ubi proximè, Arnold. Vin. in princ. Instit. de ingen.* ubi ait, manumissos remotos fuisse à quibusdam prærogativis, quæ concedebantur ingenuis; sed hodie sublatam esse differentiam à Justiniano *in authent. ut liberti de cætero, collat. 6.* traditam, quia jus ingenuitatis omnibus libertis datum est, ut notatur, *inf. n. 101.*

Ibi: *Non est in postremam tribum.*

96. Hic ni fallor, classis cum tribu confunditur, quæ inter se differunt, ut liquidò apparet ex traditis supra, *n. 4. cum seqq. & n. 14.* in tribubus enim nulla prior, aut posterior censebatur, quod in classibus fecus erat, ut *d. n. 14.* notatur; & hoc discrimen in suffragiis ferendis manifestè dignoscebatur, de quo Rosin. *lit. 6. c. 14. vers. de suffragiis, & diximus supra, n. 21.*

97. In classi ergo ultima liberti describebantur, sicut D. Covar. tradit, in quam egeni conjici debebant prout assertum est *num. 14.* cum illi tunc nihil in bonis haberent, quasi recenter nati, nisi fortè peculium, domino concedente, portarent, quod pusilla pecunia erat, *l. Depositi §. ult. ff. de pecul. Donell. lib. 9. c. 5. Retes opuscul. lib. I. cap. I. n. 9.*

Ibi: *Quod rarò accideret, ut ad eos usque.*

98. Hoc de classibus verum habet cum centuriata celebrabantur comitia, de quibus Rosin. *ubi proximè,* ita proloquutus est: *Plerumque enim prima vocatione absolvebantur comitia, rarò ad quartam perveniebatur, quinta & sexta erant supervacaneæ.* Absolvebantur quidem comitia suffragiis primæ classis, si omnes centuriæ illius, quæ fuere 89. in idem placitum convenirent, quoniam ipsarum omnium majorem partem efficiebant, unde licet reliquæ refragarentur, quæ erant 95. ut notatum est *n. 14.* nihil referebat, & sic supervacaneum foret eas vocare. Si verò centuriæ primæ classis dissentirent inter se, rogabatur secunda, ac deinceps suo ordine inferiores usquedum 97. centuriæ consentirent, quæ erat major pars, cum omnes essent 193. quæ sic observat Salian. *annal. tom. 4. ann. mund. 3487. num. 6.* qui rectè animadvertit, quod ea arte Servius Tullius plebem à tractandis Reipublicæ negotiis callidè rejecit, cum in tribubus calculus divitis, & pauperis æqualiter vale-

Ibi: *Tullius Hostilius Rex.*

Liberti in quatuor urbanas tribus, ut ignobiliores, sicut assertum est supra *nu. 13.* conjiciebantur, Rosin. *lib. I. cap. 20. in fin. princ.* cum scilicet liberti in tribubus describi merebantur, de quo *n. 102. & 109.* Sed an hoc Tullius Hostilius instituerit, dubium est; nam etsi aliqui renitantur, receptius est quod Romulus populum in tres tribus duntaxat digessit, qui sic tripartitus usque ad Servium Tullium perstitit, ut asseveravimus ex aliis supra *n. 4.* de quo extat egregium testimonium apud Dionys. *antiquitat. lib. 4.* ibi: *Cæterum Tullius postquam septem colles uno muro complexus est, urbem in quatuor partes divisit à collibus denominatas, Palatinam, Suburbanam, Collinam, Esquilinam: & quatuor urbis tribus esse fecit, quæ ad id tempus tres fuerant.* Et sequuntur Carol. Sigon. *de antiq. jur. civ. Roman. Salian. sup. ann. 3483. n. 3.* ubi alii, Rosin. *lib. 6. c. 15. vers. Tarquinio Prisco,* ac præmissimus *n. 4. 12. & 20.* Tullius autem Hostilius tertius Rex Romanorum fuit: qui eis dominari cœpit anno ab Urbe condita 82. Salian. *tom. 4. an. mundi 3383. nu. 4.* Servius Tullius sextus in regnum evectus anno Urbis 176. Salian. *anno mundi 3477. n. 1.* Quæ cum ita sint, nequivit Hostilius jubere, ut liberti referrentur in quatuor urbanas tribus, quæ adhuc institutæ non fuerant.

Ibi: *Imò ex quatuor his urbanis.*

Ita suo loco prænotatum est supra, *n. 15. sub vers. Esquilina tribus.*

Ibi: *Quamvis Vindicio illi.*

De quo supra, *num. 46.*

Ibi: *Ex quibus non omnino convenit.*

Quondam apud Romanos nuncupabantur liberti, qui post jugum servitutis beneficium manumissionis experiebantur; libertini verò eorundem liberi: sed usu ea distinctione abolita, ipsi manumissi libertini, vel liberti, & eorum posteri ingenui vocitari cœperunt, ut planè colligitur *in princ. Inst. de ingen. & ex tit. Inst. de libertin. ac de successione libertor. & observant Osuald. ad Donell. lib. 2. cap. II. lit. A,* Rosin. *dict. lib. 2. cap. 20. in princip.* Pichard. Arnold. Vin. Mynsinger. & alii *in princip. Inst. de libertin. Rævard. conjectaneor. lib. I. cap. 8.* Aliter eadem verba inter se distingui adnotat Laurent. Valla *elegantiar. lib. 4. cap. 1.* quem ex nostris sectantur Osuald. & Mynsinger. *ubi proximè, Parlador. differ. 93. n. 3.* scilicet libertini verbum fore adjectivum, significans hominis conditionem, & statum quoad jus publicum, unde libertina mulier, libertinus status: liberti substantivum, quo appellatur manumissus quoad patronum. Sic dicitur libertus Titii, successio liberti, non libertini. Quæ observatio comprobatur *ex tit. Inst. de libertin. & successione libertor.*

Ibi: *At Justinianus Imperator.*

Omnia, quæ de differentiis libertinorum hucusque præjecimus, sustulit Justinianus, statuens ut omnes servi, qui quovis modo ad libertatem pervenirent, manumissorum conditionem fortiterentur,

rentur, fierentque cives Romani, solum jurepatronatus reservato, *lib. unic. C. de Latin. libert. tollend. & aliis juribus*, quæ hic D. Covar. congerit: ex quibus hoc observant Cujac. *in dict. l. unic. Osuald. ad Donell. lib. 2. cap. 16. in princ. Ant. Fab. Jurisprud. tit. 5. princ. 3. Joan. Oinotom. Pichard. Arnold. Vin. num. 3. Borcholt. n.7. & alii Institutionum Interpretes in §. ult. Inst. de libertin.* Sed & jura ingenuitatis manumissis indulgit, quibus jus aureorum annulorum generaliter tribuit, *authens. Ut liberti de cætero, &c. collat. 6. Arnold. Vin. in princip. Inst. de ingen.* Quod autem habetur *in l. In orbe Romano 17. ff. de stat. homin. de ingenuis duntaxat accipiendum est*, quibus Imperator Antonius jus civitatis concessit, nec ad libertinos pertinuit. *Osuald. ubi nuper, Alciat. disputation. lib. 1. cap. 21. Vin. & alii proximè laudati.* Imò duntaxat optimatibus qui cives Romani non erant, id indultum tradit D. Nic. Ant. *de exil. lib. 1. cap. 13. n. 18.* ubi quis ex Antoninis ejus legis fuerit autor.

Ibi: *Sed & ante Justinianum Constantinus.*

De manumissione in sacrosanctis Ecclesiis actum est supra, n. 56. ubi hæc traduntur.

Verf. *Tribum emi.*

102 Verbum hoc trifariam usurpatur. Calepin. *verb. Tribus, in fin. ac prædiximus sup. n. 10. in l. Patronus 34. ff. de legat. 3.* cujus enucleationem D. Cov. duce aggredimur. Significat jus ferendi suffragii in tribubus Romanis Rævard. *de authorit. prudent. cap. 7.* Hoc non omnibus civibus Romæ datum est, sed illis tantum, qui in tribus referri meruerunt, plenum jus civitatis assequuti; etenim non paucis absque latione suffragii civitas concessa est. *Liv. decad. 4. lib. 8. num. 33.* ubi inquit: *De Formianis, Fundanisque municipibus & Arpinatibus C. Valerius Tappo, Tribunus plebis promulgavit, ut iis suffragii latio (nam ante sine suffragio habuerant civitatem,) esset. Huic rogationi quatuor Tribuni plebis, quia non ex autoritate Senatus ferretur, cum intercederent, edocti populi, esse non Senatus jus suffragium quibus velit impartiri, destiterunt incepto. Rogatio perlata est, ut in Æmilia tribu Formiani, & Fundani; in Cornelia Arpinates ferrent.* Ex quo & aliis ejusdem Livii locis id observant D. Covar. *infra, nu. 11. Rævard. ubi proximè, Olan. in suo Paralipom. lib. 5. cap. ult. numer. 32. Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 6. cap. 17. verf. Omnibus civibus.* Hi qui cives sine suffragio fuere, in quadam tabella ad id destinata, non in tribubus censebantur, ut ex Cicerone tradit Rævard. *sup. verf. Nomina eorum, Rosin. verf. Neque tamen.* Jussit ergo patronus liberto suo cive Romano tribum, id est jus ferendi suffragii emi quod ex manumissione ei competeat, ut cum D. Covar. inferius asseverabitur, & apprimè Rævard. probat subdens, quod illud à populo, vel ab Imperatore gratis, aut pecuniâ manumissi, sive alii comparabant: quod & D. Covar. observat *inf. num. 12.*

103 Tribus verò emptio liberto nedum honorem, sed etiam lucrum importabat; etenim tribules capiebant congiaria, hoc est donativa, quæ Imperatores ex liberalitate inter cives dispertiebantur, quæ habentibus suffragium, ac in tribu aliqua descriptis duntaxat præstabantur. Rævard. *sup. verf.*

Nunc videndum, Salian. Annal. tom. 6. anno 4064. num. 7. Calepin. & Nebrissenfis verb. Congiarium, Just. Lips. de magnitud. Roman. lib. 2. cap. 12. & hæc tribus commoda, & liberalitates principales Scævola dixit. De quo Sueton. in August. sic habet: Nec minore gravitate, atque constantia, cum proposito congiario multos manumissos, insertosque civium numero comperisset, negavit accepturos, quibus promissum non esset.

Ad Num. 9.

Tessera multipliciter accipitur, ut constat ex 104 Briffon. Calepino, & Nebrissenfi *verb. Tessera*: in præsentem nihil est aliud, nisi tabella, seu frutilla lignea quadrata, sive rotunda, in qua notabatur certa nummorum, vel frumenti quantitas: illa tradebatur civi Romano, qui ad hanc percipiendam jus habebat, eamque suo tempore exhibens capiebat quod sibi debebatur, quam vulgò *Voleta* posse nuncupari, advertit Retes ubi mox laudabitur. De tessera differunt Cujac. *observat. lib. 6. c. 33. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. Adri. Turneb. adversarior. lib. 19. cap. 26. Ret. in opuscul. lib. 7. cap. 6. num. 23. Rosin. sup. lib. 7. cap. 34. Calepin. ubi proximè.* Quo tempore anni frumentum ditribueretur, post D. Covar. refert ex Suetonio *Rosin. d. cap. 34.*

Ibi: *Tulerat sanè Clodius.*

Cum esset Tribunus plebis, hanc legem rogavit 105 anno ab Urbe condita 695. A. Gabino, & L. Calphurnio Pisone Consulibus, qua constitutum est, ut frumentum quod antea ex lege Gracchi exiguo pretio civibus venundabatur, gratis ex publico tribueretur. Sic Clodius populi gratiam intendit aucupari, ut Ciceronem, quem odio capitali prosequeretur, perdere posset. *Salian. annal. tom. 6. anno mundi 3996. n. 6. Rosin. ubi proximè.* Quod Augustus ubi imperium adeptus est, tum moperè adimpleri statuit, præficiens specialem Magistratum, qui frumento dispendendo præset, qui Præfectus frumenti populo dividendi vocabatur. Ita ex Suetonio *in Augusto, Rosin. d. c. 34.* Gracchus legem de frumento dispertiendo tulit anno Urbis 628. *Salian. anno mundi 3929. n. 8. Rosin. lib. 8. c. 12. verf. Semproniam.*

Ibi: *Quibus probari poterit, nihil aliud esse.*

Imò plurimum interesse inter tribum, ac tesseram, ac earum emptionem videtur. 106 Primò differunt, quia tribu empti, acquirebatur principaliter latio suffragii, in quo plenum jus civitatis consistebat, ut assertum est supra, *num. 102.* nam congiarium, quod tribulibus præstabatur, de quo *num. 130.* erat accessorium, & quasi fructus tribus, ut infra demonstrabitur: sed per emptionem tesserae duntaxat lucrum obveniebat, & illud principaliter comprobatur, scilicet jus ad certam quantitatem frumenti, vel pecuniæ ex publico percipiendam, sicut ex prænotatis apparet. Secundò, nam adepta tribu, quis describeretur in aliqua ex tribubus Romanis, quod nullus inficiabitur: at tessera quæsitâ, id non concedebatur, quod non minus compertum habebatur. Tertiò, tribus comparabatur à populo, vel Principe, quod prædixi *num. 103. in fin.* tesseram frumentariam privatus vendere, grativè tribuere pote-

Poterat, imò (ni fallor) nec Respublica Romana, nec Imperatores unquam hujusmodi tesseræ vendidere.

107 Hoc autem mihi procul dubio verum est ex præmissis n. 105. etenim si frumentum sine pretio aliquo civibus tribuebatur, quomodo tesseræ venire poterant ab Imperatore, vel Reipublica; hoc enim plusquam manifestum est. Tesseræ igitur frumentariæ gratis solum civibus Romanis præstabantur, ut D. Covar. nos docet, & qui plenum jus civitatis obtinebant: ipsi verò aliis etiam libertis, aut cujuscvis conditionis illas cedere pecuniâ, aut liberalitate non prohibebantur, prout frequentissimè evenit in hac curia; nam famuli Regis, vel ab eis descendentes, quibus indultum est specialiter, victum quotidianum ex domo Regia percipiunt, quod jus quibuslibet vendere solent, quo emptores possuntur quandiu venditores supersint. Hinc intellectus patet ad legem *Sed etsi* 52. §. 1. ff. de judic. ubi tesseræ frumentariæ relicte sunt libertis, qui licet tributum non haberent ex manumissione, ut infra num. 109. traditur, earum tamen capaces censebantur, nec per emptionem tesseræ referri in tribus Romanas merebantur.

108 Ex dictis itidem infertur discrimen inter legatum tributum, & legatum tesseræ; hoc enim in quantitate consistit, l. *Mortuo bove* 50. §. 1. ff. de legat. 2. l. *Titia Seio* 89. ff. de legat. 3. illud in corpore, seu in jure ferendi suffragii: hoc quidem est; quod legatur tanquam res aliena, quæ ab hærede emi debet, l. *Qui quatuor* 30. §. ult. ff. de legat. 3. §. *Non solum*, Inst. de legat. commoda verò tributis non censentur legata, sicut nec fructus, cum fundus relinquitur; cogitur tamen hæres ob moram solvere illa, quemadmodum si in fundo tradendo, aliave re fructifera moram commisitisset, l. *Africanus* 40. §. 1. ff. de legat. 1. Unde si in specie nostræ legis Patronus, tesseræ fuisset relicta, aliter Scævola responderet; etenim non esset legatario præstandum pretium illius, ac æstimatione frumenti, quod foret ille percepturus (supposito quod tessera erat vitalitia, d. l. *Mortuo bove* §. 1.) sed tantum valor tesseræ, vel frumenti, quia utrumque simul legatarius non percepisset, legato absque mora præstito, & est lucrum incompatible, quod petere ridiculum censetur, l. *Titia* 99. ff. de condit. & demonstr. Nec audiendus erat legatarius contraria postulans etiam adversus hæredem moræ reum, argumento legis 1. C. de furt. Nec refert dicere frumentum loco usurarum deberi; nam jure constitutum est, ne hæres propter moram regulariter ultra legitimum modum usurarium quicquam exsolvat, l. 3. §. ult. ff. de ann. legat. Glossa verb. *Distulerint*, in §. *Item mista*, Inst. de action. frumentum autem longè excederet usuras, cum hæ præstarentur, sorte illibata, illud loco pretii, quod emptori peribat, subrogaretur. Sed pro tradita conclusione expendo apertissima jura in l. *Quæsitum* 44. ff. de usufr. l. *Si usufructus mihi* 6. ff. de Usufruct. leg. præter plura, quæ Glossæ ibi congerunt, ubi habetur: Quod si usufructus relictus sit, & propter moram jam constitui non possit; hæres damnatur ut præstet æstimationem fructuum, quos legatarius caperet, mora non interveniente. Ergo similiter de tessera dicendum foret in casu legis Patronus, de qua agimus, nempe quod præstaretur frumenti pretium; quod tessera suo die comparatâ libertus perciperet, aut æstimatione tesseræ cum usuris: utrumque nullo modo, sicut in tribu à Scævola decisum est, manifesta profectò ratione; quoniam æstimatione tributis penditur intuitu
D. de Fariu Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

plenissimi juris civitatis Romanæ, quod principaliter relictum est, & quo libertus caruit; commoda verò, & principales largitiones eo tempore civibus præstitæ loco fructuum: quare dici nequit, quod de tessera notabamus, legatarium simul habere rem, & pretium; quia hoc non datur pro commodis tributis, quæ fructus ejus sunt; sed pro ipsa tribu: idemque juris esset si legaretur res alia frugifera, quæ post moram dari nequiret; solveret enim hæres ejus æstimationem, & fructus, nec diceretur re & pretio potiri legatarius, l. *Africanus* 40. §. ult. ff. de legat. 1. Ex quibus colligere licet, inter tributum, & tesseram fore discrimen, tam in se, quam quoad juris effectus, si alicui emi juberentur, etsi ægrè à D. Covar. discedamus: utinam alius fundamenta, quæ nos compellunt, evertat, à quo libentissimè correctionem excipiemus.

Ad Num. 10.

Huic objectioni facilè satisficit si asseveremus 109 cum Taurello, quem dat D. Covar. infra, *vers. Lælius*, Rævard. de *authorit. prudent. cap. 7. vers. Nunc videndum*, & aliis, quod servi quomodo-libet manumissi non assequerentur jus suffragii, nec in tributis censebantur, & consequenter nec imperiales largitiones percipiebant, nisi tributum compararent, & sic Scævola intelligit Rævard. quod apertè constat ex Suetonio, quem dedimus *sup. n. 103*. Nec obsistit, quod de libertis in tributis Romanas relatis tradidit D. Covar. *sup. n. 8*. ex Dionysio, & Livio; nam sic accipiendum erit, ut non ex manumissione jus suffragii ad tributum obtinuerint; sed quod si aliunde emptione, aut gratiâ in tributis censeri mererentur, non in rusticis, sed in urbanis, ut ignobilioribus describerentur, ne qui vix jugum servitutis excusserant, heroum Romanorum contribules efficerentur. Vide supra, n. 65.

Ibi: *Quod si autore Cajo liberti Romani.*

De his supra, n. 78:

Verf. Ego vero.

Extra dubium quidem est, quod libertus de quo 110 in nostro textu, erat civis Romanus, alioqui nullum relinqueret hæredem, secundum tradita supra n. 84. quod D. Covar. *vers. præced. rectè* perpendit.

Verf. Lælius Taurellus.

Vide supra, num. 109.

Ibi: *Nam de libertinis libertorum filius.*

De hac libertorum, & libertinorum distinctione actum est num. 100. Nec cogimur ad eam subterfugere, ut Taurellum à Livii & aliorum testimoniis tueamur, perpensis iis quæ sunt supra, num. 109.

Verf. Qua ratione.

Civium Romanorum fuisse disparem conditionem apparet ex præmissis supra, n. 95. & 109. & latius ex Rosin. *lib. 10. cap. 22. per tot.* Carol. Sigon. *tract. de antiq. jur. civ. Romanor.*

A 2

Ibi;

Ibi: *Ex quo ipse adnotaverim.*

III Quo jure populi Itali, & Latini uterentur antequam illis civitas concederetur, petendum est à Sigon. *tract. de antiq. jur. Ital.* Rosin. *diçl. c. 22. vers. Latine colonie.* At Julius Cæsar omnes, qui à Romanis non defecerunt, civitate donavit, deinceps belli causâ, ut penitus extirparetur, aliis Italiæ populis idem concessum est. Sigon. *de antiq. jur. Ital. lib. 3. cap. 1. & 2.* Rosin. *lib. 8. cap. 2. vers. Motum inde,* Arnold. Vin. *in §. ult. num. 3. Inst. de libertin.* Tandem Antonius Imperator constituit, ut omnes qui in orbe Romano existerent, etiam in provinciis jure civitatis Romanæ gauderent, *l. In orbe Romano 17. ff. de stat. homin.* Arnold. Vin. *ubi proximè,* ac prædixi num. 101. Quod sic accipiendum videtur, ut qui Romam non incolebant, cives fierent Romani quoad jus privatum, quod in connubiis, testamentis, usufructibus consistebat, & aliis, de quibus Rosin. *d. cap. 22. in princip.* non quoad jus publicum in Comitibus, Magistratibus, & similibus consistens; nam olim colonis Romanis, qui cives Romani fuere, hoc denegatum est. Rosin. *ubi proximè,* qui latissimè de utroque jure per plura differit *capita d. lib. 8. cap. 2. cum seqq.* Vide D. Covar. *infra, sub n. 11.*

Ibi: *Ut in legione Romana militare possent.*

112 Romanorum exercitus in legiones, & auxilia dividebantur: in his militabant, qui à fociis, & foederatis populis mittebantur, in illis non nisi ingenui cives Romani, ludicræ artis expertes, ac in quinque classibus, de quibus supra num. 14. descripti, quoniam pluribus prærogativis potiebantur. De his confule Rosin. *lib. 10. cap. 4. per tot.* & Flav. Vegetium *tract. de re militar. lib. 2.* Legiones ab ipso Romulo sunt institutæ anno urbis 3. vel ut aliis videtur 7. post Sabinos in societatem exceptos. Salian. *Annal. tom. 4. anno mundi 3304. num. 2.* Rosin. *d. cap. 4. in princip.*

113 Jus militandi in legionibus Romanis concessum quondam Italis, & Latinis testatur D. Covar. sed contrarium apertè probat Polyb. *lib. 6.* quem dat Rosin. *vers. Altera pars,* ubi militiam Italiæ ad auxilia spectare, non ad legiones, manifestè asseverat idem Rosin. *vers. Ceterum ut ad,* dum ait, solum civibus Romanis ingenuis datum esse, ut legionarii milites fierent: Latinis verò Junianis, sexennio inter vigiles Romanæ militarent, lex Visellia indulgit, ut in legionibus censerentur. Ulpian. *tit. 3. §. 4.* qui autem ad militiam navalem admitterentur, quæ terrestri ignobilior æstimabatur, latè tradit Olan. *in suo Paralipom. lib. 2. cap. 12. per tot.*

Ibi: *In eaque Magistratus gerere.*

114 Hoc consequens est, nam iis qui legionibus adscribebantur, ad munera militaria aditus patebat, qui auxiliariis militibus est interdictus. Rosin. *d. vers. Ceterum.*

Ibi: *Jus enim adipiscendi honores in urbe Romana.*

Adde Rosin. *lib. 10. cap. 22. vers. Latine colonie.*

Ibi: *Utque cum Romanis tribubus suffragia ferrent.*

Hoc jus ferendi suffragium in Romanis tribubus solum civibus tributum est, quod aut generaliter populis concedebatur, aut specialiter aliquibus personis etiam extra Romam habitantibus in Italia, aut in qualibet ex foederatis civitatibus, quæ latrone suffragii non gaudebant, & ita exaudiri debet D. Covar. *in præsentibus;* nam antequam Latini, & Itali populi jus civitatis impetrarunt, minimè ad suffragium ferendum admittebantur. Vide Rosin. *lib. 6. cap. 17. vers. Omnibus civibus, cum seqq. & lib. 8. cap. 2. vers. cum igitur,* & aliis, ac *vers. Triennio post,* meminit legis Gracchi, quæ Latinis jus suffragii tribuit, quam ægre Senatus tulit. Salian. *annal. tom. 6. anno mundi 3929. n. 6.* Vide supra n. 6. *in fin.*

Ibi: *Erantque ipsi Latini sicut Romani.*

Ad legem 7. & 8. *ff. de censib. l. 3. juncta gloss. 116 ibi, verb. Duntaxat, C. de Episcop. & cleric. Gloss. verb. Omnes, in l. ult. C. sine cens. vel reliq. Bald. in l. Et in provinciali, C. de servitut. & aqua, Greg. Lop. in l. 2. gloss. 8. tit. 21. p. 2. Sarmient. *Selectar. lib. 1. cap. 15.* Gutier. *Practicar. lib. 3. q. 13. n. 2.* Parlador. *different. 147. n. 2.* Sebast. Covar. *in thesaur. ling. Castell. verb. Hidalgo.* Arnold. Vin. *in §. per traditionem, num. 7. Inst. de rer. division.* Balduin. & alios ibidem, pluresque dabimus *infra, sub vers. Hæc sanè adnotavimus.* Sed omittendum non est, quod civitates populo Romano subditæ fuere in quadruplici differentia, scilicet immunes, vectigales, liberatæ, ac servitute affectæ, de quibus singulis Rosin. *lib. 10. cap. 12. vers. Provincia, cum sequenti.**

Ad Num. 11.

Jus Latii quale fuerit, præter laudatos supra, **117** num. III. declarant Balduin. *ubi nuper,* Brisson. *de verb. signif. verb. Italica.*

Ibi: *Scilicet ut civis hic Romanus.*

Anno ab Urbe condita 453. lege Porcia, quæ **118** lata est à M. Porcio Tribuno plebis, vetitum reperitur, ne aliquis Magistratus virgis cæderet, aut necaret civem Romanum, de qua Liv. *decad. 1. lib. ult.* Sueton. *in Nerone,* Cic. *pro Rabirio perduellionis reo,* Rosin. *de antiq. Roman. lib. 8. cap. 2. vers. Sequuta,* D. Nicol. Ant. *de exil. lib. 1. cap. 7. n. 2.* Unde hodie fustigationis poena nobilibus non infligitur. Bart. *in l. 2. ad fin. ff. de termin. mot.* Joseph. Ludovif. *Lucensi decis. 1. n. 23.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 33. cap. 4. num. 13.* Caball. *resol. crimin. cap. 98. num. 28.* Gutier. *Pract. lib. 4. q. 5. num. 16.*

Magistratibus non licebat civem Romanum capite plectere injussu populi, quod lex Sempronia stabilivit, quæ anno Urbis 630. lata fuit à Cajo Sempronio Graccho Tribuno plebis. Cicet. *ubi proximè,* Plutarch. *in Gracchis,* Rosin. *vers. Porciam inde,* qui & alias leges pro civibus Romanis editas recenset.

Ibi:

Ibi: *Tametsi quandoque.*

119 Non omnibus ad civitatem Romanam aditus patebat, quæ initio parcissimè concedebatur, quæ propter sociale bellum ingruit. Rosin. d. cap. 2. vers. *Cum igitur, & seqq.* de quo sup. num. 16. Verùm & civitatis jus non plenum, sed diversimodè coarctatum solebat impetrari pro qualitate, ac meritis impetrantium, ut videre est apud Rosin. lib. 10. cap. 22. à princip. ac diximus sup. n. 102. Tacit. lib. 3. *Annal.* ibi: *Eisque Romana civitas olim data, cum id rarum, nec nisi virtutum præmium esset.* Aufon. in *August.* ait: *Livia pro quodam Gallie tributario roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit, affirmans se facilius passuram fisco detrahi, quam Civitatis Romanæ vulgari honorem.* Magni æstimans sincerum, atque ab omni colluvione peregrini atque servilis sanguinis servare populum, Civitatem Romanam parcissimè dedit. Ita autem grave fuit jus civitatis usurpare, ut ob id capitale supplicium irrogaretur. Suet. in *Claudio*, ibi: *Civitatem Romanam usurpantes in campo Esquilino securi percussit.*

Ibi: *Quamobrem idem Alciat.*

120 Vide suprà n. III. ad fin. quæ de intellectu legis *In orbe Romano* 17. ff. *de statu homin.* præmissa sunt; exemptionem enim à tributorum solutione ad jus publicum civium Romanorum spectasse, non ad privatum, constat apertè: quam prærogativam omnibus Romano Imperio subditis concessisse Imperatorem Antoninum, in quàm maximum Reipublicæ dispendium, excogitari nequit, ut D. Covar. admonet in *presenti.*

Ibi: *Eadem ratione, ut opinor.*

De his suprà, num. 95. & 109.

Ibi: *Non omnes cives Romani tribum habuerunt.*

121 Tribum illi duntaxat obtinebant, quibus jus suffragii fuit, per quod plenè cives Romani fiebant, ut assertum est num. 102. Nec constitutio Imperatoris Antonini libertis prospexit, sed ingenuis, sicut ex aliis traditur suprà, num. 101. Imò nec præditis ingenuitate ita jus civitatis indulgit, ut in tribubus Romanis suffragia ferrent, nisi specialiter eis concederetur, populis scilicet, vel personis; suffragium enim pro optimo jure civitatis veteres usurparunt, & qui jus suffragii obtinebat, Magistratum ferè habere videbatur. Rosin. lib. 10. cap. 22. vers. *Municipiorum:* unde verisimile non est, quod illud Antoninus omnibus indistinctè tribueret. Vide Olan. in *Paralipom.* lib. 5. c. 10. num. 7.

Ibi: *Igitur quod Livius, Florus, & Asconius.*

122 Aliter hæc veterum Historiographorum testimonia intelleximus suprà, num. 109. nam distinctio D. Covar. inter libertos manumissos in civitate, ut ibi permanserint, aut in provinciis, parum ad rem conducere videtur; tribus enim non acquirebatur ratione loci, neque enim omnes incolæ Romæ in tribubus Romanis suffragium ferrebant, & e contra plures extra illam, & Italiam *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

habitantes, ut cives Romani ad Comitia tributa admittebantur. Rosin. lib. 6. cap. 17. vers. *Omni-bus civibus, cum seq.* Salian. *Annal. tom. 6. annò mundi 3929. num. 7.* Ad hæc Scævola in *l. Patronus* 34. ff. *de legat.* 3. quæ enucleatur, minimè insinuat quod libertus, cui tribus emi iusta est, foret extrà Romam; unde absque divinationis nota interpretari textus, ut D. Covar. sentit, non potest, sed generaliter tenendum est, quod ex manumissione nullus libertus tribum assequeretur, sed oportebat aliunde eam legitimè comparare. Vide suprà, n. 103. & 109.

Vers. *Hæc planè.*

De etymologia verbi *Hidalgo*, quod apud nos nobilis vulgò significatur, quadruplex reperitur sententia. Quidam à fidelitate quondam fidalgum nuncupatum asseverant; quia natura peculiari-ter fidelitatem cordibus nobilium infixit, *l. 2. tit. 2. lib. 6. Recopil.* ibi: *Por la gran lealtad que Dios en ellos puso.* Bobad. *Polit. lib. 1. cap. 4. num. 1. & 15.* unde quoties grave periculum Reipublicæ vertitur propter perfidiam, desideratur nobilitas ex utroque parente, quia præsumitur exuberantior fidelitas, *l. 6. & 7. tit. 18. part. 2.* ubi dicitur iste *Hidalgo derechamente*, vel ut aliis placet, quòd hidalgi speciale juramentum fidelitatis præstant. In hac opinione retidet Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 23. num. 20.* qui dat D. Fr. Prudent. à Sandoval. in *Chronic. Regis Alphonso VII.*

Aliis videtur *Hidalgo* dici, quasi filius Gothi, nam in Hispania qui à gente Gothica originem trahunt, nobiles habentur, quod pro viribus tuetur Gutier. *Practicar. lib. 3. quæst. 13. d. num. 29.* qui hanc nominis etymologiam probabilem agnoscit num. 80. vers. *Nihilominus*, cui opinioni adilipulatus est Baëza *de inop. debitor. cap. 16. d. num. 44.* Alii existimant hidalgum nuncupatum, quòd nobiles in Hispania immunes sunt à tribus ad instar Italicorum, quibus quondam jus immunitatis Romani concessere. Ita sentiunt Gregor. Lop. in *l. 2. gloss. 8. tit. 21. part. 2.* Osuald. *ad Donell. lit. 24. cap. 22. lit. R*, Sarmient. *selectar. lib. 1. cap. ult. n. 1.* Plerique tandem ex *l. 2. tit. 21. part. 2.* cum D. Covar. in *presenti* tenent, hidalgum idem esse, quod *hijo de algo*, id est filius, vel descendens ab aliquo nobilitate decorato; aliquid enim, sive *algo*, præ se fert, ac importat generis splendorem, divitiarum opulentiam, aut quid aliud, quo homines commendantur, ac plurimi haberi solent, ut post D. Covar. paulò inferiùs observant Gutier. *sup. numer. 77. & 82.* Parlador. *different. 145. in princip. num. 3.* Baëza num. 45. & alii pro hac opinione statim recensendi. Nec oportet à nostra lege Regia deviare per doctissimos compilatores edita, qui vernaculi idomatis forent peritissimi, ut rectè perpendit Joan. Garc. *de Nobilit. gloss. 18. num. 27.* Gutier. n. 37. Unde hæc sententia à nostratibus communiter probatur, eamque tuentur præter Gutier. Parlad. & Garc. ubi proximè, Otalor. *de Nobilit. part. 2. cap. 3. ex num. 4.* Roman. in *suis Rebuspubl. part. 2. lib. 4. cap. 11.* & plurimi quos congerunt Solorzan. ubi *sup. Cened. in collectan. part. 2. collect. 15. num. 7.* Bobad. in *Politic. tom. 1. lib. 1. cap. 3. lit. E*, ubi communi subscripsit. Vide *l. 13. tit. 7. p. 2. in princip.* ubi de verbo *Algo*.

Ibi: *Mihi planè, ingenuè fateor.*

Hæc & alia in ejusdem sententiæ confutatio-
nem

A a z

nem

neri expendunt Gutier. d. q. 13. ex num. 8. Bæza sup. num. 44. Humada in l. 2. gloss. 8. n. 1. tit. 21. part. 2. Otor. part. 2. cap. 5. num. 18. Joan. Garc. d. gloss. 18. num. 37. idemque agnovit Sarmient. sup. num. 2. ubi probat, diversum fuisse jus Italicum ab eo, quo nobiles Hispani gaudebant.

Ibi: *Ut in Wandalia contigit.*

Ita habetur in l. 17. tit. 14. lib. 6. Recop. & observat. Gutier. q. 14. num. 87. Otor. part. 3. cap. 19. num. 10.

Ibi: *Unde ad veram nobilitatem.*

126 De probatione nobilitatis pluribus differunt Gutier. Practicar. lib. 3. quæst. 14. per tot. Joan. Garc. sup. gloss. 7. Otor. part. 3. cap. 3. cum seqq. Guardiola de nobilit. cap. 30. Parlador. differ. 145. §. 2. D. Covar. obiter sup. lib. 1. cap. 16. num. 10. vers. Primò hinc, ubi nonnulla adjecimus. Ex quibus, excepto Garcia, constat quod ubi par est conditio nobilitatis, & plebeiorum quoad tributa, quia vel cuncti pendunt illa, aut exempti sunt, alii actus distinctivi probari debent, & si omnes penitus deficiant, per communem æstimationem nobilitas probabitur. Gutier. latè agens d. q. 14. à num. 6. Valenz. conf. 92. n. 137. tom. 1. Parlador. qui de communi testatur ubi nuper, & alii ex præcitat, qui edocent qualiter nobilitas per famam, sive opinionem hominum probetur, ac præ cæteris consulas Carvalho de utraque quarta, part. 1. n. 209. cum aliis.

Ibi: *Quod autem l. 3. tit. 21.*

p. 2.

127 Ex hac lege regnicolæ nostri observant inter nobilem, & hidalgum discrimen. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 24. num. 1. Gutier. eod. tract. cap. 93. num. 1. Otor. de nobilit. part. 2. cap. 2. nu. 4. Gregor. Lop. in d. l. 3. gloss. ult. ac diximus supra, lib. 2. cap. 1. num. 22. At de consuetudine ea nomina synonyma hodie sunt, ita ut hidalgus, nobilis vulgò nuncupetur, l. 13. tit. 2. lib. 6. Recop. Anton. Gom. in l. 69. Tauri, Parlador. l. different. 145. in princ. Bæza d. cap. 16. n. 86.

Ibi: *Nam etsi natus.*

128 Qui à patre generoso, & ignobili genitrice procreatur, nobilitatis numero adscribitur; nam quoad honorem partus paternam conditionem sortitur, l. 3. tit. 21. part. 2. l. 2. tit. 21. part. 4. l. 1. tit. 11. part. 7. l. Liberos 10. de Senator. l. 1. §. Qui ex duobus, ff. ad municipal. Gregor. Lop. in d. l. 1. part. gloss. 4. Anton. Gom. ubi proxime, Ant. Fab. jurispru. tit. 3. princip. 4. Sanch. & Otor. ubi nuper, Pichard. de nobilit. communic. n. 9. Carranz. de part. natur. cap. 3. §. 3. num. 14. & 15. Garc. sup. gloss. 1. num. 23. & gloss. 20. num. 11. & 20. Gutier. sup. Menoch. conf. 1122. n. 11. Osuald. ad Donell. lib. 2. cap. 20. lit. E. Quod verum est de filiis legitime natis; nam vulgò quæsi cum patre carere intelligantur, quoad originem & alia necessariò matris conditionem sequuntur, cap. Liberi 32. quæst. 4. l. Cum legitime 19. l. Vulgò 23. cum seqq. ff. de stat. homin. l. Partum 7. C. de rei vendicat. l. fin. tit. 13. l. 3. tit. 15. part. 4. Gloss. in cap. ult. de serv. non ordin. Greg. Lop. sup. Donell. lib. 2. cap. 10. & ibi Osuald. lit. G, Carranz. n. 3.

Arnold. Vin. in princip. Instit. de ingen. vers. Matre libera, Sanch. n. 8. in fin. Carvalho sup. n. 233. Verùm etsi mater nobilis sit, hujusmodi filii nobilitatis decore non gaudebunt, quoniam hæc per foeminas non communicatur, sed à patribus provenit. Gregor. Lop. d. gloss. 4. Villadieg. in Polit. cap. 2. num. 91. Adde Ulpian. fragm. tit. 5. §. 7. & tradita infra, n. 130.

Quoad statum verò libertatis, aut servitutis, 129 filii etiam legitimi maternæ conditionis efficiuntur. Exod. cap. 21. ibi: *Si dominus dederit ancillam suam in uxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi ejus erunt domini sui.* Et cap. ult. juncta Glossa ibi, de serv. non ordin. d. l. Partum, princip. Instit. de ingen. l. 2. tit. 21. part. 4. Ulpian. sup. §. 8. & tit. 3. §. 2. Anton. Gom. in l. 69. Tauri, num. 6. Sanch. n. 5. & 8. Donell. sup. Gutier. num. 5. Pichard. num. 12. & 14. Carranz. num. 13. Salian. Annal. tom. 2. an. 2544. num. 689. & 701. Plures hujus decisionis rationes tradit Sanch. n. 5. ex quibus illa magis arridet, quam reddit D. Thom. communiter receptus in quarto dist. 39. q. unic. art. 4. in corp. nempe quia proles corpus à matre tanquam ministrante materiam habet, quod servitus, vel libertas afficit: quare potius matris, quam patris status inspicitur. Eandem rationem amplectitur etiam Gutier. num. 5. quæ legali quodam discursu fulciri potest; nam filius, seculo Jure Civili, ad matrem videtur spectare, quæ nedum operam generationi dedit, sed etiam materiam exhibuit, l. lege XII. Tabul. in princ. C. de legitim. heredib. maximè si cum Galeno lib. 4. de usu partium, cap. 7. & ejus sequacibus sustineatur, quod foemina activè ad generandum concurrat, de quo supra lib. 2. cap. 8. num. 47. atque ita cum plus conferat mater, quam pater ad prolem, plus juris in ipsa habere debet, argumento textus in §. Cum ex aliena, in fin. Instit. de rer. divis.

Hæc sic se habent, nisi aliud lege aut consuetudine alicubi statutum reperiat adversus juris communis dispositionem, quod fieri posse competentum est (etsi aliqui inficiantur,) l. Lex naturæ 24. ff. de stat. homin. ubi Glossa verb. Specialiter, Gregor. Lop. in l. 3. gloss. 3. tit. 21. part. 2. Sanch. num. 9. Carranza num. 26. Gutier. num. 8. Pichard. latissime tract. de nobilit. communic. n. 13. 14. & 20. Hinc apud Longobardos viguit constitutio, de qua in cap. Liberi 32. q. 4. quam post Glossam & alios Sanch. num. 8. ita interpretatur, ut filii materna conditione censeantur; hoc enim significari voluit verbis illis: *Deteriorem partem.* Quæ interpretatio juvatur ex lege In multis 9. ff. de stat. homin. qua dicitur, in multis juris articulis deteriorem esse foeminarum, quam masculorum causam. Hinc etiam apud Romanos lex Mensia dimanavit, quæ iustum est, ut ex altero parente peregrino natus, peregrinus esset, sequutus patris, vel matris abjectam conditionem. Ulpian. tit. 5. §. 7. Rosin. de antiquit. Roman. lib. 8. cap. 2. vers. Mensia hæc. D. Nic. Ant. de exil. lib. 2. cap. 12. num. 8. Hinc in Lusitania patris, ac matris nobilitas in liberos æquè diffunditur ex regio Ordinamento lib. 5. tit. 92. §. 6. Joan. Carvalho de utraque quart. part. 1. num. 236. & 241. cum tam de jure communi, quam Castellano nobilitas à solo patre descendat, ut præmissimus num. 128. in fin. ac observant idem Carvalho cum pluribus num. 230. & 231. Giurba de statut. cap. 1. gloss. 7. nu. 49. nu. 1. Tiraquell. de nobilit. cap. 18. à num. 20. Chassan. in catalog. glor. mundi, part. 8. confid. 8. Sarmient. Selectar. lib. 1. cap. ult. num. 5. Unde rejiciendi sunt qui arbitrantur, lege fieri non

non posse, ut filius quoad honores matris conditionem fortietur, quos laudant Carvalho n. 235. Sanch. d. lib. 7. disp. 24. n. 2. Aliis etiam exemplis eam resolutionem illustrat Pichardus ubi proximè.

131 Quod autem diximus supra, num. 128. filios extra matrimonium susceptos nobilitatis fore incapaces; quoad jus commune omnino verum est, & probant jura ibi citata: at de jure nostro regio naturales liberi ex patre generoso nobiles habentur, ut cum nonnullis adnotavimus lib. 2. cap. 1. nu. 23: quibus junges Sanch. d. disp. 24. num. 1. Orator. de nobilit. part. 2. cap. 3. num. 3. Castill. controvers. tom. 4. cap. 22. num. 152. Garc. gloss. 1. num. 46. & 47. ubi quid si pater ex privilegio gaudeat nobilitate? Phœb. decis. 55. n. 16. Spin. de testam. gloss. 16. num. 24. Carvalho num. 244. & 245. Diaz de Mena variar. lib. 1. q. 16. num. 9. Gamma decis. 312. n. 4. Carranza supra, n. 18. Idemque esse jure Lusitano ex Reg. Ordin. d. tit. 92. §. 4. & 5. tenet Carvalho num. 245. & num. seq. quod etiam matris generositate decorantur, quanquam de jure communi nec materno genere decorentur, quod satis constat ex præmissis num. 128. & 130. Sunt autem plurimi, qui naturalibus liberis paternam denegant nobilitatem, videndi apud Carvalho numer. 243. quibus accedit Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 47. sed illi de jure communi loquuti sunt, secundum quod naturalibus liberis paterna nobilitas non communicatur: quod discrimen inter leges Imperatorum, & nostras advertunt Gregor. Lop. in l. 1. glos. 4. tit. II. p. 7. Sanch. Carranz. & Carvalho ubi proximè. Et prædicta de nobilitate filii naturalis obtinebunt, etsi mater ignobilis extiterit. Ant. Gom. in l. 79. Tauri, numer. 6. Quis autem hodie filius naturalis censetur, assertum est supra, lib. 2. cap. 1. num. 23. Quondam verò ex l. 1. tit. II. part. 7. aliter juxta jus commune definitum erat. Objici solet lex 3. tit. 15. part. 4. quæ liberis vulgò quæsitis honores patris indistinctè adimit, quæ constitutio cum generalis sit, restringi debet ex d. l. 1. Partit. de quarum conciliatione agunt Sanch. sup. Gutier. de matrim. cap. 93. num. 2.

132 Adeo verum est, quod proximè cum Anton. Gomez. asseruimus, scilicet filium naturalem potiri patris nobilitate, etsi genitrix illà careat, ut belle quærat Sanch. sup. num. 3. an à nobili viro ex ancilla susceptus ad nobilitatem valeat pervenire? Et num. 4. æquitate, ac pietate ductus resolvit, quod si manumittatur, pariter splendorem nobilitatis, & libertatis nanciscetur, cui non absque formidine assentitur Gutier. d. cap. 93. n. 4. At Carranza supra, d. §. 3. ex num. 19. pluribus oppositum tuetur, quod juri magis convenit; neque enim verisimile est, quod lex Partitæ: quæ naturalibus filiis nobilitatem paternam indulset, eis prospexerit, quos nascentes jugum servitutis compressit: nec rationi consentaneum videtur, quod eodem instanti ex servili statu quis in nobilium numerum transferatur beneficio domini, qui fortè plebeius sit, unde manumissus melioris esset conditionis quàm patronus. Hæc comprobant lex 20. tit. II. lib. 2. lex 2. tit. 2. lib. 6. Recopilat. quibus stabilitur, ne legitimated Principis rescripto gaudeant paterna immunitate, quæ hidalgi in Hispania potiuntur, si ante legitimationem cum ignobilibus contribuere tenebantur. Si igitur spurii legitimated non prodest ad nobilitatem paternam assequendam, multò minùs servis manumissio præstabit, & sic usù receptum videtur.

Ibi: *Matris tamen ignobilitas tenebras offundit filiis.*

Quoad communem hominum æstimationem 133 proli quantumcunque paterno sanguine conspiciæ sordida, vel egregia progenies genitricis non parum splendoris, aut dedecoris affert. Genes. c. 21. ibi: *Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* l. 1. ibi: *E los hijos que de ella nacieren, seran mas honrados.* Et l. 2. tit. 6. ibi: *La tercera, porque seyendo ella honrada, seran los hijos que della ovieren mas honrados, é mas nobles.* Et l. 3. vers. *Otro si,* tit. 21. p. 2. Aristot. lib. 1. Rhetor. cap. 5. Sarmient. Selectar. lib. 1. cap. ult. num. 5. Orator. part. 2. c. 21. num. 6. Nevizan. Sylv. nupt. lib. 2. num. 26. Carvalho sup. num. 238. Azeved. in l. 1. num. 67. tit. 2. lib. 6. Recop. Pichard. de nobil. communic. num. 14. Giurb. de statut. cap. 1. gloss. 7. part. 1. num. 49. Turturet. de nobilit. gentilitia. lib. 1. cap. 6. Virgil. Æneid. 12.

— Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebas.
Ovid. Metamorph. lib. 13.
Eþ quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus est in utroque parente.
Idem Fastor. lib. 1.
Hinc fuit Evander, qui quanquam clarus utroque;
Nobilior sacre sanguine matris erat.
Papinius eximius poëta, quem dat Pichard. ubi nuper, lepidè cecinit lib. 3. Sylvar.
Sed quicquid patris cessatum est sanguine mater
Reddidit, obscurumque latus clarescere vidit
Connubio garisa domus.

Nobilitas enim sanguinis, qua ad virtutem trahimur, etiam à matre in filios influit, ut colligitur ex dictis supra, num. 129. & Pichard. Sarmient. & alii ex præcitatæ observant; unde matres sibi similes edere solent. Tiraq. de legib. connubial. l. 7. num. 7. Gomez. in princip. n. 38. Instit. de actionib. Nevizan. sup. numer. 115. Grammat. decis. 18. num. 3. Unde in Lusitania utriusque parentis genus prolem illustrat, ut adnotatum est num. 130. & ubi nobilitas civilis, seu legalis solum à patre descendit, sæpe quoties probitas, aut dignitas personarum maxime requiritur, utrinque generositas postulat, sicut apparet ex traditis à Pichard. d. num. 14. ex legibus Partitarum, quas memoravimus sup. lib. 2. cap. 1. num. 123. sic statuta Ordinum Militarium nobilitatem matris etiam deponunt, ut ex eorum constitutionibus constat. Similis consuetudo in Argentina Ecclesia obtinebat, cap. Venerabilis 37. §. 1. de præbend. Quapropter lex 3. tit. 21. part. 2. nobilem esse negat, quem pater generosus, & ignobilis mater procreavit, de quo sup. n. 127.

Leges tamen Romanorum, & nostræ nobilitatem à patre ad filios descendere statuerunt, & non à matre; quia vir est nobilior principium ob sexus excellentiam, & causa efficiens, ac magis principalis generationis (cum juxta veriore, ac receptiorem sententiam, ipse solus activè ad generationem concurrat, ut ex Aristotele, & aliis tradidimus supra, lib. 2. cap. 8. num. 47.) Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 24. num. 1. Ad hæc ubi matrimonium intervenit, maritus caput est familiæ, & uxoris, quæ sub ipsius potestate à Deo est constituta. Genes. cap. 3. ibi: *Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Et l. ult. tit. 3. lib. 6. Recop. ac initio Romanæ Reipublicæ ideam moris fuit teste Tacito lib. 13. posteaque solebant uxores in ma-

num virorum convenire, per quod eorundem potestati subiciebantur. Ulpian. *tit. 22. §. 12. tit. 23. §. 2.* Retes cum pluribus *opusculor. lib. 1. cap. 4. num. 10. & lib. 6. cap. 10. num. 5.* Oroz. late *de apicib. jur. lib. 5. cap. 13. num. 10.* Arnold. Vin. *in §. ult. Instis. de par. potest.* Inde effectum est, ut à marito ceu fonte & capite, in filios honorum, & nobilitatis splendor, neglecta matris conditione diffundatur, quem & uxor ipsa participat, ita ut ejusdem fortis quoad matrimonium constiterit, omnino efficiatur, de quo *foecundo calamo* scribit Pichard. *sup. à num. 15. ad 42.* quod egregie declaratur *l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopil. ubi Azeved.*

Ibi: *Cæterum ubi nobilitatis conditio.*

135 Quis jure communi nobilis censeatur, pluribus tradunt Tiraquell. *de nobilit. cap. 4.* Carvalho *tract. de utraque quart. part. 1. à num. 129.* Sarmient. *Selectar. lib. 1. cap. ult.* secundum quod nobilis est, qui à patre generoso, & matre ignobili procreatur, ut mox D. Covar. prædocuit, & observatum est supra, *num. 128.* Sed quoad jus Regium Hispaniæ: is cujus genus ex parte matris claudicat, hidalgo quidem dicitur, sed non nobilis, *l. 3. tit. 21. part. 2.* & prænotavimus *n. 127.* & quoad nobilitatem standum est loci cujusque legibus, statutis, ac consuetudini: quapropter in arbitrio judicis esse quis sit nobilis, post alios scripsit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 673.* Tamen attento communi usu loquendi, ac consuetudine, quæ hodie viget in Hispania, nobilis dicitur, & habetur ad omnia quæ nobilibus competunt, ille cujus pater nobilitate insignitur, etsi genitrix plebeia sit, nisi specialiter nobilitas utrimque postuletur, sicut in statutis Ordinum militarium, quod & animadvertimus *d. num. 127.*

136 Ad quam consuetudinem respicere videtur Mieres *de majorat. part. 1. quest. 51. ex num. 57.* ubi postquam constituit, non adimpleri conditionem ducendæ uxoris nobilis primogenio adjectam, si vocatus legitime jungatur hidalgo ex parte patris duntaxat, *num. 61.* subjunxit, id fallere cum ex consuetudine nobilis pro hidalgo promiscue usurpatur in aliqua regione. Eandem doctrinam amplectitur Sanch. *de matrimonio, lib. 1. disput. 34. num. 40.* Addit. ad Molin. *lib. 2. cap. 13. sub num. 29.* ubi indistinctè dicitur, quod sufficit nobilitas ex parte patris, & sic in praxi observandum existimo.

137 Sed præmissa sic debent temperari, ut non omnis hidalgo sit nobilis; nam nec in Hispania nunc nobilium numero adscribitur, qui sanguinis generositate decoratur, si publicè artem mechanicam, aut officium vile exercuerit, aliudve faciat, per quod nobilitatis prærogativis reddatur indignus, *l. ult. tit. 21. part. 2. l. 3. tit. 1. lib. 6. Recopil.* qui sanè ab honoribus, & dignitatibus nobilitatum communiter remonentur, ut praxi receptum est, sed nihilominus gaudent & hidalgi hujusmodi opifices immunitate à tributis, ad quæ plebei astringuntur. Ita D. Covar. *Præct. cap. 19. num. 7.* cui assentiuntur plurimi tenentes absolute nobilitatis privilegiis privari opifices, & alios clarum sanguinem suum ita deturpantes, quos congerit Gutier. *Præct. lib. 3. quest. 13. num. 96.* qui tamen contra D. Covar. sentit: sed nostri Antistitis sententia viget in hac Curia;

nam munera quædam publica, quæ Nobilitati deferuntur, & ea obtinentes vulgò *feles* vocantur, opificibus, & similibus etiam hidalgo non præstantur. Inde rectè Sarmient. *suprà d. cap. ult. num. 3.* inquit, non esse nobilem hidalgo ex eo solo, quod à tributis exemptus sit, sed fore probandos etiam alios actus distinctivos nobilitatis: quod præmissis aperte convenit. Ad quæ omnia videndus est Tiraquell. *de nobilit. à cap. 27.*

Illud non omittendum duximus, quod adeò **138** matris conditio in Hispania non officit nobilitati politicæ, de qua agimus, ut filius descendens à radice infecta Hebræorum ex parte matris, gaudeat paterna nobilitate: quod secus foret, si talis macula à patre proveniret, & sic praxi receptum est. Gutier. *sup. quest. 14. num. 99.* Otalor. *part. 2. part. 3. princip. cap. 7.* Garcia *gloss. 7. num. 19.*

Ibi: *His verò adnotatis, mihi potius probatur.*

Vide notata supra, *num. 124.* In legibus novæ compilationis non *hidalgo*, sed *hijodalgo*, nobilis nuncupatur, ut *sub tit. 11. lib. 2. tit. 2. & 3. lib. 6. Recopilat.* In Partitis promiscue ea verba usurpantur, *l. 3. tit. 21. par. 2.* quod & vulgò receptum est, & ita hodie utimur.

Ibi: *Extat & hic modus dicendi.*

Etiam supersunt hodie apud nos quidam dicendi modi similes, veluti cum quemquam despectui habere volumus, dicere solemus, *Como si fuese alguien, Parece alguien, Pense que era alguien:* in his verbum *Alguien*, stat pro persona nobili, aut egregia. **139**

Verf. *Fortassis liberis ante Casarem.*

Hæc D. Covarruv. animadversio referenda est **140** ad locum Suetonii, quem dedimus *sup. num. 103.* Sed non constat, quod Augustus aliquid de novo induxerit circa tribus libertis denegandas, sed quod antea stabilitum erat, exequi decrevit, atque ita tenendum est, etiam ante Augustum ex manumissione libertos in tribus non referri, nisi id emeretur, aut aliter compararetur, ut planè ex Scævola in nostra lege *Patronus* probatur.

Ad Num. 12.

Cum supra, *ex num. 106.* asseruerimus legatum **141** tribus à legato tessera longè diversum esse, paritatem quam D. Covarr. inter utrumque constituit, consequenter rejicere compellimur: quapropter aliqui casus nobis sunt distinguendi, supponendo quod legatum tribus, ut traditum est *num. 108.* in quantitate non consistit, & est non certæ speciei, sed generis, ejus tamen qualitatis, ut multiplicari in eadem persona non possit: neque enim aliquis in duabus tribubus suffragium ferre permittebatur, ut notum est.

Primus est casus, cum testator ignorans re- **142** liquit tribum emendam ei, qui jam eam habebat: & legatum minimè debetur ex præsumpta legantis voluntate, qui creditur non legasse tribum, si cognosceret eam esse legatario, argumento

mento legis *Fideicommissa* II. §. *Si servo*, ff. de legat. 3. Glossa in l. *Mortuo bove* 50. §. i. ff. de legat. 2. tribuli enim tribus acquiri non potest. Secundus, si sciens tale legatum tribuli relinqueret decedens, & deberetur æstimatio; etsi tribus dari non possit, d. §. *Si vero*, in fin. l. *Filiusfamilias* 117. §. *Si quid alicui*, ff. de legat. 1. Nec hoc adversatur regulæ legis *Proprias* 13. C. de legat. quæ procedit in legato certæ speciei, tribus autem in genere legata fuit.

143 Tertius est casus; de quo in l. *Titia Seio* 89. ff. de legat. 2. nam etsi libertus etiam ex causa lucrativa tribum consequeretur; vivo patrono, in specie legis *Patronus*, de qua agimus, tribus pretium hæres solvere teneretur, non quia legatum istud in quantitate consistat, ut de tessera inquit *Consultus* in d. l. *Titia*, sed quoniam est generis, in quo minimè locum obtinet juris prohibitio, ne duæ causæ lucrativæ concurrant, de qua in l. *Si servus* III. §. *Stichum*, ff. de legat. 1. l. *Mævius* 68. §. 1. ff. de legat. 2. §. *Si res aliena*; *Instit. eod.* quæ ad legatum generis; quale tribus est, non spectat; sed cum certa species; & quæ ad oculum possit demonstrari, relinquitur, d. l. *Mævius*, §. 1. *Donell. lib. 16. cap. 5. Oroz. de apicib. jur. lib. 4. cap. 13. num. 10. Arnold. Vin. in d. §. Si res aliena, num. 2. Retes opusc. lib. 7. cap. 6. num. 22.* Quartus casus erit, si ex causa onerosa libertus tribum quæserit, & æstimatio procul dubio debetur, l. *Planè* 34. §. *Quod si rem*, ff. de legat. 1. & per alia jura proxime adducta, D. *Covar. in præsent. Vin. sup. n. 1. vers. Ex causa*, Ant. *Gom. var. lib. 1. cap. 12. n. 16. in fin.* Ex quibus observa in hoc & præcedenti casu nihil referre, an vivente, vel mortuo testatore rem compareret legatarius.

144 Quintus sit casus; si libertus obiret vivo testatore: & olim quidem caducum fiebat legatum; & quod veteres in causa caduci dixerunt, hodie hæredi relinqueretur, l. *unica*, §. *Et cum triplici*, §. *Pro secundo*, C. de caduc. tollend. Sextus desumitur ex d. l. *Mortuo bove*, §. i. cum libertus, extincto jam testatore, ante hæredis mortem universæ carnis viam ingressus est: in qua specie idem videtur de tribu, quod de militia & tessera in d. §. 1. respondit Paulus, nempe æstimationem liberti successori præstandam, non ea ratione, quæ in textu traditur; ipsa enim fortè legato tribus non ita congruit, de quo non disputo; sed ex l. *Filiusfamilias* 117. §. *Si quid alicui* ff. de legat. 1. ibi: *Si quid alicui licitè fuerit relictum, vel jus aliquod, quod ipse quidem propter corporis sui vitium, vel propter qualitatem relicti, vel aliam quamcunque probabilem causam habere non potuit, alius tamen hoc habere potuit, quanti solet comparari, tantam æstimationem accipiet.* Cum ergo libertus præventus morte non potuerit tribum sibi licitè relictam accipere, æstimatio illi deberetur ab ultimo vitæ instanti; quo certum esse cœpit; tribum ei emi non posse, quare illam ad suum transfert successorem. At meminisse oportet dictæ legis unicæ, §. *Cum igitur*, & §. *In novissimo*; nam si ante apertas tabulas legatarius decedebat, legatum fiebat caducum, quod Justinianus sustulit.

145 Ultimus casus proponitur à Scævola in lege *Patronus* 34. ff. de legat. 3. de cujus interpretatione agimus; nam libertus rebus humanis exemptus est postquam hæres mortem commiserat: & æstimationem deberi hæredi ejus, decidit *Consultus*, qui meminit moræ, non quia ipsa opus foret, ut æstimatio deberetur, sed propter emolumenta tri-

bus, quæ libertus ob mortem non perceperat. Ex quibus colligitur, quod etsi aliàs legatum tribus à legato tessera secernatur, tamen quoad acquisitionem; & transmissionem similia sunt, atque ita idem in præmissis casibus de tessera videtur respondendum:

Ibi: *Idem erit etsi libertus nondum.*

Hic est tertius casus, de quo supra, numero 143.

Ibi: *Idem est, si ex causa onerosa.*

Ita pænotatum est supra, num. 143. versic. *Quartus casus.*

Ibi: *Sic sanè idem respondendum.*

Vide supra; num. 142. etenim si tribus, vel tessera post testamentum acquiratur, nil scientia; aut ignorantia testatoris interest: secus si ante; prout ibi distinximus:

Ibi: *Unde apparet nihil referre.*

Quod acquisitionem, ac transmissionem ita verum est, ut adnotavimus num. 145. in fine: quoad alia multum inter tribum, & tesseram legatam interest. Vide n. 108.

Ibi: *Deinde apparet Bart. & alios.*

In quibus est Glossa verb. *Tessera*; in l. *Sed* 148. *etsi* 52. §. 1. ff. de judic. & alibi non semel. Quid autem tessera sit, quidque legato tessera contineatur, constat ex dictis supra, num. 104. cum seqq. Tamen licet legatum tessera frumentariæ non sit legatum frumenti, sed juris vitalitii ad illud ex publico percipiendum, quod sanè ab ipsiis pensionibus frumentariis distinguitur, ut in simili assertum est supra, lib. 2. cap. 6. num. 35: posset quodammodo; effectu perpenso, legatum tessera frumentarium dici, cum omnis ejus utilitas in frumento consistat; cui maximè adstri-pulatur doctrina Card. de Lugo; quam tradidimus d. cap. 7. num. 36.

Ibi: *Primum etenim sequeretur.*

D. *Covar.* hoc discrimen constituit inter legatum tessera frumentariæ, & frumentum relictum; quod in illo æstimatio potius censetur relicta, ex l. *Mortuo bove* 50. §. 1. *Titia Seio* 89. ff. de legat. 2. quia tessera præstari ab hærede non potest, nisi à Principe, vel Republica ipsam comparaverit: at cum frumentum legatur, ipsum debetur, non pretium ejus, l. 2. ff. de vin. trit. & ol. legat. Sed distinctio hæc dubia redditur ex eo, quod legata tessera, ipsa est quæ principaliter debetur; & in subsidium solvitur æstimatio; cum illa ratione aliqua præstari non potest, ex regula legis *Non dubium*. 14. §. ult. ff. de legat. 3. & aliorum jurtium; quæ congerit *Oroz. de apicibus jur. lib. 1. cap. 4. num. 11. & cap. 7. num. 15.* quæ æquè tessera; ac aliis rebus alienis legatis convenit; quare hæres tenetur eam comparare præcisè, ac tradere legatario; & si eam habere nequeat, æstimationem solvendo liberabitur: quod planè constat ex l. *Sed etsi susceperit* 52. §. 1. ff. de judic. ubi legatis tesseris, necessariò legatum Romæ peten-

tendum est, quia illæ alibi præstari non poterant, alioqui si æstimatio deberetur, agendum foret ubi major pars hæreditatis reperiretur: & ita docet Glossa in dicta lege Titia, verb. Magis, quod hæres cogitur tesseram emere, si possit. Idem fulcitur ex l. fideicommissa II. §. Si servo, ff. de legat. 3. in qua Consultus perpendit militiam ipsam, quæ legata est, non æstimationem: nam quoad istam nil referret, an esset servus, cui militia emi jubebatur, aut quod testator conditionem ejus cognoverit, aut ignoraverit, ut fideicommissum deberetur, ut per se notum est. Hoc quod de tessera præmissum est, ad legatum frumenti pariter spectat, etenim ut in dicta lege 2. dicitur, hæres illud emere cogitur; sed si id non invenerit, quia forte in regione non colligitur, aut dominus pretium nimium exegerit, soluta æstimatione, ille liberabitur. Nec quia tessera à Republica vel Principe esset emenda, non ipsa, sed æstimatio legata censebitur, alias quoties res aliena relinquitur, diceretur pretium legatum, quia hæres nisi eam quærat, solve non valet, dicta lege Non dubium, §. ultimo, dicto §. Si res aliena: quod nullus admittet, alioqui res aliena extincta, quæ legata est, non liberaretur hæres, prout liberatur, §. Si res legata, Institut. de legatis. Nec distinguendum est quasi aliud sit emere à privato, & aliud à Principe; quia ubi res venalis est, nihil interest: præterquam quod supra, num. 107. assertum est, tesseras à privatis vendi, non à Principe, vel Republica. Ex quibus deducitur, quod sicut legato frumento, ipsum est quod debetur principaliter, non æstimatio: ita ubi tessera relinquitur, idem tenendum erit.

148 Nec adversatur Paulus in dicta lege Mortuo bove, §. I. ubi ait, æstimationem legatam videri, si tessera, vel militia relinquatur; quia non abs re usus est verbo Videtur, quod indicat improprietatem, & quod seculo eo casu aut simili, tessera ipsa verè legato continetur, argumento legis Qui actionem 15. juncta Glossa ibi, Non videtur 13. ubi Rævard. ff. de reg. jur. l. 3. §. ult. in fin. ff. quibus ex caus. in possess. eat. l. Scriptorios 16. C. de testam. milit. & ibi Gothofred. Joan. Daut. de testament. num. 114. & alii, quos dat Oroz. de apicibus jur. lib. 4. cap. 4. num. 6. Quare in d. l. Titia Seio, comparative inquit, legatum tesserae magis in quantitate, quam in corpore consistere, ut rectè Accursius observavit ibi. Ex quibus fit, ut quamvis quoad transmissionem, & acquisitionem, legatam tessera censeatur æstimatio legata, quia in effectu quantitas relicta est, nempe frumentum; quoad alios tamen juris effectus, veluti ut compellatur hæres emere, tesserae ipsius tanquam corporis ratio habetur, ut ex præmissis numero proximo apparet.

Ibi: Siquidem aliter haberi non potest.

De tribu procul dubio verum est, per quam jus civitatis conferebatur plenissimum. Vide supra, num. 102. De tessera frumentaria num. à privato vendi possit? Lege superius tradita, num. 107. quæ cum nemine duce per discursum induxerimus, facile alterius rectius sentientis iudicio subjiciemus.

Verf. Que quidem tribus.

Quoad tribum planè procedit: quoad tesseram potest ambigi, perpensis iis quæ tradidimus num. 107.

Ibi: Secundo sequeretur.

Rectè D. Covarruv. advertit, inepta enim 149 esset dubitatio in utroque textu, si simpliciter frumentum, aut vas ad metiendum esset relictum: sed quia jus personale legatum est, quod à frumento percipiendo distinguitur, ut assertum est num. 146. ambiguitati locus fuit. Præterea est & altera ratio dubitandi in d. l. Mortuo bove, §. I. quia videbatur tessera frumentaria quasi alimentorum nomine data, quæ mortuo legatario non debebantur. Alioque si nullum existeret dubium, ut quid lex, quæ debet pro aliqua dubitatione tollenda deservire? l. Quod Labeo 9. ff. de Carbonian. edict. l. I. in fin. ff. ad municip. Gloss. verb. De eo, in d. l. Quod Labeo, Argel. de legitim. contradiç. quest. 20. num. 44. Cævall. commun. quest. 780. num. 87. Sed sunt plura jura, in quibus quoad juris quæstionem difficultate, seu dubio omnino carent: tamen cum interrogantes jurisprudentiæ ignari ambigerent, consulebant Consultos, qui de jure aperto, & indubitabili responderunt. Ita Bart. in l. Ubi cumque, num. 10. versic. Ultimo opponitur, ff. de interrogator. action. quem refert, ac sequitur Menoch. conf. 197. num. 60. ubi leges expendit. Adde Olan. Paralipom. lib. 2. cap. 10. num. 31. & 32.

Ibi: Practicus ergo observabit.

Quæ militiæ apud Romanos fuerint venales, 150 asseruimus supra, lib. 2. cap. 19. num. 61. & 62. Sunt in Indiis Occidentalibus munera haud pauca, quæ autoritate Regia vaneunt, in quibus hæc omnia concurrunt, & huic militiæ adscribi possunt; pleraque versantur circa administrationem, & custodiam patrimonii regii, & eis fungentes vulgo dicuntur Officiales Reales, & qui ab his & aliis rationes exigunt, vulgò Contadores, similiter ad eandem militiam pertinent: quod hac tempestate cogentibus publicis necessitatibus inductum est; olim enim gratis Rex officia hujusmodi concedebat. Solent tamen pretio comparari, quod ista munera perpetuò in familia emptoris permaneant.

Ad Num. 13.

Potest dici, Scævola meminisse viri clarissimi, 151 quia sic contigit, non propter specialem rationem, quæ in eo reperiretur; etenim si civis Romanus foret, jusque suffragii obtineret, illi tribus inutilis prorsus erat, nec posset comparari. At dubium est, si hæres liberti ejusdem esset conditionis, nec in tribus relatus, an illi necessariò tribus emi deberet, vel successor patroni, æstimatione præstita, liberaretur? Et negativè respondendum videtur, argumento legis Qui usum fructum 43. §. fin. in fin. ff. de usufruct. l. Si usufructus 6. ff. de usufruct. legat. juncta Glossa in l. Quæsitum 44. ff. de usufruct. Et rationem, quam reddit Pomponius in dicta lege Si usufructus, æquè convenit casui, de quo agimus; alia enim tribus esset, quæ emenda erat liberto ex voluntate testatoris, & alia quæ compara-

retur liberti successori Quare æstimatio cum utilitate tribus, sicut decidit Scævola, cuique liberti hæredi deberetur, maximè cum in emptione tribus, cum jus sit vitalitium, ratio ætatis ejus; cui comparabatur, habenda foret, ut colligitur ex *l. Hereditatum* 68. ff. ad leg. Falcid. Vide tamen D. Covarruv. *infra*, *versic. Respondi deberi.*

Ibi: *Verum ipse in hoc responso.*

152 Est animadvertendum, quod Magistratus populi Romani, qui majores vocabantur, de quibus latè Rosin. *de antiquitat. Roman. lib. 7. cap. 2. cum sequentibus*, ordinem quemdam, ac distinctionem inter se habuerunt, ita ut alii aliis præferrentur, *authen. de appellation. §. Similique modo, collat. 4.* quare diversis nominibus singuli dignitatum gradus decorabantur, erant enim Magistratus superillustres, illustres, spectabiles, ac clarissimi. Glossa verbo *Tribuuntur*, in *l. 1. ff. de offic. ejus.* Glossa verbo *Magnificentissimos*, in *authen. Ut ab illustribus, collatione 5.* de quo latè per Menoch. *de arbitrar. casu* 68. Petr. Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 47. cap. 12. d. num. 11.* Calfiodor. *lib. 6. variarum speculat. part. 1. lib. 1. tit. de jurisdict. omnium judic. Alciat. dispunctio. lib. 3. cap. 4.* Joan. de Platea in *l. 2. C. de comitibus rei milit. lib. 12. & in lege unica, Cod. de comitibus, qui provinc. reg. eodem lib.* Ex quibus constat clarissimos fuisse Magistratus majores infimi ordinis, ut provinciarum Præsides, *l. 1. Cod. de privat. carceribus, l. fin. §. ult. Cod. ad l. Jul. de vi*, Glossa verbo *Spectabiles*, in *dicto §. Similique modo*, & aliæ Glossæ, ac DD. proximè laudati. Sed clarissimatus dignitatem generalem esse, omnibusque Magistratibus convenire, scripsit Dec. in *l. 1. num. 21. ff. de offic. ejus*: quod verum est quatenus ipsi munere nobilitantur, ut statim tradetur.

Ibi: *Siquidem Senatores Romæ clarissimi erant.*

153 Utrum Senatores Romani superillustres, illustres, aut clarissimi fuerint, fusè disputat Menoch. *sup. d. numero 20.* qui aliquando illustres & superillustres, aliquando clarissimos duntaxat fuisse resolvit, prout Senatus magis, aut minus autoritate pro temporum varietate fungebatur. Quid de Senatoribus, ac Consiliariis Principum hodie? idem edocet Menoch. *num. 32. cum aliis.*

Ibi: *Sed & præter hos.*

154 Hic observandum est ex Menoch. *num. 51.* quod obtinentes ornamenta, & prærogativas alicujus dignitatis, efficiebantur clarissimi, quamquam dignitas illa ex illustribus sit. Sic. in *l. 3. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12.* Comitibus primatum dispositionum honor consularis tribuitur, quos clarissimos esse asserit Menoch. etsi Consules illustres prædocuerit. Aliud enim est, quid esse tale, & aliud haberi pro tali, prout diximus *suprà, lib. 3. cap. 11. n. 35.*

Ibi: *Dicebantur & olim clarissimi.*

Verbum *Clarissimi*, latè sumptum nobiles omnes complectitur, *l. Femine 8. juncta Glossa ibi, verb. Clarissimi, ff. de Senatoribus*, quo sensu accipiendum est in nostra lege *Patronus*; nam cuilibet nobili convenit, quod de clarissimo hærede liberti decisum est, cum tribu non egeat. Cum autem nobilitate decorati clarissimi essent, ideo filii Senatorum, ac clarissimorum Magistratum clarissimi vocabantur; nobiles etenim Romæ habebantur, qui majorum suorum imagines domi habere permittebantur: imagines verò collocabantur duntaxat eorum, qui Magistratum aliquem ex majoribus gesserant, de quo legas Rosin. *lib. 1. cap. 19.* ubi quod appellabantur novi, qui non antecessorum, sed proprias imagines habebant: reliqui ignobiles. Adde Larreategui *selectar. disp. lib. 8. cap. 5. numer. 11.* Gothofred. in *l. 5. ff. de curator. furios.* Glossa in *l. Speciosas 100. ff. de verbor. significat.* quæ imagines in prima ædium parte cum titulus suis constituebantur, ut successores aspectu egregiorum parentum, ad illorum invitarentur virtutes. Rosin *sup. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 8.* Earumque imaginum meminit lex; *Lex quæ tutores, §. Nec verò domum*, ibi: *Majorum imagines, C. de administ. tutor.*

Ibi: *Quod clarissimi forent incapaces.*

Extra dubium est, quod clarissimi, five nobiles tribum legatam acquirere non poterant, cum pro sua conditione plenum jus civitatis cum latione suffragii obtinerent, forentque in tribubus descripti, ita ut tale jus nec per censores illis auferri possit, quamquam aliud in plebeis servaretur. Rosin. *lib. 6. cap. 10. vers. Neque tamen.* Habenti autem tribum alia præstari nequibat, nullus enim in duplicem tribum, aut bis in eandem referri permittebatur, sicut nec duplex suffragium ferre, ut D. Covar. adnotat *suprà, num. 12. in fin.*

Ibi: *Suffragium tamen in eligendis Magistratibus.*

Quod clarissimi in creatione Magistratum jus suffragii non haberent, dubium videtur, nec ab aliquo observatum legimus, imò contrarium colligitur ex generalitate, qua de suffragiis ferendis ad constituendos magistratus loquitur Rosin. *d. lib. 6. cap. 4. vers. De iis autem, & cap. 10. vers. Hactenus igitur, & cap. 17. vers. Omnibus civibus.* Sed ignominie tribuebatur, si quis à latione suffragii arceretur. Rosin. *d. cap. 17. versic. Neque tamen.*

Ibi: *Neque ex Reipublicæ, aut Principum largitione.*

D. Covar. consequenter ad ea, quæ prædocuit *sup. n. 12.* promiscue de tribu, ac de tessera verba facit: sed inter eas discriminis haud parum reperiri ostendimus *n. 105.* Quod autem tessera frumentaria plebeis tantum præberi soleret, deducitur ex Sueton. in *August. cap. 40.* dum inquit: *Ac ne plebs frumentationum causâ frequentius à negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensium tesseras dare destinavit.*

159 De largitionibus Imperatorum, qui cum ipsis libebat, opiparis epulis, ac pecuniarum erogatione se magnificos ostentabant, ut populum sibi allicerent, agit Salian. *anno mundi 4002. in fin. & anno 4064. n. 7. tom. 6.* Aliud fortè dici posset, maxime perpenſis iis, quæ de missilibus D. Covar. hic refert, inter quæ ac donativa Imperatorum, seu congiaria nulla differentie ratio excogitari potest. Nec contrarium suadetur ex responſo Scævola in nostra lege *Patronus*: dubium enim secundum de imperialibus liberalitatibus non versatur circa personam clarissimi, propter ejus incapacitatem; sed ambigebatur, an æstimationis usuræ, vel tribus commoda deberentur ob moram, quod in nomine cujusque conditionis, qui liberto successisset, similiter dubitaretur.

Ibi: Sic sanè dubium erat.

160 Si vera sunt quæ supra, numer. 151. adnotavimus, aliunde ratio dubitandi in textu nostro proveniebat, scilicet quia si statim juxta voluntatem patroni tribus emeretur liberto hæredi suo, hic non pretium tribus, sed tantum utilitatem imperialium largitionum, & alia commoda relinqueret, cum jus suffragii personale esset, quod cum persona extinguatur, pecuniâ pro eo solutâ penes Principem, vel Rempubl. cam venditricem permanente, quod compertum est, ac observat D. Covar. *sup. num. 12. in fin.* tamen cum propter moram successoris patroni libertus jure suffragii ac pleno jure civitatis potius non est, æstimationem tribus, quæ emptâ non est, ad proprium tranſtulit successorem, quibus junges tradita *num. 108.*

161 Multò minus ratio dubitandi ad posteriorem nostræ decisionis partem respexit personam hæredis liberti; idem enim dubium emergeret in alio quovis, etiam plebeio successore. Et quidem videbatur deberi usuras æstimationis tribus, cum illa censeretur legata, ut in tessera respondit Paulus *in lege Mortuo bove 50. §. 1. l. Titia Seio 89. ff. de legat. 2.* at contra Scævola resolvit, quia non pretium tribus, sed ipsa relicta fuit, ideoque non usuræ, sed commoda tribus, ut fructus ejus, tribuuntur liberti successori. Adde quæ præmissimus *num. 108.*

Verſ. Responderi deberi.

162 Huc spectant permiffa numer. 151. quæ fortè cum D. Covarruv. possent limitari ex voluntate testatoris in hærede filio liberti, de quo tamen dubito: sed si talis limitatio admittatur, obtinebit, cum filius liberti similiter fuerit manumissus. Quapropter sicut pater tribu careret, alioquin si à liberto manumisso genitus sit, inutilis ei foret alia tribus, cum civis Romanus cum pleno jure civitatis nasceretur, nisi matris conditio obſistat; omnes enim qui nativitate cives Romani erant, in tribus referebantur. Olan. *in suo Paralipom. lib. 5. cap. 12. num. 10. & 23.*

Ad Num. 14.

163 Pro intellectu doctrinæ Bartoli, hujusque loci elucidatione admonendi sumus, quod legata vel in dando, vel in faciendo consistere possunt, *lege Mortuo bove 50. §. ult. ff. de legat. 3. l. Fideicommissa II. §. fin. ff. de legat. 3. §. Tam autem, versic. Sed & tale, Institut.*

eodem, ubi Pichard. Arnold. Vin. numer. 5. Jul. Paul. lib. 3. Sentent. cap. 6. Cum autem hæres ad factum damnatur, cogitur præcisè facere, scilicet quod iustum est, nec soluta æstimatione liberatur, *d. l. Fideicommissa, §. ult. & facit lex 25. tit. ult. p. 3. Ant. Gom. variarum lib. 2. cap. 10. num. 22. versic. Tertius casus, ubi dat Bart. & alios ex antiquis, Oſuald. ad Donell. lib. 15. cap. 3. lit. A, Pichard. ac Vin. ubi proximè.* Quod in obligationibus facti ex contractibus ortis aliter se habet, nam debitor ad factum compelli præcisè nequit, sed æstimatione facti satisfacit, ne aliàs genus quoddam servitutis induceretur, & ita de jure communi à plerisque receptum est per legem *Si quis ab alio 13. §. fin. ff. de re judicat. & alia jura, quæ congerit Grot. ibi vers. Obligationibus.* de quo sic tenentes consulas D. Covar. *in cap. Quamvis pactum, part. I. §. 4. numer. 11. de pact. in 6. Ant. Gom. d. numer. 22. Donell. & Oſuald. ubi nuper, Card. Mantica. de tacit. convent. lib. 14. tit. 32. numer. 1. Leotard. de usur. q. 71. n. 2. Parlador. quotidianar. lib. 1. cap. 6. in princip. & in §. 2. numer. 1. Gutier. de juram. confirmator. part. I. cap. 39. numer. 1. Carleval. de judic. tom. 1. tit. 1. disp. 2. num. 1021. & tom. 2. tit. 3. disp. 3. numer. 2. ubi plurimi. Sed contrarium, & forsitan verius, tuentur Cujac. *in l. Stipulationes non dividuntur, ff. de verb. oblig. Castill. de usufruct. cap. 13. d. nu. 13. Pichard. in princip. n. 62. Inst. de obligat. & in §. Si finium regundorum, Inst. de offic. judic. & in tract. de individ. cap. 12. num. 196. cum seq. Corraſ. miscellan. lib. 2. cap. 3. num. 4. Menchac. illustr. lib. 1. cap. 25. n. 33. Molin. de just. d. sp. 562. num. 4. & alii apud Oſuald. & Cardinal. d. disp. 3. num. 9.* Quæ sententia de jure regio à nostratibus magis recepta est, ut ex allegatis constat, apud quos oppositæ opinionis limitationes traduntur, præsertim apud Gutier. *numer. 5. in fin.* ubi rectè, & æquè docuit, quando compulſio ad factum admittenda non sit. Quibus autem modis quis ad factum constringatur, fusè tradit Carleval. *dict. disp. 3. d. num. 27.**

Quibus cognitis, tenendum est adversus Bartolum cum D. Covar. quod legatum, de quo in nostra lege *Patronus*, non consistit in faciendo, sed in dando, quia quoties aliquid præstandum est legatario, seu creditori, etsi factum hæredis, vel debitoris admisceatur, non censetur obligatio facti. Arnold. *Vin. in §. ult. num. 3. Inst. de verb. obligat. & assentitur Oſuald. ubi proximè.* Unde cum patronus juberet, ut liberto tribus emeretur, licet hæredis, qui erat comparaturus factum desideraretur, legatum in faciendo non consistit.

Ibi: Et ideò post moram ad interest.

Hæc Bartoli assertio vulgare axioma apud DD. est, qui asserunt, in facti obligationibus post moram succedere obligationem ad interesse, ut videre est apud laudatos nuper, *numer. 163.* quati jam extincta facti obligatione: quod duplici ratione D. Covar. refellit quoad speciem textus nostri. Prior est, quia in obligationibus facti post moram non debetur nisi æstimatio facti, non interesse extrinsecum. Pichard. *in disp. de mor. num. 165. Parlador. dict. cap. 6. §. 2. numer. 10.* Scævola autem commoda tribus præter pretium ejus præstanda decedit: ideo fortè in obligationibus facti propter moram extrinsecum interesse non præstat, quod

quòd illa neque die, neque homine interpellante contrahitur per lapsum temporis, quo boni viri arbitrio factum potuit exhiberi, *l. Si insulam* 84. *l. Stipulationes* 72. §. ult. Leotard. cum aliis de *usur. quest.* 83. numer. 27. Card. Mant. de *tacis. convens. lib. 4. tit. 34. num. 5. vers. In secundo autem casu*: atque ita æquum est, ut minùs noceat mora, quæ faciliùs absque interpellatione contingit. Potior ratio contra Bartolum est, quoniam quandiu libertus vixit, hæres etiam post moram ad emendam tribum tenebatur; nam etsi legatum istud in faciendo consistere concedamus, præcisè tamen cogi posset hæres ad factum, adhuc admittà communi opinione, de qua supra *nu. 163.* quæ ut ibidem probavimus; non obtinet si quis ex præcepto testatoris facere jussus sit, nisi cum factum præstari impossibile sit, tunc enim necessariò subrogatur æstimatione, *l. 3. tit. 14. part. 5.* ubi Gregor. Lop. *gloss. 4. Castilli ubi. sup. Gutier. d. d. cap. 59. numer. 5. vers. Secundò limitatur.* Quibus perpensis, & quæ sunt supra *num. 151.* nihil interest quod hæres gravatus ad emendam tribum, ad dandum, vel faciendum obligatus esse dicatur, cum utroque modo, dum vixit libertus, ad tribum agere posset: eo autem extincto, successor ipsius ad æstimationem, & emolumenta duntaxat ut Scævola placuit.

Vers. Comoda, & principales liberalitates.

Quæ ista sint, habes supra *n. 103.*

Ibi: Nam sicut tessera frumentaria.

166 Vide supra, *num. 104.* Sed aliud fuere tesserae frumentariae, sive nummariae; quæ singulis mensibus continuò distribuebantur; & aliud liberalitates imperiales, quæ extraordinariae erant, & pro temporum opportunitate fiebant, ut constat ex prædictis *num. 103. 104. & 159.*

Vers. Respondi quicquid ipse.

167 Sed investigandum nobis D. Covar. reliquit cur potius comoda tribus, quam usurae æstimationis deberentur? Et juxta quod prænotatum est supra *num. 108.* dicendum est, quod in nostro casu à principio legatum non est tribus pretium, sed ipsa, nec post moram subrogata fuit æstimatione, vivo liberto, sicut assertum est *num. 165.* quare cum pecunia nunquam fuerit in obligatione, usurae præstari non possunt, sed comoda tribus, quæ debebantur tanquam illius fructus.

SUMMARIUM.

- 1 De intellectu textus §. Si quis, *Inst. de inutilibus stipulat.*
 - 2 Vox Hippocentaurus, quid significet, ac de ipsius etymologia.
 - 3 Verbum Hippocentaurus, apud Justinianum in *d. §. At si quis, qualiter accipiendum.*
 - 4 Hippocentaurus ex homine & bruto an procreari possit? *Negativa traditur, ibid.*
 - 5 *Affirmativa probatur.*
 - 6 Licet hippocentaurus ex homine & bruto ederetur aliquando, non possent tamen tot in lucem prodire, ut multiplicatio subsequeretur.
- D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

7 *Utrum mulier torqueri possit, quæ peperit monstrum formâ humanâ & brutali permixtum? Et quid de pastore, si ovis similem fatum ediderit.*

8 Hippocentauri descriptio.

9 De alio hippocentaurum sit mentio.

10 De Satyris, remissive.

11 Hippocentaurum existere posse, quomodo verum sit, aut falsum.

12 Nomina Lapitharum, qui in Thessalia in arcendis tauris excelluerunt, remissive.

13 Fabula Hippocentaurorum narratur, & Ixionis pœna.

14 De Satyro qui D. Antonium Abbatem per eremum divagantem dicitur alloquutus.

Hippocentaurus an in rerum natura aliquando extiterit, aut existere possit, ad interpretationem textus in §. *At si quis, Inst. de inutilib. stipulat.*

AD CAPUT II.

AD disquirendum de natura, & existentia hippocentaurorum invitat Justinianus in *princip. Inst. de inutilibus stipulat.* ubi inquit: *At si quis rem, quæ in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit, veluti Stichum, qui mortuus sit, quem vivere credebas, aut hippocentaurum, qui esse non possit, inutilis erit stipulatio.* Ex quo textu duo deducuntur, & quod stipulatio hippocentauri non subsistit, quod antea Celsus tradiderat in *l. Si ita stipulatus* 94. ff. de verb. oblig. & quod hippocentaurus existere naturaliter non potest. Verum adnotare oportet cum Pichard. in *ead. princip.* ac Arnold. Vid. *ibid. num. 3.* nihil interesse ad consistentiam obligationis, quod hippocentaurus in rebus humanis reperitur; nam etsi extiterit, inutilis foret stipulatio, cum ille in commercio non sit; de cujus existentia dubitatur: quis enim unquam audivit, hippocentaurum venditum, aut quam æstimationem promissor pro eo, quem dare non valet, exsolvit? Quæ autem extra commercium sunt, inutiliter stipulatione continentur, §. *Idem juris, Inst. de inutilib. stipul. l. 20. tit. II. part. 5.* & illud dicitur in commercio esse, quod frequenter apud homines alienari solet, *d. l. 20. ibi: Qualquiera cosa que sea en poder de los omes, e acostumbada de enagenarse entre ellos, puede ser prometida.* Unde qui hippocentaurum promittit, nihil agit, sive ille in rerum natura sit, sive non, cum quoad vinculum obligationis idem sit stipulari rem, quæ neque est, nec esse possit, ac quod extra commercium existit, ut observat Vin. in *d. §. Idem juris, in princ.* Imò si quis stipuletur centum si intra annum hippocentaurum promissum non præstet, statim ad quantitatem agere poterit non minùs quam si dictum fuerit: *Si cælum digito non tetigero,* argumento legis. In *illa stipulatione* 8. ff. de verb. oblig. §. *Si impossibilis, Inst. de inutilib. stipulat.* Aliud juris erit si quis hippocentaurum promittat, & ni dederit, decem præstare, quia pœnam non poterit creditor exigere Cujac. in *d. l. Si ita stipulatus.*

Ut autem innotescat, quid sit hippocentaurus, quem in rerum natura existere posse inficiatur Imperator, sciendum est quod in Thessalia fuerunt homines Lapithæ nuncupati, qui primi usum equitandi invenerunt: isti postea Centauri nuncupati cœperunt ab arcendis, & stimulantibus tauris, qui Thessaliam sub Ixione rege truce-

lenter devastabant, de quo D. Covar. inferius, suo vers. Hæc. Hieronymus, Salian. *Annal. tom. 2. anno mundi 2821. n. 9. Arnold. Vin. in princip. num. 3. Inst. de inutilib. stipulat. Calepin. verb. Hippocentauri*, Virgil. *Georgic. lib. 3.* sic canit:

*Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere
Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.*

Hoc cum alii homines prospicerent, quod ipsis penitus erat ignotum, falsò existimarunt, equitem & equum unum corpus esse ex humanis, & equinis membris compactum, quod per commixtionem centaurorum cum equabus natura edidisset, & hoc quasi animal ab utraque specie distinctum, & utriusque particeps, hippocentaurum appellarunt; hippos enim Græcè equum significat. Ita Greg. Lop. in l. 21. gloss. I. tit. II. p. 5. Natalis Comes in *Mytholog. lib. 6. cap. 16.* Arnold. Vin. ubi proximè, Bisciola lib. 12. horar. succisivar. cap. 4. Calepin. sup. Hesiod. in *Scut. Hercul. Orph. in Argonaut. Lucret. lib. 4. cap. 5.* & plures qui recensentur in *Theat. Deor. p. 1. lib. 4. cap. II. de centaur.* Idem erroris contigit Indiis Occidentalibus, cum primò Hispanos equitantes aspexerunt, unde stupefacti animo defecere. Vin. ibidem, *Theat. Deor. ubi proximè*: sicque vulgò jactatur, & videre licet apud Anton. de Herrera, Garcilassum Ingam, & alios de Americæ debellatione tractantes.

3 Aliter D. Covar. infra, vers. Ex his, verbum Hippocentaurum usurpari testatur: sed Justinianus necessariò accipiendus est de commentitio animali, ut nuper narrabatur, alioquin falsò inficiarentur, hippocentaurus in rerum natura esse posse, cum in confesso sit apud omnes, quod Lapithæ, seu Centauri in Thessalia extiterunt, qui equestri strenuitate taurorum insolitam diritatem extinxerunt; sicut mox tradidimus.

4 At licet quod de obscæna centaurorum libidine vulgò jactatur, ad fabulam omninò referri debeat, adhuc expedita non est Imperatoris sententia, quatenus asserit, hippocentaurum naturaliter existere non posse, cujus autoritate ducti idem sustinent Glossa I. in l. Si ita stipulatus 97. ff. de verb. oblig. Gregor. Lop. & Arnold. Vin. ubi proximè, Salian. sup. tom. I. anno mundi 2881. n. 9. Oñate de contract. tom. I. tract. 2. disp. 5. num. 232. & alii, quos dat Carranza de part. cap. 17. ex num. 71. ubi latè disputat. Cujus quæstionis decisio petenda est à Philosophis de generatione differentibus, qui inter se dissident: etenim dubium est an ex brutali conjunctione hominis, vel mulieris cum irrationali generatio valeat procedere, de quo Carranz. num. 91. vers. Quinta istarum, & novissimè, ac pro dignitate Paul. Zachias quæstion. medteolegal. tom. I. lib. 7. tit. I. quæst. 4. per tot. & tom. 2. lib. 10. conf. 21. Negativam opinionem amplexi sunt præter Galenum & alios, quos D. Covar. laudat in præsentia, Averroës, & nonnulli apud Zacch. d. q. 4. num. 7. in fin. illisque accedit ipse numer. 30. (etsi aliud sentire videatur d. conf. 21. num. 2.) Sandoval. *Histor. Æthiop. part. I. lib. 3. cap. 2. num. 1.* Mart. Delrio *disquisit. magicar. lib. 2. quæst. 4.* Ratio potissima, quâ Galenus, & sequaces nituntur, est quod licet ex commixtione brutorum diversæ speciei animal utriusque generantis formam referens sæpissimè procreetur, quod diversam speciem constituit, Pat. Joan. Euseb. in sua *curiosa Philos. lib. 3. cap. 26.* Pat. Sandoval. d. lib. 3. cap. I. num. 4. Salian. num. 6. qui plura hujusmodi animalia recensent, Zacch. d. q. 4. d. princip. tamen

propter præcellentiam humanæ naturæ semen hominis cum belluino misceri ad generationem naturaliter nequit, deficiente paritate, & proportione inter utramque speciem, quâ opus est, ut coïtus foecundus evadat, quod pluribus illustrat Zacch. d. quæst. 4. d. num. 8. juxta quam opinionem (quæ Stoicorum fuit, ut ex Senec. *epist. 58.* observat Vin. sup.) verum est quod dicitur de impossibili existentia hippocentaurorum in *dict. princip. Inst. de inutilib. stipulat.* Adde Salian. tom. 3. ann. 2881. n. 26. ubi de Scylla.

5 Contrarium verò, nempe posse ex eo nefario concubitu animal, sive rationale, sive irrationale illud sit, edi, placuit Glossæ in l. Quæret 135. ff. de verb. sign. Patr. Euseb. exemplis pluribus allatis d. lib. 3. cap. 15. Patr. Cabal. *resolut. crimin. casu 139. num. 3.* Bauhin. *de hermaphrodit. lib. 1. cap. 10.* Carranz. d. cap. 17. n. 91. vers. Quinta istarum, apud quem plures, & alii apud Zacch. d. q. 4. num. 23. qui hujus sententiæ fundamenta recenset, eamque sustinet d. conf. 21. num. 2. etsi n. 3. difficilimum fore fateatur, quod hujusmodi generatio subsequatur: est tamen communis admodum ista posterior opinio, cui historiarum fides maximè adstipulatur.

6 Illud animadvertendum est cum Carranza sup. numer. 77. quod etsi ex conjunctione carnali hominis & belluæ unus, vel alius hippocentaurus nasci posset, impossibile tamen est, ut genus eorum existat se invicem naturaliter commiscendum, sicut de ipsis commentitiè vulgò jactabatur: quod certum videtur, quia monstra hæc rarò generantur, Zacch. d. conf. 21. num. 3. unde mirum esset, ut pluralitas, sexusque diversitas reperiretur. Deinde citò perire solent. Zacch. d. q. 4. num. 19. Carranz. num. 33. & 72. ubi plures, & sic pervenire nequeunt ad ætatem, quæ ad generandum desideratur. Tandem monstra sunt infœcunda. Sandoval. ex Aristotele de lib. 3. cap. 2. n. 1.

7 Nec prætermittere libet, quod adnotat Zacch. *dict. quæst. 4. in fine*, ubi ait posse torqueri reum si animal monstruosum nascatur, quod indicet hominis, vel mulieris cum brutis coïtum. Sed id durum videtur, nisi aliunde urserint indicia, quibus monstri nativitas jungatur; nam cum plures sint causæ aliæ, quibus monstra edi possint, & soleant, ut voluntas Divina, imaginatio parentum, humorum corruptio, &c. quas congerunt idem Zacch. d. conf. 21. numer. 1. vers. Sed data, Pat. Euseb. sup. lib. 3. cap. 3. cum seqq. Sandoval. lib. 1. cap. 2. d. num. 5. latè Carranz. *dict. cap. 17. num. 15.* & 91. ideò in re dubia delictum præsumi non debet, maximè ita execrabile, cum alia capi potest conjectura, l. Merito. 51. ff. pro soc. Lotter. de re beneficiar. lib. 3. quæst. 19. num. 50. & dixi supra, lib. 2. cap. 17. num. 45. vers. Quoniam. Cui sententiæ congruit quod de cadavere interfecti fertur, quia experimento non semel captum est, ut emittat ex vulneribus sanguinem, contremiscens coram homicida, de quo Pat. Euseb. in *occulta Philosoph. lib. 1. cap. 26. cum seqq.* idque causæ naturali tribuit cap. 51. Nihilominus quia indicium incertum est, & non semper sanguinis emissio à causa naturali provenit, ut probat idem Euseb. lib. 3. cap. 13. n. 15. quem cum aliis sequitur Farinac. in *praxi crim. quæst. 52. n. 156.* eapropter quamvis mulier enixa sit monstrum cum forma alicujus bruti, non ideo torturæ subjicienda est, nisi etiam aliis præsumptionibus oneretur. Idemque erit si qua vacca, aut ovis foetum homini similem ediderit, non enim pastor torqueri poterit, si aliàs

si aliàs de eo crimine suspectus non reperiatur, super quo ad inquirendum patebit aditus.

Verf. Sed hoc esse contra fidem historiae,

8 Adde Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 2. Ælian. histor. animal. lib. 12. cap. 2. Pat. Euseb. in curiosa Philos. lib. 4. cap. 10. & 11. Sandoval. d. lib. 3. cap. 2. num. 7. qui duo ultimi hippocentaurum ex Licoftene in hunc modum Hispanè describunt: Superior corporis pars formam humanam referebat, sed ubi homini sunt brachia, parva instar bufonis habebat, triplexque mentum, & caninas auriculas: ex ilibus duo brachia cum suis digitis pendebant, quoad alia membra similis erat equo: pluresque reperiri idem Licoftenes apud eisdem testatur, qui hippocentauri miranda velocitate sunt præditi: si quid brachiis comprehendunt, sic violenter stringunt, ut rumpatur: carne elephantina vescuntur, homines amicitiam prosequuntur, cum quibus sympathiam habere noscuntur. Sic Pat. Euseb. d. cap. 11. à quo Pat. Sandoval transcripsit.

Ibi: Meminit & Phlegon.

9 Phlegon Trallianus, autor Græcus, Imperatoris Adriani mancipium, à quo libertatem obtinuit, memoriæ tradidit, quod apud Saupam urbem Arabiæ in monte quodam, ubi virus nocentissimum abundat, inventus est hippocentaurus: is à Rege missus est in Ægyptum, ut inde ad Cæsarem deferretur; sed ibi interiit, Præfectus verò ipsum melle delinitum Romam ad sportari curavit. Ubi primum in palatio Cæsareo hippocentaurus populo patuit prospiciendus, facies illi erat similis humanæ, sed ferocior: manus, ac digiti pilosi, habebat latera continua ventri, anterioribusque pedibus: ungues solidos ad instar equi, crines flavos, atque promissos cum proportione inæquales. Sed unguenta, quibus fuerat delinitus, ne corrumperetur, pellem denigrabant Magnitudo corporis tanta non erat, quanta depingi solet; nec tamen exigua. Caro ipsi ad cibum præbebatur. Sed & alios hippocentaurus in eadem civitate versari fama prodebat. Ita ex Græco Hispanum in idioma vertit. Pat. Euseb. d. lib. cap. 10. verf. Ciudad de Arabia.

Ibi: Divus Hieronymus in vita D. Pauli.

Ejusdem testimonii mentio est apud Pat. Euseb. sup. cap. 9. & 15. Sandov. d. lib. 3. cap. 2. n. 1. & 8. Carranz. n. 75. Vide infra, n. 14. & Card. Baron. ibidem laudatum in fine.

Verf. Hæc Hieronymus.

10 De Satyris vide Pat. Euseb. cap. 8. & 9. Sandov. d. num. 1. Carranz. nu. 76. Calepin. verb. Satyri, qui satyros, aliquando in rebus humanis fuisse profitentur, & Carranza eos simias existimat, de quibus & aliis monstris videndus Pat. Euseb. dict. lib. 4. per tot. Pat. Sandov. sup. lib. 3. cap. 2. cum seqq. Carranz.

Ibi: Sed & hæc, & quæ Pausanias.

D. Covar. sentit, quod aliquando in rerum natura hippocentaurus, aut satyros extitisse falso narratur, idque figmento tribuit, cui consentiunt laudati supra, num. 4. Verum cum tot, gravissimi-que Historiographi de existentia hippocentaurorum, ac satyrorum testentur, quorum fidem plurimi neoterici sectantur, videtur dicendum, quod si hippocentaurus accipiamus pro illis, qui ex centauris, & quibus nati feruntur, verum est ipsos nunquam fuisse, nec existere potuisse, secundum tradita supra, nu. 4. & 5. id enim merum figmentum est, ut diximus numer. 3. Quod si hippocentaurus intelligamus speciem quamdam animalium ex humanis, & equinis membris constantium, quæ natura absque hominis turpitudine edidit, fatendum est ipsos extitisse, ut historiae memoriæ tradidere, quemadmodum Tritones in mari, atque Nereides, necnon Syrenes, quas aves esse docet Pat. Euseb. ex aliis d. lib. 4. cap. 6. quæ partim humana forma decorantur, nec cum hominibus potuerunt carnale commercium habere, de quibus Plin. lib. 7. capite 5. Pat. Euseb. supra, cap. 5. & 6. Calepin. in suis locis, Cartanz. cum aliis numer. 81. Huic distinctioni assentiuntur apertè Wefembec. in princip. Inst. de inutilib. stipulat. & Minsynger. ibidem, n. 8. qui propter historiarum fidem hippocentaurus extitisse concedunt, sed Justinianum, dum eorum existentiam impossibilem sentit, non de illis, sed de imaginariis & fabulosis esse loquutum asseverant, & sic conciliari possunt adductæ à D. Covar. sententiæ, quæ aliàs inter se dimicare videbantur.

Ibi: Illud sanè observandum erit.

Vide sup. nu. 2. ac Calepin. verb. Centauri, & quæ latius tradit Salvianus d. nu. 2. laudatus. Sed idem anno 550. num. 14. tom. 1. usum equitandi antè à Lamecho inventum ait: tamen nil vetat, ejusdem rei plures dici inventores pro diversitate locorum, & temporis. Salian. n. 18.

Verf. Ex his dicti Hippocentauri.

Altera hujus verbi etymologia traditur supra, n. 2. Nomina Hippocentaurum, seu Centaurorum, qui in coercendis, ac extirpandis tauris eminuere, recenset Calepin. ubi proximè.

Ibi: Nam & illic Pindarus.

Commentitia Centaurorum origo traditur à Calepin. verb. Centauri, in hunc modum: Ixion Thessaliæ Rex mensæ Deorum adhibitus Junonis egregiæ venustati succubuit, quam ad deturpandum conjugalem torum allicere non formidavit: ipsa verò Jovem vesani conatus conscium reddidit, qui nubem uxoris suæ formam referentem Ixioni supposuit, cum qua hic illusus libidinem explevit, ex quo complexu Centaurorum genus fingitur processisse. Hinc Ixion ad inferos à Jove dejectus volubili rota perpetuò volutatur. Ejus figmenti occasio fuit quod Centauri à pago Nephele, id est nube, profecti sunt, ut observat Salian. tom. 2. Annal. anno mundi 2821. numer. 9. & 11. & alii in Theat. Deor. ubi sup. de quo Virgil. Æneid. lib. 7.

*Seu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto.
Descendunt Centauri.*

Ibi: Centaurum verò commixtione.

De his suprâ, num. 2.

Verf. Caterùm quod Divus Hieronymus.

- 14 Satyrum, qui humana voce in eremo alloquutus est Divum Antonium dæmonem fuisse creditur, qui mortalium ludicator à D. Augustino nuncupatur. Ita sentiunt Pat. Euseb. *in curiosa Philof. lib. 4. cap. 15.* Pat. Sandov. *hiflor. Æthiop. part. 1. lib. 3. cap. 2. n. 2.* Carranz. *de part. cap. 17. num. 71. verf. At certè, & num. 55.* Imò solent spiritus immundi, formâ humanâ usurpatâ, incubi, & succubi hominibus, ac foeminais perniciosè, ac detestabiliter illudere ad turpitudinem, unde monstra non semel concepta, editaque narrantur Consule Euseb. *ubi nuper, Sandov. cap. 3. d. n. 8.* Torniell. *Annal. Eccles. anno 987. nu. 9. & 10.* ubi resolvit, dæmonem posse, assumpto corpore, cum homine vel foemina coïre, sed non generare. Verùm & sub forma humana, simul & piscis, dæmon à Philisthæis colebatur, nam Dagon idolum superiore sui parte hominem, inferiore piscem referebat, ut cum communi tradit Salian. *tom. 3. anno 2940. numer. 19.* Adde Card. Baron. *Annal. Ecclesiastic. tom. 3. anno 353.* ubi agens de Satyris, qui D. Antonio per desertum apparuere, pluribus probat hippocentauros & faunos reperiri posse.

SUMMARIUM.

- 1 De institutione & officio Præfecti vigilum.
- 2 Præfectus vigilum qualis fuerit Magistratus.
- 3 Verbum Hama, apud Consultum in l. 3.
§. Sciendum, ff. de offic. Præfect. vigil. quid significet.
- 4 Verbum Dolabrum, in eodem textu quomodo accipiendum.
- 5 Quid sibi velit Consultus ibidem, dum ait, Præfectum calceatum circumire debere.
- 6 Traditur expositio D. Covar.
- 7 Eadem impugnatur.
- 8 Interpretatio ipsius textus proponitur.
- 9 Calceatus pro armato non numquam accipitur.
- 10 Arma quondam ex corio fiebant.
- 11 Samiare idem est quod acuere.

De intellectu legis 3. §. Sciendum, ff. de offic. Præfect. vigil.

CAPUT III.

- 1 CUM sub Augusto incendiolorum frequentia Urbis nimium vexaretur, ita ut una die plura contingerent, l. 2. ff. de offic. Præfect. vigil. ille anno ab Urbe condita 758. novum Magistratum instituit, Præfectum nempe vigilum ex ordine Equestri, ut præset Tribunis septem, totidemque cohortibus, quarum singulæ binas regiones Urbis noctu circumirent (etenim ipse Augustus anno Urbis 746. eam in quatuordecim partes digesserat. Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 6. anno*

mundi 4047. num. 3. in fin.) ut incendiis, ac maleficiis, quæ per noctem patrari solent, obviam iretur. Hæc planè constant ex l. 1. 2. & 3. ff. de offic. Præfect. Vigil. ubi DD. & observantur à Salian. sup. anno mundi 4059. num. 2. Sueton. in August. cap. 30. Cujac. in paratit. ad eum tit. Andrian. Turneb. adversarior. lib. 19. cap. 22. And. Domin. Flocc. de potestat. Roman. lib. 2. cap. 25. Pet. Greg. Syntag. lib. 47. cap. 35. numer. 11. Lex. Calvin. verb. Tigiles. Pompon. Læt. de Magistrat. Roman. lib. 1. cap. 10. Volaterran. eod. tract. verf. Præfectus vigilum, Hottoman. tom. 1. lib. 1. tit. 15. de offic. Præf. vigil. Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 7. cap. 34. verf. Præfectus vigilum, ubi ex Dione lib. 55. sic inquit: Cùm eo tempore multa in urbe essent vastata, libertinos septem locis ad ea curanda instituit, equitem eis præfecit, quos etsi hanc diu id officium gerere pati statuerat, tamen re ipsa expertus utilissimum, ac maximè necessarium esse, eorum munus perduare iussit: suntque nostra ætate etiam nocturni hi custodes, non ex libertinis tantùm, sed ex aliis militibus: murosque in urbe tenent, & mercedem publicè accipiunt. Verùm idem Imperator antea anno Urbis 746. custodibus curam extinguendorum incendiolorum mandaverat. Salian. anno mundi 4047. num. 3.

Præfectus vigilum erat ex Magistratibus urbanis minoribus ordinariis Rosin. *dict. lib. 7. cap. 2. verf. Magistratus minores;* non ex curulibus, Rævard. *variar. lib. 1. cap. 8.* quales fuere Ædiles curules, Prætores, Cenlores, ac Consules. Rosin. *lib. 1. cap. 19.* Quæ illius fuerit jurisdictio, ac munus, traditur in l. 3. ff. eod. Pet. Greg. *sup.* Hanc dignitatem, quæ subrogata est loco Triumvirorum nocturnorum, magnam & secundam à Præfecto Urbis appellat Jan. Gulielm. *de Magist. pop. Rom. cap. 16.* Vide Hottomanum, *ubi nuper.*

Ibi: Quid sint hama.

Cavetur in d. l. §. Sciendum, quod Præfectus cum hamis ac dolabris pergat oberraturus. Hama ex Plinio & aliis est instrumentum ad ignem compescendum; licet cujus sit formæ non exprimat. Calepin. & Nebriffenf. *verb. Hama:* sed Calepinus addit, hamam fore vas rotundum ad hauriendam aquam ad ignem restinguendum, quod fusè probat Turneb. *sup. lib. 2. cap. 29. & lib. 19. cap. 23.* ex Columella *de cultur. horror. lib. 17. de cucurbita,* ibi: *Aut habilem lymphis hamulam.* Plin. *lib. 10. epistol. ibi: Et alioqui nullus unquam in publico sipo, nulla hama* Juven. *satyr. 14.* ibi: *Dispositis prædives hamis.* Lexic. Calv. *verb. Hama.*

Dolabra multifariam accipitur, ut videre est apud Calepin. & apud Rosin. *lib. 3. cap. 32. in fin. verb. Dolabra:* sed à Paulo in d. §. Sciendum, usurpatur pro instrumento ad sternendum murum, seu parietem, quod valde necessarium est ad incendia compescenda; plerumque enim oportet ut ædificia flammis proxima demoliantur, ut ignis ad alia progredi impediatur Turneb. *dict. cap. 23.* Lexic. Calv.

Ibi: Calceatum Præfectum vigilum.

Præterea in d. §. Sciendum, statuitur ut Præfectus tota nocte calceatus oberret: quod præter ejus textus Interpretes ex ipso adnotarunt Cujac. *obser-*

observat. lib. 3. cap. 30. Rævard. ubi sup. Olan. Paralipom. lib. 2. cap. II. n. 16. Rosin. d. vers. Præfectus vigilum: at non omnibus studio fuit indagare quid sibi Consultus voluerit, dum ait debere Præfectum circumire calceatum; nam si id ad calceos communes referatur, quibus Romani uti solebant, ut existimat Rævard. *sup. ineptum ac deridendum præceptum videtur*: quis enim ita vesanus esset, ut calceamenta, quibus diu induebatur, domi suæ relinqueret, nivem, glaciem, & aquam noctu calcaturus? Unde absque causa, ni fallor, insudavit Rævardus, dum de calceis Romanorum disserens, perones Præfecto vigilum convenisse resolvit. De calceamentorum differentia latè D. Isidor. *Etymolog. lib. 20. cap. 33. Rosin. lib. 5. cap. 36.*

fectum thoracibus, seu loriceis ex corio induum oberraturum, ne nimium armis ferreis gravaretur, quo minus posset tota nocte huc, illucque discurrere: ad quod verbo *Calceatum*; usus est, quia arma gestare oportebat ex eadem materia, scilicet corio, ex qua calcei conficiuntur. Secundum quæ mens Pauli ea videtur esse, ut Præfectus vigilum fortissimos ex corio thoraces ad circumeundum noctu indueret, quales hodie in usu habentur, tum apud milites, tum apud paganos; aut ex loris contextos ad instar loricarum, prout quondam fieri prædiximus cum Varrone.

Verf. Obiter tamen.

Samiare apud veteres idem fuit, quod acuire, **II** famiumque pro acuto accipiebatur. Calepin. *verb. Samio*, Cornucop. *col. 754. num. 20. & col. 1376. numer. 60.* Adrian. Turneb. *adversarior. lib. 18. cap. 17. in fin. ibi: Ferramenta inquit Vopiscus samiata: Nonius acuta & mucronata explicat, & rectè: quod ex eo credo, quæ a Samiâ cretâ polita & nitida deterfaque acuerentur: vim enim in ea detergendi esse noverunt omnes. Igitur & detergendo ferramenta acuit.* Lexic. Calvin. *verb. Samiata*. Unde Samiarii dicti sunt, qui gladiatorum & jaculorum aciem & cuspides exasperant. Turneb. *lib. 27. cap. 21. quò loci ait, Samiarios esse, qui cretâ samiâ arma, ferramenta, spicula prætorianorum & satellitum Imperatoris ad nitorem fricabant, atque exasperabant gladiatorum & jaculorum aciem & cuspides.*

S U M M A R I U M.

- 6 Hinc D. Covar. existimat, Paulum non de communibus, sed de militaribus calceis fuisse loquutum, qui uncinati vocabantur ab uncinis ferreis, sive clavis, quibus obarmabantur Rosin. *ubi proximè*. Cui suffragatur, quia vigiles, vel urbis custodes, militum numero adscribebantur, siquidem erant per cohortes distributi, suos Tribunos habebant, publicumque stipendium merebantur, ut traditum est supra, n. 1. ideoque Præfecto vigilum ut militanti militaria calceamenta ad circumeundum in usu esse debebant, ut D. Covar. contendit.
- 7 Sed adhuc istis animus non sedatur; cur enim Consulto de munimine pedum cura fuit, corporis immemori? Præterea militares calcei non erant apti ad ambulandum per calles, maximè si gelu cooperirentur; nam in planicie potius ad lapsum, quàm ad commoditatem, aut defensionem deservirent, sicut ex locis à D. Covar. adductis apparet.
- 8 Quapropter aliam fuisse Consulti mentem suspicamur, nempe quod Præfectus armis indutus oberraret, quod ejus muneri admodum necessarium erat ob nocturna pericula, quæ circumeuntibus noctu Magistratibus imminet; sæpe enim malefactores plures gregatim pergunt cum armis ad facinora, nec verentur civitatis custodes, sed tenebrarum caligine freti non formidant cum illis congregari, ac pro viribus dimicare: sic ibique receptum est, ut qui noctu circuire civitatem tenentur cum armis incedant. Cui intellectui adstipulatur Glossa marginalis in *d. l. 3. §. Sciendum, verb. Hamis*, quæ armis pro hamis leget.
- 9 Nec omninò est insolitum ut verbum *Calceatus*, pro armato usurpetur, ut ex Plaut. *in capt. scen. 2. act. 1. observat præter D. Covar. hîc, Calepin. verb. Calcio*, ubi calciatis dentibus ad convivium venire, idem est, quod armatis fortibusque dentibus ad comedendum accedere. Idem D. Covar. in calce hujus capitis calceatos pedes pro armatis accipit. Nostro quoque Hispano idiomate viam lapidibus stratum, & munitam, *calcada* vocitamus.
- 10 His adjici potest, quod Consultus per synecdochen pro toto, id est corpore, partem, hoc est pedes usurpavit, & dum armatos pedes fore jubet, totum ob armatum Præfectum incedere debere significat. Cui suffragatur itidem, quod olim apud Romanos ex corio arma fiebant, unde lorica à loris dicta est, ex quibus tunc texebatur, sicut nunc ex ferreis hamis. Varr. *lib. 4. de ling. Latin. ibi: Lorica, quod è loris de corio crudo pectoralia faciabant. Postea succederunt Galli è ferro sub id vocabulum ex annulis ferream tunicam.* Ex quo id ipsum adnotant Calepin. *verb. Lorica*, Valcarcer in *epitom. Jur. Canonic. part. 2. fol. 112. in fin.* Sic asseri poterit, quod Consultus voluit significare, Præ-

- 1 Mulier prægnans si ad mortem damnetur, supplicium suspenditur usque ad partum.
- 2 Ratio constitutionis exornata traditur.
- 3 Fœmina proscribi potest, etiamsi prægnans sit, sed occidi antequam pariat, non permittitur.
- 4 Quando, & qualiter puniatur, qui fœminam gravidam bannitam errore juris vel facti perimit.
- 5 Ad ultimum supplicium damnata statim ac enitur interfici potest, nisi ad lactandum infantem opus sit.
- 6 Mulieri gravida nullam corporalem pœnam infligi permittitur, ne sequatur abortus.
- 7 Quid de relegatione?
- 8 Nullam pœnam corporalem exequi licet in fœminam puerperam ante quadraginta dies, præter supplicium ultimum.
- 9 Mater quæ necessariò desideratur, ut infantem filium lactet, nulli pœnæ corporali subijci potest.
- 10 An liceat publica autoritate mulierem prægnantem occidere ob delictum, si maximè expediat Reipublicæ, & numer. II. 12. & 13.
- 14 Mulier quandiu prægnans est, torqueri nequit.
- 15 Nec torture ministerio terreri.
- 16 Mulier recens enixa quando terreri, aut torqueri possit.
- 17 Mulier nutriens infantem an torqueri, vel pœna corporali, præter mortis, affici possit.
- 18 Confessio facta à fœmina eo tempore, quo se-

- cundum jus torqueri non potest, si per torturam, vel terrorem fiat, nullius momenti est.
- 19 Utrum cum femina gravida iudicium exerceri possit?
- 20 Prægnanti femine pœna, sive tortura suspendi debet, etsi fœtus non sit animatus.
- 21 Pœna suspendenda est, licet mulier turpiter concipiat ea mente, aut mors, vel aliud supplicium differatur.
- 22 Mulier gravida quomodo probetur ad pœnæ dilationem.
- 23 Æquitas legis Prægnantis, ff. de pœn. unde originem sumpserit.
- 24 Prægnans etiam jure naturali inspecto, ob crimen interfici nequit antequam enixa sit.
- 25 Æliani locus de femina servanda propter fœtum, servatur.

De rea prægnante, cujus supplicium aut tortura suspenditur donec pariat, ad legem Prægnantis, ff. de pœn.

CAPUT IV.

- 1 **M**ulier ultimo supplicio damnata, quamdiu gravida existit, pœnam subire non permittitur, l. ult. tit. 31. part. 7. ubi Greg. Lop. gloss. fin. Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 86. nu. 10. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 13. nu. 37. Farinac. in fragment. lit. C, num. 611. Clar. in praxi, §. fin. quest. 97. num. 5. ubi Bajard. num. 3. Arias de Mesa variar. lib. 2. cap. 36. Guazzin. de defension. reor. tom. 2. defens. ult. cap. 3. num. 2. Carranza de part. natur. cap. 2. de fœt. seu vent. §. 4. num. 21. cum seqq. Carrer. in praxi crim. tract. de homic. §. Circa itaque, num. 22. Jan. Langlæus lib. 11. semestr. cap. 2. Cantera crim. quest. 10. numer. 1. quibus junges Glossam & DD. in l. Imperator, ff. de stat. homin. & in l. Prægnantis, ff. de penis. Si quis autem iudex ream prægnantem interfici iusserit, perinde plectetur, ac si infontem jam natum morti tradidisset, d. l. ult. partis.
- 2 Cujus æquissimæ constitutionis eadem ab omnibus reddi solet ratio, ne scilicet fœtus criminis exfors cum criminosa genitrice extinguatur, de quo Diodor. Sicul. lib. 2. rer. antiquar. ubi inquit: *Mulierum morti destinatarum, si prægnantes essent, partus expectabatur, quod iniquum esset, cum qui nihil commisisset, unâ cum facinoroso pœnam pati, aut duos plecti, cum unus deliquisset, cumque eo qui sponte peccasset, criminis vacuum puniri. Insuper cum sola peccasset mater, minimè æquum censebant, filium patri, matrique communem luere maternam pœnam.* Cui & alia juridica adstipulatur consideratio; nam partus pro nato habetur, quoties ipsius commodum vertitur; l. Qui in utero 7. & 26. ff. de stat. homin. unde sicut filius jam editus ob crimen parentum nullâ pœnâ corporali affici potest, ut dixi supra, lib. 2. cap. 8. d. num. 21. ita nec fœtus enecari propter scelus maternum, ut perpendit Carranza d. part. cap. 2. §. 4. num. 20. homicidium enim, cum animatus existit, verè patrat, & ita plecti debet, l. 8. tit. 8. p. 7.
- 3 Eadem ratione licet fœmina proscribi queat, ut à quovis impunè interficiatur, ut cum communi contra alios tenet Farinac. tract. de variis quest. quest. 103. num. 61. tamen dum gravida est, banari prohibetur, seu perimi, quam si

quis occidat, pœnæ subjacebit. Farinac. ubi proximè, numer. 68. Menoch. d. lib. 1. quest. 90. numer. 55. Carrer. sup. §. Septimò igitur, num. 30. Plaza de delict. lib. 1. cap. 36. num. 22. Dueñas reg. 68. limit. 7. Vivian. opin. 770. numer. 19. Carranz. sup. num. 36. D. Nic. Anton. tract. de exil. lib. 2. cap. 34. num. 36.

Sed si quis errore facti, putans mulierem vacuo ventre fore, prægnantem enecet, à pœna immunis erit. Farinac. cum aliis sup. num. 71. Imò etsi juris errore proscriptam fœminam quis perimat, extra ordinem duntaxat coercebatur, quia scilicet creditur etiam gravidam occidere sibi licere. Ita colligitur ex dictis supra, lib. 2. cap. 1. num. 198. cum seqq.

Post partum verò, vel abortum, statim non expectatis quadraginta diebus, rea vel bannita poterit enecari. Ant. Gom. supra, Canter. dict. q. 10. Bajard. ad Clar. q. 97. n. 4. nisi forte ad infantem nutriendum ita mater desideretur, ut ipsa perempta, ille periret; nam tunc mortis pœna in tempus ablactationis differetur. Barb. & DD. in d. l. Imperator, & in d. l. Prægnantis, Ant. Gom. Bajard. & Canter. ubi nuper, Farinac. in fragment. littera C, num. 613. Carrer. dict. §. Circa itaque, num. 2. Idemque dicendum videtur de qualibet nutrice, etsi mater ejus, quem lactat, non sit, ne infans intereat, cum hic eadem ratio reperitur.

Non solum ultimum supplicium, sed etiam quamvis aliam pœnam corporis afflictivam gravidæ mulieri inferri vetatur, favore fœtus, ne abortum faciat, unde nec flagellis cædetur, aut membro mutilabitur, donec fuerit enixa. Bart. in dict. l. Prægnantis, Ant. Gom. sup. Farinac. dict. lit. C, num. 611. Carranz. n. 29. Bajard. num. 3. & 7. Menoch. d. q. 86. d. n. 10.

De relegationis pœna ambigitur, an utique suspendatur. Communis resolutio est, quod si ex mulieris imbecillitate, itineris difficultate, & aliis circumstantiis verosimiliter timeatur abortus, sententiæ executio retardetur, aliàs statim exequatur. Ant. Gom. ibidem, Farinac. ubi proximè, Petr. Caball. crimin. resolut. casu 79. num. 5. Carranza num. 30. & 31. Bajard. n. 3. Arias de Mesa d. cap. 36. n. 3.

Sed pœnæ corporales, mortis excepta, non infliguntur mulieri intra quadraginta dies postquam peperit, non favore infantis, sed ipsius, ne præ dolore animam exhalet, cum valetudinaria, ac debilis eo tempore existere censeatur. Ant. Gom. supra, Bajard. d. q. 97. n. 4. Canter. sup. qui ait hoc iudicis arbitrio committi.

Imò si ad infantis nutritionem necessariò mater deserviat, hujusmodi pœnæ corporales suspenduntur, si ex eis inhabilem ad lactandum reddi Medicorum iudicio timeatur. Carranz. sup. numer. 29. Ant. Gom. sup. Canter. d. q. 10. num. 12. ubi ait posse lactantem membro mutilari, quod juxta præmissam assertionem est limitandum. Ubi verò fœmina damnata servari debet, ut in posterum debitas pœnas luat in vinculis publicis, seu carcere debet custodiri, propriisque expensis aliquid quod si pauper fuerit, ex publico alimenta illi præstanda sunt. Cabal. in constitut. March. lib. 4. cap. 29. lit. A, num. 9. Guazzin. sup. defens. 30. cap. 14. num. 2.

Opportunè quæri potest, num aliquo casu recedere liceat à regula dictæ legis Prægnantis, & similibus, ita ut mater rea, dum gravida existit, perimatur? Quid enim si tumultus, aut seditiones

nes ex dilatione supplicii in grave Reipublicæ detrimentum, & exitium imminerent? Et pars negativa asruitur ex dictis supra, *lib. 2. cap. 8. num. 9. & num. 21.* ubi cum communi assertum est, nefas esse pro salute totius populi in insontem violentas manus ad necem inferre; nam hoc omnem humanam potestatem excedit, quæ non valet poenam corporalem innocenti pro alieno crimine irrogare: unde ob maternum facinus foetum, qui delinquere nequivit, morti mancipare nullo modo licitum fieri potest, etsi totius civitatis salus periclitetur.

II Affirmativa sententia validis rationibus innititur, siquidem vita privati pro communi salute expendi debet, ut probavimus supra, *lib. 1. cap. 2. numer. 81.* cum satius sit, quod unus moriatur, quam quod omnes, aut plurimi de populo intereant: nec debet esse melioris conditionis qui in uero est, quam si jam foret editus. Nec refert, quod etsi quisque civis culpæ exors pro sua Republica vitam prodigere teneatur, non tamen Magistratibus, aut concivibus permissum est ut eundem enecent, prout præmisimus, hoc etenim procedit ubi directè insons morti traditur, nam secus est si indirectè mors subsequatur. Sic *d. lib. 2. cap. 8. num. 9.* probatum relinquitur, quod si hostis, cui resisti non posset, minaretur civitati exitium, nisi innocens enecandus exhiberetur, potest sic postulatus licitè tradi, ut pereat, de quo exemplar existit *Judic. cap. 15.* nam Sanson à suis vincitus traditur enecandus Philisthæis. Vide *Salian. Annal. tom. 2. anno 2881. n. 5.* Et regulariter justa existente causa potest quis actum facere, qui directè non tendat ad mortem, licet certò sciat ex illo interitum sui ipsius vel aliorum innocentium eventurum. Sic licet militi ignem navi applicare, ne in hostium potestatem perveniat illa, etsi eundem cum aliis ibi obire necesse sit: sicut ei non licet deserere locum, in quo à Præfecto constitutus est, quamvis agnoscat se ab hostibus trucidandum. Similiter in naufragio tabulam amico cedere absque peccato quis poterit, licet ipse extinguendus sit, de quo *Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 9. n. 64.* cum aliis, *Filliuc. tom. 2. tract. 29. cap. 1. num. 72.* *Remig. in Sum. tract. 2. cap. 5. §. 3. num. 2.* *D. Covar. sup. lib. 1. cap. 2. num. 8. in fin. cum seqq.* ubi & nos plura congestimus ad rem.

12 Sed inter alia illud maximè huic assertioni favet, quod prægnans permittitur sumere medicinam pro salute tuenda, quamvis ex ea abortum subsequi certò sciatur, modò primarius effectus medicinæ non tendat ad partus necem, sed ad matris incolumitatem, & vitam; quia ipsa jus habet ad medicamen id percipiendum, ut mortis periculum evadat, & ita injuriam nullam infert ei, qui in utero est, licet per consequentiam perimatur: quæ ratio communiter traditur ab omnibus, & deducitur *ex l. 3. §. Quod ait, ff. de incend. ruin. & naufrag.* & aliis, quas cumulat ibi *Glossa verb. Defendendarum,* de quo *Less.* & alii cum eo nuper laudati. Cum ergo Respublica jus habeat ad interficiendam ream prægnantem legitimè damnatam, & aliunde urgeat periculum seditionis propter moram in exequenda sententia, poterit eandem, non expectato partu interficere, ut sibi prospiciat, etiamsi inde mors foetus subsequatur; actus enim occidendi matrem non tendit directè ad interitum existentis in ejus ventre, cum hic vivere possit, illà preceptà, *l. 2. ff. de mort. inferend.* His annuent proculdubio dati supra, *dict. cap. 8. numer. 22. ad fin.*
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

quandoquidem sentiunt licere publica autoritate constitui, ut alieni sceleris innocens poenas luat: quod si verum foret, maximè hoc casu locum habere posset, cum foetus pars viscerum matris esse dicatur, *l. 1. §. Ex hoc rescripto, ff. de ven. inspic. Gloss. in l. Prægnans, ff. de evict. & una eademque persona, corpusque censentur, l. Curator 5. ff. de ven. in possess. mittend.* Facit lex *Qui cadem 25. in fin. ff. ad l. Corn. de sicar.*

Hujusmodi opinio, quæ ex præmissis probabilis apparet, ita restringi debet, ut duntaxat procedat cum communitas in gravi, ac evidenti discrimine constituta aliter sibi consulere non valet, nisi prægnante rea absque mora interfecta; alioqui si ex dilatione supplicii duntaxat impunitas mulieris propter tumultum sequeretur, non ideo exequutio sententiæ acceleranda erit cum nece foetus; satius est enim criminofam matrem impunitam relinqui, quam innocentem partum enecari, ut in simili monet *Consultus in l. Absentem 5. §. 1. ff. de penis.*

Ibi: *Et eadem ratione non eam torquendam esse.*

Mulier dum factum fert, ob periculum abortus quæstioni subjici prohibetur, *l. 2. tit. 30. p. 7.* ubi *Greg. Lop. gloss. 8. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 13. num. 3. & 37. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 86. n. 13. Farinac. in praxi crim. q. 41. num. 78. & ibi Vulpin. num. 12. Jan. Langlæus lib. II. semestrium, cap. 2. Clar. in §. fin. quæst. 64. numer. 23. & ibi Bajard. num. 76. Carranz. de part. cap. 2. §. 4. num. 25. Paul. Zacchias. quæstion. medicolegal. tom. I. lib. 6. tit. 2. quæst. 4. nu. 19. Arias de Mesa variar. lib. 2. cap. 36. num. 12. Cantera crimin. quæst. 10. in princip. Guazzin. de defension. reor. defens. 30. cap. 14. numer. 1. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 4. nu. 1. Paz in praxi, tom. I. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 48.* Quod etiam in crimine læsæ Majestatis procedit, *Ant. Gom. n. 3. in fin.*

Ab eadem ratione provenit, quod foemina gravida terri non possit torturæ metu pro eruenda veritate. *Farinac. numer. 84. Ant. Gom. n. 4. vers. Et ita debet, Zacch. dict. tit. 2. quæst. 2. num. 5. Cavalcan. de brach. reg. part. 3. num. 126. Carranz. numer. 26. Guazzin. sup. vers. Nec etiam poterit.*

Post partum itidem mulier infra quadraginta dies non torquetur propter debilitatem, ne in quæstione decedat. *Farinac. num. 79. Clar. n. 22. & ibi Bajard. n. 4. Greg. Lop. d. gloss. 8. Pacian. sup. Guazzin. cum aliis n. 2. ubi cum Ant. Gom. d. cap. 13. numer. 3. ad fin. tenet in arbitrio judicantis fore, quantum temporis expectandum sit, ut recenter enixa torqueatur. Idem tradit Cantera num. 1. & Cavalcan. ubi nuper.* Sed ante lapsum quadraginta dierum quæ peperit terri permittitur, non tamen intra decem, vel quindecim dies, quia mors inde contingere potest, ut probat *Zacch. d. quæst. 2. numer. 9.* quod ita videtur ampliandum, ut intra decimum, aut decimumquintum diem nec terror remotus torturæ incuti puerperæ possit, ne præ mœrore, ac formidine imminentis quæstionis vitam agat, ut sæpe contingit: unde nec hoc casu, nec cum mulier prægnans est, ob abortus periculum admittenda est distinctio *Ant. Gom. d. cap. 13. num. 4. vers. Et ita debet, licet aliàs vera sit.*

De muliere, quæ nutrit, ubi alià nutritia non est, quæritur an tormentis subjici possit? In quo
C c ad

ad medicos, & obstetrices judicem recurrere oportet; nam si ex tortura inhabilis ad nutricandum infantem reddenda censeatur, à quæstione abstinendum est, aliàs torqueri illicò poterit, de quo consulas Gregor. Lop. *dict. gloss.* 8. Farinac. *sup. num.* 80. & 81. ubi Vulpian. *num.* 12. Zacch. *d. quest.* 4. *num.* 19. Clar. *num.* 23. Carranz. *num.* 28. Cavalcan. *ubi nuper*, Guazzin. *dict. defens.* 30. *cap.* 15. Cantera *dict. quest.* 10. *numer.* 1. ubi quod potest torqueri, ac membro mutilari: quod sub præmissa distinctione accipiendum, sicut & quod scripsit Cavalcan. & refert Guazzin. nempe nutricantem terrendam non esse.

- 18 Ex quibus deducitur, quod si mulier adversus juris dispositionem torqueatur, vel terreatur, & ita crimen agnoscat, ratamque confessionem habeat, damnari ex ea tantumè possit, quia nullius momenti est. Farinac. *num.* 78. Bajard. *in d. q.* 64. *num.* 77. Pacian. *sup. Ant. Gom. d. vers. Et ita debet*, Carranz. *num.* 27. Guazzin. *dict. cap.* 14. *n. 2. vers. Et si mulier.*
- 19 Utrum cum prægnante causa agitari possit, & ipsa ad testificandum, vel comparandum compelli, quæri solet. Et communis sententia affirmat, cessante abortus periculo; nam si criminaliter contra eam agatur, & iudex sententiam ferat, quâ poena capitalis, aliave corporalis imponatur, verosimiliter abortus timeri potest, cum scemine præ dolore, mœstitia, vel metu soleant abortire. Galen. *lib.* 5. *Aphorism. Hippocrat.* Menoch. *dict. quest.* 86. *nu.* 13. De quibus Ant. Gom. *sup. n.* 37. *in fin.* Guazzin. *d. cap.* 14. *in princip.* Carranz. *numer.* 31. *cum seqq.* Petr. Caball. *resol. crimin. casu* 79. *per tot.* Bajard. *ad quest.* 97. *n.* 5. Arias de Mesa *sup. n.* 14. *cum aliis.*
- 20 Omnia hucusque tradita absque distinctione procedunt, sive fœtus animatus sit, sive non, velut post decem aut viginti dies à tempore conceptionis. Farinac. *dict. quest.* 41. *num.* 83. ubi Vulpian. *numer.* 12. Bajard. *ad quest.* 64. *num.* 76. Carrer. *in praxi tract. de indic. & tortur. §. Circa tertium, que person. torq. poss. nu.* 34. Guazzin. *numer.* 1. *vers. Et procedis.* Menoch. *sup. quest.* 90. *nu.* 55. Zacchias *d. q.* 4. *n.* 19.
- 21 Idem dicendum est, licet mulier ex punibili complexu, & fraudulenter conceperit, ut poenam, aut quæstionem subterfugiat. Farinac. *n.* 82. ubi Vulpin. *num.* 12. idem Farin. *in fragment. lit. C, numer.* 612. & *in tract. de var. question. q.* 103. *num.* 70. Gregor. Lop. *in l. ult. gloss. 4. tit.* 31. *p.* 7. Ant. Gom. *num.* 37. Plaza *de delict. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 22. Menoch. *ubi proximè*, Bajard. *d. num.* 76. & *quest.* 97. *n.* 3. Cantera *num.* 1. Caball. *num.* 3. Guazzin. *sup. vers. Que conclusio.* Cum enim in his leges partus favorem respiciant, nequitia, ac turpitudine matris officere proli non debet, *l. Imperator* 18. *ff. de stat. homin.* Si quæ verò puerperis duntaxat prospiciunt, de quibus *sup. num.* 8. & 16. ea humanitatis intuitu, ne poenarum legitimus modus excedatur, inducta sunt, quibus mulieres ob turpitudinem non redduntur indignæ.
- 22 Mulieri se gravidam asseveranti non creditur, nisi probetur: quomodo probetur, discas à Mascard. *de probat. concl.* 1125. Pacian. *sup. dict. cap.* 4. *d. numer.* 25. & standum est medicorum, ac obstetricum iudicio, Farinac. *dict. quest.* 41. *numer.* 85. ubi Vulpin. *num.* 12. Bajard. *d. quest.* 46. *num.* 78. Guazzin. *d. cap.* 14. *in fin.* ubi quod ita est si de credulitate periti deponant, sæpe enim falluntur, quia difficile dignoscitur an mulier prægnans sit. Zacchias *question. medicolegal. tom.* 2. *lib.* 10. *conf.* 26. *numer.* 11. qui de huiusmodi cognitione

latè differit. Sed in dubio semper ventri consulendum erit, ac si de prægnantia constaret, argumento legis 1. §. *Sed etsi incertum, & §. Sed etsi quis, ff. de vent. in possess. mittend.* satius est enim reæ ad tempus ignoscere, quàm infantem parium, aut spem hominis, perimere, argumento legis *Absentem* 5. §. 1. *ff. de pen.* Plutarch. *lib. de sera Numin. vindict.* ibi: *Nonne satius penæ est suspensio, quàm inconsulta, accelerataque vindicta.*

Ibi: *Quibus illud, nec temerè addere libet.*

Unde originem traxerit æquissima constitutio 23 dictæ legis *Prægnantis, ff. de penis*, tradunt præter D. Covar. Menoch. *sup. quest.* 86. *d. num.* 10. Carranz. *d. §. 4. num.* 24. Corral. *in d. l. Prægnantis, num.* 3. Brisson. *de antiquit. jur. civil. cap.* 20. Simanch. *de Catholic. Inst. tit.* 46. *numer.* 51. Jan. Langlæus *lib.* 11. *semestr. cap.* 2. qui eam ad legem Mosaicam refert.

Verùm omni lege positivâ seclusâ, jure naturali non licet, nisi urgente gravissimâ causâ, secundum tradita *sup. n.* 11. & 12. matrem damnatam occidere, dum prægnans est, ut animadvertit Salian. *Annal. tom.* 1. *anno mundi* 2327. *num.* 8. quò loci meminit sententiæ, quam Judas ut Jacobæ familiæ Magistratus tulit in Thamarum nurum suam propter adulterium cum eodem patratum, ut scilicet statim, antequam pareret, comburerentur: quæ expositio & sacro textui magis congruit, ac frequentiori Interpretum calculo comprobatur, ut idem testatur Salianus, qui ut Patriarcham judicem ab immanitate, ac sævitia vindicet, ait, Judam incogitanter fœtus oblitum de matre pronunciasse. Sed *num.* 7. aliam refert opinionem quorundam, qui senterunt à Juda latam sententiam non fuisse, sed præceptum, ut Thamar duceretur in carcerem interim, ubi servaretur dum in lucem ederet prolem, posteaque legitimè damnata flammis juxta legem traderetur. Hæc interpretatio etsi à verbis sacre Paginæ discrepare videatur, juris rationi maximè consonat: tum quia ex abrupto, non auditâ reâ, iudex capitalem poenam irrogaret, quod absit; nam *Judicium præcepti insani judicis index*, Joan. Oven. *in Monost. Ethicopolit.* de quo vide *Gloss. verbo Celeri, in cap. 2. de sentent. & re judic.* & quos ibi congerit Barbosa *in collect.* tum quòd in propria causa jus sibi diceret, quod jus abhorret, *l. unic. C. ne quis in sua causa*, ubi Barbosa cum plurimis *in collectan.* cum adulterium Thamaris in dedecus sui, familiæque suæ cederet. Ad hæc si ille ut iudex procederet, nihil Thamarum juvaret ad evadendam poenam, quod ipse complex criminis convinceretur: nec quia minùs peccasse scemina Judas fateretur, illa absolvi deberet, pro ut absoluta est. En series sacri Textus Genesis capite 38. *Ecce autem post tres menses nunciaverunt Jude, dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur uterus ejus intumescere. Dixitque Judas: Producite eam, ut comburatur. Quæ cum duceretur ad poenam, misit ad socerum suum, dicens: De viro, cujus hæc sunt, concepi: cognosce cujus sit annulus, & armilla, & baculus. Qui agnitis muneribus, ait: Justior me est, &c.* ubi verba illa, Cum duceretur ad poenam, communi interpretatione patrocinantur aperte, & contrariam refellunt, nisi dicatur ad poenam duci dum in carcerem mittitur.

Ibi:

Ibi: Sed & Aliano auctore,

- 25 Cujus verba hæc sunt: Cum Areopagita veneticam mulierem deprehendissent, & eam morti tradere vellent, non prius ipsam interemerunt, quam pariu liberaretur. Postquam verd peperit, comprehenderunt ipsam, & solventes à damnatione innocentem infantem, eam quæ commeruerat supplicium, solam morte multarunt.
- 26 Illud observare placet ex Zacchia sup. lib. 3. tit. 2. quæst. 2. num. 10. fœminam menstruis fluentibus torquendam non esse. Idem dicendum de quavis pœna corporali, præter ultimum supplicium.

- 35 Virgines ad crucem damnatæ, prius à carnifice prostituiebantur, quàm occiderentur.
- 36 De S. Crucis veneratione, ac de pœnis in contemptores stabilitis.
- 37 Constantinus Magnus statuit, ne aliquis ad crucis mortem damnaretur.
- 38 Crucis Sanctæ signum à quo Constantino apparuit, venerabile admodum Romanis fuit.
- 39 Signum Crucis adhuc ante Christi passionem fœlicitatem, salutemque prænotabat.
- 40 Ezechielis locus adducitur.
- 41 Furcæ erectio signum est jurisdictionis cum mero & mixto imperio.

De crucis & furcæ supplicio,

CAPUT V.

SUMMARIUM.

- 1 Penarum omnium maxima supplicium est ultimum.
 - 2 Quibus instrumentis rei apud Romanos enecari solebant.
 - 3 Utrum pœna damnationis ad bestias fuerit ultimum supplicium?
 - 4 Acerbissimus modus interficiendi homines est combustio.
 - 5 Crucis & furcæ mors turpissima, gladii decora & honesta.
 - 6 Qui publica autoritate perimebantur, prius vapulari virgis moris fuit apud Romanos.
 - 7 Furcæ supplicium quondam, & nunc frequens admodum.
 - 8 De furcarum forma & distinctione.
 - 9 Furca dicta est arbor infelix, & quare.
 - 10 Verbum Furca, multipliciter accipitur.
 - 11 Crux pro furca & omni cruciatu ac labore usurpatur.
 - 12 Furca pro cruce accipi solebat.
 - 13 Quomodo olim rei crucifigerentur.
 - 14 Crux immane, & acerbissimum supplicium.
 - 15 De crucis supplicio sacra recensentur testimonia.
 - 16 De crucifixione Amanis.
 - 17 Crucis pœna apud omnes gentes in usu fuit, & unde originem traxerit.
 - 18 Etymon verbi Crux.
 - 19 Litera T, crucis signum demonstrat.
 - 20 Homo corpore suo crucem representat.
 - 21 Tau supplicii & damnationis fuit nota.
 - 22 Lex Capitalium, §. Famosos, ff. de pœn. emendatur.
 - 23 Variæ formæ crucis & crucifigendi.
 - 24 Furcâ perimi hodie quis dicatur.
 - 25 Rei solebant diu in cruce supervivere.
 - 26 Crux vocabatur palus acutus, quo homo per medium corpus penetrabatur.
 - 27 De furcæ frequentia gravitate ac turpitudine.
 - 28 Damnatus diversis sententiis, unâ ut moriatur in furca, alterâ gladio, qualiter interfici debeat.
 - 29 Nobiles furcæ pœnam non sustinent regulariter.
 - 30 Reorum cadavera solent suspendi laqueo ad ignominiam.
 - 31 Generosi ex quibusdam delictis suspendio infamæ extinguuntur.
 - 32 Crucis patibulum detestabile ac crudele.
 - 33 Crucis supplicium servorum fuit proprium.
 - 34 Nobiles ac fœminæ apud Romanos & alias gentes crucis pœnæ subiciebantur.
- D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Inter eas pœnas, quibus Romanorum Respublica scelerum prosequatur autores, ut maxima ultimum supplicium recensetur, l. Si quis forte 6. §. ult. cum leg. seqq. ff. de pœn. l. 4. tit. 31. part. 7. Farinac. in Praxi, tom. 1. quæst. 19. Clar. in §. fin. à quæst. 76. Guazzin. de defension. reor. defens. 33. cap. 4. Petr. Gregor. Syntagm. Jur. lib. 3. ex cap. 10. Bovadill. in Polit. lib. 2. cap. 21. n. 218. in fin. quod est vitæ naturalis ademptio, l. Ultimum 21. ff. eod. ad quam non temerè, sed raro rei damnabantur, & nonnisi ex atrocissimis criminibus. Bovad. ubi proximè.

Non tamen omnes simili instrumento, vel modo perimebantur; etenim pro diversitate personarum, ac facinorum multifariam damnati vitam agebant, veluti gladio aut securi decapitari per lictorem, fune intra carcerem strangulari, præcipientes acti intra carcerem ex loco destinato, qui vocabatur Robur, vel extra è rupe Tarpeia: in crucem acti per carnificem, ad furcam appensi, flammis absumpti, culeo insuti, projectique in mare, vel fluvium, ac tandem bestiarum immanitate lacerati. Quæ omnia constant ex l. Aut damnum 8. §. 1. & §. Hostes, l. Capitalium, in princip. & in §. Qui ob inimicitias, & §. Famosos, ff. de pœn. l. Pœna 9. ff. ad l. Pompei. de parricid. l. unic. in princip. C. de mulier. quæ se prop. serv. junxer. l. ult. tit. 19. l. 6. tit. 31. part. 7. D. Covar. in Clem. Si furiosus, part. 2. in princ. nu. 12. de homicid. Just. Lipsi. tract. de cruc. Jacob. Gretser. eod. tract. Joan. Rosin. de antiquit. Roman. lib. 9. cap. ult. versic. Judicio facto, & lib. 8. cap. 28. sub §. de legib. parricid. Farinac. Clar. ac Guazzin. ubi proximè. Sed ex his suppliciis pleraque de communi consuetudine aboleverunt, solumque frequentantur furcæ, strangulationis, & gladii, nisi flagitii enormitas ita insolens sit, ut diriozem, aut turpiorem pœnam oporteat irrogari. Guazzin. d. c. 4. num. 8. & apud nos est lex 6. tit. 31. part. 7. quæ expressim præcipit, & crucis mortem inferri vetat, ubi Gregor. Lop. gloss. ult. docet, judici non licere insolitum supplicium irrogare, alioqui damnatus ad mortem modo inusitato, jure communi nec instabilis, nec incapax efficeretur, & qui sententiam tulit, in syndicatu coerceretur.

Hic meminisse libet quæstionis, an scilicet pœna damnationis ad bestias ultimum supplicium importet? Assertio negativa deducitur ex l. Quicumque 8. ff. ad l. Corn. de fals. ubi datio ad bestias levior pœna ultimo supplicio probatur, unde sic tenent aliqui apud Farinac. sup. q. 115. num. 12. & 100. Affirmativa patet ex l. Si quis filio 6. §. Irritum, ff. de injust. rupt. d. l. Capitalium, §. Famosos, ff. de pœn. emendatur.

mosos, l. Qui ultimo 29. ff. de pan. ubi Gloss. verb. Ad bestias, & ita post alios tenet Farinac. ubi nuper. At Budæus in d. l. Aut damnatum, §. Quicumque, ut memorata jura conciliaret, talem excogitavit distinctionem. Aut reus simpliciter damnatur ad bestias, & tunc is non destinatur ultimo supplicio, sed servatur ut eas curet, vel ut cum ipsis more athletarum armis indutus depugnet in publicis spectaculis, unde incolumis, viraque comite evadere potest belluarum feritate devicta, argumento legis 1. §. Item Senatusconsulto, ff. de postul. l. Athletas, ff. de iis qui not. infam. juncta Glossa ibi, l. unic. C. de athlet. lib. 10. & sic exaudiri debet Consultus in d. l. Quicumque, ff. ad l. Cornel. de fals. Aut qui lege, vel sententia jubetur bestiis subjici, quo casu damnatus eis inermis dilacerandus subiacebat, imò solebat clavis affixus, vel funibus alligatus immanitati ferarum exponi, Just. Lips. sup. lib. 3. cap. 11. ubi Budæi conciliationi suffragatur: juxta quæ poena subjectionis ad bestias ultimi supplicii est, quo sensu accipienda sunt jura in d. l. Si quis filio, & alia nuper adducta. An verò hujusmodi concordia omninò juri consonet, prolixæ indagacionis est, alii perpendant.

4 Ex omnibus his capitalibus suppliciis id sævissimum censetur, cum homo flammis traditur encandus, argumento dictæ legis Capitalium, in princ. Tertullian. ad Martyr. cap. 4. Farinac. d. q. 19. numer. 21. Guazzin. cum aliis sup. numer. 15. Petr. Fab. lib. 2. semestr. cap. 7. ideoque pietatis intuitu apud Catholicæ Fidei cultores, ubi poena ignis lege irrogatur, prius compressis faucibus reus interficitur, quam comburatur, nisi hæreticus sit, qui in sua perfidia impoenitens perseveret, sicut prænotatum est supra, lib. 2. cap. 10. nu. 114. & 119. At nihilominus Just. Lips. lib. 2. cap. 1. putat diriorem fore mortem crucis, quam ignis, ob ignominiam, ac durationem. Et observandum est ex Saliano Annal. tom. 2. anno mundi 2584. numer. 127. ignis verbo in sacris Literis omne ultimum supplicium comprehendit. Vide infra, numer. 14.

5 Crucis verò, vel furcæ patibulum omnium turpissimum fuit supplicium, Just. Lips. ubi proximè, Farinac. d. q. 19. nu. 11. Valenz. cons. 102. num. 129. Guazzin. d. cap. 4. nu. 11. quod latius infra patebit. Gladii honestissimum, ac Nobilium gratiâ inventum supplicium. Valenz. n. 130. ubi post Just. Lips. comment. ad lib. 15. Annal. Taciti, adnotavit decorum magis esse gladio, quam securi jugulari. Ex quo deducitur decidendi ratio ad l. Aut damnatum 8. §. 1. ff. de pan. ubi qui gladio occidi præcipitur, securi cædi vetatur; fieret enim morienti injuria, si instrumento minus decenti perimeretur. Hodie securis usus in decapitandis delinquentibus non permittitur. Guazz. in d. cap. 4. in fin. & expressim interdicitur Hispana lege 6. tit. 31. part. 7. in fin. ubi Greg. Lop. gloss. 6. monet non licere iudicibus genus ultimi supplicii lege præscriptum immutare: quod si lex non assignet illud, sed duntaxat mortis poenam injungat ex usu receptis quam maluerint, perpensa rei qualitate imponere posse. Adde præmissa n. 2. in fin.

6 Illud commune fuit omnibus regulariter, qui ultimo afficiebantur supplicio, ut prius flagellis, vel virgis acriter cæderentur, ut deducitur ex l. Pena 9. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. unic. in princ. C. de mulier. quæ se prop. serv. junxer. Just. Lips. lib. 2. cap. 2. cum seqq. ubi de verberum discrimine, & lib. 3. cap. 2. Rosin. d. cap. ult. vers. Judicio factò,

Solorzan. de crim. parricid. lib. 1. cap. 10. Petr. Fab. sup. cap. 6. & 7. quod tamen non perpetuum esse, sentit Lips. ibidem, & maxime locum habere posset limitatio, cum aliquis ad gladii mortem damnabatur, propter supplicii honestatem, & verberum ignominiam, l. Ilus fustium 22. ubi Gloss. & DD. ff. de iis, qui not. infam.

Ad Num. . .

7 Ex hucusque traditis liquidò constat, furcarum supplicium Romanis satis cognitum ac frequentatum, cujus mentio fit in l. Moris 9. §. Ista ferè, ff. de pan. & aliis, quas D. Covar. in præsententi congestit, præter quem hoc ipsum observant Glossa in l. 1. C. de seditios. Just. Lips. de cruc. lib. 3. cap. 1. Rosin. sup. Larreategui Selectar. lib. 8. cap. 9. num. 19. Adrian. Turneb. adversarior. p. 1. lib. 15. cap. 3. Quæ poena & hodie assidua est ubique gentium, maxime in grassatores, ac fures, l. 6. tit. 31. part. 7. ubi Gregor. Lop. gloss. 6. Just. Lips. lib. 1. cap. 13. in fin. & lib. 3. cap. 7. Guazz. d. cap. 4. num. 8. & plures quos dedimus supra, lib. 2. cap. 9. n. 81.

8 De furcæ veteris, ac novæ forma fusè differit Just. Lips. lib. 3. cap. 3. cum seqq. & cap. 7. inquit furcam novissimè inventam fore instrumentum ex triplici ligno forma jugi veteris confectum, cui appensi homines laqueo strangulantur. Furca apud Romanos una ignominiosa vocabatur, & alia poenalis, non quia hæc careret infamiâ, sed quoniam illa ad ludibrium, & irrisionem tantum portabatur à servis, qui leve aliquid admiserant, qui præconizantes proprias noxas per viciniam, furciferi dicebantur. Poenalis autem furca bajulabatur per vias publicas à reis ad mortem damnatis, ut sub ipsa cæderentur, qui inter pergendum ad patibuli locum flagellabantur. Just. Lips. lib. 3. cap. 1. & 2. de quo inferius, ubi D. Covar. furciferos servos memorat.

Ibi: Quo in loco infelicem arborem.

9 Infelicem arborem furcam nuncupari, animadvertunt Gretser. de cruce, lib. 1. cap. 21. Just. Lips. lib. 1. cap. 1. ubi de cruce, Larreategui, ac Rosin. ubi proximè, Salian. sup. tom. 5. anno 3601. n. 4. vel quia infelices efficit, vel quòd loco fructuum ex ea infausta, horridaque punitorum cadavera pendent. Integram verò seriem solemnum verborum, quæ Magistratus proferebant, ubi reus ultimo supplicio affici debebat, refert Rosin. d. cap. ult. vers. Judicio factò, quæ sic se habebant: *I licitor, colliga manus, verberato, capite obnubito, arbore infelici suspendito.* Unde observant Gretser. & Salian. ubi proximè, Romanis moris fuisse facies interficiendorum velare. Quomodo qui ad patibulum ducebantur, velarentur, fusè tradidit Just. Lips. lib. 2. cap. 4. cum seqq. ubi de crucifixis gendis.

Ibi: Sed & furcam veteres.

10 De multiplici acceptione verbi Furca, videndus Calepin. verbo Furca, Turneb. sup. d. cap. 3. & part. 2. lib. 1. cap. 1. qui furciferorum servorum meminere, de quibus supra, nu. 8. Furcâ expellere dicimur, cum maximo conatu, totisque viribus propulsamus, ut præfati docent Autores. Cur servi furcam ferre, ut dictum est num. 8. cogentur, tradit Petr. Gregor. lib. 37. cap. 2. num. 5. nempo

nempe ut vicini ab eisdem caverent, quorum flagitia proprio propalabantur ore.

Ad Num. 2.

11. **Cru**x pro furca quondam aliquando usurpabatur, teste Calepino *verbo Furca*, & *verb. Cru*x, de quo Lips. *lib. 3. cap. 4.* ubi an idem fuerit patibulum, & furca. Sed & verbum **Cru**x, omne tormentum, agonemque significat, Just. Lips. *lib. 1. cap. 1.* Calepin. & Nebriss. *verb. Cru*x. Sic *Matth. cap. 10.* dicitur: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Plaut. *Menech. prolog.* ait: *Aliqua mala crux semper est, quæ aliquid perat.* Et apertius Terent. in *Aulular.* cruces meretrices nuncupavit, quia premunt, ac nocent. Similiter Hispanè dicimus quem crucem ferre, si diu quomodolibet affigatur, quod verum est si vox hæc latè accipiatur; nam pressè sumpta est cruentus interitus in ligno. Just. Lips. *ubi proximè*, Theatrum vitæ humanæ *verbo Cru*x, *col. 1.*

12. Rursus furca pro cruce nonnunquam accipiebatur, ut D. Covar. infra, *nu. 3.* nos edocet, cui accedit Calepin. *verbo Furca*: ex quo venit ampliandum Consulti responsum in *l. Moris 9. §. Iste ferè*, ibi: *Nec furcæ subjici, ff. de pen.* nam quod de furca cavetur, & de cruce exaudiri debet, tum ob verbi naturam, & aptitudinem ad utrumque patibulum comprehendendum: tum ob rationem eandem ignominie, quæ in hujusmodi suppliciis reperiebatur: quò loci animadvertendum est, Just. Lipsium *lib. 3. cap. 7.* existimasse in eo textu legendum, *Nec cruci suffigi*: quæ verba à Triboniano immutata asseverat, eo quòd sub id tempus jam sustulerat Constantinus crucis patibulum, & furcæ frequentabatur. At quomodocunque fuerit, tradita ampliatio æquè procedit.

Ibi: *At cruci affigebantur clavis nocentes.*

13. Sic plerumque eveniebat, sed consueverant etiam rei manibus, pedibusque ligatis crucifigi. Theatrum vitæ humanæ *tom. 2. lit. C, verb. Cru*x, *col. 1. lit. D.* Just. Lips. *lib. 2. cap. 8. & 9.* & funibus alligati acrius cruciabantur. Idem *d. cap. 8.* qui fame, lanceis, aut à volucris dilaniati enecabantur. Just. Lips. *cap. 12. & 13.* Vide eundem *lib. 1. cap. 4.* ad ea, quæ D. Covar. hic subdit: & hanc distinctionem inter crucem, & furcam agnoscunt Rosin. *d. vers. Judicio facto*, Just. Lips. *lib. 1. & 3.* Larreategui *d. cap. 9. à num. 17.* Petr. Gregor. *sup. lib. 31. cap. 17. num. 3.* ubi quod acerbior erat crux, quàm furca, ob durationem cruciatus (de qua statim) & plurium cruciariorum meminit.

Ibi: *Ex quibus locis apparet crucis suppliciam.*

14. Crucis patibulum immane, & acerrimum habebatur. Cic. *5. in Verr.* crudelissimum, ac terribilissimum dixit: Jul. Paulus *lib. 5. sentent. tit. 12.* summum supplicium vocat, Just. Lips. *lib. 2. cap. 1.* poenam extremam, ignisque acerbiorē, quia cruciatus cum vita magis protelatur; solebant enim cruciarii biduo, vel triduo superstites pendere, ut de Divo Andrea fertur, qui per tres dies

supervixit appensus, Just. Lips. *lib. 2. cap. 1. & 12.* Unde supplicium hoc dirissimum fore, præter Lipsium adnotant Rosin. *de antiquitatibus Roman. lib. 9. cap. ult. vers. Judicio facto.* Larreategui *Selectar. lib. 8. cap. 9. numer. 17. in fin.* Theat. vitæ humanæ *sup. col. 1. lit. C, P. Suar. de vit. Christi. disp. 3. q. 46. art. 4. vers. Quoniam de materia.* Hebræis verò non licebat reos in crucem actos pendentes post solis occasum derelinquere, ut colligitur ex *Deuter. cap. 21.* quem locum paulò inferiùs dat D. Covar. Et licet de cruciariis, vel suspensiosis jam defunctis lex egerit ibi, constat tamen latrones, qui cum Domino in cruces acti sunt, crucibus contractis vespere peremptos fuisse, ne in cruce noctu permanerent: sed id ob subsequens Pascha fieri oportuit, prout ex sacro Textu colligitur, *Joan. cap. 10.* Aliter Romani, qui solebant ad terrorem, & opprobrium cruciariorum cadavera in patibulo relinquere. Theatrum vitæ humanæ *col. 6. litera F.* Vide ad hæc Salian. *tom. 3. anno 3013. n. 17.*

Ibi: *Genesis cap. 40.*

Sunt itidem in sacra Pagina testimonia alia, & 15 exempla supplicii crucis, ut *Numer. cap. 25.* ibi: *Tolle*, inquit Dominus ad Moysen, *cunctos Principes populi, & suspende eos in patibulis*; id est, crucibus, ut post alios interpretatur Salian. in *Annal. an. mundi 2583. n. 90.* Et *Joan. cap. 10.* dicitur: *Percussitque Josue, & interfecit eos, atque suspendit super quinque stipites.* De quo Salian. *an. 2584. numer. 178. cum seq.* ubi cum aliis opinatur, eos quinque Reges, de quibus sermo est, post mortem cruci affixos. Item *Reg. 2. cap. 21.* filii Saulis à Gabaonitis in crucem acti sunt, ibi: *Qui crucifixerunt eos in monte coram Domino.* Vide Salian. *tom. 3. anno mundi 3013. n. 15.*

Ibi: *Extat & de Aman.*

De quo vide Just. Lips. *lib. 1. cap. 11.* Gretser. *16 de cruce, lib. 1. cap. 21.* Torniiell. *Annal. anno mundi 3661. per tot.* Salian. *plenè anno mundi 3661. à princip. & n. 41.* tradit, Amanem fuisse clavis cruci suffixum, à qua post mortem cadaver translatum est in aliud patibulum ad portas urbis Susan. Sic habetur *Esth. cap. ult. vers. 18.* ibi: *Pro quo scelere ante portas hujus urbis, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio ejus pendet in patibulis.*

Ibi: *Ex quibus probatur genus hoc supplicii.*

Supplicium crucis, quàm & gabalum antiqui 17 Latini vocitabant, ubique gentium in malefactorum usu receptissimum esse constat, ut apud Persas, Græcos, Assyrios, Ægyptios, Afros, Athenienses, Macedones Just. Lips. *ubi proximè*, Theat. vitæ humanæ *sup. col. 3.* Petr. Gregor. *sup. num. 1.* cujus initium latet præ antiquitate: tamen jam Nini temporibus secundi Assyriorum Regis patibulum istud non erat ignotum; nam ille anno 43, postquam clavum Imperii tenere cœpit, Pharnum Mediæ Regem à se devictum cum uxore ac liberis in crucem ut ageretur præcepit, ut ex *Diodor. Sicul. lib. 2. antiquit. cap. 1. & Sabell. lib. 1. ennead. 1.* refert Theatrum vitæ humanæ *ubi nuper*, & apud Romanos vetus, veterimumque supplicium inquit Just. Lips. *d. cap. 11.* de quo Jul. Paul. *lib. 5. Sentent. tit. 17.* ubi Cujac. Rævard.

conjectan. lib. 1. cap. 16. Annus 43. Nini fuit 2039. ab orbe condito, juxta Chronicon Saliani.

Ibi: *Crucemque ipsam Græcè distam.*

- 18 Verbum *Cruce*, originem ducit à verbo Græco, quod ferre significat. Theatrum vitæ humanæ verb. *Cruce*, in princip.

Ibi: *Sit omninò T, similis.*

- 19 Litera T, sive Tau, crucis imaginem refert, ejus scilicet, quæ commissa dicebatur, qualis fuit felix illa, à qua Christus regnavit. Theatrum vitæ humanæ col. 2. lit. C, Just. Lips. lib. 1. de cruce, cap. 7. & 8. Chassan. in catalog. glor. mundi, part. 1. confid. 38. concl. 99. vers. Primò. Spondan. in Epitome Annal. Baron. anno 34. n. 29. D. Isidor. de vocat. gent. Tau litera speciem crucis demonstrat. Tertullian. advers. Marcion. Ipsa enim litera Græcorum Tau, nostra autem T, species est crucis, de quo inferius iterum D. Covar. sub vers. Ezechielis cap. 9. X, quoque litera crucem refert diversæ formæ, in qua D. Andreas suffixus est, D. Isidor. origin. lib. 1. cap. 11. ibi: X, litera, & in figura crucem, & in numero decem demonstrat. Lips. d. cap. 7.

Ibi: *Cùm & sine ipso Crux ipsa imaginem T.*

- 20 Et è converso homo sine cruce eandem representat, Justin. Mart. in apolog. 2. D. Maxim. sermone 54. ex quibus id observat Theatrum vitæ humanæ sup. col. 11. lit. A.

Ad Num. 3.

- 21 Tau apud veteres supplicii, & damnationis notam fuisse animadvertit Just. Lipsius lib. 1. cap. 4.

Ibi: *Sed & furcis nocentes affixos olim fuisse.*

- 22 Calistrati verba in l. Capitalium 28. §. *Famosos*, ff. de pen. à Triboniano depravata non pauci suspicantur; nam cùm Consultus secundum eos, crucifigendos scripsisset, Tribonianus secundum tempus, quo Digesta compilavit, verbo crucis sublato, quia tale supplicium jam erat vetitum, prout infra adnotabitur, ejus loco furca subrogavit: in qua opinione sunt Cujac. ad Jul. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 1. Petr. Fab. lib. 2. semest. cap. 7. vers. *Laquei profectò*, Just. Lips. sup. lib. 3. cap. 7. ubi simile objicit Triboniano, de quo supra, numer. 12. At Larreategui *Selectar. lib. 8. cap. 9. nu. 19.* adversus eos Tribonianum tuetur asserens Juris prudentibus non esse curandum de verbi *figere*, proprietate, quod ad clavorum infixionem spectat, nec furcæ, sed cruci convenit, cùm in Jure non tam verba, quàm mens Legislatoris perpendi debeat. Quibus adjici posset, quod verbum *Furca*, pro cruce accipi solet, ut D. Covarruv. statim edocet, ac præmissum est supra ex aliis, numer. 12. unde absque verbi impropriate potuit Consultus dicere, *famosos latrones furcæ figendos.* Nihilominus verosimiliter cum Cujacio & sequacibus

præsumi contra Tribonianum potest corruptio illius Textus, qui non semel in simile vitium incidisse convincitur; & hoc creditu dignius est, quàm quod Callistratus minus proprie loquutus sit, verba *Furca*, & *Figere* confundens: nec Consulti vocum proprietatem continere solent, ut notatur in l. *Labeo* 7, §. ult. ff. de supellect. legat. Utcunque sit, Triboniano libenter venia tribui debet, qui pietate, ac religione duce, vestigium omne antiquatæ ignominie S. Crucis ex Pandectarum libris delere contendit.

Ibi: *Ut tandem ratione communis.*

Vide sup. num. 11. 12. & 13.

Ibi: *His adstipulatur, quod cruce.*

Crucem multiformem fuisse apparet ex iis, quæ late congerunt Theatrum vitæ hum. verbo *Cruce*, col. 2. lit. D, tom. 2. Lips. lib. 1. cap. 5. cum aliis, ubi diversas formas crucis, ac crucifigendi demonstrat ob oculos effigies proponens: ubi itidem monet, ab initio homines arboribus suffigi, unde crux arbor, vel stipes infelix, & infamis vocabatur. Lips. lib. 1. cap. 1. Theat. vitæ hum. verbo *Cruce*, in princip. Cujus formæ esset, in qua Christus est passus, tradit Lips. lib. 1. cap. 10. Theat. hum. col. 2. lit. C.

Ibi: *Tametsi ex propria verbi significatione.*

De quo jam nu. 22. cum seqq. Hodie furca proprie dicitur, ubi rei suspensi laqueo per carnificem perimuntur; nam etsi compressis faucibus palo alligatus, non tamen suspensus occidatur aliquis, quod vulgò *dar garrote* dicitur, honestius tamen obiisse censetur, quàm in furca.

Ibi: *Eusebius martyrium Petri Apostoli.*

Idem observat Baron. Annal. anno 69. & ibi Spondan. nu. 7. Just. Lips. lib. 3. cap. 8. qui tradit, simili pœna interfectum Calliopium Martyrem: & lib. 2. cap. 12. refert, sub Nerva Victorinum capite versus terram crucifixum triduo vixisse. Plurimos, qui in cruce martyrii lauream adepti sunt, cumulat Theatrum vitæ hum. verbo *Cruce*, à col. 12.

Ibi: *Græcis sanè verba hæc.*

De iis agit Just. Lips. lib. 1. cap. 2.

Ibi: *Nam & autore Suida.*

Quod crux palus acutus erat, cui affigebantur nocentes, ostendit Just. Lips. lib. 1. cap. 4. 5. & 12. & cap. 6. observat homines infigi, cùm palo acuto per medium corpus transfodiebantur, quod vulgò *empalar* vocamus, & apud nos in usu non est. Mahometani verò eo supplicio utuntur. Sic infixos putat Justus Lipsius ibi leones, quos crucifixos in Africa vidisse Polybium testatur Plin. lib. 8. cap. 16.

Vers. *Laquei verò supplicium.*

Furcæ pœna ubique, tam apud antiquitatem, 27 quam

quàm tempestate nostra turpis, foeda, ac probrofa est habita, ut deducitur ex l. *Moris* 9. §. *Ista ferè*, ff. de pen. l. 2. tit. 21. part. 2. cap. *Sceleratior* 39. de penitent. distinct. 3. & observant Farinac. in *Praxi crimin. quest.* 19. num. 11. Tiraq. de pen. temper. causa 31. num. 6. Valenz. conf. 102. numer. 129. Joan. de Platea in l. *Omnes*, C. de delictoribus, lib. 10. Gutier. *Practicar. lib. 4. quest. 5. numer. 16.* Gigas de crimine læsæ Majestatis, lib. 2. tit. de pen. q. 1. numer. 8. Petr. Caball. qq. crimin. casu 197. n. 4. Just. Lips. de cruce, lib. 3. cap. 1. Petr. Gregor. d. cap. 17. num. 2. Matienz. ubi mox laudabitur, Card. Tusch. lit. F, concl. 538. numer. 2. Cujac. in notis ad Jul. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 17. & lib. 16. observat. cap. 1. Bajard. ad Clar. in §. *Furtum*, nu. 69. ubi quod in Gallia non est ignominiosa sicut in Italia, Guazzin. de defens. reor. defens. 32. cap. 4. num. 11. Unde licet quoad dolorem mitior hæc pœna sit, quàm gladii, ut ex Philosophis, seu Physicis tradit. Caball. casu 99. num. 96. quem sequitur Guazzin. num. 12. tamen ob ignominiam gravior censetur, Guazzin. Bajard. & Caball. ubi proximè, quest. 18. n. 85. Valenz. numer. 131. & dixi sup. lib. 2. cap. 9. n. 55. Sed & altera ratione durior mors furcæ existimatur, quia scilicet gladio citius vita, & cruciatus finitur. Marta de jurisdictione, part. 2. cap. 47. num. 10. Mortem furcæ informem dixere Virgil. lib. 12. *Æneid.* ibi: *Et nondum informis lethi trabe neclit ab alta.* Ægesipp. lib. 3. sic: *Informis lethi laqueum homines invenerunt, feræ nesciunt.* D. Hieron. epist. 8. ad Paulin. ibi: *Informe furcæ lethum.* Eandem foedam vocat Liv. lib. 2. decad. 5. sic: *Hic foeda morte periit, servi manè cubiculum ingressi laqueo dependentem invenere.* Præposteram ait Plin. lib. 2. cap. 25. ibi: *Ne laquei torqueret pœna præpostera.*

28 Hinc quaeritur, si quis damnetur diversis sententis ad furcam, & gladium, quæ pœna ex istis irrogabitur? Et gladio enecandum tenent Guazzin. sup. numer. 12. Bajard. ad Clar. in §. fin. quest. 99. numer. 15. qui aliter in Gallia observari testatur, & ita juri videtur convenire: sed oppositum nititur æquitate, & in pœnis in mitiorem sententiam propensi esse debemus, nisi delicti atrocitas, propter quod pœna furcæ irrogatur, deposcat, ut ignominia quoque reus ad terrorem subjiciatur, argumento legis *Respicendum* 11. & l. penult. ff. de pen. l. *Factum* 198. §. ult. ff. de pen.

Ibi: Ideo nobiles minimè eo plectendos fore.

29 Sic prænotatum est supra, lib. 2. cap. 9. nu. 51. & ibi laudatis jungendi sunt Gregor. Lop. in l. 6. gloss. 6. tit. 31. part. 7. Valenzuel. sup. numer. 130. Bajard. in dicto §. *Furtum*, num. 68. & 69. Matienzo in l. 1. gloss. 7. n. 4. tit. 14. lib. 5. Recop. Carrer. in *Praxi crim. §. Circa secundum itaque*, numer. 5. Cabal. d. casu 99. n. 105. Tusch. sup. n. 3. Vide sup. n. 5.

30 Ex infamia, quæ furcæ supplicio contrahitur, provenit ut nonnunquam cadavera eorum, qui in reatu decesserunt, suspendi jubeantur. Anton. Gom. *variari. lib. 3. cap. 1. n. 79.* Menoch. de arbit. casu 285. numer. 7. Bovad. in *Polis. tom. 2. lib. 3. cap. 15. n. 143. in fin.* & alii, quos dedimus supra, lib. 2. cap. 10. n. 112. Vide exempla inferius, n. 33.

Ibi: Nisi famosi latrones, aut grassatores fuerint.

Licet autem generosi ad furcam damnari non permittantur, id tamen fallit si enormia, aut turpia crimina perpetraverint, ut si rei læsæ Majestatis convincantur, aut latrocinium, vel furta commisisse probentur: quod de communi consuetudine receptum est, Bajard. ubi proximè, Clar. in §. fin. q. 60. n. 24. Caball. d. casu 99. nu. 106. cum seqq. Tusch. ubi proximè, Carrer. sup. §. *Circa igitur tertium*, n. 26. Boss. in *praxi, tit. de sacrileg. ante fin. n. 6. vers. Si tamen*, præter eos, quos recensuimus d. cap. 9. n. 53. & n. 54. traditur quid in Hispania servetur in Nobilibus læsæ Majestatis reis. Idem quod de Nobilibus, de militibus tenendum est, Tusch. n. 2. Valenzuel. numer. 131. Bajard. in d. §. *Furtum*, n. 60. & facit lex 3. §. 1. juncta gloss. verb. *Torquentur*, ff. de re militar. & utrique suo privilegio renunciare non valent, ex notatis in cap. *Si diligenti* 12. de for. comp. facit lex finalis, tit. 2. lib. 6. Recop. & quod traditur supra, lib. 2. cap. 9. n. 49.

Ibi: Eadem ratione crucis pœna.

Crucis patibulum non minùs quàm furcæ detestabile, ac ignominiosum apud Romanos, aliasque gentes fuit antequam Christus Dominus eam in solium Majestatis suæ, cum mortis agonem in ipsa pertulit, elevaret. Sic Aman, ut Mardochæo turpissimum pararet interitum, ipsam in crucem agere constituit ex consilio uxoris, & amicorum, ad contemptum sui vindicandum, Esth. cap. 5. ibi: *Responderuntque ei Zares uxor ejus, & ceteri amici: Jube parari excelsam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos, & dic manè regi, ut appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege letus ad convivium.* Placuit ei consilium, & jussit excelsam parari crucem. Unde observandum est, tanto magis crucem infamem censer, quanto altior erigebatur: sic Christi Domini crucem celsiorem fuisse aliis existimatur. Salian. *Annal. tom. 5. anno 3601. n. 29. vers. Responderunt*, Sueton. in *Galba. cap. 9.* Gretser. de *cruc. lib. 1. cap. 7.* Just. Lips. lib. 3. cap. 13. Ratio est, quia magis elevatus patiens eminus à pluribus conspiciebatur. Salian. ibidem. Hinc patibulum hoc ignominiosum etiam post Christi mortem apud Gentiles, & antea apud omnes fuisse adnotarunt præter jam laudatos Just. Lips. lib. 1. cap. 12. Larreategui *Seleclar. lib. 8. cap. 9. nu. 18.* Theatr. vitæ hum. verb. *Crux*, col. 6. lit. A, & col. 26. lit. G, Petr. Gregor. sup. lib. 31. cap. 17. num. 1. & 3. Chassan. conf. 38. concl. 98. vers. *Crux olim*, Gretser. de *cruc. lib. 1. cap. 38.* Durant. *Cassell. lib. 2. variari. cap. 3.* Pet. Fab. lib. 2. *semestr. cap. 8.* Ravard. *conjectaneor. lib. 1. cap. 16.*

Quod supplicii genus proprium fervorum apud Romanos fuit. Terent. *satyr. 6.* ibi: *Impone crucem servo.* Sic Servus apud Plaut. in *Milite*, ait: *Noli minitari, scio crucem futurum mihi sepulchrum.*

Ibi majores mei siti sunt, pater, avus, proavus, abavus.

Hirtius de bell. Hispaniæ, sic ait: *Prehensi servi tres, unus legione vernacula: servi sunt in crucem sublati, militi cervices abscissæ.* Et animadvertunt Just. Lips. Theatr. vit. hum. & Larreategui ubi proximè.

mè. Hoc in causa fuit, ut nonnunquam cadavera cruci ad opprobrium affigerentur, sicut habetur *Jos. cap. 10. vers. 26.* cujus loci meminimus *sup. nu. 15.* nam illic quinque Reges prius occisi sunt, quam crucifigerentur, ut ex serie sacri Textus post alios deducit *Salian. sup. tom. 2. anno 2584. nu. 179.* Simile supplicium sumpserunt Athenienses de Hannone, ut testatur *Justin. lib. 21.* ibi: *Qui captus, virgisque cæsus, effossis oculis, & manibus, cruribusque fractis, velut à singulis membris pœnæ exigerentur, in conspectu populi occiditur, corpus verberibus laceratum in cruce figitur.* Similiter Carthaginenses in Magonem statuerunt. *Plutarch. in vita Timoleon. Justin. lib. 19.* ibi: *Mago insignis Carthaginensium Imperator, qui primus omnium imperium Pœnorum ordinata militari disciplina constituit, viresque non minus bellandi arte quam virtute formavit, ob rem malè gestam contra Syracusanos metu supplicii se ipsum interfecit, quo non contenti Carthaginenses, mortui corpus in cruce sustulerunt.* Verùm nedum cadaver rei, sed & imago in cruce agi solebat. *Just. Lips. lib. 3. cap. 12.* Adde quæ *sup. numer. 30.* de furca præmissimus. Quàm ignominiosè cum cruciariis agebatur, dum ad patibulum ducerentur, tradit *Just. Lips. lib. 2. cap. 3. cum seqq.* ubi quod flagellabantur, cruce sibi bajulabant, stimulis agebantur, exuebantur vestibus, aliisque modis vexabantur.

34 Quamvis regulariter crux servorum, & abjectæ conditionis hominum pœna foret, aliquando tamen honesti viri turpitudinem hujus patibuli sustinuerunt ob facinorum immanitatem. Sic plecebantur Duces bella pravo consilio gerentes, quamquam eventus felix subsequeretur. *Valer. Maxim. lib. 11. cap. 7. Lips. lib. 1. cap. 11.* *Theat. vitæ hum. lit. C. pag. 605.* Afri etiam nobiles in cruce agere consueverunt, *Lips. ubi proxime.* Fœminæ itidem sexus prærogativa & honestate non suffragante hoc ignominiosum supplicium apud Romanos expertæ sunt. *Theat. vitæ hum. sup. pag. 604. Lips. lib. 1. cap. 15.* Idemque Ægyptii observaverunt. *Theat. vitæ hum. pag. 603.* At Romani nec liberum hominem, nisi raro, cruci affigi patiebantur, nec ob leve crimen. *Just. Lips. lib. 1. cap. 12. & 13.* ubi causas congerit, quibus talis pœna irrogari solebat.

35 Quod autem de fœminis crucifigendis assertum est, ad eas quæ virum noverant spectat, virgines enim more Romanorum cruci subicere non licuit: sed hoc, quod virginitatis privilegium videtur, in detestabile ipsius opprobrium immaniter solebat retorqueri, siquidem carnifex ipsas turpissimè prostituere jubebatur, ut corruptas mox merito supplicio conficeret. *Sueton. in Tiberio, cap. 61.* ubi sic fatur: *Immaturæ puellæ, quæ more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein strangulatæ.* *Tacit. lib. 5. Annal. hæc scribit: Tradunt temporis ejus Autores, quia triumvirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum juxta compressam immitti exin obliquis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abjecta.* Ex quibus id observant *Petr. Gregor. Syntagmat. jur. lib. 31. c. 17. nu. 3. Salian. Annal. Ecclesiast. tom. 6. anno mundi 4084. n. 30.* ubi de filia Sejani, quæ in odium patris sic infeliciter obiit, agens, in hanc dementem Romanorum turpitudinem acriter invehitur.

Ibi: *Verùm post Jesu Christi mortem.*

De reverenti cultu Sanctæ Crucis post Salvatoris mortem apud Catholicos plurima cumulat Theatrum vitæ humanæ *lit. C. pagina 611. cum seqq.* & in Jure nostro extat lex unica, *Cod. nemin. licere Crucem Salvatoris,* cui consonat *lex 3. tit. 1. lib. 1. Recopilar.* quibus cavetur, gravi pœna in transgressores stabilita, ne quis signum Sanctæ Crucis sculptum, aut depictum habeat, ubi pefundari possit. Idemque à Scotiæ Rege Convallo constitutum tradit *Lessæus lib. 4. Hist. Scotiæ,* quem dat *Solorzan. emblem. 10. numer. 29.* Quod adnotant idem *Solorzan. numer. 30. Menoch. de arbitr. casu 376. Didac. Perez in l. 4. tit. 1. lib. 1. Ordinan.* quæ idem statuitur *Baron. Annal. Eccles. anno 427. ubi Spondan. in Epit. numer. 2. Barbosa cum pluribus in collectan. ad dictam legem unic. num. 1. & 2. Pœna secundum jus commune ultimum supplicium videtur Accursio in d. l. unic. quem si in contemptum fiat, sequitur Caball. resol. crimin. casu 91. numer. 2.* Sed *Menoch. sup. arbitrio judicis reum coercendum opinatur.* At juxta jus nostrum regium cum pœna pecuniaria injungatur, quæ levis est, locum habeat, cessante dolo, ac contemptu. Extat & apud nos *lex 5. tit. 28. part. 7. adversus eos, qui factis quomodolibet injuriam S. Crucis intulerint.*

Ad Num. 4.

Constantinus Magnus in honorem S. Crucis sancivit ne aliquis reus deinceps crucifigeretur. *D. August. in qq. veter. & novi Testam. ibi: Antea homines crucifigebantur, quod postea edicto prohibitum manet.* *Victor. in Constantino, ibi: Vetus, veterrimumque supplicium patibulorum, & cruribus suffringendis primus removit.* *Cassiod. hist. tripart. lib. 1. cap. 9.* sic ait: *Supplicium crucis, quod primitus apud Romanos erat in usu, lege prohibuit.* *Card. Baron. anno 325. ubi Spondan. n. 52. Petr. Gregor. d. cap. 17. num. 4. Just. Lips. lib. 3. c. 14. Larreategui Selectar. jur. lib. 8. cap. 9. numer. 18.* Quod genus supplicii nunquam in usum rediit. *Lips. d. cap. 14.* Similiter crucis patibulum prohibetur, *l. 6. tit. 31. p. 7.*

Verùm jam antea à quo S. Crux Constantino apparuit, priusquam cum Maxentio, quem per illam devicit, congrederetur, istud sacratissimum signum Romanis valdè venerabile fuit. *Lips. c. 15.* Plura alia gratitudinis ergo Constantinus erga S. Crucem patravit; nam Imperiali diademati illam superposuit. *D. Hieronym. epist. ad Letam, ibi: Regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas patibuli Salvatoris figura condecorat.* Instituit ut Veneris dies S. Crucis sacretur. *Euseb. lib. 4. histor. cap. 18.* Theatrum vitæ humanæ *sup. pag. 611.* Jussit sacrum Christi vexillum labaro, aliisque militaribus vexillis intexi, numismatibusque sculpi. Romæ statuam suam cruce manu gestantem collocavit. Quæ prosequuntur *Baron. anno 312. tom. 3. ubi Spondan. num. 4. & an. 325. Lips. Solorzan. Theat. vitæ humanæ ubi proxime.* De inventione S. Crucis infra, *hoc lib. cap. 16. d. numer. 5.*

Ibi: *Ceterum ante Christi passionem.*

Hæc eadem observant *Spondan, in Epitome Baronii 39*

ronii, anno 34. num. 29. & anno 389. num. 17. Just. Lips. de Cruce, lib. I. cap. 8. Petr. Crinit. lib. 7. de honest. discipl. Marfil. Ricin. de triptic. vita. Theatr. vitæ hum. lit. T. pag. 1. Challan. conf. 99. vers. Item secundò. Imò Ægyptii Serapidis pectori litteram T. inscribere. Theatrum vitæ humanæ; pag. 2. vers. Salutis, Sylv. variæ lect. I. cap. 3. Unde quondam apud Ethnicos moris erat, ut in albo militum, ubi nomina eorum describebantur, illi qui vita fungebantur, hac littera T, notari so- lerent, mortuorum verò nominibus superpone- batur lit. Θ, seu thêta: illa signum vitæ, hæc mortis habebatur; etenim Tau felicitatis ac sa- lutis nota censebatur. Bozi. lib. 2. de Cruce trium- phant. Sixt. Senens. in Bibliotheca Sancta, lib. 2. verbo Tau, Theatrum vitæ humanæ lit. T, in princip. & verbo Salutis, quò loci dicitur Tau litteram Græcam apud Græcos, & Latinos salutem prænotare.

Ad Num. 5. Vers. Ezechielis. cap. 9.

40 De hoc Prophetæ loco, & quod signum id, quo signabantur frontes eorum qui necandi non erant, Crucis formam habuit, quam repræsen- tabat, disserunt Sixt. Senens. Theatrum vitæ hu- manæ, Challan. ubi proximè, Lips. lib. I. cap. 7. Spondan. anno 34. num. 29. Imò & apud ethni- cos Tau crucem significare traditur in Theatro vitæ humanæ, lit. T, pag. 2. verbo Crucis.

Ibi: Sed & eandem litteram Hbraicè constat.

Idem observat Senens. ubi proximè.

Ad Num. 6.

41 Furcam signum esse meri imperii, & crimina- lis jurisdictionis, ac per illam quasi possessionem ejus jurisdictionis probari communiter assevera- tur, de quò ita adnotantes consule Aviles in cap. 42. Prætor. num. 3. & 4. Ramon. conf. 21. num. 44. & conf. 26. nu. 11. Natta conf. 636. nu. 8. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. num. 64. Card. Tusch. lit. F, concl. 537. Ad probationem quasi possessio- nis prædictæ opus non est, ut aliquis suspendatur; sed enim est furcam erectam esse, quanquam per centum annos usus ejus non sit. Aviles sup. Sed si aliquis furcam erigat, cui jus non est gladii, poterit per publicam Potestatem manu armata de- jici. Avend. de exeq. mand. part. 2. cap. 21. num. 3.

Ibi: Quin & id agere poterit.

42 Qui in aliquo oppido jurisdictionem obtinet ad malefactores ultimo supplicio afficiendos, li- berè poterit ibi continuò furcam habere, licet renitatur alius, qui causarum criminalium cog- nitionem ibi habeat, aut mixtum imperium. Cancer. variar. part. 2. cap. 1. num. 299. Tusch. lit. F, concl. 357. num. 1. & 2. qui rationem red- dunt, quia scilicet publicè interest furcam ere- ctam existerè ad delinquentium terrorem, ita ut quisque compelli possit ad vendendum locum aptum, ut ipsa collocetur. Tusch. num. 3. Qua ratione idem dicendum videtur, si duobus in eo- dem oppido merum imperium competeret, quo- rum alter furcam vellet erigere, & alter renueret; nam deberet erigi ob commune bonum. Nec ob- D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

stabit, in re communi conditionem prohibentis esse potiore. Tondut. qq. civil. cap. 88. num. 22. Menoch. conf. 36. num. 52. id verum est, cæteris paribus, ut ait Menoch. ibi. Hic autem favor boni communis stat pro eo, qui furcam fieri desiderat; & adversario opponitur. Præterea idem axioma li- mitatur, quando socius vult re communi uti in- eum finem, ad quem destinata illa est; tunc enim prohibentis non est melior conditio. Tondut. ubi sup. qui autem furcam erigit, utitur sua jurisdic- tione ad terrendos malefactores, ad quod inventa & data est, cum illa erecta metum incutiat facino- rosis, ut à criminibus abstineant.

SUMMARIUM.

- 1 Conductor quibus ex causis uti re locata ali- quando prohibeatur.
- 2 Quando conductor, vel locator teneatur, si usus rei locatæ impediatur.
- 3 Migranti è domo locata ob metum lemorum, aut phantasmatum, pensio remitti debet.
- 4 Nuncianda est migratio, & bona sunt deducenda ab æde, ut pensionis remissio fiat.
- 5 Pensionis remissioni non est locus, cum conductor sciebat contractus tempore domum phantasma- tibus infestari.
- 6 Si conductor recesserit propter lemures, bellum, aut pestem, an his cessantibus cogatur solvere pensionem usque ad tempus præfinitum in con- tractu.
- 7 Facile credendum non est iis, quæ de phantasma- tibus ac lemuribus vulgò jactantur.
- 8 Dæmones nihil valent adversus nos, nisi Deo concedente.
- 9 Dei judicia scrutari non licet.
- 10 Deus aliquando mittit dæmones ad plectenda hominum peccata.
- 11 Traduntur exempla.
- 12 Justa Dei voluntate diabolus homines divexat, sed ex propria malitia perperam propter odium operatur.
- 13 Dæmon, permittente Deo, homines corporaliter & spiritualiter vexat.
- 14 Etiam justos permissione Dei dæmon persequitur in hac vita.
- 15 Ex Dei permisso dæmon plura edit, quæ mira- culosa videntur.

Utrum pensio sit remittenda inquilino migranti è domo ante tempus con- tractu præscriptum, propter lemures, sive phantasmata?

CAPUT VI.

COntingit interdum, ut in isto locationis con- tractu aliquid superveniat, quod impe- dimento sit, ut conductori uti re locata non liceat, & hoc provenit ex culpa locatoris, seu facti vel conductoris, vel tertii, aut casu fortuito. Ubi locatoris factum intercedit, pensio non de- betur, imò ad interesse tenetur conductori, l. 21. tit. 8. part. 5. l. Si unus 17. §. ult. l. Si fundus 36. ff. locat. Gregor. Lop. in d. l. 21. gloss. 2. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 1. in fin. Caroc. de locat. tit. de casib. quæst. 7. num. 16. & tit. de remission. merced. quæst. 8. num. 139. Quod re- stringendum est, cum Princeps locat agros aut

vestigalia, ac postea legem fert, vel justum gerit bellum, quo conductor impeditur fructus percipere, sive gabellas; tunc siquidem interesse minimè præstabitur, imò nec pensio remittetur, ut vult Larrea alleg. fisc. 17. nu. 24. cui assentiri videtur Caroc. d. tit. de casib. quest. 6. & tit. de remission. merced. quest. 8. d. num. 71. Verumtamen quoad remissionem mercedis perdurum est quod tradit Larrea, ut insinuat Caroc. d. q. 8. nu. 73. per hæc verba: *Ultimum colligitur, quod Principes locant, nec de hoc contractu Principes de lignantur, & benignè eorum locationes sunt interpretandæ, ut privatis non noceant, licet Ministri avidi, & sitibundi totum contrarium faciant anhelantes in vomitum avaritiæ; & hoc contra justam mentem Principis.* Quibus perpensis, & quæ idem Caroc. docet d. quest. 6. in fin. planè colligitur in ea sententia residere, ut pensio à conductore non exsolvatur, quod æquitati, & juri maximè congruit, quia lex aut bellum ex causa publica superveniens, etsi Principi non imputetur ad culpam, sat est quod factò ejus contingat, ut pensio remittatur, l. Qui insulam 33. ff. locat. Caroc. d. quest. 8. num. 165. Capic. decis. 87. num. 8. & cum in hoc nullum in jure privilegium Principibus indulgeatur, regulis communibus standum est, secundùm tradita sup. lib. I. cap. 16. Ad quale interesse locator conductor in hac specie teneatur, edocet Greg. Lop. sup.

2 In secundo casu si conductor suâ culpâ, vel factò uti re locata non valeat, integram mercedem persolvere compelleretur, l. Qui operas 41. ff. locat. Tusch. lit. L. conclus. 431. n. 69. Caroc. d. quest. 8. num. 138. & tit. de recusat. quest. II. num. 1. In ultimo, quando scilicet aliunde præter factum contrahentium usus rei locatæ vetatur, subsequitur sola mercedis remissio, d. l. 21. Partit. d. l. Si uno, §. ult. d. l. Si fundus, l. Si ex conducto 16. l. Habitatores 30. ff. locat. Gregor. Lop. sup. gloss. 5. Anton. Gom. nu. 3. Tusch. d. nu. 18. D. Covarruv. Practicar. cap. 30. nu. 3. Osuald. ad Donell. lib. 13. cap. 8. Cancr. variar. part. 3. cap. 14. num. 28. Caroc. num. 16. & 165. Molin. de justit. & jur. disput. 393. num. 1. Quod limita cum per tertium usus rei impeditur, cui locator resistere potest, quia tunc & ad interesse tenebitur conductori. Bossius in Praxi, tit. de remission. merced. num. 108. Quæ omnia sunt de natura contractus observanda, nisi aliud exprimat, quod servari debebit, l. Contractus 24. ff. de reg. jur. Caroc. d. q. 8. n. 81. & 151.

3 His obiter, ac generaliter præmissis, est nobis cum D. Covarr. disquirendum, qualiter inquilinus migrans è domo conducta ante locationis tempus completum, à mercedis pensio exoneratus in posterum existat, si ex eo migraverit, quod lemures in ipsa divagari compertum est, qui habitatores territant, tetrus apparentibus umbris, atque aliis horrificis illusionibus. Et quidem ex hac causa migranti remissionem pensionis fieri, tenent Anton. Gom. sup. num. 3. Molin. & Osuald. ubi proximè, Caroc. d. q. 8. num. 16. Valasc. de jur. emphyt. part. I. q. 22. n. 7. Guid. Pap. decis. 630. Cagnol. in l. Contractus, num. 31. ff. de reg. jur. Petr. Gregor. Syntagm. jur. lib. 27. cap. I. nu. 22. Padilla in l. 2. num. 12. C. de transact. Joan. Bapt. in l. Diem functo, num. 56. ff. de offic. assessor. Arnold. Ferron. ad §. 3. consuetud. Burdegalenf. tit. de loc. Mozz. de contract. tract. de locat. tit. de accident. locat. num. 5. Quæ conclusio servabitur etiam si verè spiritus maligni ædes non infestent, sed ex fama, ac signis v. rosimiliter ti-

meantur; justus enim metus sufficit ad migrandum, ut in specie observant Caroc. n. 17. Padilla & Valasc. ubi proximè, & in simili de bello, ac peste Card. Tusch. d. concl. 431. num. 41. & d. concl. 615. nu. 3. & 17. & alii plures apud Caroc. ubi nuper.

4 Ut autem inquilinus mercedis à solutione liberetur, oportet ut discessum locatori denunciet, illique claves tradat. Padill. & Valasc. sup. Joan. Bapt. vers. Consulo quod dicto casu, Caroc. d. quest. 8. num. 61. & 88. cum seqq. Deinde bona è domo, quam deserit, adportare debet; nam si illa ibi reliquerit abiens, pensionem solvere cogendus est. Caroc. n. 14. Fr. Marc. Delphinat. decis. 168.

5 Præmissa resolutio coarctatur, si tempore locationis conductori constitit, domus habitatores sic vexari solitos, quia remissio non fiet; etsi inquilinus ea de causa migret. Molin. Guid. Pap. ac Valac. sup. Caroc. num. 20. vers. Ultra Guidonem, & de bello ac peste idem prænotant Card. Tusch. d. concl. 431. num. 22. & d. concl. 615. num. 31. Girond. sup. nu. 44. Bossius sup. nu. 84. Quod tamen temperandum est, si post contractam domus locationem causa justis timoris augetur, ut si magis illusiones frequententur, aut ultra morem nocere incipiant, vel si fortè conducens fidem non adhibuit his, quæ plerumque præ timore cofinguntur, quia à non fide dignis acceperat, ac deinceps experimento senserit vexationem, tunc siquidem remissio mercedis migranti fieri debet. Caroc. post alios n. 12.

6 Quæstionis est, an cessante impedimento belli, illusionum, aut pestis, quod causam præstitit migrationi, pensionisque remissioni, tempore locationis labente teneatur inquilinus regredi ad habitandum, seu ad mercedem solvendam usque ad terminum contractu præfinitum: de quo D. Covarr. Practicar. cap. 30. n. 3. ubi adversum Ripam & alios in affirmativam sententiam abit, quem sequitur Caroc. d. q. 8. n. 7. & 8. Bossius d. tit. de remis. merced. nu. 41. & assentiri videtur Greg. Lop. in l. 21. gloss. 5. tit. 8. p. 5. & ita communiter receptum est. Placet tamen quod Molin. d. disp. 393. num. 2. rectè nobis tradidit distinguens, ut D. Covarr. opinio verum habeat, si res integra sit tempore remoti impedimenti, alioqui Ripæ sententia amplexanda erit. Unde si inquilinus ex justa causa è domo recedens, alteram conduxerit, & hoc locatione durante cassaverit bellum, aliudve impedimentum intra terminum prioris conductionis, iniquum erit compellere conductorem, ut sub idem tempus pro utraque æde pensionem exsolvat, si verò absque incommodo conductoris ipse in derelicta domo iterum possit habitare, ad id compelleretur, ubi causa migrandi extincta dignoscatur. Sic & quoad phantasmata, & illusiones contingere potest, quæ dæmonibus ejectis, aut cadaveribus extractis desinunt vexare habitatores, prout D. Covarr. exemplis ostendit.

Ibi: *Vix poterant hæc non fabulosa.*

7 Meritò de his ambigi potest, sæpe enim fallimur existimantes phantasmata, diabolicaque illusiones, quæ à causis naturalibus, quæ nos latent, proveniunt. Ita evenit Apostolis naufragantibus, qui præ formidine Christum Dominum phantasma putaverunt, Matth. c. 14. vers. 29. ibi:

ibi: *Et videntes eum super mare ambulans, turbati sunt dicentes, quia phantasma est.* Nec famæ credendum est, nisi originem à fide dignis personis ipsam duxisse constiterit, quæ ex exiguis, incertisque principiis, dum circumfertur, nimis invalescens augetur, juxta illud:

*Fama malum, quo non aliud velocius ul-
lum,
Mobilitate viget, viresque acquirit cundo.*

Quapropter vanæ voces populi contemni debent, maxime circa portentosa: facit lex Decurionum 12. ibi: *Nec enim vocibus eorum credi oportet.* C. de pæn. Vulgus namque novitatum cupidus has libenter amplectitur, applaudit, & ampliat; ideò ut inquilinus ab onere pensionis releveretur illusionum causâ, necesse est apertissimis probationibus de vexatione hujusmodi constare, ut D. Covar. edocet.

Ibi: *Dæmones nihil operari secundum naturæ suæ, &c.*

8 Sic non antea valuit ex votis Sanctum Jobum tot, tantisque calamitatibus prosequi, quam à Deo potestatem in ipsum nancisceretur. Job. cap. 1. de quo Salian. *Annal. tom. I. anno mundi 2398. à princip. & tom. 2. anno 2544. num. 751. cum seqq.* imò nec brutis officere potest, *Matth. cap. 8. vers. 31.* ibi: *Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Ex quo detentus, & inclusus carcere dicitur, *Apocalyps. cap. 7. vers. 20.* ibi: *Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes.* Luculenter D. Greg. *lib. 2. Moral. cap. 6.* ibi: *Sciendum verò est, ait, quia satanæ voluntas semper iniqua est, sed nunquam potestas injusta; quia à semetipso voluntatem habet, sed à Domino potestatem; quod enim ipse facere iniquè appetit, hoc Deus fieri non nisi justè permittit.* Alioqui si liberum foret satanæ uti potentia angelica adversus homines, quam ut donum naturale etiam post lapsum retinet, brevi genus humanum, cujus odio exardescit, truculenter extirparet. Salian. *tom. I. in apparat. cap. 10. num. 2. & die 13. nu. 108.* ubi rectè inquit: *Alterum malum est, quod per hoc peccatum facti sumus satanæ mancipia, in quæ si permittat Deus peccati inimicus, dirissime perpetuò sæviet, dum pertrahat ad æterna supplicia, immortalis, atque indefessus eorum tortor aliquando futurus: qui tam crudeli ardet in nos odio, ut vel triduo totam Adami posteritatem; si Deus annuat, funditus deleturus sit, qui justis, ac vindicis Dei nutu permissuque plurimorum etiam parvulorum corpora invadit, eosque miserabiliter vexat.* Ex quibus liquet, nihil potestatis in nos malignis spiritibus fore, nisi Deus juserit, aut permiserit. Facitque illud *Luc. c. 22.* *Ecce Satanas, &c.*

Ibi: *Cujus judicia occulta sunt multa, injusta nulla.*

9 Juxta illud D. Pauli *ad Roman. cap. 11. ad fin.* ibi: *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius ejus fuit? Ad quam incomprehensibilitatem judicii divini recur-*
D. de Faria *Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

rendum est, quoties ratio dispositionis Dei capacitatem humanam præterit, tenemurque intellectum subjicere agnoscentes nihil iniquum, aut injustum exire à Deo posse. *Psal. 118. Justus es Domine, & rectum judicium tuum.* Ad quod *Job. cap. 3. vers. 2.* subdit: *Justus es Domine, & omnia judicia tua justa sunt.* Et *vers. 20.* ibi: *Non est enim in hominis potestate consilium tuum.* Quare non licet curiosè superna investigare judicia, sed religiosè sunt veneranda. Vide *Torrianiell. in Annal. in primord. num. 6. vers. Quomodo.* Salian. *tom. I. appar. cap. 10. in fin. & anno mundi 2138. num. 61.* ubi de conversione uxoris Loth. in statum falsi differens, inquit ita: *Sive ad reverentiam judiciorum Dei, quæ humana estimatione atrocia videntur, quæ tamen minime curiosè inspectanda sunt, & cum Davide potiùs demisso capite dicendum: Justus es Domine, &c.* At quid mirum, cum & humanarum dispositionum, quæ justæ sunt, rationem sæpissimè alii homines percallere non valeant, ut in antiquis legibus contingit, quæ nihilominus debent observari; quia credendum non est aliquid irrationabile à Legislatore constitutum, & à majoribus receptum, l. *Non omnium 20. ff. de legib.* ubi DD. Ant. Fab. *in ration.* qui egregiè animadvertit, nullam legem absque ratione consistere, at non semper à nobis ipsam reddi posse, quia nos præterit ex intellectus imbecillitate. Quod cum de hominibus sit præsumendum, de Deo infallibiliter sentire debemus, apud quem omnis humana sapientia stultitia est, teste D. Paulo *1. ad Corinth. c. 3. vers. 19.* Vide paulò inferius D. Covar. *vers. Scimus etenim.*

Ibi: *Quandoque dæmones mitti à Deo ad puniendos, &c.*

10 Quemadmodum missus est Asmodæus ad eneandos septem viros Saræ, *Job. cap. 3. vers. 8. & cap. 6. à vers. 14.* & spiritus ille, qui Saulem torquebat, *Reg. lib. I. cap. 16. vers. 14.* necnon, ut aliqui volunt, renitente communi, qui plagas Ægyptiis intulerunt, ut videre licet apud Salian. *tom. 2. anno 2544. num. 127. cum seq.* De quo D. Aug. *lib. 2. ad Simplician.* ibi: *Uritur enim Deus ministris etiam spiritibus malis ad vindictam malorum, vel ad bonorum probationem.* Tertullian. *lib. de fugâ in persecutione, cap. 2.* *Ex causa reprobationis, inquit, traditur diabolo peccator quasi carnifici in penam, ut Saul.* Theodoret. *in 1. Reg. 9. 45.* ibi: *Pseudoprophetæ agitati à malo spiritu sunt similes furore percitis Corybantibus. Hoc etiam passus est Saul vexatus à demone.*

Ibi: *Sicut missus fuit spiritus mendax.*

Idem habetur *Paralipom. lib. 2. c. 18. vers. 19.* in hæc verba: *Processit spiritus, & stetit coram Domino, & ait: Ego decipiam eum. Cui Dominus, in quo, inquit, decipies? At ille respondit: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus. Dixitque Dominus: Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita.* Similiter *Judic. c. 9. vers. 23.* legitur: *Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimelech, & habitatores Sichem.* Spiritum scilicet discordiæ dæmonem, ut post D. Aug. *q. 45. in Judic.* observat Salian. *tom. 2. anno 2802. num. 2.* Ex quo tamen auctor peccati Deus optimus maximus habendus non est, sicut petulantè

lanter Calvinus asseverare non formidavit, quem confutat Bellarmin. *lib.2. de amission. grat. c.13.* ubi ita: *Ipsè enim spiritus obrulit se Deo ad decipiendum Regem, nec tam imperio, quàm permissione divina egebat, cum ex se promptissimus ad omne malum, imò & cupidissimus nocendi esset.* Cui accedunt præter D. Aug. proximè laudatum, Abulensis, Theodor. & Procopius, quos dat Salian. *tom.4. anno mundi 3138. n.16.* Vide quæ statim subjiciuntur, & *sup. n.8.* præmissa, ac de Jacob. *epist. cap.1. vers.13.*

Ibi: *Tamest demon tunc puniat, terret, &c.*

12 Quamvis dæmones ex justo Dei præcepto hominibus officiant, ipsi tamen perperam operantur exercentes inveteratum, acerrimumque odium adversus Adami posteritatem: nec invitati dici possunt jussu, seu permissione divina, ad quod aliàs perpetuò sunt parati. Unde justissimum Dei in peccatores supplicium dæmon, cui committitur, improbe ex propria malitia exequitur, quemadmodum carnifex, qui reum justè damnatum pravo animo ut inimicus perimit, de quo apprimè D. Isidor. *in 1. Reg. c.8.* ait: *Si spiritus Domini, cur malus? Si malus, cur Domini? Sed duobus verbis comprehensa est hæc sententia, & in Deo potestas justa, & in diabolo voluntas injusta. Nam idem spiritus malus per nequissimam voluntatem, & idem spiritus Domini per acceptam justissimam potestatem.* Vide *suprà, n.8.*

Ibi: *Quandoque verò ipsi dæmones.*

13 Adversarius communis, Deo permittente, homines spiritualiter, ac corporaliter vexat, cui suo muneri sedulus incessanter incumbit, quatenus valet, ut monet D. Petr. *epist. 1. cap. ult. vers.8.* Sic primis parentibus insidias paravit ad lapsum, *Genes. cap.3. à principio.* Sic Judam in deterrimum prodicionis flagitium præcipitem dedit, *Luc. c.22. vers.4.* ibi: *Intravit autem satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes.* Sic Ananiam ejusque uxorem pertraxit ad culpam, *Act. Apostol. cap.5. vers.3.* ubi sic habetur: *Dixit autem Petrus, Anania, cur tentavisti sanatas cor tuum mentiri Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri?* Sic à dæmonibus cruciabantur corpora illorum, de quibus *Marci c.9. vers.17.* & *Luc. c.8. vers.27.* Imò Dei occulto judicio infantes similiter torqueri solent, ut constat *ex d. c.9. Marc. vers.22.* ibi, *Ab infantia:* & observat Salianus, cujus verba inseruimus *sup. n.8. in fin.*

Ibi: *Neque his tantùm homines scelesti.*

14 Egregii quoque sanctimonia viri, Deo annuente, diaboli suggestionibus, injuriis, ac illusionibus comprimuntur, ut sanctissimo Job contigit, cujus mentio fit *suprà, n.8.* de ejus virtutibus eximiis adi plenè differentem Salian. *tom.2. anno 2544. à nu.755.* Apostolus itidem se à dæmone colaphizatum testatur *ad Corinth. c.12. vers.7.* ibi: *Et ne magnitudo revelationum extollar me, datus est mihi stimulus carnis mee, angelus satanæ, ut me colaphizet.* Hujusmodi certamen cum malignis spiritibus inisse frequentissimè fertur D. Antonius inter monasticæ vitæ professores facillè princeps, cui per eremum divaganti usurpatâ satyri formâ apparuit, ac humana voce fuit alloquutus dæmon; ut prænotatum est *suprà, hoc lib. c.2. in fin.* Pluraque de diabolica divagatione in viros virtutibus insignes passim enarrantur in libro qui *Vitæ Patrum* inscribitur. Verùm

& idem Christus Dominus tentatoris audaciam experiri dedignatus non est, *Matth. c.4.* Quibus casibus utitur Deus dæmonum ministerio in spirituales justorum utilitatem, ad quam illi præter voluntatem operantur, ut ex Cajetano observat Salian. *tom.1. die 13. num.2.* Quandoquidem juxta tribulationum cumulum corona tribulatis multiplicabitur, *Ecclesiastici c.2. à princ. D. Paul. ad Hebr. c.12. vers.1. cum seqq. qui ad Ephes. cap. ult. de hoc certamine agit. Psal.93. vers.19.* ibi: *Secundùm magnitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue lætificaverunt animam meam.*

Ibi: *Non enim est apud Theologos controversum.*

Hac diaboli potestate ad nutum Divinæ voluntatis coarctatæ juvantur magicæ artis sectatores. Hinc provenit ut magi Pharaonis in quibusdam prodigiis se haud impares potentiâ Moysei ostentarent, sed in aliis prorsus defecerunt, quia illa, non hæc fieri à Deo permittitur. Vide *Exod. c.7. cum seqq. & Salian. alios laudantem Annal. tom.2. ann. mundi.2543. à n.117.* ubi plene differit. Eadem dæmonum potestate malefici plura miratu digna patrare solent, quibus ignaros seducunt, ac quasi numina apud eosdem habentur, ut Simon Magus in Samaria, *Act. Apostol. c.8. vers.9.* Ad quam etiam referri debent, quæ de Orpheo, & Amphione vulgò feruntur; etenim non vocis dulcedini, sed magicæ arti, cui maximè addicti fuere,tribuendum est quod eos belluæ, arbores ac saxa sectarentur, aliaque prodigia perpetrarent, ut ex aliis observat Salian. *tom.2. anno mundi 2786. ex n.4.* ubi ita Pausaniam referens: *Et censebat hic Ægyptius, cum Amphionem, tum Orpheum Thracem magicarum artium fuisse peritissimos, & cum incantamenta adhiberent, Orpheum sequutas fuisse bestias, Amphionem verò lapides ad extruendos Thebarum muros.* Certum enim est posse naturaliter dæmonem Deo præmittente, quælibet corpora sine ullo labore ubicunque voluerit transferre Torniel. *Annal. Eccles. anno 987. num. 10. in fin.* sed de his præ omnibus fusè Martin. Delrio *in suis magic. disquisitionib.* omnino legendus.

Ibi: *Scimus etenim Dei maximi permissione.*

Adde tradita *suprà, num.9.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Antiochiæ nomen multis urbibus inditum est.*
- 2 *Nisibis urbs, postea Antiochia nuncupata, qualis fuerit civitas.*
- 3 *Antiochia Syriæ Metropolis, omnium hujus nominis celeberrima, ubi sita, & à quo condita.*
- 4 *Syria duplex, superior, & inferior.*
- 5 *Antiochia Nisibis dicta, aliàs ab incolis Asibæ.*
- 6 *Nisibis fuit nomen proprium, & peculiare.*
- 7 *Antiochia Syriæ dicta est Epidaphne, à loco Daphne.*
- 8 *Est locus in Ægypto juxta Pelusium, qui Daphnè Pelusii nuncupatur.*
- 9 *De Urbis Ninive magnitudine, remissivè.*
- 10 *Josephus de antiquitatibus Judæorum reprobat.*

De

De urbe Nisibē, & utrum eadem fuerit ac illa quæ postea Antiochia dicta est.

C A P U T VII.

1 Sciendum est, plures extitisse urbes, quibus Antiochiæ nomen inditum est. Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 5. anno 3753. num. 5.* Calepin. *verb. Antiochia*, duodecim enumerat. Ant. Nebriss. *cod. verb.* unam prætermisit, & sedem unicuique assignat uterque ex Plinio, Stephano, Strabone, & aliis. Unde frequens est apud Aucthores confusio, qui unam pro alia solent usurpare. Vide pluribus agentem de Antiochiis Abraham. Ortellium in suo *Thesaur. Geographico, verb. Antiochia.*

2 Omnium earum civitatum antiquissima dignoscitur Nisibis, quæ postea Antiochia nuncupata fuit; nam à Nemrod, seu Belo primo Assyriorum rege condita est, cujus mentio fit *Genesis cap. 10.* teste D. Hieronymo in *tradit. Hebraic.* ubi de Nemrod disserens inquit: *Regnavit autem & in Arach, hoc est in Edessa, & in Achad; quæ nunc dicitur Nisibis, &c.* Et iterum in *loc. Hebraic.* idem asseruit: *Achad urbs regni Nemrod in Babylone.* Porro Hebræi hanc esse dicunt Mesopotamiæ civitatem, quæ hodie quoque vocatur Nisibis, & à Lucullo quondam Romano Consule obsessam, captamque, & ante paucos annos à Joviano Imperatore Persis traditam. Ex quo id observare Salian. *sup. tom. I. anno 1950. nu. I.* Ortell. *ubi nuper*, qui ait hanc Nisibim Antiochiam Mygdoniam vocitari à fluvio Mygdone civitatem mediam dividente, secundum Stephan. & Asiben ab incolis appellari: cui consentit Calepin. *verb. Antiochia.* Item Ortellius *verb. Nisibis*, sic habet: *Nisibis regionis in Mesopotamia nomen. Joseph. lib. 20. antiquitat. cap. 20. In eadem quoque Nisibis urbs, quæ & Antiochia Mygdonia nominatur, ad Tigrim fluvium ab Amasio monte, haud procul ab Amida.* Hujus meminerunt Joseph. *sup. Strab. lib. II. cap. 6. Ptolem. lib. 6. Plutarch. in Lucullo, Plin. lib. 6. cap. 13. Tacit. lib. 15. Annal. Procop. lib. I. Pers. Dio lib. 15. Xiphilin. in Severo, Capitolin. in Gordiano, Trebell. Pollio in Tyrannis, Eutropius lib. 6. Socrat. Scholastic. lib. 7. cap. 18. Evagrius lib. 7. cap. 8. & 9. &c.* nam & plures alios Ortellius recenset. Adde legem *Mercatores 4. §. I. C. de commerce. & mercator.*

3 Quemadmodum Antiochia Mygdonia præ cæteris antiquitate commendatur, ita Antiochia Syriæ Metropolis, de qua D. Covar. *hæc*, celebritate omnes alias antecessit; ita ut quoties simpliciter Antiochiæ mentio fit, de ista per antonomasiam accipiatur, de qua Ortellius *verb. Antiochia, d princip.* Salian. *tom. 5. anno 3753. num. 5.* ubi sic tradidit: *Hunc annum Seleuci constructio Antiochiæ nobilitat apud Eusebii chronicum.* Eam urbem prius ædificare cœperat Antigonus Demetrii pater, & proprio nomine inscribere: sed ea brevi intervallo temporis & nomen amisit, & fundatorem. Et porro nomen Antiochi patris sui Seleucus indidit, qui sub Philippo Alexandri patre clarus fuerat. Est autem apud veteres Scriptores inter omnes urbes, quæ hoc appellatae sunt nomine, omnium celeberrima hæc Antiochia Syriæ Metropolis super Orontem fluvium sita ad Daphnem nemus deliciis & amœnitate inclytum.

Eam Philostratus differentia causa magnam appellat. In hac Sedem D. Petrus constituit, ut idem Salianus testatur. Unde ejusdem civitatis Antistes inter primarios orbis Patriarchas recensetur, ut ex Gelasio Papa scriptis D. Covar. *infra, hoc lib. cap. 14. num. 9. vers. Post. propheticas*, quem refert & sequitur Lotter. *de re benefic. lib. I. cap. 9. n. 13. & 14.* & habetur in *cap. Antiqua 23. de privileg. Extra. Sancta Romana 3. de election. int. comm. cap. Renovantes, 22. distinct. l. 12. tit. 5. p. I.* Eadem civitas colonis Romanis adscripta fuit, *l. ult. §. fin. ibi: Divus Verus & Antonius Antiochenses colonos fecit, salvis tributis. ff. de censib.* Fuit quoque ex Proconsularibus Præfecturis. Salian. *sup. d. num. 5.* de qua in jure non semel mentio fit. Condita est urbs ista anno mundi 3753. Torriell. in *Annal. cod. var. n. 2.* Salian. *sup.*

Ibi: *Atque adeo insignis, ut ab ea dicta sit Antiochena Syria.*

4 Meminisse oportet, duplicem Syriam esse, unam in Mesopotamia trans Euphratem, versus orientalem plagam, Babyloni adjacens, ac Ciliciæ contigua, quæ superior vocatur, & Antiochiam Metropolim agnoscit. Est Syria altera cis idem flumen & juxta Pædolum, quæ Damasci dicitur; nam hæc urbs in ipsa primum locum obtinet, quæ Coele, seu Coelesyria nuncupatur, eo quod cava, sive curva sit. Ejus mentio extat *lib. 2. Reg. c. 8. & Paralipom. lib. I. c. 18.* Vide Salian. *sup. tom. I. anno mundi 1931. nu. 90. & tom. 5. art. 2993. num. I.* cum aliis, Calepin. *verb. Syria*, Gerard. Mercator, & Joan. Pol. in *Tabul. Geograph.* Abraham Ortell. *sup. verb. Damascum, & verb. Syria*, ubi pluribus Geographis laudatis utriusque Syriæ provincias recenset, ac testatur Optatum Afrum triplicem Syriam memorasse.

Ibi: *Nisibim istam apud veteres.*

5 Ita constat ex Ortellio, Calepino, Nebrissensi, & aliis, qui inter cæteras urbes, quibus Antiochiæ nomen obtigit, Nisibim enumerant, ac ab incolis Asibe nuncupatam observant.

Ibi: *Quod si Antiochiam Syriæ dictam.*

6 Hoc omninò communi omnium placito, veritatisque adversatur; nomen enim Nisibis proprium, ac peculiare fuit ejus urbis, quam Nemrod sub tempore nascentis Imperii Assyriorum construxit, prout supra, *num. 2.* præmonuimus, nec alii Antiochiæ commune fuit, neque ullum, qui id assereret, invenimus.

Ibi: *Sed Nisibim urbem Mygdoniæ.*

Prout assertum est jam supra, *num. 5.*

Ibi: *Dicta verò fuit à Plinio.*

7 Antiochia Syriæ nuncupari solet *Epidaphne*, à loco Daphne percelebri, ob egregium Apollinis, & Dianæ fanum in eo situm, qui urbi ipsi adiacebat, de quo Ortellius *verb. Daphne*, ita inquit: *Daphne Antiochiæ Syriæ suburbanum delicosum, & nemus amœnitate inclytum, cum vicinioris aquis irriguo. In medio asylum & templum*

plum Apollinis ac Dianæ, octoginta stadiorum ambitu, id est tres leucas cum triente habens in circuitu, cujus memoria extat Machabæor. lib. 2. cap. 4. & apud Salian. cujus verba dedimus sup. nu. 3. Calepin. verb. Daphnis, præter alios, quos laudat Ortelius.

- 8 Est alter quoque lotus in Ægypto juxta oppidum Pelusium, finitimum Arabiæ, qui eodem nomine insignitur, & Daphne Pelusii appellatur, testibus Ortelio, & Calepino, ubi proximè.

Verf. His addere libet.

Quod prænotatum relinquitur antea, nu. 2.

Ibi: *Atque distinctam esse ab urbe Nino.*

- 9 Et ita procul dubio verum est. Sed de hac civitate, ejusque mirabili amplitudine plura Salian. tom. I. anno 1931. num. 6. & anno 1932. num. 7. & anno 1933. num. 1. ac anno 1997 à num. 3. Abraham. Ortel. verb. Ninive, Tornieil. Annal. ann. 2016. num. 1.

Ibi: *Meminit & Joseph. lib. 18. anti-quitat.*

- 10 Quem rejicit Ortelius verb. Antiochia, quatenus Nisitabem juxta Euphratem constitutam scripsit, quæ ad Tigrim sita ab omnibus agnoscitur.

SUMMARIUM.

- 1 Servi pro tuenda domini vita propriam exponere debent, aliis capitis penas dant. Non sic famuli.
- 2 Non evitat supplicium legis servus qui vociferando domino prospicit, si armis possit eum defendere.
- 3 Vera lectio traditur legis l. §. excusantur ff. ad Syllanian.
- 4 Dicis causâ quid significet.
- 5 Legum penas non evadit, qui dicis causâ earum præcepta adimplet.
- 6 Loca quædam Ciceronis & Varronis corriguntur.
- 7 Lex Sed & qui, ff. ex quib. caus. majores, exponitur.
- 8 Legis 4. ff. commod. lectio & interpretatio, & n. 9. cum seqq.
- 9 Pecunia variis de causis solet commodari.
- 12 Dis in singulari pro divite accipitur.
- 14 Pro pecuniæ usu extra mutuum potest aliquid accipi sine usura, & qualis contractus inest.
- 15 Plutonis varia nomina, & quare Dis nuncupatur.
- 16 Dicis gratiâ unde dictum, & num. 17.
- 18 Mater, ceterique hæredes legitimi privantur impuberum successione, nisi intra annum tutores petierint, si nullus administrat.
- 19 Idem est si mater administrans ad secunda convolet vota.
- 20 Hæredes ex testamento impuberum carent hereditate, nisi tutores intra annum petant.
- 21 Non sufficit postulare tutores, si excusentur, sed alii peti debent.

Dicis causâ, vel gratiâ quid significet.

CAPUT VIII.

A Nimadvertendum est, servos sic vitam domini suorum tueri pro viribus debere, ut propriam expendere teneantur ad avertendum periculum, quod illis imminuerit, alioqui si quis violenter occubuerit, & servi auxilium, cum possent non tulerint, ultimo affici supplicio placuit ex Senatusconsulto Syllaniano, l. I. §. Hoc autem, ibi: *Et ei, qui timuit mori, non ignoscit: l. Cum dominus 19. ff. ad Syllan. l. ult. tit. 8. p. 7.* ubi Greg. Lop. glos. I. post Bart. discrimen inter mancipia, & famulos mercede conductos tradidit; nam etsi omnes dominum suum in discrimine vitæ constitutum defendere cogantur, tamen liberis necesse non est propriam vitam exponere sicut servis, ut legis poenam evadant. Hinc est, ut non excusentur servi à merito supplicio, qui levi brachio, ac segniter dominum à nece servare conati sunt, quod Dicis gratiâ fieri dicitur, ut D. Covar. inferius, verf. *Quo in loco*, ex Budæo nos edocet luculenter, Lexic. Calv. verb. *Dicis causâ*, Adrian. Turneb. *adversarior. lib. II. cap. 20.* cum debeant acri animo, totisque viribus vim illatam domino repellere, etiam si opus foret, vulnera in propriis corporibus sustinentes, d. l. *Cum Dominus*. Nec liberabitur servus, qui præ metu mortis, dominum aggredientibus resistere ausus non est, quoniam posthabitâ propriâ vitâ, tenebatur domini salutem consulere, d. §. *Hoc autem*, d. l. *ult. Partit.* ibi: *Oponiendose en medio de aquellos que los quieren matar.* Imò pro vindicanda nece domini propriam vitam hilari animo jactavit servus Hispani illustri viri nomine Tagi, quem Afrubal Carthaginensium Dux ad Danium suspendi ex arbore jussit: sed iniqui præcepti poenas luit, quia etsi militibus copiis undequaque stipatus, a servo occisi vulneribus affectus occubuit, fidusque vindex statim dilaceratus libenter, ac jucundè cruciatus, mortemque pertulit, ex quo memoriam egregii facinoris celebrandam posteritati reliquit. Ita Marian. *Hist. Hispan. lib. 2. cap. 8. in fin.* Carrill. *Annal. anno ab Urb. condit. 525. fol. 36.*

Ibi: *Quid sit dicis gratiam ferre.*

Ex l. ult. tit. 8. p. 7. intellectus hujusmodi verborum deducitur, scilicet cum servi vociferando duntaxat dominum, periclitantem juvant, cum possint armis, & viribus eundem tueri, quod sic in ea constitutione declaratur. *Essa mesma pena deve aver aquel que puede ayudar à su señor con sus manos, e va dando voces que acorran.*

Ibi: *Nos apud Ulpianum legendum esse censemus.*

Quæ lectio omninò vera est, ac servanda, eamque probant præter laudatos per D. Covar. Brisson. de verb. jur. verb. *Dicis causâ*, Gothofred. in d. l. I. §. *Excusantur, ff. commod.* Calepin. verb. *Dicis causâ*, Lexic. jur. ubi sup. & alii communiter.

Ibi:

Ibi: *Et esse veterem dicendi modum.*

4 Dicis causâ, sive dicis gratiâ antiquam esse loquutionem Latinam, non Græcam, Author Lexic. Juris palinodiam canens agnoscit, quâ significatur aliquid fieri defunctoriè, leviter, simulate, ad speciem, pro forma non ex animo, & ita, ut factum dici queat inspecto actu externo, quanquam verè ut oportet actum non sit, & hoc apud nos de *complimento* vulgò dicitur, de quo consulas sic asserentes, omittis à D. Covar. datis, Cujac. *observat. lib. 10. cap. 37.* Turneb. *sup. & lib. 20. cap. 16.* Osuald. *ad Donell. lib. 14. cap. 2. lit. C.* Connan. *lib. 7. comment. cap. 2. num. 12.* Calepin. & Gothofred. *sup. Brisson. & Hotoman. verb. Dicis causâ,* Pichard. *in §. Item is, num. 23. Inst. quib. mod. re cont. oblig. Nebrissenf. verb. Dicis causâ,* Thesaur. *verb. eod. Lexic. Jur. ubi nuper.*

5 Illud observandum erit, nihil prodesse ad pœnas subterfugiendas, aliosve juris effectus, quæ dicis gratiâ, & perfunctoriè geruntur; nam sic legibus fraus fit, dum verbis obtemperatum videtur; mens tamen constitutionum violatur, l. *contra 29. de legib.* ubi Glossa expendit exempla, & D. Covar. infra nonnulla memorat, qui hic rectè inquit, sic operantes non satisfacere suo muneri, quamvis ipso defungi videantur.

Ibi: *Varronis locum ostendi qui lib. 4. de ling. Lat.*

6 Nullus, qui de hac dictione differit, Varronem prætermitit. Sunt & alia loca, ubi eadem loquutio per emendationem inseritur. Unde Turnebus *d. cap. 16. ad fin.* ait: *In Attici vita legimus, Bruto, & Cassio desperatis rebus, provincias à Consulibus, necis causâ datas.* Ubi dicis causâ, legendum monet. Similiter apud Ciceronem in oratione, quam pro domo sua habuit, ita legitur: *Quid si quis similis istius? Neque enim jam deerunt, qui imitari velint aliquem mei dissimilem, cui Respublica non tantum debeat, ut per vim affligeret domum ejus: per Pontificem id vos ista auctoritate constituetis, ratum esse oportere dicis, quem repperit Pontificem.* Quæ verba ultima nullum sensum habere posse videntur, nisi dicis causâ repperit Pontificem, legatur, prout videtur Brissonio, ac Authori Lexic. Jur. *ubi sup.* qui testatur, apud Terentium, ac Ciceronem, & non alibi, hujusmodi dictionem invenisse: unde D. Covar. Paulò superius asseverat, hujus loquutionis raram esse apud Authores mentionem.

Ibi: *Et Cornelius Nepos in Attici vita.*

Quem locum ex Turnebo correctum nuperimè dedimus:

Ibi: *Idem Ulpian. sub tit. ex quib. caus. major.*

7 *In l. Sed & qui datâ operâ 5. ff. ex quib. caus. major.* sic ait Ulpianus: *Sed & qui datâ operâ, & sine lucro hac affectavit, vel qui maturius profectus est, vel litis gratiâ cepit Reipublicæ causa abesse.* Quæ verba, prout jacent, geminum

apertissimumque sensum videntur habere: nam inter eos, qui non ex fide, sed dolo, Reipublicæ causa abesse intelliguntur, ut privilegium jure ex causa publica absentibus concessum denegetur, enumeratur vel qui alias legitime abfuturus erat, sed dolose ut adversarium acturum illuderet, citius quàm abiturus erat, perrexit; vel qui cum iter facturis minimè foret litis vitandæ gratiâ, sicut ibi expressit Accursius, ab urbe Reipublicæ causâ recessit: atque ita duos casus distinxit Consultus, in quibus privilegium cessat propter fraudem, cum scilicet controversiæ fugiendæ gratiâ iter præmaturè, ac intempestivè arripitur, aut si eadem ratione qui abiturus unquam non erat, vadit. Quæ cum ita sint, nihil est quod nos cogat ad corrigendam textus lectionem, quæ communiter circumfertur, licet D. Covarruvias asseveret, nullum ferè congruum sensum verbis Ulpiani accommodari posse, nisi dicis causâ legatur. Verùm emendatio hæc nec rectè convenit rei de qua agitur, sed menti legis opponitur; qui enim non ex necessitate, sed prætextu boni publici ad litem evitandam abesse incipit, simulate agit, ut absens causâ Reipublicæ dici possit. Illud autem admittendum non est, quod Pat. Barthol. Bravo in suo Thesaurò, seu Dictionario Latino utramque dictionem, *dicis causâ,* & *litis causâ,* confundit, & pro eo quod fictè agitur, usurpat.

Ibi: *Cajus verò Jurisconsultus.*

In l. 4. ff. commod. dicis gratiâ, non ditis, legendum monet: D. Covar. sic etiam placet Cujac. *observat. lib. 10. cap. 37.* Osuald. & Brisson. *ubi sup.* Gothofred. *in d. l. 4. Leotard. de usur. q. 34. num. 3.* Pat. Oñat. *de contractib. tom. 2. disp. 32. num. 41.* Pichard. *in d. §. Item is, num. 23. Inst. quib. mod. re cont. oblig. Wesembec. in paratit. ad tit. ff. commod. nu. 4.* Lexic. Jur. *verb. Dicis causâ 3.*

Ibi: *Quo in sensu vulgò illic legebatur.*

Accursium haud pauci sectantur ea verba sic interpretantes, ut D. Covar. refert, in quibus est Caroc. *de locat. tit. de usur. quæst. 4. in fin.* Petr. Gregor. *Syntagmat. Jur. lib. 23. cap. 1. num. 2.* quibus jungendi videntur Cardin. Tusch. *tom. 1. lit. C. concl. 481. num. 2.* Pat. Molin. *de just. & jur. tom. 2. disp. 294. num. 3.* Hermosill. *in l. 1. gloss. ult. num. 16. tit. 2. p. 5.* & alii pluri, qui omittit dictionem legis 4. lectione, asserunt pecuniam commodari, ut commodatarius illo modo ditior habeatur: tamen non omninò convincitur, istos cum Accursio, & sequaciibus sensisse, legendum esse *Ditis causâ;* nam ut paulò inferius D. Covar. ex Corrafio probat, licet tradantur nummi ad effectum prædictum, & ostentationem rectè dici potest, ac legi apud Ulpianum, *dicis causâ,* cum ibi simulatio intercedat, & numeratio non mutui gratiâ fiat, prout videtur, & communiter contingit: ubi autem simulate quid geritur, dicis gratiâ factum dicitur, juxta tradita *sup. nu. 4.*

Retenta igitur lectione, quæ in Florentinis Pandectis reperitur, & à D. Covar. probatur, decisio dictionis legis 4. generaliter accipienda est, ita ut Ulpianus nedum egerit de pecunia, quæ commodabatur ad ostentationem, ut aliquis divitiis affluentior appareret, de quo *in l. 3. §. ult.* sed

sed etiam comprehenderit omnes alios casus, in quibus nummos ad alios effectus commodari possibile est, veluti ut pignori dentur, quod sæpe evenit aureos nummos vel argenteos arrhæ nomine tradi, cum rei pretium ænea moneta solvendum est. Similiter & in celebritate nuptiarum adhiberi solent tredecim nummi maioris maximi, juxta ritum Ecclesiæ ab sponso sponsæ publicè tradendi, qui plerumque commodari egentibus solent. Præterea cum oportet, ut Tabellio fidem faciat in instrumento de pecuniæ traditione, adhibetur non semel commodata. Qui, cæterique casus, qui excogitari possunt, ubi pecuniam ad diversos usus commodari contingit, continentur sub ea distinctione *dicis causâ*, cum in omnibus simulatio quædam intercedit, quia numeratio pecuniæ non operatur dominii translationem in accipientem, juxta propriam ejus naturam, & ita aliud agitur, & aliud agi videretur. Quod si cum Accursio, *Ditis causâ*, legendum sit, unica species duntaxat exprimitur, cum scilicet pecuniæ commodantur, ut quis ditior quàm verè est, censetur.

Ibi: *Quamvis ea lectio displicuerit Alciato.*

11 Qui communiter rejicitur, & eum expressim reprobat Caroc. *ubi proximè*, nec quemquam legi, qui cum Alciato, *dantis*, loco *dicis*, aut *ditis*, legendum in *d. l. 4. ff. commodat.* opinetur: nec sensus congruus secundum subjectam materiam verbis illis aptari poterit.

Ibi: *Quia negat ditem in singulari numero.*

12 Sed fallitur quidem, ut constat ex Calepino, Nebriffensi, Patre Bravo, & aliis in *suis Dictionar. verb. Dis.* Unde ditior, ditissimus, ditare, ut observat Calepin. Eo verbo usus est Liv. *lib. 2. decad. 5.* ibi: *In diti domo.* Terent. in *Adelph.* ibi: *Dis quidem esses Damea, ac rem tuam stabilisses.* Adde Cornucop. *col. 18. in princ.*

Verf. *Cæterum Corrasius.*

13 De intellectu legis *4. ff. commodat.* consulendi sunt Osuald. Pat. Molin. Pichard. Caroc. *ubi sup.* Leotard. *d. quæst. 34. nu. 9.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. quæst. 3. à n. 65.* Cardin. Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib. 9. tit. 5. n. 5.*

14 Hic meminisse libet ejus, quod obiter tradidimus supra, *lib. 3. cap. 1. num. 67.* nempe non prohiberi quicquam recipi mercedis nomine pro usu pecuniæ, cum traditur ad ostentationem, aut alium similem effectum, licet in mutuo usura sic admittatur: quod præter ibi laudatos tenent Greg. Lop. in *l. 1. gloss. 3. in fin. tit. 1. p. 5.* ubi Hermosill. *num. 4.* plures cumulans, Cardin. Tusch. *lit. C, concl. 480. nu. 2.* Leotard. *ubi proximè*, qui rectè contra Roderic. *d. num. 65.* docet, locationem pecuniæ contrahi, si merces pro ipsius usu solvatur; nam cum pecuniâ gratis concessâ, & traditâ ad ostentationem, commodum contrahatur, *l. 3. in fin. ff. commodat.* consequens est, ut si aliquid pro eo usu præstetur, contrahatur locatio, *l. Si ut certo 5. §. Nunc videndum, et 2. ff. eod. §. Item is, Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Hæc tamen vera censentur, si pecunia pro mercede tribuatur, etenim si res alia pro numero-

rum usu pendatur, erit contractus innominatus, juxta legem *1. tit. 8. p. 5. l. 1. §. Si quis servum, ff. deposit.* de quo Caroc. *sup. part. 1. tit. de merced. numerat.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. c. 3. num. 3. verf. Item quæro an in hoc, Brit. in rubric. de locat. part. 1. §. 4. num. 54.* cum aliis, Cardin. Mant. *sup. lib. 5. tit. 2. num. 25.* Est tamen admodum controversum, num merces locationis consistere possit in rebus, quæ pecunia numerata non sint, ut videre licet apud Carocium *sup.* & Pichard. in *princip. Inst. de locat.* Sed juxta legem partitæ huic quæstioni locus esse non potest.

Ibi: *Sic & Taurellus, & Antonius Augustinus.*

Plures etiam pro hac sententia sunt laudati supra, *num. 8.*

Ibi: *Forcatulus autem opinatur.*

Idem refertur in *Lexic. Jur. verb. Dicis causâ 3.*

Ibi: *Ipsè rursus & in hoc loco apud Plinium.*

Plutoni plura nomina indidit antiquitas, quæ 15 congerit Cornucop. *col. 575. num. 50.* Rosin. *de antiquitatib. Roman. lib. 2. cap. 15.* ut Februus, à quo mensis Februarius, & quare, traditur à Rosin. *lib. 4. cap. 6.* Macrobi. *lib. 1. Saturnal. cap. 13.* Durand. in *tract. Divin. Offic. & in Theatr. Deor. part. 1. lib. 4. cap. 1. de Plutone.* Vocabatur itidem Orcus, à loco inferorum, qui sic appellabatur: *Summanus* etiam, quasi summus Manium: *Altor*, quia ex terra, cui ipse præesse credebatur, omnia quæ nata sunt, alantur: *Rufor*, quod cuncta eodem resolvantur. Ita Rosinus. *Dis pater* nuncupabatur, ut D. Covar. asseverat, Rosin. *sup. verf. Orcus*, Calepin. *verb. Dis*, Nebriffensi. *eod. verb. Turneb. adversarior. lib. 18. cap. 4. ad fin. Cornucop. sup. nu. 40. & col. 18. in princip.* Ideo *Dis* dictus est, quia divitiis abundat, quæ ex intimis terræ visceribus effodiuntur, ubi ille ditionem suam obtinet. Calepin. *sup.* Rosin. ex Cicerone, *verf. Dis appellatus*, ubi quod alii existimant Plutonium quasi ironice *Ditem* nuncupari, quod pauper sit, cum mortui omnes bonis exuti è vita migrent. Sueton. in *Othon cap. 8.* ubi sic: *Diti patri contrariæ hostiæ, exta potiora.* Cornucop. *ubi proximè.*

Ibi: *Origo autem hujus proverbii.*

De quo Turneb. *sup. lib. 11. cap. 20.* in hæc 16 verba: *Id est, leviter, & defunctoriè, & utcumque agere, tractum ab his, quæ ut religione defungamur, utcumque facimus, cum simulata olim in ea pro veris haberentur, & qualiacunque ferè pro optimis dicarentur.* Deducitur autem nomen istud non à verbo *dico, dicis*, sed à verbo *dico, dicas*, utique tanquam dicationis causâ. Hujus loci meminit Glossa marginalis in *d. l. 4. ff. commodat.* Ita *dicis* gratiâ immolabat Cain, ideò Deus ad munera ejus non respexit. D. Cyrill. *lib. 2. in Genes.* postquam de Abel sacrificiis egit, subdit: *At Cain non eo modo, sed contra magna cum negligentia offerebat; quæ enim ex tempestivis frugibus excellen-*

tiores essent, suis deliciis reservabat, quæ verò dete-
rioribus haberentur, Deo maximo offerre non erubes-
cebat. De quo etiam D. Ambros. lib. de Cain, &
Abel, Philo lib. de sacrific. eorund.

17 Et quidem pro Turnebo faciunt quæ D. Covar.
hic, Lexic. Jur. verb. *Dicis causâ* 2. & alii tradi-
dere, nempe hujusmodi loquutionem ad pietatem,
& religionem referri. Verùm aliis communiter vi-
detur verbo *dico*, *dicis*, suam trahere originem
proverbium istud; nam ut D. Covar. in *presenti*,
& nos suprâ cum pluribus num. 4. adnotavimus,
dicis causâ id actum censetur, quod ideo fit, ut
factum dici possit: & verbum *dicis*, à nomine *dex*,
dicis, dimanat, quod eum qui dicit, significat,
sicut Judex à verbo judico, derivatur: eum qui
judicat significante; index ab indico, lex à lego,
dux à duco, &c. de quo Varro lib. 5. de ling. Lat.
Calepin. verb. *Dicis causâ*, Lexic. Jur. eod. verb. 2.
Cornucop. col. 1081. sub n. 30. ubi quod *dicis*
causâ tractum est à *dico dicis*. Secundùm quæ *dicis*
est gignendi casus.

Ibi: P. Victorius tradit in d.
cap. 24.

Huic Victorii assertioni obstat, quod cum
Varrone de nomine *dex*, *dicis*, Calepin. ac Lexic.
Jur. nuperrimè laudati prænotarunt, quibus acce-
dit Hottoman. in suo Lexic. verb. *Dicis causâ*.

Ibi: Simile sanè proverbio.

Adde Lexic. Calvini verb. *Dicis causâ* 2. ubi quod
Græci hunc loquendi modum usurparunt. Connan.
commentar. lib. 7. cap. 3. Corraf. miscell. lib. 4.
cap. 8. Duar. disputat. annivers. lib. 1. cap. 47. &
quæ præmisimus sup. n. 5.

Ibi: Sic & in d. l. 2. etenim mater
expellitur à legitima.

18 Mater, avia, cæterique cognati, quibus legi-
tima successio jure defertur, hæreditate impu-
berum decedentium redduntur indigni, si negle-
xerint intra annum, à quo in potestate illis esse
desierunt, tutores eisdem apud judicem petere
competentem, nisi mater, aut alii conjuncti legi-
timè tutelam administrarent. De matre est textus
in l. 2. §. Si mater, ff. ad Terryllian. l. 2. ff. qui pet.
tutor. l. Matris 6. l. Cum à matribus. 8. l. fin. C.
eod. ubi de naturali, §. Sed quemadmodum, Inst.
de Senatuscons. Terrylliano. De avia loquitur dicta
lex 2. §. Quod si pater, in fin. ff. ad Terryll. De aliis
lex Sciant 10. C. de legitim. heredib. lex 12. tit. 16.
p. 6. simul de matre, & cæteris constituit. De his
latissime post Bart. in d. l. 2. ff. qui pet. tut. Greg.
Lop. in d. l. 12. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 16.
d. n. 33. ubi alios dedit Ant. Gom. variar. lib. 2.
cap. 11. num. 35. & in l. 15. Tauri, num. 18. Card.
Tusch. lit. M, concl. 113. n. seqq. Marefcot. variar.
lib. 1. cap. 71. per tot. Joan. Oinotom. Pichard.
Arnold. Vin. in d. §. Sed quemadmodum, Pat. Molin.
de just. & jur. tom. 1. disp. 220. n. 23. Petr. Greg.
Syntagmat. jur. lib. 12. cap. 13. num. 6. Donell.
lib. 3. cap. 8. à princip.

19 Similiter coercetur scemina si secundas inierit
nuptias, non petito tutore filio impuberi, cujus
tutelam ipsa administrat, imò & rationibus red-
ditis, residuum solvere prius compellitur, l. Om-
nem 6. C. ad Senatuscons. Terryll. authent. Eisdem
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Pænis, §. Item & ea, C. de secund. nupt. authent.
de nupt. §. Si autem tutelam, collat. 4. D. Covar.
de matrim. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 8. Greg. Lop.
in l. 12. gloss. 5. ad fin. tit. 16. p. 6. Card. Tusch.
de concl. 113. in fin. Petr. Greg. sup. lib. 9. cap. 26.
num. 44. Anton. Gom. in d. l. 15. Tauri, num. 18.
Donell. sup. Gutier. d. cap. 16. num. 134.

Non solum legitima, sed etiam testamentaria 20
successione filii impuberis mater privatur, si omit-
tat illi tutorem prædictis casibus postulare; nam
& substituti pupillares tenebantur onus hoc pe-
tendi sub eadem pœna subire, d. l. Omnem, d. l.
Sciant, Greg. Lop. sup. gloss. 4. ante fin. Gutier.
n. 46. Ant. Gom. ubi proximè, D. nell. & ibi Osuald.
ubi quid de hæreditate per fideicommissum matri
relicta, quam non amitti tenent Ant. Gom. Gutier.
& alii communiter per textum in l. ult. §. 1. vers.
Si verò maritus, ff. qui pet. tutor.

Ibi: Neque solum si non petat, sed &
si quem petat, defunctoriè petat.

Idem expriment Donell. sup. lit. B, Gutier. n. 55. 21
& lentiant omnes præcitati; non enim munus
suum adimplere censetur, qui eo *dicis* gratiâ, leu
ad speciem defungitur, quemadmodum prædixi-
mus suprâ, n. 5.

Ibi: Quo in loco Latinis Autho-
ribus.

Vide præmissa suprâ, num. 4.

Ibi: Qua ratione Latinus Modesti-
ni Interpres.

Hic lapsus ejus, qui legem 2. ff. qui pet. tutor.
in Latinum ex Græco sermonem vertit, notatur
in Lexic. Jur. Calv. vers. *Dicis causâ* 2.

Ibi: Eodem propè labitur errore.

Similiter & error iste ibidem animadvertitur ab
eodem authore Lexic. Jur.

Ibi: Et simili prope modo Græci Au-
thores.

Apud quos in consuetudinem sui sermonis pro-
verbium hujusmodi adductum proximè citatus au-
thor asseverat, imò origine Græcum fere aliquan-
do senserat, at Varronis autoritate convictus in op-
positam sententiam abire non erubuit.

S U M M A R I U M.

- 1 Sarracenorum mentio frequens habetur in Jure Ca-
nonico, qui in legibus Hispaniæ Moros, aut
Turcos noncupantur.
- 2 Verbum Sarraceni, ad Gentem, & ad Sectam
refertur.
- 3 De Mahometi parentibus, & vita.
- 4 Sarracena gens quomodo Mahometo aphefe-
rit, & unde Mahometani Sarraceni vocati
sunt.

- 5 Quare Mahometus suis nomen Sarracenorum indiderit.
- 6 Sarraceni circumcidunt pueros suos decimum tertium annum agentes.
- 7 Arabes cuncti ab Ismaële procedunt.
- 8 Sarraceni non dicuntur à Sara.
- 9 Sarraceni quam Arabiæ regionem habitaverint.
- 10 De nomine Sarracæ, cujusdam urbis in Arabia.
- 11 Sarraca est nomen duarum urbium.
- 12 Sarraceni dicti sunt à Sarraca urbe Arabiæ.
- 13 Etymon verbi Sarraceni.
- 14 De significato verbi Marani.
- 15 De Maranitis & urbe Mara, & de oppido Mare, in Arabia.
- 16 De Sarracenis plura remissivè.

De Sarracenorum nomine & origine.

C A P U T IX.

- 1 Sarracenorum nomen in jure Pontificio non semel legitur repetitum *sub tit. de Jud. & Sarracen. ut cap. 5. 6. II. & 12. cum aliis, Clement. unic. eod. tit. extravag. Copiosus, Joan. XII. extravag. Multa, eod. tit. commun.* Licet autem plures Hispanæ constitutiones de Sarracenis egerint, ut in *Partit. sub tit. 25. p. 7. in Ordinam. tit. 3. lib. 8. & in nova Recopilat. tit. 2. lib. 8. & l. 17. cum seqq. tit. 26. eod. lib. necnon alibi, tamen eos, Moros, aut Turcos, id est, Mauros, vel Turcas vocitarunt.*
- 2 Hic observare oportet, verbum Sarraceni, & ad gentem, & ad sectam spectare, ut ex dicendis liquido apparebit: sed in præcitatæ juribus usurpatur non pro Arabiæ populorum incolis, sed pro illis, qui Mahometi deliriis infecti sunt. *Navar. in cap. Ita quorundam, notab. 4. de Jud. & Sarrac. Azor. Institut. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 23. quest.*
- 3 Præterea sciendum est, quod Mahometus anno Christi 597. in Arabia Felici editus est ex parentibus Ismaëlitis, patre scilicet Hali nomine, professione infideli, matreque Judæa, qui ad annum 620. irrui in orbem, & sub Bonifacio V. Pontifice & Honorio I. ac Heraclio Imperatore per duodecim annos acerrime prævaluit, usquedum à suis peremptus obiit, quoto suæ ætatis anno, ambigitur ob opinionum varietatem; quidam enim trigelimum quartum non excessisse sentiunt, alii ad quadragesimum pervenisse tradunt, de quibus consulendi sunt Spondan. in *Epitom. Annal. Baron. part. 2. anno Christi 630. Platin. in vit. Pontific. Baptist. Egnat. in Epitom. Imperator. Autor. Histor. Eccles. tom. 3. lib. 4. cap. 2. in fin. & cap. 7.*
- 4 Sub hoc igitur tempus Arabes Sarraceni (quibus jam Catholicæ Fidei lumen illuxerat anno Christi 591. quo ipsi cum suo Principe Naaman sacro Baptismate insigniti sunt, teste Spondano *sup. de anno 591. num. 2. ubi laudat Evagrium lib. 6. cap. 21.*) sub Heraclio Imperatore militaria stipendia merebantur (quos numero quatuor mille fuisse tradit Marian. *Hist. Hispan. tom. 2. lib. 6. cap. 22.*) quæ eam jam demerita poscerent ab eo, cui munus solvendi militibus incumberebat, ille sic allocutus respondit: *Vix est unde Græco, & Romano militi solvatur, & hæc canum turba impudenter stipendium efflagitat.* Quibus Sarraceni vehementer successi ab Imperio Romano defecere, ac Arabibus supplicias ferentibus, in Syria Damalcum ceperunt, & Ægypto potiti sunt. Tunc temporis supervenienti Mahometo adhæserunt,

cujus erroribus imbuti sunt, eorumque nomine omnes, quos decipiebat, voluit impius subductor nuncupare, unde nomen Sarraceni, quod gentis erat, ad sectam significandam transivit ut præter Azor. & Navar. *sup. observat Paul. Æmil. de reb. gest. Franc. lib. 2. fol. 39. ibi: Sarracenorum autem nomen jam non gentis erat, sed sectæ. Quod in Sarracenorum decus effectum videtur, eo quod ipsi reliquos omnes disciplinâ militari, & potentia longè superabant: quemadmodum Africani Mahometani à Mauritania Africa provincia Mauri appellantur.* Alia tamen mens mentiti prophetæ fuisse videtur, ut statim num. seq. asseretur.

His præcognitis, expeditius excitatæ à D. Covarr. quæstionis scopum pertingemus. Est ergo controversia circa originem, seu etymologiam verbi Sarracenus, duplexque sententia reperitur: una edocet, Sarracenos à Sara uxore libera ac domina domus Abrahæ denominari; nam Mahometus inter plurima, quæ ad sui ac suorum commendationem perfidè excogitavit, id suadere non erubuit, quod ipsi vere ex Abrahamo & Sara procedebant, quibus promissio terræ à Deo facta est, cum ab Agar & Ismaële eos descendere, ut & Arabes, in comperto apud omnes haberetur. Atque ita nomen conveniens Mahometanis cunctis indidit, quod ad Saram progenitricem referretur, quo etiam notam servilis stirpis intendit abolere, neglectu Agarenorum, & Ismaëliarum cognomine, quod eisdem in opprobrium cedebat, ac postea à Christianis exprobrabatur Sarracenis, ut adnotatur in *Sylv. suar. lection. part. 1. cap. 11. Ac commentu istud Mahometus occasionem sumpsit ex Sarracenis Arabiæ, qui ut nuper aiebamus, in Mahometanorum numerum relati sunt, quorum nomen ille cunctis suæ sectæ professoribus callidè accommodavit, ut propter vocis similitudinem Saræ liberi putarentur: quod animadvertit Navar. *sup. d. notab. 4. num. 3. Præmissæ opinioni in primis ad stipulatur lex I. tit. 25. p. 7. cujus sedulissimi conditores magnopere movere nos debent, præsertim quoad res Sarracenorum, quibuscum in Hispania tunc, multisque retrò temporibus commorabantur. In eandem sententiam abeunt Gregor. Lop. & Montalv. in d. l. 1. Hug. Cels. in suo Repertor. verb. Sarraceni, Salian. *Annal. Eccles. tom. 4. anno mundi 3451. num. 24. Abrah. Ortelius in Thesaur. Geographic. verb. Sarracena, Autor. Hist. Eccles. ubi sup. Lexic. Calvin. verb. Sarraceni, Aldrete de antiquitat. Hispan. lib. 3. cap. 4. vers. San Geronimo, ubi D. Hieronymum ac D. Augustinum statim laudandos dat. Videas infra controversiæ resolutionem.***

Ibi: *Addit Josephus, moris apud eos fuisse.*

In hæc verba *antiquitat. lib. 1. cap. 11. Arabes 6 non octavo die, ut lex præcipit, sed post decimum tertium annum circumcisionem celebrant, gentis suæ autorem imitantes. Hujus loci meminit Salian. sup. tom. 1. ann. mundi 2138. num. 19.*

Ibi: *Cæterum Sarracenos ab Agar originem habuisse.*

Sic omnes præcitati animadvertunt, imò & 7 omnes Arabes ab eadem stirpe proveniunt, ut ex Josepho nuperrimè laudato constat. Ismaël enim, ejusque

ejusque posterii Arabia potiti sunt : Salian. tom. I. anno mundi 2261. num. 1. & 2. Verum Sarracenos Madianitas fuisse, quibuscum Israëlitarum bella gesserunt, latè probat Aldrete ubi proximè, nixus auctoritate D. Aug. quæst. in Numer. cap. 20. ibi : *Madianitæ, qui nunc Sarraceni.* D. Hieron. in Ezechiel. c. 25. ibi : *Per Madianitæos, Ismaëlitas, & Agarenos, qui nunc Sarraceni appellantur.* Est tamen animadvertendum, duplicem à D. Hieronymo memorari Madian, quarum unam in deserto Sarracenorum collocat, ab uno ex filiis Abrahamæ, ac Ceturæ sic nominatam, cujus incolæ Madianæ dicebantur, alteram juxta Arnonem, & Areopolim, cujus cives Madianitæ dicti, qui foeminas Israëlitis ad turpitudinem subjecerunt. Hujus solum ruinæ extant. Sic refert Salian. sup. tom. 2. anno mundi 2503. num. 21. Calepin. verb. *Madian.* Secundum quæ utramque civitatem confundit Aldrete : & posterior Madian, non longè à monte Sinai constituitur à Torriell. *Annal. anno 2545. n. 46.* Troglodytæ quoque olim Sarraceni nuncupabantur, teste Abrah. Ortel. verb. *Troglodytarum.* Sarracenorum mores refert Aldrete supra, *vers. Las costumbres,* ex Ammiano Marcellino lib. 14.

Ibi : *At de nominis ratione illud fortassis rem dubiam facit.*

- 8 Si Sarraceni à Sara uxore Abrahamæ dicerentur, Sarani deberent nuncupari, non Sarraceni. Hanc eandem rationem expendunt Navar. in d. cap. *Ita quorundam, notab. 4. num. 4.* Azor. ubi sup. Sic Sarranum ostrum, Sarrana vestis, à Sarra urbe, quæ postea Tyrus appellata est. Juvenal. *Satyr. 10.*

— *Aut pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.*

Virgil. *Georgic. lib. 2.*

Et Sarrano dormiat ostro.

Abraham Ortel verb. *Tyrus, Cornucop. col. 259. n. 50.* Calepin. verb. *Sarra.*

Ibi : *Deinde Plinius lib. 2. cap. 8.*

- 9 Gentem Sarracenam ante Mahometum in Arabia extitisse, nemini dubium est, & constat ex præmissis supra, n. 4. eorumque mentio fit sub annum 791. Gregorio Magno Pontifice; nam Sarraceni Arabiæ Siciliam invadere, *Histor. Eccles. d. lib. 4. cap. 1.* Est autem Arabia inter Judæam, & Ægyptum, ab uno latere mare rubrum, ab altero sinum Persicum habens, ut videre licet tabulis Geographicis Joan. Blev. Abrahami Ortel. Gerard. Mercator. & aliorum. Dicta est Arabia ab Arabo Apollinis ex Babylone filio, Cornucop. col. 428. num. 50. Calepin. verb. *Arabia.* Dividitur in Felicem, Petræam, sive Nabathæam, & desertam. Abraham. Ortel. & Calepin. verb. *Arabia, Cornucop. ubi proximè, Plin. lib. 2.* Licet autem communiter placeat, Sarracenos in Arabia Felici constitutos esse, tamen eos in Petræa collocat Aldrete sup. *vers. En Arabia Petrea,* & consentire videtur Ortelius verb. *Sarracena.* Unde fortè dici posset. Sarracenos utramque Arabiam, cum finitimæ essent, incoluisse. Vocatur Arabiæ pars quædam Petræa, à Petra ejusdem regionis oppido. Sallian. tom. I. anno mundi 1931. num. 66. *vers. Phetrusm.* Ortel. verb. *Arabia Pe-* D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

træa, Calepin. sup. Eadem dicitur Nabathæa, seu Nabatena, à Nabajoth primogenito Ismaëlis, ut ex D. Hieronymo tradit Salian. tom. I. anno mundi 2261. num. 2.

Ibi : *Sarracenos dictos fuisse à Sarraca.*

Hæc urbs appellatur Sarraca, vel Sarrace, ut notat Ortelius verb. *Sarraca.* & Paul. Æmil. *de reb. gest. Franc. lib. 7.* ait : *Sarraceni à Sarraco oppido Arabiæ :* quasi nomen hujusmodi urbis per secundam declinationem flectatur.

Sarraca nomen est duarum urbium, quarum una in Media, altera est in Arabia Felici, Ptolem. lib. 6. cap. 2. & 8. Calepin. verb. *Sarraca, Ortelius, & Nebriffensis eod. verb.*

Est altera opinio adversus quam tradidimus supra, num. 5. habens Sarracenos non à Sara Abrahamæ conjugè, sed à præfata urbe Sarraca sic vocari, quod cum D. Covar. & ab eo laudatis sustinent Azor. *Instit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 23. quæst. 1. Navar. in d. cap. Ita quorundam, notab. 4. num. 5. de Jud. & Sarracen.* Exposit. titul. Jur. Canonic. Abrah. Ortel. in *Theaur. Geographico, verb. Sarraca, Calepin. verb. Sarraceni.*

Hanc & alteram jam præmissam sententiam quæ inter se videntur dissidere, quodam distinctionis fœdere in amicitiam trahere conabimur, etenim si quærat de illis Sarracenis, qui ante Mahometum in Arabia sic nuncupati sunt, procul dubio asseverandum est eos à Sarraca urbe ejusdem regionis denominari, ut D. Covar. & sequacibus hujus posterioris sententiæ placet. Quod si sermo sit de Mahometanis, quibus Mahometus Sarracenorum nomen imposuit, prior sententia magis arridet, secundum notata supra, num. 5. quemadmodum enim nomen hoc aliud significare cœpit, ita originem suam mutavit, cum id impositum foret Mahometanis, ut sese à Sara progenitos jactarent per orbem, ac terræ promissæ à Deo possessores se prædicarent, dum Imperatoris, aliorumque Principum provincias violenter usurparent. Nec si ab iis quæreretur unde nomen Sarracenorum sortiti fuissent, à Sarraca urbe Arabiæ sic dici responderent, sed à Sara sua progenitrice, qua se maximè nobilitabant. Ex quibus satis tueri poterit, etymologia verbi *Sarracenus*, quæ traditur in d. l. 1. tit. 25. part. 7. modò ea accipiatur non de nativa, & propria verbi origine, sed de subrogata, & accommodatitia, quæ ab eisdem Sarracenis ad sui commendationem circumferebatur.

Ibi : *His addere libet Maranos, & Maranitas.*

Mara urbs Arabiæ Felici fuit, Ptolem. lib. 8. *14 Geograph.* Abrah. Ortel. verb. *Mara, Nebriffensis eodem verbo,* ubi quod Metropolis erat, à qua fortè Arabes Marani vocabantur. Maranus pro apostata reperitur apud Calepinum. Maranus Hispanè idem est, quod excommunicatus, à verbo Sarracico Maranatha. Marian. *Histor. Hispan. tom. 1. lib. 6. cap. 7. ad fin.*

Maranitarum meminit Abrah. Ortel. verb. *Maranitas, quos in Arabia Felici versus recessum sinus Persici constituit Strab. lib. 16.* Fuit quoque in eadem regione oppidum, quod *Marane* dicebatur, juxta Maris Rubri littora, ut ex Plinio tradit

E e 2

tradit

tradit Ortel. unde Maranatarum nomen originem trahere verosimiliter conjectari potest.

- 16 Si quid aliud de Sarracenorum rebus ac nomine indagare placuerit, præter jam laudatos consulendi sunt Cœl. Aug. Curion. *Histor. Sarracen. lib. 3.* Simanc. in *Enchirid. tit. 17. & 18.* Pineda in *Monarch. lib. 2. cap. 3. §. 1.* Johan. Bohem. *lib. 2. de morib. gent. Mathiol. in Dioscor. lib. 1. cap. 65.* Ludovic. *Partit. de Arabia.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Cretionum observatio in acquirenda hereditate abiit in desuetudinem.*
- 2 *Institutio hæredis cum cretione hodie sustineretur, & rejectis solemnibus cretionum hereditas posset adiri.*
- 3 *De cretionis formulis, remissivè.*
- 4 *Cretio quondam ad extraneos hæredes duntaxat spectabat.*
- 6 *Qui eloqui poterant, ut mutus, & infans, inutiliter cum cretione instituebantur.*
- 7 *Verba cretionis coram testibus proferebantur, & cretio est inter legis actiones.*
- 8 *De cretionis continuæ, & vulgaris discrimine, num. 9.*
- 10 *Cernere est quasi decernere, ex D. Isidoro.*
- 11 *Verbum Cretio, multifariam accipitur, maxime in Jure pro acquisitione hereditatis.*
- 12 *Cernere, pro Adire, sumitur frequenter.*
- 13 *Sumitur itidem pro Constituere.*
- 14 *De alia significatione verbi Cerno.*
- 15 *Cerno derivatur à Creo.*
- 16 *Jura quædam ad cretionem non pertinere ostenduntur.*
- 17 *Gratiani error notatur in Decreto.*
- 18 *Cernere, pro Cedere, nonnunquam usurpatur.*

De cretione quæ in institutionibus, & actionibus hereditatum quondam solemniter adhibebatur.

C A P U T X.

1 **S**crupulosa cretionum observatio, quæ in aditione hereditatum adhiberi solebat, ab usu recedere iussa est, l. *Cretionum 17. C. de jur. deliber. l. 1. C. Theodos. de matern. bon.* Cujac. in *paratit. ad tit. ff. de acquir. hæred.* Donell. *comment. lib. 7. cap. 18.* Petr. Gregor. *Syntagm. Jur. lib. 46. cap. 2. num. 7.* Rævard. *de authorit. prudent. cap. 8.* Borcholt. in *8. extraneis, num. 5.* *Institut. de hæred. qualit.* Lexic. Calvin. *verb. Cretio.* Arnold. Vin. in *§. Item extraneus, num. 2.* *Institut. de hæred. qualit.*

2 Est tamen animadvertendum cum Donello ubi *suprà*, cretionem non esse sublatam, sed ejus duntaxat solemnitates; unde si quis hodie hæres cum cretione juxta formam ab Ulpiano traditam institueretur, sustineretur dispositio, possetque ille aut aditione nuda, aut gestione pro hærede sibi quærere hereditatem, quod olim instituto per cretionem non licebat, sed solemnibus, præscriptisque verbis uti tenebatur. Pichard. in *§. Item extraneus, num. 31.* *Institut. de hæred. qualit.* Arnold. Vin. *ibidem, num. 4.* ubi omnia præmissa probat. Rursus si absque cretione institutio fieret, posset

nunc cum cretione hæres adire. Donell. *sup.* nam cretio nihil fuit aliud, nisi aditio solemnis, ut præter Donell. & Vinnium tenent Ofsu. *ad Donellum d. cap. 7. lit. I.*, Bud. in *annotat. prior. ad Pandect. in l. 2. ff. de orig. jur.* Olan. in *Paralipom. lib. 2. cap. 4. num. 7.* Petr. Gregor. *sup. num. 6.* D. Melch. de Valent. *Illustr. jur. tractat. lib. 3. tract. 2. part. 1. num. 43.* Imò cretio quondam omnem modum acquirendæ hereditatis complectebatur. Cicero ad *Attic. lib. 6.* ibi: *Nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate crevisse.* Liv. *lib. 24.* sic ait: *Cum clausis Andromodorus insulæ portis hereditatem regni creverit.* Idem *lib. 29.* inquit: *Vivo, & spirante me hereditatem meam ambo & spe, & cupiditate improba crevistis.* Auth. incertus Panegyrici Maximiano, & Constantino Imperatoribus dicti, ibi: *Siquidem ipsum Imperium hoc fore pulchrius judicabis, si id non hereditarium ex successione crevisse, sed virtutibus tuis debitum à summo Imperatore meruisses.* Ex quibus, sic tenet Rævard. *d. cap. 8. in fin. & sequitur Ofsu. sup. lit. I.* quanquam Cujac. ubi *sup.* inter cretionem, & aditionem discrimen constituat, inter quas illa solum dignoscebatur, ut cretio solemnitates postularet, quæ in aditione non desiderabantur: nuda enim testatio, aperta tamen ad acquirendam hereditatem satis erat, quæ per cretionem relicta non erat, Donell. & Vin. *sup.* Vide *infra, n. 12.*

Ibi: *Quæ verò fuerit cretionum hæc solemnitas.*

Ulpiano duce de cretionum formulis, ac solemnitatibus differunt Cujac. Donell. ac ceteri laudati *sup.* *num. 1.* Ant. Govean. *lib. 1. variar. lection. cap. 25.* Ant. Contius *lib. 1. disp. cap. 12.* Briffon. *de verb. signif. verb. Cernere.* Pratei. *eod. tract. verb. Decernere,* Olan. *sup.* Pichard. *ubi proxime, & in §. Extraneis, num. 3.* *Institut. de hæred. qualit. Retes, in opuscul. lib. 5. cap. 3. num. 6. & lib. 7. cap. 5. num. 13.* Sed cavendum nobis est à Glossa in *d. l. Cretionum*, quæ nimis hallucinatur, dum de cretione agit, ut monet ibi Gothofred.

Ibi: *Cretio, inquit Ulpianus, est.*

Primò circa Ulpiani verba observandum est *4* cretionem vocari tempus id, quod præscribebat testator, ut hæres decerneret, num sibi expediret hereditatem amplecti, necne: verum etiam idem verbum ab Interpretibus usurpatur pro actu ipso adeundi solemniter hereditatem, quo sensu hucusque à nobis acceptum est, & *infra* accipiuntur.

Ibi: *Quod datur instituto hæredi ad deliberandum.*

Loquitur procul dubio Consultus de extraneo *5* hærede; nam postquam in *fragment. tit. 22.* de suis & necessariis hæredibus sermonem perfecit, ad extraneos deveniens, tunc cretionis meminit in *§. Extraneus hæres*, & ita cum eo sentiunt communiter omnes, quod dedimus *suprà*. Sed dubitari poterit, an sui hæredes cum cretione quondam potuerint institui? Et affirmativa sententia suaderi videtur ex eo quod forma ab Ulpiano tradita rectè in suis hæredibus observaretur: aut enim cretio vulgaris erat, & tunc illa conditio,

Si

Si intra tot dies creverit, esset potestativa, ut per se notum est, cum tempus non laberetur, nisi hæres posset hæreditatem cernere, seu adire: hæres autem suus sub tali conditione jure instituebatur, l. Suus quoque 4. ff. de hæredib. instit. §. Qui sub conditione, ff. Si quis omiff. causa testam. ubi ratio redditur, quia ejusmodi conditio pro pura haberi debet. Idem dicendum est de continua cretione, quia testator exhæredem facit institutum, ut expressim inquit Ulpianus, si infra terminum definitum non creverit: omnis verò hæres suus permittebatur etiam sub casuali conditione institui modò in ejus defectum foret legitime exhæredatus, l. Filius à patre 28. ff. de liber. & posthum. l. Si pater 4. C. de Institut. & substituit. Quibus perpensis nil vetabat, ut filius in potestate per cretioneam quamlibet institueretur. Asseverandum tamen est ad mentem Ulpiani, ac ejus interpretum suos hæredes per cretioneam instituere moribus non fore receptum, nec verba cretioneis eis poterant adaptari, qui hæreditatem non cernebant, seu adibant, sed per immixtionem; & dominii continuationem antecessoribus succedebant: unde suis existentibus hæredibus hæreditas non dicebatur, l. In suis 11. ff. de liber. & posthum. l. In suis 14. ff. de suis & legitim. hæred. Ex quibus verba dispositionis non conveniebant, nec ipsa dispositio potuit comprehendere, argumento legis 4. §. Toties, ff. de damno infect. Præterea in institutione hujusmodi nedum interveniebat conditio, sed etiam tempus ad deliberandum coartabatur; sublato beneficio abstinendi, quod suis hæredibus in perpetuum jus prætorium concedit, l. Necessariis 57. ff. de acquir. hæredit. Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 9. num. 22.

Ibi: Cernere est verba cretioneis dicere.

6 Quæ adeo necessario ab eodem hærede proferti debebant, ut mutus, aut infans, quia dari nequebant, per cretioneam inutiliter instituerentur. Pichard. in d. §. Item extraneus, num. 53. Olan. cum aliis sup. n. 1. etsi aliàs mutus rectè institueretur, l. 1. §. Mutus, ff. de hæred. instit. & gerendo se pro hærede acquireret hæreditatem, l. Mutum. 5. ff. de acquir. hæred. Quod de infante prædictum est, intelligi debet de eo qui dari non valet; etenim si verba cretioneis proferre posset, non prohibebatur hæres institui sic, etsi non intelligeret quod agebatur, modò tutoris autoritas intercederet argumento legis Pupillus 9. ff. de acquir. hæred. l. Servo invito 65. §. Si pupillo, ff. ad Trebell. Olan. num. 51.

Ibi: Cum me Mævius hæredem instituerit.

7 Quæ verba coram testibus pronunciabantur, ut ex Varrone inferiùs D. Covarr. observat, eoque refert Rævard. d. cap. 8. illud Ciceronis ad Atticum lib. 13. ubi sic scribit: Ex eo cognovi cretioneam Cluvii (ò Vestorium negligentem) liberam testibus presentibus sexaginta duobus. Briffon. sup. verbo Cernere, Petr. Fab. d. cap. 22. Hæreditasque apud Prætores cernebatur, Glossa in d. l. Cretionum, & sentit Rævard. d. cap. 8. in princ. Vide laudatos supra, num. 1. & 3. Alciat. disjunction. lib. 3. cap. 7. Est enim aditio, seu cretio actus, qui

inter legis actiones numerantur in l. Actus legitimi 77. ff. de reg. jur. Rævard. ubi nuper.

Ibi: Cretio autem vulgaris dicitur, aut continua.

Inter quas hoc etiam interest, ut in vulgari non labantur dies iis quibus ignorantia juris non imputatur ad culpam, ut militibus vel minoribus cum cretione institutis; unde si errantes in jure sinerent præterire tempus à testatore præfinitum ad cernendum, eis non nocebit: quod aliter in continua cretione habebatur; nam & eis personis tempus labebatur, ita ut restitutione indigerent, ad acquirendam cernendo hæreditatem. Retes sup. d. lib. 5. cap. 3. num. 6. Continuum cretioneam simplicem dixit Cicer. ad Attic. lib. 11. ibi: Galèonis hæreditatem crevi; puto enim cretioneam fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa. Quem ita intelligit Rævard. sup.

Ibi: Hæc sunt Ulpiani verba.

Sed in §. ult. d. tit. 22. de imperfecta cretione ita addit Ulpianus: Si sub imperfecta cretione hæres institutus sit, id est, non adjectis his verbis: Si non creveris, exhæres esto; sed si ita: Si non creveris, tunc Mævius hæres esto, cernendo quidem superior inferiori excludit, non cernendo autem, sed pro hærede gerendo, in partem admittit substitutum. Sed postea D. Marcus constituit, ut pro hærede gerendo ex asse hæres fiat. Quod si neque creverit, neque pro hærede gesserit, ipse excluditur, & substitutus ex asse fit hæres.

Ibi: Quibus mirè conveniunt.

Hujus testimonii Isidori haud pauci ex laudatis supra, num. 1. & 3. meminerunt, ut Briffon. verbo Cernere, Lexic. Calvini ibid. Cujac. d. c. 18. qui cum D. Isidoro cernere, quasi decernere dixit.

Verbum Cretio, etsi aliàs multipliciter accipiatur, prout videre licet apud Calepin. verbo Cernere, & Cornucop. commentar. ling. Latin. col. 646. num. 40. in Jure tamen usurpatur pro solemnè acquisitione hæreditatis, quæ per cretioneam relicta dicebatur: sed diversimodè ab interpretibus exponitur, sicut ex dicendis apparebit. Illud observandum est, quod etsi cretio sublata non fuerit, sed solemnè ritus duntaxat, ut ostendimus sup. num. 2. tamen cretioneum nomen simul cum ritibus abolevit, Donell. lib. 7. cap. 8.

Ibi: Hac ratione veteres.

Similiter Petr. Fab. semestr. lib. 2. cap. 22. testatur, veteres glossas cernere pro adire usurpasse, & ita tradit Calepin. verbo Cernere, & verbo Crevi, præter Jurisperitos, quos dedimus sup. num. 2. etsi Joseph. Scaliger ad Fest. Pompei. ibi crevi, improprie pro adii, positum dicat: quem locum refert Calepin. verbo Crevi, & Vin. ubi sup. & cernere, ac adire idem significasse constat ex D. Ambros. lib. 9. epistolar. dum inquit: Tanquam clausis ergo tabulis cernit hæreditatem, non possidet, auctoritatem non habet lectionis. Quintilian. in declam. cui titulus est, Æquatio patrimonii, ibi: Quæ ratio relinquenda hæreditatis erit? quæ ratio testamentorum? cum is qui creverit hæreditatem, continuo non sit plus habiturus, quam cæ-

teri, & divisurus cum his, qui non eundem honorem supremis defunctis tabulis habuerunt. Cicer. ad Herennium, ibi: Ut de eo si dicas, qui multas hæreditates adierit, prospice tu, qui plurimas cernis. Quibus omnibus jungas omnino quæ extant supra, num. 2.

Ibi: Sed apud Varronem lib. 6. de ling. Latin.

- 13 Ex hoc Varronis loco non pauci verbum *Cernere*, pro *Constituere*, accipiunt, quas is qui cernit hæreditatem, se hæredem constituat, quod sanè in re idem, ac adire. Ita tenent Brillon. Rævard. Borcholt. Lexic. Calvin. & alii.
- 14 Petr. Fab. *semestr. lib. 2. cap. 22.* verbum *Cernere*, interpretatur aliter, asserens cretionem dici, quod velut in rem præsentem veniatur, ac coram testibus adeatur, & inspiciatur hæreditas.

Ibi: Qui & lib. 5. ita inquit.

- 15 Varronem hic memorant asseverantes *cerno*, à *creo*, originem trahere, Petr. Gregor. *d. cap. 2. n. 6.* Cornucop. *sup. col. 1083. num. 20.* (ubi verba vitiosè refert, quæ D. Covar. restituit,) & alii laudati supra, num. 1. & 3.

Ad Num. 2.

- 16 Hujusmodi constitutionis meminere Brillon. Lexic. Calvin. & alii supra dati. Cretionum quoque mentio fit in quadam Antonini lege quæ habetur in Codice Gregoriano, *de patr. potest. lib. 13.* cujus hæc series: *Si in potestate patris fuisti, cum hæreditas Bassæ tibi obvenit, eamque jussu patris crevisisti, jure patriæ potestatis ei eam quæsisisti.* Verùm & in *l. Pupillus 9. l. Is qui hæres 13. §. Si quis dubitet, ff. de acquir. hæred.* cretionum vestigia reperiri aliqui arbitrantur, quod à mente Pauli, & Ulpiani penitus alienum videtur; nam in *d. l. Pupillus*, verbum *discernere*, non ad actum adeundæ, seu acquirendæ hæreditatis refertur, sed ad animi deliberationem mentisque capacitatem, quæ in amplectendis quomodolibet hæreditatibus desideratur. Similiter & in *d. §. Si quis dubitet*, verbum *decernat*, accipi debet de declaratione voluntatis hæredis, quæ vel adeundo, vel repudiando contingit; non de cretione quæ solum ad solemnem acquisitionem hæreditatum spectat, ut sæpe præmittimus. Quæ quidem cuilibet legenti textum utrumque patebunt.

Verf. Ex quibus apud Gratianum.

- 17 Hunc errorem animadvertunt Cujac. *observat. lib. 7. cap. 41.* Pratei. *de verb. jur. verb. Decernere*, Alciat. *lib. 3. dispunct. cap. 7.* Pichard. in *§. Item extraneis, num. 30.* *Instit. de hæred. qualit.* Lexic. Calvini *verb. Cretio*. At in recentioribus Decreti voluminibus jam non *Curationibus*, sed *Cretionibus* legitur, ut post idem caput ultimum distinctionis 1. adnotatur: & ita Valcarcet in *Epitom. Jur. Canonici*, in hoc loco *Cretionibus* transcripsit.

Ibi: Hinc & error constat Nonii Marcell.

- 18 Quem tamen sequitur Cornucop. *col. 646. num. 50.* ubi *cernere*, pro *cedere* usurpari asserit,

adducto loco, quem D. Covar. memorat in præfenti, & altero Acci, qui inquit: *Regnum tibi permissi malunt, cernam, tradam exercitus.*

S U M M A R I U M.

- 1 Gratiani, qui Decretum compilavit, patria & professio.
- 2 Rejiciuntur quædam de eodem Gratiano fabulose jactata.
- 3 Decretum Gratiani publicè legitur in insignibus orbis Academiis.
- 4 Decretum Pontificium jussu jam à mendis expurgatum habetur.
- 5 De auctoritate Decreti.
- 6 Sanctorum Patrum testimonia Decreto inserta quantam auctoritatem obtineant, cum num. seq.
- 8 Decretum quare in publicis Academiis legis concedatur, & num. 9.
- 10 De auctoritate legum Principum secularium, quæ in Decreto recensentur.
- 11 De auctoritate eorum, quæ de proprio Gratianus Decreto adjecit.
- 12 Quid de Capitulis, quorum inscriptio est, Palea.
- 13 Decreti locus emendatur.
- 14 In Regibus Aragoniæ nullus extitit, qui vocaretur Sacratius, sed Sanctius unus tantum nuncupatus est.
- 15 De Regibus, qui ad invitandum ad egregia facinora propriam sobolem patraturis sponderunt.
- 16 Utrum Rex Sanctius in cap. De neptis, 31. quæst. 2. promiserit neptem ex filio aut filia, vel ex fratre aut sorore, & n. 17.
- 18 Quid intersit inter parentes & extraneos promittentes matrimonium alicujus feminae.
- 19 An Rex Sanctius jurans promiserit neptem suam nuptui tradere militi.
- 20 Facti alieni obligatio cum juramento cujus effectus sit.
- 21 Rex simul & parens an valeat metum incutere, ut liberi inceant matrimonium, quod ipse promiserit.
- 22 Qui promissioni nuptiarum de se à parente factæ consentit, ad implementum jure cogitur.
- 23 Sancti Regis Aragonum laudes & obitus.
- 24 Urbanus II. Pontifex, quo & quanto tempore Pontificatum gesserit.
- 25 Hormisda quando ad Pontificiam dignitatem electus.

De emendatione, & intellectu capitis De neptis, 31. quæst. 2.

C A P U T X I.

Gratianus Clusii oppidi Tusciæ ortus est, i rejectis aliorum opinionibus, qui Clafsam, vel Ginsam ejusdem regionis urbes patriam ei assignant, ut videre licet in proœmio Decreti, *versic. In plerisque vetustis*, & apud Spondan. in *Epit. ad Annal. Baron. tom. 2. anno 1151. num. 5.* ubi inficiatur aliquam ex istis duabus civitatibus in Tuscia extitisse. Ille Benedictinæ familiæ adscriptus in cœnobio S. Felicis Bononiensi, tum religiosæ pietatis præstantiâ, tum litterarum affluentia diu condecoratus emicuit, ibique egregium opus, quod *Decretum* nuncupatur

patur, confectum edidit sub Pontifice Eugenio III. anno 1150. aut sicut aliis placet 1151. De quibus præter Spondan. *sup. Glossa in cap. Post appellationem, versic. Forma, 2. quæst. 6.* Bellarminus *de Scriptoribus Eccles. verbo Gratianus, Baron. Annal. tom. 12. anno 1122. & 1151.* Marant. *de ordine judiciorum, part. 3. quæst. unica, num. 39.* Sebast. Medic. *de leg. & statut. part. 1. quæst. 3. num. 4.* Thom. Canan. *in præm. Decret. num. 120.* Roderic. Acuña. *ibidem, num. 39. cum seqq.* Alciat. *lib. 4. parerg. cap. 23.* August. Barbofa cum pluribus *in collectan. ad Decret. in præm. n. 2. & 3.*

² Illud autem quod vulgò jactatur, ac legitur in *Histor. Pontific. tom. 1. lib. 5. cap. 24.* nempe Gratiano fratres esse uterinos Petrum Lombardum Parisiensem Antistitem, qui Magister Sententiarum vocitatur, ac Petrum Comestorem Historiæ Scholasticæ autorem, ut commentitium, ac fabulosum refutat D. Antonin. *part. 3. Histor. lib. 18. cap. 6.* quem refert, ac sequitur Spondan. *sup. anno 1164. num. 15.* qui hac probabili ducitur conjectura; etenim prior Novariæ in Longobardia, posterior Trévis in Campania Gallica natus est, quæ loca inter se, & à Clusio Gratiani patria longè distant. Unde verisimile non est, ut eadem mulier in tam distantibus oppidis tres filios sit enixa.

Ibi: *Aureum Decretorum librum.*

³ Qui Juri Canonico meruit aggregari, in insignibus Orbis Academiis, Cathedrâ specialiter ad id institutâ, publicè legi, in sacris Pontificiis decisionibus non semel allegari, *cap. Cum Apostolica 7. de iis, quæ sunt à Prælat. & alibi,* quod observat Barbofa *suprà, num. 7.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disputat. 12. numer. 3. & 5.* à Gregor. XIII. in Bulla, quam de emendatione ejusdem expediri jussit, non mediocriter honorari, ibi: *In quo magna ratio habita est operis ipsius dignitatis, & publicæ, eorum præsertim, qui in hoc Studio versantur, utilitatis.* Undè meritò *Volumen aureum* dicitur, quo ditissimus sacræ eruditionis, ac doctrinæ thesaurus continetur.

Ibi: *Tot tamen scætet is liber mendis.*

⁴ Sed hodie jussu Gregorii XIII. aliorumque Pontificum opus istud illibatum, atque expurgatum aspiciamus, ut idem in præfata Bulla demonstrat, præcipiens ne quid deinceps aliquo modo addatur, detrahatur, aut immutetur, quo querelæ D. Covarruv. subventum est: quam inculcat itidem *tract. de matrim. p. 2. cap. 6. §. II. num. 2.*

⁵ Sed opportunè hîc disquirendum occurrit de hujus aurei ac emendati Codicis autoritate: de quo post alios latè Barbofa *suprà, à num. 4.* qui rectè, ut de singulis respondeat, omnia in Decreto collecta ad quadruplex caput redigit: licet enim is liber à Summis Pontificibus approbetur, & plausibiliter recipiatur, non tamen quæ in eo leguntur, Pontificia autoritate roborarunt, ut vim Canoniarum Sanctionum obtineant, sicut de Pandectis inquit Justinianus *in l. unic. §. Sed neque, C. de veter. jur. enucl.* Quo præcognito, in primis asseverandum est de decretis Pontificum, ac Conciliorum, quæ planè vim suam retinent in Decreto

reperta, illisque standum erit, nisi aliud ex exemplaribus ostendatur, quia Gratiano referenti fides est adhibenda. Ita Barbofa cum aliis *n. 7. vers. Ex quibus apparet:* quod post Gregorianam emendationem facillè admitti potest; nam cuncta suis originalibus conferrentur.

Quoad secundum caput de Sanctorum Patrum, Hieronymi, Augustini, ac cæterorum testimoniiis, Barbofa *d. num. 7.* Thom. Canan. *num. 343.* Marant. *num. 36.* & alii plures apud Barbosam & Sanch. *sup. num. 3.* sentiunt pro canonicis statutis ea habenda fore, quasi Pontificia autoritate comprobata (eo quòd publicè is liber legi permittitur,) nisi aliqua canonica decisio resistat. Verùm Sanch. *numer. 5.* cum Ripa, Cajetano, Major, & aliis opinatur (quod verius videtur,) omnia quæ Decreto inserta leguntur, nihil amplius autoritatis obtinere, quam quæ à suis Authoribus dimanat. Unde sententiæ Sanctorum Patrum compilatæ Juris Canonici naturam non fortiuntur, sed in suo robore, ac fide persistunt, perpensâ sui authoris doctrinâ, ac dignitate.

Nec urgent, quæ pro communi à Barbofa *expenduntur;* nam etsi nonnunquam in decisionibus Pontifices memorent Decreti capita, ut *n. 3.* præmissimus, non tamen ut canonicæ leges ad decisionem causarum allegantur, sed ad directionem duntaxat, Sicut Sanch. considerat, quemadmodum in Hispanis legibus, maximè Partitarum, mentio Romanarum fit, eodemque modo in Tribunalibus adducuntur, quatenus rationi naturali congruunt responsa prudentum. Imperatorumque constitutiones, quas apud nos vim coactivam legum non habere compertum est, *l. 3. tit. 1. lib. 2. Recopil. l. 6. tit. 4. p. 3.* ibi: *E por las leyes deste libro, è no por otras:* ubi egregiè Gregor. Lop. *gloss. 2. P. Suar. de legib. lib. 3. cap. 8. à numer. 4.* Solorzan. *de Jur. Indiar. lib. 2. cap. 21. num. 77.* Azeved. *in rubric. num. 4. tit. 1. lib. 2. Recopilar.* Carleval. cum aliis *de judic. tom. 1. tit. 1. disput. 6. num. 3.*

Ex quibus alii rationi Barbosæ satisfiit; nam etsi 8 Decretum publicè legi Pontifices concedant, non tamen ex eo sequitur, ut in illo contenta pro statutis canonicis observentur; aliò enim ea permisso tendit, nempe ut studiosi sacra eruditione, & doctrina imbuantur, ut aliud agens luculenter expressit dicta lex 3. *Recop. quæ est 1. Tauri,* ibi: *Empero bien queremos y sufrimos que los libros de los derechos que los sabios antiguos hizieron, que se lean en los Estudios generales de nuestro Señorío, porque ay en ellos mucha sabiduria, y queremos dar lugar que los nuestros naturales sean sabidores, y sean por endemas honrrados.* Quæ constitutio ita est in usu, ut prætermissa lectione Regiarum Constitutionum, Cathedræ ad leges Romanorum erectæ sint; & nihilominus hæ in Hispania non ligant, sicut nuper comprobatum relinquatur.

Ultra hæc adversùs Barbosam ejus resolutio statim tradenda retorqueri potest, dum cum communi docet leges Romanorum à Gratiano collectas Canonice Constitutionis autoritate carere, quamvis & hæ publicè ut Decreto insertæ legi permittantur: Ergo à paritate rationis idem de locis Sanctorum Patrum sentiendum est. Nec refert, quod leges sint à sæcularibus Principibus conditæ, quia novum non est, ut Sacri Canones, Pontificesque legum autoritate juvenentur, *cap. 1. & quæ ibi notantur, de novi oper. nunciat.*

Quoad caput tertium de autoritate legum, 10 quas Gratianus immiscuit, tenendum est, nihil robo-

roboris ex compilatione reportare, nec ut canonica statuta approbatas cenferi. Sanch. n. 3. *vers. Fasentur tamen ferè omnes*, Barbosa cum aliis num. 10. Marant. num. 38. Medic. *sup. d. quæst. 3. num. 19.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 21. n. 32.* Menoch. *de adipisc. remed. 4. num. 842. cum seq. Rip. in cap. 2. n. 8. de rescript.*

11 Quoad ultimum de illis, quæ Gratianus de proprio adjecit, in comperto est apud omnes, quod solum gaudent autoritate privata tanti Doctoris. P. Suar. *sup. num. 6.* Felin. *in cap. 2. n. 43. de rescript.* Barbosa *sup. n. 8.*

12 De illis capitibus, quibus titulus est, *Palea*, dubia admodum fides est propter opinionum diversitatem; quidam enim sic inscribi putant, quod in illis res parvi momenti recensentur: alii, quia à Brotopalea Cardinali inserta sunt: alii, quod à discipulo quodam Gratiani, ipso annuente, addita fuere: alii tandem, quoniam hæc ab eodem Gratiano in margine adnotata prius fuerunt, ac deinceps aliis capitulis interjecta. Vide Barbof. num. 9. Spondan. *sup. anno 1151. n. 5. proœm. Decret. & ibi Acuña num. 31. cum seqq. Cened. collectan. 16. ad Decresum.*

Ibi: *Extat apud Gratianum inscriptio quedam.*

Sic in vetustis Codicibus legebatur, sed jam correctum existit, ut ante caput idem adnotatur.

Ibi: *Nos locum istum ita castigandum, &c.*

13 Prout jam castigatum habemus, ibi *Item Urbanus II. Sanctio Regi Aragonum.*

Ibi: *Et meritò, cum ex Regibus Aragonum.*

14 Vide *Annal. Aragon. tom. 1. cap. 19.* Marian. *Hist. Hispan. tom. 1. in catalogo Reg. Arragon. Histor. Pontif. tom. 1. lib. 5. cap. ult. vers. Reyes de Aragon.* Ex quibus constat, in Regibus Aragoniæ nullum fuisse, qui Sacratius nuncuparetur: Sanctius verò hujus nominis unicus, & ordine secundus, patri Ramiro successit, à quo Ramirez cognominatus est.

Ibi: *Sanctium Aragonum Regem strenuo, &c.*

15 Similiter Saul in necessitate constitutus præter alia filiam suam pollicitus est cuivis, qui cum Goliath monomachia commissa victoriam reportaret. *Reg. lib. 1. cap. 17.* inter quam sponfionem, & quæ à Rege Sanctio facta est, quid intersit, ex sacra Pagina, & ferie Historiæ, quam D. Covar. exhibet in præfenti, deduci poterit. In quo est animadvertendum, quod etsi Saul generaliter filiam sponderit, de Merob promissio subintelligebatur, quæ natu major erat; nam ex more Hebræorum nativitatibus ordo in filiabus nuptui tradendis servabatur. *Salian. Annal. Ecclesiast. tom. 3. anno mundi 2972. num. 8.*

Ibi: *Neptem vel ex fratre, vel ex sorore.*

Verosimile est, neptem fuisse ex sorore; nam 16 Rex Ramirus Sanctii Pater, præter eum habuit filium Gonzalyum Episcopum Jacensem, & duas filias. *Hist. Pontif. ubi sup.* Verùm ex verbis textus in *cap. De neptis, 31. q. 2.* colligi videtur, neptem fuisse non ex fratre, aut sorore, sed ex filio Regis Sanctii, qui plures ex Felicia uxore suscepit, *Hist. Pontif. vers. Don Sancho primero. Annal. Arragon. sup. c. 19.* Primò, quia verba propriè accipi debent, *L. Labeo 7. §. ult. ff. de supellect. legat. l. Non aliter 67. ff. de legat. 3.* verbum autem *Neptis*, propriè ad filiam ex filio, vel filia refertur. *Cornucop. col. 429. num. 50.* ubi quod nunquam ponitur absolutè verbum *Nepos*, pro fratris filio, sed adjicitur, *Ex fratre, vel sorore*, *Lexic. Calvin. verb. Nepos 2.* Secundò idem suadetur ex verbis illis, *Hoc æquitate dicente decernimus*, quæ insinuant nupturam ex liberis esse promissoris. Etenim filia jure civili omninò electo à parente sponso se subicere tenebantur, *l. Sed ea quæ patris 12. ff. de sponsalib. Glossa in c. 1. de deponsat. impub. Gregor. Lop. in l. 10. gloss. 3. tit. 1. part. 4.* Quod in patruo spondente cautum non reperitur. Et licet postea Jure Canonico hæc necessitas sit filiabus sublata, ut præfata Glossa ac Gregorius Lopez. observant, de quo fuisse Sanch. *de matrimonio, lib. 1. disputat. 22. d. num. 4.* tamen fortè Urbani II. temporibus, à quo decisio illa dimanavit, id stabilitum non erat, unde opus fuit, ut æquitate canonica decerneretur adversus Juris Civilis rigorem, ne neptis invita militis connubio jungeretur, maxime cum disparis esset conditionis, quod in *d. l. Sed ea*, exceptum videtur, ibi: *Si indignum moribus, vel turpem sponsum pater ei eligat.* Potest tamen responderi, militem quidem parem regiæ proli non cenferi, sed moribus illustrem, ac præclarum, cujus ope Rex Sanctius indignuit, ideoque verbis legis non comprehensum. Tertiò facit & alia conjectura; nam cum neptis ex fratre, vel sorore non esset aliquo jure Regi subiecta, ut arbitrio illius matrimonio copularetur, temere promitteret ejus nuptias maxime sub jurisjurandi religione Rex, qui neque ut cognatus, *l. In copulandis 8. C. de nupt.* quod per se notum est, neque ut Princeps eam foeminam nuptui tradere poterat: Regia etenim supremaque potestas nihil valet, ut subditos ad conjugium compellat, nisi ob bonum commune, *l. 10. & 11. tit. 1. lib. 5. Recop. l. 1. C. si nupt. ex rescript. petant, l. unic. tit. 10. lib. 3. C. Theodos. cap. Nullus 36. q. 2. Trid. sess. 24. c. 9. Sanch. lib. 2. disp. 27. n. 2. & 3. & lib. 4. disp. 22. n. 1. Mathienz. in rubr. n. 27. & in l. 10. gloss. 2. tit. 1. lib. 5. Recop.* Sed respondebit aliquis, hæc nihil ad rem facere, quia & quivis extraneus permittitur foeminam in conjugem polliceri, cum duntaxat, ut statim probabitur, astringatur ad agendum, & curandum, quatenus potest, ut conjugium sortiatur effectum: quare Rex Sanctius rectè potuit nuptias neptis ex fratre, vel sorore promittere, quam sub potestate non habeat. Dicendum tamen est, quod etsi præfata sint vera, aperte apparet, foeminam illam Regis potestati subiacere, cum Pontifex illi rescriberet, ne eam cogeret ad connubium; nam in ipso autoritatem, ac potestatem legitimam ad coactionem supponit, si fortè ei locus esset.

His conjecturis accedat ultima, nam ut *Hist. 17* riographus fert, pollicitatio Regis contigit anno 1083.

1083. à quo usque ad Urbanum II. ejus decreti conditorem, ut constat, intercessit quinquennium, imò & plus temporis forsan præterit; non enim certi sumus illicò post susceptum Ecclesiæ gubernaculum fuisse consultum, & tantæ dilationis causa credi potest à tenera nupturæ puellæ ætate provenisse, quia nondum apta conjugali societati censebatur, & hoc magis nepti ex filio, quàm ex fratre, aut sorore convenire compertum est. His præsumptionibus ducor, ut existimem neptem, de qua *in d. cap. De neptis*, potius descendente ab ipso Rege Sanctio, & sub illius potestate constitutam fuisse, quàm à fratre, vel sorore ipsius, id serie textus insinuante.

18 Multum autem interest, an parens, vel alius matrimonium coeundum spondeat; nam si parentes puberibus liberis, vel impuberibus doli capacibus præsentibus, & non renitentibus, celebrent eorum nomine sponsalia, vel matrimonium, hic tacitus consensus ad validitatem actus sat erit: quod in aliis personis quibuscunque sic contrahentibus admissum non est, *cap. unic. §. fin. de despons. impub. in 6. D. Covar. de matrim. p. 2. c. 4. in princ. n. 7. Greg. Lop. in l. 10. glos. 2. tit. 1. p. 4. Sanch. lib. 1. disp. 23. n. 3. & 7. ubi plures, Gutier. de matr. c. 13. n. 2. Matienz. in d. rubr. n. 26. Nicol. Mozz. contractibus. tract. de sponsalib. tit. qui poss. contrah. sponsal. n. 7. ubi quod decisio dicti §. finalis in patruo non obtinet, quem sequitur Gutier. n. 4. Quod adhuc post Tridentinum extare docuit Sanch. n. 13. quanquam *sess. 24. de reform. matr. c. 1. ubi forma ad matrimonia contrahenda traditur, præcipiatur ut Parochus eosdem, qui sunt jungendi, interroget, & sic in praxi servari testatur Gutier. n. 8. vers. At quamvis* Sed adhuc adhæret opinioni Sanch. si parentes hodiè nomine liberorum contraherent. Sequitur Basil. Ponc. *de matr. lib. 2. c. 14. n. 4. Quid si absint liberi? Aliud juris est, ut videre licet apud Sanch. n. 17. Gutier. n. 11. ubi etiam de filiis, qui doli capaces non sunt. Unde inferitur ad intellectum dicti capituli De neptis, quod si Rex esset ex parentibus, ut probare contendebamus supra, & neptis doli capax præsens foret tempore pollicitationis, nec expressim dissentiret, cogi posset ut militi in conjugem se traderet: sed quia aliquid ex his defuit, ideo à Pontifice non esse compellendam cavetur. Sed supra constitutum discrimen rejicit Basil. Ponc. *d. cap. 14. d. n. 9.***

Ibi: *Uxorem juramento præstito desponsisse.*

19 Iterum apud nos historiarum fides vacillat, dum juramentum Regis intervenisse narratur, quod verba æxtus nequaquam indicant, ibi: *Sub fidei pollicitatione firmasti.* Pollicitatio etenim non juratam promissionem, sed simplicem, nulla adhibita conventionione, aut interrogatione significat, *l. 3. ff. de pollicit. Cujac. in paratit. ad eum tit. Brisson. de verb. signific. verb. Pollicitatio, Calep. ead. verb. Cornucop. col. 814. n. 20. Lexic. Calvin. verb. Pollicitatio. Nec credi facile potest, quod Pontifex hujusmodi circumstantiam, quæ tanti haberi solet, prætermiserit, aut ita confusè expresserit, ut ip dubio versetur animus. Nec Principes assuescunt, quæ cum inferioribus, & subditis agunt, jurejurando roborare, quod aliquo modo indecorum videtur majestati, propter quam Regum verba tantam auctoritatem, fidem, ac firmitatem obtinent, ut religionis vinculum superaddere non sit opus, argumento eorum quæ tradidimus *sup. lib. 1. cap. 11. n. 33.**

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

At quomodocumque sit, sive jusjurandum intercesserit, sive simplex pollicitatio, aut Rex neptem ex filio, vel ex fratre, sororeve desponderet, ad id astrictus mansit duntaxat, ut bona fide, non dicis gratiâ, vulgò *por complimiento*, satageret, ac pro viribus conaretur promissum conjugium ad effectum perducere: quo præstito, si scemina reniteretur, neq perjurii, nec fractæ fidei reus fieret, quemadmodum evenit in omnibus facti alieni obligationibus, quæ jure subsistunt; nam absoluta sponso & directa, ut valeat, sic exauditur, & intelligitur, ac si quis promittat se facturum, & curaturum, ut alius faciat, alioqui obligatio ad factum alienum nullius momenti foret, sicut regulariter est de jure civili, certis causis exceptis, ut matrimonii; quia censeatur impossibilis & impossibilium nulla est obligatio. Vide legem *Stipulatio ista 38. legem Inter stipulantem 83. ff. de verb. oblig. §. Si quis alium, Inst. de inutilib. stipul. l. 11. tit. 11. p. 5. ubi Greg. Lop. gl. 1. D. Covar. in cap. Quamvis pactum, p. 2. §. 5. d. princ. de pact. in 6. Sanch. lib. 1. disp. 24. Molin. de just. & jur. tom. 2. tract. 2. disp. 268. Gutier. de matr. cap. 14. & de juram. confirm. p. 1. cap. 44.*

Nequiret tamen Rex gravem metum, aut vim scemina inferre, ut in electum sponsum consentiret, *l. 10. tit. 10. part. 4. ibi: Por tal razon non las puede el apremiar que lo fugan de todo en todo: ubi Gregor. Lop. gloss. 3. (quæ constitutio cum in patre loquatur, à fortiori in patruo, seu avunculo procedet, Sanch. lib. 4. disput. 22. numer. 4. id enim adversatur libertati, quæ ad valorem matrimonii desideratur, cap. Cum locum 14. cum seqq. de sponsalib. de quo latè Basil. Ponc. lib. 4. cap. 14. & tanta est, ut filii obsequi parentibus cogi non possint, Sanch. cum plurimis lib. 4. disp. 13. n. 3. & n. 4. an lethaliter peccent non parendo. Gutier. de matrim. cap. 79. n. 4. 15. & 16. Non tamen prohiberetur Rex neptem increpatione aliqua, ac verborum severitate inducere, ut nuptiis militis annueret, modò minæ abessent, quæ metum cadentem in constantem virum incutere pro personæ qualitate possent, *d. l. 10. ibi: Como quier que le pueda decir palabras de castigo que lo otorguen.* Hoc enim parentibus licere docent Sanch. lib. 4. disp. 22. numer. 5. Gutier. numer. 5. & alii apud eos. Nec matrimonium irritum habebitur, si filius metu hoc reverentia ductus eam conjugem eligat, quam alias non acciperet, quia istiusmodi coactio sat ad nullitatem matrimonii non est regulariter, juxta magis communem, veramque sententiam: de quo Sanch. lib. 4. disp. 6. ubi numer. 7. cum pluribus sic tenet, ac numer. 11. limitat, Gutier. de matrim. cap. 44. numer. 40. cum seqq. Basil. Ponc. lib. 4. cap. 5. per tot. ubi contra Sanch. docet. Sunt qui teneant, matrimonium fore nullum, si filius iniens matrimonium ob metum reverentialem enormiter læsus censeatur, veluti si contrahat cum persona disparis, & infimæ conditionis, qui est casus capituli *De neptis*, & ita præter alios, quos dat Sanch. sustinet D. Covar. de matrim. part. 2. cap. 3. §. 6. n. 4. & 5. Sed id reprobat Sanch. numer. 15. Gutier. numer. 43. Quæ licet in patre procedant, & in patruo, maximè in regia dignitate constituto obtinebunt, cujus respectu metus reverentialis consideratur. Sanch. *d. disp. 6. numer. 33. latè Gutier. numer. 39. qui plures laudat; est enim patris loco, §. Item amitam, Inst. de nupt. Quod eo magis probat Basil. Ponc. d. cap. 5. n. 2. si simul cohabitent patruus, & nepos, & hic ab illo alatur, & gubernetur.**

Quod si in specie dicti capituli *De neptis*, ex Regis sponsione aliquando sponsalibus, seu promiss-

F f

missioni de futuro suo matrimonio consensisset, metu etiam gravi compelli posset, ut militem in virum exciperet, quia metus quilibet non irritat matrimonium, ubi justè incutitur: quod aperte Pontifex insinuat in eo textu, dum pro ratione tradit, neptem nunquam præstitisse consensum, & ideo invitam cogi posse inficiatur. Vide Sanch. lib. 4. disp. 13. per tot. Gutier. cap. 76. num. 16. Basil. Ponc. lib. 4. cap. 19. numer. 7. Debet tamen verus intervenire consensus, ut matrimonium sit. Sanch. lib. 2. disp. 27. numer. 3. Basil. Ponc. lib. 2. cap. 3. num. 8. Hæc pro intellectu capituli *De neptis*, 31. quæst. 2. intertextuisse sufficiat, ut utilitatis aliquid legenti exhibeatur; ac enim utile dulci permisceri continget.

Ibi: *Quas Rex ipse præclare gessit.*

23 Sanctius Princeps quidem nulli secundus in re militari, qui Sarracenorum tunc temporis Aragoniæ dominantium acerrimus expugnator prædicatur, suos ex montanis in campestria adversus hostes eduxit, ac singulari virtute oppida non pauca debellavit: sed apud Oscam munitissimum Maurorum præsidium sagittæ ictu ex mœnibus percussus interit anno 1094. aut sicut aliis placet 1095. Vide Annal. Aragon. sup. d. cap. 19. ad 31. Marian. tom. 1. lib. 10. cap. 2. Histor. Pontif. ubi sup.

Ibi: *Qua de re consultus postea Summus Ecclesiæ Præsul.*

24 Urbanus II. Pontifex centesimus sexagesimus quintus Victori III. successus est anno 1088. ut plerique volunt, Pontificatumque egregiè gessit ad annum 1099. quo è vita migravit. Consule Spondan. in Epitom. Annal. Baron. tom. 2. anno 1088. Bullar. novissimum tom. 1. Histor. Pontific. tom. 1. lib. 5. cap. 15. Platin. in vitis Pontific. Marian. tom. 1. Hist. Hisp. lib. 10. cap. 6. qui, ut D. Covar. hic, Urbani Pontificatus initium adscribit anno 1087. Unde constat sub idem tempus Urbanum Ecclesiæ, Sanctium Aragoniæ gubernaculum exercuisse per quinquennium, aut sexennium: sed Rex iste multò antequam Urbanus ad summæ dignitatis fastigium eveheretur, patri successerat, etsi de tempore inter Chronographos non conveniat. Vide Histor. Pontific. d. lib. 5. cap. ult. vers. *Don Ramiro primero*, Annal. Aragon. d. cap. 19. Marian. d. cap. 7. qui Rex interfectus est anno 1094. vel 1095. ut nuper asseruimus, ipso Pontifice superstite, qui Petri Cathedram tribus mensibus & diebus aliquot supra undecim annos moderatus est. Ejus decreta in Pontificiis Archivis desiderantur. Spondan. sup. tom. 2. anno 1099. quapropter in novissimo Bullario una duntaxat ipsius constitutio legitur.

Ibi: *Sanctio Regi respondit non esse cogendam.*

Vide supra, num. 22.

Ibi: *Qua ratione Pontificia responsio.*

Jam in novissimis Decreti codicibus post emendationem Gregorii XIII. etiam vitium istud sub-

latum est; nam in epigraphe dicti capituli *De neptis*, 3. q. 2. sic legitur: *Item Urbanus II. Sanctio Regi Aragonum*, ut dictum est n. 13.

Ibi: *Siquidem Hormisda Pontifex Summus.*

Hormisda Pontifex quinquagesimus quartus in 25 locum Symmachi fuit subrogatus anno 517. Spondan. sup. tom. 1. anno 517. Histor. Pontific. tom. 1. lib. 3. cap. 5. Marian. tom. 1. lib. 5. cap. 7. Bullar. novissimum tom. 1. Chronographia Conciliorum pag. 29. à quo ad Sanctium Regem plusquam quingenti anni præterierunt.

S U M M A R I U M.

- 1 *Textus in cap. Julianus, II. q. 3. unde sumptus est.*
- 2 *Apostata unde dictus.*
- 3 *Varia verbi hujus acceptio.*
- 4 *Apostasiæ definitio.*
- 5 *De apostasia à statu Religioso & sacris Ordinibus, & de penis in apostatas, remissivè.*
- 6 *Julianus Imperator multis de causis apostata cognominatur.*
- 7 *De Juliano quædam adversus Fidem Catholicam patrata narrantur.*
- 8 *Juliani acerba admodum in Christianos persecutio.*
- 9 *A quo Julianus impietatem didicerit.*
- 10 *Julianus Clericus ac Monachus est effectus, ut Constantium Imperatorem falleret.*
- 11 *Fidem Catholicam deseruerat ante obitum Constantii Imperatoris, sed præ formidine simulabat.*
- 12 *Ad ignominiam Christum Galileum vocabat.*
- 13 *Christiani per contumeliam Galilæi dicebantur ab Ethnicis, & quare, num. 19. cum seqq.*
- 14 *Julianus de labaro Sanctæ Crucis signum sustulit, cujus loco idolorum effigies collocavit.*
- 15 *Julianus quando, quomodo, & à quo percussus occubuerit.*
- 16 *Quandiu imperaverit.*
- 17 *Quibus virtutibus & vitiis præditus, aut deturpatus.*
- 18 *Moriens in Christum, ac in falsos Deos plura jactavit.*
- 19 *De heresi Galilæorum apud Hebræos.*
- 20 *Catholicis subjiuntur Principibus suis juxta legem Evangelicam.*
- 21 *Quare Apostoli ac Christiani omnes Galilæi nuncuparentur.*
- 22 *Christus unde Galilæus appellaretur.*
- 23 *An fuerit Judæus, vel Galilæus, & numer. 24.*
- 25 *Sub Juliano Imperatore Christiani militarunt.*
- 26 *Julianus maximè studuit, ut Christianos, præsertim milites, ad idololatriam induceret.*
- 27 *Error est asserere, Christianis bellum interdici.*
- 28 *Ad bellum justum quæ simul desiderentur.*
- 29 *Christianis licet militare sub Principe infideli, etiam contra Catholicos, si illius imperio subiecti sint, & bellum injustum non sit.*

- 30 *An captivi apud infideles possint contra Christianos dimicare.*
- 31 *Christiani nequeunt præliari etiam ob metum mortis pro suis Principibus infidelibus, cum bellum geritur odio Fidei, aut aliàs est injustum.*
- 32 *Utrum Christianis non subditis fas sit dimicare pro infidelibus, & n. seqq.*
- 35 *Principum mandatis parendum est, licet subditis de justitia non constet.*
- 36 *Num liceat Principibus Christianis vocare in auxilium infideles ad bellum contra Catholicos, vel paganos, & num. seqq.*
- 38 *Christiani etiam ante Constantinum Magnum sub Ethnicis Imperatoribus militarunt.*
- 39 *De miraculo quod Christianorum militum precibus in auxilium exercitus Romanorum impetratum est.*
- 40 *Cujus legionis erant milites, qui oratione id miraculum meruerunt.*
- 41 *Melitina legio ex sunc Fulminatrix cepit vocitari. Fuit & altera ejusdem nominis legio.*
- 42 *Bellum Marcomanicum unde sic dictum.*
- 43 *De martyrio militum legionis Thebææ.*
- 44 *Thebæa Legio unde venerit, & obiter de origine legionum Romanarum.*
- 45 *De decimationis exercitus pœna apud Romanos.*
- 46 *Quare hujusmodi pœna inducta.*
- 47 *De pœna vigesimationis, & centesimationis exercitus.*
- 48 *Decimationis exempla recensentur.*

De Interpretatione capitis Julianus

94. 11. quæst. 3.

CAPUT XII.

I **S**erjem capitis Julianus 94. 11. q. 3. apud D. Ambrosium non inveniri, sed ejus textus sententiam deductam esse ex D. Augustino relato in cap. Imperatores, §. Julianus, ead. q. observat sequutus Domin. Covar. hîc, August. Barbosa in collect. ad Decret. d. cap. Julianus, in princip. & in emendatis Codicibus inserta est glossa parva, quæ eisdem assentiens ait, fortassè dictum caput Julianus (cui illa proxima est) desumptum esse ex dicto §. Julianus, quo sententia eadem, etsi diversis verbis, exprimitur. Verùm si utriusque textus verba ad amussim conferantur, apparebit minimè sub dicto §. Julianus, comprehendi quod in cap. Julianus, deciditur, nisi sub illa generalitate, quod Christiani milites non obsequebantur Juliano, quoties ejus præcepta Divinis opposi contingebat: & hoc in idolorum cultu D. Augustinus exemplificat, & de bello in Catholicos recusando nullum adjicit verbum, neque hoc ex mente hujus Sancti Doctoris necessariò inferitur, sed per consequentiam, supposito quod Christianis est nefas sub infideli Principe adversus ejusdem sacræ Religionis professores dimicare: quod quidem in d. cap. Julianus, apertè ex D. Ambrosio traditur, & quatenus verum sit, ex dicendis infra, num. 29. constabit. Licet autem D. Covarruv. cui fides proculdubio adhiberi debet, testetur se non invenisse verba dicti capitis Julianus, apud D. Ambrosium, fortè aut non opera omnia Sancti Patris ad ipsius manus pervenisse. *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

nerunt, aut non ipsa de verbo ad verbum perlegit, sed ea illustravit loca, in quibus eam sententiam existere verosimiliter credidit. Quæ cum ita sint, ac res in ambiguo versetur, Gratiano referenti auctoritatè D. Ambrosii standum erit juxta doctrinam communem August. Barbosa quem dedimus sup. cap. proximo, numer. 5. ad fin. Textus in d. cap. Julianus, meminere præter Barbosa ibi, Menoch. de arbitrar. casu 546. num. 9. Petr. Bell. Albenf. tract. de re militar. part. 2. tit. 2. num. 2. tom. 16. Ricciul. de jure personar. extra gremium Eccles. existent. lib. 1. cap. 11. n. 1. Bovadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 70. Affiè. ad constitut. Neapol. rubric. 3. numer. 3. versic. Et si est apostata, Joan. Lup. tract. de confederat. Princip. membr. 1. §. Miror satis, num. 4. Theatrum vitæ humanæ tom. 6. verb. Princeps, versic. Julianus Imperator, de cujus intellectu differendum est infra, num. 29. cum sequentibus.

Ibi: Extat tamen apud Divum Augustinum.

Ad Psalm. 124. vers. Quia non derelinquet Dominus, &c. Idem observat Barbosa ubi proxime.

Ibi: Julianum Cæsarem dictum fuisse Apostatam.

Apostata dicitur quasi retro stans, aut retrocedens. Farinac. in praxi crim. tract. de hæresi, quæst. 183. nu. 4. Ricciul. sup. lib. 6. cap. 1. n. 1. Navar. conf. 15. n. 1. de Regularib. Decian. tract. crimtn. lib. 5. cap. 70. num. 2. Fr. Emman. quæstion. regular. tit. 1. q. 30. art. 1. Barbosa in collectan. ad cap. 1. n. 6. de apostat. Nebrissenf. verb. Apostata.

Quod verbum generaliter sumptum significat recessum à militia, statu, aut instituto, quod aliquis publicè professus est. Farinac. n. 2. Azor. Institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 21. in princip. Lexic. Calvin. verb. Apostata. In jure autem accipitur pro eo, qui Fidem Catholicam, quam per sacrum regenerationis lavacrum amplexus est, deserit, vel statum Religionis, aut Ordinis sacri, cui se mancipaverat, abdicat: sed & qui ex contemptu Divina, sive superiorum Prælatorum præcepta transgreditur, apostasiæ reus censetur: unde triplicem hujus sceleris speciem constituunt Glossa verb. Apostasia, in cap. 1. de apostat. & ibi Barbosa in collectan. num. 5. Ricciul. d. lib. 6. cap. 1. num. 2. Decian. sup. cap. 71. n. 1. Menoch. n. 2. Farin. n. 5. Mascard. de probat. tom. 1. concl. 112. numer. 20. Sed strictè ac propriè ille tantùm apostata vocatur, qui Fidem Catholicam abnegat. Farinac. numer. 5. & 14. Lexic. Calvin. sup.

Secundùm quæ Apostasia nihil aliud est, nisi temerarius recessus à statu Fidei, vel obedientiæ, vel Religionis, seu Ordinis Sacri, quem aliquis se tenere professus est. Farinac. numer. 3. Decian. sup. cap. 70. n. 3. Menoch. n. 1. Clar. in praxi, §. fin. q. 78. num. 4. De Apostata à fide mentio fit in cap. Non potest 2. q. 3. cap. Beatus 3. q. 4. l. 1. cum seqq. C. de apostat. l. 5. tit. 25. p. 7. de eaque fusè differunt Farinac. d. quæst. 183. §. 2. à numer. 13. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 7. Ricciul. sup. lib. 8. Decian. cap. 71. & 72. Menoch. d. cas. 546. à numer. 3. aliique plurimi apud Barbof. in collectan. ad rubric. de apostat. in Decretal. In quo differat Apostata

ab hæretico, asseruimus supra, *lib. 3. cap. I. n. 17.* tradidereque Farinac. *n. 13. & 16. Decian. cap. 71. num. 5.* Clar. *ubi proximè.* Mascard. *num. 26. cum seqq.* Ricciul. *lib. 5. cap. I. numer. 14. & d. lib. 6. cap. 4. numer. 1.* Gutier. *de delict. quæst. 32. num. 2.* Azor. *sup. vers. Tertio queritur.*

5 De apostasia à statu Religionis, vel Ordinis sacri agitur in *cap. I. & per tot. de apostat. c. 1. detempor. ordinat. c. 2. ne cleric. vel monach. in 6. cap. Ananias, 17. q. 1. l. 29. tit. 7. p. 1.* de qua copiosè Farinac. *sup. §. 6. cum seqq.* Decian. *cap. 71.* Sanch. *c. 8.* Ricciul. *d. concl. 112. à princ.* Menoch. *d. casu 546.* omissis pluribus, quos cumulat Barbosa in *d. rubric. vers. ult.* De apostasia inobedientiæ in *cap. 2. cap. Illud 5. de majorit. & obedient. cap. Alieni 4. quæst. 3.* differuntque Farinac. *§. 5.* Decian. *cap. 71. numer. 2.* Menoch. *à numer. 24.* Apostata quoque latè usurpatur pro eo, qui qualequale crimen admittit, per quod à Deo amissâ gratiâ deviat, juxta illud *Ecclesiast. cap. 10.* scriptum: *Initium superbiæ hominis est apostatare à Deo.* Et tenet D. Thom. *2. 2. quæst. 12. art. 7.* ex quo id adnotant Menoch. *numero 24.* Mascard. *num. 12.* Farinac. *d. quæst. 183. num. 5.* Singulis apostatis propriæ sunt pœnæ jure stabilitæ, quas recensent nuper allegati DD.

6 His de apostasia generaliter cognitis, liquebit satis, optimo quidem jure turpissimum apostatæ cognomen impio Juliano Imperatori impositum fuisse, qui sacra baptismatis ablutione inundatus, Diaconatus Ordine initiatus, ac monachali professione insignitus à Fide Catholica, statu religioso, Ordinibus, & obedientia Romanæ Ecclesiæ debita execrabiliter recessit, ut ex plurimis Autoribus referunt Baron. *Annal. Ecclesiastic. tom. 3. & 4. anno 345. nu. 3. & anno 361. cum duob. seqq.* Spondan. *in ejus Epitome, in eisdem locis, tom. 1.* Ammian. Marcellin. *Hist. lib. 22.* D. Greg. Nazianz. *orat. 1. & 2. in Julian.* Petr. Mexia *in vit. Imperat. Menoch. sup. n. 5.* ex Anton. Sabellico, Joan. Bapt. Egnat. Nicephor. ac Theodoret. Marian. *Hist. Hispan. tom. 1. lib. 4. cap. 18.* Histor. Pontific. *tom. 1. lib. 2. cap. 4. ad fin.* Jacob. de Bie *de imagin. & aur. numismat. Imperator. tab. 55. vers. Flavius Julianus, Carrill. Annal. ann. 361.*

7 Ex quibus observandum est, Julianum, Liberio Pontifice, sub finem anni 361. suæ ætatis trigesimum primum agentem à Constantio antecessore, inter quos sanguinis vinculum intercedebat, hæredem institutum ad Imperii fastigium ascendisse, quo tempore se Christianæ Religionis addictum simulabat, quam animo jam perfidè deseruerat, ne Constantio penitus displiceret, qui se Christianum profitebatur, etsi Arrianis erroribus contaminatus esset; Cujus enim gratiam aucupari Julianus studebat, quem satis aversum sibi merebatur. Postquam autem, Constantio extincto, gubernaculum apprehendit, sese palam idololatriæ tradidit: & licèt conscientiæ libertatem indulserit, Christianam tamen Religionem odio prosequeretur interno, quam non aperta tyrannide, ut alii, edictis adversus Fidei Catholicæ professores propositis, delere ac extirpare contendit, sed diabolicis machinationibus vafre Christianos nimium compressit, leges iniquas ferens quibus Catholici à Magistratibus, aliisque publicis honoribus arcebantur, necnon à munere docendi in Academiis, (studere verò non vetabantur, prout contra alios tenet Spondan. *anno 362. numer. 57.*) Judicem adire pro injuriis sibi illatis non concedebatur eisdem. Bona namque pluribus Julianus abtulit prætextu quodam quæsito, & in tantum impietatis devenit, ut Evangelicam doctrinam

pro ratione hujusmodi decretorum redderet odiosam, aiens Christianos paupertati addictos esse oportere, & injurias condonare juxta legem Christi, idèdque rectè propriis facultatibus spoliari, atque injuriarum actione carere, de quibus Card. Baron. *sup. Spondan. anno 361. à num. 12. & anno 362. à princip. maximè n. 51. & 56. cum seqq.* Carrill. *anno 362.* Theat. *vitæ hum. tom. 1. verb. Astutia. vers. Julianus, & tom. 4. verb. Impietas, vers. Julianus.* Petr. Mexia, Ammian. & alii laudati nuper numero precedenti.

8 Unde apparet, non minùs acerbam, & periculosam hujusmodi persecutionem esse censendam aliis, quas Ecclesia pertulit, licèt non sic cruenta videatur, ut observat Cardin. Baron. *tom. 4. anno 361. in fin. & anno 362. vers. Large satis,* eamque cum cæteris enumerat D. August. *lib. 18. de civit. Dei, cap. 52.* quandoquidem potiùs expediret Christianis brevi interire cruciatu, quàm diu immaniter vexari, honoribus, muneribus, substantiaque destitutos, *l. 5. tit. 25. p. 7.* ibi: *Ca la vida deshorrada le sera peor que la muerte, no pudiendo usar de los honores, e de las ganancias que ve usar comunalmente à los otros.* Tunc enim mors solatium foret, & vita supplicium, *l. Quisquis 5. §. 1. C. ad leg. Jul. Majestat.* Imò aliqui sub Juliano usque ad internecionem passi sunt, ut videre licet apud Baron. *anno 362.* & Spondan. *in Epitom.* qui abundè Juliani impietatem demonstrant, tradentes inter alia ejus facinora, sese sacrificiorum sanguine abluisse, ut quoad posset, sacri Baptismatis, quod susceperat, absterisionem deleret. Inde, ut alterum est *sup. n. 6.* Julianus Apostata maximè à Christianis vulgò nuncupatur: sic præter D. Covar. observant Menoch. Marian. Petr. Mexia, Histor. Pontific. *ubi sup. Aug. Barbosa in collectan. ad d. cap. Julianus, numer. 2. & in rubric. C. de apostat.* Calepin. & Lexic. Calvin. *verb. Apostata,* & alii quos dedimus supra, *n. 6.*

Ibi: *Demùm ariolorum consuetudine adductus.*

9 Lapsus Juliani Libanio in primis tribuitur, qui imperante, ac ignaro Constantio, eum Philosophia simul ac impietate perfidus imbuit. Spondan. *tom. 2. anno 362. numer. 2.* Marian. Petr. Mex. & cum eis adducti supra, *numer. 6.* Sed & alios magistros similes magiæ, ac idololatriæ deditos Julianus habuit. Card. Baron. *tom. 3. anno 345. numer. 8.* plerosque Sophistas, adepto imperio, ex cunctis regionibus ascivit. Spondan. *anno 362. à n. 2.*

Ibi: *Deinde à Maximo Philosopho.*

De quo Card. Baron. *ubi proximè,* & sæpe alibi, præsertim *tom. 4. anno 362.* Spondan. *dict. anno 362. num. 1.*

Ibi: *Qua ratione in gravium rerum suspicionem.*

10 Constantius Imperator Julianum valdè suspectum habuit, quanquam eum Cæsarem, Imperiique consortem constituerit post Galli necem, qui Juliani fuit frater, & uterque Constantio nepos

nepos ex fratre. Hanc suspicionem ut aboleret Julianus, seque infonem ostenderet, primò Clericorum numero adscriptus est, deinde abrafo capite, monasticum institutum professus est. Card. Baron. tom. 3. anno 345. numer. 3. 4. & 9. & ibi Spondan. Cyrill. Alexand. in prolog. lib. contra Julian. epist. ad Theodos. Hist. Pontif. tom. I. lib. 2. cap. 4. fol. 39. & 40. Petr. Greg. Syntagmat. jur. lib. 16. cap. I. n. 29.

Ibi: *Donec adhuc superstite Constantio.*

11 Jam diu ante obitum Imperatoris Constantii Julianus à Fide Catholica defecerat, sed præ formidine patruī celabat apostasiam, usquedum in Imperium successit, ex quo venenatum detegens animum, publicè idolis sacrilegum cultum reddidit. Card. Baron. tom. 4. anno 361. in princip. Spondan. in Epit. anno 362. nu. I. Petr. Mex. in Julian. & alii quos dedimus sup. num. 6. Idemque præmisimus num. 7.

Ibi: *Sed & impius hic Julianus.*

12 Hinc patet, Julianus inobedientiæ apostasiam deterrimè admisisse, secundum tradita supra n. 3. qui non solum divinam legem contemptui habuit, cui se per Baptisma subjecerat, sed & summum Legislatorem Christum Dominum aspernatus est, quem ad ignominiam Galilæum vocitabat. Spondan. anno 361. ad fin. Menoch. de arbitr. casu 546. n. 5. Petr. Mexia sup. Maldon. in Evang. Matth. cap. 26. vers. Et accessit ad eum una ancilla, Sylveira tom. 5. in Evang. lib. 8. §. 5. quest. 2. n. 16. Carrill. an. 362. Theat. vitæ hum. verb. Ambitio, vers. Julianus.

Ibi: *Et Christianos omnes ex convitio.*

13 Fidei Christianæ professores per contumeliam Galilæos Julianus appellabat. Spondan. anno 362. n. 56. Maldonat. Sylveira, Carrill. Petr. Mexia, & alii dati sup. num. 6. Imò lege lata constituit, ut ita communiter ab omnibus dicerentur, Card. Baron. tom. 4. anno 362. vers. Quod autem. Scire autem oportet sub tempus nascentis Ecclesiæ Christianos ab Ethnicis Galilæos nuncupari convitii causâ, non quia legem Christi Domini, qui Galilæus fuit, amplexi essent, sed alia ex causa, de qua infra, ex n. 19.

14 Nec sacrosancto Salvatoris signo Juliani percipit impietas, quod ex labaro sustulit, ubi à Constantino Magno colendum fuerat impositum, cujus loco effigies idolorum substituit, ut sic milites etiam Christiani latrariam eis deferrent, dum vexillum id de more venerarentur: quâ, aliisque fallaciis eos inducere ad idololatriam conabatur. Baron. tom. 4. anno 362. vers. Quin eo, Spondan. ibi, vers. Labarum, numer. 6. Carrill. ubi sup. Theat. vitæ hum. tom. 4. verb. Impietas, vers. Julianus. Labarum in Romanorum exercitu dicebatur princeps supremumque signum quod ante Imperatorem selectorum militum cohorte stipatum ferebatur, tantique habitum est, ut ab exercitu adorari consuesceret. Calepin. Nebrifensis, Lexic. Calvin. verb. Labarum, de cujus forma Euseb. lib. 1. de vit. Constantini, & lib. 11. de ipsius effectibus, ac custodibus agit.

Ibi: *Impietatis & blasphemæ temerarius hic Princeps.*

Julianus bello in Persas suscepto, dum acriter cum illis congredere in loco qui Phrygia nominabatur, hastæ ictu lethaliter percussus, quæ brachio dextro costis affixo, ad imam jecoris fibram penetravit, brevi in fata concessit die 25. Junii anno 363. Card. Baron. tom. 4. anno 363. vers. Quos cum, ibique Spondan. tom. I. num. 12. Ammian. Marcell. Hist. lib. 22. Marian. & Petr. Mexia ubi sup. Autor cædis hucusque later, sed Historiographi dum illum assignare contendunt, mirè hallucinantur. Quidam divinitus vulnus inflictum per ministerium Angeli, vel dæmonis, aut quorundam Sanctorum Martyrum arbitrantur, subduntque in sepulchro D. Mercurii tunc temporis hastam sanguinolentam fuisse repertam. Alii casu à milite Romano, vel ab hoste Julianum interfectum existimant, de quo latissimè Card. Baron. ubi proximè, vers. Post hæc, cum seqq. & Spondan. sup. nu. 13. Carrill. sup. anno 363. Luc. Dext. in Chron. ann. 364. Theat. vitæ hum. tom. I. verb. Blasphemia, vers. Idem suscepto.

Quanto tempore Julianus Imperii pondus sustinuerit, similiter inter Autores non convenit. Baron. sup. vers. Quod verò, illum biennio, demptis tribus mensibus, novemque diebus, imperasse tradit. Marian. d. cap. 18. huic supputationi viginti quatuor detrahit dies; ait enim imperium Juliani septem mensibus ac viginti septem diebus supra annum constitisse: & licet Constantius obiit septimo die Octobris anni 361. pauci tamen aliqui dies præterierunt antequam Julianus acclameretur Imperator, ut Card. Baronii, vel Marianæ computationi sit locus. Nec ingressus est Constantinopolim, ac publicè exceptus ante diem decimam Decembris anni ejusdem. Card. Baron. tom. 4. an. 361. post princip. & anno 363. vers. Quod verò. Vide Luc. Dext. sup.

Solet communiter adnotari, Julianum non obstante apostasiæ turpitudine, qua se suaque omnia penitus denigravit, inter præclaros Cæsares recenseri. Sic Marian. Ammian. Hist. Pontif. ubi sup. Aug. Barbofa collect. ad d. cap. Julianus, n. 3. Bovadill. in Politic. tom. I. lib. 2. cap. 10. n. 70. D. Aug. lib. 5. de civit. Dei, cap. 21. Sed odio Catholicæ fidei plurima apertam tyrannidem, ac iniquitatem præ se ferentia perpetrasse constat. Consule Card. Baron. d. anno 363. vers. Cæterum in conscribendis, cum seqq. & ibi Spondan. in Epitom. num. 16. ubi vitia cum virtutibus, quæ de illo prædicantur, conferunt.

Ibi: *Et ore proprio Divinæ Majestatis judicium.*

Hic jam vivendi spe deposita, in Christum Dominum blasphemum Imperatorem enunciasse narratur, ut videre est apud Card. Baron. ubi proximè, vers. Quæ autem, Spondan. eod. anno, n. 13. Menoch. d. casu 546. n. 5. Petr. Mex. sup. Jacob. de Bie d. tab. 55. vers. Flavius Julianus Carril. sup. Luc. Dexter. d. anno 364. Theat. vitæ hum. ubi proximè. Sed & falsorum numinum, quæ colebat, fraudem detestabatur, à quibus se illusum Julianus decedens querebatur. Baron. & Spondan. ibidem, quorum fallacibus oraculis tantam fidem adhibuit, ut quasi jam hostibus devictis, temerè

naves, quibus exercitui suo commeatus vehebatur, exuri præceperit, ex quo nullus ex Romanis militibus superfuisset, nisi eo perempto pacis fœdus, præscriptis Imperii limitibus, cum Persis iniretur. D. Augustin. *sup. lib. 4. cap. 29.*

Ibi: *Marius Chalcedonensis Episcopus.*

Hunc Episcopum Marin, non Marium appellat Card. Baron. *tom. 4. anno 362. vers. Quid autem in Julianum*: ejusque egregiam memorat libertatem, sed ipsum Arriana hæresi infectum testatur, idemque refert Spondan. *in Epitom. eod. ann. numer. 8.*

Ibi: *Verum & ante Julianum Imperatorem.*

19 Afferit D. Covar. etiam ante Juliani tempestatem Christianos ab Ethnicis Galilæos nuncupari, quod nomen præ odio, ac invidia ad opprobrium, & maximum quidem indebatur; etenim in Hebræis, adhuc lege Mosis vigente, surrexit hæreticus quidam Judas nomine, Galilæus cognominatus: is falsum dogma seditionis nutritivum evulgavit suadens, non licere homini tributa Principibus pendere, aut aliter humanæ potestati se submittere; sed Deo soli unice, ac immediatè parendum, obtemperandum, atque obsequendum esse. Hujus fit mentio *Act. Apost. cap. 5. vers. 37.* & apud Joseph. *de antiquitat. lib. 18. cap. 2. & lib. 20. cap. 3.* Euseb. *in Chronic. an. 2. Christ. Luc. Dext. in Chron. an. 2. Chr. n. 3. Theat. vitæ hum. tom. 6. lit. P, verb. Propheta, §. De pseudoproph. vers. Una inter has dies existit.* Ille Judæ error sectariis non caruit, qui à sui auctoris cognomine Galilæi vocabantur, quorum hæresis Principibus admodum exosa fuit, ita ut nonnulli ultimo afficerentur supplicio. Ita Salian. *Annal. Ecclesiastic. tom. 6. anno 4063. nu. 2.* cum aliis. Huc referenda videtur illa Phariseorum tentatio, cum accedentes ad Christum Dominum sciscitati ab eo sunt, an tributum liceret dare Cæsari, *Matth. cap. 22. Luc. cap. 20.* ut si juxta eorum vota, inficiaretur id licitum fore, ipsum de hæresi, ac seditione arguerent: & licet Christus tributum Cæsari præstandum responderit, tamen Judæi apud Pilatum inter alias calumnias hanc quoque objiciebant, *Luc. cap. 23. vers. 2.* ibi: *Et prohibentem tributum dare Cæsari.*

20 Licet autem Christus Dominus censum Cæsari pendendum asseruerit Phariseis, ipseque vitandi scandali gratiâ pro se ac Petro staterem in ore piscis inventum tributi nomine præstari præceperit, *Matth. cap. 17.* sitque in Ecclesia ut Catholica doctrina observatum, quod Christiani subjiciantur humanæ potestati, ac Principibus sæcularibus, quorum imperio, & jurisdictioni de jure subsunt, quod ex multiplici sacræ Paginæ testimonio conspicuè constat, *Apostol. ad Roman. c. 13. à princip. ibi: Omnis anima subdita sit, &c. infra Et: Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, &c. idem ad Tit. c. 1. vers. 19. & cap. 3. D. Petr. epist. 1. cap. 2. ibi: Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcellenti, &c. D. Ambros. in comment. ad cap. 5. Luc. lib. 4. cap. penult. transcriptus à Gratiano in cap. Magnum, II. quæst. idque fusiùs prosequitur Salian. *sup. num. 3. & 4.**

21 Tamen pagani, alique sacræ nostræ Religio-

nis adversarii delirium illud Judæ Galilæi, ac sequacium Christo Domino, Christianisque Ecclesiæ primitivæ perfidi imputaverunt, idèoque nomen conveniens illis imposuere, ut sic in ipsos Imperatoris, aliorumque Principum potestatem, & odium concitarent, omniumque animos ad iram, & despicientiam inducerent ob talis hæresis pravitatem, quo respexit D. Petr. *d. epist. 1. cap. 2. vers. 13.* ibi: *Ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus glorificent Deum in die visitationis.* Et statim subjunxit: *Subjecti igitur estote, &c.* quem locum ita enarrat Salianus *numer. 4.* de omnibus præmissis omninò videndus. Liqueat jam qua ratione Christiani ab Ethnicis ante Julianum Galilæi dicebantur, quod nomen nequaquam illis conveniebat, utpote qui Judæ Galilæi hæresim damnavere; sed per calumniam sic vocitabantur, ut Julianus observat. Contemptus quoque gratiâ idem evenisse verosimile est; nam in Hebræis Galilæi abjectæ conditionis existimabantur, cum ex Galilæa nullus Propheta, aut aliquid boni oriri posse crederetur, *Luc. cap. 7. vers. 72.* ibi: *A Galilæa Propheta non surgit.* Quare Christus Dominus Galilæus vocabatur per opprobrium. Maldonat. *in Evang. Matth. cap. 26. vers. Et accessit ad eum una ancilla.* Sylveir. *in Evang. tom. 5. lib. 8. cap. 5. q. 2. n. 16.* Cornel. à Lapide *in cap. 26. Matth. vers. 70. verb. Galilæo.* Quod convitium in ejus discipulos derivatum est.

Ibi: *Nam & Christus vocatus est Galilæus.*

Sic legitur *Matth. cap. 26. vers. 60.* ibi: *Et tu cum Jesu Galilæo eras.* Et *Marc. cap. 14. vers. 70.* ibi: *Verè ex illis es, nam & Galilæus es.* Et *Luc. cap. 23. vers. 6.* ibi: *Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit, si homo Galilæus esset. Et ut cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit ad Herodem.* Idemque adnotant proximè laudati Evangeliorum Interpretes, qui duplicem rationem reddunt: tum quia Christus Dominus Galilæam incolebat, idèoque Galilæus putabatur, prout D. Covar. tradit *hic*: tum quoniam, sicut nuper asserabatur, gens ex illa provincia vilis habebatur, unde ad vilipendium Hebræi Christum Dom. Galilæum appellarunt. At Cornelius à Lapide alias duas causas adjecit: prior est, quia Christus Dominus Nazarenus fuit origine, Nazareth autem est oppidum Galilææ, ut infra asseverabitur iterum. Posterior, quod sic exprobrabant adversarii Christo Domino errorem Judæ Galilæi, de quo *sup. num. 21.* quem illi falsò imputavere.

Sed occurrit opportunè disquirendum, an 23 Christus Dominus fuerit origine Judæus, vel Nazarenus, seu Galilæus. Et quidem si natiuitatis sacræ locus sit inspiciendus, constat ipsum ortum esse in Bethleem Judææ, *Matth. cap. 2.* quapropter originarius ejus urbis, ac regionis censendus est, quia natiuitate quilibet originem sortitur, *l. 1. ff. ad mancip. ibi: Municipem aut natiuitas facit: l. 1. tit. 20. p. 2.* Contrarium tamen tenendum est juxta communem veriorumque sententiam, quæ docet, filium natum in transitu, parentibus peregrinantibus, non effici originarium loci, in quo prodiit in lucem, sed illius, ubi pater domicilium habuerit: quod deducitur ex *l. Filios, C. de municipib. l. Cives, C. de incol. lib. 10. & apud nos palam decisum est l. 19. tit. 3. lib. 1. Recopil. ubi latè Azeved. n. 1. & 2.*

et 2. ac in praxi receptum testatur Greg. Lop. in l. 2. gloss. ult. post med. tit. 24. p. 4. tenentque Boer. decif. 13. nu. 51. Sanch. de matrimon. lib. 3. disp. 23. num. 3. Petr. Barbosa in l. Hæres absens, §. Proinde, num. 22. ff. de judic. Fenut. de moment. temp. cap. 28. num. 12. Gutier. conf. 7. numer. 7. Cævall. commun. tom. 1. quæst. 458. ex numer. 17. Carleval. cum plurimis de judic. tom. 1. disp. 2. numer. 92. qui num. 91. haud paucos contra sentientes dat, quibus accedit fusè disputans Amaya in d. l. Cives, à n. 43.

24 Cùm igitur Christus Dominus natus foret in transitu, dum Sanctissimi ejus Parentes iter facerent ex Nazareth, ubi domicilium habebant, illuc regressuri, postquam Cæsaris edicto de describendo populo paruisent, in Bethleem urbem præcipuam ex tribu Judæ, ad quam illi spectabant, ideoque ibi concurrere debebant, ut ex sacris Litteris obiervat Salian. tom. 6. anno 4052. à num. 75. in Judæa originem non contraxit, quamvis in Bethleem editus fuerit. Jure igitur Christus Dominus Galilæus dicitur absque convitio, ut Cornelio à Lapide visum est. Obiter tamen animadvertendum est, alteram extitisse Bethleem in Galilæa, Salian. numer. 79. ex D. Hieron. & Adrichomio, Abrah. Ortel. in Thef. Geographic. verb. Bethleem, & verb. Nazareth. Præterea scire oportet, duplicem Galilæam fuisse, superiorem, & inferiorem. Illa gentium dicebatur in sorte tribus Nephthali Tyrionum finibus adjacens: hæc in sorte tribus Zabulon sita ad Tyberiadem. Plin. lib. 5. cap. 14. Joseph. de bell. Jud. lib. 3. cap. 2. Salian. tom. 2. anno 2585. n. 7. et 8. Calepin. verb. Galilæa. In hac posteriori Galilæa fuit Nazareth, Abrah. Ortel. & Calep. verb. Nazareth.

Ibi: Secundò observandum erit.

25 Sub Juliano apostata, & parabate, id est prævaricatore, Christianos operam militiæ dedisse nemini dubium est ex d. cap. Julianus, cap. Imperatores, §. Julianus, II. quæst. 3. quod præter laudatos supra, num. 1. in fin. obiervant Hug. Grotius de jure belli et pac. lib. 1. cap. 2. num. 9. Salced. de leg. polit. lib. 2. cap. 4. num. 48. et lib. 3. cap. 3. num. 13. Ozaesch. disput. an Princip. Christian. lic. inire fœd. cum infidelib. n. 4. Ayala de jur. et offic. bellic. lib. 1. cap. 2. n. 32.

Ibi: Quos tamen dolo.

26 Julianus licet à publica in Christianos animadversione abstinerit inuitu Religionis, sicut præmissum est numer. 8. omnem tamen aliàs lapidam movit, ut eos, maximè milites, in idololatriam alliceret. Card. Baron. tom. 4. anno 362. vers. Quin eo, cum seqq. et vers. Verùm Imperator nihil. Spondan. ibi, numer. 4. Cùm igitur Romanis Imperatoribus moris esset donativum, seu congiarium militibus distribuere, de quo sup. hoc lib. cap. 1. num. 103. id Julianus proposuit, ita ut illi simul pecuniam ac thus adolendum ad iconem ejus perciperent, ut fieri consuecebat: sed effigies falsorum numinum super suam collocari jussit, ut dum imperatoris imagini thurificarent milites, cultum illis redderent incauti: in quem laqueum ignari ceciderunt, at dolo comperto munera deceptoris restituere, propriumque errorem detestantes, Fidem Catholicam publicè sunt professi: quapropter à Juliano exauthorati ignominiosè missi sunt, Ayala ubi proximè, Card.

Baron. d. vers. Verùm Imperator, Spondan. ubi proximè, numer. 6. & sic infamia sunt notati, l. 2. §. Ignominia, ff. de iis qui not. infam. Forma exauthorandi milites traditur in l. fin. tit. 21. p. 2. de quo Petr. Greg. Syntagmar. lib. 31. cap. 30. numer. 12. Brisson. de formul. lib. 4. Petr. Fab. lib. 1. semestr. c. 17. Lips. de milit. Rom. lib. 5. dialog. 19. Petr. Caball. resolut. crim. cas. 294. numer. 65. 82. et 393. Ayala de jur. et offic. bell. lib. 3. c. 6. à num. 6. Jul. Clar. in praxi, cap. fin. quæst. 74. num. 5. facit textus in cap. Degradatio, de pœn. in 6.

Ibi: Justè verò posse Christianos milites.

Error fuit Manichæorum, aliorumque cum quibus recensetur Tertullian. cap. 11. de coron. milit. à Card. Baron. tom. 2. anno 201. numer. 17. & à Spond. ibi, numer. 5. qui tenuerunt, vetitum esse Christianis militiæ nomen dare. Card. Baron. anno 277. nu. 38. Melch. de Valent. illustr. lib. 1. tract. 2. cap. 5. de bellor. orig. et jur. num. 14. adversus quos copiosè disserunt Molin. de just. et jur. tract. 2. disp. 99. Grotius sup. d. cap. 9. per tot. Valent. ex numer. 12. Quæ assertio ut Fidei Catholice contraria damnata est à Leone X. in Bulla quæ habetur tom. 3. Concilior. post Concil. Lateranense, uti obiervat Valent. n. 15. in fin. atque ita omnes Catholici DD. qui de bello tractatum aggressi sunt, supponunt fas esse præliari, nisi belli injustitia, aliquave circumstantia actum reddat illicitum. Ita Dian. resolut. moral. part. 6. tract. 4. in princip. Petrin. Bell. Albenf. tract. de re militar. part. 2. tit. 1. num. 11. tom. 16. Remig. in decision. moralib. de bell. à princip. Dicastill. de just. et jur. tom. 1. lib. 2. tract. 1. disp. 10. nu. 247. Becan. in Sum. Theolog. part. 3. tract. 1. cap. 25. quæst. 3. n. 2. Castr. Palao tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 1. nu. 3. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. de bello, dub. 1. numer. 3. Villalob. in Sum. tom. 1. tract. 5. diff. 1. num. 1. Tapia Caten. Moral. tom. 2. lib. 3. de charit. quæst. 13. de bell. art. 1. Galganet. de jur. public. lib. 4. tit. 16. à num. 34. Gail. de pac. public. cap. 4. nu. 40. Guillelm. Herinx. §. 1. in Sum. p. 3. disputat. 13. quæst. 5. §. 1. num. 43. Imo nonnunquam bellum est in præcepto. Pat. Suar. de Charit. disp. 13. sect. 1. num. 4. Molin. d. disp. 99. n. 3. Dicastill. num. 249. Palao n. 3. vers. Ex qua ratione: quod gerere, tam defensivum, quam aggressivum propter bonum commune est omnino necessarium, ut latissimè agens probat Cævall. commun. quæst. 906. ex numer. 153. ubi hæreticorum errorem pluribus diluit. Sic Deus Christianis belligerantibus justè opem divinitus fert, l. 2. tit. 23. p. 2. ac sæpe miraculis evidentibus victoriam illis contulit, ut ait Cævall. nu. 150. Galganet. n. 38.

Ut autem bellum rectè suscipiatur, quatuor concurrere opus est, nempe habentis potestatem authoritas, causa justa, intentio recta, & debitus modus, de quibus affatim omnes jam laudati DD. & alii penè innumeri apud Barbos. in collectan. ad cap. Noli existimare, 23. quæst. 1. in quibus est D. Covar. in regul. Peccatum, part. 2. §. 9. per tot. Idem Barbos. in cap. Ab illo, numer. 6. et 14. quæst. 4. Solorzan. de jure Indiar. lib. 3. cap. 7. numer. 77. tom. 1. Sed obiter est animadvertendum, pravam bellantium voluntatem non astringere ad restitutionem eorum, quæ in bello aliàs justo ab hostibus capiuntur: quod secus est, si legi-

legitima autoritas, aut causa justa desit D. Covar. *sup. num. 2. Dian. d. tract. 4. resolut. 4. Bonacin. de restitut. disp. 2. quest. ult. sect. 1. punct. ult. §. 2. nu. 6. Palao sup. num. 4. Ægid. Coninch. disp. 31. de bell. dub. 1. num. 18.*

29 Non solum licet Christianis dimicare in bello justo, ut assertum est, cum sub manu Principis Catholici militant, sed etiam sub jussu pagani, & infidelis, cui sunt subditi, ut D. Covar. nos edocet, cui accedunt Ricciul. *de jur. person. extragrem. Eccles. exist. lib. 1. cap. 11. num. 5. Ayala d. cap. 2. n. 32. Joan. Lup. tract. de confeder. Princ. memb. 1. vers. Miror satis, nu. 6. Rebell. de oblig. just. part. 2. lib. 17. quest. unic. num. 4. in fin. Hug. Grot. de jur. bell. lib. 1. cap. 2. nu. 9. ubi quod sub tempus primitivæ Ecclesiæ etiam ante Constantinum magnum Christiani moribus egregii sub paganis Imperatoribus militiæ ascripti sunt. Præmissa conclusio obtinet, etsi infidelem Principem in Catholicos bellum justum gerere contingat. Ricciul. ubi sup. Sed & subditus Christianus dubius de justitia belli, quod suus Princeps infidelis indicit, tutè poterit militare, quia debet superioris autoritati se committere, existimans justam armis causam fovere, Ayala ubi proximè, quod in omnibus subjectis regulariter observatur. Dian. part. 9. tract. 8. resol. 63. vers. Sed ego, Sanch. in Decalog. lib. 9. cap. 3. numer. 15. Molin. de just. tract. 2. disp. 113. num. 5. & 6. Joan. Lup. tract. de bell. §. Si sumus in dubio, nu. 6. 7. & §. Omnia, num. 2. P. B. Albenf. dict. tract. de re militar. part. 2. tit. 2. num. 3. tom. 16. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 56. num. 7. Dicastill. sup. nu. 366. cum seqq. Pat. Suar. d. disp. 13. sect. 6. numer. 9. Galganet. d. tit. 16. num. 47. Herincx. sup. §. 2. num. 69. Card. Tusch. tom. 1. lit. B, concl. 35. nu. 5. Ayala de jur. & offic. bellic. lib. 1. cap. 2. num. 31. Quod procul dubio procedit in dubio negativo, cum scilicet miles subditus causas belli penitus ignorat: sed in dubio positivo, quando causis indicendi belli cognitis, ambigit an justæ sint, tenetur eas examinare, utique viri docti consilio. Herincx. §. 2. numer. 71. Molin. disp. 113. n. 3. ubi quod si fama sit de injusto bello, causa inquirenda est. Dian. dict. resol. 63. vers. Verùm obiter, Dicastill. nu. 366. licet num. 368. contra sentire videatur, & hunc sententiæ assentitur Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 2. cap. 7. vers. Vigesimo septimo queritur, Bassæus in Florib. Theolog. lit. B, verb. Bellum, numer. 3. Palao sup. disp. 5. punct. 4. numer. 1. Coninch. d. disput. 31. dub. 5. nu. 84. Filiuc. in Decalog. tom. 2. tract. 29. cap. 9. numer. 181. qui, & alii proximè laudati absque distinctione dubii negativi, vel positivi scribunt, subdito licere in bello justo militem agere, licet de justitia belli ambigat, modò de injustitia certus non sit, ut satis aperte traditur à D. August. lib. 22. cap. 74. cont. Faust. in hæc verba: Ergo vir justus, si forte sub Rege etiam sacrilego militet, rectè potest, illo jubente bellare, si civiciæ pacis ordinem servans, quod sibi jubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel utrum sit, certum non est: ita ut fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo serviendi. Videas tamen Hug. Grotium de jur. bell. lib. 2. cap. 26. num. 4. uti absolute probare videtur, nefas esse subditis de justitia belli dubitantibus militare, quod procul dubio tenendum asseverat, si ex argumentis, & rationibus bellum injustum potius videatur. Item Filiuc. tom. 1. de Sacram. tract. 16. cap. 6. num. 141. ubi quod exstante Bulla Cœnæ illicitum est Christianis adversus Christianos militare, etsi illi Principi infideli sub-**

diti sint, nec adversum infideles, si si pro quibus pugnant, hostes sint nominis Christiani, ut Turcæ, ac Sarraceni, ne potentiores fiant in Catholicæ Fidei professores. Sed hoc procedit, quia hi infideles injustum bellum Christianis indicunt continuo.

De captivis Christianis apud Turcas & Agarenos, 30 dubitatur an peccent, si mortis metu contra Catholicos dimicent? Et quidem communiter placet ea distinctio, ut potius debeant mori, quam Christianos percutere, aut interficere: possunt tamen remigare in trementibus, arma ministrare præliantibus Turcis, aliaque similia exequi: illæ enim actiones sunt directè tendentes in necem innocentium Christianorum, contra quos injustum bellum Infideles hi gerunt: hæc indifferentes, quæ directè non cedunt in mortem eorum, quamvis ex ipsis plerumque subsequatur. Consulas Villalob. tom. 1. tract. 5. diffic. 10. num. 2. Fragos. de regimin. Reip. part. 1. lib. 1. nu. 212. Molin. disp. 115. per tot. Dian. part. 3. tract. 5. n. fol. 136. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 9. dub. 185. nu. 122. cum seq. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 183. n. 6. & in Decalog. lib. 1. cap. 7. nu. 18. Petr. Navarr. lib. 3. de restit. cap. 4. dub. 4. n. 52. Azor. part. 1. lib. 2. cap. 17. quest. 6. Remig. sup. cap. 5.

Præterea scire oportet, Christianos nullo modo posse in bello odio Fidei indicto bellare, 31 quamvis eis mortem minitetur Princeps infidelis, sub cujus dirione sunt. Ricciul. d. cap. 11. num. 1. cum seqq. Dicastill. sup. disp. 10. num. 259. Quæ ratione Christiani sub Juliano Apollata belligerantes renuebant in Catholicos dimicare, neglecto Imperatoris jussu, dict. cap. Julianus, II. q. 3. quia, ut sæpe repetitum relinquitur, eos acriter persequeretur, & ex odio bellum indiceret. Idem dicendum de bello patenter injusto, quo nullus ratione aliqua suo Principi, sive fidei, sive pagano parere potest, ut militet, cap. Imperatores, §. Julianus, II. quest. 3. Dicastill. n. 492. Hug. Grot. d. cap. 26. n. 3. & eod. lib. 2. cap. 13. n. 15. & lib. 3. cap. 10. n. 4. Filiuc. d. cap. 9. n. 192. Palao d. disp. 5. punct. 1. n. 11. Ludovic. Calpens. in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 17. disput. 7. sect. 2. num. 13. Quibus de causis sub Licinio Imperatore Christiani milites passii sunt, quia à militia, cui nomen dederant, abstinere tum propter belli injustitiam, tum quod in Catholicos ab Ethnico gerebatur: quod nullatenus etiam ob metum mortis licebat. Card. Baron. tom. 3. anno 316. num. 47. Becan. sup. part. 3. cap. 25. q. 3. n. 17.

Hæc de militibus Catholicis, qui imperio, & 32 potestati infidelium subjiuntur: nunc videndum an liceat Christianæ Fidei professoribus sponte auxilium ferre in bello paganis, à quibus omninò exempti sunt, de quo quibusdam exhibitis conclusionibus breviter differetur. Prima: Si infideles bellum injustum inferant, absque distinctione eis auxiliari minimè fas erit, nec in bello injusto opem ferre licet. Villalob. diffic. 10. Molin. disp. 115. numer. 11. & ex nuper num. præcedenti traditis constat. Secunda: Si dubium sit de belli justitia, qui subditi non sunt, militare prohibentur, etiam pro Catholicis; debent enim causas disquirere, ne periculo peccandi se exponant: nec obediendi necessitas eos sicut vassallos excusat, quod generaliter docet communis sententia, quæ distinguit inter subditos, & non subditos quoad examen justitiæ belli, ut videre est apud Autores laudatos sup. numer. 29. & in specie de infidelibus agens Fragos. de regim. Reipub. part. 3. lib. 10. disp. 22. num. 4. vers. Verumtamen. Est autem probabile

babile, posse militare non subditos dubitantes de justitia belli, saltem negativè, ita ut existiment probabiliter id esse justum, quamvis causarum ignari. Ita Pat. Suar. *de charit. disp. 6. num. 11. & 12.* Petr. Navarr. *de restit. lib. 2. cap. 3. num. 278.* Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 96. vers. Sed nota, & part. 4. tract. 3. resol. 7. ac tract. 6. resol. 9.* Bassæus in *Florib. Theolog. verb. Bellum, num. 3. vers. Porro milites*, Filliuc. *sup. d. cap. 9. num. 181.* Dicastill. *de just. & jur. tom. 1. lib. 2. tract. 1. disp. 10. n. 370.* Quæ tamen sententia difficilius admitti poterit quoad infideles, quibus sicut fides, ita & justitia deficere solet: & si bellum gerant in Catholicos, nequaquam licebit auxilium à Christianis præstare infidelibus, nedum si de bello dubia justitia sit, sed & si justum illud fore manifestè constiterit, ut mox comprobabitur.

33 Tertia conclusio: Cùm infideles bello justo incumbunt in Christianos, à quibus fortè in aliqua regione contra justitiam armis vexantur, eis subvenire Catholici vetantur; nam etsi proximos ab injuriis tueri honestum sit, ac licitum ex se, nihilominus scandalum parit, & à pietate Christiana dissonat, ut paganorum gratiâ Fideles invicem inter se trucidentur, ac perimantur: qua propter ab hujusmodi auxilio ferendo abstinere Catholici tenentur, *d. cap. Julianus*, & quæ ibi notantur, Trullench. in *Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 2. n. 4.* Villalob. *sup. diffc. 9. n. 1.* Palao *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 1. nu. 10.* Pat. Suar. *de charit. disp. 13. sect. 7. num. 25.* Becan. *sup. d. cap. 25. quest. 6. num. 4. & 5.* Filliuc. *tom. 1. de Sacrament. tract. 16. cap. 6. num. 141.* (ubi quod innodantur excommunicatione Bullæ in Coena Domini, licèt subjecti sint infidelibus: quod potest accipi de Turcis, Mauris, & similibus, qui nobis bellum injustum perpetuò indicunt.) Tapia in *Caten. Moral. tom. 2. lib. 3. quest. 13. de bell. art. 16. num. 1. & 2.* Joan. Lup. *sup. d. vers. Miror satis, num. 4.* Ricciul. *de jur. person. ext. grem. Eccles. lib. 1. cap. 11. num. 6.* Salced. *de leg. politic. lib. 3. cap. 3. nu. 14.* Vide Abulenf. in *lib. 1. Reg. cap. 28. quest. 5.*

34 Quarta conclusio: Si Pagani belligerent in infideles justa de causa, tunc licitum est Catholicis eos armis protegere, & adjuvare; hinc enim ratio cessat scandali, superestque justum motivum propulsandi ab infontibus proximis injuriam. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 112. num. 4.* Ozalch. In *disput. An Princip. Christian. licit. sit inire fœd. cum Infidel. num. 4.* Fragos. *de regim. Reipub. tom. 3. lib. 10. disp. 22. num. 4. vers. Verumtamen.* Mart. Laudens. *tract. de bello, quest. 3.* Joan. Lup. *sup. memb. 1. §. Videtur*, Salced. *ubi proximè*, Becan. *dict. quest. 6. n. 4.* Filliuc. *d. nu. 141.* Quod ibi limitat, si infideles, hostibus superatis, sic potentiores fiant, ut arma in Christianos retorturi præsumantur. Palao quoque *d. tract. 6. disp. 5. n. 3. vers. Ad secundum*, tenet nefas esse pro Fidei Catholicæ persecutoribus militare: & Ricciul. *ubi proximè*, docuit absolutè, non licere Infidelibus, sive hæreticis præliantibus opem ferre: quod de hostibus Fidei non toleratis accipiendum est, cum quibus fœdus pângere Catholici vetantur. Joan. Lup. *d. vers. Miror satis, n. 4.* Sed præcipuæ conclusioni refragarj videntur Paralipom. liber. 2. c. 29. ubi Jehu Propheta objurgat Josaphat, in hæc verba: *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiam jungeris, & idcirco iram Domini merebaris.* Potest tamen dici cum Salian. *Annal. tom. 6. anno 3894. n. 39. vers. Sed adversatur*, id peculiare esse in Josaphat adversus D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Achab, quem Dominus cum universa domo sua exterminatum volebat, prout antea pronunciarat.

Ibi: *Quibus mirè patrocinator D. Augustinus.*

Cujus loci series extat supra n. 29. & refertur à 35 Gratiano in *cap. Quid culpatur, 23. quest. 1.* ubi adhuc post Decreti emendationem legitur, *vicè pro, civica*, quod glossa marginali corrigitur. Ex quo textu communiter deducitur, Principum mandatis omninò parendum esse, licèt subditis de justitia eorum non liqueat. Aug. Barbosa cum pluribus in *colleçt. ad d. cap. Quid culpatur.*

Ibi: *An Christiani possint milites infideles.*

Quæri solet, num Catholicici Principes possint ad 36 bellum justum Infidelium auxiliis juvari? Et oportet distinguere duos casus. Prior sit, cùm adversus paganos pugnatur: & id licèt fieri asseverandum est exemplo Machabæorum, qui fœdus iniere cum Romanis, ut eisdem opem ferentibus, Græcos à quibus armis vexabantur debellarent, *Machab. lib. 1. cap. 8.* quos ab aliquorum calumnia vindicat Salian. *ubi proximè, ex n. 38.* ubi similes confœderationes Abraham, Isaac, & David recenset, & Salced. *sup. num. 28.* Imperatores iidem Christiani Ethnicorum legiones non abjecerunt, & Carolus V. adversus hostes Divinæ, humanæque Majestatis læsæ reos hæreticorum cohortibus exercitum auxit. Ita Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 25. vers. Decimotertiò quæritur.* Valent. in 2. 2. *tom. 3. disp. 3. q. 16. punct. 2. vers. Atque eadem ratione*, Becan. *d. quest. 6. n. 3.* Guillelm. Herincx in *Sum. part. 3. disp. 13. quest. 5. de bell. §. 2. n. 72.* Ludovic. Caspens. in *Curs. Theolog. tom. 2. tract. 17. disp. 7. sect. 2. n. 19.* Osalch. *num. 7.* Salced. *n. 15.*

Posterior casus est, cùm bellum inter Principes 37 Catholicos excitatur: & licèt ex se illicitum non censetur Infideles conducere ei qui justam causam armis fovet, tamen ratione scandali expers culpæ non erit, maximeque abstinendum est ab auxiliis Turcarum, Sarracenorum, aliorumque Christiani nominis persecutorum, qui avidissimè exoptant Catholicorum sanguinem effundere, Sacræque Religionis extirpationem, & ita immaniter in hujusmodi bellis innocentes perimunt, sacra violant, Sanctorum imagines, & venerandas Reliquias aspernantur, Christianis à quibus accersiti sunt annuentibus, ut præter alios perpendit Herincx *sup. num. 73.* asserens nefas esse, ubi hæc timeri possunt, hostes Fidei in auxilium admittere. Sic Christiani quidam Reges malè audierunt apud Catholicos, quia Turcarum copias adversus Carolum V: conduxerunt, sicut observant Villalob. *sup. diffc. 9. n. 3.* & Salced. alios referens *d. cap. 3. num. 16.* & Rex Judææ Afa objurgatur, quia cum Benadad infideli Syriæ Rege fœdus pepigit, ut ejus exercitu comitante, Baasa Regem Israel debellaret, *Paralipom. lib. 2. cap. 16.* ibi: *Quia habuisti fiduciam, ait Hamani Propheta ad Afa, in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco evasit Syriæ Regis exercitus de manu tua.* Et licèt peccatum diffidentia nominatim Regi exprobreter, nam à Deo deposcere, ac expectare victoriam tenebatur, de quo fusè Salian. *Annal. tom. 4. anno 3095. ex num. 13.* culpæ etiam reus fuit dum contra fratres Paganorum præsidio usus est

est. Salian. num. 10. Secluso autem scandalo, Infidelium excussu prænotato, ac Fidei subversionis periculo, non prohibentur Christiani Principes ab Infidelibus opem ad bella contra Catholicos postulare, maximè in bello defensivo, si aliter se tueri non valeant, uti latè probat Salced. d. cap. 3. d. num. 23. ubi plures laudat, ultra quos & numero proximè præcedenti datos, consule Villalob. ubi proximè, Bassæum in Florib. Theolog. tom. 1. verb. Bellum, num. 1. Castro Palao tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 6. num. 10. Tapiam in Caten. Moral. tom. 2. lib. 3. quest. 13. art. 16. num. 1. & 2. Sed fortè quæres, an utrimque liceat infideles ad juvamen asciscere? Et planum est id non permitti injustè belligerantibus, unde si ab utraque parte justum bellum gereretur, quod juxta hominum existimationem ex errore contingere potest, non in rei veritate, D. Covar. in reg. Peccatum, part. 2. §. 10. in fin. Azor. part. 3. lib. 2. cap. 7. vers. Vigésimonond quæritur, Aug. Barbosa in collectan. ad cap. Ab illo 14. quest. 4. Solorzan. de jure Indiar. tom. 1. lib. 3. cap. 7. num. 76. & omnes Theologi prælaudati, quilibet Princeps rectè Ethnicos invitabit ad prælium. Et animadvertendum ex D. Covar. ubi proximè, & Salian. tom. 3. anno 2979. num. 39. Solorzan. ubi proximè, lib. 2. cap. 2. n. 279. vers. Et sequitur, bellum utriusque justum fuisse, quod inter Israelitas, & Amalecitas, aliasque nationes gerebatur; illi enim nitebantur divina largitione, hi jure humano, ignari divinæ voluntatis, secundùm quod se ab invadentibus absque causa legitima licitè tuebantur.

Ibi: *Cæterum Christiani frequenter sub paganis.*

- 38 Catholicos sub Ethnicis Imperatoribus etiam ante Magnum Constantinum Romanæ militiæ nomen dedisse observant Hug. Grotius de jur. bell. lib. 1. cap. 2. n. 9. Dicastill. de just. & jur. lib. 2. tract. 1. disp. 10. num. 247. ubi quod Martyres, ac viri virtutibus egregii ita militarunt. Herincx. sup. d. quest. 5. §. 1. n. 46. Card. Baron. tom. 2. anno 297. num. 9. Tertullian. in apolog. cap. 37. Galganet. sup. num. 37.

Ibi: *Nam & Christiani milites sub M.*

- 39 Miraculum hoc contigit anno 176. cujus meminere Card. Baron. ibi, num. 6. tom. 2. Spondan. in Epitom. tom. 1. eod. ann. num. 1. & 2. Marian. Hist. Hisp. lib. 5. cap. 6. tom. 1. Ambr. de Morales lib. 9. cap. 36. Carrill. Annal. an. 39. num. 176. Capitol. in M. Aurel. Pineda in Monarch. lib. II. cap. 35. §. 3. Luc. Dext. Chron. ann. 175. num. 3. Onuphr. lib. 2. Fastor. Claudian. in 6. Consulatus Honorii, lib. 1. Ayala de jur. & offic. bellic. lib. 1. cap. 2. num. 32. Petr. Mex. in vit. Imper. ubi de M. Aurel. col. 7. Theatr. vitæ hum. tom. 5. verb. Oratio, fol. 94. vers. M. Antonii Hug. Grot. ubi proximè. Quo beneficio Christianorum militum oratione impetrato motus Imperator edixit, ne quis ob Christianæ Religionis professionem plesteretur, poena ignis in accusatores stabilitâ Spondan. num. 2. atque Asiæ Præfectis rescripsit, ut à persequutione Christianorum abtinerent, Histor. Pontific. tom. 1. lib. 1. cap. 14. Romanorum exercitus, cùm hoc evenit, castrametatus erat prope Carnuntum oppidum inter Danu-

bium, & Sylvam Herciniam. Spondan. ubi proximè, Extat nunc Romæ egregium hujusmodi miraculi monumentum in nobilissima Antonini Columna cochlide insigniter sculptum, quod jam penè extinctum Sixtus V. restituit, teste Spondan. num. 3.

Ibi: *Tribuens id legioni Melitena.*

Melitena est urbs minoris Armeniæ, secundùm Ptolem. lib. 5. cap. 7. Ant. Nebrissenf. verb. Melitena, Abrah. Ortel. in Thesaur. Geographic. verb. Melitena, quæ in regione ejusdem nominis sita est, Ptolem. & Nebriss. sup. Et licet Ortelius ibi, & verb. Melissa, plures memoret ejusdem nominis civitates, Melitena tamen legio ab illa, quæ in Armenia minore extitit, dicta est, quoniam ab ipsa urbe profecti sunt milites Christiani, ex quibus constabat, quorumque precibus cœlum pluviam Romanis, & fulmina hostibus misisse fertur, Spondan. sup. anno 176. nu. 2. Legiones enim denominari solebant à locis, à quibus deducebantur, vel ubi militabant, Joan. Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 10. c. 4. in fin. Sed Melitena postea ab eventu Fulminatrix appellata est, ut statim probabitur. Ethnicis vero invidi gloriæ Christianorum, etsi miraculum memoriæ prodiderint, id tamen precibus eorum à Deo impetratum fateri renunt, sed Magis suis, falsorumque numinum potentia tantum beneficium attribuunt: & imperator ipse, cui collatum est, testatur quidem Christianorum intercessione largitum, sed à Jove dimanasse credit. Consule Spondan. ubi proximè, n. 1. Luc. Dext. sup. anno 175. num. 3. Carrill. & alios n. præcedenti laudatos.

Ibi: *Et ab Imperatore nomen.*

Ea Christianorum Legio, qua deprecante M. Aurelius Antoninus pluvia, fulminibusque divinitus præcedentibus Marcomannos devicit, ex tunc Fulminatrix coepit nuncupari, ut observant omnes, quos dedimus supra, num. 39. ex quibus Spondan. num. 3. monet sequutus D. Covar. hîc, duplicem fuisse legionem, cui hoc idem nomen inditum est, quarum prior jam sub Augusto ita vocabatur: posterior, de qua agimus, à Marco Aurelio nomen accepit, antiquo posthabito, quia scilicet prius Melitena, ut assertum est nuper appellabatur; plures namque legiones ab eventu denominari moris fuit. Rosin. ubi proximè, inter quas Fulminatricem recenset. Sed de legionum Romanarum nominibus præ cunctis egit egregiè Dio Nicæus lib. 55. hist. ex quo dubium redditur, quod Luc. Dexter ubi sup. & alii ex nostratibus tradidere nempe Tarraconæ repertam inscriptionem quandam in sepulchro militis cujusdam, quæ dicitur legionarium fuisse ex legione duodecima Fulminatrice, quod referendum videtur ad priorem; nam Spondan. ubi proximè ait, sub tempus Augusti duodecimam legionem Fulminatricem nuncupari.

Bellum istud à Marco Aurelio feliciter gestum, Marcomannicum est dictum à Marcomannis populis Germaniæ, qui nunc Bohemi esse censentur, Abrah. Ortel. verb. Marcomanni, Strab. lib. 7. Calepin. & Nebrissenf. verb. Marcomanni. Urbs verò Carnuntum, ad quam hæc victoria Romanis cœlitus parta est, jam non extat, sed ibi templum S. Petronillæ dicatum existit hodie,

die, ut ex Wolfg. Lazio refert Ortel. *verb. Carnus.* Locus Carnunti fuit in confinio Germaniæ, & Panoniz, Calepin. *verb. Carnuntum.*

Ibi: *Sed & sub Maximiano Imperatore.*

43 Sub tempus Diocletiani, & Maximiani Herculei, Marcellino Pontifice, anno scilicet 297. cum rusticani in Gallia, quorum factio *Baganda* vulgò dicta est, à populo Romano defecissent, Amando, ac Æliano ducibus Maximianus cum exercitu ad illos compescendos profectus est, qui jam Penninum transgressis in finibus Sedunorum apud oppidum Octodunum pro secundo expeditionis eventu Diis ab omni milite immolandum decrevit: hoc ubi legioni Thebæ innotuit, cujus milites omnes Christianæ Religionis sese addixerant, apud se constituerunt minime sacrilego Imperatoris iussui obtemperare, imò Mauritius, qui illi legioni præfectus erat, ab exercitu cum suis recessit ad octo millia passuum, & juxta oppidum Agaunum castrametatus est, ne turpibus Idolorum sacrificiis interesset. Maximianus verò hæc ægrè ferens per nuncios monuit Mauritium, ac legionarios suos, ut Diis cum reliquo exercitu cultum redderent. Quibus liberè renitentibus, Imperator furore succensus legionem ad decimationem damnavit, quod executioni mandatum est, ita ut sortitione præmissa ex decem singulis militibus unus neci traderetur. Cùm autem sic nequaquam Catholicorum animi flecterentur, iterum Maximianus ex iis, qui supererant, decimum quemque una cum duce Mauritio enecari præcepit. Adhuc tamen cæteri in sua constantia perseverarunt parati potius mortem subire, quam se idololatriæ subjicere: quo cognito, Imperator exercitum in eos conduxit, ut cuncti penitus perimerentur, qui hilares, armis depositis martyrii laureola sunt decorati undecimo Kalendas Octob. qui à loco, ubi passi sunt, Agaunenses Martyres vocitantur. Præter Mauritium Legionis præfectum recensentur Exuperius signifer, Candidus, Innocentius, & Vidal centuriones. Non omnes tamen eadem die interfecti sunt; nam aberant aliqui, qui supervenientes similiter perierunt. De numero interfectorum nihil certum statui potest ob varias autorum sententias, ut videre est apud eos, quos jam laudavimus. Illud compertum est, pro temporum diversitate in singulis legionibus plures, aut pauciores milites contineri. Salian. *Annal. tom. 5. anno 3561. nu. 6. anno 3792. num. 3. & anno 3838. nu. 13.* Just. Lips. *de milit. Roman. lib. 2. dialog. 5.* Ferret. *de re milit. tit. de legion. n. 13. & 14.* Gellius *lib. 16. cap. 4.* Rosin. *ubi sup. d. cap. 4. in princ.* Lexic. Calvini *verb. Legio.* Agaunum oppidum hodie Sanctus Mauritius nuncupatur, ut ex Schudo tradit Abrah. Ortel. *in Thesaur. Geographic. verb. Agaunum.* Hæc omnia, quæ de martyrio militum Thebanorum hucusque præmissimus enarrat Card. Baron. *Annal. tom. 2. anno 297. ex n. 3.* ubi epistolam Eucherii Episcopi Lugdunensis ad Silvium inserit, qua rei series continetur, idem Card. *in not. ad Martyrolog. die 22. Septembris, lit. B,* Spondan. *in Epitom. Baron. tom. 1. anno 297. per tot. Sigon. lib. 1. Imper. Occident. Carril. Annal. anno 297. Hug. Grotius de jur. belli, lib. 1. cap. 4. n. 7. Theat. vitæ humanæ tom. 5. verb. Martyrium, lit. M. fol. 292. vers. Maximianus.*

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Ibi: *Quæ à Thebis Ægyptiis missa fuerat.*

Consultò D. Covar. expressit regionem Ægyptis, 44 in qua urbs sita erat, unde Thebani milites missi sunt; nam plures sunt civitates diversis in provinciis, quæ Thebæ dicuntur, ut videre licet apud Abrah. Ortel. Calepin. & Nebrissenf. *verb. Thebæ.* Sed legio Thebæa cum ad bellum contra rusticanos Galliæ accersita est, in Palæstina suam stationem habebat, Spondan. *suprà, n. 1.* Ex eo autem quod Thebæorum cohors legio nuncupatur, colligi potest, eos cives fuisse Romanos, quorum exercitus ex legionibus, & auxiliis constabant, & in illis recensentur duntaxat cives Romani, in his milites, qui à fociis, & confederatis civitatibus in auxilium mittebantur. Rosin. *d. cap. 4. in princ. & vers. Altera pars:* unde legionarii, & auxiliarii milites. Lexic. Calvin. *verb. Legio,* Brisson. *de verb. significat. lib. 1. verbo Auxilia,* Cornucop. *col. 1130. n. 30.* Salian. *Annal. tom. 5. anno mundi 3838. num. 13.* Just. Lips. *sup. lib. 1. dialog. 7. in princ.* Prima enim legio statim ab Urbe condita ex iis, quos secum Romulus habebat, constituta est, quæ ab illo Romulia fuit nuncupata, Ferret. *sup. num. 13. Lips. lib. 2. dialog. 5.* Salian. *tom. 4. anno 3304. num. 2.* ubi tamen ex Dionysio originem legionum differt in tempus, quo Romulus devictos Sabinos ad societatem admisit, quod post quadriennium ab Urbe condita evenit. Sed alii volunt ex Plutarcho, tunc legionem jam constitutam à Romulo auctam, sive duplicatam, quæ à principio tria millia peditum, ac trecentos equites complectebatur, ut iidem nuper laudati testantur.

Ibi: *Erat etenim apud Romanos.*

Pulcherrimum non dubiè inventum, ut verba 45 Lipsii usurpem, quisquis illius autor fuerit, quod apud Romanos in coercendis militaris multitudinis criminibus servabatur, decimatio scilicet, quam legem propriam, ac patriam Romanis dixit Dionys. *lib. 9. Hist. & patriam punitionem appellavit Plutarch. in Crasso,* A quo institutum hoc cœperit latet, sed vetustum satis apparet; nam statim post Reges ejectos, Appio Claudio Consule, exercitus poenâ decimationis ob fugam affectus est, teste Livio *lib. 2. ibi: Cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.* Dionys. Halicarnass. *ubi proximè, ibi: Ex alia multitudine, inquit, cujusque decuriæ vir unus, quem fors designasset, ante cæteros perit. Ea Romanis patria quædam punitio est in eos, qui ordines reliquerunt, aut signa deseruerunt.* Forma decimationis talis fuit, ut ex delinquentibus cohortibus decem militibus eductis, fors mitteretur, & quem ipsa designaret, illicò interficiebatur, cæteris novem dimissis. Hujus militaris supplicii meminere Card. Baron. *tom. 2. d. anno 297. num. 11.* Polyb. *lib. 6. Dio lib. 14. ubi de decimatione à Julio Cæsare facta,* Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 10. cap. 25. vers. Antiquissimum,* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 34. cap. 5. num. 12. & lib. 35. cap. 5. n. 11.* Petr. Fab. *lib. 1. semestr. cap. 18.* Petr. Herod. *lib. 10. rer. judicat. tit. 7. Ant. Conc. ad l. Jul. Majest. in 8. specie, vers. Qui imbellis cesserit. fol. 9.* Claud. Coter. *de re militari lib. 3. cap. 8.* Sueton. *in Galba, Ayala de jur. & officiis bellic. lib. 3. cap. 9. n. 5.*

G g 2 *

Salian,

Salian. anno 4005. n. 39. tom. 6. Lips. sup. lib. 5. dialog. 18. vers. Rationem repperunt. Sed & apud Perfas decimationem in usu fuisse refert Petr. Greg. d. lib. 34. cap. 5. n. 12.

- 46 Hujusmodi pœnæ ratio & utilitas egregiè exprimitur à Cicerone pro Cluentio, ibi: Statuerunt majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos proveniret: nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit, potest idem postea & civis esse melior, & vir bonus, & civis utilis: quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei mortis, & supplicii metus est à majoribus constitutus; ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. De quo Lips. vers. Ex periculo, & metu, Rosin. ubi proximè.

Ibi: Sicut & centesimationis.

- 47 Et pœna decimationis est nuncupata, quia frequentius decimus quisque ex reis supplicio tradebatur; sed nonnunquam vigesimabatur, vel centesimabatur multitudo delinquens pro qualitate admitti, arbitrioque imperantis. Capitolin. in Opilio Macrino, sic profert: Cùm seditiones militares pateretur multo sæpius decimavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsius est, cùm se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione, atque viceesimatione. Lips. d. vers. Rationem repperunt, Calepin. verb. Decimatio. At hujus pœnæ usus abolevit, ut Lipsius observat. De aliis pœnis quæ pro militaribus delictis infliguntur, affatim idem Lipsius agit d. dialog. 18. per tot. Petr. Greg. Syntagm. lib. 19. cap. 10. cum duob. seqq. Ayala de jur. & officiis bellic. lib. 3. cap. 9. cum seqq. & tract. de legib. pœnalib. tit. Juizios militares. Greg. Lop. tit. 28. part. 2. per tot. ubi de pœnis militaribus.

- 48 Tacit. lib. 3. Annal. sic de decimatione scribit: Apronius suis acie jugatis à Tac-Farinate, magis dedecore suorum, quam gloriâ hostis anxius, raro eatempestate, & è veterè memoria facinore decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos fuisse necat. Sueton. in August. cap. 24. ibi: Cohortes si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Appian. Alexand. lib. 1. de bello civil. in fine, hæc scribit: Licinius Crassus contra Spartacum gladiatorem, qui cum magna manu fugitivorum & suæ conditionis hominum Romanis bellum inferebat, aliquot victoriis ferocem profectus, legionibus decimatis, quod malè pugnassent, quamvis hac decimatione multum immunito exercitu, magna strage hostium facta, egregiè Spartacum vicit. Et iterum ibidem: Legionibus decimatis, quod malè pugnassent, effecit ut magis ipse quàm hostis timeretur. Idem de Marco Antonio refert Appian. ipse de bello Parthic. Liv. lib. 3. ibi: Appius Claudius exercitum suum omnem pro fœda fuga castigavit, signiferos enim, qui signa amiserant, centuriones, duplicarios, qui ordines reliquerant, virgis cæsos securi percussit, cæteram multitudinem decimavit. Plutarch. in vit. M. Crassi, ibi: Quingentos autem ex primis, iis præsertim, qui aufugerant, in quinquaginta decades distribuit, ex quibus singulis unum aliquem sorte ductum trucidavit. Imò decimationis pœna lege irrogatur in legibus militaribus Græcis, Ruffin. apud Leunclavium tom. 2. Juris Græco-Romani, l. 26. ubi jubetur decimari legionem quæ prima fugerit absque nota & evidenti causa.

SUMMARIUM.

- 1 Anastasius II. quando in Pontificem electus.
- 2 An Papa ut persona privata in hæresim incidere possit. Negativa probatur.
- 3 Pontifex est regula infallibilis Fidei, dum è cathedra docet.
- 4 Papa quod ut privatus hæresis reus fieri potest, ostenditur.
- 5 Ad fundamenta negantis opinionis respondetur, & num. 6.
- 7 Papa si in hæresim lapsus sit, an propria dignitate privetur.
- 8 De veritate & auctoritate textus in cap. Anastasius, 19. dist.
- 9 Recensentur Autores, qui Anastasium à calumnia tuentur.
- 10 Papa nullus hucusque hæresis crimen perpetravit.
- 11 Enumerantur Summi Pontifices, quibus falsò hæresis imputatur, & qui eos à calumnia vindicant, & n. 12.
- 13 De falsitate eorum, quæ in d. cap. Anastasius, leguntur.
- 14 Quæ de turpi morte Anastasii II. vulgò jaclantur, apocrypha sunt.
- 15 Quod de restitutione Acacii objicitur Anastasio Pontifici, à veritate alienum est.
- 16 Sacramenta debito modo collata ab hæreticis valent, nec repeti per Catholicos ministros licitè possunt.
- 17 Sacramentum Pœnitentiæ ab hæretico administratum non valet.
- 18 Quid in mortis articulo.
- 19 Quid de peccatis venialibus, aut lethalibus ritè jam confessis, & an hæreticus Parochus possit validè assistere matrimonio, juxta Tridentinum.
- 20 Catholici nequeunt reiterare Sacramenta, quæ hæretici validè contulerunt, ut Baptisma, & Ordines, aliàs juris pœnas sustinent.
- 21 Ecclesia vetat, ne iterum conferantur Sacramenta, quæ hæretici ritè administrarunt, etsi aliud quondam Catholici tenuerint nonnulli DD.
- 22 Minister aliàs legitimus Sacramentorum eadem validè ministrat, etsi excommunicatione sit innotatus.
- 23 Hæreticum est asseverare, quod Sacramenta ab hæreticis debito modo collata repeti debent per ministrum Catholicum.
- 24 Sacramenta, quibus aliquid defuit ex substantialibus, sive à Catholico, sive ab hæretico sint collata, iterum validè administrari debent.
- 25 Quid si dubitetur de Baptismatis valore.

De autoritate & intellectu capitis
Anastasius, 19. dist.

CAPUT XIII.

A Anastasius II. de quo in præsentiarum agendum, Romanus Pontifex quinquagesimus secundus, Gelasio I. subrogatus est anno 497. sub Anastasio Imperatore, ac Theodorico Rege Italiæ

Italiæ dominante. Card. Baron. *Annal. tom. 6. anno 497. Spondan. in Epitom. ibidem, Luitprand. in vit. Pontific. cap. 52. Tarrill. Annal. eod. anno, Histor. Pontific. tom. I. lib. 3. cap. 3. quò loci traditur. Anastasius anno 499. ad Pontificatum evectus. Ecclesiæ gubernaculum mensibus decem supra annum sustinuit. Histor. Pontific. d. cap. 3. in fin. & alii jam laudati. Theat. vitæ hum. lit. E. pag. 137. & lit. P. pag. 531.*

2 Antequam ad disquirendum de veritate ejus, quod habetur in cap. Anastasius, 19. dist. deveniatur, operæ pretium erit indagare, an Romanus Pontifex ut persona privata hæresis reus existere possit, quod sanè satis est controversum; nam si negativa sententia vera est, Anastasium de errore in Fide arguere non licebit. Pro hac igitur expenditur primò illud Lucæ cap. 22. vers. 32. ubi sic: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Nam Christus impetravit Petro, cunctisque successoribus ejus, ut à Fide exorbitare nequirent, non solum ut universalis Ecclesiæ Antistites, sed etiam ut privati. Maldonat. *ibi, num. 15. cum seqq. Bonacin. tom. 3. tract. de excommun. in Bull. Cæn. disp. 5. quæst. 2. punct. 1. num. 12. vers. Respondeo secundò.* Eadem pars secundò suadetur ex eo, quod nunquam aliquem Papam hæreticum fuisse convincitur. Pat. Suar. *de Fid. disp. 10. sect. 6. numer. II. Bonacina sup. vers. Hinc colligi potest, & tom. I. tract. de censur. disp. 2. de excommunic. quæst. 6. punct. 1. num. 9. vers. Hinc colligi potest, Hurtad. de Fid. disp. 21. §. 269. ubi Liberium, ac Marcellinum tuerur, & latissimè Honorium I. §. 253. cum pluribus aliis: quod ad impossibilitatem referri debet, quia Deus Romanis Pontificibus tale privilegium indulgit, ut perpendit Suar. *sup.* Et licèt nonnullis tale crimen imputetur, eos omnes à calumniis vindicant Card. Bellarmin. *tract. de Roman. Pont. lib. 4. cap. 9. Albert. Pighius de Eccles. Hierarch. lib. 4. cap. 8. Azor. part. 2. lib. 5. cap. 5. Gravina in controvers. tom. 4. part. 2. art. 5. d. num. 114. Aug. Barbosa in d. cap. Anastasius, à n. 3. & alii.**

3 Tertio denique, quia cum Summus Pontifex regula infallibilis sit dum quid circa Fidem ex Cathedra definit, cui Catholica Ecclesia omnino stare tenetur, ut dixi cum plurimis supra, *lib. 1. cap. 10. num. 5. & 47.* si etiam ut privatus errori in Fide subjiceretur, eveniret ut illud tanquam veritatem juxta suam opinionem credendum ut Ecclesiæ Caput Fidelibus proponeret: hoc autem possibile non est ob Christi promissionem, & Sancti Spiritus assistentiam: ergo nec ut Papa ceu privatus à Fide deficiat. Ex quibus Pontificem Romanum à Fide exorbitare non posse, saltem ex contumacia, tenent Card. Bellarmin. *d. lib. 4. cap. 6. Pat. Suar. & Albert. Pighius ubi sup. Dian. part. 11. tract. 2. resol. 12. vers. His tamen, August. Barbosa in collect. ad cap. Si Papa, num. 42. 40. dist. Mart. de jurisdic. part. 2. cap. 37. numer. 30. Maldonat. sup. num. 17. Wigers. in 2. 2. tract. de Pontific. quæst. 1. art. 10. dub. 6. num. 32. Gravin. num. 112. Bonacin. d. num. 9. & d. num. 12.* Ex ignorantia enim Papam in Fide errare posse, admittunt Card. Bellarmin. Suar. Bonacina, & alii, cum quibus est Herincx in *Sum. part. 3. disp. 4. quæst. 4. num. 87. vers. Adverte Pontifices, cum tanquam privatus homo etiam quoad Fidem falli possit, sicut evenit Joanni XXII. qui opinatus est, animas Justorum non fruituras visione beatifica ante judicium universalis diem: quem errorem idem sub*

tempus mortis agnoscens retractavit, sicut testantur Herincx ubi proximè, & Bonacina d. num. 12. vers. Respondeo secundò.

In oppositam verò sententiam itum est à ple-
risque doctis, Summum Ecclesiæ Præsulem posse ut privatum hominem in hæresim formalem incidere, eamque pertinaciter tenere: quæ opinio præter rationes, quas pro ea perpendit August. Barbosa *sup. numer. 36. Azor. d. cap. 5. vers. Secundò quæritur, innititur nonnullis Conciliorum, ac Pontificum testimoniis, ex quibus apparet in Ecclesia receptum esse, ut Papa hæreticus esse possit; nam in Synodo V. Romana sic habetur: A multis antecessoribus nostris synodaliter decretum atque firmatum est, ut oves pastorem suum nec reprehendere, nisi à Fide exorbitaverit, præsumant. Cui Synodo 218. Episcopi interfuerunt. Item Adrianus Pontifex act. 7. in 8. Synod. generali, inquit: De Romano Pontifice quemquam judicasse non legimus. Licèt enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quod fuerat de hæresi accusatus, propter quam solum licitum est minoribus majorum suorum motibus resistere. Similiter Anacletus epist. 3. ait: Pastor Ecclesiæ si à Fide exorbitaverit, erit à Fidelibus corrigendus, &c. Eadem sententia habetur ex Bonifacio Martyre in cap. Si Papa, 40. dist. ac ex Eusebio Papa in cap. Oves, 2. q. 7. Undè ita sentiunt D. Covar. *sup. lib. 1. cap. 10. numer. 12. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 52. num. 1. Azor. d. vers. Secundò quæritur, Pat. Valent. in controvers. de Fid. lib. 8. cap. 2. vers. Quod & quandoque, Castr. Palao tom. I. tract. 4. disp. 1. punct. 5. §. 2. num. 7. vers. Ad primam, Eligius Ballæus in Florib. Theologic. tom. I. verb. Papa, numer. 3. Ludovic. Caspens. in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 15. disp. 2. sect. 6. num. 66. Leand. de censur. tract. 1. disp. 3. quæst. 18. pluribus prætermis- sis, quos dant Diana d. resol. 12. in princ. August. Barbosa in d. cap. Si Papa, num. 35. Cened. ad Decretum, collectan. 16. num. 1. in d. cap. Anastasius.**

Quà sententiâ retentâ, prioris fundamenta dilu-
untur ab Aug. Barbosa *n. 41. Azor. d. c. 5. vers. Duo possunt, D. Covar. & Palao ubi proximè, ex quibus ad primum asseritur, privilegium duplex circa Fidem D. Petro concessum perpendi posse, unum ceu Christi Vicario, alterum tanquam personæ privatæ, ut scilicet neutro modo valeat à Catholica Religione deficere. Prius cum ad dignitatem spectet, cunctis successoribus ejus est commune. Posterior, quia personæ D. Petri cohærebat, ipso decedente cessavit, nec ad cæteros Ecclesiæ Præsules est transmissum, argumento capituli Quoniam Abbas 14. de offic. & pot. judic. delegat. cap. Privilegium 7. de reg. jur. in 6. Sic licèt Romanus Pontifex, ut talis definiens ex Cathedra errare in Fide nec ex ignorantia possit, tamen tanquam privatus à lapsu in hæresim exemptus non est. Consule Cornel. à Lapide in d. cap. 22. Luc. vers. Ego autem rogavi, Can. de loc. Theolog. lib. 6. ad fin. August. Barbosa ubi proximè. Secundum nullius roboris foret, admissis iis quæ adversus Honorium I. aliosque summos Pontifices objiciuntur: sed eis omnino neglectis, quæ à calumniantium pravitate perfecta sunt, dicendum est, non necessariò sequi impossibilitatem ex eo quod hucusque nullus Papa hæresis reus vincatur; hoc enim speciali favori, quo Deus Ecclesiam Romanam omnium Principem, ac gubernatricem prosequitur, tribuendum est:*

sed cum id nulla divina promissione in perpetuum reperitur pro cunctis successoribus Petri stabilitum, possibile est ut aliquis ceu privatus à Fide exorbitet; piè tamen credendum est, id Deum nequaquam permissurum, sicut inquit August. Barbofa n. 42.

6 Ad tertium tandem satisfit; nam Spiritus sanctus, qui Catholicæ Ecclesiæ infallibiliter assistit, providebit ne Pontifex errorem, cui assenserit, ex Cathedra doceat, quemadmodum contigit Joanni XXII. cujus sup. num. 3. meminimus, qui contra Fidem sensit, sed id nunquam ut caput Ecclesiæ definivit, ut Herincx, ac Bonacina ibidem laudati observavere. Ita respondent D. Covar. & Ludov. Caspens. ubi sup. Barbofa d. num. 41. Azor. d. cap. 5. vers. Duo possunt, & alii. Verum his opponitur Pat. Suar. d. sect. 10. num. 11. ajens suaviorem esse modum divinæ providentiæ, ut quia Deus promissit Papam definiendam nunquam erraturum, consequenter provideat ne unquam ille hæreticus sit. Tamen dici poterit, quod etsi verosimile sit, Deum cujus est omnia suaviter disponere, Sapient. cap. 6. suaviori medio usurum, ut Ecclesiæ suæ integritati, ac puritati in Fide juxta Divinam promissionem prospiciat, & sic melius sit Pontificem Maximum ab hæresis labe præservare; poterit tamen ob inscrutabilia ejus judicia lapsum ipsius permitttere, & aliàs prohibere ne errorem Fidelibus credendum definiat, ut in Joanne XXII. divina providentia disposuit, quem in errorem incidere non vetuit, sed eum docere Ecclesiam non sustinuit: & tamen suavior modus videbatur, quod Deus sui Vicarii mentem illuminaret, ne ex ignorantia à veritatis tramite deviaret: & hoc generaliter contingere posse idem Suarez agnoscit, dum fatetur possibile esse, ut Papa ex ignorantia erret in fide.

7 Utrum Pontifex propter hæresim sua dignitate privetur, haud pauci disquirunt, quos cumulat Aug. Barbofa num. 39. Cened. ad Decretum, collect. 44. num. 2. ex illis præcipuè consulat Pat. Suar. tract. de Fid. disp. 10. sect. 6. d. num. 6. Azor. part. 2. lib. 4. cap. 7. Et communiter placet, hujusmodi crimen ipso jure Papam à culmine Pontificatus dejicere, sententiã tamen Concilii declaratoriã delicti præmissã: & hoc casu Ecclesia superior est Pontifice, quatenus absque ejus autoritate Concilium convocat generale, ut de hæresi cognoscatur. Alia quæ circa hoc in disputationem solent adduci, tangit Aug. Barbofa sup. quæ apud alios, quos ipse dat, oportet videre. Cævall. commun. 4. 645. num. 11.

8 His cognitis, jam ad D. Covar. deveniamus inquirentes, an Anastasius II. à Catholica Religione aliquo modo aberraverit? Cujus memoriam sugillat Gratian. in cap. Anastasius 9. 19. dist. & post caput Dictum 96. 1. quæst. 1. quem sequuntur Sabellic. & Luitprand. in vit. Pontific. & Epitom. vit. Pontif. & alii. At Pat. Suar. de legib. lib. 4. cap. 3. n. 15. in fin. d. cap. Anastasius, apocryphum dixit, & quæ adversus eum Pontificem feruntur à schismaticis Laurentianis esse disseminata, testis est Card. Baron. Annal. tom. 6. anno 497. vers. Ex his porro habes, quem sequitur Spondan. in ejus Epitom. tom. 1. eod. anno, nu. 2. Sed quanquam fide digna forent quæ in d. cap. Anastasius, habentur; Pontifex tamen non de hæresi, sed de scandalo argui posset, ut observat Suar.

Verf. Cæterum Albertus Pighius.

Anastasium verè simul ac piè neoterici tuentur, ac Gratianum non immeritò capunt eis rationibus moti; quas D. Covar. paulò inferiùs expendit, in quorum numero præter Card. Baron. ac Pat. Suar. ubi proximè, sunt Glossa post d. cap. Anastasius, & d. cap. Dictum, ex emendatione Gregoriana, Azor. part. 2. lib. 5. cap. 5. vers. Quinto loco est, Card. Bellarmin. de Roman. Pontif. lib. 4. cap. 10. vers. 19. Aug. Barbofa in collect. ad d. cap. Anastasius, n. 1. Morl. in Empor. Jur. tit. de legib. quæst. 3. n. 3. Cened. ad Decretum, collect. 16. n. 2. Carill. Annal. anno 497. Gravina. ubi sup. Hist. Pontific. tom. 1. lib. 3. cap. 3.

Ibi: Summos Pontifices, qui post Petrum, &c.

Nullum Romanum Præsulem hæresis labe fuisse deturpatum demonstrant post Albertum Pighium laudati supra n. 2. in fin. idemque asseverant Card. Baron. tom. 10. anno 897. vers. Cæterum, qui singulos Pontifices, qui calumniam patiuntur, propriis locis innoxios ostendit, Pat. Suar. d. disp. 10. sect. 6. n. 11. Diana part. 11. tract. 2. resol. 12. Bonacina tom. 1. tract. de censur. disp. 2. de excommunic. quæst. 6. punct. 1. n. 9. vers. Hinc colligi potest, & tom. 3. tract. de excommunic. in Bull. in Cen. disp. 1. quæst. 2. punct. 1. n. 12. vers. Hinc colligi potest, Maldonat. in Evang. Luc. cap. 22. n. 17. Hurtad. de Fid. disp. 21. §. 269. Marta de juridict. part. 2. cap. 37. num. 30. Aug. Barbofa in cap. Si Papa, n. 42. 40. dist. & in d. cap. Anastasius, tom. 2.

Ibi: Nos missa modò facimus, quæ doctissimus ille vir.

Quomodo Summi Pontifices ab hæresis nota vindicentur, habes apud Card. Bellarmin. Azor. & alios, quos dedimus supra, num. 2. in fin. & Honorium I. latissimè tutatur Hurtad. ubi proximè, à §. 253. Verum placet catalogum Pontificum inferere, qui à Fide defecisse falso feruntur. Primo loco est idem Apostolorum Princeps D. Petrus, de quo Aug. Barbofa in d. cap. Anastasius, à n. 3. Secundò Marcellinus Papa trigessimus, qui creatus est anno 296. Card. Baron. eod. anno, tom. 2. & ibi Spondan. in Epitom. tom. 1. Histor. Pontific. tom. 1. lib. 1. cap. 32. Gratian. in cap. Nunc autem, 21. dist. ubi Aug. Barb. in collect. Epit. vit. Pontific. Tertiò Liberius Papa 37. electus anno 252. Card. Baron. eod. anno, tom. 3. ubi Spondan. tom. 1. Hist. Pontific. lib. 2. cap. 4. Luitprand. Platin. & alii in vit. Pontific. Quartò Felix II. qui loco Liberii viventis, & exulantis subrogatus est anno 355. Sed Liberio jam restituto decedente post sedecim dies, Damasus I. canonicè, ac pacificè electus est, quare Felix legitimus Pontifex non censetur, nec inter cæteros numerari debet. Consule Card. Baron. tom. 3. anno 355. n. 51. cum seqq. & Spondan. in Epit. tom. 1. Hist. Pontific. lib. 2. c. 5. Azor. d. c. 5. vers. Tertio loco est, Aug. Barbof. in d. cap. Anastasius, n. 9. Reperitur tamen apud aliquos in numerum Pontificum relatus, ut in hist. Pontific. Epitom. vit. Pontific. apud Platinam, & alios: & si verus fuisset Papa, trigessimum octavum locum teneret. Histor. Pontific. ubi proximè.

Quintò

12 Quintò Innocentius I. Romanus Antistes 42. ad eam dignitatem evectus anno 402. secundùm Baron. tom. 5. eod. anno, vers. Quod autem, de quo Spondan. *ibidem*, tom. 1. Hist. Pontific. d. lib. 2. c. 9. Luitprand. Sigonius, & alii in vit. Pontific. Sextò Anastasius II. de quo supra, num. 1. Septimò Honorius I. Pontifex 72. in anno 626. ad Pontificatum pervenit. Card. Baron. tom. 8. eod. anno, & ibi Spondan. Hurtad. *ubi sup.* Hist. Pontific. d. tom. 1. lib. 4. cap. 7. ultra eos, qui de vitis Pontificum differunt. Octavò Stephanus VI. Romanus Præful 115. qui Petri Cathedram ascendit anno 897. Card. Baron. tom. 10. eod. anno, ibique Spondan. tom. 2. quem Baron. vers. Cæterum, ab hæresi immunem testatur, Carrill. *Annal.* anno 897. Hist. Pontific. tom. 1. lib. 4. cap. 52. & Epitom. vit. Pontific. Nonò Sylvester II. Papa 145. cui Pontificia dignitas delata est anno 999. de quo Card. Baron. tom. 10. eod. anno, ubi Spondan. tom. 2. Carrill. *sup.* anno 999. Gulielm. Bibliothecarius in *illius vita*, Ammon. lib. 5. cap. 46. Hist. Pontific. tom. 1. lib. 5. cap. 1. Ultimò Joannes XXIII. vel ut alii volunt XXII. Pontifex 213. fuit electus anno 1410. schismatis tempore, quo Benedictus XIII. & Gregor. XII. Pontifices simul dicebantur. Unde an fuerit verus Petri successor, ambigitur. Vide Hist. Pontific. tom. 2. lib. 6. cap. 11. Epitom. vit. Pontific. Aët. Concil. Constantiens. tom. 2. *Concilior.* Aug. Barbof. in *collect.* ad cap. Anastasius num. 11. Spondan. in *continuat. Annal. Baronii*, tom. 1. anno 1410. Carrill. *Annal.* eod. anno. Est observandum quod in assignandis annis quibus Pontifices Ecclesiæ gubernaculum susceperunt, dissensus inter prælaudatos Autores reperitur: nos autem Card. Baronii chronologiæ, cæteris prætermittis, adhæsimus.

Ibi: Non esse omninò Gratiano credendum.

13 Quantum fidei Gratiano adhibendum sit in iis, quæ in Decreti volumen congeffit, tradidimus *sup. hoc lib. cap. 11. ex num. 5.* & commentitia esse, quæ habentur adversus Anastasium II. in d. cap. Anastasius, præter eos quos adduximus numer. 9. annotant Ant. Aug. *dialog. 6. de majorib. Gratiani errat.* num. 1. Acusia in d. cap. Anastasius, num. 1. Valcarcer in *Epitom. Jur. Canon.* in not. ad idem cap. Licet autem vera non sint ea quæ Gratianus in eo textu enarravit, ipse tamen autor falsitatis non est, quia ex libro gestorum Pontificiorum transcriptis, & nota Gregoriana post dictum caput Anastasius, interjecta asserit ea verba reperiri tom. 1. *Concilior.* pag. 997. Sed meritò Autores pio zelo, pietateque laudabili erga Sedem Apostolicam invehuntur in Gratianum, quia temerè Decreto inseruit, quæ dubiæ fidei erant, seu potius apocrypha, ad Summi Pontificis injuriam.

14 Addit præterea Gratianus post caput *Dictum* 96. 1. *quest. 1.* Anastasium propter excessus à Deo fuisse percussum, ferturque pessima, abominabilique morte esse multatum; nam cum ventrem exoneraret, per locum ad id à natura destinatum emisit intestina: quod D. Covar. obiter initio hujus capitis prænotavit *ex glos. ult. in d. cap. Anastasius*, idemque tradunt Hist. Pontific. tom. 1. lib. 3. cap. 3. ubi observat Arrium impium eo modo periisse, Epitom. vit. Pontific. & alii. Sed hoc non minus apocryphum, quam quæ Anastasio im-

putantur, haberi debet, ut sentiunt omnes, qui ipsum tuentur.

Ibi: Primum ex eo constat, quod cum Felix.

Hujusmodi rationem pro Anastasio perpendunt 15 cuncti, qui eum ab adversariorum calumniis vindicant, laudati *sup. numer. 9.* At posset dici, Anastasium voluisse memoriam defuncti Acacii restituere, ut advertunt Azor. *part. 2. lib. 5. cap. 5. vers. Quinto loco*, Barbofa in *collectan. ad d. cap. Anastasius*, num. 1. in fin. Id tamen verosimile non est, cum in epistola quam Pontifex ad Anastasium Imperatorem misit, Acacii Eutylianam hæresim detestetur, quæ epistola legitur tom. 2. *Concilior.* & apud Baron. tom. 6. *annal. anno 497.* Nec verba dicti capitis Anastasius, sic interpretari oportet, ut famam Pontificis oneremus, cum possint prout sonant accipi, ut de mendacio calumniantes convincantur. Acacius obiit anno 488. secundùm Card. Baron. tom. 6. eod. anno, Spondan. *ibidem*, tom. 1. num. 1. & Anastasius II. creatus est Pontifex anno 497. ut assertum est supra, num. 1. licet Illescas in *Hist. Pontific. ubi proxime*, sexennium, & amplius inter obitum Acacii, & Pontificatum Anastasii præterisse testetur. De hæresi, aliisque facinoribus Acacii plura apud Card. Baron. *sup. ab anno 471.* Spondan. *ibidem*, Illescas d. lib. 3. cap. 1. Quapropter Felix II. aut III. (secundùm tradita *sup. num. 11.*) eum pœna excommunicationis, ac depositionis coercuit anno 484. Card. Baron. tom. 6. eod. anno, Spondan. *ibi*, tom. 1. n. 4.

Vers. Deinde illud.

Series epistolæ hujus Anastasii, quam D. Covar. memorat in *presenti*, legitur *Concilior.* tom. 2. & apud Card. Baron. sicut jam præmissum est: ejus quoque fragmentum habetur in vita Anastasii apud Luitprand. *de vitis Pontific.*

Vers. Sed & quod Gratianus.

Gratianus post caput *Dictum* 96. 1. *quest. 1.* 16 imputat Anastasio II. ad errorem, quod Sacramenta etiam post damnationem ab Acacio collata probaverit, ratsque habuerit. Sed Anastasii propugnatores, ut D. Covar. animadvertunt, hujusmodi Gratiani lapsum ab ejus ignorantia provenisse; siquidem catholicum est dogma, non impediri valorem Sacramenti propter ministri pravitatem, quanquam schismaticus sit, aut hæreticus, modò aliàs potestatem habeat conferendi simul cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Idèdque Sacramenta ab hæreticis sic ministrata, quæ iterabilia non sunt, ut Baptismus, & Ordo, repetere apud Catholicos non licet; Christus enim Sacramentorum Autor noluit illorum virtutem, & validitatem à ministrorum Fide vel sanctitate pendere, sed ex opere operato effectus suos edere statuit Trident. *sess. 7. de Sacrament.* in genere, canon. 8. & 12. Omnia præmissa patent ex Concilio Nicæno I. can. 19. Constantiensis *sess. 8.* Trident. d. *sess. 7. de Baptismo*, can. 4. cap. Utrum 72. de consecr. *dist. 2. cap. Si quis.* 28. cum seqq. de consecr. *dist. 4.* probantque D. Aug. *cont. Faust.* lib. 13. c. 5. lib. 23. c. 9. & lib. 33. cap. 6. Idem de consensu Evangel. D. Athanas. in *synopsi*, Patres Concilli Toletani I. in *assertion. Fidei*,
dei,

dei, Pat. Valentia part. 2. lib. 5. c. 5. vers. Unum est, Navar. in *Manuali Latino*, cap. 22. num. 7. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 1. n. 55. vers. O immanis, D. castill. de Sacrament. tract. 1. disp. 3. dubit. II. n. 251. & 259. Coninch. eod. tract. q. 64. art. 9. n. 108. Leand. in simili tract. tom. 1. tract. 1. disp. 4. q. 2. Bassæus in Florib. Theologic. tom. 1. verb. Sacramentum 3. n. 6. Castro Palao tom. 4. de Sacrament. tract. 18. disp. unic. de Sacrament. in communi. punct. 5. n. 8. Spondan. in Epitom. Baron. tom. 1. anno 217. n. 1. ac plures alii, quos dabimus supra, lib. 1. cap. 10. num. 28.

17 Quæ de Sacramentis generaliter sunt tradita, minimè procedunt in Sacramento Pœnitentiæ, speciali ratione; nam cum ad Sacramentalem absolutionem duplex desideretur potestas, nempe jurisdictionis, ac clavium, ut assertum est supra, lib. 1. cap. 10. num. 43. quanquam Sacerdos per hæresim clavium potestate per Ecclesiam privari nequeat, privatur tamen jurisdictione omni Ecclesiastica, tam quoad forum externum, quam quoad internum. Unde Sacramentum non erit, etsi hæreticus absolvat cum debita forma, & intentione faciendi quod facit Ecclesia. Coninch. sup. num. III. Bassæus ubi proximè: ideoque ita hæretico confessus tenetur repetere confessionem. D. Covarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 6. n. 7. vers. Sexta conclusio, & vers. Septima conclusio, de sent. excommunic. in 6. Gutier. dict. cap. 1. num. 54.

18 At quæstionis est, an in mortis articulo Sacerdos hæreticus validè Sacramentum Pœnitentiæ ministret? de qua fusè Gutier. dict. cap. 1. à num. 56. qui num. 67. negativè resolvit contra plures in quibus est D. Covar. dict. §. 6. num. 8. docens periculo hujusmodi urgente, licitè, ac validè Sacramentalem accipi absolutionem ab hæretico ministro, nisi immineat subversio pœnitentis excommunicatione cum illo. Quæ omnia locum obtinent in hæretico, contra quem sententia saltem criminis declaratoria fuerit lata, ut observant D. Covar. & Gutier. sup.

19 His adjiciendum est, irritam non esse absolutionem Sacramentalem ab hæretico præstitam de peccatis venialibus, aut mortalibus jam antea per confessionem deletis; quoniam hæc clavibus Ecclesiæ necessariò non subjiciuntur, sed sponte, ideoque clavium potestas, quæ in hæretico residet, satis est, etsi jurisdictionis absit, sicut prænotatum est supra, dict. cap. 10. num. 45. Quid de Parocho hæretico (qui minister Sacramenti non est,) assistente matrimoniis juxta formam Tridentini? Colligitur ex Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 21. & Gutier. eod. tract. cap. 62. num. 23. & 27.

Ibi: Ideo non licet à Catholico Sacramentum.

20 Supposito Sacramentorum valore, quæ per hæreticos conferuntur, servatis servandis, quemadmodum supra num. 16. comprobatur, sequitur necessariò, ut ea iterari per Catholicos ministros nefas sit: quod in Sacramento Baptismatis, & aliis characterem imprimendis verum est, quorum repetitio ad hæresim spectat, prout ostensum est d. cap. 10. num. 17. ac Sacris Canonibus, & Principum sæcularium Sanctionibus irregularetur, aliisque pœnis coercetur, l. 9. tit. 4. p. 1. omittis juribus alijs, quæ latè agens recenlet D.

Covarr. in Clem. Si furiosus, part. 1. in princip. n. 8. de homicid. Quas pœnas neutiquam evadet is, qui sciens ritè baptizatum, denuò sacra ablutione inundaverit sub conditione, Si non est baptizatus, &c. Aug. Barboza in cap. 2. num. 3. de Baptismo.

Ibi: Quemadmodum receptum ac obtentum est.

Semper Ecclesia Catholica ab Apostolorum tempore constanter tenuit, non esse reiteranda Sacramenta ab hæreticis collata, secundum tradita supra, num. 16. Multi tamen viri auctoritate, ac doctrina præstantissimi in contraria sententia fuere, ut Agrippinus Africae Episcopus, qui anno 217. sub Zephirino Pontifice Concilio aliorum Anustium convocato ab hæreticis baptizatos quomodolibet, fore per Catholicos ministros rebaptizandos decrevit Spondan. ex Baronio in Epitom. tom. 1. ann. 217. n. 1. Similiter lapsus est Tertullian. de Baptismo cap. 10. Sed qui primas tulit in propugnando hujusmodi errore fuit D. Cyprianus; nam protervitate nimia semel atque iterum accertitis pluribus ex Africa, Numidia, & Mauritania Prælatibus, Concilium Carthagine celebravit, cui ipse præfuit, quo Agrippini opinio contra id quod in Ecclesia receptum erat, probata est. Nec D. Cyprianus ac sequaces acquieverunt Stephani I. Pontificis declarationi in contrarium, inò post ipsam ille propriam sententiam enixè, adductis rationibus, tuetur epist. 74. ad Episcop. Pompei. & Sabratensem, cui D. August. de Baptismo contra Donat. lib. 2. pro Ecclesiæ sententia satisfacit, qui testatur tandem D. Cyprianum cessasse Pontificiæ decisioni, propriumque errorem retractasse, ex quo Ecclesiæ tranquillitas inter ipsos Catholicos nimium est perturbata. De his fusè Card. Baron. anno 258. & post eum Spondan. in Epitom. tom. 1. ann. eod. ex n. 4. Illescas Hist. Pontific. tom. 1. lib. 1. cap. 24. Padilla in Chronographia Concilior. pag. 3. vers. Carthaginense I.

Ibi: Præsertim non erant infirma, nec irrita.

Minister cujusque Sacramenti validè id conficit, quanquam, excommunicatione sit irretitus, de quo plures differentes congeffimus supra lib. 1. cap. 10. numer. 27. & 28. ubi de Sacramento Eucharistiæ, ac Confirmationis: quod regulariter verum est. Fallit tamen in Pœnitentiæ Sacramento; nam proprius Sacerdos, aut alias absolvendi obtinens potestatem, excipere nequit confessiones pœnitentium; ita ut irrita omninò sit absolutio (prout de hæretico tradidimus supra nu. 17.) modò publicè denunciatus reperiat, aut notorius clerici percussor, quos vitare tenemur: nec proderit confidenti excommunicationis, qua Parochus innodatur, ignorantia. D. Covar. & Gutier. ubi eos laudavimus supra num. 17. in fin. ubi rationem reddidimus.

Ibi: Est enim hæc vera, & Catholica sententia.

De fide omninò nobis tenendum est, ritè ab hæreticis collata Sacramenta fore valida, nec repeti ullo modo per Catholicos ministros posse, nam

nam per sacra œcumenica Concilia sic ab Ecclesia definitum habetur, ut constat ex traditis supra, num. 16. atque ita docent omnes ferè ibidem laudati, & si quis contra pertinaciter sustinuerit, hæreticorum numero adscribendus erit. Spondan. d. anno. 258. n. 12.

Verf. Idque accipiendum est.

- 24 Baptisma, in quo aliquis intercessit defectus circa ea, quæ ad valorem ejus necessariò desiderantur, collatum ab hæreticis, vel etiam Catholicis, ministrari denuò debet legitimè: quod quidem iteratio non est Sacramenti, cum nullum præcesserit: nec inspicitur persona baptizantis, nam quisquis ille sit, tanquam Christi minister agit, & actio Christi est. Lugo de Sacram. disp. 3. sect. 2. n. 43. sed an adhibeantur quæ ex divina institutione ad Baptisma requiruntur: quæ autem ea sint, refert Bonacina de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 5. num. 12.
- 25 Quod si ambigeretur, num quis ritè esset ab hæretico baptizatus, posset sub conditione, Si non est baptizatus, sacrum adhiberi lavacrum: quod generaliter fieri debet quoties de valore Baptismi probabile dubium existit, cap. 2. de Baptismo, ubi Aug. Barb. cum pluribus in collectan. num. 2. cap. Parvulos 110. de Consecrat. dist. 4. l. 3. tit. 4. p. 1. Pat. Suar. de Sacrament. disp. 22. sect. 2. Valent. sup. tom. 4. disp. 4. q. 1. punct. 4. verf. Secundò notandum, Bonacina ubi nuper, punct. 7. n. 11. Greg. Lop. in d. l. 3. gloss. ult. qui observat, non esse satis leve dubium, ut baptisma iterum conditionaliter conferatur. Sequitur Barbosa ubi proximè. At Bonacina & alii hoc viri prudentis arbitrio committunt.

Verf. Ex quibus palam deprehenditur.

Vide prænotata supra, num. 9. 13. & 15.

Ibi: Eodem sanè jure mera sunt commenta.

De hoc supra, num. 14.

S U M M A R I U M.

- 1 Gelasius I. quando Pontificatum ascenderit, & de vita ejus, remissivè.
- 2 Idem quæ Concilia Romæ celebraverit.
- 3 De Catalogo librorum sacræ Scripturæ.
- 4 De divisione sacrorum voluminum.
- 5 Libri Canonici regula sunt juxta quam Fidei dogmata debent examinari.
- 6 Quoad Fidei dogmata, & libris, & traditionibus sacris standum est.
- 7 De auctoritate sacrorum voluminum.
- 8 De eorum veneratione.
- 9 Cur Canonica vocitentur.
- 10 Ecclesia habet auctoritatem declarandi qui libri sint canonici.
- 11 Utrum in libris canonicis possit error, aut mendacium reperiri.
- 12 Sacræ Scripturæ auctoritas à Deo provenit.
- 13 Auctoritas Ecclesiæ non à sacra Scriptura, sed à Deo dimanat.

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- 14 Auctoritas Ecclesiæ, ac librorum sacrorum à Deo proficiscitur.
- 15 Ecclesia dum librum aliquem Canonicum decernit, judicem agit.
- 16 Libri ex traditione pro canonicis habentur.
- 17 Traditiones Ecclesiæ parvipendens inter hæreticos est numerandus.
- 18 Ut libri Canonici habeantur, opus est approbatione Ecclesiæ, & n. 27.
- 19 Ecclesia non valet novos Fidei articulos proponere.
- 20 Declaratur conclusio proxima.
- 21 Nequit Ecclesia propositionem hæreticam efficere, quæ talis antea non erat.
- 22 Limitatur hoc.
- 23 Hæreticus non est, qui contra sacræ Scripturæ textum profert propositionem antequam Ecclesia contrarium de Fide definias.
- 24 Sine animo ac voluntate delinqui non potest.
- 25 De etymologia & significato verbi Hæresis, remissivè.
- 26 Hæresis non est absque pertinacia.
- 28 Sancti Patres aliquando errores docuere, qui hodie sunt hæreses, & tunc pro talibus non habebantur.
- 29 Ecclesia errare nequit quoad Fidei dogmata.
- 30 Librorum sacrorum index apud quos legitur.
- 31 Catalogus sacrorum voluminum ex Tridentino.
- 32 De catalogo qui est in Concilio Romano, quod refertur in cap. Sancta, 15. dist.
- 33 De præladiis, ac defensione Divinorum Codicum.
- 34 Ex libris sacræ Scripturæ quidam certos auctores habent, alii non usique, & recensentur nonnulli.
- 35 An David omnes Psalmos condiderit.
- 36 Quot libri canonici à Salomone editi.
- 37 Qui libri ex Canonicis aliquando dubiæ fidei & auctoritatis fuerint.
- 38 De librorum Ecclesiasticis, & Sapientiæ auctoritate & auctoribus, cum num. seqq.
- 47 De libri Job fide & auctore, cum num. seqq.
- 55 De libro Tobie.
- 56 Concilia generalia & provincialia an errare possint circa definitiones de Fide.
- 57 De Concilio Florentino generali.
- 58 Tobie historia quonam tempore acciderit, cum num. seqq.
- 60 De libris Esdræ, cum num. seqq.
- 76 De libro Hester. cum num. seqq.
- 81 De libro Judith. cum num. seqq.
- 87 De successione Regum Persarum, cum num. seqq.
- 101 Persarum imperium quomodo in Græcos translatum, cum num. seqq.
- 103 Vitæ Regum Persarum, remissivè.
- 104 De libris Machabæorum, cum numer. seqq.
- 110 De Prophetis majoribus & minoribus, cum num. seqq.
- 116 De Evangelis & Evangelistis, cum numer. seqq.
- 123 De Actibus Apostolorum.
- 124 De Epistolis B. Pauli, cum num. seqq.
- 126 De Apocalypsi B. Joannis, cum numer. seqq.
- 128 De epistolis canonicis B. Petri, cum numer. seqq.
- 131 De epistola B. Jacobi Apostoli, cum numer. seqq.

- 133 De Epistola B. Joannis Apostoli, cum num. seqq.
 136 De Epistola B. Judæ Apostoli, cum numero seqq.
 138 Ecclesia Romana bifariam accipitur.
 139 Verbum Ecclesia, multipliciter usurpatur.
 140 Ecclesia quomodo fundari dicatur super sacras Scripturas.
 141 Canonici libri passim Divini vocitari solent.
 142 De quatuor Ecclesie proprietatibus.
 143 Catholicum quid significet.
 144 Cur Ecclesia dicatur Catholica.
 145 Est Ecclesia una.
 146 Est Apostolica.
 147 Ecclesie descriptio.
 148 Ecclesia includit justos & peccatores, & num. 152.
 149 Objicitur contra argumentum, quod solvitur num. seqq.
 151 Est Ecclesia Catholica visibilis quæ Romana appellatur.
 153 Fidelis amittens gratiam per peccatum, Fidem retinet.
 154 Fides, quam habet qui gratiâ caret, vocatur mortua & inutilis.
 155 Absque charitate potest quis Fidem recipere.
 156 B. Petrus, & ejus successores primatum Ecclesie habent à Christo.
 157 Quo tempore primatus B. Petro à Christo collatus.
 158 Illud Matthæi cap. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. exponitur.
 159 B. Petrum esse fundamentum Ecclesie contra hæreticos probatur.
 160 Damnantur heretici, qui primatum Ecclesie Romanæ inficiantur.
 161 Primatus Ecclesie Romanæ probatur ex Concilio Florentino.
 162 Hæreticus est, qui inficiatur Primatum Ecclesie Romanæ.
 163 De verbo Primatus, & Primates, cum num. seqq.
 166 Primatus Ecclesie Romanæ Probatur ex Concilio Nicæno.
 167 Ecclesia Constantinopolitana post Romanam occupat primum locum.
 168 Ecclesia Romana omnium est caput, Regina & Magistra.
 169 B. Petrus Ecclesiam Romanam construxit.
 170 In Hispanis Archiepiscopus Toletanus Primatum obtinet.
 171 B. Petrus, & Ecclesia Romana aliis omnibus antefertur.
 172 Beati Petrus, & Paulus una eademque die martyrii laureâ insigniri meruerunt.
 173 Quo die ac loco.
 174 Qui Patriarchatus fuerint in Ecclesie primordiis, cum num. seqq.
 176 De quatuor præcipuis Patriarchis, cum num. seqq.
 179 De quinque Basilicis Romæ, quæ Patriarchales vocantur, cum num. seqq.
 181 Emendatur caput Renovantes, 22. dist.
 182 De Scriptoris Ecclesiasticis, remissivè.

De libris Sacris, sive canonicis.

CAPUT XIV.

Gelasius I. Summus Ecclesie Præsul 51. morum pariter ac litterarum præstantiâ cum primis venerandus, Martii die 2. anni 492. Asterio, & Præsidio Consulibus Felici II. successus est, seditque annos 4. menses 8. dies 18. nam obiit dies 20. Novembr. anni 496. habuitque Anastasium II. successorem. De Gelasii vita plausibiliter agunt præter Platin. & alios, qui de vitis Pontificum tractatus ediderunt, Card. Baron. *Annal. Ecclesiast. tom. 6. anno 492. à vers. Elapsus igitur, cum annis seqq.* Spondan. *in illius Epitome tom. 1. eisdem annis*, Carrill. *Annal. anno 492. cum aliis*, Illescas *Histor. Pontific. tom. 1. lib. 3. cap. 2.* Jacob. Gualter. *in Chronograph. seculo 5. pag. 370. col. 1. & 5.* ubi plures. Habetur etiam *tom. 3. Concilior. pag. 617. in edit. Parisiensis anni 1636.* & inter Ecclesiasticos Scriptores recensetur in Bibliotheca Sacra, fol. 72. ex D. Hieronymo, & apud Bellarm. *de Script. Eccles. seculo 5. anno 492.*

Hic ergo eximius Pontifex inter alia plurima, quæ egregiè pro Ecclesie utilitate patravit, duplex Romæ Concilium convocasse legitur tertio, & quarto sui Pontificatus anno, & utrumque reperitur *tom. 3. Concil. ex pag. 661. & in Summa Conciliorum apud Coriolan. anno 494. & 495.* In priori de quo in præfenti nobis est disserendum, convenientibus Episcopis 70. Libri Sacri & Canonici, & Sanctorum Patrum opera, quæ Ecclesie approbatione sunt digna, recensentur, simulque apocryphorum catalogus traditur. Deinde de Ecclesie, ac Sedis Apostolicæ autoritate fit sermo. Hujus Concilii (quod ex Romanis vigesimum primum esse vult Paddilla *in suo Indice, seu Chronographia Concilior. pag. 37.*) meminere Card. Baron. *sup. anno 494. vers. Placuit autem inter hæc, & ibi Spondan. in Epit. eod. anno n. 3.* Carrill. *anno 494. Illescas d. cap. 2. ad fin. Theatrum vitæ humanæ tom. 4. lit. L, pag. 79. vers. Paulò post Gelasius, Bibliotheca Sacra fol. 73. in princip. Aug. Barbosa in collectan. ad cap. Sancta, n. 1. 15. dist. Valcarcer. in Epit. Jur. Canon. in d. cap. Sancta.*

Sacrorum Librorum canon non semel editus est in Ecclesia, habetur enim Apostolorum canone 84. in Concilio Florentino sub Eugenio IV. *in unione Armeniæ, Carthaginensi III. cap. 47. à Leone II. confirmato, Laodic. cap. 59. Tridentino sess. 4. & apud Innocent. I. epist. 3. ad Exuper.* Sed in hujusmodi catalogis diversitas aliqua reperitur, ut legenti patebit; nam ex Divinis Scripturis libri nonnulli aliquando dubiæ fidei fuere, qui tempore procedente, ab Ecclesia in numero Canonicorum Voluminum sunt relati. Sixt. Senens. *in sua Bibliotheca Sancta, lib. 1. sect. 1. vers. Canonici secundi ordinis.* P. Suar. *de fid. tract. 1. disput. 5. sect. 3. num. 9.* Azor. *Institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Libri porro.*

Ibi: *Tametsi Gratianus, ejus prima parte concessa.*

Consulas Turrecremat. August. Barbos. Valcarcer, & Acunam *in d. cap. Sancta, 15. distinct. quod nedum diminutum, sed etiam mendis Scatens usque ad Gregorianam Decreti correctionem testatur Glossa ultima in præcis. Concil. Roman. tom. 3. Concilior. pag. 664.*

Ibi:

Ibi: *Scripturas, seu libros de rebus Ecclesiasticis.*

d. princip. Azor. part. I. lib. 8. cap. 4. P. Valent. d. lib. 8. cap. 6.

Ibi: *Sunt etenim hujus generis Scripturae Divinae.*

4 Sixtus Senensis d. sect. I. libros de rebus facris, vel Ecclesiasticis tractantes in canonicos, & apocryphos dividit, rursus canonicos esse, vel primi ordinis, vel secundi asseverat. Primi ordinis sunt, qui semper in Ecclesia ut Divini recepti sunt, nulloque tempore de eorum autoritate, ac fide infallibili dubitatum est, ut Pentateuchus Moysis, quatuor Evangelia, & alii; hosque ille protocanonicos appellavit. Ad secundum ordinem spectant libri illi, de quorum fide aliquando haesitavit Ecclesia, sed labentibus saeculis sacrorum voluminum canonici sunt adscripti, ut liber Esther, Tobiae, Judith, & alii, quos Senensis enumerat sub vers. Canonici secundi ordinis, ac Deuterocanonicos vocat. Hi antequam inter canonica volumina describerentur, Ecclesiastici dicebantur, primumque cathecumenis, quibus canonicorum librorum electio non licebat legi, permittebantur. Ubi autem ab Ecclesia pro canonicis haberi coeperunt, non minus autoritatis ac fidei nacti sunt, quam alii approbatione antiquiores, quos intra primum ordinem Senensis constituit, apud quem haec omnia, & adtipulatur P. Gregor. de Valent. de reb. Fidei hoc temp. controversis, in analysi Fidei Catholic. lib. 8. cap. 5. vers. Porro libri, Gloss. Ordin. Bib. in princip. ubi de libris Canonicis, & non Canonicis, Pat. Suar. ubi sup. Cornel à Lapide sup. Ecclesiastic. in prolegomen. cap. I. vers. Suppono, Casp. Sanch. in Esth. prolegom. 4. numer. 8.

Ad Num. I.

5 Libri Canonici sunt regula, ad quam Fidei dogmata examinantur, & ex eis sumuntur argumenta ad cunctas haereses diluendas. Cornel. à Lapide in Pentateuch. de encomiis Sacrae Scripturae, num. 20. Gloss. Ordin. ibidem, §. I. Sixt. Senens. d. sect. I. vers. Canonici, primi ordinis, & lib. 7. post princip. vers. Inter nefarias, Theatrum vitae humanae tom. 2. lit. C. pag. 67. sub verb. Canon. Quapropter haeretici adversus utrumque testamentum plura commenti sunt, quae nefarias, & perniciosas haereses dixit Senensis ubi proxime, à quibus sacra volumina praeter ipsum vindicant Card. Bellarmin. lib. I. de verb. Dei script. Cornel. à Lapide ubi proxime, sect. 2. ex n. 51. qui n. 20. demonstrat, sacrae Scripturae usum ad plurima perutilem esse, ac necessarium. Sacra enim Scriptura, ait ille, sic à Spiritu sancto concinne contexta est, ut omnibus locis, temporibus, personis, difficultatibus, periculis, morbis, malis pellendis, bonis accersendis, erroribus jugulandis, dogmatibus statuendis, virtutibus inferendis, vitiis propulsandis sese accommodet.

6 Ideo autem Canonicis Libris quoad Fidei dogmata standum est, quia Deum ipsum autorem habent, ut statim comprobabitur? unde regula infallibilis sunt, juxta quam assertiones de Fide admitti, aut reprobari debent, ut fuse probat P. Suar. d. sect. 3. per tot. Idemque asseverandum est de traditionibus, quae ex ipsa Scriptura perpetuo sunt in Ecclesia observatae, quas libris Canonicis quoad autoritatem aequiparat Tridentinum sess. 4. ubi August. Barbosa in remiss. Concil. & recte ac late edocuit P. Suar. d. disput. 5. sect. 4. D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

7 Sacra Scriptura autoritate Spiritus sancti nittur, quo inspirante Evangelistae, & alii canonicos libros scribere, quos amanuenses Sancti Spiritus vocat Maldonat. in Evang. praefat. cap. 2. vers. Manichaei. De iis luculenter ex D. Gregorio ac Theodoro Cornel. à Lapide sup. numer. 58. ita differit: *Linguae & manus horum Sacrorum Scriptorum nihil aliud fuere, quam calami ejusdem Spiritus sancti, aded non tam ipsi Scriptores diversi, quam unius scriptoris diversi calami fuisse videantur.* Unde P. Suar. d. sect. 3. num. 3. sic definit sacram Scripturam, quod sit scripta instinctu Spiritus sancti dictantis non tantum sensum, sed etiam verba. Quod ultimum num. 4. copiose demonstrat ejusdem sacrae Paginae testimoniis. Haec autem veritas, quod Spiritus Sanctus sit autor, qui inspiravit quicquid in canonicis voluminibus homines scriptum reliquere, est de Fide, & habetur Petri 2. canon. cap. I. ibi: *Non voluntate humana, sed Spiritu Sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines.* Trident. sess. 4. & alibi, ut videre est apud P. Suar. d. sect. 3. num. 3. & 4. Atque ita in confesso est omnibus Catholicis autoritatem Divinam sacris Scripturis inesse: quod praeter hic laudatos observant Azor. Instit. Moral. part. I. lib. 8. cap. I. vers. Undecimo quaeritur, Pat. Valent. d. cap. 5. vers. Quoad primum, & vers. Caterum, Sixt. Senens. in Bibliotheca sancta, lib. I. sect. I. in princip.

8 Hinc quondam libri sacri in tanta veneratione habebantur, ut in templis duo secretaria existerent à dextro, sinistroque latere absidis, in quorum altero sacrosancta Eucharistia asservabatur, in altero sacrae Scripturae divini codices recondebantur. Similiter Judaei in Synagogis Biblia deposita religiosissime observant. Cornel. à Lapide sup. num. 4. Ethnici quoque ea volumina, quae divina, & sacra credebant, reverenter publicae custodiae tradiderunt. Sic Romani Sibyllae codicem Duumviris primo, deinde decem, aut quindecim, qui pro temporum varietate sacris faciendis praefecti sunt, custodiendum commiserunt. Theatrum vitae humanae tom. 2. lit. D, pag. 230. vers. Duumviros.

Ibi: *Has Canonicas appellamus non alia ratione.*

9 Libri Scripturae sacrae duplici ratione Canonici nuncupantur: tum quia ab Ecclesia in Canonem seu catalogum relati sunt: tum quia ipsi sunt regula infallibilis ad ea quae ad Fidem spectant discernenda, sicut assertum est supra, num. 5. Canon enim idem est ac regula, cap. I. 3. distinct. ubi Barbosa in collect. num. I. D. Isidor. lib. 6. etymolog. cap. 16. Valcarcer. in d. cap. I. Calepin. verb. Canon, Lexic. Calvini eod. verb. vers. I. Sic Jus Pontificum vulgo Canonicum vocatur, à sacris Canonibus, seu regulis, quibus homines ad recte vivendum, & spirituale bonum diriguntur. August. Barbosa in collect. ad cap. 2. n. 2. 15. dist. Theatrum vitae humanae tom. 2. lit. C, pag. 67. vers. Quae deinde. Sic animadvertit P. Becan. in analog. veter. ac novi Testamenti, cap. I. q. I. num. I. per H h. 2 hae

hæc verba: *Suppono, libros Scripturæ vocari Canonicos à Canone. Canon autem duo significat: primò normam, seu regulam, quam sequimur: secundò catalogum, seu numerum aliquarum rerum. Utrouque sensu libri Scripturæ vocantur Canonici. Priori quidem, quia continent normam, seu regulam, quam in Fide & moribus sequi debemus. Posteriori, quia in catalogum librorum divinatorum relati sunt. Secundùm quæ D. Covar. debet intelligi; nam ex approbatione Ecclesiæ, ac descriptione in catalogo sacrorum voluminum, provenit ut libri utroque sensu Canonici dicantur; neque enim essent regula ad Fidei dogmata, nisi Divini per Ecclesiam definirentur, ut patet ex præmissis supra, num. 4. Nec in canone sacrorum codicum liber aliquis reperiri posset, nisi ab ipsa Ecclesia recenseretur, sicut statim numero proximo constabit.*

Ibi: Siquidem Ecclesia juxta sensum.

10. Est penes Ecclesiam potestas definiendi, seu declarandi, qui libri pro Canonicis sint habendi, cujus quoad hoc judicium nulli fallibilitati subicitur ob Spiritus Sancti assistentiam, quæ in hujusmodi definitione seu ad Fidem spectante intercedit. Ita tenent Card. Baron. *Annal. tom. 1. anno 44. numer. 45. Azor. sup. d. lib. 8. cap. 1. vers. Decimò queritur, P. Valentia ubi sup. d. cap. 5. vers. De secundo autem puncto, Becan. d. quæst. 1. numer. 2. Sixt. Senens. d. sect. 1. à princip. Maldon. in Evangel. præfat. cap. 2. vers. Offendi solent.*

11. Ex nuper præjactis liquidò apparet, estque apud Catholicos de Fide, nihil erroris, vel mendacii in hujusmodi codicibus sacris, quos Ecclesia in canonem refert, posse reperiri: quod procul dubio compertum habetur quoad originalia volumina eo idiomate scripta, quo eorum autores usi fuere. At quæstionis est, utrum in versionibus Latinis, vel aliis traduentis inscitâ, vel incurriâ aliquid mendosum, sive erroneum existat? Et licet aliqui distinxerint inter ea, quæ ad Fidem & mores spectant, ac cætera, asseverandum tamen est absolute, nullum vitium in vulgata editione Latina latitare, quia hæc approbatur simpliciter. Trident. *sess. 4. & cum lex non distinguat, nec nobis distinguere licet, l. De pretio 10. ff. de public. in rem act.* Etenim sicut Spiritus Sanctus inspiravit ea quæ sacrorum librorum auctores scribere, ita etiam traduentis calamus duxit, ne in errorem aliquem laberetur. Ita Pat. Suar. *sup. d. disp. 5. sect. 3. num. 10. Valent. ubi proximè, vers. Jam verò post Concilium, Azor. d. lib. 8. cap. 3. vers. Quartò queritur, Sixt. Senens. in Biblioth. sancta, lib. 8. ad fin. num. 10. ubi observat aliquos in editione hac defectus accidentales notari, ut solœcismos, barbarismos, & alia hujuscemodi; substantialem verò nullum inveniri, id est, mendacium, aut errorem. Estque animadvertendum, quòd licet Concilium veterem vulgarem editionem Latinam probet, non ideo tamen Hebræicæ, vel Græcæ auctoritatem detrahit. August. Barbosa in remission. Concil. de sess. 4. num. 7.*

Ibi: Utriusque enim auctoritas est à Christo.

12. Sacrorum voluminum auctoritatem infallibilem à Deo dimanare, aperte ex traditis nuper à num.

6. patet. Potest tamen dici (etsi hæretici perhorrescant) eorum fidem, & certitudinem quoad nos esse ab Ecclesia profectam, quatenus declarat, qui libri inspirante Spiritu Sancto sint scripti, ut illis infallibiliter credere teneamur, prout nobis præcipitur in Trident. *d. sess. 4. Quæ rectè monet Maldonat. in Evangel. præfat. cap. 2. ad fin. vers. Offendi solent.*

Rursus licet Ecclesiæ auctoritas pluribus sacrae Paginæ testimoniis demonstretur, ut *Matth. cap. 16. ibi: Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 3. sic: Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis, & alibi frequenter; non ideo tamen ea auctoritas à canonicis codicibus, sed à Deo, à quo Ecclesia instituta fuit, procedit. P. Suar. de fide, disput. 3. sect. 10. num. 10. & disp. 9. sect. 2. num. 6. Deus enim per Ecclesiam testificatur, quòd ipsa definit. Idem Suar. d. disp. 3. sect. 11. num. 11. Omnesque Ecclesiæ sanctiones sunt accipiendæ tanquam Dei ipsius, Petri ore firmatæ. B. Joan. Capistran. tract. de Papa, Concilii, sive Ecclesiæ auctoris. in princip. tom. 13. Card. Tusch. tom. 3. lit. E, concl. 3. num. 21. ibi: Quod ab Ecclesia, vel Papa fit. dicitur fieri à Deo. Unde auctoritas Ecclesiæ Divina censetur, etsi per homines exerceatur, *extravag. Unam sanctam, de majorit. & obedient. in commun. & ibi August. Barbosa in collectan. num. 1. post gloss. verb. Est autem, Marta de jurisdict. part. 1. cap. 9. cum seqq. Etenim cum Christus suæ Ecclesiæ sit caput, D. Paul. Coloss. cap. 1. ibi: Ipse, id est, Christus, est caput corporis Ecclesiæ: & Clem. univ. in princip. de jurejurand. d. extravag. Unam sanctam, in princip. ubi Glossa, & Barbosa. sup. Card. Baron. *Annal. in apparat. num. 2. Spondan. in ejus Epitom. tom. 1. anno 33. num. 6. Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 2. in fin. & concl. 3. num. 1. Marta sup. cap. 12. num. 1. firmamen, seu fundamentum, D. Paul. 1. ad Corinth. cap. 3. ibi: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus. B. Joan. Capistran. sup. num. 2. Spondan. ubi proximè. quam ille se nunquam derelicturum sponndit, *Mussh. cap. 28. ibi: Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi: ideo quicquid in Ecclesia potestatis, vel auctoritatis est, id totum à suo capite, firmamento, & autore, Christo scilicet, provenit, quòd ultra laudatos jam observavere Azor. institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Decimò queritur, August. Barbosa de potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 5. Spondan. ubi sup. Gregor. de Valent. sup. lib. 6. c. 6. versic. Septimò, maximum pondus.****

Ex quibus, junctis iis quæ sunt præmissa n. 6. 14 & 12. liquidò constat auctoritatem Ecclesiæ, & sacrorum voluminum à Deo proficisci, suamque originem ducere. Unde nec Ecclesia sacrae Scripturæ, nec hæc illi auctoritatis aliquid originaliter confert, sed tantum declarationem, & testimonium de illa, quam Deus præstitit, apud homines exhibet. Et sic à D. Covar. in præsentī docemur.

Ibi: Sed & judiciali auctoritate.

Ecclesia dum codicem quemquam canonicum decernit, se tanquam judicem gerit, imperans, ut illi omnino fides adhibeatur, quo veritas infallibilis continetur, sicut cavetur Trident. *sess. 4. Ita Azor. d. vers. Decimò queritur, & alii quos dedimus sup. n. 10.*

Ibi:

Ibi: *Per traditionem erudita.*

16 Sic Sixt. Senensis in *Bibliotheca sancta*, lib. 1. *sect. 1. in princip.* ait libros esse Canonicos, qui secundum majorum traditionem per ipsum Spiritum sanctum ad eruditionem nostram divinitus inspirati creduntur. Et sacras inter traditiones hæc recensetur, *Qui libri sunt canonici*, ut videre est apud Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 4. vers. Quinto queritur*, P. Gregor. de Valentia *tract. de reb. Fidei hoc temp. controversis*, in *analyfi Fidei Catholicae*, cap. 6. num. 1. Quam traditionem amplectitur Ecclesia, ipsaque eruditur, ac ducitur, ut D. Covar. admonet, dum libris canonicis fidem & auctoritatem sua approbatione quoad nos accommodat. Pat. Suar. *de Fide, disp. 5. sect. 4. num. 9.* P. Valent. *d. lib. 8. cap. 3. vers. De secundo*: Etenim quemadmodum agnoscimus ex traditione opera Plutarchi, Aristotelis, vel Homeri à suis autoribus edita, sic per traditiones credimus sacræ Scripturæ codices divinos esse, qui Spiritu Sancto inspirante hominum manibus conscripti sunt. Sixt. Senens. *sup. lib. 7. in principio, versic. Primum contra Faustum.*

17 Quantum fidem hujusmodi traditionibus adhibere teneamur, obiter præmisimus supra, n. 6. ubi Autores consulendos præstitimus. Illud proculdubio verum, eum hæreticum censeri, qui illas despexerit, aut eisdem non crediderit, Farin. *de hæres. q. 178. §. 1. num. 10.* Gutier. *de delict. q. 32. num. 22.* contra Ecclesiæ decreta in Synodo Constantin. *act. 10. in Nicæn. II. act. 1. & Trident. d. sess. 4.*

18 Hic meminisse oportet eorum, quæ sunt supra, num. 4. nam non de omnibus libris, quos hodie canonicos Ecclesiâ definiendo veneramus, traditio universalis, ac constans extitit, ideoque nec nomen Canonicorum meruerunt ante Ecclesiæ approbationem, & declarationem, ut notavimus ibi: tamen olim pro majori & potiori parte in Ecclesia canonici putabantur. P. Valent. *d. cap. 3. vers. Nec verò Sectarii.* Quam traditionem juxta magis communem, ac potiorum Sanctorum Patrum sententiam amplexa Ecclesia, eos libros qui antea dubiæ fidei apud homines habebantur, sacris voluminibus adjecit, in quo ob Spiritus Sancti infallibilem assistentiam minimè labi in errorem potuit, secundum tradita num. 10. Et licet hujusmodi libris opus fuerit Ecclesiæ auctoritate, ut pro canonicis reciperentur, non ideo tamen existimandum est, eadem non indignisse etiam alia volumina sacra, quæ semper integram fidem ex traditione obtinuerunt, ut Evangelia, & Pentateuchus Moysis; quia eis fides ut canonicis non adhiberetur, nisi Ecclesia eos ut tales reciperet, ipsique usâ ad dogmata Fidei stabilienda, & hæreses confutandas veterem traditionem comprobaret. Unde D. August. *lib. unic. cont. epist. Manichei*, quem paulò antè D. Covar. laudavit, proficitur se nec Evangelio crediturum, nisi Ecclesiæ auctoritate commoveretur, Nec enim ullis traditionibus assensum fidei præstare tenemur, nisi fuerint in Ecclesia receptæ, & observatæ. P. Suar. *d. disp. 5. sect. 4. num. 7.*

Ad Num. 2.

19 Est apud Theologos frequens, & indubitata conclusio, quam D. Covar. in præsentem nos docet, nempe nec Ecclesiam, nec Summum ejus

Antistitem posse novos Fidei articulos introducere, aut statuere aliquam propositionem de fide tenendam, quæ antea talis non esset. Ita P. Suar. *de Fidei disp. 3. sect. 11. num. 4.* P. Valent. *d. lib. 8. cap. 3. vers. Jam verò.* P. Hur. *ad. de Mendoz. tract. de Fide, disp. 7. sect. 3. §. 80.* nam ut hic ait *eadem disp. sect. 2. num. 17.* Ecclesiæ definitio non est divina revelatio, sed revelationis testimonium. Quid autem operetur auctoritas Ecclesiæ declarantis aliquid de Fide, tradidit ex Molina P. Suar. *ubi proxime.* ibi: *Quod si inquiratur, quid nobis conferat Ecclesiæ definitio, respondet (scilicet Molina,) ut nobis certò constet, illud esse de Fide certum, saltem mediâtè: nam Spiritus Sanctus non assistit Ecclesiæ, ut aliquid efficiat de Fide, quod antea non erat, sed ut non erret quando declarat, quid sit de Fide mediâtè, vel immediâtè.* Idem Suar. *dicta sect. 11. num. 11. in fin.* asserit, Ecclesiam sua definitione efficere, ut aliquid sit nunc de explicita & Formali Fide, quod antea non erat.

Verùm hæc restringenda sunt ad Fidei nostræ articulos ac mysteria, alias enim contingere potest, ut nunc post Ecclesiæ definitionem aliquid de Fide sit tenendum, quod ante illam non erat, ut observat P. Valent. *sup. d. cap. 3. vers. Jam quod,* cujus assertionis exemplum expendit in Sanctorum canonizatione; nam juxta veram, ac communem sententiam, quam plurimorum auctoritate comprobavimus supra *lib. 1. cap. 10. n. 49.* Pontifex in illa errare non potest, quo admisso post Ecclesiæ definitionem est de Fide eum æterna beatitudine gaudere, quem ipsa in numerum Sanctorum retulit, quod quidem antea tale non erat. Aliud præterea exemplum hujus veritatis adduci posset de libris sacris, qui aliquando canonici non habebantur; etenim postquam constituti sunt intra canonem divinatorum voluminum, est de Fide illos Spiritu Sancto dictante conscriptos esse, infallibilemque veritatem continere, quod ante Ecclesiæ approbationem de Fide non fuit. Vide infra, num. 22.

Ibi: *Ecclesia verò licet non possit facere, quod quædam, &c.*

Eadem ratione, qua Ecclesia nequit efficere aliquid de Fide, quod ad illam antea non spectabat, non valebit decernere propositionem aliquam esse hæreticam, quæ prius hæresim non continebat; quia de natura hæresis est, quod opponatur Catholicæ veritati. Farinac. *d. 9. 1. num. 3. cum seqq.* Sanch. *in Decalog. lib. 2. cap. 7. à princ.* & cum pluribus aliis est prænotatum supra, *lib. 3. cap. 1. num. 7.* Unde ut assertio quævis hæretica constituatur nunc, quæ talis antea non erat, necessariò desideratur, quod Ecclesia propositionem contrariam de Fide definiat, cui ista advertetur: hoc Ecclesia efficere non valet: ergo neque illud, idest hæreticam assertionem aliquam decernere, quæ Fidei Catholicæ non opponeretur. Et hanc conclusionem cum D. Covar. sustinent Gutier. *d. q. 32. num. 45.* Param. *de Origin. & progressu S. Inquisitionis, lib. 3. tit. de hæresi, n. 14.*

Hæc autem resolutio eidem limitationi subjicienda est, cui præcedentem subjecimus supra, n. 20. nam qui ante canonizationem cujusvis Sancti asseveraret eum æternæ damnationi deditum, hæresim non contraheret; secus si postea suppositâ doctrinâ, quod error Pontificis in his intervenire nequit. Similiter hæretica propositio non esset, quod libri Esther, Tobiz, & alii, qui dubiæ s-

dei habebantur, divina carebant autoritate antequam ab Ecclesia in canone sacrorum voluminum constituerentur; hodie verò aliud esset dicendum, etenim ex his thesibus neutra sacræ Paginæ testimonio, aut traditioni in Ecclesia receptæ, ac constanti refragatur: at post Sedis Apostolicæ decretum utraque est adversus Ecclesiæ autoritatem, & ut hæretica damnari debet; quia supponit eam in his definiendis labi in errorem posse, quod à Catholica deviat veritate; etenim quod errare Ecclesia non valeat, dum libros canonicos declarat, assertum est supra, num. 10. Idem de canonizatione Sanctorum tenent non pauci, quos dedimus supra, d. n. 49. Ad hæc respicere existimandus est D. Covar. in fin. versic. ibi: *Potest tamen Ecclesia efficere per ejus in re olim ambigua, & controversa definitionem, &c.*

Ibi: *Quia nos latebat, an ea esset opinio contraria Fidei.*

23 Vide supra, num. 19. ubi effectus ex Theologis tradidimus, qui ex definitione Ecclesiæ circa res Fidei subsequuntur. Hic autem observare oportet, neminem hæreseos reum fieri, ut pœnas contra hæreticos stabilitas incurrat, nisi qui cognoverit errorem, quem fovet, Catholicæ Fidei refragari, ut videre est apud Farinac. supra, d. §. 1. num. 16. August. Barbof. in collectan. ad Decretal. tit. de hæretic. in rubric. Sanch. d. cap. 7. à princip. & alios quos memoravimus supra, lib. 3. cap. 1. n. 19. Unde cum erranti non liqueat esse de Fide veritatem, quam impugnat, mediante Ecclesiæ declaratione, hæreticus formaliter dici non potest, etsi hæreticalem propositionem materialiter tutetur, sicut D. Covar. rectè monet. Et quamvis divinæ revelationes sacris Litteris contineantur, quibus omninò fidem adhibere tenemur, opus tamen est, ut Ecclesia eas nobis credendas proponat, quæ est infallibilis regula quoad Fidei dogmata, ut illis prudenter assensum præstemus. P. Hurtado de Mendoza tract. de Fide, disp. 7. sect. 3. §. 80. ibi: *Non facit Ecclesia aliquid de Fide, sed exigitur propositio, ut per eam fiat prudenter credibilis revelatio.* De quo Valent. sup. lib. 6.

24 His accedit, quod neque istud, nec aliud crimen perpetratur sine animo & voluntate sic delinquendi, l. Furtum 37. ff. usucap. l. Verùm 40. ff. de furt. l. Item apud Labeonem 15. §. Si quis virgines, ff. de injur. l. 5. tit. 17. p. 7. cap. Si verò 4. de sentent. excommun. quibus juribus aperitè probatur ignorantiam facti à delicti pœna excludere, & egregiè id docet Greg. Lop. in d. l. 5. gloss. 1. Igitur antequam Ecclesia definiat propositionem aliquam esse de Fide, qui contrarium etiam pertinaci animo sustinuerit, hæretici pœnas non luet, cum animum non habeat contradicendi catholicæ veritati, quamquam non ignoret falsum esse quod sentire se profitetur.

Ibi: *Sed quia nomen hoc hæreticorum.*

25 De etymologia, & acceptione nominis hæresis, nonnulla præmisimus supra, lib. 3. cap. 1. num. 22. & consulas Farinac. sup. num. 41. Barbof. ubi proxime.

Ibi: *Exigit profectò pertinaciam, & rebellionem.*

Abque pertinacia hæresim non patrari, cum 26 pluribus assertum est supra, d. cap. 1. num. 17. Vide Farinac. Barbof. Sanch. ubi sup. Guier. d. q. 32. Canteram in qq. crimin. tit. de hæret. à p. incip. P. Suar. de Fid. disp. 19. sect. 2.

Ibi: *Penes Ecclesiam esse potestatem istum declarandi.*

Cujus declarationi assensum præstari necesse est, 27 quia divina nititur autoritate ob infallibilem sancti Spiritus assistentiam, qui Ecclesiam in errorem dilabi circa definitiones Fidei nunquam sinet. Vide notata supra, lib. 1. cap. 10. n. 5. Hinc provenit, ut si quis post Ecclesiæ decretum quicquam adversus Fidem tenuerit, gravissimè delinquat, cum divinæ veritati se opponat, quapropter meritas pœnas dabit, quas ob tantum scelus jura decernunt.

Ibi: *Hinc ab hæresis labe qua ex parte.*

Haud pauci gravissimi viri doctrinâ, ac sancti- 28 moniâ perillustres in diversos errores ceciderunt absque hæresis nota, quos nunc post Ecclesiæ definitionem inter hæreses numerari compertum est. Sic evenit D. Cypriano circa rebaptizandos eos, qui ritè ab hæreticis Baptisma susceperant: & quod mirabilius est, semel atque iterum prolapsus est, eodem D. Cypriano Præsidente, Concilium Africanum plurium Episcoporum assensu, qui interfuerunt, de quo sup. cap. proximo, num. 21. & observat Hurtad. de Mendoz. d. sect. 3. §. 81. Hodie verò qui idem pertinaciter assereret, ut hæreticus damnaretur, quia ab Ecclesia definitum est, non esse iteranda sic collata Baptismata, sicut nec aliud simile Sacramentum, prout traditur d. c. proximo, num. 16.

Ibi: *Erraret equidem, quod est ab Ecclesia Catholica.*

Ecclesia circa res Fidei aliquid definiens est omni- 29 nò ab errore immunis ob Spiritus Sancti assistentiam, qui fallere, aut falli non potest, quod planè constat ex traditis supra, lib. 1. c. 10. n. 5. & 47. & sub hoc. c. n. 10. 13. & 18. Imò in sola Ecclesia Romana Fidei Regula quaerenda est. Valent. sup. lib. 6. per tot.

Ibi: *Potest tamen Ecclesia efficere.*

Vide supra, n. 20. & 22. ubi hujus assertionis exempla recensentur.

Verf. *Canonicos verò libros ex Gelasio.*

30 Canonorum voluminum catalogus legitur non solum in locis, quorum supra meminimus n. 3. sed etiam apud D. Aug. *lib. 2. de doctr. Christ. cap. 8.* Card. Baron. *Annal. tom. 6. in fin.* ubi de legatione Ecclesie Alexand. *vers. Confiteor, Azor. p. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Quartò quaritur, Becan. in analog. veter. & novi Testam. cap. 1. q. 1. num. 1.* Sixt. Senens. *in Bibliotheca sancta, lib. 1. sect. 1. tit. de variis supputationibus, Glossa Ordin. Bibl. in principio*, ubi de libris Canonicis, *vers. isti sunt*, Theatrum vitæ humanæ *lit. B, pag. 212.*

31 Catalogus sacrorum voluminum in hunc modum, & ordinem habetur novissime in Trident. *sess. 4.* ibi: *Testamenti veteris quinque Moyse, id est Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jusuë, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Ester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabole, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch., Ezechiel. Daniel, duodecim Prophetæ minores, id est Osea, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & secundus. Testamenti novi, quatuor Evangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem, Actus Apostolorum à Luca Evangelista conscripti, quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli ad Romanos; duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres, Jacobi Apostoli una, Judæ Apostoli una, & Apocalypsis Joannis Apostoli.* Qui libri omnes unico volumine, quod Biblia nuncupatur, circumferuntur simul cum libro tertio, & quarto Esdræ, qui sanè canonici non sunt, cum à Concilio in hoc à canone non recensentur.

Verf. *Genesis liber unus.*

32 Canon iste recensetur sub Concilio Romano priore sub Gelasio, *tom. 3. Concil. pag. 663. in edit. Parisiensi anni 1636.* Sed ibi trium librorum autor Salomon duntaxat asseritur, (quod & D. Covar. *infra, vers. Psalmorum liber unus*, animadvertit,) qui exprimentur, nempe Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, & immediate subsequuntur Sapientia, & Ecclesiasticus, de quibus est controversia, an fuerint à Salomone conscripti, ut videre est apud D. Covar. *infra n. 3.* quos quidem codices omnes complectuntur verba illa: *Salomonis libri quinque.* Hunc Gelasianum catalogum si quis conferat cum præcedenti ex Tridentino transcripto, unicum discrimen tantum inveniet quoad vetus Testamentum, quod scilicet in illo admittuntur duo libri Esdræ, primus & secundus ut canonici, in isto primus tantummodo, ut legenti patet. Verum hoc ex eo forte provenit, quod primum librum Esdræ aliqui in primum & secundum dividunt, ut tradit Sixt. Senens. *in sua Bibliotheca Sancta, lib. 1. sect. 1. tit. de argument. autorib. & temporib. libror. veter. Testam. sub vers. Esdræ libri duo.* Præterea Gelasius librum Jesu Nave vocat, qui in Tridentino Jusuë nuncupatur,

nam hic Latine, ibi Græcè idem nomen expressum est, ut deducitur ex Sixto Senensi *ubi proximè sub vers. Josuë.* Tandem apud Tridentinum unus ex libris Salomonis dicitur Parabolæ, & apud Romanum in præcitato loco Proverbia.

Verf. *Multa poterant hoc in loco.*

Plurima quidem hauriri possent ex Cornelio à Lapide, qui in principio cujusque voluminis fusè inquirat de iis, quæ ad sacrum librum, quem suis commentariis illustrat, spectant: item ex Sixto Senensi *in d. Biblioth. Sancta*, qui *lib. 8. hæreticorum calumnias adversus Testamentum vetus, singulosque ejus libros deluit, & enervat: quod utique præstitit Cornel. à Lapide in Genes. proem. de encomiis sacre Scripturæ, sect. 2. num. 51. cum seqq.* Card. Bellarm. *lib. 1. de verb. Dei scripto.*

Verf. *Regum libri quatuor.*

Ex libris divinis quidam suos certos, ac notos autores habent, alii non utique, sed adhuc sub judice est, à quibus fuerint scripti, ut admonet Becan. *in analogia veteris & novi Testamenti, cap. 1. quæst. 2. num. 1.* Primi ordinis sunt Genesis, & quatuor alii, qui in Canone subsequuntur, & Pentateuchi nomine continentur, qui à Moyse conscripti sunt, de quo nunquam extitit controversia. Sixt. Senens. *d. cap. 1. sub versic. Pentateuchus*, Becan. *ubi proximè.* Item compertum est, Josuë autorem fuisse ejus libri, qui suo nomine inscribitur. Sixt. Senens. *sub versic. Josuë.* Liber Judicum certo caret scriptore, quidam eum Samueli tribuunt, alii Ezechiel, alii Isaiæ. Sixt. Senens. *sub versic. Judicum & Ruth*, ubi idem de libro Ruth asseruerat. Ex quatuor libris Regum, primum, & secundum ediderunt Samuel, Nathan, & Gad. Prophetæ; tertium, & quartum Esdras, vel ut aliis placeat, Jeremias. Sixt. Senens. *sub versic. Liber primus & secundus Regum; & sub. vers. Regum tertius & quartus.* Libris duobus Paralipomenon assignari non potest certus autor, licet aliquibus Esdras videatur. Sixt. Senens. *sub versic. Paralipomenon libri duo.* Consule Cornel. à Lapide *sup. eos libros*, Card. Bellarm. *de Scriptor. Ecclesiast. Testam. veter.*

Verf. *Psalmodum liber unus.*

Est quæstionis, an omnes 150. Psalmos David composuerit, vel sint ex diversis autoribus collecti, quorum nomina in epigraphe plurium Psalmorum exprimentur? Priori sententiæ subscribere Chrysostomus, & Augustinus, qui totius operis Davidem efficiunt conditorem. Posteriorem amplectitur Hieronymus post Athanasium, secundum quam David supraginta tres edidit Psalmos, reliquos Salomon, Moyses & alii; quos in unum congerit Sixt. Senens. *sub vers. Psalterium*, ubi quot, & quos scripserit quisque demonstrat: & huic posteriori sententiæ assentitur Becan. *d. q. 2. num. 3.* & observat Psalmorum titulos esse Canonicos. Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Nonò quaritur: & vide de hac quæstione Marian. in vetus Testamentum, in princip. Psalter.* Bellarm. *sup. verb. David.* ubi tradit Psalmum 151. qui Davidi tribuitur apocryphum censerit, Senens. *lib. 1. vers. Psalterii appendix*, Tornel. *Annal. anno 2964. d. num. 4.*

Ibi:

Ibi : *Salomonis libri quinque.*

36 Jam *suprà*, num. 32. prænotatum est, quod in præsentî D. Covar. monet : & quidem tres tantùm à Salomone libros esse conscriptos, extra dubium non est, ut ex his quæ D. Covarr. subjungit, apparet : sed crebriori scribentium calculo receptum videtur. Sic Senens. *sub. vers. Libri tres Salomonis*, licet *sup. vers. Sapientia Salomonis*, aliud sentiat Cornel. à Lapide. *sup. lib. Sapient. in princ. vers. Tertid quia*, Bellarm. *verb. Salomon*, Sallian. *Annal. Ecclesiast. tom. 3. anno 3058. in fin.* ubi ex D. Hieronymo enarrat, Salomonem jam poenitentiam sub senium hos tres libros scripsisse, nempe Proverbia, Ecclesiasten, & Canticum Canticorum : quod apertius constabit ex proximè dicendis, cum demonstrabitur, Ecclesiastici, & Sapientia codices ad Salomonem non pertinere.

Ad Num. 3.

37 Meminisse opus est eorum quæ tradidimus *suprà*, n. 4. nam ex libris Canonicis quidam olim pro talibus ab Ecclesia recepti non fuere : hi sunt Baruch, Esther, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæorum duo, qui ad testamentum vetus spectant. Ex novo Epistola ad Hebræos, Epistola D. Jacobi, Epistolæ S. Judæ, secunda S. Petri, secunda, & tertia S. Joannis, Apocalypsis. Quibus cognitis, facile deprehendetur, qui libri protocanonici vocentur, de quibus nunquam dubium extitit; nam cæteri omnes intra Canonem constituti *sup. n. 31.* talès haberi debent. Vide Cornel. à Lapide. *in proleg. ad lib. Ecclesiastici, c. 1. vers. Suppono*, Gloss. *Ordin. Bibliæ in princ.* ubi de libris Canonicis, *vers. Isti sunt*, Azor. *p. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Libri porro*, Sixt. Senensem *sup. lib. 1. sect. 1. vers. Canonici.* De illis ergo codicibus præcipuè, qui aliquando dubiæ fidei fuerunt, D. Covarr. differit, initium capiens à libris Ecclesiastici, & Sapientia, de quibus duplex est quæstio, una de eorum autoritate, altera de autore : utramque egregiè suo more discutit Cornel. à Lapide *in Ecclesiast. prolegom. cap. 1. & 2. & in lib. Sapient. proem. à princip.* nec minùs latè Piña *sup. Eccles. prologo 2. & 4.*

38 Et quidem in primis supponendum est, hodie de hujusmodi librorum autoritate ambigere non licere, quos jam Ecclesia cum reliquis voluminibus sacris recensuit, ideoque parem unicuique autorem, scilicet Spiritum Sanctum, cunctis extitisse fatendum est : nec minus autoritatis obtinet qui postremò approbati feruntur, ut *sup. numer. 4.* præmisimus, & ita de Fide tenendum est. Cornel. à Lap. *d. cap. 1. vers. Nunc dico, & in lib. Sap. in princ. vers. Verum respondeo.* Piña *de prologo 4. n. 5.*

39 Illud compertum est, Ecclesiasticum, & Sapientiam non esse ex libris protocanonicis, sed ex deuterocanonicis, qui dubiæ fidei nonnunquam habebantur, ut apparet ex catalogo, qui est *suprà*, num. 37. & testantur Cornel. à Lapide *sup. Sapient. in princip. vers. Porro S. Athanasius, & sup. Ecclesiastic. in prolegomen. cap. 1. versic. Suppono*, Piña *prolog. 4. numer. 2.* Azor. *dicto versic. Libri porro*, Glossa *Ordin. sup. versic. Isti sunt*, Valent. *tractatu de rebus Fidei hoc temp. controvers. Itaque licet.* Lorin. *sup. Sapient. in præfat. cap. 1.*

40 Verùm quæri potest à quo libri isti cœperunt esse canonici; Cornel. à Lapide *sup. Sapient. dicto princip. versic. Verum Respondeo*, de eo volumine

agens plura, & antiquissima Concilia, Sanctorumque Patrum testimonia congeffit, ex quibus apparet, librum illum multis antea sæculis esse ab Ecclesia seu canonicum approbatum, quàm à Tridentina Synodo in Canonem referretur. Idem de Ecclesiastico testatur Piña *ubi proximè nu. 5.* quod utique suadent tradita hîc à D. Covar. Et hæc de hujusmodi librorum autoritate.

Ibi : *Qui & illud inquit, an hi libri fuerint à Salomone scripti?*

Hoc etiam ad amussim, ac latè disquirit Cornel. à Lapide, qui *sup. Ecclesiastic. in prolegomen. cap. 2.* pluribus laudatis, qui operis ejus autorem Salomonem fuisse asseverant, ipse *versic. Verum certum est*, resolvit Jesum, filium Sirach, id volumen edidisse, ut habetur in ejus epigraphe, quod ille fusè probat. Idem similiter tuetur Piña *sup. prologom. 2. ex num. 5.* Consentit Sixt. Senens. *d. lib. 1. versic. Ecclesiasticus*, Becan. *in analog. veteris & novi Testamenti, cap. 1. q. 2. nu. 6.* Bellarm. *verb. Jesus Sirach.* Torniell. *Annal. anno 3808. num. 2.* & alii plures apud ipsos, maximè D. August. *lib. 2. de doctrina Christiana, cap. ult. D. Epiphani. lib. 1. hæresi 8. & lib. de ponderib. D. Hieron. in prolog. ad lib. Reg. & in præfat. ad Proverb. Salomon.* quod planè exprimitur *cap. penult. ejusdem Ecclesiast. in hæc verba: Doctrinam Sapientia, & disciplina scripsit in codice isto Jesus filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo.* Quod utique in prologo similiter habetur.

41 Quis autem fuerit hic Jesus filius Sirach, ejusque genealogiam tradidit Cornel. à Lapide *vers. Quæres quis fuit*, ubi testatur illum Prophetam fuisse, floruisseque post Alexandrum Magnum sub Rege Ptolemæo Philadelpho. Vide Torniell. *Annal. anno mundi 3741. numer. 3. & anno 3808. d. num. 2.*

42 Pluribus de causis liber iste Salomonis esse credebatur, quas recenset Cornelius *versic. Dices cur.* Prima ob similitudinem, quam cum libris Salomonis habet. Secunda, quia Jesus nonnulla ex Salomone deprompsit. Tertia, nam cum sapientialis fuisset, Salomonis operibus annecti solebat, unoque volumine continebantur. Quarta, quoniam eloquio similes erant. Quinta, quod Jesus hic alias Salomon vocabatur. Sexta quoniam ipse autor Salomonis nomine opus suum insignierit. De quibus Piña *sup. prolog. 2. numer. 6.* & paulò inferius D. Covarruv. aliquam insinuat.

Ibi : *De autore autem libri, qui Sapientia inscribitur.*

43 De hac quæstione quadruplex opinio apud Scribentes reperitur. Prima sustinet, codicem istum à Salomone elaboratum. Secunda à Jesu filio Sirach, Ecclesiastici autore. Tertia à Philone Judæo juniore, qui post Christi tempora vixit. Ultima à Philone seniore, qui Christum centum sexaginta annis antecessit, quas omnes refert, ac rejicit Cornel. à Lap. *sup. Sapient. ex vers. Prima sententia, & tandem versic. Dico ergo*, concludit certum hujus libri autorem esse Spiritum Sanctum, sed à quo scriptus fuerit, penitus latitare. Consulat præterea Gloss. *ordin. sup. versic. Isti sunt, el. 2.* ubi quod omnium ferè consensu autor fuit Philo Alexandrinus Judæus. Sixt. Senen-

Senensem *sup. versic. Sapientia Salomonis*, Lorin. *sup. Sapient. in præfat. cap. 1. & 2.* Becan. *d. q. 2. num. 3.* Bellarm. *sup. verb. Salomon.*

ubi nuper, num. 31. cum seqq. & Gasp. Sanch. prolegomen. 3. in princip. Salian. num. 5. cum seqq. Tor- niell. sup. anno mundi 2319. n. 11. & 12.

- 45 Quo tempore editum fuerit hoc volumen non constat, suspicatur tamen Cornel. *versic. Videtur ergo*, coætaneum esse Ecclesiastico, & post extinctum Alexandrum Magnum sub tempus Ptolemæi Philadelphi à suo autore confectum. Vide *suprà*, num. 42.

Ibi: *Et habitasse in Idumæa & Arabia finibus.*

Ibi: *Uterque enim propter eloquii similitudinem.*

Nempe in terra Hus, unde Job Idumæus vocitatur, vel quia natus est in Bosra oppido Idumææ, de quo consulas Salian. *d. anno 2319. ex num. 4. maximè num. 10.* Tor niell. *ubi proximè*, Gasp. Sanch. *sub prolegom. 3. n. 22.* Pined. *d. cap. 1. numer. 31. cum aliis.*

- 46 Et etiam aliis de causis, quæ ex Cornelio à Lapide enumerantur *suprà*, num. 43. quæ ferè omnes utriusque codici, nempe Ecclesiastico, ac Sapientiæ accommodari possunt, quanquam Cornelius solum de Ecclesiastico sit loquutus.

Ibi: *Erat autem ipse filius quidem Zaræ.*

Ad Num. 4.

Sic tenent omnes: de matre verò, an fuerit Bosra, ut hîc dicitur, ambigit Pineda, subdens fore Septuaginta Interpretes non loqui de genitrice, sed de patria, quam matrem appellarunt. Legas eum num. 32. Sed Salian. *dicto anno 2319. num. 4.* matrem Job Bosram fuisse asseverat, quamquam nomen idem matri, & patriæ Job convenire, non parum Pinedæ dissensui adstipuletur. Natus est egregius ille vir anno mundi 2329. à Zara genitus, Duce quidem, non Rege ut testatur Tor niell. *eodem anno, in fin.* asserens quod si Job Rex fuit, non jure hæreditario, sed aliunde eam dignitatem adeptus est. De quibus etiam Salian. *eod. anno.*

- 47 Hic liber Job inter protocanonicos recensetur, quia tam apud Hebræos, quam apud Christianos pro divino est habitus, ac intra Canonem receptus, de cujus autoritate infallibili nunquam Catholici dubitarunt. Pineda *super Job, in præfat. cap. 2. num. 2.* Sixt. Senens. *vers. Job, Gloss. ordin. ubi sup. vers. Isti sunt, el primero, Azor. pars. 1. lib. 8. cap. 1. versic. Libri porro.*

Ibi: *De auctore verò licet variæ fuerint opiniones.*

Ibi: *Sed à Nahor fratre Abraham & Melcha.*

- 48 De quo fusè Pineda *sup. cap. 3. per totum*, ubi quinque sententiæ examinantur; nam quidam librum hunc ab amicis Job scriptum opinantur, alii à Salomone, alii à Moyle, alii ab aliquo ex Prophetis, alii tandem à Job ipso, quam ultimam pluribus comprobant, & amplectitur idem Pineda *ex num. 3.* Videndi sunt itidem Gasp. Sanch. *in Job, prolegomen. 2.* Senens. *ubi proximè*, Mariana *in vet. Testament. sup. Job. in principio*, Becan. *sup. num. 7.* Bellarm. *de Scriptoribus Eccles. Testament. veter. verbo Job.*

Huic sententiæ subscribit Gasp. Sanch. *de prolegom. 3. num. 21.* at quod Job descenderit ab Esau, magis apud sacros Interpretes, & Historiographos obtinuit, ut ex laudatis constat.

Vers. Tobia liber unus.

Ibi: *Sermone Syro scriptum.*

- 49 Quo idiomate autor codicis hujus usus fuerit, exactè inquit Pineda *sup. cap. 3.* ubi an simplici, & pura lingua Syria, vel mixta, & corrupta scriptus fuerit, scilicet Syrochaldaica, & Hebræa, & Chaldaea constante.

Liber iste deutero-canonicus putatur, quoniam non semper canonici auctoritatem meruit, ut prænotatum est *suprà num. 37.* & præter ibi allegatos idem observat Cornel. à Lapide *sup. Job, in argument. vers. 1.* Sixt. Senens. *in sua Biblioth. Sancta, vers. Tobias.* Postquam autem ab Ecclesia in Canone sacrorum voluminum est constitutus ipsum canonicum fore de Fide est. Cornel. *ubi proximè, versic. Verum jam, & vers. Queritur tertio*, tradit eum librum linguâ Chaldaicâ fuisse scriptum. Autor ejus fuit Tobias senior jussu Archangeli S. Raphaëlis, qui usque ad caput 13. scripsit. Tobias junior historiam est prosequutus, & alius quidam ignotus nonnullos versus adjecit. Cornel. *vers. Queritur quarto.* Non desunt, quibus placet Esdram historiographum illius fuisse. Cornel. *vers. alii*, de quibus etiam Senens. *ubi proximè*, Becan. *in analog. vet. & novi Testam. cap. 1. quest. 2. num. 7.* Bellarm. *verb. Tobias.*

Ibi: *Illud tandem obiter adnotabimus.*

- 50 Quis fuerit Job, utrum Sanctus, Propheta, vel Rex, & alia disquirunt Gasp. Sanch. *in prolegomenis*, & Pined. *in comment. ad cap. 1. à princip.* de quibus omninò videndus differit Salian. *Annal. Ecclesiastic. tom. 1. anno mundi 2319. à num. 4. & aliis pluribus annis*, & Tor niell. *similiter in Annal. sacris.*

- 51 Licet communiter placeat, Job suam originem ab Abraham per Esau trahere, ut D. Covar. videtur *in præfati*, cui accedit Salianus *ubi proximè, anno 2319. num. 10.* ibique genealogiam Job similiter tradit; tamen in quadruplicem sententiam dividuntur Autores, ut videre est apud Pinedam *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

Ibi: *Siquidem receptus est inter canonicos à Synodo.*

Hoc Carthaginense Concilium, sicut & cætera omnia confirmata sunt Synodo sexta generali, quæ habita est Constantinopoli in Trullo, ut

D. Covar. *sup. num. 3.* præmisit, & adnotatur in *Histor. Pontific. tom. 1. lib. 2. cap. 7. ad fin.* In quo observare oportet, eos libros, quos Carthaginense Concilium recensuit, non fuisse de Fide canonicos priusquam à Sede Apostolica illud confirmaretur, à Leone scilicet II. in sexta generali Synodo, ut præmissum est, quæ ad annos 680. fuit celebrata. Ratio est, quia Concilia provincialia, quale fuit Carthaginense, de quo nobis est sermo, non obtinent auctoritatem infallibilem circa res Fidei, nisi à Summo Pontifice approbentur: imò errare in illis possunt, sicut non semel contigit, & *suprà, cap. proximo, num. 21.* reperitur exemplum, & animadvertunt *Can. lib. 5. de loc. Theologic. cap. 4. Pat. Hurtad. de Mendoza tract. de Fide, disp. 7. sect. 3. §. 81. Padilla in Chronographia Concilior. proem. tit. de auctoritat. Concilior.* ubi latè probat, Concilia omnia legitime congregata per Pontificem, etiam generalia, Legatis Sedis Apostolicæ præsentibus, in huiusmodi errorem dilabi posse, si confirmata, & approbata non fuerint ab ipso Pontifice, penes quem est auctoritas infallibilis quoad ea, quæ spectant ad Fidem, & hanc non transfert in suos Legatos, quos ad Concilia mittit: quare nullum est Concilium, quod confirmatione non egeat, ut quæ in eo definiuntur, de Fide habeantur, exceptis illis, quibus Pontifices ipsi personaliter interfuere: ea memorat Padilla *ubi proximè, sub tit. quibus Concil. præfeditur Papa.* Unde licet Concilium hoc Carthaginense III. sub Sylvestro I. congregatum fuerit ad annos 330. Canon tamen sacrorum voluminum ibi insertus auctoritatem de Fide non obtinuit usque ad præfatam Leonis II. confirmationem.

Ibi: *A Synodo Florentina.*

- 57 Huic Concilio Florentino præfedit idem Pontifex Eugenius IV. fuitque generalis 18. & ex Florentinis III. Padilla *d. tit. quib. Concil. præfeditur Papa, & fol. 86. vers. Florentinum tertium*, ubi quod celebratum est anno 1439. *Histor. Pontific. tom. 2. lib. 6. cap. 13. fol. 68.*

Ibi: *Contigit autem Tobie historia.*

- 58 Nonnulla de Tobia seniore, ac juniore observanda sunt ex Cornel. à Lapide. Tobias igitur senior ortus est in urbe Nephtali, in tribu Nephtali: atque ita Galilæus fuit, & Prophetam egit. Cornel. à Lapide *sup. Tob. in argum. vers. Quintò quæritur.* Is cum trigessimum nonum ætatis annum ageret captivitatem subiit, ductusque est à Salmanasser Rege à Chaldæa in Assyriam: vixit captivus annos 63. atque ita centum duorum annorum erat, cum obiit: oculorum usu orbatus est anno ætatis 56. & sic per quadriennium mansit, ac post visum sibi restitutum quadragesimum secundum usque ad obitum peregit. Cornel. *versic. Tobias senior*, Salian. *Annal. tom. 4. anno 3276. n. 3.* quo Tobiam seniore editum testatur. Cornelius *ubi proximè*, ait sub tempus nativitatis prioris Tobie initium olympiadum evenisse, ortumque Romuli, & Remi: sed *suprà lib. 1. cap. 10. num. 3.* de olympiadum institutione disseruimus, & juxta ibi traditam temporis supputationem multò ante Tobie nativitatem olympiades esse cœperunt, nempe 68. annis. De Romulo & Remo sermo est *suprà, hoc lib. cap. 1. num. 2.* & computatio illa congruit iis, quæ ex Saliano & Cornelio nuper-

rimè asseveravimus. Consule etiam Torniiell. in *Annal. sac. d. anno 3276.*

Tobias junio bimus unà cum patre jugum captivitatibus pertulit, vectusque est in Mediam, ubi cum 23. aut 24. annorum foret, Saram duxit in conjugem: vixit 164. vel 165. annis. Ita Cornelius *ibidem.* Vide Salian. *d. tom. 4. num. 3312. num. 2.* cui nativitatem hujus Tobie adscribit, qui per plures annos sequentes utriusque Tobie sacram historiam egregiè prout illi de more est, suis commentariis illustrat post Torniiellum in *Annal. sacris, sub eisdem annis.*

Ad Num. 5.

Hic animadvertendum est, quod *suprà num. 32. 60* præmittitur de discrimine inter canonem Gelasii Pontificis, & Concilii Tridentini quoad libros Esdræ.

Librum primum, & secundum Esdræ, quorum 61 posterior Nehemias nuncupatur in Concilio Tridentino, ut refertur *suprà, num. 31.* protocanonicos esse ex eo constat, quod inter eos recententur, qui indubitata fidei, ac infallibilis veritatis perpetuò fuere, ut videre licet apud autores laudatos *suprà, num. 37.* Cornel. à Lapide *sup. Esdræ, in prolog. vers. Primus & secundus*, Gaspar. Sanch. in *Esd. prolegom. 6.*

Autor libri primi Esdras ipse ab omnibus agnoscitur, ut testatur Cornel. à Lapide *vers. Autor libri primi*, Sixt. Senens. in *Biblioth. sancta, lib. 1. vers. Esdræ libri duo*, Becan. in *analog. veter. & novi Testam. cap. 1. quest. 2. n. 5.* Gaspar. Sanch. *prolegom. 3. num. 6.* Salian. *Annal. tom. 4. anno 3476. n. 1.* ubi quod fuit alter Esdras antiquior, Torniiell. *Annal. sac. anno 3616. & anno 3476.*

De secundo libro, qui Nehemias dicitur, est 63 opinio communis sustineat, à Nehemia conscriptum, tamen D. Athanasius in *synopsi*, & D. Hieron. *lib. 6. Erymologiar. cap. 2.* sentiunt Esdræ utriusque codicis autorem extitisse, consentit Torniiell. *ubi proximè.* Sed communi subscribunt Senens. & Cornel. *ubi proximè*, Gaspar. Sanch. *dict. num. 6.* Bellarm. *verb. Esdras.*

Utrumque volumen scriptum est lingua Hebræica, sed pluribus interjectis vocibus Chaldæis, quoniam Hebræi proprium idioma cum Chaldæo immiscentes corruperunt, dum Babylonensi captivitate detenti sunt. Cornel. *vers. Quæres quartò.* Primum enarrat gesta circa liberationem populi à captivitate ab anno 1. Cyri Regis usque ad 7. Artaxerxis, quo Esdras missus est in Jerusalem. Secundum profectur ab eodem septimo anno ad 32. Artaxerxis ipsius, ubi de reedificatione Templi sermo est: quod ut communis fert sententia, scripsit Nehemias, quem Rex iste vigesimo sui principatus anno dimisit, cum jam septimo Esdræ libertate donasset. Cornel. *ubi proximè, & sub tit. Series præscorum Reg. Persar. vers. Sextus.* Quo tempore scripserit, vide apud Torniiell. *ubi proximè.*

Non solum primus hic liber canonicus ab Esdra scriptus est, sed fertur etiam & alios sacros edidisse: imò sunt qui sentiant, totum vetus Testamentum, quod exustum ab hostibus fuerat, ab eodem iterum Spiritu sancto dictante divinitus restitutum; & saltem plurima supplevisse, & cuncta in ordinem redevisse, communiter placet. Cornel. à Lapide. *sup. veri. Verum dic, & vers. Quæres tertio, cum seqq.* Gaspar. Sanch. *prolegom. 3. num. 7. & prolegom. 4. per tot.* Sixt. Senens. *ubi proximè*, Salian. *Annal. tom. 4. anno 3447. n. 20.* Ve-

Verùm duo ultimi libri, quibus nomen Esdræ præfixum est, ab ipso scripti non censentur, sed apocryphi putantur, licet cum sacris libris uno volumine contineantur, & à nonnullis Patribus allegentur. Gasp. Sanch. *prolegom.* 3. num. 7. & *prolegom.* 4. Torniell. *Annal.* anno 3476. Becan. *sup. quæst.* 4. num. 2. Salian. *ubi proximè.* Cornel. *sup. Esd. vers. Primus, & secundus, in prolog.* Senens. *ubi sup.* Canon librorum, qui apud Hebræos Divini habebantur, editus est sub tempus Esdræ & Nehemiæ, qui Synagogæ præerant. Cornel. *ubi nuper, vers. Esdræ, Sanch. sup. prol.* 7. n. 21.

66 Quis autem fuerit Esdras, discas ex Cornelio à Lapide *in dict. prolog. vers. Quæres primò,* & Gasp. Sanch. *prolegom.* 1. Constat quidem esse filium Summi Pontificis Saraïæ, qui cum aliis optimatibus Hebræorum peremptus est à Nabuchodonosor.

67 Et quæstionis, an fuerit Propheta, de qua Cornel. à Lapid. qui *vers. Verùm dic.* partem affirmativam tuetur, cui assentit Sanch. *suprà, prolegom.* 2. num. 5. adversus D. August. *de civit. Dei lib.* 18. cap. 36.

Ibi: *Dicitur autem secundus liber Esdræ.*

68 Supposita ista communi opinione, de qua *suprà, n. 63.* omnes qui eam amplectuntur, hanc reddunt rationem, ut liber secundus Esdræ nuncupetur, quem Nehemias scripsit, quia scilicet quæ Esdras sub id tempus patrauerit, recensentur. Ita Sixt. Senens. *d. vers. Esdræ libri duo,* Cornel. *sup. vers. Autor primi libri,* ubi dedit alios.

Ibi: *Ea verò, quæ in his libris traduntur.*

Sic prænotatum est *suprà, num. 64.*

Ibi: *Quis autem fuerit hic Artaxerxes.*

69 Quicquid alii opinentur, sententia cui D. Covar. tandem subscribit, nempe historiam contentam primo ac secundo libro Esdræ ad regnum, & tempora Artaxerxis Longimani, sexti Persarum Regis pertinere, juxta communem consensum verior habetur, ut inquit Gasp. Sanch. *suprà prolegom.* 7. num. 17. Idem placet Cornelio à Lapide *sub tit. Series priscor. Reg. Persar. vers. Sextus,* ubi observat 40. annis hunc Artaxerxem regnavisse. Salian. *anno 3595. n. 3.* ubi plures, *tom. 5. & latè probat anno 3609.* Torniell. 3595. n. 1.

70 Admonendi sumus, duplicem fuisse Hebræorum captivitatem, unam altera 134. annis priorem, de qua fit mentio *Reg. lib. 4. cap. 17. & Tob. cap. 1. vers. 1.* Cornel. à Lapid. *in prolog. ad Esdras, vers. 1.* Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 4. anno 3314. n. 9.* In hac, scilicet antiquiore, decem tribus Israël abductæ sunt in captivitatem à Salmanassar Assyricorum Rege, ut *suprà n. 58.* tetigimus, quæ quidem perpetua fuit. In posteriore Nabuchodonosor Persarum Rex duas tribus, nempe Juda, & Benjamin in Babyonem transmigrare jussit, quas jam debellaverat, quæ captivitas septuagesimum non excessit annum; nam Cyrus Persarum Rex sub imperii sui primum annum Hebræos in Judæam remigrare concessit. Cornel. *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

ubi proximè, Ant. Cont. in Chronic. canon. sub quarta & quinta ætate, Salian. tom. 5. num. 3517. num. 3. & 4. cum seqq. & tom. 4. num. 3314. d. num. 3.

Quibus autem annis hæc evenerint, videre licet apud Euseb. Torniell. Contium, & alios Chronographos, in quibus non modicum diversitatis reperitur: sed juxta computationem temporum à Saliario in suis annalibus traditam, prior captivitas, seu transmigratio Israël, incidit in annum 3314. Salian. *ibi, n. 3. tom. 4.* Posterior Judæ & Benjamin, anno mundi 3436. quo dux hæc tribus à propriis sedibus in Babylonem translatae sunt. Hic observat Saliarius *num. 43.* septuaginta annos hujusce captivitatis non dinumerari ab anno isto, sed à quo populus devictus est, ac in servitutem redactus, etsi in Judæa permanserit. Cyrus indulsit Hebræis, ut in Judæam regrederentur; captivitate soluta, anno 3517. quo Persarum cæpit Imperium. Salian. *ibi, tom. 5. ex n. 4.* Esdras rediit in Jerusalem sub Artaxerxe Longimano anno 3595. Salian. *ibi, n. 2. tom. 5.* Nehemias ab eodem Principe missus est anno mundi 3609. ante Christum natum 444. Salian. *tom. 5. anno 3608. & 3609.* Obiter ex eodem Saliario est animadvertendum, Nehemiam de quo agimus (fuerunt enim plures) filium fuisse Helchiæ, & Sacerdotem ex tribu Levi, familiaque Aaronis. Salian. *d. anno 3608. n. 4. & 6.* Senens. *ubi sup. d. vers. Esdræ libri duo,* ac pincernam Artaxerxis, Cornel. à Lap. *in lib. 2. Esd. argument.*

Ibi: *Hanc historiam contigisse sub Dario Mnemone.*

Hic Darius, sive Artaxerxes, Mnemon dictus est, quasi memor, ob memoriæ præstantiam, fuitque decimus Persarum Rex, nonus à Cyro, & tertius ab Artaxerxe Longimano, qui misit Esdras, & Nehemiam in Jerusalem. Vide Cornel. *sup. Esdras, in prolog. sub tit. Series prisc. Reg. Persar. vers. Decimus,* Salian. *d. anno 3608. n. 5.* ubi expressim hanc sententiam rejicit, & anno 3609. latè probat Esdræ historiam sub Artaxerxe Longimano contigisse. Torniell. *sup. anno 3616.*

Ibi: *Qui Longimanus dictus est.*

Longimanus idè cognominabatur, quia unam manum altera longiorem habebat. Cornel. *ubi proximè, vers. Sextus,* Vide *infra.*

Ibi: *Qua in re illud erit omninò observandum.*

Quibusdam in regionibus obtinuit, ut omnes Principes, qui eis dominabantur, uno eodemque nomine communi appellarentur. Sic Assuerus nomen commune fuit Regum Medorum, Artaxerxes Persarum. Cornel. à Lapid. *in Esther. cap. 1. vers. 1.* ubi notat nomina *Darius, Xerxes, & Artaxerxes,* idem ferè significare; nam *Darius* idem est ac coërcitor: *Xerxes,* bellator: *Artaxerxes,* magnus bellator, Celada *in Esther. cap. 1. §. 10. num. 2.* Ptolomæus nomen commune fuit Regum Ægyptiorum, Antiochus Græcorum, Salian. *Annal. tom. 5. anno mundi 3809. num. 4.* Calepin. *verb. Archafes:* Archafis Parthorum, Salian. *anno 3806. num. 4.* Calepin. *ubi proximè,* Erechtheida Regum Atheniensium, ut prænotatum est *suprà, hoc lib. cap. 1. n. 30. vers. Erechtheis tribus:* Nabuchod-

buchodonosor Chaldæorum, Arpacadi Medorum. Celada *ubi sup.* Hoc autem fiebat in honorem Principum, qui aut regnum primi constituerunt, aut alias egregiè principatum gessere. Calepin. *sup.* Unde in nonnullis provinciis pro temporum varietate Reges diversa nomina communia sortiti sunt, ut in Ægypto, ubi Ptolomæi, & Pharaones: in Media Assueri, & Arpacadi, sicut ex præmissis apparet.

- 75 Qui Reges in aliquibus regionibus, quique viri illustres sub tempus Esdræ in orbe floruerint, habetur apud Cornel. à Lapid. *in Esdr. lib. 1. in prolog. vers. Tempore Esdræ*, Gasp. Sanch. *sup. Esd. prolegomen. 7. num. 18.*

Verf. Esther liber unus.

- 76 Licèt D. Covar. in præsentia asseveret, de auctoritate libri hujus nunquam neque ab Hebræis, neque à Christianis fuisse dubitatum; tamen aliquandiu integræ fidei non fuit apud Christianos, seroque ab Ecclesia inter canonicos receptus est, quanquam intra Canonem Hebræi illum constituerint. Unde non protocanonicus, sed deuterocanonicus censetur. Gasp. Sanch. *in Esther prolegomen. 4. num. 8. & 9.* Sixt. Senens. *in sua Bibliotheca Sancta, lib. 1. sect. 1. vers. Esther, & sect. 2. sub tit. de Scriptur. & Scriptorib. Divin. vers. Esther.* Atque ita inter volumina, quæ dubiæ fidei aliquando fuere, recensetur, ut videre est supra, *num. 37.*

Ibi: Illud tamen erit observandum.

- 77 Tot, ac variz reperiuntur sententiz, dum quaeritur quis ex Persarum Regibus fuerit Esther conjugio copulatus, ut Salianus *tom. 5. anno mundi 3590. num. 2.* non immeritò asseruerit, nullum ferè Persarum Regem extitisse, cui non plerique Esther connubio sociarint: ipse verò *num. 3. cum seqq.* fusè probet, Autoribus cum paucis adductis conjugem Esther fuisse Artaxerxem Macrochir, sive Longimanum, cui opinioni ut magis receptæ accessere Sanch. *ubi proximè, prolegom. 3. à num. 4.* Celada *d. §. 10. n. 9.* Sabellic. *ennead. 3. lib. 3.* apud quos sunt plures. Vide tamen Cornel. à Lapid. *in Esdr. argument. vers. Quæres quo tempore*, Torniiell. *in Annal. Sacris, anno mundi 3590. num. 6. & anno 3650.* ubi probat, Esther non Artaxerxi Longimano, sed Mnemoni nupsisse, ut D. Covar. videtur.
- 78 De autore libri ejusdem similis est apud Scribentes contentio; nam quidam putant sacrum Historiographum Esdram: alii Joachim Pontificio munere sub tempus illud fungentem: alii viros Synagogæ? plerique Mardocheum, cui opinioni patrocinantur caput *9. vers. 10.* caput *12. vers. 4.* & caput *20. vers. 29.* ejusdem sacre historiz, ac ut frequentius receptæ subscribunt Cornel. *ubi proximè, vers. 1.* ubi quod Esther unà cum Mardocheo scripsit, Gasp. Sanch. cum pluribus *prolegom. 1. num. 1. & 2.* Senens. *sub dict. tit. de Scriptur. vers. Esther*, Celada *sub prolegom. 3. §. 8. num. 4.* Mariana *in vet. Testam. sup. lib. Esdr. in princip.* Bellarm. *sup. verb. Mardocheus.*
- 79 Istud volumen hebraïco idiomate fuisse scriptum observat Sanch. *prolegomen. 2. num. 3.* & ita sentiunt communiter Interpretes.
- 80 Ea autem quæ latissimè de hujusmodi libro D.

Covar. prosequitur, satis examinant, & discutunt Autores præcitati, & alios quatuordecim dant Cornel. *d. vers. Quæres quo tempore, num. 5.* Celada *d. §. 9. num. 9.* ubi cumulat eos qui Esther historiam scholiis illustrarunt.

Verf. Judith liber unus.

Codex iste deuterocanonicus est, ex illis scilicet, qui etsi à principio Canonicam auctoritatem non obtinuerint, postea tamen ab Ecclesia intracanonem sunt ut divini constituti, secundum tradita supra, *num. 4. & 37.* & sic tenent præter ibi laudatos Celada *in Judith. in princip. num. 5. & 6.* Cornel. à Lapide *sup. eund. lib. in argumento, vers. 1.* Gasp. Sanch. *ibidem, prolegom. 8.* Sixt. Senens. *in Biblioth. sancta, lib. 8. hæresi 11.*

De autore hujus libri nihil certi statui potest, unde incertum eum omninò esse inquit D. Isidor. *lib. 6. origin. cap. 2.* quem sequuti sunt Sanch. *prolegom. 1.* Cornel. *ubi prox.* & alii apud ipsos. At Joachim Pontificem, sub cujus tempus egregium Heroïnæ facinus evenisse fertur, autorem asserunt Celada *sup. §. 1. num. 3.* iique quos hic refert. Becan. *in analog. veter. & novi Testam. cap. 1. quest. 2. num. 7.* eum tribuit Eliachim Sacerdoti, qui idem, ac Joachim est, ut advertit Bellarm. *verb. Eliachim.* Sed has opiniones ut sufficienti destitutas fundamento rejicit Sanch. *ubi nuper.*

Quo sermone scripserit hunc librum illius auctor, quisque ille sit, etiam quaeritur. Celada *sup. §. 1. num. 4.* consequenter sustinet, scriptum fuisse Hebraïco, cum ut ipse opinatur, Hebræus foret, Joachim videlicet Pontifex, qui Judith historiam memoriæ tradidit. Verùm & de hoc ambigit Gasp. Sanch. *prolegom. 3.* quoniam nullum extat exemplar Hebræum, sed Syrum, ac Græcum.

Ibi: Ejus verò historiam sub temporibus.

Ad salebrosam devenitur disputationem, sic **84** hanc appellat Celada *sup. lib. Judith, in comment. ad cap. 1. vers. 5. §. 22. num. 122.* plurimum enim discrepant sacri Interpretes, Historici, & Chronologi, dum tempus assignant, quo Judith historia contigerit: nam duplex est quaestio, prior an ante Babylonicam captivitatem, vel post Holophernes peremptus fuerit. Posterior, admissio quod post libertatem Hebræorum evenerit, dubitatur sub quo Persarum Rege, qui post Cyrum imperio potitus est. Quoad prius quaesitum est communis sententia asseverans, Judith interfecisse Holophernem antequam Hebræi in Babylonem captivi ducerentur, sub tempore Manassis Regis Juda, & Nabuchodonosor, qui Merodach Baladan cognominabatur, cujus Dux fuit Holophernes. Hujus opinionis sunt, omissis pluribus, Card. Bellarmin. *lib. 1. de verb. Dei, cap. 12.* Serar. *in cap. 1. Judith, quaestiunc. 2.* Salian. *Annal. tom. 4. anno mundi 3344. num. 8.* qui hoc anno Judith liberasse patriam censet, à quo ad annum 3517. quando Hebræorum captivitas soluta fuit per Cyrum, lapsi sunt anni 173. Unde constat quantum temporis antecesserit factum Judith, juxta opinionem istam.

Contra est secunda opinio, & quidem magis **85** recepta, quæ habet post Hebræos patriæ restitutos, quod anno primo imperii Cyri evenit, Judith

Holophernem enecasse. Ita Sanch. *prolegom.* 4. Cornel. à Lapide *vers.* *Alii ex adverso*, Celada *dict.* num. 122. *vers.* *Posterior*, Torniell. *Annal. Sacr. anno mundi 3353. ex num.* 1. qui suam sententiam fulciunt, oppositam confutant, & utriusque sequaces recensent. His jungendus est D. Covar. qui licet controversiam præmissam non attigerit, dum disputat sub quo ex Regibus Persarum post Cyrum Judith emicuerit, necessario tamen insinuat, post libertatem Judæorum ipsam floruisse. Isti autem Autores, qui inter se circa præcedentem quæstionem conveniunt, dissident maxime circa subsequenter, ut observat Torniell. num. 2. nempe sub quo Imperatore Persarum Judith historia acciderit?

- 86 In hac non duæ, sed plures existunt sententiæ. Torniell. anno 3353. à princ. & 3572. à num. 3. fusè probat, Xerxi filio Darii Hytaspis Persis dominante, Judith peremisse Holophernem: consentit Cornel. à Lapid. *sup. lib. Judith, in argum. vers.* *Ex dictis constat*, Sanch. *prolegom.* 5. n. 13. qui etsi eum vocet Artaxerxem, ait esse filium Darii Hytaspis. Celada *dict.* §. 22. n. 125. *cum seqq.* apud quos alii, ipsique sententias oppositas afferunt, ac refellunt D. Covar. Judith ad tempora Darii Hytaspis patris Xerxis, de quo præfati Autores, pertinuisse existimat; nam ille post Magos adeptus est imperium. Sed neotericis magis arridet præfata communis opinio.

Ad Num. 6.

- 87 Catalogum Regum, qui in Perside post Cyrum imperarunt, habes apud Cornel. à Lapide *sup. lib. 1. Esdræ, in prolog. sub tit. series prisorum Regum Persar.* Cardin. Bellarmin. *in Chronolog.* Torniell. *in tab. chronol. in fin. Annal. sacror. Tirin. in chron. c. 37.* Celada *in lib. Esth. ad c. 1. §. 10. n. 2.* Salian. tom. 5. *Annal. ab anno 3517. ad 3724.*

Hi omnes, & communiter recentiores à Metasthene, & Philone recedunt, seriemque Regum Persarum sequentem à Græcis traditam amplectuntur.

Vers. Cyrus major Cambyfis, & Mandanes.

- 88 Cyrus, teste Torniello, ortus est anno mundi 3456. cujus infantem infantiam Astyages avus ejus maternus est persequutus, ita ut recens natum nepotem belluis trucidandum exponi præcepit, à quo periculo indemnis Cyrus evadens, tandem avitum folium apud Medos adeptus est, ut refert Torniell. *anno præcitato, num.* 1. In Perside ad Regiam evehctus est majestatem anno 3491. Torniell. *ibi, num.* 1. & *anno 3492. num.* 1. Medorum ac Persarum stabilivit imperium, Balthazare Assyriorum Imperatore devictò, à quo sexta ætas orbis numeratur, anno mundi 3517. Torniell. *ibi num.* 1. Salian. *Annal. tom.* 5. *anno eod. n.* 3. Fuit Danieli Prophetæ arctissimo amicitiae vinculo devinctus, quo suadente, quinquaginta millia exulum Hebræorum in Judæam dimisit. Salian. *d. an.* 3517. à n. 4. Torniell. *eod. anno, n.* 4. Ant. Contius *in Chronic. Canon. sub vers. secunda orbis monarchia.* Post adeptum imperium quot regnaverit annis, controversatur. Torniell. *anno 3494. n.* 3. ex Xenophonte tradit septennio Imperio fuisse potitum: Cornel. à Lapide triennio duntaxat. Tandem cum bellum gereret adversus Scythas, in bello Massagético interfectus est anno 3523. Torniell.

ibi, num. 1. Conveniunt communiter scribentes in hoc, quod Cyrus triginta annos regnavit à quo Persarum regnum obtinuit numerandos. Torniell. *anno 3494. num.* 1. Celada, Cornel. à Lapid. & alii laudati supra, *num.* 87. Utrum quinquagenarius, vel septuagenarius Cyrus obierit, disputat Torniell. *anno 3523. num.* 1. qui quinquaginta annorum illum esse cum decessit, existimat. Vide Salian. *Annal. tom.* 4. *anno 3454. num.* 5. *anno 3459. n.* 2. & 3. *anno 3469. num.* 2. *anno 3465. num.* 9. & *anno 3473. cum aliis, ac tom.* 5. *anno 3517. cum seqq. usque ad ann. mundi 3523. ante Christum 530.* quo peremptus Cyrus. Plurima de Cyro recensentur in Theatr. vitæ humanæ diversis in locis, ubi *lit. N, pag.* 54. observatur Cyrus, sermone Persico idem esse, quod Sol: quod nomen ob similitudinem est illi impositum, quia patriam illustravit.

Vers. Cambyfes Cyri filius.

De quo laudati supra, n. 87. Cambyfes Cyro 89 genitori subrogatus est anno mundi 3524. Salian. tom. 5. *eod. anno, n.* 1. Torniell. *ibid. n.* 1. de cujus imperio agunt uterque *seqq. ann. usque ad 3531.* quo peremptus est, ense proprio, dum insiliret in equum, evaginato percussus. Consule Salian. *eod. anno, n.* 1. & 2. Quanto tempore regni clavum tenuerit, quæstionis est, receptiusque videtur septem annis, ac mensibus quinque in Perside dominatum esse. Salian. *anno 3524. num.* 2. Torniell. *anno 3524. num.* 1. Adde Theatr. vitæ humanæ, ubi non pauca de Cambyse dispersa reperies. Illud est observandum, communiter tam in hoc quàm in aliis Persarum Regibus dissensum fore apud chronologos quoad tempora, quibus suprema dignitate functi sunt: nos autem Saliano, & Torniello adhærebimus.

Vers. Magi duo fratres.

Horum meminere Autores dati supra, n. 87. 90 maxime Salian. *anno 3531. & seqq.* & Torniell. *anno 3531.* apud quos de dolo, quo Smerdes magus intrusus est. Hic, & Patizithes ejus frater adversus Cambysem conspirarunt, qui dum ipsos perditurus cum exercitu pergeret, morte præventus occubuit, sicut nuper est traditum, post cujus obitum Smerdes mensibus septem fraudulenter occupavit imperium, quo simul ac vitâ per Darium Hytaspis orbatu est anno mundi 3532. ubi Salian. *eod. num.* 2. Torniell. *anno mundi 3531.*

Vers. Darius imperium habuit.

Vide quos congefimus supra, n. 87. ac Torniell. 91 *anno 3532.* quo Darius hic Hytaspis cognominatus, enecato Smerde mago, suffragis populi ad imperiale fastigium eveli meruit, aut potius sorte. Salian. *eod. anno, d. num.* 5. Darius privati filius erat, non Regis; & vigesimum nonum ætatis annum agens cœpit in Perside dominari, unde orta est lis inter Xerxem & fratrem de regni successione, prout statim explanabitur: sedit in folio Regio annis 36. qui unâ cum imperio vitæ finem impoluit anno 3567. Salian. *ibi, num.* 1. & 4. & prius *anno 3532. n.* 10. Torniell. *eisd. annis.* Adjunge his multa quæ de isto Rege narrantur in Theatro vitæ humanæ, pluribus locis.

Verf. Xerxes Darii filius.

- 92 De quo præcitati supra, n. 87. Darii rebus humanis exempto orta est controversia inter ejus filios Xerxem, & Artabazarnem circa regni successionem, qui Demaratum Spartanorum Regem tunc apud eos degentem, arbitrum seu judicem constituerunt, qui pro Xerxe sententiam tulit: sic derelictam à parente Dario sedem occupavit anno mundi 3568. ubi Torniell. Salian. *cod. ann. ac præcedenti*, à n. 2. quam annis 20. tenuit, ac tandem proditione Artabani plurimum apud eum valentis, ipsius manibus interierit anno 3589. Salian. *ibi*, n. 1. Torniell. *ibidem*.

Verf. Artabanus Xerxis Præfectus.

- 93 Hunc memòrant Interpretes sacri, qui sunt supra, n. 87. Ipse conspiravit in Xerxem, eumque interfecit anno 3589. sicut præmisimus, usurpatumque tanto scelere imperium septem mensibus tenuit, ut pluribus placet: Vide tamen Salian. *cod. ann. num. 6. verf. Existimo*, ubi Artabanum non regnasse tradit, sed Artaxerxem Longimanum Xerxi immediatè successisse. Torniell. *anno 3589.* opinatur proditorem paucis mensibus imperasse, donec Longimanus paternam vindicans necem illum occidit.

Ibi: Artaxerxes septimus Persarum Rex.

- 94 D. Covar. septimo loco constituit Artaxerxem istum, quem alii sexto collocant, ut Cornel. à Lapide, ubi laudatur supra, n. 87. Discriminis ratio est, quia plerisque videtur ex duobus magis fratribus Smerdem duntaxat Imperio potitum. Confule Torniell. *anno 3531. & Salian. ibidem, num. 8. & 9. & anno 3533. n. 2.* Hic Artaxerxes legitimus filius Xerxis fuit cognomine Longimanus, vel quia manum dexteram longiorem sinistra habuit, sicut obiter prænotavimus supra, n. 73. vel quoniam utramque præ cæteris hominibus longam habebat, ita ut itans digitis genua attingeret. Salian. *anno 3589. num. 6.* Paternam sedem adeptus est anno mundi 3590. & quadragesimo sui imperii anno cessit in fata, anno scilicet mundi 3629. Salian. *anno 3589. n. 6. & ann. 3629. num. 1.* Torniell. *cod. anno, & anno 3590.* alique de quibus supra, n. 87. Hujusmodi Imperatoris frequens est mentio apud sacræ Scripturæ Interpretes: tum quia misit Eldram, ac deinceps Nehemiam, ut templum Hierosolymis restaurarent. Torniell. *anno 3590. num. 7. & ann. 3596. n. 1.* & alii laudati supra, n. 69. tum etiam quoniam non pauci sentiunt, ipsum Esther. maritum extitisse, ut assertum est n. 77. Adde Theat. vitæ hum. diversis locis.

Verf. Xerxes hujus nominis secundus.

- 95 Xerxes II. Persarum Rex septimus vel octavus secundum nuper tradita, filius fuit Artaxerxis Longimani, cui successit anno mundi 3630. Imperio autem ac vita intra 45. dies fuit spoliatus à Secundiano, seu Sogdiano filio spurio Artaxerxis Longimani (sed Xerxes ex legitimo conjugio

fuit procreatus,) qui eum ebrium percussisse fertur. Salian. *tom. 5. anno 3630. n. 2.* Torniell. *cod. anno, n. 1.* Hujus Regis meminere Interpretes sacri, quos dedimus n. 87.

Verf. Sogdianus nonus Persarum Rex.

Sogdianus, seu Secundianus ab illis dictus, octavo 96 vus censetur Rex qui subrogatus est fratri Xerxi II. quem peremerat anno 3630. quo & ipse similiter periit: quot mensibus regnaverit, ambigitur. Salian. *cod. anno num. 3.* ait regno functum 6. menses & 15. dies. Cornel. à Lap. *in Esd. lib. 1. in prolog. sub tit. Series prisce. Reg. Pers. verf. Octavus,* duobus mensibus dominatum in Perside testatur. Vide Torniell. *dict. anno 3630.*

Verf. Darius cognomento nothus.

Darius II. filius illegitimus Artaxerxis Longimani 97 ni, subrogatus est loco Sogdiani fratris anno 3631. Salian. *ibi, n. 1.* Cornel. à Lapid. *ubi prox. verf. Septimus*, ubi hunc Regem collocat post patrem Artaxerxem Longimanum, postque Xerxem II. ac Sogdianum constituit. Sed cum Xerxes II. esset legitimus, & hic Darius spurius, nequibat hic illi in successione regni præponi, quia apud Persas legitimis extantibus, non succedebant illegitimi, ut observat Salianus *ubi proxime, verf. Quid ergo.* Darius ergo 21. annis gubernaculum Imperii sustinuit, decessitque anno 3649. Salian. *ibi, num. 1.* cui consentit Torniell. *cod. anno, num. 1.* At Cornel. à Lapide *d. verf. Septimus*, ait 19. regnasse annis, quem sequitur Celada *sup. lib. Esth. ad cap. 1. §. 10. num. 2.* De iis quæ D. Covar. tetigit in præfenti, affatim Salian. & Torniell. agunt.

Verf. Artaxerxes cognomento Mnemon.

Hic Princeps egregius quidem fuit, successit 98 patri anno 3650. & elapsis quadraginta annis cum vita deposuit Imperium anno 3689. Salian. *anno 3650. num. 1. & anno 3689. num. 1. ac n. 2. & 3.* encomiis Regem hunc effert, Torniell. *esd. annis.* At 43. annos supervixisse post susceptum Imperium Mnemonem tradunt Celad. *ubi nuper*, & Cornel. à Lapid. *verf. Decimus.* Cur Mnemon nuncuparetur, prænotatum est supra, *num. 72.* quod simiiter observat Torniell. *anno 3650. n. 1.* ubi probat hunc Artaxerxem Esther in uxorem accepisse, & ita D. Covar. & aliis pluribus videtur. Is egregios inter Principes numeratur.

Verf. Artaxerxes Ochus.

Primus annus imperii Ochi fuit 3690. secundum Salian. ac Torniell. *ibi*, sedit annis 23. usque ad annum mundi 3712. quo extinctus est veneno. Salian. *hoc anno, n. 1. & 3.* cui quoad annos regni assentiuntur Celada *d. num. 2.* Cornel. *verf. Undecimus.* At Torniell. vitam Ochi usque ad annum 3715. protelat, sentiens cum D. Covar. sex & viginti annos gubernaculum regni Ocho commissum, qui sævitæ notatus est. Salian. *dict. anno 3612. n. 2.*

Verf.

Verf. Arses Ochi filius.

Artes duodecimus Persarum Rex Ochi patris sui loco substitutus est anno mundi 3713. Salian. *ibi*, n. 1. vel 3716. juxta Torriell. *ibi*, n. 1. triennio, aut quadriennio regni clavum tenuisse constat, & à Bagoa familiari ipsius percussus occubuit, quod jussu Alexandri Magni perpetratum est, ut idem fatetur in epistola ad Darium *lib. 2. expedition.* Salian. *anno mund. 3715. n. 1.* Hujus Principis mentio fit ab Autoribus laudatis *sup. n. 87.*

Verf. Darius Arsani filius.

100 Darius III. cognomine Codomannus, decimus tertius & ultimus Persarum Imperator per electionem, fovente Bagoa, post Arsem regnum adeptus est, qui licet filius ejus non fuerit, tamen à regia stirpe proficiscebatur, quia patrem habuit Arsanum fratrem Artaxerxis Mnemonis, vel Ochi, Primus illius imperii assignatur 3716. annus, aliàs 3718. secundum Saliani, & Torrielli traditum discrimen. Quot regnaverit annis in comperto non est. Salian. *anno 3724.* nonum attingisse ait, Torriell. sexto periisse putat, Cornelius & Celada septimo. Darius igitur post ingentem Persarum cladem, nam quadraginta millia ex illis ceciderunt, in Mediam fugit, posteaque vulneribus affectus vitam cum morte commutavit. Salian. *d. anno 3724. n. 17.* ubi laussumè de bello isto, quo Alexander Darium extinxit, Persidisque monarchiam imperatricem delevit.

101 Sic Alexander penitus Persidem subjugavit, Imperiumque Medorum ac Persarum transtulit ad Græcos, Salian. *d. anno 3724. cum seq.* Torriell. *anno 3723. & anno 3724. n. 1.* secundum quos imperium constitit in Perside annis 207. aut 208. ab anno scilicet 3517. quo id Cyrus ab Assyriis abstulit, à quibus parum discrepat Celada *ubi sup.* qui ad ducentos annos perstitisse asseverat. Illud autem observandum erit, quod licet computato tempore quo singulos Reges in Perside dominatos prædiximus, Imperium Persarum ad annos 231. ascendat, id tamen oritur ex eo quod idem annus solet numerari in antecessoris ac successoris Regis vita, nec de momento ad momentum fit annorum supputatio, sed inceptus habetur pro completo. Præterea oportet animadvertere, nos Saliani methodum imitantes, initium regni cujusque Imperatoris constituisse ab anno proximo sequenti post illum, quo antecessor mortem oppetivit, prætermisissis mensibus & diebus, quibus intra annum obitus successor imperavit.

*Ibi: Constat verò juxta hanc Regum
& temporis rationem.*

102 Hæc computatio D. Covar. quâ Imperium Persarum ad 230. annos pervenit, restringit poterit ex numero præcedenti notatis, *vers. Illud autem.*

Verf. Ex his poterit Lector.

Seriem Regum Persarum à Græcis traditam omnes sacri Interpretes ac Historici, quos legerim, amplectuntur.

103 Hæc quoad temporis chronologiam successioneque, de Regibus Persidis attingisse sit satis: de eorundem verò vitis rebusque gestis, præter antiquos Xenophontem, Herodotum, Justinum &

alios, plura memoriæ tradunt Salian. *Annal. Ecclesiastic. tom. 5. ab anno mundi 3517. ad 3724.* Torriell. *in Annal. sacris, ab anno 3517. ad 3723.* Nec pauca memoratu digna per litteras digesta de singulis Regibus enarrantur apud Theat. vitæ humanæ.

Ad Num. 7.

Ex quatuor Machabæorum libris, quos me- 104
morat, eorum argumenta referens Sixt. Senens. *in Bibliotheca Sancta, lib. 1. vers. Machabæor. lib. 1. & 2. vers. Machabæorum lib. 3. & vers. Machabæor. lib. 4.* primus & secundus in Divinorum voluminum catalogo recensentur, alii duo apocryphi existimantur, ut præter Senensem *ubi proximè*, observant Serar. *in lib. Machabæor. prolog. 3.* Cornel. à Lap. *ibi, in argument. vers. 1. & vers. Extat insuper,* Card. Bellarm. *lib. 1. de verb. Dei, c. 15.* Gasp. Sanch. *in lib. Machab. prolegom. II. num. 47.* Torriell. *Annal. sac. anno 3868. num. 3.* Non tamen sunt ex protocanonicis primus & secundus liber Machabæorum, sed deuterocanonici censentur, Senensis *d. lib. 1. in princip. vers. Canonici secundi ordinis*, & alii cum ipso laudati supra, *num. 37.* quoniam nec in Canone Hebræorum mentio illorum fit, nec statim ab Ecclesia recepti sunt. Sed Senensis *dict. vers. Machabæor. lib. 1. & 2.* tradit ex D. Aug. eos ab Ecclesia approbatos ab hinc mille & ducentis annis.

De Autore utriusque canonici libri non omni- 105
nò constat, sed apud omnes est in comperto, ab uno primum, & ab altero secundum esse scriptum. Autor primi creditur Joannes Hyrcanus, filius Simonis fratris Judæ Machabæi: fuit quidem Propheta, ac patri in Principatum, & Pontificiam dignitatem successit, qui interfuit Machabæorum expeditionibus, ac cladibus, queis Hebræi per 42. annos vexati sunt ab anno mundi 3788. ante Christum 174. usque ad 3830. quæ sunt hujus primi codicis argumentum, Senens. *d. vers. Machabæor. lib. 1. & 2.* Cornel. à Lap. *vers. Quis fuerit autor,* Sanch. *prolegom. 9. n. 40.* Bellarm. *de Scriptor. Eccles. Testam. veter. vers. de auctore librorum Machabæor.* Torriell. *sup. ac de Machabæis fusè Salian. Annal. tom. 6. anno mundi 3885. n. 18.* cum aliis.

Secundi libri autor censetur Jason Cyrenen- 106
sis, seu Cyrenæus, qui Pentateuchum edidit, quolatè enarravit gesta per Judam Machabæum sub utroque Antiocho ad annum 1. Demetrii Regis, cædemque Nicanoris: quod opus Synagogæ jussu aliquis ex primariis Sacerdotibus in epitomen redegit, prout nunc extat. Cornel. à Lapide & Senens. *ubi proximè*, Sanch. *num. 41.* Torriell. *ann. 3892. n. 11.* Uterque liber primò Hebræicè exaratus est, Sanch. *prolegom. 10. n. 45.* Senens. *ubi nuper*, Cornel. à Lapid. *sup. vers. Primus liber.*

Hæc quæ de Machabæis historici sacri memo- 107
riæ tradunt, evenerunt sub Ptolemæo Philopatre Ægypti Rege, Antiocho Epiphane septimo Syriæ Rege, Antiochi magni filio: hic cepit in Hebræos insævire septimo sui principatus anno, ad annos 143. Imperii Græcorum, cujus initium sumitur ab anno 12. vel 13. post obitum Alexandri. Vide de his Salian. *ubi sup.* Cornel. à Lap. *vers. Quæres tertid,* Sanch. *proleg. 9. à n. 26. & prolegom. 12. n. 49.* Senens. *ubi sup.* Torriell. *anno 3868.*

Pluribus prætermisissis, quæ de Machabæorum 108
genere, ac statu tradidere Cornel. à Lap. ac Sanch. *in*

in præludiis ad hos libros, illud duntaxat libet adnotare, quod ad nominis originem spectat: & quamvis variè loquantur Interpretes circa verbi *Machabæus*, etymologiam, recepta tamen est apud Hebræos opinio, & à Christianis communiter admiffa, quod Judas Machabæus in vexillis verba illa Exodi capite 15. vers. 7. *Quis sicut tu in fortibus Domini*, descripta gestabat, quorum verborum juxta Hebræum idioma initiales litteræ sunt M. C. B. I. ex quibus vox *Machabæi* est composita, inditumque nomen id Judæ & fratribus ejus, qui exercitui sub illis vexillis belligeranti præfecti sunt. Senensis *ubi proximè*, Cornel. à Lapid. *vers. Quæres qui, cum seq.* Sanch. *prolegom. 1. ex princip.* Genebrard. *in chron.* Machabæi alias dicti sunt Assamonæi, hoc est, Optimates, Principes, Præfecti. Sanc. *prolegom. 2. num. 10.*

Ad Num. 8.

- X09** In nova editione Parisiensi 3. tomo Conciliorum collocatur hic catalogus librorum sub Concilio Romano, sicut præmissum est supra, *num. 1. & 2.*
- X10** Multa de Prophetis, tam majoribus, quàm minoribus, exhibent Cornel. à Lapid. *in comment. ad eos*, præsertim *sup. Isajam, in proem. ad Prophet.* Gasp. Sanch. similiter, Senens. *in Bibliotheca Sancta, lib. 1. à vers. Isajas*, Card. Bellarm. *ubi sup.* sub nominibus singulorum Prophetarum, apud quos Interpretes plurimi recensentur.
- X11** Oportet animadvertere, diversimodè apud Gelasium, sive apud Concilium Romanum, & apud Tridentinum Prophetas minores quoad ordinem recenseri, ut ex serie patet. Dubium verò est, an conveniat ordo à Tridentino observatus antiquitati cujusque Prophetæ, inspecto tempore, quo incepit suo munere fungi, de quo Cornel. à Lap. *sup. Prophet. minor. in proem. vers. Dico secundò*, ubi eorum catalogum ita constituit. Primus Osea, secundus Jonas, tertius Amos, quartus Abdias, quintus Michæas, sextus Nahum, septimus Joël, octavus Habacuc, nonus Sophonias, decimus Aggæus, undecimus Zacharias, duodecimus Malachias. Et quidem Oseam primum ante omnes etiam majores Prophetas prophetasse, constat ex ejusdem capite 1. ibi: *Principium loquendi Domino in Osea*. Vide harmoniam chronologiæ Prophetarum apud Cornel.

Verf. Jeremiæ cum Cinoth.

- X12** Quoad majores Prophetas compertum est, Isajam antiquitate præcellere, necnon diuturnitate prophetandi; incepit enim sub Ozia Rege Judæ anno mundi 3154. ante Christum penè 800. ac per 96. annos prophetavit sub quatuor Regibus usque ad Manassè filium Ezechiz. Cornel. à Lap. *sup. Isajam, in argument. vers. Porro quis, & vers. Quæres secundò*, Torneill. *Annal. sac. anno 3253. num. 2.* cujus scripta non omnia habemus, Idem anno 3277. *num. 1.* Post hunc prophetavit Jeremias 165. annis à tempore Isajæ, cum esset 14. vel 15. annorum, anno mundi 3318. ante Christum 632. donoque prophetiæ 41. annos potitus est. Vide Cornel. à Lap. *in Jerem. argum. vers. Quæres primò*, Gasp. Sanch. *ibidem*, Senens. *sup. vers. Jeremias*, Torneill. *anno 3407. num. 1.* Tertius succedit Ezechiel, qui inchoavit munus suum exercere 34. annos post Jeremiam, ætatis

suæ 30. Torneill. *anno 3440. num. 2.* Cornel. à Lapid. *ubi prox. & sup. Ezechiel. in proem.* Gasp. Sanch. *ibi*, Senens. *vers. Ezechiel.* de quibus Prophetis agit Bellarm. *verb. Isajas, Jeremias, & Ezechiel.*

Verf. Danielis liber unus.

Daniel ultimus ex majoribus Prophetis à juvenute hoc dono præditus est, cœpit anno mundi 3339. ante Christum 610. Cornel. à Lapid. *sup. Ezechiel. in proem. vers. Cœpit ergo, & sup. Daniel. in proem. vers. Tertio Daniel.* Enarrat gesta ab anno 3. Regis Joakin usque ad annum 3. Cyri, & cum Jeremia, ac Ezechiele concurrat. Corn. à Lap. *in dict. proem. ad Daniel. vers. 1.* Vide Torneill. *anno 3426. num. 2.* quo Daniele natum affirmat. Catalogus Prophetarum, connumerat etiam majoribus, ita traditur à Cornel. à Lap. *in proem. ad Prophet. vers. Porro primus*, Osea, Joël, Amos, Isajas, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Jeremias, Ezechiel, Baruch, Daniel, Aggæus, Zacharias, & Malachias, qui omnes intra trecentos annos flourerunt, teste Cornel. à Lap. *ubi proximè.* Vide Bellarm. *verb. Isajas, cum seqq.*

Cuncti Prophetarum libri protocanonici sunt, **X14** quia de eorum autoritate apud Ecclesiam dubium nunquam extitit, sicut constat ex traditis supra, *num. 37.* docentque ibi laudati. Tamen aliquando suspectæ fidei fuere Oratio Azariæ, hymnus trium puerorum, historia Susannæ, item Belis, quæ libro Danielis continentur. Sed jam postquam illa recepit ut canonica Ecclesia, nulli ambigere licet, quin ejusdem autoritatis sint, ac cæteræ Divinæ Scripturæ, Cornel. à Lapid. *sup. vers. Quæres tertio.* Vide Gasp. Sanch. *in proem. sup. Daniel.* Senens. *sup. d. lib. 1. vers. Daniel.* Scriptit hic Propheta à *cap. 1. ad 7.* inclusivè Chaldaïco sermone: à *cap. 8. ad fin. libri*, Hebraïco, Cornel. à Lap. *sup. vers. Nota scriptus est liber*, Senens. *d. vers. Daniel.*

Verf. Baruch liber.

Baruch scripsit Hebraïcè calamitatem Chaldaïcæ **X15** captivitatis. Senens. *dict. lib. 1. vers. Baruch*, cujus libri autoritas olim certa non fuit, quamvis illum Cyrillus Hierosolymorum Episcopus 1200. ab hinc annis inter canonica volumina recentuerit, Senens. *ubi proximè.* Sed ab Ecclesia jam est receptus, unde inter deuterocanonicas scripturas constituitur à Senensi *d. lib. 1. in princip. vers. Canonici secundi ordinis*, & ab aliis, quos dedimus supra, *num. 37.* juxta regulam traditam *num. 4.* Baruch scriba, sive amanuensis fuit Jeremiæ, ex quo plures existimarunt, librum Baruch ab ipso scriptum, & à Jeremia dictatum. Gasp. Sanch. *in Jerem. prolegomen. 4. num. 8.* Vide Cornel. à Lap. *in proem. ad Prophet. vers. Duodecimus*, & *sup. Jerem. in prolegom. vers. Tertio Jeremias, & vers. Secundò dictavit*, Bellarm. *verb. Baruch.* Torneill. *anno 3420. num. 13. & anno 3435. num. 7.* ubi quod Baruch scripsit ultimum caput Jeremiæ.

Ad Num. 9.

Plures Evangelia scripsere, sed ex cunctis quatuor duntaxat Ecclesia recepit, quæ protocanonici censentur, de quorum autoritate quærere non licet. Maldonat. *sup. Evangel. in præfat. cap. 2. vers. 1. & cap. 3. in princip. Sylveir. in Evangel. proem.*

proem. cap. 2. num. 4. & 5. Evangelium Matthæi probavit D. Petrus, Marci D. Paulus, Lucæ chorus Apostolorum, Joannis omnes Asiæ Episcopi admiserunt. Cornel. à Lapid. in proem. super Evangel. cap. 2. in princip. Cur autem quatuor fuerint, Evangelistæ, plures rationes reddi solent, & inter alias, quod totidem sunt mundi plagæ, in quibus Evangelium evulgandum erat: de quo Maldon. d. cap. 3. vers. Cur autem, Cornel. à Lap. d. cap. 2. vers. Quæres cur, Sylveir. d. cap. 2. num. 6. D. Marcus accepit à D. Petro, D. Lucas à D. Paulo quæ scripsit. Cornel. à Lap. sup. Luc. in præfat. vers. Nota tertid, ex Tertullian. cont. Marcion. lib. 4. cap. 5. Licet autem Evangelia tantum autoritatis à sua origine obtinuerint, de aliquibus tamen eorum particulis aliquandiu fuit quæstio, de quo mox differendum.

117 Evangelistæ eo ordine quo in bibliis collocati existunt, opus suum ediderunt. D. Matthæus octavo anno ab Ascensione Domini, tertio Caligulæ scripsit Hebraicè in Judæa. D. Marcus decimo anno post ascensionem Romæ Græcè, ac deinde Latinè. D. Lucas anno 15. in partibus Achaïæ, & Bœotiæ, Græcè. D. Joannes anno 32. Ephesi in Asia, Græcè. Quoad tempus, quo Evangelistæ scripserint, aliquis est apud Interpretes diffusus. Consule Sylveiram sup. cap. 3. num. 7. & 8. & cap. 4. num. 13. & 14. cum seqq. Maldonat. sup. cap. 4. & 5. Card. Baron. Annal. tom. I. anno 45. Cornel. à Lap. sup. Evangel. in proem. cap. 2. vers. Jam quoad ordinem, & sup. Luc. in præfat. vers. Nota primò, Sixt. Senens. in Biblioth. sancta, lib. I. tit. de Scriptur. & Scriptorib. novi Testam. vers. Matthæus, cum seqq. D. August. de consensu Evangel. lib. I. cap. 2. D. Hieronym. in proem. sup. Matth. Theat. vitæ hum. lit. E, pag. 395. Bellarm. de Scriptor. Eccles. verb. Matthæus. Spondan. in Epitom. Baron. anno 41. num. 4. Gualt. in Chron. sec. I. pag. 2.

Verf. Hæc item litera.

Gelasianam Sacrorum voluminum seriem non primo, sed tertio Conciliorum tomo in recentiori editione contineri præmonitum est supra, num. 109.

Verf. Secundum Marcum liber unus.

118 Vide de hoc Evangelista quæ nuperrimè præmisimus, & quæ nu. 116. ad fin. cum D. Covar. in præsentiarum adnotavimus, ubi Evangelium istud à Divo Petro approbatum asseruimus. Adde Cornel. à Lapid. sup. Marc. in argument. à princ. & vers. Quind Marcus, Sylveiram sup. Evangel. in proem. cap. 4. Senens. sup. vers. Marcus, Bibliothec. Sacram tit. Catalogus Scriptor. Ecclesiasticor. vers. Simon Petrus, Card. Bellarm. lib. I. de verb. Dei, cap. 16. & de Scriptor. Eccles. verb. Marcus, Spondan. anno 45. num. 10. cum seqq. ex Baron. cod. anno, à num. 38. Gualter. sup. vers. S. Marcus.

Ibi: Olim à quibusdam non fuerit receptum.

119 Quanquam Evangelium D. Marci à suis primordiis canonicum haberetur, ultimum tamen ejus caput non illico ab Ecclesia receptum est ob quædam verba Manichæismum redolentia, quæ D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

dat D. Hieronym. lib. I. cont. Pelag. post medium, ac Cornel. à Lap. statim laudandus. Sed jam dubium omninò sublatum est, Ecclesia approbante nedum Evangelium, sed etiam omnes ejus partes, ut apud Trident. sess. 4. Consule Card. Bellarm. sup. Bibliothec. Sac. vers. Marcus, Cornel. à Lapide ubi nuper, vers. Denique Sancti. Marci, Sixt. Senens. d. lib. I. tit. de secund. ordin. Scripturar. novi Testam. vers. Marci finis, Maldon. sup. Evangel. in cap. ult. Marci, vers. I.

Verf. Secundum Lucam liber unus.

D. Lucas diu in Comitatu S. Apostoli Pauli 120 fuit, à quo sacra doctrinà imbutus suum confecit Evangelium ex auditis ab illo, ut præmissum est supra, num. 116. ac testantur Cornel. à Lap. sup. Luc. in præf. Sylv. sup. c. 5. Senens. tit. de Scriptur. & Script. novi Testam. vers. Lucas, Biblioth. Sacra vers. Lucas, Maldonat. sup. Baron. ann. 58. ex num. 31. ubi Spondan. num. 14. Gualter. ubi sup. verb. S. Lucas, Bellarm. de Script. Ecclesiast. verb. Lucas, apud quos plurima de hoc Evangelista.

Cæterum quod in divina Historia reperitur scriptum de sudore Christi apud Lucam, aliquando suspectum habebatur, usquedum Ecclesia illud recepit approbans Evangelium istud Lucæ cum omnibus suis partibus, unde jam dubitationi non est locus, ut habetur generaliter de omnibus libris sacris. Trident. sess. 4. Ita observat Sixt. Senens. d. lib. I. sub tit. de secundo ordine Scripturar. novi Testam. vers. Historia de sudore. 121

Verf. Secundum Joannem liber unus.

Triplici de causa D. Joannem edidisse suum 122 Evangelium, inquit Sylv. sup. Evangel. in præfat. cap. 6. num. 20. & quæ illæ fuerint, fusè demonstrat, ac num. 24. refert D. Joannis Evangelium quondam in summa veneratione habitum. De quo Evangelista alia tradidere Cornel. à Lap. super Joan. in argum. Senens. d. tit. de Scriptur. & Scriptor. novi Testam. vers. Joannes, Bibliotheca Sacra vers. Joannes, Maldonat. sup. Baron. ann. 99. à num. 2. Spondan. ibi, à num. 2. Gualt. pag. 4. Bellarm. verb. Joannes Apostolus.

Ibi: Cæterum de historia mulieris adulteræ.

Adde Sixt. Senens. sub d. tit. de secundo ordine Scriptur. novi Testam. vers. Pars prior 8. cap. Evangel. secund. Joannem.

Post Sacrosancta Evangelia recensentur Actus 123 Apostolorum, tam in Tridentino, quàm in Gelasiano Catalogo, cujus libri autoritas nunquam est in dubium revocata, ideoque ex protocanonice est, ut patet perpenis iis quæ adnotavimus supra nu. 4. & 37. & ita observant ibi laudati Interpretes. At Apostolorum Actus conscripti sunt à Divo Luca, prout expressim traditur in Trident. d. sess. 4. Græco sermone, cujus admodum peritus fuit hic Evangelista. De quibus Cornel. à Lapid. sup. Act. Apostol. in argum. vers. Quoad tertium, Lorin. ad acta Apost. in præfat. cap. 3. & 4. Bibliotheca Sac. Scriptorum Ecclesiasticorum verb. Lucas, Bellarm. verb. Lucas, Sixt. Senens. tit. de Scriptur. & Scriptor. novi Testam. K k

Testam. vers. Actus Apostolorum, Spondan. in epit. Annal. Baron. anno 34. num. 65. Gualt. in Chron. secul. 1. p. 2.

Vers. Ad Hebræos epistola una.

- 124** Ex quatuordecim epistolis D. Pauli, quæ canonicam obtinent auctoritatem, una, scilicet ad Hebræos, deuterocanonica est, quia de ejus fide, & authore aliquando fuit quæstio, usquedum Ecclesia eam cæteris adjecit, Divinamque declaravit. Legas quæ sunt supra, nu. 37. ac Senens. d. lib. 1. tit. De secund. ordine Scripturar. novi Testam. vers. Epistola ad Hebræos, Bibliothec. Sac. vers. Paulus, Cornel. à Lapid. sup. Epist. D. Pauli ad Hebr. in princip. Card. Bellarm. lib. 1. de verb. Dei, cap. 17. Card. Baron. Annal. tom. 1. anno 60. & ibi Spondan. à n. 17.
- 125** Hæc epistola Hebræicè exarata est, cum cæteræ omnes essent Græcè conscriptæ, Cornel. à Lapid. sup. Epist. D. Paul. in argum. vers. Nota quintò, & sup. epist. ad Hebr. in princip. vers. Dico ergo, Senens. sub tit. de Scriptur. & Scriptor. novi Testam. vers. Pauli epistola. Illud etiam speciatè huic epistolæ fuit, quia in ea nomen proprium Apostolus tacuit, quod in aliis expressit, cujus discriminis ratio est, quod id Hebræis exotum vade fuit, Cornel. à Lapid. vers. Verùm probabilius. Unde epistolam istam Apostoli esse nonnulli inficiantur, sed contrarium jam definitum est, ac constat ex D. Petr. epist. 2. cap. 3. vers. 15. ubi ad Hebræos alloquens inquit: *Sicut charitissimus frater noster Paulus scripsit vobis.* Quod ex pluribus probat Cornel. vers. Quæritur secundo. Omnium epistolarum hæc ultima fuit, quam scripsit Apostolus anno Christi 60. & Neronis 4. Cornel. à Lapid. vers. ult. Senens. ubi proximè, Card. Baron. anno 60. ubi Spondan. num. 18. cum aliis. Quo autem ordine scripsit epistolas D. Paulus, tradidit ex Baronio Cornel. à Lapid. in argum. ad Epist. D. Pauli, vers. Nota septimò, in nunc modum. Primò, prior ad Theſſalonicenses, exarata est Corinthi anno Christi 52. Secundò posterior ad eosdem, ibidem anno 53. Tertio, prior ad Corinthios Ephesi anno Christi 57. Quartò, prior ad Timoth. in Macedonia, vel Laodiceæ anno 57. Quintò, posterior ad Corinth. Nicopoli anno 58. Sextò, ad Galatas anno 58. Septimò ad Romanos Cenchrus apud Corinthum anno 58. Octavò, ad Titum è Græcia anno 58. Nonò, posterior ad Timoth. Romæ anno 59. Decimò, ad Ephesios Romæ anno 59. Undecimò, ad Philippenses Romæ anno 60. Duodecimò, ad Colossenses Romæ anno 60. Decimotertio, ad Philemonem Romæ anno 60. Ultimò, ad Hebræos Romæ anno 60. De quo Senens. d. vers. Pauli epistola, Spondan. post Baron. in epitom. tom. 1. annis eisdem. Non tamen apud omnes hujusmodi series epistolarum omninò recepta est, ut insinuat Cornelius ubi proximè. Vide Gualter. in Chronog. sec. 1. pag. 4. vers. S. Paulus, Bellarm. de Script. Eccles. vers. Paulus Apostolus, Senens. sup. lib. 2. verb. Paulus, ubi alias epistolas apocryphas recenset, quæ Apostoli nomine circumferuntur.

Vers. Apocalypsis Joannis liber unus.

- 126** Circa Apocalypseos librum duplex dubium quondam versabatur, unum quoad auctoritatem, alterum quoad authorem; nam præter hæretico-

rum calumnias nonnulli ex Catholicis de fide ejusdem libri dubitarunt, existimantes eum à quodam Joanne Presbytero conscriptum. Sed utrumque hodie apparet à veritate prorsus alienum, cum ex Ecclesiæ definitione Apocalypsin à D. Joanne editam, ac canonicam esse constat. Consulte Cornel. à Lapid. sup. Apocalypf. in prolegom. quæstionum proæm. l. vers. 1. cum seqq. Cardin. Baron. anno 97. & ibi Spondan. à n. 2. Viegas in Apocalypf. princ. p. num. 1. cum aliis, Bellarm. verbo Joannes Apostolus, sac. 1. Sixt. Senens. in Bibliotheca sancta, lib. 1. tit. de secund. ordin. Scripturarum novi Testamenti, versic. Apocalypsis, Bibliotheca Sacra versic. Joannes: idem que inter deuterocanonica volumina recensetur supra, num. 37.

Scriptit D. Joannes Apocalypsin Græcè, Cornel. ubi proximè, versic. Porro, in Pathmo anno Crisiti 97. Domitiani 14. priusquam suum exaraverit Evangelium, Cornel. à Lapid. vers. Dico tertio, & vers. Patet secundo, Cardin. Baron. anno 97. ubi Spondan. num. 2. Viegas supra, num. 5. Senens. ubi nuper, qui subdit, aliis videri Apocalypsin scriptam 38. annos ante tempus prædictum. Nomen Apocalypsis Græcum est, quod revelationem significat. Viegas num. 6. Senens. d. vers. Apocalypsis. Quicquid D. Covar. de Apocalypsi tetigit in præfati, apud præfatos Authores plenius examinatum invenitur, pluresque ex veteribus Patribus pro libri auctoritate recensent, maximè Cornelius, & Viegas.

Vers. Petri Apostoli epistola duæ.

Ex duabus epistolis D. Petri prior à suis primordiis indubitata auctoritatem obtinuit, quare protocanonica habetur: posterior non ita, sed progressu temporis ab Ecclesia sacris Scripturis est addita, quamobrem deuterocanonica censetur, ut videre licet apud eos, quos dedimus supra, num. 37. ubi inter canonica volumina, quæ aliquando incertæ fidei fuerunt, secunda Petri epistola numeratur. Vide ita adnotantes Sixtum Senens. sup. lib. 1. tit. de secund. ordin. Scriptur. novi Testam. versic. Petri epistola 2. Bibliotheca Sacra versic. Simon Petrus, Cornel. à Lapid. sup. Epistol. Canonic. in proæm. ad 1. Petri, & in argumento ad 2. Petri. sup. Epist. Canon. in præfati. ad epist. 1. Petri, & in præfati. ad 2. Bellarm. lib. 1. de verbo Dei, cap. 18. & de Scriptor. Eccles. sac. 1. verb. Petrus Apostolus.

Priorem exaravit D. Petrus Hebraico sermone, ut censet Baron. Annal. tom. 1. anno 45. cum esset Romæ, ut idem Cardinalis opinatur, cui contentiunt Cornel. à Lapid. in d. proæm. versic. Scripta est Romæ, Lorin. in præfati. ad 1. vers. Arbitratur, secundum quod omnium epistolarum D. Pauli hæc est anterior, ut patet ex traditis supra, num. 125. & observant Cornel. ubi proximè, ex Baronio, Lorin. vers. Si dicto tempore, Spondan. in Epitome Baron. d. anno 45. Sed contra Baron. hanc epistolam Græcè scriptam tenent Cornel. à Lapid. in proæm. ad 1. epist. Sancti Joannis, versic. Græcè scriptam, Lorin. in præfati. ad eandem epistolam, cap. 3. in fine.

Posterior epistola eundem Apostolorum Principem authorem habuit, quæ tamen stylo à prima discrepare visa est, unde occasio orta est ambigendi etiam nonnullis ex Catholicis Scriptoribus antequam ab Ecclesia definiretur, utrum canonica, & à Petro conſcripta foret. Sed ityli diver-

diversitas tribuitur ætatis diversitati; nam secundam scripsit D. Petrus dum esset in vinculis, viginti annos post primam. Alias rationes ejusdem discriminis tradunt Interpretes. Consule Cornel. *in d. argum. ad 1. Petri, versic. Verum jam de fide, cum seqq.* Lorin. *in præfat. ad 2. Petri, versic. Quod attinet ad primum, & versic. Difficultatem facit*, Sixt. Senens. *sup. anno Christi 68.* Baron. *sup. ann. 66.* Cornel. à Lapide *in præm. ad epist. S. Judæ, versic. Ultimè.* Bibliotheca Sacra *versic. Simon Petrus.* Hæc scripta est Græcè, Cornel. *in præm. ad 1. S. Joan. vers. Græcè scriptam.*

Verf. Jacobi Apostoli epistola una.

¹³¹ Inter Divinas Scripturas, quæ nonnunquam dubiæ fidei censebantur, epistola D. Jacobi refertur supra, *num. 37.* quia quibusdam canonica non videbatur. Jam verò Ecclesiæ definitione omne dubium apud Catholicos est sublatum. Lorin. *in præfat. ad epist. D. Jacobi, cap. 2.* Senens. *sup. versic. Jacobi epistola*, Bibliotheca Sacra, *verbo Jacobus*, Cornel. à Lapide *in præm. ad epistolam D. Jacob. versic. Verum de fide est*, Card. Bellarmin. *lib. de verbo Dei, cap. 18. & de Scriptor. Eccles. sæc. 1. verb. Jacobus Apostolus.* Gualter. *sup. col. 6. vers. S. Jacobus*, Baron. *anno 63.* & ibi Spondan. *num. 3.*

¹³² Hujusmodi epistolam conscripsit Græcè Apostolus. Cornel. *sup. versic. Porro videri potest*, Lorin. *cap. 7.* non valde longè à mortis tempore, quæ contigit anno Christi 63. vel 64. sed quo anno, definiri certo non potest. Lorin. *cap. 5.* Licet autem à Concilio Tridentino epistola hæc Jacobi Apostoli esse asseratur, ambigitur tamen an majoris, vel minoris Jacobi sit? Et receptius videtur, ac verius, Jacobum minorem, qui frater Domini dictus est, & Hierosolymæ primus Antistes extitit, canonicæ epistolæ fuisse scriptorem, Lorin. *cap. 3.* Cornel. *sup. vers. Quoad tertium*, Gualt. *sup.*

Verf. Joannis Apostoli epistolæ tres.

¹³³ Ex tribus epistolis B. Joannis Apostoli prima est protocanonica, de qua nunquam controversia fuit: secunda, & tertia deuterocanonicae fuisse, quia earum opinio, & autoritas anceps aliquando habebatur. Cornel. à Lapide *sup. epist. 1. Joan. in præm. vers. Ubi nota, cum seq.* Lorin. *in præfat. ad 1. epist. Joan. cap. 4.* Senens. *in Bibliotheca sancta, tit. de sac. ordine Scripturar. novi Testamenti, vers. Joannis epistola 2. & 3.* Bibliotheca Sacra *verb. Joannes*, & faciunt à nobis præmissa supra, *num. 4. & 37.* Verum & de particula quadam capituli 5. epistolæ 1. dubium extitit, teste Lorin. *d. cap. 4. in princip. & Cornel. ubi proximè, versic. Secundi vocantur, & in dicto cap. 5. versic. 7. ibi: Tres sunt, qui testimonium dant in celo. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt.* Jam verò & hæc verba canonicam obtinent auctoritatem ex Ecclesiæ definitione. Cornel. *ibidem.*

¹³⁴ Apud omnes in comperto est, primæ Epistolæ authorem fuisse B. Joannem Apostolum, Cornel. à Lapide *vers. Quoad secundum*, qui Græcè ad Parthos scripsit Cornel. *versic. Porro epistola hæc, & vers. Græcè scriptam*, Lorin. *cap. 5. ad finem*, Card. Baron. *Annal. tom. 1. anno 99.* quo hanc epistolam scriptam tradit: qui annus concurret *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

cum septimo Clementis I. Pontificis, & primo Nervæ Imperatoris. At Cornel. *in d. præm. ad fin.* ait nihil certum quoad annuni dici posse, videri tamen sub idem tempus, quo Evangelium, D. Joannem jam senem epistolam istam conscripsisse. Vide Spond. *in Epitome Baron. d. anno 99. tom. 1. num. 4.* Gualt. *pag. 4.* Bellarmin. *de Scriptor. Eccles. sæc. 1. verb. Joannes Apostolus.*

De authore secundæ, ac tertiæ epistolæ, sicut ¹³⁵ & de illius auctoritate quæstio fuit; quia non Joanni Apostolo, sed alii Presbytero tribuebantur. Sed jam post Ecclesiæ declarationem ambigere non licet ulli, quin canonicæ, & ab Apostolo conscriptæ sint. Has utique edidit sub senium, sed quo anno non apparet. Vide Cornel. à Lapide *in præm. ad epist. 2. D. Joan. Sixt. Senens. & Biblioth. Sac. ubi proximè, Illefcas Hist. Pontific. tom. 1. lib. 1. cap. 1. versic. San Juan Evangelista.* Obiit D. Joannes sub imperio Trajani, anno Christi 101. à passione Domini 68. ut ex D. Hieronymo, ac Card. Baronio observat Cornel. à Lapide *sup.* quamvis alii sentiant D. Joannem adhuc mortali vita potiri, ut refert Illefcas.

Verf. Judæ Apostoli epistola una.

Hæc epistola deuterocanonica est, quia de ejus ¹³⁶ fide olim ambigebatur: sed jam nulli dubitationi locus relinquitur, cum Ecclesia ipsam in numerum divinarum Scripturarum multis ab hinc annis retulerit, & ab Apostolo Juda Thaddæo editam decreverit. Cornel. à Lapide *in præm. ad eam vers. Quoad primum, & in præm. ad 1. D. Joan. vers. Secundi vocantur*, Senens. *sup. vers. Judæ epistola*, Biblioth. Sac. *verb. Judas*, Illefcas *sup. vers. San Judas Thadæo*, Lorin. *in præfat. ad hanc epist. cap. 1. & 2.* Card. Baron. *anno 68. d. num. 5.* ubi Spondan. *num. 3.* Gualter. *sæc. 1. Card. Bellarmin. lib. 1. de verb. Dei, cap. 18. & de Scriptor. Eccles. sæc. 1. verb. S. Judas Apostolus.* Usus est Apostolus Græco sermone, quia ubique gentium valde usitabatur, Lorin. *ubi proximè, cap. 6.* Cornel. *in d. præm. ad epist. 1. S. Joan. vers. Græcè scriptum.* De tempore, quo exarata fuerit, nihil certi definiri potest, Cornel. à Lap. *in d. præm. ad epist. B. Judæ, vers. ult.* Lorin. *c. 4.* Animadvertendum est, hanc epistolam perfimilem esse secundæ S. Petri, unde plures sententias ex una in alteram transcriptas existimant Alcazar *in Apocalyps. cap. 14. nota 4.* Lorin. *d. cap. 4. in fin.* Cornel. à Lap. *ubi proximè*, qui omnia in quibus utraqûe epistola convenit, recenset. At dubium est quis ex duobus Apostolis prior scripserit. Vide Baron. & Spondan.

De prioritare & ordine septem canonicarum ¹³⁷ epistolarum pluribus agit Lorin. *in præf. ad epist. 1. D. Joan. cap. 3.* De illarum nomine, quare scilicet Catholicæ nuncupentur, idem Lorin. *ibi, cap. 2.* & Cornel. à Lapide *in argumento ad epist. canonic. à princip.* De authoris genere, vita, & obitu, Cornel. *in præm. ad singul. epist.*

Verf. Post Propheticas, & Evangelicas.

Hæc est pars secunda Concilii Romani, prout ¹³⁸ prænotatum est supra, *nu. 2.* ubi de majestate, & prærogativa Ecclesiæ Romanæ disseritur. At præmittere oportet, Romanam Ecclesiam dupliciter acci-

accipi posse, vel pro sola illa Ecclesia particulari, quæ olim Romæ fuit, & nunc est: vel pro collectione omnium Fidelium, qui toto orbe dispersi adhærebant olim Romano Pontifici, & nunc etiam adhærent, quæ à nobiliori sui parte Romana dicitur. Ita Becan. in *compend. controvers. hujus tempor. lib. I. cap. 3. de Ecclesia, conclus. 5. nu. 58.* Gelasius ergo agit de Ecclesiæ Romanæ particularis primatu, ac præ eminentia super omnes alias totius orbis, quantum ipsa domina, caput, & magistra passim vocitatur Cornel. à Lap. in *proem. ad epist. I. D. Petri, vers. ultimò, Card. Tulch. lit. E, concl. 3. num. 3. 4. 6. & 20.* de quo plenè suo loco dicendum.

Verf. Quibus Ecclesia Catholica fundata est.

¹³⁹ Verbum *Ecclesia*, multifariam usurpatur, l. 1. tit. 10. p. 1. Card. Tulch. nu. 13. & 14. Franc. Valente *concordia Jur. Pontific. p. 1. disp. I. q. 4. sect. I. n. 1.* Est vox Græca, quæ convocationem significat, quia fideles ex Divina vocatione in unum corpus congeruntur, Valente *ubi proximè, P. Suar. de Fide, disp. 9. sect. I. n. 1. Valentia de reb. fid. hoc temp. controvers. in analysi Fid. Cathol. lib. 6. cap. 2. in princip. Lorin. in epist. B. Judæ, vers. I. verb. Es vocatis:* nam Ecclesia prout est omnium Fidelium collectio, definitur quod sit corpus quoddam politicum, seu morale, ex hominibus veram Fidem Christi profitentibus compositum, P. Suar. *sup. sect. I. nu. 3.* Aliter ab aliis describitur, seu definitur Ecclesia apud Valentem d. q. 4. *sect. I. nu. 3. & apud Valentiam d. cap. 2. vers. Secundum postremum, cum seqq.*

¹⁴⁰ His de Ecclesia obiter adnotatis, oportet cum D. Covarruv. advertere, quod licet Christus sit primarium Ecclesiæ fundamentum, juxta ea quæ præmisimus suprâ, num. 13. tamen Ecclesia ædificata, & fundata dicitur super Petrum, aliosque Apostolos ac Prophetas, qui ceu Vicarii Christi Fidem, & Ecclesiam per totum terrarum orbem diffuderunt, ac confirmarunt. Lorin. *sup. I. B. Petri, cap. 2. vers. 5. verb. Lapidem vivum, Senens. cum pluribus in Bibliotheca Sancta, lib. 6. annotat. 68.* Sic Ecclesia Catholica rectè dici poterit fundata, & innixa sacris Scripturis, quoniam ex illis infallibilia haurit, & perhibet fundamenta, ut adversariorum versutus cavillationibus superatis, illibata firmiter usque ad consummationem sæculi per Dei gratiam in Fide persistat, necnon ut quæ Fidelibus credenda proponit, comprobatur, ac suadeat. Egregiè ad rem D. August. *lib. I. de doctrina Christiana, cap. 37.* sic fatetur: *Titubabit Fides, si Divinarum Scripturarum vacillet autoritas.* Quo sensu Gelasius ait, Ecclesiam sacris Scripturis fundatam.

Ibi: Hac etenim ratione.

¹⁴¹ Canonici libri passim à Sanctis Patribus, & Interpretibus Divini vocitantur, quia Deum authorem habent, D. August. *ubi proximè.* Origen. in *comment. ad cap. I. S. Joan.* *ibi: Divina scriptura mundus est intelligibilis.* Cornel. à Lapide *de encomiis Sacræ Scripturæ, versic. Visum ergo, & alibi frequentissimè, Sixt. Senens. in Bibliotheca Sancta, lib. I. sect. I. in principio,* quos & nos imitati sumus non semel sub hoc capite. Dicitur etiam Scriptura sacra, & sancta, ab authore, & materia. Pat. Suar. *de Fide, disp. 5. sect. 3. nu. 4. ad fin.* De variis nominibus sacræ

Scripturæ, vide Theatrum vitæ humanæ lit. B, *verb. Bibliorum nomina, tom. 2.*

Ad Num. 10.

Quatuor Ecclesiæ proprietates recensentur in 142 Symbolo, & in *extravag. Unam sanctam, de majorit. & obediens.* nempe quod sit Una, Sancta, Catholica, & Apostolica, ut observat Suar. *sup. disput. 9. sect. 7. in princip. de quibus Cardin. Bellarmin. lib. 4. de notis Eccles. Valentia sup. d. lib. 6. Suar. d. sect. 7. per tot. Marta de jurisdict. part. I. in relection. ad d. extravag. Unam sanctam, cap. 9. cum aliis, Becan. sup. d. cap. 3. conclus. 2. ex num. II. August. Barbofa in collectan. ad d. extravag. num. I.*

Catholicum vox Græca est, qua generale, sive 143 universale significatur, & quod circa omnia versatur. Inde Medici pharmacum *Catholicum* appellant quod cunctis humoribus evacuandis aptum est. Præcepta universalis, vel perpetua Catholica dicuntur, ut ait Quintilian. *lib. 2. cap. 13.* Sic Cornel. à Lapide in *argum. ad Epist. Canonic. vers. Similes, Galepin. verbo Catholicus, Cornucop. col. 1000. in princip.* Similiter Epistolis septem Canonicis B. Petri, Joannis, Jacobi, & Judæ, Catholicarum nomen inditum est; quia universales, non uni, vel alteri civitati, aut personæ missæ, sed omnibus Christi Fidelibus, multitudinive gentium mandabantur. Cornel. à Lapide *ubi proximè, Lorin. in præfat. ad epist. I. D. Joan. cap. 3.*

Sic Ecclesia, quæ est Fidelium omnium con- 144 gregatio, qui ubique terrarum commorantur, & ita per universas mundi plagas diffusa dignoscitur, Catholica ob sui universalitatem vocitatur. D. August. *epist. 170. ad Severin.* inquit: *Ipsa est Ecclesia Catholica, quod per totum orbem terrarum diffunditur.* B. Irenæus *lib. I. advers. Valentinian. cap. 3.* Becan. *d. concl. 2. num. 13.* Spondan. in *Epitom. Baron. tom. I. anno 45. nu. 2.* Theatr. vitæ humanæ *verb. Catholici, Valentia in d. Analysis, lib. 6. cap. 2. vers. Est præterea, Suar. d. sect. 7. nu. 5.* Est universalis, quia omnium personarum, locorum, & temporum, communemque doctrinam complectitur, per quod ab hæresibus maxime secernitur, quæ sunt particularium personarum, regionum & ætatum suis limitibus ac angulis circumscriptæ, quod latius prosequuntur Suar. Valent. & Becan. *ubi proximè, Cornel. à Lap. sup. vers. Inde Fides, Lexic. Calvini verb. Catholica.* Hinc Catholici nuncupantur, qui Ecclesiæ Romanæ adhærent, veram Christi fidem profitentes quo ab hæreticis distinguuntur. Spondan. *sup. num. 3.* Theatr. vitæ humanæ *ubi proximè.* Hanc universalitatem non obtinuit Synagoga Judæorum, quia diffusa non est per totum orbem, sed per Palæstinam solam. Non duravit in perpetuum, sed usque ad Christi mortem. Præterea non fuit omnium gentium, cum extra illam homines salvi fieri possent, ut Ninivitarum. Ita Becan. *ubi nuper.*

Ibi: Unus thalamus Christi: una, inquam, Fides.

Secunda Ecclesiæ proprietas, hic exprimitur, 145 videlicet quod sit una: sic in Concilio Constantinopolitano generali II. adjectum est Symbolo verbum *Unam*, quod in Nicæno omisum fuerat, teste Franc. Valente in *concordia Jur. Pontif. p. I. disp. 2. q. 4. sect. I. n. 12.* Hæc unitas Ecclesiæ pluribus

libus sacre Scripturæ testimoniis demonstratur, quæ congerit fusè differens Marta *sup. cap. II. per tot.* quibus addendum illud D. Pauli *I. ad Corinth. cap. 10.* ibi: *Unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane, & calicè participamus.* Et sicut de Fide adnotant Valente, & August. Barbofa *ubi proximè*, Becan. *nu. II. Valentia d. lib. 6. cap. 4. versic. Primò igitur.* Suar. *disp. 9. sect. 4. n. I.* cum aliis.

Ibi: *Ecclesiam esse fundatam super fundamentum.*

146 Tertia proprietas Ecclesiæ est, quod sit Apostolica, quoniam fundata est Apostolorum prædicatione, & suo modo super Petrum & alios Apostolos, ac aliis rationibus, quas adducit Suar. *disp. 9. sect. 7. n. 6.* Becan. *d. concl. 2. n. 14.* August. Barbofa *ubi proximè*, Tertull. *lib. de præscript. advers. hæretic. cap. 20. cum seqq.* Valentia *d. cap. 2.*

Ibi: *Sic etenim eam agnoscit Pacianus:*

147 Ecclesiæ definitio tradita est supra, *num. 139.* Illam ita describit Franc. Valente *ubi proximè, d. sect. I. num. 2.* Est cœtus hominum ejusdem Christianæ Fidei professione, & eorundem Sacramentorum communione colligatus sub legitimorum Pastorum regimine, præcipuè unius Christi in terris Vicarii Romani Pontificis. Latius & eleganter B. Irenæus *lib. I. ad vers. Valentinian. cap. 3.* cujus verba recensentur in *Lexic. Calvinii, verbo Catholica:*

Ibi: *In quo cœtu & bonos, & malos dicimus esse permixtos.*

148 De Fide est, in gremio Ecclesiæ Catholicæ non solum justos, sed etiam peccatores, qui in verâ Christi fide persistunt, contineri P. Suar. *de fide, disp. 9. sect. 7. n. 10.* Marta *sup. cap. II. n. 17.* Franc. Valente *in d. concord. part. 1. in comment. ad Clem. univ. de Sum. Trinit. annot. II. nu. 14.* Valentia *de reb. Fid. hoc temp. controvers. in Analyti Fid. Catholicæ, lib. 6. cap. 2. vers. ult.* D. Gregor. *homil. 38. sup. Evangel. relatus in cap. Hæc autem 15. 23. q. 4.* D. August. *serm. 42. de verb. Apost. cujus verba habentur in cap. Fortè, II. eud. quest. Becan. sup. d. cap. 3. concl. I. n. 4.*

149 At objicitur, Ecclesiam eam habere proprietatem, ut sancta sit, ut asseruimus supra, *num. 142.* notaruntque Suar. *d. sect. 7. nu. 3.* Valentia *d. cap. 2.* Becan. *n. 12.* Aug. Barbofa *sup.* & alii communiter. Quomodo igitur iniquitatibus polluta membra illi esse possunt, sicut rectè perpenditur à D. Hieronymo *sup. cap. 5. epist. ad Ephesios, ubi ait: Ecclesia Christi gloriosa est, non habens maculam, nec rugam, aut aliquid istiusmodi. Qui ergo peccator est, & aliqua forde maculatus, de Ecclesia Christi non potest appellari, &c.* Quæ verba extant in *cap. Ecclesia 70. de penitentia distinctione I.*

150 Dicendum tamen est cum Franc. Valente *ubi proximè*, Ecclesiam in suo capite, Christo scilicet, in sua virtute, ac institutione consideratam, sanctam, & immaculatam esse, quamvis improbos propter unionem Fidei à se non repellat. Ad textum in *d. cap. Ecclesia*, satisfat asserendo verba illa, *De Ecclesia Christi non potest appellari*, ita esse exaudientia, ac si diceret, quod peccator dignus non est ut ad Ecclesiam Dei pertinere dicatur.

Ibi: *Oportet esse cognoscibilem, atque ideo visibilem.*

Ecclesiam Catholicam visibilem esse, fusè probat Becan. *in compendio controvers. lib. I. cap. 3. de Ecclesia, concl. I. num. 1. cum seqq.* colligiturque apertissimè ex Matthæo *cap. 8. vers. 17.* ibi: *Dic Ecclesiæ, si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* Quæ recensentur cum pluribus aliis sacre Paginæ testimoniis à Becano. Idemque *d. cap. 3. concl. 5. ex nu. 58.* demonstrat, hanc visibilem Ecclesiam non esse aliam, nisi Romanam & Pontificiam per totum orbem diffusam. Vide etiam Pat. Suar. *de Fide, disput. 9. sect. 8. num. 3. 5. & per tot. P. Valent. in d. analysi Fid. Catholic. lib. 6. cap. 4. versic. Dicitur porro ab Orthodoxis, Cornel. à Lapide sup. Epist. ad Romanos, cap. II. vers. Haëtenus, Franc. Valente in concord. Jur. Pontific. part. I. disp. I. q. 4. sect. I. num. 12.* qui errores hæreticorum contra sententium diluunt, ac vitibilitatem Ecclesiæ pluribus demonstrant, tanquam dogma de Fide.

Ibi: *Hæc etenim est illa Ecclesia.*

In Ecclesia Dei existere justos, & peccatores asseruimus ex pluribus supra, *nu. 148.* qui pro hac veritate Catholica hæc, quæ D. Covar. adducit, & aliâ ex Divinis Scripturis expendunt. Adde Cornel. à Lapide *sup. Matth. cap. 13. versic. Item simile est, ubi de lagena in mare missa.*

Ibi: *Per peccatum mortale Fidem non amitti.*

Fides per culpam etiam lethalem non tollitur, *cap. Fortè II. 23. quest. 4.* D. Covarruv. fusè probans in *cap. Alma mater, in. nu. 8. de sentent. excommunicat. in 6. Pat. Suar. de Fide, disput. 7. sect. 3. num. 3. & de Gratia lib. II. cap. 5. num. 5.* Lorin. *in Epist. Canonic. sup. Epistolam D. Jacobi, cap. 2. vers. 17.* Cornel. à Lapide *sup. I. ad Corinth. cap. 13. vers. 2. verbo: Porro S. Ambrosius. Nec oportet plures laudare, cum res clara sit, & vulgaris, ut ait Suar. d. sect. 3. num. 3.* Quod planè deducitur ex epistola B. Jacobi, *cap. 2. ibi: Fides sine operibus mortua est.* D. Paul. *I. ad Corinth. cap. 13. ibi: Si habuero omnem Fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Ex quibus constat, Fidem consistere posse absque charitate, & consequenter in homine reo lethalis peccati Fidem persistere, *cap. Solet 31. de consecratione distinct. 4.*

Hæc autem Fides, quæ in homine iniquo residet, dicitur mortua, inutilis, fœda ut cadaver. Cornel. à Lapide *sup. Epist. B. Jacobi, cap. 2. versic. Nota tertio, Lorin. ubi proximè: imò ab aliquibus Fidem esse negatur, sed hoc ideo asseritur, quia ad salutem non proficit.* D. August. *lib. 15. cap. 18.* hæc profert: *Fides juxta Apostolum sine charitate esse potest, prodesse non potest.* Est tamen Fides vera: Cornel. à Lapide *d. cap. 2. versic. Sic & Fides, Lorin. ubi supra,* qui ob-servat hominem peccatis irretitum, infidelem quodammodo vocari, quemadmodum sceleratum, non hominem, sed pecudem dicimus ob similitudinem irrationalitatis. Qua ratione Catholicus vitii deditus potest infidelis nuncupari, ejus-
que

que Fides quasi infidelitas reputari. Sic accipiendum est quod habetur in *d. cap. Fortè*, & à nonnullis DD. reperitur, qui inficiantur Fidem in peccatoribus posse consistere, quia morum pravitate sunt tales, ut potius Ethnici, quam Catholici videantur.

- 155 Adeo verum est, Fidem non amitti quovis mortali crimine, nisi hæresis sit, ut quis absque charitate valeat incipere Fidem habere, *cap. Solet 31. de consecrat. distinct. 4.* ubi casus ex D. Augustino proponitur. *Pat. Suar. sup. d. sect. 3. num. 4.* Glossa marginalis in *d. cap. Solet*, & in notis quæ sunt post id advertitur, Fidem veram dari posse in homine peccatore, sed non esse veram virtutem, quæ absque charitate existere nequit; aliud enim est Fides vera, & aliud vera virtus, secundum Divum Thomam 2. 2. *quæst. 4. art. 5.*

Ad Num. II.

- 156 D. Petrum, ejusque successores à Christo Domino primatum, & prærogativam obtinuisse, ut universalis Ecclesiæ, quæ per totum terrarum orbem diffunditur, supremi sint Monarchæ, Pontifices, & Pastores super omnes alios particularium Ecclesiarum Antistites, à cunctis Orthodoxæ Fidei cultoribus censetur: quod innumeris Sacrorum Conciliorum decretis, ac Sanctorum Patrum testimoniis comprobatur, & ex Divina Scriptura evidenter apparet. Ea omnia præ cæteris latissimè congerunt *Pat. Valent. sup. in analysi Fidei Catholicæ, lib. 7. cap. 2. cum plurimis seqq.* *Marta de jurisdict. part. I. à cap. 12.* *Cornel. à Lapide sup. Epist. I. S. Petri, in proëm. vers. Quoad tertium, cum aliis, Becan. in compend. controversiar. lib. I. cap. 4. de Capit. Eccles. à nu. 10.* ubi de nominibus, & prærogativis B. Petri, per quæ Primatus illius demonstratur. *August. Barbosa in collectan. ad cap. ult. num. 6. de Summa Trinit. ubi plurimi, Gregor. Lop. in l. 2. gloss. ult. tit. 5. part. I. Pat. Suar. de legib. lib. 4. cap. 3. num. 10. Cævall. commun. quæst. 897. num. 447. & 448. D. Covarr. in regula Peccatum, part. 2. §. 9. num. 5. vers. Quartò ratione, Card. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 4. Theat. vitæ hum. lit. P, fol. 527. sub vers. Primatus in Petro, Navar. de Indulgent. notab. 23. num. 10. omiffis aliis penè innumeris; cum compertum sit, Primatum Petro à Deo immediatè provenisse, ut & antiqui, & neoterici omnes Catholici uno ore fatentur, sicut eleganter admonet Spondan. in Epitome Baron. tom. I. anno 33. nu. 6. in hæc verba: *Atque ut uno verbo dicam, quotquot post recensitos extiterunt Ecclesiastici Scriptores Orthodoxi, quotquot etiam in Spiritu Sancto legitime congregatæ sunt Synodi, id ipsum omnes æquè constanter ingenuèque professæ sunt.**

Hunc Primatum B. Petri super ipsos Apostolos, aliosque gregis Dominici Pastores, & in Romanos Pontifices propagatum, probant tam Canonica, quam Imperialia Jura, quæ enumerat *Marta sup. cap. 13. nu. 18.* quibus Regia jungenda sunt in *l. 2. & 3. tit. 5. p. I.*

- 157 Quo tempore Petro hoc supremum munus mandatum sit tradit *Greg. Lop. in d. l. 2. gloss. I.* aïens ante mortem Domini electum esse in Principem Ecclesiasticæ Hierarchiæ, sed post Resurrectionem confirmatum, ex illis *Joan. cap. ult. verbis, Pasce oves meas:* de quo post Baron. Spondan. in ejus Epit. tom. I. anno 33. num. 6. & anno 34. num. 59. Ea præeminenti potestate fun-

ctus est B. Petrus Hierosolymis, Antiochiæ, & Romæ 37. annis, 2. mensibus, ac 24. diebus, ut tradit *Illescas Hist. Pontific. tom. 1. lib. I. cap. I. ad fin.* Romana in urbe ledit annis 24. mensibus 5. diebus 12. *Carrill. Annal. anno 69.* Consule tamen Baron. & Spondan. anno 69. & aliis.

Ibi: *Idem Nicæna sacrosancta Synodus.*

Vide *Mart. sup. cap. 15. à princip.* ubi satisfacit argumento, quod ex Nicæna Synodo adversarii eliciunt contra Ecclesiæ Romanæ primatum.

Ibi: *Nam licet quidam ex Patribus locum illum.*

Verba illa Christi Domini apud Matthæum cap. 158 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* quidam sic exaudiunt, ut petra sit ipse Christus, quem petram dixit *Apostol. I. ad Corinth. cap. 10. vers. 4.* ibi: *Petra autem erat Christus.* Ita D. Aug. *dialog. 4. de Trinit.* ibi: *Super hanc petram, id est, Christum ipsum, quia aliud fundamentum nemo potest ponere, &c.* Adde tradita *sup. nu. 13.* Alii, ut Origenes, existimant eandem clausulam intelligi ita, ut *super hanc petram,* sit super omnes homines inædificandam esse Ecclesiam, qui Petri Fidem profiterentur. Alii, ut B. Hilar. *lib. 6. de Trinit.* Greg. Nyssenus, Chrysofom. apud Maldonat. illicò laudandum; opinantur Christum Dominum asseverasse, Ecclesiæ ædificium erigendum super Petri Fidem, seu Fidei confessionem, qua eum filium Dei vivi enunciavit. Sed his rejectis opinionibus, quas recenset, ac refutat Maldonat. in *Evang. sup. Matth. cap. 16. vers. Et super hanc petram,* cum ipso, ac communi Patrum tenendum est, verba illa, *Super hanc petram,* ad B. Petrum esse referenda, quibus Christus illum fundamentum, ac caput Ecclesiæ futurum spondit, ac prænuñciavit in egregiæ Fidei remunerationem, ut latè probat Maldonat. supra, *ex vers. Primum quis non videt: & vers. Denique super ipsum,* plures recenset aïens, sic placuisse omnibus antiquis Authoribus Catholicis. Idem testatur *Sylveira sup. Evang. tom. 4. lib. 6. cap. 5. nu. 144.* Illos præter Maldonat. laudarunt Card. Bellarmin. *lib. I. de Rom. Pontif. & Pat. Suar. contra Reg. Angliæ, lib. 3. cap. 10. à nu. 8.* Senens. in *Bibliotheca, lib. 6. annotat. 68.* Unde ad probandum primatum, ac principatum Petri, communiter hic locus Matthæi expendi solet, ut videre est apud *Mart. de jurisdict. part. I. cap. 13. in princ. & alios recensitos supra num. 156.*

Nec refert quod hæretici objiciunt, scilicet 159 Petrum non esse Ecclesiæ fundamentum, sed solum Christum, secundum præmissa jam *num. 13.* Nam respondere oportet cum Maldonat. *sup. vers. Nam quod,* aliisque Catholicis Interpretibus, quod in Ecclesia, sicut in materiali ædificio, plures sunt lapides. Primus, maximus, & angularis est Christus, quo alii innituntur, atque ita accipitur illud Pauli I. ad Corinth. cap. 3. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, &c.* Secundarii lapides sunt Apostoli & Prophetæ, super quos ædificata est Ecclesia D. Paul. ad *Ephes. cap. 2. vers. 20.* ibi: *Superinædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Adde Lorin. laudatum supra, *num. 140.* *Cornel. à Lap.*

in 1. epist. B. Petri, cap. 2. verb. *Lapidem vivum.* Cùm ergo B. Petrus omnium Apostolorum Caput & Princeps sit, sicut ex præmissis apparet, ideoque nomen *Cephas* ei fuerit inditum, quod caput significat l. 3. tit. 5. p. 1. cap. *Sacrofancta*, §. *Inter Beatos*, 22. dist. Mart. d. cap. 13. nu. 11. idèd frequentissimè fundamentum Ecclesiæ à Catholicis DD. appellatur, prout eundem vocitant Maldonat. sup. Sylveira d. cap. 5. nu. 145. Cornel. à Lap. sup. epist. 1. B. Petr. in proëm. vers. *Quoad tertium*, & vers. *Sextum*, cum aliis. Lorin. sup. epist. 1. B. Pet. c. 2. vers. *Quintò*, verb. *Lapidem vivum.* Quem dicendi stylum à Sanctis Patribus, quos laudant, didicerunt.

Ibi: *Extat hac de re definitio Constantiensis Concilii.*

160 Hanc definitionem memorat Greg. Lop. in l. 2. gloss. ult. in fin. tit. 5. p. 1. qua damnati sunt Joannes Wiclefus Anglus, & Joannes Hus Germanus, qui primatum Sedis Apostolicæ inficiabantur. Hæc Constantiensis Synodus, quæ inter generales decimafexta numeratur, cœpit sub tempus schismatis ad annos 1418. cùm tres se successores B. Petri legitimos asserebant, & sub Martino V. finem accepit. Vide Illesc. *Hist. Pontific. tom. 2. lib. 6. cap. 11. & 12.* Padillam in *Chronographia Concilior. fol. 83.*

Ibi: *Et Concilii Florentini sub Eugenio IV.*

161 De hoc Concilio aliqua prædiximus supra, nu. 57. Decretum autem ita se habet: *Diffinimus sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem & Doctorem existere: & ipsi B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam à Dom. nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Cujus Synodi auctoritatem in hanc rem expendunt Marta d. part. 1. cap. 12. num. 10. Aug. Barb. in *collectan. ad cap. 1. num. 6. de Sum. Trinit.* & alii, quos dedimus supra, num. 156. Similiter in fine Concilii Chalcedonenfis habentur hæc verba: *Unde sanctissimus & beatissimus Papa, Caput universalis Ecclesiæ Leo, per nos ut Legatos suos Episcopali eum dignitate nudavit, ut sunt apud Becan. sup. num. 20.*

Ibi: *Ut tandem hæreticum sit contrarium asseverare.*

162 Sic habetur in l. 4. in fin. tit. 5. p. 1.

Ibi: *Latine quidem rectè Primatum dicere possumus.*

163 Primates dicuntur summates & optimates, qui scilicet in Republica, gremio seu hierarchia principem locum tenent. *Michæ cap. 5. ibi: Et fuscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines.* Et cap. *Si quis ex Sacerdotibus* 6. 79. dist. juncta glossa ibi, cap. 1. 99. dist. rubric. *C. de Alexand. Primatib. lib. 11.* ubi Bartol. Garcia Toletan. in *Lucern. rubricar. cod.*

tit. D. Chrysofom. *hom. 20. in Matth. Plin. lib. 8. cap. 5.* Cornucop. *col. 417. num. 10.* Valcarcer. in *epit. Jur. Canon. in d. cap. Si quis ex Sacerdotibus*, Calepin. verb. *Primates*, Lexic. Ecclesiast. verb. *Primas*, Lexic. Calvin. verb. *Primates.* Sed & Primas in singulari usurpatur maximè apud Ecclesiasticos Authores pro quadam & amplissima quidem dignitate, de qua paulò inferiùs differendum. Vide Lexic. Eccles. ac Lexic. Calvin.

Hinc verbum *Primatus*, accipitur pro ea prærogativa, qua aliquis inter cæteros præeminet. 164 Calepin. verb. *Primatus*, Nebriffensis *cod. verb. Lexic. Calvin. ibidem*, Lexic. Ecclesiast. d. verb. *Primatus*, Plin. *lib. 8. cap. 5. ibi: Ob id Phaleris argenteis, quo maximè gaudens, & reliquo omni primatu donavit.* Et cap. *Nos* 8. 12. dist. cap. *Placuit*, 18. dist. cap. 1. 21. dist.

Ibi: *In Canonibus verò, ut dixi.*

Primates aliquando dicuntur Eminentissimi 165 Cardinales, cap. *Si quis ex Episcopis*, 5. 79. dist. ubi Valcarcer in *epitom. Jur. Canonici.* Aliquando Archiepiscopi, ut notatur in Lexic. Calvin. verb. *Primatus*, frequentius verò ea voce denotatur dignitas quædam Patriarchatui similis, imò Primatus, & Patriarchatus non re, sed nomine distinguuntur, cap. *duo* 9. *de offic. jud. ordin. c. 3. de for. compet. cap. 1. 99. dist. cap. Nulli, ead. dist. Trident. sess. 3. c. 18. de reformat. & sess. 24. cap. 3. de reformat. l. 9. tit. 5. p. 1.* Lexic. Ecclesiast. verb. *Primas*, Lexic. Calvin. verb. *Primatus.* Sed Summus Pontifex primatum Sacerdotii dicitur obtinere, in cap. 1. §. *Eulalius*, 96. dist. quia est super omnes Sacerdotes. Ex quibus constat, quod D. Covar. edocet, per verbum scilicet *Primatus* significari prærogativam, seu privilegium, quod summis Ecclesiæ Principibus à Deo, Romanis Pontificibus, aut Synodis generalibus ratione primi loci, quem in toto orbe, vel in aliqua provincia obtinent, conceditur. Sed hoc nomen *Primas*, nullus Archiepiscopus sibi usurpare valet, nisi Sedem in primis civitatibus habeat, cap. *Nulli*, 99. dist.

Ibi: *In Concilio Nicæno, cap. 6.*

Vide Mart. *de jurisdic. part. 1. cap. 10. nu. 8.* 166 & cap. 15. à princip. quò loci refert Paschasium Episcopum in Concilio Chalcedonenfi *act. 16.* ita citasse hunc Canonem ex Nicæna Synodo: *Ecclesia Romana semper habuit primatum, mos autem perduret.* Aug. Barbosa in *collectan. ad cap. Mos antiquus*, num. 8. 65. dist. Valcarcer. *sup. in eod. cap. latissimè Spondan. in epitom. Baron. ann. 325. à num. 33.*

Ibi: *Concilium etiam Constantinopolitanum.*

De quo est canon in cap. *Constantinopolitane*, 167 22. dist. ubi habetur Episcopum Constantinopolitanum post Romanum Pontificem Primatus honorem obtinere. Consule notas Gregorianas ibi, Aug. Barbof. in *collect. ad eund. textum, ex n. 1.* Acufiam *ibidem*, atque textum in cap. *Antiqua* 23. *de privileg.*

Ibi:

Ibi: *Etenim sicut divinitus Romana Ecclesia.*

168 Ecclesia, quæ Romæ est, summumque Pontificem Episcopum habet, omnium quæ in orbe existunt Catholicæ, mater, magistra, caput, domina, ac princeps vocitatur, ipsaque primatu, & prærogativa ex divina institutione gaudet, *cap. ult. in fin. de Sum. Trinit. cap. ult. de for. compet. cap. ult. in fin. de Baptism. c. Antiqua 23. de privileg. c. Sacrosancta, 22. dist. 1. Inter claras 5. C. de Summa Trinit. Trident. sess. 5. de Sacram. Canon. 3. de Baptism. & sess. 14. cap. 3. de Extrema Unction. & sess. 22. cap. 8. de sacrif. Missæ, Card. Baron. in addit. ad Martyrolog. Rom. die 18. Januar. Card. Bellarm. tom. 1. de Rom. Pontif. lib. 2. à princip. Cardin. Tusch. lit. E, concl. 3. num. 3. cum seqq. & num. 20. Greg. Lop. in l. 2. gloss. 2. tit. 5. p. 1. Franc. Valente in concordia Jur. Canonic. præm. c. 3. num. 2. Albert. Pighius de Ecclesiast. Hierarch. lib. 3. c. 12. Aug. Barbosa cum pluribus de potest. Episcop. part. 1. tit. 3. c. 2. num. 12. 13. & in collectan. ad cap. 2. num. 6. de Summa Trinit. Spondan. in epitom. Annal. Baron. anno 45. nu. 1. Cornel. à Lap. sup. 1. D. Petr. c. 5. vers. 13. §. Meritò ergo, & §. Primum ergo de encomiis Ecclesie Romanæ, D. Aug. epist. 162. ait in Ecclesia Romana semper Apostolicæ Cathedræ viguisse principatum. Mart. p. 1. c. 12. num. 6. ubi ex aliis inquit, perpetuo Imperatoris edicto Romanam Ecclesiam esse caput, & matrem omnium aliarum Ecclesiarum. Sed contrarium stabiliisse videtur Justinianus in l. Constantinopolitana, C. de sacrosanct. Eccles. in hæc verba: Constantinopolitana Ecclesia omnium aliarum est caput. Intelligi tamen ita debet, ut primum locum occupet post Romanam, secundum præmissa nu. 167. Nec illa generalitate comprehendisse Imperatorem Romanam credendum est, apud quam summi Pontificatus apicem existere idem fatetur in authent. Ut Ecclesia Romana, in princ.*

169 Romanæ Ecclesie fundamenta prima jecisse fertur B. Petr. anno 45. 15. Kalend. Januar. anno 2. Claudii Imperatoris. Spondan. post Baron. in epitom. tom. 1. d. anno 45. num. 1.

Ibi: *Aliquot Episcopi, aut Pontifices in provinciis.*

170 Sic in Hispania Archiepiscopus Toletanus primatum tenet, renitente Bracharenfi Antistite, qui super illo contendebat, argumento capitis *Cum longè 25. 63. dist. Greg. Lop. cum aliis in l. 9. gloss. 3. tit. 5. p. 1. De quo latissimè August. Barbosa in collectan. ad d. cap. Cum longè. Primas autem ideo vocatur, quia post Pontificem obtinet in sua provincia locum primum, d. l. 9. Part. tit. ubi Greg. Lop. gloss. 4.*

Ibi: *Non est tamen concedenda similitudo in radice.*

171 Adhuc inter ipsos Apostolos, & Ecclesias, quibus præfuerunt, atque inter B. Petrum & Romanam Ecclesiam maxima fuit distinctio; nam licet Apostoli à Christo Domino jurisdictionem, & potestatem acceperint, fuit tamen subordinata B. Petro, quem caput & Principem agnoscebant. Vide D. Covar. in reg. peccatum, part. 2. §. 9. nu. 5. vers. Quartò ratione, Mart. sup.

cap. 13. per tot. Becan. in compend. controversiar. lib. 1. c. 4. de Capit. Eccles. n. 17. & tract. de Repub. Eccles. lib. 1. cap. 7. object. 1. ubi negat Apostolis Ecclesiam æque fuisse commendatam ac Petro, ac parem jurisdictionem, & potestatem Petro, ac cæteris concessam esse.

Ad Num. 12.

Beati Petrus & Paulus eodem die Neronis 172 jussu laureâ martyrii simul redimiti occubuerunt. Sic in Ecclesia receptum est, ac constat ex *cap. Quamvis, 21. dist. ubi gloss. verb. Eodemque die, cap. Sacrosancta, 22. dist. Card. Baron. Annal. tom. 1. anno 69. ubi Spondan. num. 2. qui ait, omnium esse concordem sententiam, Carrillo Annal. anno 69. Cornel. à Lapid. in præm. ad epist. 1. B. Petri, vers. ult. Theat. vitæ hum. lit. C, fol. 133. vers. Petrus & Paulus. Marta sup. c. 14. nu. 8. Valcarcer in Epitom. Jur. Canonic. in d. cap. quamvis, & in d. cap. sacrosancta. Illecas Hist. Pontific. lib. 1. cap. 3.*

Dies autem tanti triumphi communi omnium 173 consensu assignatur vigesima nona Junii, qua ab Ecclesia recolitur, & ita observant ii, quos pronuper laudavimus. Quoad annum, Baron. & Spondanus sentiunt, fuisse Christi sexagesimum nonum, & Neronis quatuordecimum & penultimum, quo Apostoli hi sunt enecati. Sed alii antecedentem, alii subsequentem esse volunt. Consule Cornel. à Lap. Illecas, & cæteros cum eis proximè adductos. Nec latet causa, ex qua impius Imperator usque ad internecionem in Apostolorum Principem insævit; etenim prostraverat Romæ Simonem Magum, quem ille in deliciis habebat ob artes magicas, quas Simon profitebatur. Corn. à Lapid. ubi sup. Cruci affixus est in colle Janiculo, vel Vaticano, qui Romæ sunt, & in Vaticano humatus est. Cornel. à Lap. ibidem, Baron. d. anno 69. & Spondan. ibi, nu. 7. Collis nuncupabatur Vaticanus, quia Vatum responso Romani eo potiti sunt, aut à vaticiniis, quæ eò loci fieri solebant, vel à Deo Vaticano, seu Vaginato. Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 1. cap. 11. vers. Vaticanus, Cornucop. col. 41. num. 10. Calepin. verb. Vaticanus. Janiculum collis etiam est Vaticano conterminus, & uterque trans Tiberim est: sic autem appellatur, quòd populus Romanus per illum quasi per januam primitus transivit in agrum Etruscum, vel à vetustissimo oppido, quod Janus in Italia construxit super ipsum collem. Rosin. sup. verb. Janiculum, Cornucop. col. 1156. in fin. Calepin. verb. Janiculum.

Vers. Secunda autem Sedes apud Alexandriam.

Extra quæstionem est Ecclesie primordiis Alexandrinam Sedem, & Antiochenam duntaxat Patriarchatus prærogativâ potitas esse. Alexandriæ Ecclesiam instituit D. Marcus, qui eidem præfuit. Antiochiæ resedit B. Petrus, & ibi Antistitem sibi substitutum reliquit B. Ignatium. In quo observare oportet, quod etsi Sedes Antiochena prius fuerit Patriarchalis, quam Alexandrina, illa tamen huic postposita est ob amplitudinem, dignitatem, & opulentiam civitatis, Dionys. Paul. tract. de vera quat. Patriarchal. Sedium erectione, cap. 8. num. 8. August. Barbosa in cap. Antiqua, num. 5. de privileg. de qua

qua Card. Baron. *Annal. tom. 1. anno 39. vers. Quailis esset*, Calepin. *verb. Alexandria*, ubi ait totius orbis emporium extitisse, & 320. annis ante Christi adventum constructam. De Patriarcha Alexandrino plura tradit August. Barb. *de potest. Episcop. part. I. tit. 3. cap. 4.* Dionys. Paul. *d. cap. 8.*

- 175 Antiochia (sunt enim plures urbes hujus nominis, ut videre est apud Stephan. Byzantium, quem refert Calep. *verb. Antiochia*,) civitas est Syriae apud Orontem fluvium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, qui à nomine patris sui Antiochi, sic ipsam appellari voluit. Strab. *lib. 15.* Calepin. *sup.* De Patriarcha Antiocheno fusè disserunt Paul. *ubi nuper, cap. 7.* Barbosa *d. tit. 3. cap. 5. & in d. cap. Antiqua, num. 6.* Vide etiam ad præmissa Card. Bellarm. *lib. de Roman. Pontific. Card. Baron. d. anno 39. ibi Spondan. in Epitom. num. 5. cum aliis, & anno 45. nu. 16. Theat. vitæ hum. lit. P, fol. 100. & lit. E, fol. 133.*

Ibi: *Quod verò de Constantinopoli scribitur.*

- 176 Constantinopolis ante Constantinum, Byzantium vocabatur, à Paulania Spartanorum Rege condita, Calep. *verb. Bizantium*, Theat. *vitæ hum. lit. E, fol. 133.* Illescas *sup. lib. 2. cap. 1. col. 6.* Sed Imperator ille Imperii sedem ibi constituit, ipsamque civitatem proprio nomine condecoravit, plurimisque privilegiis, ædificiis, ac immunitatibus insignivit, & inter cætera anno imperii sui 15. effecit, ut in Patriarchatum Sedes illa erigeretur, & Metrophanes tunc temporis ejus Antistes post Alexandrinum federet, ac Antiocheno præponeretur. Theat. *vitæ human. lit. D, fol. 351. vers. Constantinus* Verùm in Concilio Constantinopolitano I. Damaso Pontifice, & Theodosio Imperatore ad annos 381. celebrato stabilitum fertur, ut Sedes Constantinopolitana post Romanam primum teneret locum, sicut habetur in *cap. Constantinopolitanae 21. dist. & observant Sigon. lib. 8. Imper. Occident. Spondan. in Epit. Baron. anno 381. num. 5. Theat. vitæ human. lit. M, fol. 110. & lit. P, fol. 100.* Idem jus prælationis indultum est Chalcedonensi Synodo, generali utique, anno 451. quæ sub Leone I. congregata est, Marciano Imperii clavum tenente, Baron. *dict. anno 451. & ibi Spondan. num. 31. Onuphr. Panuin. in not. ad Plotinam, in Bonifacio III. Theat. vitæ hum. lit. P, fol. 100.* Card. Bellarm. *ubi sup. Dionys. Paul. sup. cap. 10. Aug. Barbosa d. tit. 3. cap. 3. quæ & D. Covar. antiquioribus recensitis tradidit in præsentia.*

- 177 At ex his non omninò compertum est, Sedem Constantinopolitanam Alexandrinæ, & Antiochenæ fuisse prælatam, quia maximè ambigitur, an in Constantinopolitano Concilio id statutum fuerit, ut videre licet apud Card. Baron. *anno 381. ubi Spondan. num. 5. & anno 451. nu. 31.* Quoad Canonem Chalcedonensis Synodi scire oportet, Anatolium Episcopum arte quadam, ambitiofoque studio quasi extorsisse decretum, de quo agimus, renitentibus Sedis Apostolicæ Legatis, palamque protestantibus se Canoni illi minimè consentire: quod ubi innotuit Pontifici Leoni I. Canonem reprobavit, Anatoliumque per literas objugavit. Card. Baron. *anno 451. ubi Spondan. num. 31. & anno 452. Theat. vitæ hum. lit. H, fol. 144.* Unde glossa Gregoriana in *d. cap. Con. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

Constantinopolitana, 21. *dist. ex pluribus Summorum Pontificum testimoniis asseverat: nullum jus prælationis ex hujusmodi Canonibus, quos Ecclesia nequiquam recepit, Sedi Constantinopolitanæ competere, sed Antistes ejus Imperatorum juvamine fretos eam sibi prærogativam usurpasse, quam tandem Sedes Apostolica Constantinopolitanæ contulit, cap. Antiqua, de privileg. & usque ad tempora Justiniani jus istud Ecclesiæ Constantinopolitanæ controversum fuisse testatur Card. Bellarm. lib. de Rom. Pontific. cap. 24. quem laudat Theat. vitæ hum. lit. P, fol. 100.* Nec parum conduxit, ut Sedes Constantinopolitana præcederet ipsius civitatis augmentum & splendor, ac Alexandriae diminutio, Spondan. *sup. anno 45. num. 16.* Constantinopoli B. Andreas Evangelium evulgavit anno 44. Theat. *vitæ hum. lit. E, fol. 133.* Vide infra, *cap. proximo, n. 32.*

Ad Num. 13.

Quatuor enumerat D. Covar. Sedes Patriarchales, juxta ordinem præscriptum in *cap. Antiqua 23. de privileg.* in quibus Constantinopolitana cæteras antecedit: quod post diuturnam controversiam, & ambiguitatem à Sede Apostolica impetravit, & nunc retinet, Boër. *de auctor. magn. Consilii, num. 50. Hermos. in prolog. Partit. 5. gloss. 2. num. 44.* Hierosolymitana, ut tempore posterior, ultimo loco collocatur; nam anno 553. in Synodo IV. Constantinopolitana, quæ quinta generalis est, in Patriarchatum erecta est sub Pontifice Vigilio, & Imperatore Justiniano, Card. Baron. *Annal. tom. 7. anno 553. & ibi Spondan. in Epit. tom. 2. eod. anno, Theat. vitæ hum. lit. P, fol. 100.* Aug. Barbosa in *d. cap. Antiqua, num. 8.* Dionys. Paul. *sup. cap. 9. ubi latè de Patriarchatu Hierosolymitano, & August. Barbosa iterum de potest. Episcop. part. I. tit. 3. cap. 6.* Licet autem quatuor Ecclesiæ Patriarchales recensentur, sunt tamen & aliæ, quæ postea à Sede Apostolica sunt institutæ, ut Aquileisæ, Gradis, item Forojulienis, ac Moscoviæ; quas memorat Hermos. *in prolog. Partit. 5. gloss. 2. num. 45.* Boer. *de auctor. magn. Consilii, num. 51.* Calepin. *verb. Patriarcha: duæque ex eis recensentur in l. 12. tit. 5. part. 1.* Accessit apud nos & Indiæ Occidentalium Patriarcha, cujus meminit Greg. Lop. in *d. l. 12. gloss. 2.* Sed hi recentiores Patriarchæ non eisdem privilegiis gaudent ac quatuor superioris nominati, ut notatur in *d. l. 12.* Sed observare oportet, quod ex speciali privilegio Hostiensis Episcopus, qui Papam consecrat, & Imperatorem coronat, inter Patriarchas sedet primum occupans post Pontificem locum, Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 16. num. 10.* Boër. *n. 50.* Garcia *de nobilit. gloss. 48. §. 3. num. 11. & 12.* Hermos. *numer. 43.* apud quos an Patriarchæ Cardinales præcedant? De Patriarchatus dignitate, ac privilegiis agitur in *d. cap. Antiqua*, ubi August. Barbosa *numer. 1. & latius de potest. Episcopi, part. 1. tit. 3. cap. 1.* Dionys. Paul. *tract. de vera quat. Patriarchal. sedium erectione, à princ. & plures congerit Barbosa in d. cap. Antiqua. n. 2.* Vide legem 9. *cum seqq. tit. 5. p. 1. & ibi Greg. Lop.*

Est obiter adnotandum, Romæ quinque esse Basilicas quæ Patriarchales nuncupantur, videlicet S. Joannis Lateranensis, S. Petri in Vaticano, S. Pauli extra muros, in via Ostia, S. Ma-

S. Mariæ Majoris, & S. Stephani ac Laurentii extra muros in via Tibuli, & his versibus exprimuntur.

Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius, atque Joannes.

Hi Patriarchatus nomen in Urbe tenent.

Quare ita Ecclesiæ istæ appellantur, plures rationes reddunt, & inter cæteras illa est, quia hujusmodi Basilicæ destinatæ erant, ut cum quatuor Patriarchæ Romanæ adventarent, quisque proprium haberet palatium: & quemadmodum Pontifex inhabitat Basilicam S. Joannis Lateranensis, ita Patriarcha Constantinopolitanus S. Petri, Alexandrinus S. Pauli, Antiochenus S. Mariæ, Hierosolymitanus S. Stephani, & Laurentii palatium sibi haberent. Theat. vitæ hum. lit. E, fol. 143. Illescas *Histor. Pontific. lib. 4. cap. 37.*

Ibi: *Illud tamen mirum videri poterit.*

180 Sed non mirabitur aliquis perpendens quæ tradidimus supra, num. 176. cum seqq. nam Gelasii temporibus dubium erat jus prælationis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ideoque Pontifex Alexandrinam Sedem illi præposuit, prout & alii Summi Pontifices post canones Concilii Constantinopolitani I. & Chalcedonensis præposuerunt, quos recenset Glossa Gregoriana in cap. Constantinopolitanæ, 21. dist. Imò & recens scribentes dum se ad ea tempora referunt, eundem ordinem servant. Vide Illescas ubi sup. lib. 2. cap. 1. Sed Justiniani ætate absque contradictione Antistes Constantinopolitanus reliquis præcellerat, Bellarmin. lib. de Roman. Pontific. cap. 24. Theat. vitæ human. lit. P, fol. 100. & hoc in causa fuit, ut Justinianus Constantinopolitanum Patriarcham, quem honore afficere sibi cordi erat, Alexandrino, & aliis anteponeret. Vide infra, cap. proximo, n. 32.

Ibi: *Apud quem præter alia multa.*

181 Post Gregorianam emendationem Decreti in cap. *Renovantes*, 22. distinct. ubi antea inferior Roma legebatur, nunc legitur superior: & ibi glossa Gregoriana animadvertit, Græcè legi antiquior, seu senior, sicut in capite proximo sequenti dicitur; nam Constantinopolis nova Roma nuncupata est, & urbs in qua Sedes Apostolica residebat, vetus, antiquior, vel senior Roma vocabatur, l. *Omni innovatione* 6. C. de Sacrosanct. Eccles. cap. Constantinopolitana, 22. dist. l. unic. C. de privileg. urb. Constantinopolit. lib. 11. authent. Ut Ecclesia Romana, in princ. collat. 2. & ibi Glossa verb. Anterior, authent. de Ecclesiast. titul. collat. 9. & hoc passim Scribentes, quos pronuper dedimus, observarunt.

182 De Scriptoribus Ecclesiasticis, qui commentaria super novum & vetus Testamentum ediderunt, aut aliquid circa illa elaborarunt, plenissimum indicem reperies apud Senens. in Bibliothec. Sancta, lib. 4. ubi quid unusquisque prodiderit in lucem exactè demonstrat, apud Bellarmin. de Scriptorib. Ecclesiastic. Trihem. in Catalog. Cornel. à Lapide in proem. ad singulos libros, & B. Hieronymum de Script. Ecclesiast.

SUMMARIUM.

- 1 De quatuor primis generalibus Conciliis.
- 2 Conciliorum divisio.
- 3 Quæ Concilia sint nationalia.
- 4 Discrimen inter generalia, & localia Concilia.
- 5 Conciliorum origo.
- 6 De Concilio generali Nicæno, cum numer. seqq.
- 12 De Constantino Magno traduntur aliqua.
- 13 De Olympiadum initio, remissivè.
- 14 De indictionibus, remissivè.
- 15 De vicennialibus, quæ Constantinus celebravit.
- 16 De quinquennialibus & decennialibus ab eo celebratis.
- 17 Quinquennialia & decennialia unde originem contraxerint.
- 18 De decennialibus Augusti.
- 19 De vicennialibus.
- 20 Iterum de Nicæno Concilio, cum numer. seqq.
- 22 De Arrii vita & interitu, & n. seqq.
- 24 Evangelia super thronum constituta sunt in loco ubi Patres Concilii conveniebant.
- 25 Quot canones editi sunt in Nicæno Concilio.
- 26 De Synodo generali Constantinopolitana I. cum n. seqq.
- 34 De Synodo Ephesinæ generali, cum numer. seqq.
- 41 De Concilio Chalcedonensi generali, cum numer. seqq.
- 51 De laudibus & auctoritate horum quatuor Conciliorum.
- 52 Ante Gelasium I. Pontificem nullum est habitum generale Concilium, præter quatuor præcipua.
- 53 De Conciliis omnibus hucusque iniis, remissivè.
- 54 Concilia etiam generalia non obligant ubi non sunt recepta. Sed Limitatur quoad fidei dogmata.
- 55 Qualiter peccent, qui Concilia generalia non recipiunt, aut successores eorum.

De quatuor primis generalibus Conciliis.

CAPUT XV.

PROsequitur D. Covar. quæ capite proximo ex Gelasio referre cœperat, quorum series, ut ubi, num. 2. præmissimus, habetur tom. 3. Concilior.

Verba ista, quibus caput nostrum exorditur, desumpta sunt ex D. Paulo I. ad Corinth. cap. 3. de quorum interpretatione consule Lorin. in Epist. 1. Beat. Pet. cap. 2. vers. 5. verb. Lapidem vivum Cornel. à Lapide in Epist. D. Paul. sup. d. cap. 3. & nos aliqua prænotavimus supra, cap. proxim. n. 13, 140. & 158. cum seqq.

Hæc quatuor generalia Concilia memorat Justinianus jubens ab omnibus observari, & qui, contra definitiones eorum quicquam tenuerit, ut hæreticum coercendum decernit, l. Nemo 4. l. Nos reddentes 6. §. Suscipimus, l. fin. §. ult. C. de

de Summa Trinitate, l. Quicumque 6. C. de hæretic. authentic. de Ecclesiast. tit. in princip. col. lat. 9. Et licet sub tempora Justiniani Constantinopoli quinta generalis Synodus haberetur, ejus in prædictis Constitutionibus non meminit: tum quia Concilium illis posterius fuit: tum etiam quoniam quatuor prima universalis Concilia adinstar Evangeliorum habebantur, & quasi Paradisi flumina, quapropter cæteris etiam universalibus & auctoritate, & doctrina censeantur potiora, cap. 1. §. Inter cætera, 15. dist. ubi Barbosa numer. 25. in collectan. Unde fortassis Imperator his recensitis quantum prætermisit.

Ad Num. 1.

2 Diffident inter se scribentes, dum Conciliorum species discernunt, ut videre est apud Barbosa ubi proximè, num. 1. cum seqq. Verùm summa eorum divisio est, quod omnia Concilia aut generalia, seu universalis sunt; aut localia. Rursum localia subdividuntur in nationalia, provincialia, & Episcopalia. Universalis sunt quæ Sedis Apostolicæ auctoritate, Prælati ex toto terrarum orbe accersitis pro negotiis totius Ecclesiæ tractandis congregantur: his Summi Pontifices per se, aut per suos Legatos interfunt, quæ œcumenica, & plenaria etiam nuncupantur. Poterit quodammodo universale Concilium appellari; cùm Pontifex convocatis Episcopis Italiæ, vel alterius provinciæ, Synodum instituit ad definitionem alicujus negotii statuendam, quæ apud omnes Christiani Principatus Antistites ut dogma universale recipiatur. Sed hoc minus propriè dicitur universale, ratione scilicet universalis auctoritatis, quam ab ipso Christi Vicario consequitur; deficit enim universalis vocatio Prælatorum ex toto orbe Christiano, ut Concilium propriè generale censeatur.

3 Nationalia Concilia appellantur, quæ convenientibus Episcopis non solum unius provinciæ sed totius nationis, vel Regni, pro expediendis negotiis ad illud spectantibus, Præsidente Primæte, seu Patriarcha peraguntur, qualia plurima in Hispania, Gallia, & Italia congregata leguntur, & omnia in unum congerit Padilla in Chronographia Concilior. tit. quæ Concil. censeantur fuisse nation. Provincialia dicuntur, quæ ex conventu Prælatorum unius provinciæ constant, Metropolitanò præside, in quibus de rebus quæ ad eam provinciam attinent, differitur. De his agit Gratian. 18. dist. per tot. Episcopalia (quæ secundùm communem loquendi usum Synodi vulgò vocitantur, ut observat Aug. Barbosa sup. n. 1.) sunt quæ Episcopi cum Clericis suarum Diocesium habent, de quibus in cap. Quod super 9. de majorit. & obed. cap. 2. cap. Annis, 16. dist. 18. His adjiciunt aliqui Concilium Monachale, seu Conventuale: sed hoc Capitulum dicitur, Aug. Barbosa ubi proximè. De hac Conciliorum partitione consulere oportet caput 2. §. Porro, 3. dist. Gloss. verb. Universalis, in cap. Conveniensibus, 1. q. 7. Card. Bellarm. tract. de Concil. lib. 1. c. 4. Card. Jacobat. eod. tract. lib. 1. art. 2. §. Quot autem, Can. de locis Theologic. lib. 5. c. 1. Didac. ab Alava tract. de Concil. Dionys. Paul. de vera quat. Patriarchal. Sedium erectione, cap. 12. Padill. sup. tit. de Concilior. partition. Aug. Barbosa sup. ex n. 1.

4 Inter generalia, & localia Concilia multum interest. Primò illa sola Sedes Apostolica potest D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.

congregare, cap. Ideo, 2. quest. 6. Cardin. Jacobat. sup. lib. 3. art. 1. num. 23. cum aliis Barbosa nu. 6. Marta jurisdict. part. 2. c. 37. num. 20. Padilla tit. ad quem spect. congreg. Concil. Jul. I. epist. ad Orient. Episcop. ubi: Ipsi verò, ait, prima Sedi Ecclesiæ convocandarum generalium Synodorum jura, & judicia Episcoporum singulari privilegio Evangelicis & Apostolicis, atque Canonicis concessa sunt institutis. Hæc, id est localia, inferioribus Prælati, ut Primatibus, Metropolitanis, ac Episcopis permissum est convocare. Barbosa ubi proximè, Padilla, & Card. Jacobat. ubi proximè. Secundò decreta Concilii generalis ubique terrarum vim obligandi habent propter Summi Pontificis auctoritatem, quæ illis inest, & ad totum orbem extenditur. At nationalia, & cætera Concilia non excedunt fines regni, provinciæ, vel Episcopatus ubi celebrantur, unde localia nominantur. Alphons. à Castro advers. hæres. lib. 1. c. 8 Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 5. cap. 3. num. 6. Barbosa num. 7. Tertio ad generalia Concilia deferuntur graviora negotia, ut quæstiones Fidei causæ Episcoporum, morum universalis Ecclesiæ reformatio, & alia hujusmodi, quæ in localibus Conciliis tractari non licet. Barbosa n. 8. cum seqq. Quarto generale Concilium errare nequit circa articulos Fidei, aut mores definiens, modò Pontifex illi interfuit per se, aut per suos Legatos cum speciali instructione. Barbosa ex pluribus nu. 13. cum seqq. aliqui errare Concilia in his rebus poterunt, quanquam præsideant Papæ Legati nisi confirmatione roborentur, ut latè probat Padilla sup. de auctoritat. Concilior. Barbosa cum aliis in cap. Concilia, à princ. 17. dist. Particularia verò Concilia errorem circa definitiones Fidei & morum nisi à Summo Pontifice confirmantur; possunt incurrere, prout non semel evenisse constat, & ita hæc Concilia veritatem infallibilem non habere etiam quoad articulos Fidei, docent Card. Bellarm. de Concil. lib. 2. cap. 10. Can. d. lib. 5. cap. 4. concl. 4. Barbosa n. 11. Padilla ubi proximè, ac prænotavimus sup. hoc lib. cap. 13. numer. 21. & cap. 14. num. 28.

Conciliorum origo à tempore Apostolorum dimanavit, ut D. Covar. nos docet; quo quatuor celebrata fuere Concilia, quæ referi Padilla in Chronograph. Concilior. fol. 2. nullum tamen in eis hæc generale censeatur, ut innuit idem Padilla tit. de origin. Concilior. in princip. & tit. de partition. Concilior. vers. hujusmodi, ubi rationem reddit, quia scilicet ad ea non sunt accersiti Apostoli omnes, nec alii Prælati: possunt nihilominus impropriè generalia vocari tam ista, quam alia summorum Pontificum auctoritate suffulta, in quibus definitiones ad universalem Ecclesiam spectantes sunt editæ, qua ratione universalis Concilia dici poterunt; sed cùm deficiat convocatio generalis Prælatorum, qui ubique gentium resident, idèò universalis absolutè non vocantur, qualia sunt ea, quæ & auctoritate universali, & convocazione tale nomen fortiuntur. Vide Padill. d. tit. de Concilior. partition. vers. De Conciliis, Card. Jacobat. d. art. 2. §. Quot autem, Barbosa in collect. ad cap. 1. num. 3. 15. dist. Albert. Pighium de Ecclesiast. Hierarch. lib. 6. cap. 2. vers. Medii verò.

Ibi: Universalis tamen Concilia.

Primum Concilium generale auctoritate, ac convocazione, sub tempora magni Constantini

tini celebratum apud omnes constat. Glossa verb. Synodo, in cap. Futuram, 12. quæst. 1. Albert. Pigh. sup. d. lib. 6. cap. 1. Card. Jacobat. lib. 1. art. 5. Polydor. Virgil. de Inventor. rer. lib. 8. cap. 5. Padill. tit. de origin. Concilior. vers. De origine verò, Barbosa num. 10. Nicænum I. vocatur ab urbe Nicæa in Asia, quæ est Bithyniæ Metropolis, olim Antigoniam, ab Antigono conditore dicta, quam postea Lyfimachus ab uxoris nomine Nicæam appellavit. Ejus meminere Strab. lib. 12. Plin. lib. 5. cap. 32. Prolog. lib. 5. cap. 1. Abrah. Ortel. verb. Nicæa, Calep. eod. verb. qui & alias urbes ejusdem nominis memorant. In hac eadem civitate Concilium alterum generale habitum est, ut tradit Padilla fol. 48.

Verf. Trecentorum decem & octo Patrum.

- 7 Hunc esse numerum Prælatorum, seu Episcoporum, qui Synodo Nicææ primæ interfuerunt, testantur Imperatores in l. Nemo 4. l. Nos reddentes 6. §. Suscipimus, l. ult. §. Sequentes, C. de sum. Trinit. l. Quicumque 8. C. de hæretic. authent. de Ecclesiastic. titul. in proem. Cardin. Baron. Annal. tom. 3. anno 325. num. 18. & ibi Spondan. in Epitom. num. 6. Jacob. Gualter. in Chronic. ad ann. 400. pag. 278. Onuphr. in Chronic. anno 325. Marta de jurisdic. part. 1. cap. 15. num. 7. Card. Bellarm. sup. lib. 1. cap. 5. vers. de numero, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 16. in princip. Illefcas Hist. Pontific. tom. 1. lib. 2. cap. 1. Barbosa sup. n. 23. Padilla in d. Chronographia, fol. 5. Theat. vitæ human. lit. C. pag. 332. vers. Primum, Carrill. Annal. anno 325. & notatur in epigraphe Concilii Nicæni, & hunc numerum esse Episcoporum, qui huic Concilio interfuere, omnem communi consensu probarunt, teste Spondano ubi nuper, d. ann. 325. n. 6.
- 8 Accesserunt & aliqui Episcopi Arriana hæresi infecti, qui renuerunt præceptoris sui damnationi subscribere: postea tamen assensum definitioni Sacrosanctæ Synodi præstiterunt, ex quibus duo non antea cesserunt, quam Arrius palinodiam recantaret, Spondan. sup. num. 11. & 25. Illefcas ubi proximè. Multitudo gentium quæ cum Prælati Nicæam adierunt, penè innumera fuit, quibus omnibus Imperator Constantinus in singulos dies magnificè cibaria largiri præcepit. Spondan. num. 6.

Ibi: Quos jure optimo poteris comparare.

- 9 Præfatum numerum Prælatorum ut mysticum præconiis pluribus efferunt Scribentes, ut refert Spondan. ubi proximè: D. Ambros. in præfat. libror. de Fide, ait hunc numerum sacrum, & mysticè figuratum esse 318. militibus, quibus Abraham quinque Reges aggressus debellavit, quod tradit Barbosa ubi sup. num. 53. Spondan. num. 49.

Verf. Mediente Maximo Constantino Augusto.

- 10 Circa annum, quo Nicæna Synodus celebrata est, diversimodè sentiunt Autores, etsi cun-

cti consentiant sub tempora Constantini Magni congregatam, simulque absolutam esse: sed Card. Baron. tradit, hujus Concilii celebrationem contigisse anno 325. Christi, 20. Imper. Constantini, 12. Pontificatus Sylvestri I. Paulino, & Juliano Consulibus. Quam temporis computationem amplexi sunt Spondan. in epitom. ad Baron. ann. 325. numer. 1. Carrill. sup. Theat. vitæ hum. ubi nuper, Jacob. Gualter. in Chronic. ad ann. 400. pag. 278. D. Covar. sup. lib. 1. cap. 12. numer. 3. ad fin. in Onuphr. Chronic. anno 325. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 16. vers. Primum, & alii: quam opinionem probabilem agnoscit Barbosa supra, numer. 21. quia tractatus inter Pontificem & Imperatorem de convocando Concilio, habitus est ab anno 325. sed id coepit effectum fortiri, ut ei videtur, anno 327. finemque accepit anno 330. Vide alios, quos dedimus supra, num. 7. & notata sup. lib. 1. cap. 12. num. 19.

Ibi: Qua quidem ratione adducor, ut existimem.

Vide Baron. & Spondan. sup. num. 2. ubi latè II probat adversus alios, Concilium Nicænum peractum fuisse eodem anno, quo inchoatum est, à die scilicet 13. Kalend. Julii usque ad diem 8. Kalend. Septembris, id est, à die 19. Junii ad 25. Augusti, quos sequitur Carrill. d. anno 325. & in dicta epigraphe Concilii Nicæni, tom. 1. Concilior. dies initii idem assignatur, de quo D. Covar. infra, vers. Sed & illud, ad fin.

Ibi: Era verò convenit anno Domini.

De Era Cæsaris vide quæ notavimus supra, lib. 1. c. 12. n. 12. cum seqq.

Ibi: Neque enim Chronologi hac in re ubique conveniunt.

De hac Chronologorum varietate differit Spondan. in epit. ad Baron. anno 337. n. 1. Theat. vitæ humanæ lit. I, pag. 180.

Ibi: Constantinum anno trigesimo primo.

Constantinus magnus est natus in Britannia¹² anno 271. Theat. vitæ hum. lit. T, pag. 74. Imperii clavum tenere coepit anno 306. Baron. ibi, & Spondan. n. 4. Theat. vitæ hum. ubi proximè, ubi quod ad Imperium pervenit anno 307. vel 308. Obiit anno 337. die 22. Mai, quo Pascha Pentecostes celebrabatur in suburbano Nicomediæ, Feliciano, & Titiano Consulibus. Card. Baron. anno 337. & ibi Spondan. num. 1. & 2. Carrill. eod. anno, Onuphr. sup. Jacob. Gualter. ubi nuper, pag. 279. Theat. vitæ humanæ lit. D, pag. 131. Illefcas Hist. Pontific. lib. 2. cap. 3. in princ. ubi notat decessisse sub Julio Pontifice, aut paulò ante. Ex quibus Carrill. observat, Constantinum imperasse annis 30. mensibus 9. diebus 27. Constantinus decessit sexagesimum quintum, aut sextum ætatis annum agens, ut præfati Autores

tores tradidere. De genere ac parentibus hujus Imperatoris vide Spondan. anno 306. & 337.

Ibi : *Anno secundo Olympiadis*
278.

- 13 De Olympiadum initio ac computatione nonnulla præmissus supra, lib. I. cap. 12. n. 3. & vide Gualter. in *Chronic. ad ann. 400. pag. 277.* Theat. vitæ hum. lit. I, pag. 283. Torniiell. *Annal. anno 3278. à n. 3.*

Ibi : *Ea etenim indictio convenit*
anno.

- 14 De indictmentibus actum est supra, d. cap. 12. à n. 16. quibus junge Theat. vitæ humanæ lit. I, pag. 180. Gualter. ubi proxime.

Ibi : *Et ne mihi quis objiciat.*

Chronologiam Regis Alfonsi in procemio legum Partitarum in multis depravatam, & erroneam observat Greg. Lop. ibi, gloss. 23.

Verf. *Ex quibus obiter.*

- 15 Constantinum peracto Concilio Nicæno, in eadem civitate maxima cum frequentia & apparatu vicennalia celebrasse (erat quippe ille vigesimus sui Imperii annus, ut assertum est,) testantur Sigon. lib. 3. *Imper. Occident.* Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 788. Spondan. d. anno 325. num. 50. ubi tradit, Constantinum iis vicennialibus Constantium Filium suum secundogenitum Cæsarem creavisse, cunctosque Episcopos, qui Concilio interfuerunt, regio excipisse convivio, ac muneribus auctos, ac de concordia monitos dimisisse. Vide tamen eundem Spondan. in *addit. ad d. num. 50.*

- 16 Verum Constantinus etiam quinquennalia quinto Imperii anno, decennalia decimo, & tricennalia trigesimo solemniter celebravit, ut habetur apud Theat. vitæ humanæ ubi proxime, ex Sigon. lib. 2. 3. & 4. *Imper. Occident.* ac de decennialibus testatur Joan. Rosin. de *antiquitatib. Roman. lib. 5. cap. 22. verf. Decennales*, Spondan. anno 315. num. 1. ubi observat, Imperatorem non Gentilium more, sed Christianorum decennalia peregrisse, puras gratiarum actiones, precesque solemniter fundentem: solebatque in his solemnibus votorum nuncupatio fieri pro salute Principum tertia die post Kalend. Januar. quando singulis annis una libra auri in septuaginta duobus solidis obrysis ipso anni principio offerri consueverat. Ita Euseb. lib. I. de vit. *Constantini*, c. 41. Facit lex *Si calumniatur 233. §. Post Kalendas, ff. de verb. significat.* lex unica, C. de *oblat. votor. lib. 12.* Hæc ad tempora Christianorum Imperatorum sunt referenda; nam apud ethnicos aliter votorum ista nuncupatio exhibebatur, ut observat Spondan. ubi proxime.

Ibi : *Quæ verò sint Vicennalia, ac*
Decennalia.

- 17 Quoniam pronuper asseruimus, Constantinum quinquennalia celebrasse, necesse est adjicere, unde hæc originem traxerint. Augustus igitur post repor-

tatam ex Antonio victoriam apud Actium promontorium, ubi urbem Nicopolem condidit, illuc ludos quinquennales instituit, Sueton. in *Augusto c. 18. Dio lib. 51. & 53.* ideo sic nuncupatos, quia quinto quoque anno iterabantur, qui non Nicopoli solum, sed etiam Romæ, & ab aliis Imperatoribus peracti sunt, Rosin. d. cap. 22. *verf. Quinquennales.* Hos ludos introduxit Augustus anno mundi 4026 ante Christum 27. Imperii sui 16. Salian. *Annal. Ecclesiastic. tom. 6. anno 4026. n. 4. & 5.*

Decennalia quoque eundem Augustum autorem 18 habent, qui ut Imperio sine invidia potiretur, solebat inter ludorum apparatus, & spectaculum, decimo adveniente anno, populo Imperium renunciare, quod tamen ipse quasi invitatus iterum ab ipso populo recipiebat: quod singulis decenniis repetebatur, unde decennales ludi sunt dicti: quem morem posteriores Imperatores quoad celebritatem ludorum observarunt, quamvis illis non temporale, ut Augusto, sed perpetuum Imperium deferretur, de quo Dio lib. 53. ibi : *Augusto cum primum decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circumscicto, rursùm aliud quinquennium post decennium, ac eo finito, aliud item decretum est, ita ut continuatis decenniis per totam vitam summam Imperii obtinuerit. Quam ob causam posteriores quoque Imperatores, etsi non ad certum tempus, sed per omne vitæ spatium iis Imperium deferatur; tamen singulis decenniis festum pro ejus renovatione agant.* Ex quo & aliis idem observat Rosin. d. cap. 22. *verf. Decennales*, Salian. ubi sup. anno 4027. num. 1. cum seqq. & anno 3046. n. 4.

Vicennalia appellabantur ludi, qui solemniter 19 vigesimo quoque imperii anno peragebantur, de quibus mentio fit apud Euseb. lib. 3. de vit. *Constantini*, Rosin. sup. *verf. Vicennalia*, Theat. vitæ humanæ lit. M, pag. 88. Card. Baron. anno 325. & ibi Spondan. n. 50. Gordon. in *Chronic. cap. de indictmentib.* Carol. Sigon. de *Imper. Occident. lib. II.* ibi : *Quo factò* (idest post exitum Athaulphi cum Gothis ex Italia,) *Honorius Romam repetiit, ubi tanquam exoneratâ aliquando tandem incumbentium Gothorum mole Italiâ, secunda vicennalia ludorum apparatu magnifico edidit populo Romano.*

Verf. *Sed & illud planè apparet.*

Concilium Nicænum I. de quo agimus, sub 20 Sylvestro I. inceptum, ac finitum esse, communi omnium ferè Historiographorum consensu receptum est, & præmissus supra, n. 10. ex plurimis, duodecimo hujus Pontificatus anno sacrosanctam hanc Synodum celebratam fuisse, & ibi laudatis addendi sunt qui hoc ipsum asseverant, etsi annum non assignaverint, ut Ihesus *Hist. Pontific. lib. 2. c. 1.* Padilla in *Chronographia Concilior. fol. 5.* Spondan. anno 325. num. 3. ubi ait errorem huic, qui apud Sozomenum legitur, non ipsius esse, sed Librariorum, qui verba auctoris perperam immutarunt, & hoc ante alios percalluisse Card. Perronium in *parergo de tempor. celebrati Concil. Nicæni*, dicitur in *addit. ad Spondan. d. num. 3.* Rejicit præterea Spondanus *ibidem*, sententiam Photii de septima Synodo, qui ita opinionem quæ Sozomeno tribuitur, & communem conciliat, ut asserat sub utroque Pontifice, Sylvestro scilicet, & Julio Concilium hoc celebratum: quod utique à veritate deviat ex iis, quæ D. Covarr. hic subjicit de tempore Pontificatus Julii, qui coepit anno 337. post mortem

Marci, qui Sylvestro immediate successit, & hic mortem oppetiit anno 335. die ultima. Baron. anno 335. cum seqq. ubi Spondan. n. 12. & aliis, usque ad ann. 337. Illefcas d. c. 1. cum duob. seqq. Concilium autem Nicænum multò ante omninò perfectum est; imò ab eodem Sylvestro confirmatum in Concilio Romæ celebrato, ubi 267. Episcopi convenerunt anno 325. Spondan. anno 325. n. 51. Carrill. Annal. anno 325. Barbosa in collect. ad cap. 1. num. 25. 15. dist. Illefcas d. c. 1. Padilla sup. fol. 5. qui tradit Episcopos interfuisse 175. & hoc fuisse tertium Concilium Romanum, quod est 1. Concilior. tom. num. Vide ad hæc laudatos num. seq. in fin.

Ibi: *Qui Legatos, ad eam Synodum misit.*

- 21 Sylvester propter ingravescentem ætatem Concilio Nicæno per se interesse impediabatur, ut ex Sozomeno refert Spondan. anno 325. num. 3. ideoque ut ipsius nomine præessent Synodo, legationis munus commisit Vito, seu Victori, Vincentio Presbyteris Romanis, & Osio Episcopo Cordubensi, quem Legatis Sedis Apostolicæ adnumerant plures, quos laudat Spondan. in Epit. Baronii, anno 325. n. 7. ubi concludenter demonstrat, Osium qui vicem omnium Antistitum Hispaniæ gessit, etiam à Sylvestro Legatum ad Synodum fuisse constitutum, quandoquidem primum omnium actis Concilii subscripsisse constat, postpositis & aliis duobus Pontificis Legatis, quod minime sustineretur in tanto Prælatorum conventu, nisi ille legationis munere supremam obtineret auctoritatem. Nec immeritò primas inter collegas Legatos tulit, quia egregiè admodum onus sibi injunctum exercuit, ut præter Spondan. ubi nuper, Illefc. sup. lib. 2. c. 1. & alios fusè tradit Card. Perronius in respons. ad Reg. Magnæ Britannæ, lib. 1. c. 35. Et sic Osium Legatum Sedis Apostolicæ extitisse adnotant Card. Baron. Annal. Ecclesiast. tom. 3. anno 325. Jacob. Gualter. in chronic. ad annum 400. pag. 276. Carrill. Annal. anno 325. Azor. Institus. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 16. vers. Primum est, Padilla ubi sup. fol. 5. Theatrum vitæ humanæ lit. C, pag. 332. & plures alii. Quem tamen perillustrem Antistitem inter Legatos Sylvestri D. Covar. non memorat. Hic etiam Osius præfuit Concilio Eliberitano, Baron. anno 305. num. 40. ubi Spondan. in Epit. num. 4. Aldrete de antiquitat. Hispan. lib. 1. cap. 3.

Ibi: *Illud ultimò adjiciens, quod pertinet.*

De die quo Concilium inchoatum est, agit Spondan. anno 325. à n. 1. Theatrum vitæ humanæ ubi proximè, Carrill. sup. Vide suprà, n. 11.

Verf. *In qua Arrius hæreticus condemnatus est.*

- 22 Arrium damnatum fuisse in Nicæna Synodo, omnes qui ejusdem meminere præmittunt, & habetur cap. 1. §. Harum, 1. distinct. Arriana etenim hæresis potissima, & primaria causa fuit, ut Concilium indiceretur. Spondan. anno 325. numer. 4. Barbosa sup. num. 21. Arrius Alexandrinus Presbyter, Ammonio patre, ambitione bacchatus, impias excogitavit novitates, ut plus honoris apud ignaros

acuparetur, quibus Ecclesiæ tranquillitatem conturbare cœpit anno 324. Theatrum vitæ humanæ lit. H, pag. 21. Sed Spondan. anno 315. n. 10. & 11. de initio hujus hæresis plenè agens plura tempora consideranda monet.

Licet autem Arrius à Nicæna Synodo anathemate percussus esset, & in exilium damnaretur, ipse tamen apud eosdem Concilii Patres antequam illud dissolveretur, sacris subscripsit simulatè decretis, quare veniam meruit, & ad Ecclesiæ communionem admittus est, ut post Baronium scripsit Spondan. anno 325. num. 26. & anno 327. num. 3. & anno 335. num. 10. ex quibus tamen locis apparet pluribus placere, Arrium ex sententia Concilii in exilium abiisse, ex quo postea rediit, & Alexandriam adivit, quod per Synodum illi interdictum fuerat, quanquam pœna exilii ipsi remitteretur, ut vult Spondan. d. anno 325. n. 26. & anno 327. num. 3. Quicquid de his sit, quæ maximè propter Scriptorum varietatem perplexa, & incerta sunt, Spondan. d. num. 3. cum Arrius Alexandriæ resideret, ob tumultus, ac turbas ibi ab eodem excitatas anno 336. à Constantino per literas accersitus Constantinopolim pervenit, & ab Imperatore rogatus an Fidem Nicænam teneret, jurejurando asseveravit, se illam amplexari, quam à se scriptam, & proprio chirographo subscriptam obtulit Constantino, qui contestatus, si dolosè jurasset, Deum futurum ultorem, dedit in mandatis Alexandro Antistiti Constantinopolitano, ut in communionem Arrium reciperet. Renuit autem Alexander Imperatoris voluntati annuere, asserens hæresis inventorem non esse ad Ecclesiam admittendum. At Eusebiani Arrii sequaces minabantur, etiam eo renitente Præfule, se die postera, quæ Dominica erat, impium Hæresiarcham in Ecclesiam inducturos. Alexander verò templum ingressus preces effundens pernoctavit, Deumque enixè deprecabatur, ut prius ipse obiret, quam Arrius ad Syracim introduceretur: sin autem Deus Ecclesiæ suæ misereri dignaretur, eum Hæresiarcham de medio tolleret. Adveniente sequenti die sub solis ortum Arrius Eusebianis stipantibus Ecclesiam versùs incedebat, ut eam præoccuparet antequam Alexander ipsam ingrederetur. Sed naturalis necessitas ita urgere cœpit Arrium, ut cogereur lecedere in locum publicum ad id destinatum juxta forum Constantini, ubi miserè ac turpiter extinctus est visceribus unà cum excrementis emissis. Ira post Baron. tom. 3. anno 336. num. 45. cum aliis Spondan. eodem anno, num. 8. cujus infamis obitus itidem meminerunt D. Athanal. epist. 1. contra Arrian. Ruffin. lib. 10. Histor. cap. 13. Pat. Gregor. à Valentia de rebus Fidei hoc temp. controvers. lib. 1. cap. 20. de Unitate & Trinitate, pag. 136. in principio, Carrill. sup. anno 336. Theatrum vitæ humanæ lit. D, pag. 234. & lit. H, pag. 21. August. Barbosa in collectan. ad cap. 1. num. 22. 15. dist. Illefc. Histor. Pontif. lib. 2. cap. 3. Epiphan. hæresi 68. & 69.

Plurima quæ ad eandem œcumenicam Synodum spectant, memoriæ tradidit Cardin. Baron. Annal. tom. 3. anno 325. per tot. ac Spondan. in ejus Epitome, ex quibus nonnulla obiter hic subiciemus. Primum, ut nihil solemnitatis, aut auctoritatis huic Concilio deficeret, ubi Patres conveniebant, sacrosanctum Evangelium super thronum collocatum est, ita ut undique prospici posset, quod typum ipsius Christi gereret: quod sic de more fiebat, quemadmodum in Chalcedonensi,

nenſi, & aliis Conciliis obſervatum eſt. Card. Baron. *ubi pronuper*, num. 60. Spondan. num. 18. Barboſa num. 24. Secundum, Concilium iſtud Eccleſia religioſiſſimè veneratur ut primum generale, ac ſanctum, quod ſancti Patres meritis proſequuntur elogiis, atque ita illius definitiones verbum Dei, divinum & ſanctiſſimum oraculum Spiritus ſancti, cœleſtia mandata ſolent nuncupari. Card. Baron. *ſup.* Spondan. num. 6. & 49. Barboſa *in d. collect. ad cap. I. num. 25. 15. diſt. Azor. ſup. d. verſ. Primum*, Theat. vitæ humanæ lit. C, pag. 332.

- 25 Tertiùm, quæſtionis eſt an plures Canones ederentur, quàm viginti, qui nunc extant *I. Concilior. tom.* nam quidam putant ſeptuaginta, aut octoginta à ſanctis Patribus confectos, ut obſervat Azor. *ubi proximè*, Marta *de juridiçt. p. I. cap. 15. n. 6.* poſt alios: quæ opinio nititur quibuſdam Pontificum epistoſis. Alii verò arbitrantur, ſolum eos viginti canones, quos habemus, à Concilio dimanasse, nihilque aliud conſtitutum, niſi quod eis continetur. De quo Baron. *ſup.* & Spondan. pluribus poſtiorum opinionem tuetur. Quartum, licet dicatur Concilium celebratum Conſtantino curante, petente, ac favente; id tamen ita eſt accipiendum, ut Imperator propria autoritate Prælatos convocaret, ſed ex placito, & voluntate Pontificis, ac ſanctorum Patrum ea expediſſe, quæ ad Synodi celebrationem deſiderabantur: quod animadvertit Azor. *ubi ſup.* Theat. vitæ humanæ *ſup.* Etenim autoritas convocandi Concilia generalia penes Sedem Apoſtolicam reſidet privativè, *cap. Significasti 4. §. penult. de election. cap. Regula, cap. Nec licuit, cap. Multis, 17. diſt. P. Valent. ſup. in analyſi Fidei, lib. 8. cap. 7. verſ. Universalia*, Padilla latè probans *in Chronographia Conciliorum, tit. Ad quem ſpectat congreg. Concilia*, Barboſa *ſup. n. 6.* & alii, quos dedimus *ſup. n. 4. in princ.* ubi prænotavimus Eccleſiæ jus, & autoritatem uſurpaſſe Imperatorem illum Eccleſiaſticæ libertatis obſervantiſſimum, ut oſtendit Spondan. *d. anno 325. n. 12. & 13.* credendum non eſt.

Ad Num. 2.

- 26 In quatuor primariis generalibus Synodis ſecundo loco Conſtantinopolitana recenſetur, *cap. I. verſ. Secunda Synodus, 15. diſt. I. Nos reddentes 6. §. Suſcipimus, l. ult. §. Sequentes, C. de Summa Trinitate, l. Quicumque 8. C. de hæretic.* quæ anno Chriſti 381. Pontificatus Damasi 15. Theodoſii ſenioris 3. habita eſt ad hæreſim Macedoniam extirpandam & extinguendam, autoritatem quidem præfati Pontificis, curante, petente, & favente eodem Theodoſio, in qua ſeptem canones editi ſunt à 150. Patribus qui ad illam convenerunt. Onuphr. *in Chronic. anno 381. Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 16. verſic. Secundum*, Auguſt. Barboſa cum aliis *in collectan. ad cap. I. num. 26. Carrill. Annal. anno 381. Theatrum vitæ humanæ lit. C, pag. 332. Jacob. Gualter. in Chronic. ad ann. 400. pag. 286. Card. Baron. Annal. Eccleſiaſtic. tom. 4. anno 381. n. 17. Spondan. in ejus Epitome, eodem anno, nu. 2. Illeſcas *Hiſtor. Pontific. lib. 2. cap. 6. Padilla in Chronographia Concilior. fol. 13.* Quo ejus anni tempore Concilium ſit inchoatum, ac abſolutum, tradit Spondan. qui ſentit ſub finem anni initium accepſſe, eſſi alii opinentur, menſe Majo cœptum celebrari, & uſque ad finem Julii perductum, quæ fuit ſententia Socratis, quam Spondanus rejicit *in margine d. num. 2. nixus literis Synodalibus**

ad Damafum, quæ ſunt apud Theodor. *lib. 5. cap. 9.*

Ibi: Sunt qui exiſtiment, hanc Synodum celebratam.

Omnes ferè, quos proximè laudavimus, huic²⁷ adhærent ſententiæ, alleverantes hanc Synodum celebratam anno 381. Quoad annum Imperii Theodoſii Baron. *ubi ſup.* & Spondanus tertium fuiſſe volunt; nam Theod. ſius creatus eſt Cæſar à Gratiano Imperatore anno 379. die 16. menſis Januarii. Spondan. poſt Baron. *eod. an. n. 2. Gualter. ſup. pag. 289.* & hujusmodi amplectimur computationem, quanquam Onuphris aliter ſentiat, quem ſequuntur Azor. & Autor Theatri vitæ hum. *ubi nuper.* Eſt animadvertendum, quod anno 383. ejuſdem Theodoſii juſſu congregata eſt Synodus, ut ex aliis teſtatur Spondan. *eod. anno, n. 7.* unde oriri potuit occaſio, ut anno 383. generalis Synodus tribueretur per æquivocationem, cum utraque Conſtantinopoli celebrata ſit.

Ibi: Illud ſanè apud omnes abſque ulla controverſia.

Gratiani obitum contigſſe anno 383. tenent Card. 28 Baron. *eod. anno*, & poſt eum Spondan. *n. 4. Jacob. Gualter. ſup. pag. 289.* & ſic jam peracta Conſtantinopolitana generali Synodo, occiſus eſt ab Andragathio Duce octavo Kalendas Septemb. Spondan. *ubi proximè*, Theatrum vitæ hum. *lit. A. pag. 619.* ubi de modo necis per proditionem perpetratæ, quod notat Illeſcas *lib. 2. cap. 6.*

Ibi: Scribit enim Valentem occiſum fuiſſe.

Valens ſagittâ priùs percuſſus, vivus combuſtus²⁹ à Gothis interiit anno 378. quinto idus Auguſti, quinquageſimum ætatis annum agens, Imperii decimumquartum, ſuperadditis quatuor menſibus aliquotque diebus, ut ex pluribus obſervat Spondan. *an. 378. n. 6.*

Verſ. Huic Synodo.

Quinquaginta ſupra centum Epifcopi orthodoxi³⁰ ad Conſtantinopolitanam hanc Synodum convenerunt, ut conſtat ex juribus, ac autoribus, quorum meminimus *n. 26.* & inter eos egregii enumerantur viri, ut Timotheus Alexandrinus Antiites, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Acholius Theſſalonicenſis, Gregorius Nyſſenus, & alii. Verùm Imperator ſpe ut Macedoniani ſive Semiarriani hæretici ad Fidem reducerentur, ex illis triginta ſex aſſeſſe curavit, ex quibus potiores fuere Eleuſius Cyzicenus, & Marcianus Lampſacenus. Ita Spondan. *anno 381. n. 2.*

Verſ. In qua Macedonius hæreticus debitam, &c.

Vide jura, & Autores laudatos ſuprà, *n. 26.* 31 cauſa enim præcipua ut Concilium convocaretur, hæreſis Macedonii fuit. Illeſcas *d. cap. 6.* quæ cum pluribus aliis damnata eſt. Spondan. *ubi proximè, n. 4.* Præterea confirmatum eſt Symbolum Nicæni Syno-

Synodi, cui addita sunt verba illa: *Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas*: quæ de Spiritu Sancto prætermiſſa erant in illa Synodo, quia tunc temporis nullus adverſum illius divinitatem quicquam excogitaverat: quod Symbolum à Gregorio Nyſſeno ſcriptum fertur; ſed illi hæretici, qui Concilio interfuere, renuerunt ſubſcribere. Spondan. *d. n. 4. Card. Baron. an. 381. n. 19. Barboſa in collect. ad c. 1. n. 27. & alii quos dedimus n. 26.* Sed & alia expedita ſunt, ſeptemque canones editi, de quibus per Baron. & Spondan. anno 381. Azor. *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 1. c. 16. verſ. Secundum*, Theat. vitæ hum. *lit. C. pag. 332.* Illeſcas *d. cap. 6. Padilla in Chronographia Concilior. fol. 13. & hoc Concilium continetur I. tom. Concilior.*

Ibi: *De hoc Synodo D. Gregorius epist. 195.*

32 Extra controverſiam eſt, Damafum confirmaffe Conſtantinopolitanam hanc Synodum, quæ ejus auctoritate indiſta eſt, de quo teſtantur omnes pronuper laudati. Quod autem objicitur ex D. Gregorio à D. Covar. ut idem ait, accipiendum eſt de ea parte Concilii, qua primatus inter Patriarchas Conſtantinopolitano conceſſus in præjudicium Alexandrini fuit; nam quoad Fidei dogmata omnino approbatio Pontificis acceſſit, ut obſervant Barboſa *ſup. n. 27. Spondan. anno 381. n. 6.* quam confirmationem per D. Ambroſium impetratam aſſerit Padilla *ſup. Vide ſup. cap. proximo, n. 177. & 180.* quæ notata ſunt circa canonem illum de prærogativa Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ex quibus & traditis hic planè convincitur, aut nihil hac de re in Synodo hac conſtitutum, aut ſi aliquid decretum fuerit, non tamen à Pontifice approbatum.

33 Quoad locum autem celebrati Concilii vide præmiſſa ſuprà, *cap. proximo, num. 176.* ubi de urbe Conſtantinopolitana, in qua D. Petrus Eccleſiam erexit, Antifiſitemque conſtituit, Spondan. *in Epit. Baron. anno 44. n. 14. & cum Severus Imperator eam civitatem poſt triennem obſidionem caperet, Eccleſiam Byzantii (ſic tunc temporis Conſtantinopolis vocabatur, ut diximus d. n. 176.) ſubjecit Heracleenſi, ſicut urbem eandem Heracleæ: poſtea verò cum Conſtantine, mutato nomine eam urbem ampliaret, Byzantium, Heracleam, ejuſque Eccleſiam ſubmiſit Conſtantinopolitanæ urbi, & Eccleſiæ, Spondan. *anno 179. n. 1. & an. 314. in ſin.* cujus reſtificationem ſuſcepit Conſtantine divinis inſtructus auſpiciis, ut refert Spondan. ex aliis *anno 324. n. 31.* ad quæ reſpicere videtur Juſtinianus *in l. 1. §. Romanam, C. de veter. jur. enucleando*, dum ait, novam Romam, id eſt Conſtantinopolim, Deo propitio, melioribusque auguriis conditam, quàm veterem Byzantium, verò aliquando urbs fuit nobiliſſima in Thracia, antiquitate, & amplitudine celebris: ſed jam plurimum decreverat, cum à Conſtantino inſtaurata eſt. Spondan. *ubi proxime.**

Ad Num. 3.

34 Gelafius antiquitatis ordine tertio loco memorat generalem Synodum Ephelinam, pariter ac ſuperiores venerandam, quemadmodum utique recenſetur in Imperatorum conſtitutionibus, quas dedimus ſuprà, *nu. 7. & 26.* & ab Autoribus illicò laudandis. Hanc nutu & auctoritate Pontificis Cœleſtini I. convocavit Imperator Theodoſius ju-

nior, qui anno 430. per ſuas literas Episcopis Orientalibus & Occidentalibus intimavit, ut in diem Pentecoſtes anno proximo ſequenti Epheli convenirent Concilii univerſalis celebrandi cauſa, quod concurrentibus pluſquam ducentis Præſulibus tempore præſinito, initum eſt ad evertendam Neſtorii hæreſim, quæ acriter ingruerat, illudque inchoatum eſt die 22. menſis Junii, Præſide Cyrillo Epifcopo Alexandrino, Sedis Apoſtolicæ Legato, in quo editi ſunt canones 6. ultra damnationem Neſtorii, & confirmationem Symboli Nicæni. Hæc planè conſtant ex actis ejuſdem Synodi Ephelinæ, quæ extant *ſub tom. 2. Concilior. in edit. Pariſienſi, Card. Baron. Annal. Eccleſiaſt. tom. 5. an. 431. n. 7. & 8. Spondan. in ejus Epitom. an. 430. n. 8. & anno 431. d. n. 3. Card. Jacobat. de Concil. lib. 1. tit. 7. verſ. 3. Card. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Concil. cap. 5. verſ. Tertia Synodus, Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 5. c. 16. verſ. Tertium Concilium, Carrill. Annal. anno 431. Onuphr. in Chronic. Aug. Barbol. in collect. ad c. 1. n. 28. & 29. 15. diſt. Theat. vitæ humanæ lit. C. pag. 332. verſ. Tertium Concilium, Jacob. Gualter. in Chronic. ad annum 500. pag. 360. Padilla in Chronographia Concilior. fol. 19. Illeſcas Hiſtor. Pontific. lib. 2. cap. 12.* Ex his autem aliqui tradidere, Concilium hoc celebratum eſſe an. 430. ut Onuphrius, quem ſequentur Azor. Theat. vitæ humanæ, & alii: plerique tamen in annum 431. id transferunt, ut Baron. Spondan. & Gualter. Sed ita poterit concordari diſſenſus, ut initium Concilii conſtituatur eo anno, quo Imperator convocavit Antifiſites, effectus verò ac finis ſequenti adſcribatur, nempe 431.

Ibi: *Verum apud omnes conſtat hanc Synodum.*

Omnes pronuper laudati tenent ſub Cœleſtino 35 I. Pontifice, & Theodoſio juniore Imperatore Ephelinam hanc Synodum inceptam, ac ad finem perductam, quod evenit, ut aſſertum eſt, anno Chriſti 431. Pontificatus Cœleſtini 8. Imperii Theodoſii junioris 24. juxta computationem Card. Baron. & Spondani. Hic autem annorum numerus completitur totum tempus quo Theodoſius imperatoria dignitate gavifus fuerat, etiam ſuperſtite Honorio patruo ipſius. Quæ ut aperius percipi valeant, adnotare oportet, Theodoſium ſeniores obiiſſe anno 395. Mediolani cui Arcadius & Honorius ſucceſſerunt, quorum prior Orienti, poſterior Occidenti dominatus eſt. Card. Baron. *anno 395. & ibi Spondan. n. 3. & 4. Gualter. ſup. ad ann. 400. pag. 291. Carrill. anno 395.* Arcadius è vita ereptus eſt an. 408. qui unà cum patre Theodoſio imperaverat annis 12. & poſt ejus interitum annis 13. menſibus 3. diebus 15. Reliquit filium Theodoſium juniorem, tunc agentem ætatis octavum annum, quem ſub cura, & patrocinio Iſidigerdis Perſarum Régis conſtituit, ut à patruo Honorio, quem illi inſenſum timebat, tueretur. Card. Baron. *an. 408. tom. 5. ubi Spondan. n. 1. Gualter. pag. 357. Carrill. anno 408.* (Ab hoc anno tempora Theodoſii junioris ſi dinumerentur uſque ad annum 431. quo Concilium Epheli peractum eſt, conſtat 24. annos præteriſſe, ut ſuprà ex Baronio prænotavimus.) Honorius autem & Theodoſius ſimul Imperio poſtiti ſunt uſque ad obitum Honorii, qui contigit anno 423. cui Valentinianus filius ſubrogatus eſt, Card. Baron. *anno 423. ibique Spondan. n. 1. Gualter. in chronic. ad an. 500. pag. 357. Carrill. anno 423.* à quo ad tempus Concilii Ephelini octo anni ſunt lapſi

lapsi. Ex quibus apparet, Imperium Theodosii junioris dupliciter computari, vel à morte Arcadii patris sui, vel ab interitu Honorii patris: & hoc est, quod D. Covar. animadvertit hic. Theodosius cum Valentiniano fratre patruele clavum tenuit Imperii ad an. 450. quo mortem oppetivit, aut morbo confectus, aut ex equo inter venandum delapsus, vel fluvio submersus. Card. Baron. *Annal. tom. 5. & Spondan. in ejus Epit. anno 450. n. 3.* Gualterius *sup. ad annum 500. pag. 359.* Carrill. *anno 450.* Anton. Contius *in Fastis Consularib.* qui tradit hunc Imperatorem anno 435. edidisse Codicem ab ipso Theodosiano nuncupatum: Cœlestinus verò è vita migravit anno 432. octavo idus Aprilis, Spondan. *anno 432. n. 2.* Sed Illefcas *sup. d. cap. 12. in fin. ad annum 435.* Pontificatum Cœlestini protelat. Consule Onuphrium, & alios, qui de Pontificum vitis scripsere.

Spondan. *n. 7.* Barbofa *suprà, n. 24.* Baron. *d. anno 431. Acta Concilii Ephelini part. 2. in princ. tom. 2. Concilior.*

Verf. Mediante Cyrillo.

Cyrillum Alexandrinæ Ecclesiæ Prælatum, ut 38 Legatum Cœlestini huic Synod. Ephesiæ præfuisse nullus inficiatur, & habetur in actis ejusdem Concilii, & in *d. l. Quicumque, C. de hæret.* tenentque omnes cumulati *suprà, n. 34.*

Ibi: Hi verò Autores Arcadii.

Arcadium Episcopum memorant Baron. *d. an-39 no 431. & Spondan. ibi, nu. 3.* Hic cum Projecto Episcopo, & Philippo S. R. Ecclesiæ Presbytero missus est à Cœlestino ut interesset Synodo; non ipsius Pontificis nomine, sed omnium Occidentalium Episcoporum vicem gerentes, ut ipsi Autores tradunt, qui latè prosequuntur *eodem anno 431.* quæ in eadem Synodo gesta sunt, & quomodo cum hæreticis dilceptatum usque ad anni ejus finem.

Ephesus ubi Concilium congregatum est, ad-40 modum celebris urbs Joniæ in minori Asia, censetur ab Amazonibus condita, insigni Dianæ oraculo nobilis, quæ olim Trichia, Onygia, & Prolea dicebatur, hodie vulgò *Foglio*, vel Ephesus dicitur. Vide Stephan. & Herodot. Abrah. Ortel. Strabon. Plin. & alios, qui de urbibus disserunt, Calep. *verb. Ephesus*, Nebrissenf. *eodem verbo*, Paddill. *in Chronographia Concilior. ad fin.* ubi de locis, apud quæ celebratæ sunt Synodi, *verbo Ephesus.* An D. Paulus, vel Joannes Apostolus Ephesinam Ecclesiam construxerit, & Evangelium primus ibi annuntiaverit, quæstionis est, de qua post Baron. Spondan. *anno 44. n. 11.* Illud constat, Apostolum ad Ephesios scripsisse, & ipsis aliquando prædicasse.

Ad Num. 4.

Inter primaria quatuor œcumenica Concilia, 41 quibus Ecclesia maximè illustratur, Chalcedonense ut tempore potterius, ultimam sedem occupat, ut constat ex juribus allatis *suprà, num. 7. & 16.* & ex iis qui statim adducentur Autoribus. Hoc quod Græci magnam vocant Synodum, Chalcedone initum reperitur autoritate Leonis I. Pontificatus illius anno 12. curante, petente, & favente Marcione Imperatore Orientis anno sui imperii 2. & à Christi nativitate 451. Cœpit celebrari die octava Octobris, finemque accepit Calendis Novembris, ut ex actis ejusdem Synodi apparet. Præfederunt Legati Sedis Apostolicæ Paschasinus Lilybæi in Sicilia Episcopus, Lucentius Afculanus Antistes, & Bonifacius S. R. Ecclesiæ Presbyter Cardinalis: & licet Basilius eadem præditus dignitate à Leone ad Concilium fuerit missus, nulla ejus in actis mentio fit, & ita creditur morte, aut alia causa impeditum non interfuisse. Patres non intra moenia civitatis, sed extra in amplissima Basilica S. Euphemiz convenerunt, in ejus scilicet secretario, quod qualis locus sit, explicuit Spondan. *anno 451. num. 10.* Habitæ sunt sessiones tredecim, & actiones septemdecim, de quibus latè post Cardin. Baron. *tom. 6. anno 451. d. num. 22.* Spondan. *numer. 14. cum seqq.* apud eos omnia præmissa exactè observata habentur, quibus jungendi sunt Card. Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 7. versic. Chalcedonense*, Card. Bellarmin. *lib. 1. de Concil.*

M m

cap. 5.

Verf. In qua Nestorius damnatus est.

36 Nestorius ex Germanicia urbe Syriæ oriundus, Presbyter Ecclesiæ Antiochenæ, monachalem vitam antea professus, Antistes Constantinopolitanus constituitur anno 428. Spondan. post Baron. *d. anno 428. n. 5.* Is eodem anno latentem animi labem patefecit, impiam admodum hæresim evomens, dum asseverabat B. Virginem Mariam Deiparam appellari non posse, & Christum Dominum in duas hypostasas, ac personas distrahebat, duos Christos, & Filios duos constituens, unum Deum ex Patre Deo, alterum hominem ex Matre; quia Deus ex homine nasci non poterat. Quem errorem didicit ex Theodoro Mopsuesteno Episcopo, qui quinta generali Synodo, *act. 4.* Constantinopoli habita damnatus est, Spondan. *num. 6. cum seqq.* Azor, & Theatrum vitæ humanæ *ubi suprà.* Hi errores damnati sunt, eorumque autor Nestorius per Ephesinum Concilium, prius eo citato, Sedis Constantinopolitanæ privatione mulctatur, ejusque libros comburi decretum est, ut patet ex actis ipsius Synodi, ac referunt Baron. *anno 431.* ubi Spondan. *num. 8.* cum aliis: & de hac Nestorii damnatione, ac de anathemate in eum lato, testantur etiam Justinianus *in l. ult. §. fin. C. de Summa Trinit.* Valentin. & Marcian. *in l. Quicumque 8. C. de hæretic. & in l. Damnato 6. C. eod.* caverur, ut Nestorii sectatores Nestoriani vocentur, & quod ejus scripta publicè comburantur, juxta Ephesini Concilii decreta. Consule laudatos *suprà, num. 34.*

Ibi: Convenere autem in hanc Synodum.

37 De numero Sanctorum Patrum, qui Synodo Ephesinæ interfuerunt, variæ opiniones reperiuntur, prout D. Covarr. advertit: convenisse autem ducentos, aut plures aliquos, omnes ferè fatentur. Vide quos dedimus *suprà, numer. 34.* Nec defuerunt Episcopi qui cum Joanne Antiocheno Anistiti partes Nestorii adversus Concilium sustinere numero 35. quos œcumenica Synodus anathemate percussit. Spondan. ex Baron. *an. 431. n. 14.* Convenerunt Sancti Patres in Basilica Dei Genitricis Mariæ, quæ ex eo Mariano vocabatur: & sacrosancta Evangelia ex inolita consuetudine in medio collocata sunt super sedem conspicuam. *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

cap. 5. *vers. Quarto*, Azor. *ubi sup. d. cap. 16. vers. Quartum*, Gualter. *in Chronico*, ad annum 500. pag. 362. August. Barbosa *in d. collectan. num. 30.* Carril. *Annal. anno 451.* Theatrum vitæ humanæ *lit. G, pag. 333. vers. Quartum Concilium*, Padilla *in Chronograph. Concilior. fol. 23.* Illescas *lib. 2. cap. 14.* Onuphr. *in Chronic.* apud quos circa annum Synodi celebratæ diffidium extat, sed nos ut in superioribus, computationem Cardin. Baronii amplexi sumus.

Ibi : *Qua ratione quidam annos Imperii Marciani.*

- 42 Imperium Marciani computant Card. Baron. & Spondan. ab anno 450. quo Theodosius junior decessit, de quo consule Jacob. Gualter. *ad annum 500. pag. 359.* Carril. *anno 550.* Anton. Cont. *in Fast. Consularib. Onuphr. in Chronic.*

Verf. In hac verò Synodo.

De Legatis summi Pontificis jam dictum est supra, *num. 41.* omnesque ibi congesti testantur, eos huic Synodo perfulisse, sicut & D. Covarr. hic tradit.

Ibi : *Convenere autem sexcenti Episcopi.*

- 43 Adde his opinionibus S. Leonem *epist. 52. ad Episcop. Gall.* ubi ait, sexcentos ferme Episcopos concurrisse: sed plerisque placet numerus sexcentum triginta, ut testatur Spondan. *anno 451. num. 9.* ubi alios refert, & ita tenent ferè omnes laudati supra, *num. 41. in fin.* Est hic observandum cum Spondano *ibidem*, in prima hujus Concilii actione non nisi 347. nomina Præfulum legi, & qui acta edidit, numerum duntaxat 300. subduxisse, unde compertum est, in eis dimidiam partem subscriptionum desiderari.
- 44 Aduerere itidem Prælatorum conventui Sacrosancta Evangelia, prout moris erat, in medio confectus super thronum collocata. Card. Baron. *Annal. tom. 6. anno 451.* ubi Spondan. *num. 13.* August. Barbosa *sup. n. 24.*

Ibi : *Damnata fuit iterum Nestoriana.*

- 45 Nestorius impius, quem meritò Ephesima generalis Synodus novum Judam vocat, Spondan. *anno 431. numer. 8.* denuò in Chalcedonensi hac Synodo damnatur, ac anathematis mucrone percellitur, *cap. I. §. Quarta, 15. distict. l. fin. §. Sequentes, C. de Sum. Trinit.* Card. Baron. *anno 451.* & ibi Spondan. *n. 23.* Etenim licet hic hæresiarcha anno 436. in deportationem famosissimam, ac deterrimam ab Imperatore Theodosio juniore actus multa pertulerit, resipiscere tamen pertinaciter renuit, & tandem ad extremas Thebaidis oras lingua vermibus exesa, putridoque corpore toto miserè periit, sed quoto exilii anno, non constat, Baron. *an. 435. à princip. & anno 436. n. 9.* ubi Spondanus.
- 46 Similiter damnatus est Eutyches Archimandrita Constantinopolitanus, qui duas naturas in Christo inficiabatur, & solam unam, Divinam scilicet agnoscebat, quem, & alios errores in vulgus edidit anno 448. Card. Baron. *eodem anno*, & *ibidem* Spondan. *nu. 2.* De damnatione Eutychetis testantur Concilii acta *cap. I. vers. Quarta, 15. dist. l. ult. §. Sequentes, C. de Sum. Trinit. l. Quicumque 8. C. de heretic.* (ubi Eutychanis posnæ irrogantur,

& Eutychetis libri comburi jubentur.) Card. Baron. *anno 451.* & ibi Spondan. *numer. 23.* August. Barbosa cum aliis supra, *num. 30. vers. Eutychem*, Azor. Card. Bellarmin. ac reliqui omnes, quos dedimus supra, *n. 41.*

Dioscurus etiam Episcopus Alexandrinus, unà 47 cum Nestorio, & Eutychete anathematis sententiam sustinuit, & ut Eutychetis fautor, quem sectabatur, damnatus est, *d. cap. I. vers. Quarta, d. l. Quicumque*, Card. Baron. & Spondan. *ubi proxime*, Aug. Barbosa *vers. Ejus defensorem*, & alii *num. proximo, & 41.* laudati.

Chalcedon, ubi Synodum istam peractam esse 48 constat, est urbs Bithyniæ in Asia minori, juxta bosporum Thracium, à Megarenibus condita, quondam oppidum cæcorum dicta, nunc vulgò Chalcedonia vocitatur, habet ex opposito Byzantium, seu Constantinopolim, de qua Plin. *lib. 5. cap. ult.* Mela *lib. 2.* Strab. *lib. 12.* Abrah. Ortelius *in suo Theaur. Geograph. verb. Chalcedon.* Calepin. *eod. verb.*

Illud autem de Chalcedonensi Concilio antea 49 præmissis adjicere placet, quod licet ipsum Leo Pontifex epistolis ad singulos Episcopos missis, qui jam Epheso recesserant, approbaverit quoad definitiones de Fide, & hæreticorum damnationem, expressim tamen irritum reddidit decretum de prærogativa Ecclesiæ Constantinopolitanæ per Anatolium fraudulenter extortum, de quibus post Baron. Spondan. *anno 452. n. 3. & anno seq. nu. 1.* & nos latius supra, *cap. proxime n. 177.*

Sciendum est itidem, plurima adversus aucto- 50 ritate hujus Synodi hæresiarchas, eorumque fautores, ac sequaces machinatos fuisse, ut videre est apud Baron. & Spondan. *anno 451. cum seqq.* ac tandem jussu Anastasii Imperatoris acta originalia flammis sunt tradita, qui impia facinora, ut hæresi infectus, in Catholicos perpetravit. Vide Baron. *anno 511.* & ibi Spondan. *n. 3.*

Verf. Hæc sunt quatuor Concilia.

Vide supra, *hoc cap. num. 1. D. Gregor. lib. I. 51 epist. 24.* ubi inquit, quatuor hæc Concilia non minus quàm sacra Evangelia venerari, in quibus velut in quadrato lapide sanctæ Fidei structura consistit, quæ refert Gratianus *in cap. Sicut. 15. distict. & in cap. I. vers. Inter cetera, ead. dist. flumina Paradisi nuncupatur.* Licet autem plura deinceps Pontificis autoritate convocata, & confirmata universalis existant Concilia, quæ quoad Fidei dogmata infallibilem continent veritatem; tamen inter ea omnia illa quatuor prima in majori veneratione habentur, ac peculiari devotione coluntur. Unde eximius Theosius Cœnobita anathema dixit eis, qui quatuor sanctas Synodos non tanti æstimaverint quanti quatuor Evangelia. Spondan. *anno 511. n. 4.*

Ibi : *Sed & Gelasium alia multa Concilia præcesserunt.*

Nullum tamen generale antecessit; nam Gela- 52 sius obiit anno 496. Spondan. post Baron. *eod. anno, num. 1.* & prædiximus supra, *cap. 14. nu. 1.* & quinta Synodus œcumenica congregata est Constantinopoli anno 553. Vigilio Pontifice, & Justiniano Imperatore, ut refert Aug. Barbosa *in cap. Sicut, dist. 15.* Card. Baron. *anno 553. nu. 20.* & ibi

& ibi Spondan. num. 3. cum seqq. Jacob. Gualter. in *Chronic. ad annum 600. pag. 490. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 16. vers. Quintum generale. Theatrum vitæ humanæ lit. C, pag. 333. vers. Quintum generale.* Quapropter Gelasius quatuor universalium Conciliorum meminit, quæ illuc usque sunt peracta; alia enim nationalia fuere, vel provincialia, quæ extra regionem, vel provinciam, cujus Prælati convocati sunt, non obligant, unde in Proverbium abiit, *Articuli Parisiensium non transeunt Alpes*, ut observat Barbosa in *collect. ad cap. 1. nu. 7. 15. distinct.* Excipitur tamen cum summus Pontifex accersitis Italiæ, vel cujusque provincie Episcopis quicquam statuit, pro universa Ecclesia, quia hoc ab omnium recipi debet tanquam in Synodo generali definiretur: qua ratione hujusmodi Concilia, quamvis absolute generalia non sint, auctoritate tamen universalia vocantur, de quibus vide prænotata supra, n. 2. & 4.

Ibi: *Et quæ ad hanc usque diem.*

- 53 Hæc juxta distinctionem modò præmissam exaudiri debent de Synodis generalibus, aut quæ à Pontifice congregata sunt pro communi totius Ecclesie bono ac regimine Generalia Concilia usque ad Tridentinum inclusive, 21. enumerat Azor. d. cap. 16. & seq. Theatrum vitæ humanæ ubi nuper, usque ad pag. 339. Jacob. Gualter. ad annum 1600. pag. 736. ubi de Tridentino, 18. duntaxat à Pontifice confirmata asseverat. Padilla in *Chronographia Concilior. fol. 90.* Tridentinum vigesimum facit. Quibus autem Conciliis per se summus Pontifex præleiderit, sive generalibus, sive non, habetur apud Padill. in *princ. Chronolog. tit. Quibus Conciliis præleiderit Papa.* Nationales verò, & provinciales Synodi, cum sint locales extra regionem, vel provinciam non astringunt, ut sup. n. 4. prædiximus.
- 54 Id autem observatione dignum est, quod generalia etiam Concilia, cum circa mores aliquid definiunt, non ubique obligant, sed in illis duntaxat regionibus, ubi recepta sunt. Sic decretum Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon.* quo forma contrahendi coram Parochò & testibus traditur, vim irritandi matrimonia non obtinet in illis partibus, in quibus hæc sacrosancta Synodus recepta, aut publicata non est; ideoque nuptiæ juxta jus commune Ecclesiasticum his in locis inite tenent. Hoc autem legibus cunctis contingit, quæ nisi recipiantur, non ligant. Ita Sanch. de *matrimon. lib. 3. disp. 18. n. 1. Gutier. eod. tract. cap. 61. n. 12. Rebell. de obligat. just. part. 2. lib. 2. q. 7. sect. 3. Cævall. commun. quæst. 604. num. 142. Navarr. conf. 1. tit. de constitutionib. 9. 3. cum seqq.* Hoc tamen quoad Fidei dogmata neutiquam procedit, quia una fides ubique gentium à Catholicis amplexari debet, juxta illud *unus Deus, una fides, unum Baptisma.*
- 55 Illi autem qui à principio œcumenici Concilii constitutioni circa matrimonii formam non obtemperarunt, gravem culpam contraxisse noscuntur: sed posteriores eam non observantes, à peccato excusantur, modò tantum temporis præterierit, ut lex per non usum abolita censeatur: ad quod decennii lapsus desideratur, ut insinuat Gutier. ubi proxime. Vide Pat. Suar. de *legib. lib. 3. cap. 19. n. 9. & notata supra lib. 2. cap. 16. nu. 55. cum seqq.*

Hæc adjicere libuit, ut dignoscatur, quomodo D. Covar. sit accipiendus, dum docet Catholicos D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

teneri ad Sacrorum Conciliorum receptionem, seu observantiam.

S U M M A R I U M.

- 1 De divisione librorum agentium de rebus sacris.
- 2 De verbo Hagiographus, cum numeris sequentibus.
- 5 De divisione sacrorum voluminum apud Hebræos.
- 6 De beato Cypriano, cum numeris sequentibus.
- 7 Scriptores aliquando martyrium aliquorum Sanctorum constituunt sub aliorum Imperatorum tempora, cum aliorum jussu sint interfecti.
- 9 De B. Athanasio.
- 10 De B. Gregorio Nazianzeno, cum numer. seqq.
- 15 De B. Basilio, cum num. seqq.
- 18 De B. Joanne Chryostomo, cum num. seqq.
- 24 De B. Theophilo Alexandrino, cum numer. seqq.
- 27 De B. Cyrillo.
- 28 De B. Hilario Pictaviensi, cum num. seqq.
- 31 De B. Ambrosio.
- 32 De B. Augustino, cum num. seqq.
- 35 De B. Hieronymo & num. seqq.
- 37 De B. Prospero, & num. seqq.
- 39 De B. Leone Pontifice, & num. seqq.
- 42 Pontifex ex Cathedra definiens errare non potest, & oppositum est hæresis, num. 53.
- 43 Quantam auctoritatem obtineant scripta Sanctorum.
- 44 Inter B. Hieronymum, ac B. Augustinum circa Scripturæ sacræ intellectum fuit dissensus.
- 45 Gelasius Papa aliquos ex Scripseribus Ecclesiasticis, qui ante ipsum scripserant, in suo catalogo prætermisit.
- 46 Quæ dicantur Decretales epistolæ Pontificum, & cujus auctoritatis sint, & num. seqq.
- 49 Omnis Conciliorum auctoritas à Pontifice provenit.
- 50 Quando aliquid de Fide definitum censeatur.
- 51 Quæ Pontifex de Fide definit, non egent Concilii approbatione.
- 52 Definitiones de Fide libentius in Ecclesia recipiuntur à Conciliis generalibus decretæ, quam à solo Summo Pontifice.
- 54 Pontifex abrogare valet omnem legem Ecclesiasticam à quibuslibet editam, & quomodo.
- 55 Caput In canonicis 19. dist. intelligitur, & emendatur.
- 56 Communis Sanctorum Patrum assensus libros canonicos constituit.
- 57 Pontifex an errare possit in suis epistolis decretalibus.
- 58 D. Covar. à calumnia vindicatur.
- 59 De verbo Martyres, & qui Martyres dicerentur olim, & num. seqq.
- 62 De duplici genere eorum, qui præ formidine apostatarunt.
- 63 Præsumitur contra librum, qui præ se nomen sui autoris non fert.
- 64 Martyria sanctorum in Ecclesia semper scribi consueverunt.
- 65 B. Hieronymus Martyrologium elaboravit.
- 66 Clemens Pontifex eos constituit, qui Martyrum agones literis mandarent.
- 67 De martyrio B. Julite, & Quirici.

- 68 *Veneratio SS. Martyrum, ac Reliquiarum illorum fuit in usu à tempore Apostolorum.*
 69 *Quæ desiderentur ad martyrium verum.*
 70 *Pontifex errare nequit dum canonizat.*
 71 *De vitis Sanctorum Eremitarum Pauli & Antonii, & num. seqq.*
 75 *De Beato Hilarione Abbate, & num. seqq.*
 77 *De actibus B. Sylvestri, & num. seqq.*
 79 *Tractatus de vitis Pontificum an à Damaso elaboratus.*
 80 *De Baptismo Constantini Magni, & numer. seqq.*
 84 *De donatione Ecclesiæ facta à Constantino, & n. seqq.*
 87 *Error Gratiani in cap. Futuram, 12. quæst. 1. notatur, & num. seqq.*
 89 *Melchiodorus Papa an fuerit Martyr, & quo tempore obiit, & num. seqq.*
 93 *B. Catharina sub quo Imperatore martyrium subit, & num. seqq.*
 95 *De Inventione S. Crucis, & num. seqq.*
 100 *Christus an aliter sit crucifixus quam Latrones.*
 101 *Clavi, quibus Christus affixus est cruci, qualiter distributi, & num. seqq.*
 105 *Liber de inventione capitis B. Joannis Baptiste est apocryphus, & num. seqq.*
 107 *De scriptis Ruffini.*
 108 *De ejus dissidio cum B. Hieronymo.*
 109 *B. Hieronymus auctoritate longè Ruffinum superat.*
 110 *Non omnia quæ Sancti Patres damnarunt, pro hæresi haberi debent.*
 111 *De opusculis Origenis.*
 112 *De historia Eusebii, & num. seqq.*
 115 *De scriptis Pauli Orosii, & num. seqq.*
 118 *De scriptis Sedulii, & num. seqq.*
 120 *Error Gratiani in cap. Sancta, 15. dist. adnotatur.*

De libris Hagiographis.

CAPUT XVI.

1 **C**onstituerat D. Covar. supra, cap. 14. in principio, triplicem classem voluminum, quæ de Ecclesiasticis rebus disserunt. Primâ ergo absolutâ, de libris scilicet canonicis, ad secundam progreditur, de libris quos hagiographos appellat, eosque ex Gelasio recenset, & antea recensuerat Gratianus in cap. Sancta, 15. dist. ubi Aug. Barbosa in collectan. Acuña ad eund. text. ex num. 5. Valcarcer in Epitom. Jur. Canon. in d. cap. Sancta.

Ad Num. 1.

- 2 Verbum *Hagiographus*, interpretatur sancta Scriptura; nam constat ex duabus Græcis dictionibus, *Hagios*, quod est sancta; & *Graphos*, quod est scriptura. Abulens. *super 1. Paralipom. in præfat. D. Hieronym. q. 7. Calepin. verb. Hagiographus, & verb. Hagiographa. Vocabul. Ecclesiastic. verb. Hagiographa, Joan. Polman. in Breviar. Theologic. part. 1. num. 39. Ant. Nebrissen. verb. Hagiographos. Quod verbum scribitur cum aspirationis nota, vel absque illa, & melius priori modo, ut notatur in Vocabul. Ecclesiastic.*
- 3 Ex quibus Autoribus constat, libros Hagiographos esse, qui de rebus sacris sanctè scripti reperiuntur, sive intra canonem sacræ Scripturæ existant, sive non, modò recepti sint in Ecclesia ut ad ædificationem Fidelium publicè legantur,

quoniam auctoritatem canonicam, sicut volumina Spiritu Sancto dictante conscripta, non habeant. Vide pronuper laudatos, maximè Abulens. Hujusmodi libri, qui canonici non sunt, ecclesiastici etiam nuncupantur. Sixt. Senens. in sua Bibliotheca sancta, lib. 1. sect. 1. in princip. vers. Canonici secundi ordinis.

Ibi: Tametsi idem Hieronymus.

Frequentius verbum *Hagiographos* ad eos codices spectat, qui canonici sunt, ut videre est apud Joan. Polmannum *sup.* ubi ait, Hagiographum dici Scriptorem Sanctum redactum ad Canonem. Calepin. *verb. Hagiographa*, esse inquit Hagiographa scripta sacra Orthodoxorum consensu in canonem redacta, imò in *Vocabul. Ecclesiastic. ubi supra*, traditur Hagiographa interpretari sanctam Scripturam, non Sanctorum scripta. Sed Abulens. utramque significationem admittit.

Ibi: Quasi canonici libri veteris Testamenti.

De divisione sacrorum voluminum apud Hebræos consule fusè agentem Sixt. Senens. *d. lib. 1. d. pag. 24.* nam post libros Moysis, seu Pentateuchum, & Prophetas, tertio loco Hagiographos collocabant, incipientes à libro Job. Quòd observat Abulens. *sup.* & autor *Vocabul. Ecclesiastic. verb. Agrapha.*

Ad Num. 2.

De vita, nobilitate, moribus, litteris, aliisque encomiis B. Cypriani multis egerunt Card. Bron. *Annal. Ecclesiasticor. tom. 2. ab anno 250. ad 261. & ibi Spondan. in ejus Epitome, Card. Bellarmin. de Ecclesiast. Scriptor. anno 250. pag. 48. Jacob. Gualter. in Chronic. ad ann. 300. pag. 220. Ado Vien. in chronic. Aug. Barbosa in collectan. ad cap. Sancta, 15. dist. num. 2. Martyrolog. die 14. Septemb. Is ad Sedem Carthaginensem jam tenex fuit evectus anno 250. paulò post Baptismum susceptum: successit Donato. Fuit quidem genere illustri, potentia egregius, Philosophicis disciplinis insigniter præditus, ac suæ civitatis primarius Senator. Card. Baron. anno 250. & ibidem Spondan. & alii. Vocabatur Cæcilius Cyprianus, à Cæcilio Presbytero, à quo deductus est ad veræ Religionis professionem. Aug. Barbosa *sup.* Tandem in Valeriana persequutione anno 261. die 14. Septembris pretiosam mortem oppetiit martyrii laureâ redimitus, in loco Sixti dicto, sexto ab urbe Carthagine lapide distante. Card. Baron. anno 261. ubi Spondan. *numer. 4. Carrill. Annal. anno 261. de quo scripsit latè Pontius ejusdem Cypriani Diaconus in act. passion. B. Cypriani, quem inter Scriptores Ecclesiasticos memorat D. Hieronymus. Surius de vit. Sanct. tom. 5. die 14. Septemb.**

Ibi: Tametsi Nicephorus lib. 5. cap. 27.

Observandum est hîc, Scriptores sæpe, cum de quibusdam Sanctis Martyribus agunt, qui sub Decio passi sunt, eos tempore hujus Imperatoris & Valeriani interfectos enarrasse, cum hos duos nunquam simul imperasse compertum sit.

fit. Præterea solent adscribere Decianæ persecutioni quæ sub Valeriano postea contigerunt, ut Nicephorus de martyrio B. Cypriani scribit, qui iussu Valeriani peremptus est. Hujus erroris causa fuit, quod Decius primo sui Imperii anno adversum Persas cum exercitu profecturus Valerianum Romæ reliquit, cui summam censuræ contulit potestatem cum facultate legum scribendarum: unde edicta, quæ tunc temporis contra Christianos prodibant, nomine Decii & Valeriani expresso edebantur. Sic Autores decepti utriusque Imperatoris, ac persecutionis tempora confundunt. Salian. in *Epitom. Baron. anno 253. num. 16. & 22.*

Ibi: *Cæterum hic Martyr illustrissimus.*

- 8 De his vide prænotata suprâ, cap. 13. num. 21. Omnes communiter B. Cyprianum ab hæresis labe immunem sentiunt, ut videre est apud laudatos suprâ, n. 6. Nec refert, quod adversus Stephanum I. Pontificem propriam opinionem tenacissimè tueretur, quia dici potest, Summum Pontificem non ut caput Ecclesiæ contrarium definiisse, sed tanquam Doctorem privatum, quæ B. Cyprianus cum Carthaginensi Synodo circa Baptismatis reiterationem decreverat, reprobasse. Verùm ante obitum egregium Martyrem ab errore destitisse plures testantur ex laudatis *diç. num. 6. & præmissimus d. n. 21.*

Verf. *Opuscula B. Athanasii.*

- 9 De eximia, ac veneranda vita B. Athanasii affluenter, prout res exigat, agunt Card. Baron. anno 325. n. 50. & 51. anno 336. n. 19. anno 338. n. 1. & alibi sæpe. Spondan. in *Epitom. Onuphr. in Chronico, anno 325. Aug. Barbosa sup. num. 3. Card. Bellarm. sup. anno 340. pag. 58. Possevin. in apparat. sacro, tom. 1. verb. Athanasius, pag. 137. cum seqq. Jacob. Gualter. sup. ad annum 400. pag. 276. B. Athanasius publicis votis, ac acclamationibus universi populi Catholici Alexandrinus Præful electus est à pluribus Episcopis, qui ex Thebaide & Ægypto ad electionem convenerant anno 326. Card. Baron. eod. anno, & ibi Spondan. num. 1. obiit anno 372. die 2. Maij, Damaso Pontifice, Valentino, & Valente Imperatoribus, Baron. ann. 372. Spondan. ibi, numer. 4. ubi ita inquit: *At prægrandis liber conficiendus esset; si omnes præstantissimi Sacerdotis laudes à Patribus editas, quis simul in unum congereret; cum alioqui impar sit omnis lingua ad celeberrima ejus recensenda certamina sub Constantino, Constantio, Juliano, ac demùm Valente Imperatoribus pro Fide suscepta, ut nullus alius possit invenire post Apostolos in Ecclesia Dei, qui acerbiora, diuturnioraque subierit prælia pro Patrum fide tuenda, ac Magnus hic, immò Maximus Athanasius. Hunc Nazianzenus orat. in laud. Hieron. vocat orbis oculum, Sacerdotum Antistitem, Confessorum ducem & magistrum, sublimem vocem, Fidei columen, secundam Christi lucernam, & præcursorem. De ejusdem Patris scriptis illustre elogium extat apud Cosmam Abbatem in *Prat. Spirit. cap. 40. quem refert Spondan. d. n. 4. in fin. ibi: Cùm ex S. Athanasii opusculis aliquid inveneris, nec ad scribendum chartas habueris, in vestimentis tuis scribe illud.* Edidit inter alia Athanasius Romæ Latino sermone Symbolum, seu Fidei professionem,**

anno 340. Spondan. eod. anno, n. 4. quod in Ecclesia sub ejus nomine recitatur. Adde Surium suprâ, tom. 3. die 2. Maij.

Ad Num. 3.

De B. Gregorio Nazianzeno consulendi sunt 10. Card. Baron. ab anno 354. ad 389. & Spondan. in *Epit. eisd. locis*, Card. Bellarm. sup. anno 370. pag. 73. Onuphr. anno 372. Possevin. sub verb. *Gregor. Nazianzenus*, Gualter. sup. ad annum 400. pag. 282. Aug. Barbosa num. 4. Ado Vien. in *chron. Sigeb. anno 381. Sur. tom. 3. die 9. Maii.*

Ibi: *Deinde patri in Nazianzi Episcopatu successor.*

B. Gregorius Nazianzi Episcopus nunquam ex- 11 titit, nec patri successit, sed eo superstite, illius Ecclesiæ Præfecturam ad breve tempus accepit, ut parentem relevaret, cujus imperio paruit invitus. Ita adversus communem bene probans tenet Spondan. anno 371. n. 7.

Ibi: *Monasticam in quodam agro vitam egit.*

Cùm Athenis operam litteris navaret, strictissi- 12 mo amicitiz vinculo Magno Basilio adhæsit, hocque recedente, ille coactus est illic persistere, ut oratoriam artem publicè profiteretur, Spondan. anno 354. num. 5. At postea anno 362. eundem Basilium in solitudines Ponticæ secedentem jam Presbyter à patre ordinatus comitatur, Spondan. post Baton. anno 362. n. 14. Ab eremo semel atque iterum à patre revocatur, & à Basilio designatur renuens Sasimorum Antistes. Salian. anno 366. n. 4. & anno 371. n. 7.

Ibi: *Atque postmodum Theologus.*

B. Gregor. Nazianzenus cognominatus est quasi 13 per antonomasiam Theologus, quod nomen ei inditum fuit ob luculentas de Theologia orationes, quas Constantinopoli recitavit, quò missus est, ut Ecclesiam illam Arianorum injuria penè collapsam instauraret. Spond. ann. 371. n. 14.

Ibi: *Obiit sub Theodosio Magno anno ejus imperii tertio.*

Secundum Baronium, ac Spondanum B. Gre- 14 gorius è vivis migravit anno Christi 389. Theodosii lenioris imperii II. ætatis suæ 65. die 9. Maij: de cujus testamento, effigie, ac exercitiis senectæ tempore, videndus Spondan. ann. 389. n. 2. cum seqq. Obitus ejus contigit anno 5. Pontificatus Siricii. Baron. & Spond. sup.

Verf. *Item opuscula B. Basilii.*

De B. Basilio videndus Card. Bellarm. suprâ, 15 anno 370. pag. 73. Card. Baron. ab anno 304. ad ann. 378. pluribus in locis, & Spondan. *ibidem*, Possevin. ubi nuper, verb. *Basilii Magnus*, cap. 2. & 4. pag. 184. Aug. Barbosa num. 5. Ado Viennensis sup. anno 383. Genebrard. in *Damaso*, Jacob. Gualter. in *chronic. ad ann. 400. pag. 282. Onuphr.*

anno 395. Illefcas *Hift. Pontific. lib. 2. cap. 6.* Surius *tom. 3. die 14. Junii.*

Ibi : *Fuit Basilius arctiffima conjunctus amicitia.*

- 16 Sic prænotatum supra, num. 12. Gregorii Nazianzeni operâ Basilius Cæsareæ Cappadociæ Antistes renitens admodum electus est anno 369. ut observat post Baron. Spondan. *eod. anno, num. 7.* Cum D. Ambrosio mutuam habuit literarum consuetudinem, inter quos multa transacta esse constat, Spondan. *anno 374. n. 3.*

Ibi : *Obiit Basilius sub Gratiano Cæsare.*

- 17 Decessit è vivis anno Christi 378. Damasi Pontificis 12. Valentis Imperatoris 15. Gratiani 12. Valentiniani II. 3. Kalendis Januariis, postquam annis octo, mensibus sex, diebus sexdecim Episcopatu mirabiliter, & eximie functus erat : de cujus venerandis moribus, ac præclaris virtutibus testantur Gregorius Nazianzen. *in orat. funebri*, Syrus Ephrem Diaconus Edessenus, Greg. Nyssenus Basilii germanus, quos refert Spondan. ex Baron. præmissa tradens anno 378. *num. 1. & num. 2.* effigiem ipsius depingit, subjungitque plura scripsisse Basilium, quam à D. Hieronymo commemorata sunt, quod colligi ex Cassiodor. *præfat. lib. instit. divin. lection.* ubi adscribit B. Basilium eis Scriptoribus Græcis, qui totam Scripturam interpretatione illustrarunt.

Verf. *Item opuscula B. Joannis Chrysofomi.*

- 18 De B. Joanne Chrysofomo agit Card. Bellarmin. supra, *anno 398. pag. 94.* Card. Baron. pluribus locis. *ab anno 362. ad 438.* ibique Spondan. Onuphr. *anno 407. Polsevin. in appar. sac. tom. 1. verb. Joannes Chrysofomus, à pag. 145.* Jacob. Gualter. *ad annum 500. pag. 356.* August. Barbofa *sup. num. 6.* Theat. vitæ human. *var. in loc.* ubi etiam de ceteris Patribus jam laudatis, ac deinceps laudandis. Sur. *tom. 1. die 27. Januarii.*
- 19 Natus est Chrysofomus anno 354. Liberii Pontificis 3. Constantii Imperatoris 18. Spondan. *anno 354. juncto anno 362. n. 29.* Patrem habuit nomine Secundum, genitricem Anthusam, quanquam apud Græcos ea invaluerit opinio, ut Publica illustris valde foemina parens illius fuerit. Sed hanc sententiam refutat ut improbabilem Spondan. *ubi proximè.*

Ibi : *Ab ore aureo cognomento Chrysofomus.*

- 20 Fertur quod cum in concionibus sublimi dicendi genere alloqueretur, quod vulgi inscitiam, & rusticitatem præteribat, à quadam pia muliere monitus stylum demisit, ita ut ab omnibus præclara doctrina præciperetur, ex quo illi Chrysofomi nomen inditum est. Baron. *anno 386. ubi Spondan. n. 13. Gualter. sup.*

Ibi : *Hic vir præstantissimus.*

Presbyter ordinatus est Chrysofomus à Flavia-²¹no Antiochenæ civitatis pro parte Episcopus anno 386. obtemperans divino per Angelum præcepto & in ipso ordinationis actu alba columba repente devolans super caput ejus requievit. Spondan. post Baron. *anno 386. n. 12.* Subrogatus est Nectario Episcopo Constantinopolitano anno Christi 397. licet ejusdem consecrationem in mensem Februarium anni sequentis collatam esse constet, qui quidem annus fuit I. Pontificatus Anastasii, 4. Imperii Arcadii & Honorii, Card. Baron. *anno 398. Spondan. anno 397. in fin. & anno 398. n. 17.* Gualter. & alii supra.

Ibi : *Tandem ob linguæ libertatim.*

Non solum verbis, sed etiam factis Chrysofomus²² odium Eudoxiæ Imperatricis contra se lacessivit, cui Ecclesiæ aditum interdixit, ut viduæ confuleret, quam iniquè Imperatrix quadam spoliaverat possessione. Spondan. *anno 401. num. 9.* semel atque iterum actus est in exilium, Baron. *anno 403. & ibi Spondan. num. 6. & 7. & anno 404. num. 6. & 14.* & qui illi adhærebant, dirissimas experti sunt pœnas, quare Joannitæ dicebantur. Card. Baron. *anno 404. Spond. ibi, num. 10. & n. 14.* quanta ipse Chrysofomus pertulerit, dum Cuculum advenit, enarrat, ac de exilii laboribus *anno 405. num. 2. anno 406. n. 5. anno 407. n. 4.* agit.

Ibi : *Atque in itinere prope Cumanam urbem.*

Post iter difficillimum trium mensium à militi-²³bus, quibus ducebatur, acriter vexatus B. Chrysofomus, cum in templo quodam Comanis apud Pontum Euxinum pernoctaret, Martyr loci illius Basiliscus nomine, Comanenlis Episcopus illi apparuit, & inquit: *Confide frater Joannes, cras enim simulerimus.* Quo nuntio accepto, postera die se albis vestimentis induit, cælestibus Sacramentis præmunivit, preces fudit, seque sacro Crucis signo insignivit, atque ita spiritum feliciter exhalavit anno Domini 407. die 14. Septemb. Innocentii Pontificatus anno 6. Arcadii & Honorii Imper. 13. Card. Baron. *anno 407. Spondan. ibi, n. 4. Gualter. dict. pag. 356.* In fata concessit suæ ætatis anno 52. & mensibus octo, ut quibusdam placet. Episcopatu functus est annos 9. menses 6. dies 20. Baron. & Spondan. *ubi nuper.* Dicitur utrumque Testamentum interpretatus, sed ex ejus operibus haud pauca desiderantur, ac rursus alia, quæ Chrysofomi non sunt, ipsi falso tribuuntur. Spondan. post Baron. *ibidem, n. 5.* apud quos de translatione corporis ejus Constantinopolim, & de aliis, quæ post obitum ejus evenerunt, videre poteris.

Ad Num. 4.

De beato Theophilo Episcopo Alexandrino vi-²⁴dendi Baron. & Spondan. *ab anno 380. ad annum 412.* Card. Bellarm. *de Scriptorib. Ecclesiastic. anno 390. pag. 91.* Jacob. Gualterius *in Chronolog. ad ann. 400. pag. 276. & 282.* Polsevin. *sup. tom. 3. lit. T, pag. 289.* Aug. Barbofa *n. 7.*

Theo-

25 Theophilus suffectus est Timotheo Præfuli Alexandrino anno 385. Baron. *eod. anno*, & Spond. n.7. qui Eudoxiæ Imperatrici, aliisque B. Chrysofomi æmulis adhærens, ipsum acriter infectatus est, adeò ut inito Constantinopoli concilio, eum injustissimè deposuerit, Spondan. ex Baron. anno 401. *d. princip.* in qua protervia adversus memoriam jam defuncti Chrysofomi perstitit, sed divinitus est coactus in mortis agone illius imaginem adorare, quia non ante valuit animam agere, quam cultum adversario debitum exhiberet. Spondan. ex aliis anno 412. num. 8. quo quidem anno Christi, Innocentii Pontificis II. imperii Honorii 18. & Theodosii junioris 5. die 18. Octobris universæ carnis viam ingressus est. Licet autem beato Chrysofotomo admodum infensus, ob ejus tamen egregia scripta, & alia præclare patrata post obitum plurimi est habitus, ac titulum sanctitatis apud posteros meruit. Spondan. *ubi proximè*, Gualter. pag. 276. & alii.

Ibi: Fuit & alter Theophilus Episcopus Antiochenus.

26 Cujus Antifitit meminerunt Card. Baron. *Annal. Ecclesiastic. tom. 1. anno 31.* & ibi Spondan. num.2. & anno 170. num. 3. quo anno Episcopatus fastigium ascendit. Pro Catholica Religione contra Gentiles scripsit & harmoniam Evangelicorum contexit, ut ait Spondan. *in præcitatis locis.* Sedit annos 13. & occubuit anno Domini 182. Eleutheri Pontificis 4. Commodi Imperat. 2. secundum Baron. & ibi. Honoratur sanctitatis titulo, numeraturque septimus à beato Petro Antiochiæ Prælatus. Euseb. lib.4. *hist. cap. 234.* Gualter. *ad ann. 200. pag. 174.* Martyrolog. die 13. Octobris, Spondan. anno 31. numer. 2.

Verf. Item opuscula B. Cyrilli.

27 Inter Ecclesiasticos Autores hujus nominis tres recensentur literis ac sanctimonia conspicui. Primus est S. Cyrillus Episcopus Antiochenus, de quo Euseb. lib.7. cap. 26. Spondan. ex Baron. anno 283. num. 3. & anno 299. n.2. Jacob. Gualt. *sup. ad ann. 300. pag. 220. & 222.* Martyrolog. die 22. Julii, Genebrard. *in Felice I.* ad Episcopatum evectus est anno 283. Discessit è vivis anno 299. Baron. & Spondan. *eisd. annis.* Gualt. pag. 220. Secundus fuit S. Cyrillus Episcopus Hierosolymitanus, quem memorant non semel Baron. *ab anno 351. ad ann. 386.* Spondan. *in Epitom. ibidem,* Gualter. *ad ann. 400. col. 280. & 284.* D. Hieronym. *de Scriptor. Ecclesiast. verb. Cyrillus.* Electus est in Antisitem anno 351. è vita migravit anno 386. ut tradunt prælaudati. Tertius S. Cyrillus Alexandrinus, de quo Gelasius, ac D. Covar. *hic:* ejusdem mentionem frequenter faciunt Baron. *ab anno 412. ad 445.* ubi Spondan. Card. Bellarm. *de Scriptor. Ecclesiast. anno 430. pag. 112.* Ciaconius *in Leone I.* Possev. *in Appar. sacro, tom. 1. lit. C, pag. 470.* Gualter. *ad annum 500. pag. 356. & 364.* Baron. n. 8. Hic avunculo suo Theophilo in dignitate successit anno 412. Baron. eo anno, & ibi Spondan. num. 9. Gualter pag. 356. Præfuit cum aliis Sedis Apostolicæ Legatis universali Synodo Ephesinæ, prout prænotavimus supra, cap. 15. n. 38. Baron. & Spondan. *ann. 431. num. 5.* evolavit in Cælum anno 444. Baron. *ibi,* & Spondan. Gualter. ac Ciacon. *ubi proximè,* qui fuit 5. Leon. I. Pontificis, Imperatorum Theodosii junioris 37. Valentiniani

II. 20. De die quæstio est. Græci putant obiisse nona Junii, Latini autem vigesima octava Januarii. Spondan. *ubi proximè,* ubi ex Cassiodoro tradit S. Cyrillum totam sacram Scripturam interpretatione illustrasse, sed hodie pauca ex ipsius lucubrationibus extare.

Ad Num. 5.

D. B. Hilario Pictaviensi Episcopo agit Bellarm. 28 *min. anno 355. pag. 67.* Baron. *ab anno 355. ad 507.* ubi Spond. Gualt. *ad ann. 400. pag. 280.* Possevin. *sup. tom. 2. lit. H, pag. 49.* Genebrard. *in Julio I. Barbof. n. 9. Ado in Chronic. Sur. tom. 1. die 14. Januarii.*

Ipse jam ætate profectus Fidem Catholicam amplexus est, ac paulò post, quanquam conjugatus, Præful eligi meruit anno 355. Baron. & Spondan. n. 14. migravit in cælum multa pro Religione perpessus an. 369. Damasi Pontificis 3. Imperatorum Valentiniani, ac Valentis 6. Baron. anno 369. & ibi Spondan. n. 2. qui n.3. ex D. Hieronymo viam. & scripta illius commendat, de quibus Venant. Fortunat. duo edidit volumina.

Fuit alter S. Hilarius Arelatenfis Episcopus, & 30 Scriptor Ecclesiasticus, B. Augustini discipulus, qui ad Episcopatum ascendit anno 441. deceffit autem anno 449. de quo Baron. & Spondan. *ab anno 426. ad 449.* Gennad. *de Scriptor. Eccles. cap. 69.* Bellarm. *sup. ann. 458.* Gualt. *ad ann. 500. pag. 364.*

Verf. Opuscula B. Ambrosii.

De quo Baron. & Spond. *ab anno 369. ad 398.* 31 Bellarm. *anno 374. pag. 75.* Genebrard. *in Siricio, Ado Viennensis in Chron. Barbofa n. 10. Onuphr. in Chron. anno 369. Vign. in Chron. anno 379. & 393.* Gualter. *ad an. 400. pag. 286.* Possevin. *tom. 1. lit. A, pag. 59.* Sur. *tom. 6. die 7. Decembris.*

Cùm B. Ambrosius adhuc catechumenus esset, 32 Præfectusque Mediolanensis provinciæ, in Episcopum assumptus est voce infantis divinitus resonante Ambrosium Episcopum, cùm de eligendo novo Prælate inter Catholicos, & Arrianos disceptaretur, quæ evenerunt anno 374. Damasi Pontificis 8. Imperat. Valentiniani & Valentis 11. Card. Baron. & Spondan. *anno 374. d. princip.* Sedit annis 22. mensibus 3. diebus 27. ac perrexit in patriam anno Domini 397. Siricii Pontificis 13. Imperatorum Arcadii & Honorii 3. die 4. Aprilis, ætatis suæ sexagesimum-quarum ingressus: sed quoad tempus mortis, & ætatis Autores inter se non conveniunt, ut apud nos per laudatos videre licet: nos supputationem Card. Baronii & Spondani amplectimur, quos legas Anno 397. n. 7. *cum seqq.*

Verf. Item opuscula B. Augustini.

De quo Card. Bellarm. *anno Domini 400. pag. 33* 97. Card. Baron. & Spondan. *ab anno 337. ad annum 504.* Possevin. *sup. verb. Augustinus, cap. 6. & 7. pag. 160.* Onuphr. *in Chron. Genebrard. in Siricio, & Sixto III.* Jacob. Gualter. *in Chron. ad ann. 500. pagina 358.* Barbofa *sup. n. 11. Surius de vit. Sanctior. tom. 4. die 28. Augusti.*

Natus est anno 355. Liberii Pontificis 4. Constantii Imperatoris 19. die 13. Novembris. Spondan. *anno 377. nu. 3.* Gualter. *sup.* Convertitur ad fidem ac baptizatur à B. Ambrosio anno 388. Paschali tempore, suæ ætatis trigessimum quartum agens. Card. Baron. *anno 388. & ibi Spondan. n. 9.* Gualter.

Gualter. *sup.* Possidon. *de vit. B. Aug.* Ordinatur Hipponensis Episcopus anno ætatis 41. Christi 395. Card. Baron. *anno 395. n. 31.* ubi Spondan. *num. 13.* Gualter. & Possidon. *sup. cap. 8.* sedit annos 36. & obdormivit in Domino anno 430. Cœlestini Pontificis 7. Imper. Theodosii junioris 23. Valentiniani III. 6. suæ ætatis 76. die 28. Augusti Card. Baron. *anno 430. num. 75.* Spondan. *ibi, numer. 9.* Gualter. *ubi sup.* Possid. *cap. 28. cum seqq.* Ejus scripta in conflagratione Hipponensis civitatis per Wandalos cœlitus præservata censentur, quæ tot ac tanta fuere, ut ea omnia vix quisque studiosorum nosse ac perlegere sufficiat, ut ex Possidonio refert Spondan. *anno 430. n. 11.*

Verf. Item opuscula B. Hieronymi.

- 35 De quo Card. Baron. & Spondan. *ab ann. 372. ad 420.* Card. Bellarmin. *anno 490. pag. 83.* Possevin. *tom. 2. verb. Hieronymus,* Gualter. *ad annum 400. pag. 288.* Ado Viennensis ac Sigeb. *in Chron. Onuphr. anno 395.* Genebrard. *in Damaso, Barbosa n. 12.* Theat. vitæ hum. *in Indic. verb. Hieronymus, Surlus tom. 5. die 30. Septemb.*
- 36 D. Hieronymus jam adultus ætate Romæ sacro Baptismate initiatur, ac diu apud varias provincias peregrinatur. Baron. *anno 472.* & ibi Spondan. *num. 8. & 9.* tandem eremum Chalcidis provinciæ inter Syros & Sarracenos petit, ubi monasticam vitam egit. Card. Baron. *ibidem,* Spondan. *num. 11.* Ordinatur Presbyter, sed non est Cardinalitia dignitate decoratus. Spondan. post Baron. *anno 378. numer. 16.* etsi aliqui contra scripserint. Obiit in Bethlehem anno 420. Bonifacii I. Pontific. 2. Honorii Imper. 26. Theodosii junioris 13. die ultima Septembris, tunc agens ætatis septuagesimum octavum, vel nonum annum, aliis dissentientibus, ut videre est apud Spondan. *anno 420. nu. 5.* Genebrard. & Gualter. *sup.* qui de ejus scriptis ac præconiis differunt, cujus vitam præ cæteris memoriæ tradit Marian. Victorius Episcopus Reatinus, ut testatur Spond. *num. 6.* ubi subdit, ideo B. Hieronymum cum leone antiquitus in Ecclesia consuevisse depingi, quia ad instar leonis rugitus in hæreticos clamorem emisit, & infracto robore quasi leonino ipsos persequeretur: non quod leoni in deserto mederetur.

Verf. Item opuscula B. Prosperi.

- 37 De quo Card. Baron. *anno 426. 433. & 444. cum duob. seqq.* & ibidem Spondan. Card. Bellarm. *de Scripiorib. Ecclesiastic. anno 460. pag. 121.* Theust. *lib. 3. de vir. illustrib.* Jacob. Gualter. *ad ann. 50. quæst. 366.* Possevin. *in Appar. sac. tom. 3. lit. P, pag. 106.* Barbosa *in collectan. ad cap. Sancta, n. 13.*
- 38 Hic opera D. Augustini adversus calumniantes propugnavit. Card. Baron. *anno 426. numer. 19. & 24.* ubi Spondan. *num. 4.* Pelagianam reviviscentem hæresim scriptis confutavit. Card. Baron. *anno 444. n. 8.* & ibi Spondan. *n. 2. & anno 433. num. 2.* Gualter. *sup.* Temporalem vitam immortalitate commutavit anno 466. Hilarii Pontific. anno 6. Leonis Imper. 10. Card. Baron. *rod. anno 466. num. 14.* ubi Spondan. *num. 4.* Gualter. *sup.* licet autem B. Prosper Episcopus Regii in Gallia Narbonensi dicatur, id revocatur in dubium apud Spondanum *in addit. numer. 4.* ubi probatur non fuisse hujus, nec alterius Ecclesiæ Præsulem, quan-

quam ipse Spondanus ibidem præmiserat, saltem viginti quatuor annos Regiensem Ecclesiam gubernasse.

Ad Num. 6.

In catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum recensetur Pontifex Leo I. cognomento Magnus, & sanctimonia eximius, ut videre licet apud Card. Bellarmin. *anno 440. pag. 119.* Jacob. Gualter. *in Chronic. ad ann. 500. pag. 368.* Possevin. *tom. 2. lit. L, pag. 338.* Sur. *tom. 2. die 11. Aprilis.*

Hic ex Diaconatu ad culmen Pontificatus est evectus, & loco Sixti II. subrogatus anno Christi 440. die 11. Maji, Card. Baron. *eo anno,* & ibi Spondan. *num. 3.* Gualter. *ubi proximè, pag. 366.* Illelscas *Hijstor. Pontific. lib. 2. cap. 14.* qui annus erat Imperii Theodosii junioris 33. Valentiniani III. 16. secundum supputationem Baronii, & Spondani. Tenuit S. Leo clavum Ecclesiasticæ Monarchiæ usque ad annum 461. quo die 11. Aprilis dignitatem simul cum vita deposuit, postquam viginti unum annos minus debus triginta duobus munere suo functus est. Baron. *anno 461. & ibi Spondan. num. 2.* Gualter. *col. 368.* de cujus egregiis virtutibus, constanti animo, ac prudentia mirabili plura Card. Baron. & Spondan. *ab anno 440. ad 461. Illelscas sup.* Genebrard. Platina, Gacon. *in Leone I.*

Scriptit præter alia eximius iste Pontifex mirificam epistolam, de Verbi Incarnatione quid sentiendum edocens, die 13. Junii anno 449. cujus integra series habetur apud Card. Baron. *tom. 6. anno 449. n. 38. cum seqq.* & ibi Spondan. *num. 7.* testatur eam circularem fuisse tam Orientalibus, ad quos missa est, quam Occidentalibus, vocarique à Græcis Encyclicam, ceu ad novæ hæresis emergentis paratum antidotum, fuisseque summa cum veneratione ab omnibus Catholicis exceptam, ac laudibus meritis elatam; ita ut à B. Petro, aliisque divinis visionibus approbata, & confirmata crederetur, ferturque eandem legi singulis annis mense Decembri ante Nativitatem Domini consuevisse in Ecclesia Romana, & aliis Occidentalibus. Hujus epistolæ meminere etiam Card. Bellarmin. & Possevin. *ubi proximè, Barbosa sup. nu. 14.* Concil. Chalced. *act. 6.*

Ibi: Qua ratione mirum non erit.

Cum Pontifex aliquid ex Cathedra tanquam de Fide definit, prout Leo in epistola, de qua agimus, errare nequit, propter assitentiam Spiritus sancti, ideoque ut veritati infalibili assentum præstare Catholici tenemur, & ita à Gelasio præcipitur in præsentem, observaturque à Barbosa *d. n. 14.* Vide notata supra, *lib. 1. cap. 10. n. 5. & 47. & infra hoc cap. n. 51.*

Ibi: Verum hoc Gelasii testimonium.

Quamvis sanctorum Patrum scriptis multum sit deferendum, non tamen infallibilem veritatem circa Fidei controversias obtinent: quapropter moris fuit antiquis Scriptoribus Ecclesiasticis ea quæ ad fidem spectabant, ad Sedem Apostolicam, ut approbarentur mittere, ut exemplis demonstrat Card. Baron. *anno 490.* Spondan. *anno 496. n. 6.* Unius verò, aut duorum Patrum autoritas quoad sacras

facras litteras, & Fidei doctrinam probabile quidem exhibet argumentum, non infallibile testimonium. Cano de loc. Theologic. lib. 7. cap. 3. concl. 2. At concors omnium Patrum, & Doctorum Ecclesie sententia, & sensus circa fidem & sacram Scripturam est omnino amplectendus. Corduba in questioib. Theologic. lib. 4. quest. 1. proposit. 6. vers. Tertium signum, Pat. Suar. de Fid. disp. 5. sect. 3. nu. 13. Aug. Barbosa in collectan. ad cap. Noli, 9. dist. cujus Glossa sic accepta sustineri posset, alias reprehendenda, ut post D. Covar. animadvertit idem Barbosa. Consule Pat. Valente in concord. jur. p. 2. comm. 4. notat. 9. num. 4. & 10.

Ibi: Sunt enim multa quae ab Augustino traduntur.

44 Hoc diffidium inter B. Hieronymum, & Augustinum quoad doctrinam & sacrae Scripturae interpretationem memorat post Baronium Spondan. in Epitome, anno 394. a num. 9. & num. 11. in fine subdit, semper inter eos charitatis vinculum illibatum persistisse.

45 Praetermisit D. Covar. versic. Item, opuscula atque tractatum, qui sequitur in cap. Sancta, 15. dist. & in decreto Gelasii, unde sumptum est, quo declaravit nedum opera Sanctorum, quae recensuerat, sed etiam aliorum Patrum Orthodoxorum, qui in nullo a sanctae Romanae Ecclesiae consortio deviarunt, fore legenda: conitat enim ante Gelasii tempore plures alios floruisse sacros Scriptores, ut videre est apud D. Hieron. Card. Bellarm. Jacob. Gualter. Possevin. & alios supra laudatos. Haec ita observat Acuña in d. cap. Sancta, n. 21. Valcarcer in Epitome Jur. Canon. ad d. cap. Sancta, col. 41. & 42.

Vers. Item Decretales Epistolae.

46 Decretales Epistolae vocantur, quibus Romani Pontifices ad quorundam consultationes respondebant, vel aliquid servandum, vitandumve statuebant, quae ad corpus Juris Canonici redactae circumferuntur. Card. Baron. Annal. Ecclesiast. tom. 2. anno 142. n. 9. Spondan. in Epitom. ibidem num. 8. Aug. Barbosa in cap. 1. num. 1. 19. dist. Has omni cum reverentia excipiendas Gelasius monet, & post eum Possevin. in Appar. sac. tom. 1. verb. Decretales Epistolae, pag. 123. Barbosa in collect. ad d. cap. Sancta, num. 15. Acuña ibidem, num. 22. Valcarcer ubi proxime, §. Decretales. Sic Wicleff. inter haereses recensetur, quod decretales apocryphas, & clericos qui earum studio operam dabant, stultos asseveravit. Jacob. Gualter. in Chronic. ad annum 1400. pag. 707. haeresi 38.

Ibi: Est autem obiter examinandum.

47 In causarum decisionibus decretales Pontificum epistolae, ac generalium Synodorum canones pari jure, & auctoritate censentur, ut Gratianus tenet in princip. dist. 20. & Aug. Barbosa in collectan. num. 1. Imò major est judicialis potestas penes Pontificem Romanum, quam penes universalia Concilia, sicut D. Covar. videtur. Papa etenim supra quodlibet est Concilium, quemadmodum definitum habetur per Lateranense ultimum sub Leone X. cap. 11. & obser- D. de Faria Nove Addit. ad Covar. Tom. II.

vant Albert. Pighius de Ecclesiast. Hierarchia lib. 6. cap. 4. cum seqq. Card. Bellarm. tom. 2. controversiar. lib. 2. cap. 4. Sayr. in Clavi Regia, lib. 3. cap. 10. num. 6. Marta de jurisdic. part. 2. cap. 43. num. 61. & 62. & part. 3. cap. 17. a n. 3. Barbosa in collect. ad cap. ad Apostolicae, num. 5. de sentent. & re judic. in 6. Unde Pontifex Synodos etiam oecumenicas mutat, corrigit, & interpretatur, cujus sententiae, ac decisioni standum est, quamquam Ecclesiae, aut generali Concilio contradicat. Marta ubi sup. Praeterea in causarum decisionibus potior haberi debet Papae auctoritas, quam sanctorum Patrum sententiae, Barbosa in collect. ad cap. Ne innitaris, num. 3. de constitutionib. An Sanctorum dicta observanda sint in causarum decisionibus, apparet ex cap. De libellis, 20. dist. 1.6. tit. 1. p. 1. ubi Greg. Lop. gloss. 1. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 12. num. 6. Barbosa in collect. ad dist. cap. de libellis, Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 19. in princip.

Pontificem superiorem esse jurisdictione Conciliis quibuscunque, ex eo patet, quod a Synodo etiam generali ad Sedem Apostolicam provocatur, ut praeter Jurisperitos adnotat Spond. in Epitome Baronii, anno 449. num. 14. non è contra, imò per Bullas Pii II. Julii II. ac Leonis X. appellatio a Pontifice ad generale Concilium prohibetur. Card. Tusch. lit. A, concl. 352. num. 16. & lit. C, concl. 552. num. 10. Marta dist. cap. 17. num. 6. & 9. Barbosa in collect. ad cap. Cuncta per mundum, num. 4. & 9. quest. 3. ubi ait a judicio Papae ad nullam potestatem humanam, imò nec ad Deum ipsum appellationem admitti, unde appellans puniri debet. Menoch. de arbitr. casu 458. n. 58. Cævall. de cognit. per viam violent. gl. 6. n. 91. Haec non alia ratione ita se habent, nisi quia de natura appellationis est, ut a minore ad majorem judicem provocetur, non ad æqualem, aut minorem, l. 1. tit. 13. p. 3. l. 1. §. Si quis in appellatione, ff. de appell. Gregor. Lop. in d. l. 1. part. gloss. 2. Card. Tusch. d. concl. 352. num. 16. Ex quibus evidenter deducitur; Papam superiorem esse Conciliis etiam generalibus, quorum sententias corrigere, & tractare ipse valet. Tusch. lit. C, concl. 551. cum seq. Card. Jacobat. tract. de Concil. lib. 5. art. 18. cum aliis, Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. 5. cap. 14. a vers. Secundò quaeritur. Sunt verò non pauci ex Catholicis scribentibus, qui adversus auctoritatem summi Pontificis plura tradiderunt circa rem, de qua agimus, quorum opinio vera erit tantum schismatis tempore, cum de legitimo Petri successore ambigitur; tunc enim suprema Ecclesiae jurisdictio residet penes Concilium generale, ut in Constantiensi evenit, cui omni modo obtemperare debent qui summi Pontifices dicuntur. Azor. sup. vers. Sententia contraria, Marta d. cap. 17. num. 7. Tusch. d. concl. 552. n. 25.

Ibi: Ex quibus & multis, quae hi Auctores adducunt.

Cum in Romano Pontifice tota Ecclesiastica jurisdictio a Christo collata resideat, sicut praenotavimus supra, lib. 3. cap. 20. num. 4. nullatenus aliquid jurisdictionis in Conciliis reperiri poterit, quod ab illo fonte non promanaverit: si generaliter diximus d. cap. 20. num. 5. Unde Card. Tusch. lit. C, concl. 551. num. 3. scripsit Conciliis esse delegatam a Pontifice jurisdictionem, nisi ipse personaliter illis praefuerit, aut delegatio ad universitatem causarum fiat. Sed in causarum decisionibus,

N n

bus,

bus, aliisque decretis robur & firmitas omnium, quæ in Conciliis peraguntur, à confirmatione & autoritate Romani Pontificis provenit, *cap. Significasti 4. de elect. cap. Regula, 17. distinct. Barbosa in collect. ad d. cap. ad Apostolicæ, num. 5. & ad cap. Concilia, 17. distinct. P. Valente in concordia Juris, part. 2. comment. 4. notat. 9. num. 11. vers. Nego, Padilla in Chronographia Concilior. tit. de autor. Concilior. per tot. Tulch. lit. A, concl. 352. num. 16. & lit. C, concl. 552. n. 6. cum aliis. Ideo semper in usu fuit Synodorum universalium, quibus interfuere Sedis Apostolicæ Legati, ab ipsa confirmationem ad firmitatem eorum, quæ gesta sunt impetrare, ut observat Barbosa in d. cap. Concilia, num. 2. ex Card. Turrecremata in Sum. lib. 2. cap. 34. constatque ex Annalibus Baronii, & ex Epitome Spondani ita continuò servatum, & ita decernitur Trident. sess. 25. in fine, ubi de confirmatione Concilii postulanda agitur. Cum ergo Concilia jurisdictionem omnem accipiant à Romano Pontifice ut à suo capite, necesse est, ut in ipso fonte plus potestatis sit; nam propter quod unumquodque tale, & illud magis, l. Multo magis, C. de sacrosanct. Eccles.*

Ibi: Quod si de rebus Fidei.

50 Scire oportet, tunc censeri aliquid de Fide definitum vel quando ita apertis verbis exprimitur, vel cum anathematis poena in contrà sentientes irrogatur. Padilla ubi proximè, in fin.

51 Cum Summus Ecclesiæ Præsul quid ex Cathedra de Fide decernit, est omninò amplectendum, quia in istis errare impossibile est, propter Spiritus sancti infallibilem assistentiam, sicut tradidimus supra, lib. 1. cap. 10. num. 5. & 47. nec indiget ea definitio aliqua Synodi œcumenicæ approbatione. Spondan. sup. anno 449. num. 1. Ita ut si contingeret, ut Ecclesia, communis scilicet Patrum consensus, circa Fidei articulum à Papæ sententia discreparet, teneremur sequi quod per Sedem Apostolicam definiretur. Azor. sup. d. vers. Secundò quæritur, Pat. Valente d. nota 9. num. 10. Nec Concilia etiam universalia legitimè congregata, præsentibus Papæ Legatis, infallibilem continent veritatem circa definitiones de Fide, priusquam à Pontifice confirmantur, quoniam errori subjiciuntur. Barbosa in d. cap. Concilia, n. 3. & 7. Padilla cum aliis ubi sup. Vide Barbof. in collect. ad cap. Si Papa, 40. distinct. n. 19.

Ibi: Adhuc tamen in pertinentibus ad Fidem.

52 Definitiones Fidei libentiùs, ac promptiùs à Fidelibus excipiuntur, cum illas Concilium generale Pontificis autoritate confirmatum edit, quam si à solo Papa dimanarent; & hoc ideo, quia merè humana exactiùs discutiuntur, & plurimò-judicio comprobantur, non quia de hujusmodi decretorum infallibili veritate ambigatur. Sic quæ in quatuor primis generalibus Conciliis definita sunt, majori cum reverentia, & promptitudine recepta sunt, quam in posterioribus Synodis etiam universalibus, & à Pontifice confirmatis decreta, quamquam hæc non minùs infallibilitatis, & veritatis obtineant, sicut superiùs adnotatum est cap. præced. num. 1. & 51.

Ibi: Papam verò errare posse.

Hæc opinio ut hæretica rejici debet, etenim de 53 Fide est, Pontificem in istis errare non posse, sicut ex pluribus assertum est supra, lib. 1. cap. 10. n. 5.

Ibi: Sed in his definitionibus, quæ à Conciliis universalibus.

Supponendum est cum D. Covar. in præsentibus, 54 penes Romanum Pontificem existere potestatem ad abrogandam quamlibet legem Ecclesiasticam, sive à prædecessore, sive à Concilio etiam generali latam; cum hoc tamen discrimine, quod ad tollendam constitutionem alterius Pontificis opus non est ut derogat illi expressim, quia ipsam abrogare censetur dum adversus illam statuit, cap. 1. de constitut. in 6. ubi Barbosa cum aliis in collect. num. 1. At ubi per generalem Synodum Pontificia autoritate fulcitam aliquid est decretum, non censetur Papa contrarium præcipiens illud abrogare, nisi mentionem fecerit anterioris constitutionis, vel quia non facilè creditur Pontifex voluisse constitutionem matura deliberatione per Concilium editam evertere, vel quoniam censetur talis lex clausulam derogatoriam habere. Ita tenent Barbosa de offic. & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 33. num. 24. Anton. Ricciul. de jure person. extra grem. Eccles. exist. lib. 5. cap. 14. num. 10. & lib. 8. cap. 4. num. 6. Marc. Anton. Variar. lib. 1. resol. 58. num. 6. Moneta de commutat. ult. volunt. cap. 5. num. 165. Gratian. discept. cap. 397. ex num. 35. Garcia de Benefic. p. 4. cap. 5. numer. 30. Guttier. Pract. lib. 3. q. 17. num. 231. ubi ampliat ad Concilia non generalia, Flores de Mena Variar. lib. 1. q. 10. num. 50. Rota apud Cæsar. de Grassis decis. 3. num. 12. de rescript. & plurimi quos congerit Barbof. in remiss. ad Trident. sess. 1. in decreto de inchoand. Concil. num. 3. At contrà tenent Card. Jacobat. sup. d. lib. 5. art. 18. Azor. d. lib. 5. cap. 14. vers. Sextò quæritur, nempe sat esse generalem cujusque constitutionis derogationem, ut valeat constitutio, rescriptum, seu privilegium, quamvis Concilii mentio non fiat. Verùm & Flores de Mena ubi nuper, asserit valere Pontificis dispositionem nulla derogatione præmissa, si de mente illius appareat voluisse contra decretum Concilii venire: quod præsumitur, si id notorium esset. Et quod solebant Pontifices dispensare derogantes œcumenicis Conciliis, testatur Spondan. sup. anno 434. num. 1. & anno 479. num. 2. Rursus Concilia generalia per se nihil stabilire permittuntur in derogationem Pontificiarum constitutionum. Azor. sup. vers. Quintò quæritur, Tulch. lit. C, conclus. 552. num. 24.

Vers. Præter hæc rursus.

Agit D. Covar. hinc de textus interpretatione 55 in cap. In canonicis 6. 19. dist. ubi in emendatis Decreti codicibus nota reperitur post illud; quæ Gratiani errorem arguit, & corruptum locum D. Augustini restituit, ac D. Covar. intellectum omninò approbat. Idem observant Navarr. in cap. Novis, notab. 3. num. 44. de judic. Possevin. in Appar. sacro, verbo Gratianus, vers. Præterea, Azor. part. 2. lib. 5. cap. 12. vers. Tertio quæritur, & vers. Objicies quod dicit Augustinus, Peña in Director. Inquisitor. part. 1. comment. 19. lit. F, Barbof. in collect. ad d. cap. In Canonicis, Valcarcer in

in Epitome Jur. Canonici, in d. cap. In Canonici, col. 70. qui omnes agnoscunt textum esse corruptum apud Gratianum, & B. Augustinum non de Decretalibus, sed de sacris Scripturis egisse.

Ibi: *Ut illi libri pro Canonici habeantur.*

- 56 Communis Sanctorum Patrum, seu Ecclesie consensus libros Canonicos efficit. Sixt. Senens. in sua Bibliotheca Sacra, lib. I. sect. I. in princip.

Verf. Decretales verò epistolæ.

- 57 De auctoritate decretalium epistolarum actum est supra, à num. 46. ubi etiam mentio facta erroris Wicleff circa sacros Canones: infallibilem tamen veritatem non habent, in his enim in errorem Pontifex labi potest ex narratione incerta, falsive probationibus, quibus ipsæ decisiones sacræ nituntur, de quo Barbosa in collect. ad cap. Si Papa, n. 25. cum seqq. 40. distinct.

- 58 Ex hoc loco August. Barbosa in collect. ad d. cap. In canonicis, assererat D. Covarruviam conatum esse tueri Gratianum, ejusque errorem excusare. Sed minimè ei imputandum esse videtur, perpensis iis quæ in hoc versiculo ac præcedenti traduntur; nam in illo aperte lapsus Gratiani damnat, in isto duntaxat ait, epistolas decretales Summorum Pontificum universalis Ecclesie consensu probari, non ut inter sacras Scripturas in earum canone recenseantur, sed ut auctoritatem obtineant, quam merentur propter suos Auctores: non tamen infallibilem veritatem continere censetur, sicut Divinis voluminibus inest. At canonicæ dici jure possunt, quia regula sunt hujusmodi epistolæ ad judiciorum expeditionem, & ad rectè, honesteque vivendum, juxta præmissa supra, hoc lib. cap. 14. num. 9. ideoque Jus Canonicum vocatur, quod ex illis constat, cujus libri non sunt canonici, ut illi qui in catalogo Sacrorum Voluminum habentur, cum Spiritum sanctum autorem non obtinuerint, de quibus d. cap. 14. per tot. Sic Gelasius non in Canonicis, sed in Hagiographis Decretales constituit. Fuit verò Wicleff per Concilium damnatus, quia his epistolis omnem auctoritatem detrahebat, adversus communem Ecclesie universalis approbationem eas apocryphas nuncupare ausus.

Ad Num. 7.

- 59 Ad hunc Gelasii locum vide Acusiam in cap. Sancta, §. Item gesta, num. 23. & 24. 15. dist. Valcarcer. ubi sup. in eod. textu, col. 42. Spondan. in Epitome Baronii, anno 401. num. 2. Baron. anno 419. num. 96.

- 60 Verbum Martyr, Græcum interpretatur Latine Testis, & martyrium idem est ac testimonium, Calepin. verb. Martyr, Nebrissenf. eod. verbo, Polyanthea novissima tom. 2. verb. Martyrium, in princip. P. Valentia in 2. 2. disp. 8. quest. 2. versic. 1. Theatrum vitæ humanæ lit. M, pag. 279. P. Suar. de Fide, disp. 4. sect. 3. num. 6. Lexicon Calvini verbo Martyr. Sed ex usu Ecclesie ille Martyr vocatur, qui morte pro Deo obita testificatur aliquam Fidei veritatem, vel in seipsa, vel in aliquo pio virtutis opere reluctem. Ita Valent. ubi pronuper. Theatrum vitæ humanæ, Lexic. Calvin & alii. Dicitur etiam Martyrium religiosus locus Martyrio sacratus. Calepin. Nebrissenf. D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

Lexic. Calvin. Martyrum mentio fit in l. 2. & 3. C. de sacrosanct. Eccles. & in hac interdicitur venditio Reliquiarum Sanctorum Martyrum: quod religiose Imperatores Honorius & Theodosius constituerunt; antea enim venire consueverant à Gentilibus, ut tradit Spondan. anno 305. n. 2.

Ibi: *Sic sanè licet & ipsi Martyres.*

Harum vocum Martyr & Confessor, eandem vim esse ex propria significatione, animadvertunt Glossa verb. Crucifixus, in cap. Baptismi 34. de consecrat. distinct. 4. Spondan. sup. anno 194. num. 1. Consuetudine verò Ecclesiastica obtinuit, ut sancti, qui vitæ finem laudabiliter imposuerunt naturaliter, Confessores nuncupentur: illi autem, qui violentia tormentorum pro Fide extinguntur, Martyres dicantur. Theatrum vitæ humanæ ubi proximè, pag. 280. verf. Quartus gradus. Hæc tamen nomina apud veteres Ecclesiasticos Scriptores aliter usurpari solent; nam propriè eos Confessores asserunt, qui persecutionem quidem patiebantur propter Fidei confessionem, & carcere tenebantur, nondum cruciatus experti: ubi autem sævitiam carnificum sentire cœperant, Martyrum nomine decorabantur. His similes habebantur extorres, qui ne religio per illos dispendium aliquod sustineret, propriis bonis derelictis sese subtrahebant; nam quandiu superstites latebant, vocabantur Confessores; more autem in eo statu superveniente, Martyres appellabantur. Ita Spondan. ubi nuper. & anno 353. num. 11. Theatrum vitæ humanæ d. verf. Quartus gradus. Nunc de ratione martyrii est, ut mors patientis subsequatur, unde nullus inter Martyres recensetur, etsi sævissimè torqueatur pro veritate Fidei, nisi vi tormentorum animam agat. D. Thom. 2. 2. q. 124. art. 4. Valent. sup. verf. Ut autem, Polyanthea ubi proximè. Vide etiam ad præmissa Joan. Franc. Picum in comment. ad hymn. 2. Rhenan. in annotat. ad Tertullian.

Ibi: *Hinc & Negatores dicti.*

Horum qui præ formidine tormentorum Christum abnegabant, duplex species fuit: quidam enim publicè id patrabant, & hi si Diis immolarent, aut immolata gustarent, Sacrificati; si thus offerebant, Thurificati, & generaliter Idolatræ vocabantur. Alii erubescerent non audebant palam Christianam Religionem abjicere, sed privatim per se, vel per alios idolorum cultum profitebantur, acceptis à Magistratibus securitatis libellis, ne deinceps Religionis causâ vexarentur, quod pretio comparabatur, unde isti Libellatici dicebantur. Spondan. anno 353. n. 5. ex B. Cypriano tract. de lapsis.

Verf. *Quia eorum, qui scripsere, nomina penitus ignorantur.*

Inde oritur præsumptio erroris, seu falsitatis: ideò in Concilio Lateranensi ultimo sess. 10. de impress. libror. cavetur ne liber aliquis de rebus sacris sine nomine auctoris prælo mandetur, idemque præcipitur per Trident. sess. 4. verf. Sed & impressoribus, cujus meminit D. Covar. infra, cap. Proximo, n. 1. verf. Hujus verò, Barbosa in remiss. ad Trident. d. sess. 4.

N n 2

Ante

64 Ante Gelasii tempora, ac postea semper in Ecclesia egregia Sanctorum Martyrum facinora, enarratis compendio illorum vitis, publicè legi consueverunt, prout hodie ex martyrologio recitantur, & ita stabilitum est, ut passiones Martyrum legerentur, Concil. Carthagin. III. can. 13. quæ quidem ex certis autoribus veræ, & authenticæ habebantur. Quod autem Gelasius monet de gestis Martyrum non legendis, accipi debet de quibusdam prolis historiis, quibus vitæ eorum continebantur, quæ ob incertitudinem autorum, & superflua, vana, & erronea, quibus scatebant, apocryphæ, & ab idiotis, vel hæreticis conscriptæ putabantur. Ita Spondan. an. 401. num. 2. ubi testatur hujusmodi historias legi veritas esse sexta Synodo cap. 63.

Ibi: Hieronymi, inquam, Augustini, Gregorii.

65 D. Hieronymum perbreve martyrologium elaborasse tradit post Baronium Spondan. anno 388. num. 12.

66 Jam ab exordio nascentis Ecclesiæ, ingruente adversus Christiani nominis professores persecutione, curæ fuit Clementi Pontifici, ut Martyrum agones memoriæ mandarentur, cui muneri septem præfecit notarios per Urbis regiones distributos, ut in singulis acta Sanctorum Martyrum perquirentes scriberent. Spondan. ex Baronio anno 98. num. 3. Postea Fabianus Papa his notariis totidem Subdiaconos addidit, ut quæ illi notis scripserant, hi litteris latinis, & apertius exprimerent. Spondan. anno 238. num. 1. & ... Verùm hæc sacra monumenta edicto Diocleriani maxima ex parte flammis tradita perierunt. Spondan. ubi proxime.

Verf. Quirici, & Julittæ.

67 Julittæ, & Quirici ejus filii præclarum martyrium pluribus enarrat, asserens non esse eam historiam, quam Gelasius apocrypham hic dixit. Surius ex Simeon. Metaphraste tom. 3. de probat. Sanctor. historiis, die 16. Junii, ubi tradit, Julittam genere, ac divitiis illustrem sceminam ex Iconio urbe in Lycaonia, viro & fortunis orbatam, post diutinam peregrinationem Tarsim advenisse, ubi pro Christi fide dirissimè cruciatum cum Quirico trimo gloriosè occubuit. Hujus eximie Martyris mentio fit apud Card. Baron. anno 305. numer. 14. Spondan. in Epit. ibidem, n. 15. Carrill. Annal. eod. anno, fol. 113. Marul. lib. 5. cap. 6. Gualter. in Chronic. ad ann. 400. pag. 278. Theat. vitæ humanæ lit. A, pag. 342. & lit. M, pag. 284. Vide infra, cap. prox. n. 94. & 95.

Verf. Omni devotione veneramur.

68 Veneratio, cultusque à tempore Apostolorum Sanctis Martyribus, eorumque Reliquiis reddi consuevit, quem usum Sancti Patres Ecclesiæ communi consensu probarunt, renitentibus tamen hæreticis aliquibus, quorum primus Eunomius extitisse fertur, eumque alii hæresiarchæ sequuti fuere. Consule Baron. & Spondan. anno 55. n. 2. & 3. & anno 58. num. 38. anno 97. num. 7. anno 277. num. 8. & anno 319. num. 9. Cui Martyrum honori ut obviam irent Gentiles, de more

cadavera eorum flammis, aut fluctibus tradebant. Spondan. anno 102. num. 2. anno 109. num. 2. anno 179. num. 2. & anno 302. num. 5. Verùm alii Reliquias Christianis venundabant, qui illas ut colerent, pecunia redimebant, sicut superius præmisimus, num. 59. Adde Gualter. in Chronic. ad annum 110. ex pag. 50.

Sed non omnibus, qui in persecutionibus Fidelium morte ab infidelibus afficiebantur, absque delectu cultus exhiberi consuevit, sed illis tantum qui per Ecclesiam approbari meruere, quod prævio exacto examine fiebant. Spondan. an. 55. nu. 4. & anno 302. num. 20. nam ad veri martyrii lauream quinque concurrere debent conditiones, de quibus Valent. supra, Verf. ut autem, cum seqq. Theatrum vitæ humanæ lit. M, pag. 279. In quibus differant veri Martyres Christi à pseudomartyribus petendum est à P. Suar. tract. de Fide, disput. 4. sect. 3. num. 6. Adde quæ de Reliquiarum veneratione habentur supra, lib. I. cap. 10. à num. 51.

Ibi: Siquidem hac in re secundum veriore sententiam.

In canonizatione Sanctorum Papam in errorem labi non posse, & oppositam sententiam impiam & temerariam censer, cum pluribus tenuimus supra, d. cap. 10. num. 49. Sed si aliquando circa cultum Reliquiarum Sanctorum aliquid erroris emerisset ex privato aliquorum instinctu, Deus diu latere non permisit, id alicui ex servis suis per revelationem aperiens, ut veritate prodita falsitas appareret, ut de S. Martino Severus scribit in illius vita, cap. 8. Ita Spondan. anno 55. in fin.

Verf. Item vita Patrum Pauli.

Idem observat Barbosa in collect. ad cap. Sancta Romana, num. 16. 15. distinct. Cardin. Baron. Annal. tom. 3. anno 358. num. 24. Valcarcer. in Epitome Jur. Canon. in d. cap. Sancta, §. item vitas, col. 42. Possevin. in appar. sacro tom. I. verb. Antonius Ægyptius, pag. 355.

Vitas egregias perillustrium Anachoretarum, Pauli, Antonii, & Hilarionis, authenticas esse, utpote quæ à D. Hieronymo elaboratæ noscuntur, in confesso est apud omnes, à quo recentiores, qui de Sanctis Eremitis disseruere, plurima hauserunt, ut Card. Baron. in Annalib. Spondan. in ejus Epit. pluribus in locis: similiter Gualter. in Chronic. Surius de probat. Sanctor. histor.

De vita sancti Pauli Eremitarum Principis, disse- rit Card. Baron. anno 253. ex num. III. & anno 343. Spondan. illo anno, num. 16. hoc num. 1. & 2. Obiit secundum Baron. anno Christi 343. Julii I. Pontificis 7. Imperatoris Constantii & Constantis 7. ætatis suæ 113. A quo solitudinem petierit anno, quæstionis est. Baron. asserit à vigesimotertio, Spondan. & plerique à decimosexto. Vide Spond. d. anno 253. n. 16. Gualter. ad ann. 300. pag. 216. Surius tom. I. die 10. Januar. Theatrum vitæ humanæ pluribus in loc. in indic. verb. Paulus Thebeus, Carrill. Annal. anno 343.

De vita sancti Antonii Abbatis, Magni cogno- mento, scribit Baron. anno 310. 328. 340. 343. & 358. & ibi Spondan. in Epitome, Sur. tom. I. die 17. Januarii, Theatrum vitæ humanæ sup. verb. S. Antonius Ægyptius, Carrill. anno 358. Vixit quinque supra centum annos, & in cœlum migravit anno 358. juxta Baron. d. anno 358. quem

quem sequuntur Spondan. *ubi num. 5. Carrill. ubi proximè*, qui fuit annus 7. Liberii Pontif. & 22. Imper. Constantii.

Ecclesiast. seculo 9. anno 858. Gualter. in Chronic. ad annum 600. pag. 598.

- 75 De beato Hilarione videndi Baron. anno 358. 362. 365. & 372. & *ibi* Spondan. Gualter. *ad annum 400. pag. 282. Sur. sup. tom. 5. die 21. Octobris* Onuphr. *in Chronic. anno 351. Theatrum vitæ humanæ in indic. verb. Hilarion Abbas*, Carrill. anno 372. Martyrolog. *die 21. Octobr.* Terram cælo commutavit octogenarius, anno Christi 372. ut testantur Baron. *eod. anno*, Spondan. & Carrill. secundum quos hic annus numeratur sextus Pontificatus Damasi, & nonus Imperii Valentiniani, & Valentis. Vide Baron. *in Martyrolog. die 21. Octobris.*

Verf. Primum etenim.

Constantinum à B. Sylvestro Romæ baptizatum, adversus Eusebium Cæsareensem & sequaces pluribus probat Card. Baron. *Annal. Ecclesiast. anno 324. quem refert Spondan. in Epitome, eo anno, num. 10. cum seqq. cui sententiæ subscripserunt Surius supra, tom. 6. ult. die Decemb. & 14. Carrill. Annal. anno 324. Theatrum vitæ humanæ lit. B, pag. 63. Gualter. in Chronic. ad annum 400. pag. 279. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 17. n. 11. August. Steuch. lib. 1. de donat. Constantini, Marta de jurisdict. p. 1. cap. 30. num. 11. 13. Barbosa in collect. ad cap. Futuram 12. q. 1.*

Ibi: Antonii vitam scripsit Anastasius.

- 76 Cujus frequenter mentio apud Card. Baron. Spondan. & alios, qui de beati Antonii gestis differuerunt. Congressum tamen S. Antonii & Pauli à beato Hieronymo enarratum, prætermisit Athanasius, ut ait Spondan. anno 343. num. 1. Hic est beatus Anastasius, quem supra memoravimus, qui D. Antonium visitavit, cui duo pallia donavit. Spondan. ex Baron. anno 328. num. 2.

Hæc Historia de baptisate Constantini non eodem modo à Scriptoribus narratur: sed illud discrimen omittendum non est; nam quidam asserunt, quibus D. Covar. adhæret, B. Petrum ac Paulum exprobrasse sævitiam Constantino cupienti parvulorum sanguine se à lepra mundari. Alii in quibus est Baronius & Spondan. *ubi supra*, volunt Imperatorem commotum matrum gemitibus à cæde infantium abstinuisse, quos enecandos collegerat, cujus pietatis intuitu sacri Apostoli in somniis apparentes de Bapilino à Sylvestro suscipiendo ad corporis etiam sanitatem Imperatorem admonuerunt.

Verf. Item actus Beati Sylvestri.

- 77 Ex quibus plura deprompserunt, qui vitam beati Sylvestri memoriæ prodidere, ut Card. Baron. anno 324. & *ibi* Spondan. Surius tom. 6. die 31. Decembris, Platina, Ribadeneira, Illefcas, & alii, qui de vitis Sanctorum, ac Summorum Pontificum egerunt. Sed observare oportet cum Spondan. d. anno 324. num. 25. duplicia acta Sylvestri reperiri, quædam prius edita Latino sermone, quæ autentica sunt: alia postea ab aliquo Græcorum conficta, Græcèque prodita sub falso Eusebii Cæsareensis nomine, ex libro de Martyribus, quæ non ante millesimum Christianum innotuerunt. His additum est edictum de donatione Constantini in odium Ecclesiæ Romanæ, quod in prioribus actis non erat. Hoc autem Græci commenti sunt, ut appareret, quæ Ecclesia Romana possidet, non à Christo, sed ab Imperatore accepisse.

Constantinus sacra ablutione est lotus sui Imperii anno 19. Pontificatus Sylvestri 9. qui est Christi 324. in palatio Lateranensi, haud pluribus interessentibus, ubi hodie baptisterium existit. Hæc juxta Baron. d. anno 324. qui ex num. 33. plura memorata digna, quæ ante ac post Baptisma Constantini evenerunt, fusè recenset, & eadem in compendium redegit Spondan. *in Epitome eod. anno, d. nu. 6. & 7. refert Sozomenum aientem, quod Constantinus jam à quo Maxentium devicit, se Christianæ adscripsit Religioni, suscepto Baptisate. Sed hoc communi omnium callamo comprobatur.*

Ibi: Dubia tamen ex eo videtur.

Hæc opinio Eusebii Cæsareensis, qui scripsit Constantinum in extremis agentem sacro baptisate insignitum, acriter impugnatur à Cardin. Baron. d. anno 324. ex num. 33. & à Spondano *in Epitome à numer. 14. Ipse tamen post num. 18. pro Eusebio nonnullas rationes expendit Baronii argumentis satisfaciens, non tamen hujus sententiam omninò deserit, qui utique D. Covar. assentitur ea vel maximè ratione, quod inverisimile est, Imperatorem ita pium, & erga Ecclesiam, Fidemque Catholicam devotum in tempus mortis sacri Baptismatis susceptionem protelasse, Christumque tandiu inimicum habuisse, quem summa veneratione colebat. Vide ad hæc Baron. & Spondan. *ubi proximè*, adversus Eusebium late differentes.*

Ad Num. 8.

- 78 Autor certus actum B. Sylvestri nequit assignari, etsi ipsi approbationem meruerint, neque eos edidit Eusebius Cæsareensis, ut D. Covar. videtur, sed falso sub illius nomine à Græcis sunt editi, illi scilicet actus commentitii, ac depravati, de quibus Spondan. *ubi proximè*. Nec mirum haberi debet, quod liber, cujus autor ignoratur, non censeatur apocryphus; nam & inter sacra Volumina extant aliqua, quorum Scriptores ignoti sunt, ut supra, *hoc lib. cap. 14. prænotatur.*

Ibi: Qui Pontificum omnium à Petro exorsus.

- 79 Opus hoc de vitis Pontificum, quod Damaso tribuitur, non ab ipso, sed ab Anastasio S. R. Ecclesiæ Bibliothecario post quingentos ferè annos ab obitu Damasi elaboratum tenet post Baron. Spondan. anno 45. num. 13. & anno 69. num. 14. hujus Anastasii meminit Bellarmin. *de Scriptor.*

Verf. Secundo loco.

Series edicti de donatione Constantini habetur apud Mart. *sup. d. cap. 30. num. 1. Theatrum vitæ humanæ lit. R, pag. 363. & donationem B. Sylvestro factam à Constantino latissimè præbent ex neotericis Arn. Pontacus in not. ad Chron. B. Hieronymi, August. Steuch. tract. de donat. Constant. Marta d. cap. 30. per tot. August. Barbosa de potest.*

Episcopi, part. 1. tit. 2. cap. 2. num. 68. & in collect. ad cap. Constantinus, 96. distinct. qui pro hac opinione penè innumeros congerit, quæ adèò recepta est, ac Pontificum decretis roborata, ut non procul ab hæresi sit eam inficiari, ut ex Abbate & Rolando à Valle tradunt Cardin. Tusch. *lit. D, conclus. 689. num. 7.* Barbosa *in d. collect. num. 4.* Quod donationis instrumentum confectum est die 30. Martii, anno quo Imperatorem baptizatum asseruimus supra.

Ibi: *Ex multis tamen conjecturis, & rationibus.*

- 85 Sententiam tamen oppositam, quæ donationem factam negat, sustinent non pauci, ex quibus aliquos recenset Barbosa *ubi proximè*, in quibus numerari potest Card. Baron. *anno 324. ex n. 117.* quem refert ac sequitur Spondan. *numer. 23. cum seqq.* hi enim etsi agnoscant Ecclesiam Romanam à Constantino pluribus donis, ac prærogativis affectam, edictum tamen de donatione, quod actis Sylvestri insertum est, apocryphum arbitrantur, prout tetigimus supra, *num. 77.* De his iterum Baron. *Annal. tom. 12. anno 1191.*

Ibi: *Quo in loco Glossa in verbo Constantinum, quærit.*

- 86 Supposito cum communi Orthodoxorum sententia, quod Constantinus B. Sylvestro donaverit quæ in illius actis recensentur, in controversiam incidit, an Imperator ea conferre Pontifici valuerit in Imperii detrimentum, ac diminutionem? Et licet nonnulli contrà sentiant, communiter tamen placet talem donationem jure subsistere, quam opinionem tuentur plurimi apud Bobadill. *in Politic. lib. 2. cap. 17. num. 11. lit. B,* quibus addendi sunt Tusch. *ubi sup. d. conc. 689. à princip.* Marta ex plurimis supra, *num. 30.* Barbosa *in collect. ad cap. Constantinus, num. 4. cum seqq.* ubi probat, Cævall. *commun. tom. 1. q. 345.* qui pro utraque parte autores congerit, Isti & alii asserunt hæreticum, aut penè hæreticum censerunt eum, qui tenuerit istiusmodi donationem invalidam.

Verf. *Cæterum apud Gratianum.*

- 87 Lapsus Gratiani, dum Melchiadi Pontifici tribuit, quæ *in cap. Futuram, 12. q. 1.* continentur, adnotat Glosa *ibi*, Barbosa *in collect. ad eum text. Marta sup. num. 41.* qui tamen Gratianum conatur excusare aiens, eum non fuisse autorem tituli illius capitis, sicut nec cæterorum omnium, qui Decreti textibus superpositi leguntur; quod quidem difficilè suaderi potest; quia incredibile est, ut Gratianus non laudaret autores locorum, quæ congeffit, ut illis Fides adhiberetur, quod ipsi onerosum minimè foret, alii verò ferè impossibile, ut per se notum est.
- 88 Error autem Gratiani evidentissimè patet; nam si Melchiades, sive Milthiades Sylvestrum in Pontificatu anteceffit, ut videre licet apud Euseb. Onuphrium, Genebrard. Adon. Viennens. Gualter. *in Chronic. Platin. Ciacon. in Melchiade, & in Sylvestro, Baron. anno 314.* ubi Spondan. *num. 1.* quod extra dubitationem est, quomodo Melchiades valuit testificare de Constantini baptismo, ac donatione, quæ annis ferè undecim post obitum

suum sub successore Sylvestro contigerunt? Etenim Melchiades in fata congeffit anno 313. & Constantinus Christianorum numero adscriptus est, ac donationem confecit anno 324. juxta Baron. & Spondan. & Carrill. *eisdem annis.*

Ibi: *Et quia Melchiades occisus fuerit.*

B. Melchiades à tyrannis interfectus non est, ⁸⁹ sed superatis cruciatibus, supervixit, ac deinceps mortem naturalem obiit in pace. Spond. ex Baron. *anno 313. num. 11.* Gualter. *in Chronog. ad annum 400. pag. 276.* Carrill. *Annal. anno 313.* Sebast. Nicolini *in Epitome Histor. Ecclesiast. §. 33.* (ubi observat hunc Summum Ecclesiæ Præfulem, qui Afer vulgò dicitur, Hispanum esse, Matriri ex Afris parentibus ortum,) & *in Bullar. Magno Cherub. tom. 1. in Melchiade*, non asserit eum martyrio insignitum, cum in cæteris Martyribus Pontificibus id exprimat. Hoc inde manifestum sit, quia cum Melchiades è vivis migravit, Ecclesia gaudebat Pacifica tranquillitate, siquidem Maxentius, qui in Occidente Christianos dirè persequabatur, anno 312. interit à Constantino devictus, & in Tiberim è ponte delapsus. Spondan. ex Baron. *anno 312. n. 2. & 8.* & Maximinus Christianæ Religionis in Oriente acerrimus hostis, præ metu ob clades divinitus inflictus, sub idem tempus à tyrannide destiterat. Spondan. *eodem anno, num. 1.* Unde nemine Ecclesiam persequente, Melchiades pro Religione enecari nequivit. Nec refert, quod vulgò Melchiades Martyr vocitetur, quia in antiquis Ecclesiasticis monumentis inter Martyres numeratur propter ea quæ sub Maxentio pro Fide Catholica pertulit, etsi mortem non subierit, cum sic cruciati, quondam in Ecclesia Martyres dicerentur, sicut prænotavimus supra, *numer. 60.* & in specie observat Spondan. *anno 313. numer. 11.* His assentiri videtur D. Covarr. paulò inferiùs, *sub hoc vers. ad fin.* ubi animadvertetur à nobis *num. 94.* Quæ cum ita sint, frustra cum eo angimur in disquirendo sub quo Imperatore beatus Melchiades fuerit peremptus.

Ibi: *Quæ quidem ratio est omninò intelligenda.*

De Maximinorum, seu Maximianorum discrimine agit Spondan. *anno 304. num. 4.* & qui dominabatur Orienti, cum Melchiades decessit, fuit Maximinus Galerius, qui à Galerio Maximiano socio Imperatoris Constantii adoptatus, illi in Oriente successit. Vide Baron. *anno 306.* ubi Spondan. *num. 2.*

Ibi: *Priùs mortem obiisse Galerium Maximinum.*

Contrà tradit Baron. & ex illo Spondan. *anno 314. num. 2.* qui testantur hoc anno Maximinum miserè occubuisse, & sic post mortem Melchiadis, sicut apparet ex præmissis supra, *n. 88.*

Ibi: *Utcunque sit, Melchiades.*

Refragatur similiter Baronius, qui Constantini ⁹² victoriam, ac interitum Maxentii, post quæ illicò Ro-

Romam orans Imperator adivit, ad annum 312. refert, mortem verò Melchiadis ad finem anni sequentis 313. evenisse asseverat, quem refert Spondan. anno 312. & anno 313. n. II. illisque accedunt Carrill. eisdem annis, Gualt. in Chronog. ad annum 400. pag. 276. & 277. ubi de Melchiade, & Constantino.

ut observat Spondan. post Baron. anno 326. nu. 8. Suar. sup. numer. 6. ubi subdit, hanc diversitatem non continere contrarietatem aliquam, sed unus omisit, quod alter expressit, omnia tamen simul possunt esse vera, quod ipse bene probat opiniones de miraculis, concilians quæ inter se videntur oppositæ.

Ibi: *Et quia facillimus fuit apud Platinam.*

Ibi: *Etenim Eusebius Cæsarensis.*

Error Platinæ versari potest quoad passionem, ac tormenta Melchiadis, non quoad necem, eum ipse interfectus ab aliquo non fuerit, sed naturaliter obierit, ut supra, n. 89. demonstravimus.

Spondan. anno 326. in addit. post num. 7. ait, 97 Eusebium mentionem de S. Crucis inventionem fecisse tum ad fin. Chronici, tum lib. 3. de vita Constant. cap. 29. cujus verba transcribit. Sed etsi ab Eusebio prorsus omitteretur hujusmodi historia, non ideo dubiæ fidei habenda esset, quamplures ex antiquis gravissimi Scriptores meritis prodiderunt, ut asserunt Azor supra, vers. Decimo queritur, Suar. ubi sup. n. 9.

Ibi: *Siquidem scriptum extat.*

93 B. Catharina sub Maximino laurea martyrii meruit redimi. Baron. anno 307. Spondan. ibi, num. 6. Carrill. eodem anno, Gualter. sup. pag. 278. Surius tom. 6. die 25. Novembris, lapsamque eorum qui scripsere, jussu Maxentii fuisse peremptam illam, improbant Baron. in Martyrolog. die 25. Novembr. Gualter. supra.

Ibi: *Est communi Ecclesiæ consensu festum hoc.*

De festo S. Crucis, & à quo cœperit in Ecclesia 98 celebrari, & utrum induci potuerit, latè Suar. d. cap. 7. ex n. 5. Azor. d. cap. 16. per tot.

Ibi: *Quæstionem illam inter Ceciliam.*

Ibi: *Helenam Constantini matrem.*

94 De hac controversia ac Donatistarum causa, inito Romæ Concilio, cognovit Melchiades eo anno quo mortem oppetivit, postquam Maxentius à Constantino superatus perierat, ut planè constat ex Baronio anno 313. & ibi Spondan. d. n. 5. junctis iis quæ nuper n. 89. tradidimus. Verùm licet Melchiades cum Constantino post mortem Maxentii per epistolas communicarit, non inde sequitur, ut idem Pontifex possit testificari de iis, quæ multos postea annos jam rebus humanis exemptus Constantino evenerunt, ut Baptisma, & donatio.

De qua Baron. Annal. anno 306. & in not. ad 99 Martyrolog. die 28. Augusti, Spondan. d. anno 306. numer. 5. cum seqq. ubi de genere ac parentibus Helenæ.

Ibi: *Verùm quia difficilis adhuc.*

Ibi: *Si Romæ Melchiades post Maxentium.*

Imò facillimè Crux Domini ab aliis discerni 100 potuisse videtur, siquidem Christus Dominus clavis affixus est Cruci, latrones verò funibus alligati, ut communiter depingi solent: quare in Cruce Dominica extitere vestigia, & foramina clavorum, quæ in aliis non reperiebantur, nec opus erat miraculum, ubi tam evidens discrimen apparebat. Dicendum est tamen contra vulgarem existimationem, latrones etiam clavis crucifixos fuisse, ut ex Non. Poëta refert Just. Lips. tract. de Cruce, lib. 2. cap. 8. quem sic ex Græco in Latinum vertit: *In cruce præduris clavis fixi, inque ligati.* Cui accedit Azor. sup. vers. An verò, ubi inquit aliàs miracula non desiderari. Ad quod non levem exhibet conjecturam, quod plures clavi extant, qui ut sacri venerantur, quia eis Christus creditur crucifixus; & tamen tribus, aut quatuor ad summum Dominum fuisse cruce affixum, omnes profitentur. De clavorum multiplicitate Spondanus testatur post Baron. anno 326. n. 12.

Hæc conveniunt traditis per me supra, nu. 89. neque aliud tenendum est.

Verf. *Item scripta de inventionem S. Crucis.*

95 Vide in hunc Gelasii locum Barbof. in collect. ad cap. Sancta, num. 18. 15. distinct. Acusam ibidem, num. 29. Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. 1. cap. 16. vers. Secundò queritur, Spondan. an. 326. n. 7. P. Suar. de religion. tom. 1. lib. 2. cap. 7. n. 9. qui alleunt, Gelasium nequaquam dubitalse de veritate historię, inventionisque S. Crucis, sed loquutum esse, ita de quibusdam scriptis, quæ tunc legebantur, & suspectæ Fidei erant propter plura mendacia, & errores in eis insertos: non tamen fidem detrahit illis, quæ Catholici, & veridici Autores scripsere, beatus Ambrosius, Paulinus, & alii, quos D. Covarr. memorat infra, vers. Sed & præter.

De sacrosanctis Clavis qui cum S. Cruce inventi sunt, agunt Baron. ubi proximè, anno 326. & ibi Spondan. nu. 11. Azor. sup. vers. Quintò queritur, Suar. de vita Sanctor. in addit. tom. 7. die 3. Maii, & alii ex laudatis à D. Covar. vers. seq. & eis, quos nos adjiciemus, qui communiter asseverant etiam quoad clavorum numerum discrepent inter se, Helenam ex clavis tribus frænum fieri præcepisse, & diadema intexui, quæ filio Constantino ipsa misit: fertur quoque unum, dum in Occidentem rediret, in mare Hadriaticum injecisse, ut illud, in quo frequentibus tempestatibus navigia naufragabant, sedaretur in posterum, & ita evenisse. Sic ex aliis Spondan. d. n. 11.

Ad Num. 9.

Hæc historia de inventa per Helenam S. Cruce, cum aliquo discrimine ab Autoribus enarratur,

Verf.

Verf. *Sed & præter.*

102 De inventione S. Crucis differunt etiam Card. Baron. anno 306. & ibi Spondan. n. 8. Carril. eod. anno, Suar. sup. tom. 3. die 3. Maii, & iterum tom. 7. in addit. ead. die, pag. 1123. Gualter. ad ann. 500. pag. 412. Ado Viennensis in Chronic. Genebrard. in Chronog. lib. 3. pag. 415. Theat. vitæ hum. lit. C, pag. 610. & lit. R, pag. 374. Ribade-neira die 3. Maii.

Ibi : *Nulla miraculi ab hoc autore mentione facta.*

103 Non quidam & alii miracula non memorant, fides adhibenda non est pluribus aliis, qui de sanitate, & vita divinitus restituta per S. Crucem testes existunt, nec ex hoc veritas historiarum vacillat, ut animadvertit P. Suarez d. cap. 7. n. 6. quod utique in Evangeliiis contingit, ut scilicet unus Evangelista prætermittat, quod alius exprimit.

Ibi : *Tandem Eusebius Papa in d. epist. 3.*

104 S. Crux inventa est anno Christi 326. Pontificatus beati Sylvestri 13. Imperii Constantini 21. juxta computationem Baronii, quam amplectuntur Spond. anno 326. Carril. eod. anno Genebrard. ubi proximè, Theat. vitæ hum. lit. C, pag. 610. & alii. Unde Azor. d. cap. 7. verf. Decimo quæritur, errorem Gratiani notat in epigraphe capitis Crucis, de consecr. dist. 3. & pro Eusebio legendum Sylvestrum opinatur.

Verf. *Et alia scripta de inventione capitis B. Joannis.*

105 Vide Barbof. ubi sup. num. 19. Acunam num. 30. Card. Baron. anno 391. ex numer. 14. ubi Spondan. num. 2. & anno 1025. post num. 2. eundem Baron. in Martyrolog. die 29. Augusti. Opus autem de inventione, seu revelatione capitis beati Joannis Baptistæ, quod D. Cypriano tribuitur, inter ejus opera dubia, sive supposititia recenset Cardin. Bellarmin. de Scriptorib. Ecclesiastic. sæculo 3. anno 250. verb. Cyprianus, pag. 82.

Ibi : *Qui regnavit anno Domini 751.*

Vide de initio Regis Pipini Card. Baron. an. 747. num. 4 & ibi Spondan. in Epitome tom. 2. Gualter. ad annum 800. pag. 565. beatus Cyprianus obiit anno 261. sicut prænotatum est supra, num. 6.

Ibi : *Qui annis plus centum post Cypriani mortem.*

Theodosius senior adeptus est Imperium anno Christi 379. Baron. eod. anno, & ibi Spondan. n. 2. Gualter. ad ann. 400. pag. 289. Carril. Annal. anno 379.

Ibi : *Sed & Sozomenus Ecclesiasticæ historiae autor.*

Hæc sunt apud Baron. & Spondan. d. anno 391. qui addunt, locum in quo Basilica S. Joannis erecta est, non longè à Constantinopoli, Hebdomum vocari.

Ibi : *In Sebaste urbe Paganos aut Gentiles ossa B. Joannis.*

Post enecatum beatum Joannem, ejus discipuli corpus ejus in Sebaste detulerunt, capite apud Herodiadem retento, quod occultè sepulturæ tradidit. Spondan. ex Baronio anno 33. num. 1. Ipsum verò corpus Gentiles flammis tradiderunt Sebaste, cineresque dispererunt. Card. Baron. anno 362. ubi Spondan. num. 33. qui testantur, postea majori cum veneratione sancti Præcursoris reliquias coli, quæ superfuerunt ex illis, vel quæ ante combustionem diversas in partes ad cultum missa fuerant, vel quæ Christiani ex combustis subdulerunt.

Verf. *Item Ruffinus vir religiosus.*

De quo Card. Bellarmin. supra, sæculo 4. verb. 107 Ruffinus, pag. 155. Card. Baron. sæpe ab anno 372. ad 410. quo obiit Ruffinus; & ibidem Spondan. August. Barbofa sup. n. 20. Gualter. ad annum 400. pag. 288. Possevin. in Appar. sacro, tom. 3. verb. Ruffinus, Gennad. in Cat. Onuphr. in Chron. anno 395. Viguier. anno 397.

Ad Num. 10. Ibi : *Cum quo graves exercuit similitates.*

De diffidio beati Hieronymi, ac Ruffini Aquileiensis Presbyteri pluribus agit Card. Baron. & ex eo Spondan. anno 393. num. 4. anno 394. num. 11. anno 401. num. 1. & anno 408. à num. 8. Cardin. Bellarmin. ubi proximè. Ex quibus constat, illos primùm amicitia vinculo fuisse junctos, sed postea se invicem scriptis acriter, ac publicè carpsisse: & licet aliquando fuerint reconciliati, iterum inimicitia suscitatae sunt. Baron. anno 393. nu. 32. ubi Spondan. n. 4. Gualter supra.

Ibi : *Quantum à D. Hieronymo Ruffinus absit.*

Ingens quidem versatur discrimen inter Maximum Doctorem Hieronymum Ecclesie luminare perlucidum, ac Ruffinum, qui etsi magni apud antiquitatem fuerit habitus, Spondan. anno 372. n. 6. labentes tamen tempore errores Origenis sic est amplexus, ut eos aliis, imò Ecclesie toti suadere tentaverit. Spondan. anno 397. n. 3. & 4. Pelagiana quoque hæresi infectus est. Idem anno 402. nu. 8. ac tandem in Sicilia pertinax moritur anno 410. Idem hoc anno, n. 12.

Ibi : *Cæterum quod Gelasius scribit de Hieronymi censura.*

Idem ex D. Covarr. observat Barbofa sup. n. 21. Licet autem Sanctorum Patrum autoritati plurimum

mum sit deferendum, non tamen quicquid ab aliis scriptum damnaverint, hæreticum haberi debet; quia hoc duntaxat datum est Summis Ecclesie Præfulibus, penes quos propter Spiritus sancti assistentiam infallibilis regula residet circa fidei dogmata definienda, de quo supra, n. 42. & 43. Unde quod D. Hieronymus impugnat in scriptis Ruffini, non est hæresi adscribendum, nisi Ecclesie definitioni, aut sacre Pagine testimoniis aperte opponatur.

Verf. Item Origenis nonnulla opuscula.

III Præmittere oportet; secundum aliquos Origenes duos extitisse, unum Adamantium cognomine alterum ignotum, à quo Origenistæ hæretici quidam dicitur. Verum hanc opinionem refutat ex Baronio Spondan. in Epitome, anno 256. n. 7.

II2 De Origene plura apud Card. Baron. in Annal. ab anno 204. ad 400. & ibidem Spondan. in ejus Epitome. Gualter. ad ann. 300. pag. 214. Cardin. Bellarm. sup. sæculo 3. verb. Origenes, pag. 73. Genebrad. in Chronog. pluribus in locis, sub sæculo 3. Aug. Barbosa n. 22. Azor. p. I. lib. 8. c. 16. verf. Decimo sexto quaeritur, Possévin. sup. tom. 2. verb. Origenes, Theat. vitæ hum. variis loc. ubi duos Origenes distinguere videtur in indice. Vide Gualter. sup. cap. de Origenianis, p. 235.

Verf. Origenes, qui & Adamantius Presbyter.

III3 Hæc quæ de Origene tradit D. Covar. extant apud nuper laudatos, maximè apud Baron. Spondan. Possévin. Gualter. & Theatrum vitæ humanæ. Ex quibus deducitur Origenem tertium fuisse ex eis, qui Latine sacram Scripturam interpretatione illustrarunt, Genebrard. sup. pag. 39. verf. Tertullianus, cui studio ætatis suæ decimo octavo anno incumbere incepit. Spondan. anno 205. n. 3. & ita emicuit, ut secundus post Apostolos Ecclesie magister nuncuparetur. Genebrard. ubi proximè, verf. Origenes: fertur fena millia librorum edidisse, Card. Bellarm. sup. Genebr. sæculo 4. pag. 395. de quibus idem Bellarm. ibidem, Baron. anno 232. 237. & 242. plures errores opusculis suis interuit, ut omnes prælaudati testantur, eosque in unum congerit Gualter. ad annum 300. cap. de Origenistis, pag. 233. Quapropter à Demetrio Episcopo Alexandrino excommunicatus est, quod cæteræ quoque Ecclesie ratum habuere, Baron. anno. 248. num. 1. Spondan. anno 232. n. 2. Gualter. dicto cap. de Origenistis, in fin. Bellarm. sup. qui plura adversus Origenem, ejusque doctrinam cumulat. Tandem ultimam clausit diem Tyri anno 256. Lucii Pontificatus I. Imperat. Galli, & Volusiani III. Baron. anno 256. ubi Spondan. n. 5. Postea verò in quinta Synodo generali Constantinopolitana ejus opera sunt damnata, ipseque Origenes hæreticus denunciatur in hæc verba, quæ habentur collat. 8. can. II. ibi: *Anathema Origeni, & scriptis ejus, sicut Ario, Eunomio, Macedonio, Nestorio, & Eutycheti.* Card. Bellarm. & Gualter. ubi proximè, Baron. anno 256. num. 40. Spondan. ibi, num. 5. Sigon. lib. 19. de Imper. Occidentali, Theatrum vitæ humanæ lit. C, verf. Anno 545. Quod Concilium habitum est sub Vigilio Pontifice, & Justino Imperatore anno 553. Baron. eodem anno à num. 20. & ibi Spondan. tom. 2. Gualter. sæculo 6. pag. 490. Sed jam antea Origenes similiter fuerat damnatus ab Anastasio D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Papa anno 400. cujus judicium amplexi sunt plures præcipuarum Ecclesiarum Antistites, qui accersitis Episcopis, Origenem hæreticum pronunciarunt, teste beato Hieronymo *epist. 78. ad Pammachium*, ex quo id observant Baron. anno 400. & ibi Spondan. n. 5. Bellarm. & Gualter. *ubi nuper.* Nihilominus lectio librorum Origenis non censetur absolutè vetita, sed quoad dogmata obtinuit Gelasii sententia de qua D. Covar. in præfenti, ut per D. Hieronymum probaverit, recipiantur, cæteris reje-ctis Unde de Origene axioma vulgare invaluit: *Ubi bene, nemo melius; ubi malè, nemo pejus*: quod est apud Cassiodor. *Instit. Divin. lect.* Ita Spondan. anno 256. n. 6.

Verf. Cæterum de historia Eusebii.

Eusebius Cæsareensis Origenem nimis profecituit encomiis in apologia, quam pro eo se scripsisse testatur *lib. 6. Histor. cap. 12.* quam Ruffinus in Latinum à se conversam edidit nomine Pamphili Martyris, ut creditur, qui & amicitia, & propinquitate Eusebio fuit conjunctus. Baron. anno 256. ex n. 38. Spondan. in Epit. an. 230. nu. 2. Gualter. in Chronog. sæculo 4. verb. Pamphilius, pag. 274. & sæculo 3. verb. Origenes, pag. 214. Bellarm. de Scriptor. Ecclesiast. sæculo 3. verb. Origenes. Alia quæ ad Eusebium spectant, subjiciuntur infra, cap. seq. ubi D. Covar. de ipso fufius.

Verf. Item Orosium virum eruditissimum.

De quo Bellarm. sæculo 5. verbo Orosius, Baron. tom. 5. anno 414. ubi Spondan. num. 4. Possévin. in Appar. sacro, tom. 3. verb. Paulus Orosius. Gualter. sæculo 5. verb. Paulus Orosius, pag. 360. Geneb. in Chron. sec. 5. Sigebert. anno 399. & 401. Barbosa sup. n. 23.

Ad Num. II.

Paulus Orosius à quibusdam Hispaniæ Episcopis missus est ad beatum Augustinum in Africa commorantem propter hæreses, quibus Hispania inficiebatur, adversus quas eximius Doctor suo more egregiè, sed breviter disputavit, qui aliquandiu Orosium apud se habens induxit, ut historiam adversum Paganos scriberet, quam ille perfecit anno 417. Baron. anno 414. n. 14. ubi Spondan. n. 4. & alii proximè laudati.

Ibi: Sed & ab Augustino missus ad Hieronymum.

Orosius jussu Augustini anno 416. Hierosolymam petiit, ut consuleret beatum Hieronymum de quæstione perdifficili de animarum origine, Baron. anno 416. n. 16. & ibi Spondan. n. 7. Unde in Occidentem rediens Reliquias S. Stephani adportavit, quas ab Avito Hispano Presbytero ad Balchonium Bracarensem Antistitem deferendas accepit. Ex illis partem ab Orosio percepere Augustinus, & alii Africani Episcopi, qui testatur ante hæc tempora nihil ex Protomartyris Reliquiis occidentales in oras pervenisse, nisi lapidem unum ex illis, quibus Stephanus percussus occubuit, Baron. anno 416. n. 16. & anno 418. n. 46. Spondan. anno 416. n. 3. Gualter. Barbosa, & alii ubi sup.

Verf. Item venerabilis viri Sedulii.

- 118 De quo Bellarmin. *seculo 5. verb. Sedulius*, anno 430. Trithem. in *Catal. anno 430. Possevin. sup. tom. 3. verbo Sedulius*, Genebrard. *seculo 5. in Innocent. I. Barbosa in collectan. ad cap. Sancta*, n. 24. 15. *distinct.* Gualter. *sec. 5. verb. C. Cælius Sedulius*, pag. 364. apud quos quo tempore floruerit, & quæ scripserit. Extat Sedulii poemata in *Bibliotheca sacra*, tom. 8. pag. 585.

Verf. Item Juvenci.

- 119 Hujus Juvenci meminerunt Bellarmin. *seculo 4. anno 330. verbo Juvencus*, Baron. anno 337. n. 48. Petr. Crinit. *de poë. Latin. lib. 5. Ado Viennensis in Chron. in Constantino*, Gregor. Gyrard. *dialogo 5. Gualter. seculo 4. verb. Juvencus*, pag. 274. Barbosa n. 25. *Theatrum vitæ humanæ, litera P*, pag. 467. Possevin. *tom. 2. verb. Juvencus*. D. Hieronym. non semel opus laudans in *Chronic. anno 332. de Scriptor. Eccles. & in commentar. ad cap. 7. Matthæi. Is Hispanus Presbyter Evangelicam Historiam versibus hexametris complexus est*, quod opus in quatuor libros distribuit, quos Constantino Magno dicavit. Bellarmin. & alii pronuper dati. Vide Anton. Aug. *lib. 1. dial. 4. n. 11.*
- 120 Quod autem D. Covar. animadvertit, quod scilicet pro Juvenco Vincentius legebatur, jam jussu Gregorii emendatum habetur in recentioribus Decreti editionibus, ut in notis post dictum caput *Sancta*, 15. *distinct.* adnotatur. Quoad Vincentios attinet, qui Gelasium præcesserunt, unus fuit Lirinensis, & alter natione Gallus, de quibus Gualt. *seculo 5. verb. S. Vincentius Lirinensis, & verb. Vincentius Presbyter*, pag. 366.
- Habentur opera poetica Juvenci *dicto tom. 8. pag. 435.* & soluta oratione *pag. 1187.*

SUMMARIUM.

- 1 De tertia librorum specie apud Gelasium, qui apocryphi vocantur.
- 2 Discrimen inter libros hæreticorum, & alios dubiæ fidei.
- 3 Utrum, legens hæreticorum libros incidat in excommunicationem, de qua in Bulla Cœnæ.
- 4 An liceat legere eos libros viro pio, ac docto, in quo subversionis periculum non timeatur, & num. seqq.
- 6 Libri hæreticorum, & qui adversus Fidem quicquam continent, comburi debent.
- 7 Qualis præsumptio oriatur adversum legentes, aut retinentes hæreticorum libros.
- 8 Libri hæreticorum etiam manuscripti legi vetantur.
- 9 Vetitum est legere libros hæreticorum etsi nullum errorem contineant.
- 10 Qui libri dicantur apocryphi.
- 11 Tridentino interdicta est impressio librorum de rebus sacris tractantium sine Autoris nomine.
- 12 Hæreticorum libri propriè apocryphi nunciantur.
- 13 Quid vocetur apocryphum.
- 14 Qui libri quondam, & nunc legi prohibeantur.
- 15 De Concilio Ariminensi, & n. seqq.

- 20 De libris apocryphis, qui habentur ac rejiciuntur in cap. Sancta, 15. *dist. & n. seq.*
- 22 De Actibus Apostolorum apocryphis, & num. seqq.
- 27 De Evangeliiis apocryphis, & n. seq.
- 40 De centimetro, & centonibus, & n. seqq.
- 46 De revelationibus apocryphis, & n. seqq.
- 49 De B. Mariæ transitu, & Assumptione, & n. seqq.
- 67 De Canonibus Apostolorum.
- 68 De historia Eusebii, & n. seqq.
- 70 De opusculis Tertulliani, & n. seqq.
- 73 De opusculis Lactantii Firmiani, & n. seqq.
- 78 De opusculis Clementis Alexandrini.
- 79 Epistolæ B. Petri locus difficilis enodatur.
- 80 De Fide explicita & implicita, & qualis desideretur ad salutem, remissivè.
- 81 B. Joannes Damascenus quo tempore floruerit.
- 82 De opusculis Julii Africani, & n. seqq.
- 84 De scriptis Arnobii, & n. seqq.
- 86 De opusculis Cassiani, & n. seqq.
- 89 De epistola Jesu ad Abgarum Regem, & num. seqq.
- 93 Ommissa à D. Covar. adduntur, & n. seqq.
- 96 De Phylacteriis Judæorum, & n. seq.
- 98 Catalogus hæreticorum & hæresum, remissivè, & n. seqq.
- 100 Emendatio quorundam sextuum apud Gratianum notatur, & n. seqq.
- 105 De Autoribus Historiæ Ecclesiasticæ.
- 106 De Cassiodoro autore historiæ Tripartitæ, & n. seqq.
- 111 Salomon utrùm in æternum sit damnatus.

De libris Apocryphis.

CAPUT XVII.

Hæc habentur in Concilio Romano, tom. 3. *Concilio*. prout adnotavimus *sup. lib. hoc. cap. 14. num. 2.* Gelasius de tertia librorum Ecclesiasticorum specie incipit differere, quos Ecclesia rejicit ut apocryphos, & ita D. Covar. sub hoc capite vocitantur.

Verf. Hæc Gelasius.

Hoc interesse existimo inter libros hæreticorum, & alios dubiæ & incertæ auctoritatis, quod hi privatim legi non prohibentur, ut insinuant Senens. in *Bibliotheca sancta lib. 1. sect. 1. verf. Canonicis secundi ordinis*, Calep. *verb. Apocryphus*, in *fin.* illi, id est hæreticorum, nec publicè nec privatim legi permitti sunt, imò nec retineri: quod ita cautum est constitutionibus Pontificiis Julii III. Pauli IV. & in Bulla Cœnæ c. 1. & Imperatoriis sanctionibus in *l. Quicumque*, §. Nulli, & *seq. l. Damnato*, §. *Nec verò*, C. de hæretic. Ex quibus locis id observant Farinac. *de hæres. quæst. 180. per tot. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 10. à princ. Bonnac. de Censur. in Bull. Cœn. quæst. 2. punct. 4. Petr. Gregor. Syntagmat. Jur. lib. 34. cap. 2. numer. 10. Menoch. de arbitrar. casu 374. num. 12. Gratian. reg. 55. numer. 31. Cened. ad Decretal. collect. 8. num. 1. Mascard. de probat. concl. 745. num. 10. & concl. 862. Sanctarel. de hæresi, cap. 13. dubit. unic. Theat. vitæ hum. lit. l. pag. 78. verf. Libri hæreticorum*, & plures alii apud Cened. *sup. & Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. Damnato*, n. 5. Unde non omnis liber apocryphus censetur reprobatus, Spond. in *Epitome Annal. Baronii*, anno 102. n. 4.

At

At omnis hæreticorum liber prohibitus ex damnatione sui Autoris habetur, ut D. Covar. nos docet, etiamsi nihil adversus fidem bonosque mores in illo contineatur (quod raro evenit,) nisi ob publicam utilitatem legi permittantur hujusmodi libri, quibus si quid erroris inest, publica auctoritate prius expungitur, ac deletur, Farinac. cum aliis. *d. quæst.* 180. *à num.* 22. Cened. *ubi proximè*, Sanctarel. *dict. dubit. unic. num.* 11. *vers. Objicies*, Ricciul. *de jure personar. ext. grem. Eccles. exist. lib.* 5. *cap.* 23. *d. princ.* Caramuel. *in Theolog. fundam. part. I. fundam. 17. quæst. 2. num.* 651. Thom. Hurtad. *variar. tom. I. tract. 5. cap. 6. §. 2. num.* 146. Turrian. *cent. 4. dub. 17.* ubi quod oppositum est error. Dian. *part. II. tract. I. resol. I. vers. Unde doctè*, & plures quos dat Barbosa *in collectan. ad cap. Fraternitati*, n. 1. & 2. *de heretic.* Non tamen desunt contra tenentes, quos recenset Farinac. *ubi sup.* Vide omninò Pellizar. *in Manual. Regul. tom. I. tract. 6. cap. 5. n. I. & per tot.*

3 Sed quod attinet ad excommunicationem Bullæ in Coena Domini, communiter placet, quod etsi sufficiat vel unam hæresim reperiri in libro hæretici, ut illa incuratur, vel quod de Religione tractetur, quamvis nulla sit hæresis. Sanch. *sup. n.* 34. tamen si liber nec ad Religionem spectet, nec errore inficiatur, absque censuræ metu, de qua *in d. Bulla*, poterit legi ac retineri. Sanch. *ubi proximè*, Bonacina *nu.* 22. & communis Theologorum sententia. Vide Farinac. *sup. n.* 22. *vers. Sed quod attinet.* Incurritur verò excommunicatio non reservata, de qua *in Indice libror. prohib. reg.* 10. Pellizar. *n. I. & 5.*

4 Illud maximè controvertitur, an prohibitione librorum hæreticorum non obstante, possit vir doctus, ac probitate morum præditus, in quo subversionis periculum non imminet, eos legere? De qua quæstione latissimè Diana *dict. tract. II. resol. I. per tot.* ubi Caramuelem pro contraria sibi opinione laudat, quæ affirmat, at Caramuel *dict. quæst. 2. per tot.* se docuisse inficiatur, quod Diana prædixerat, ac disputatione præmissa, *num.* 644. cum pluribus tenet, adhuc cessante subversionis periculo, non licere libros hæreticorum legere, aut retinere, quod utique Diana prius tenuerat, Ratio est, quia constitutiones vetantes lectionem hujusmodi librorum, nedum nituntur sæcuritati legentium, sed etiam odio Scriptorum, & aliis rationibus, quæ sublato periculo subversionis, persistunt, ut leges prohibitoria etiam in foro interno ligent, & excommunicationis poena incuratur. Diana *p. 6. tr. 6. resol. 46.*

5 Sunt aliqui contra communem asseverantes, in foro pollicitum esse libros hæreticorum legi à viris piis & eruditis, ut Felin. *in cap. Si quis Episcopus in fin. de heretic.* Albertin. *de agnoscend. assertionib. Catholic. quæst.* 28. *n.* 4. & 5. Diana *tract. crim. lib. 5. cap. 35. n.* 25. & *cap. 46. à n.* 26. Mascard. *dict. concl.* 862. & alii apud Sanch. *d. cap. 10. num.* 51. & Castro Palao *tom. I. tract. 4. disp. 2. puncto 10. §. 2. n. 9.* Oportet ergo priori sententia admissa, ubi opus fuerit, postulare facultatem ad legendos quosvis hæreticorum libros, cujus concessio reservata est sacrae Congregationi S. Officii ab Urbano VIII. in decreto quod incipit, *Apostolatus.* Diana *d. resol.* 49. de quo Farinac. *sup. n.* 43. Bonacina *dict. punct. 4. n.* 10. Sanch. *n.* 43.

Ibi: Imo sunt comburendi.

6 Antiquissimus Ethnicorum etiam mos fuit, eos libros qui adversus Religionem edebantur, flam-

mis extinguere; & ab Ecclesia ita observatur ab ejus primordiis, sicut constat ex Actibus Apostolorum *cap.* 19. & in generalibus Conciliis libri hæreticorum damnati, ab Imperatoribus igni adjudicabantur, prout in Nicæno constitutum est de scriptis Arii, sic *in l. Quicumque, §. Nulli, & §. omnes*, libri Eutychetis exuri jubentur. Idem de operibus Anthym decrevit Justinianus *novell.* 42. Nec hæretici quondam ad poenitentiam recipiebantur, nisi antea suos libros comburerent. Theat. *vitaæ hum. lit. L, pag.* 78. & 79. ubi hæc, & alia plura ad rem sunt tradita. Vide Spondan. *sup. anno 56. num.* 12. *anno 279. numer.* 5. *anno 325. num.* 28. *anno 398. num.* 18. *anno 431. numer.* 10. & alibi sæpe, Sixt. Senens. *in Bibliotheca Sancta lib. 2. verb. Curiosorum, pag.* 117. Unde constat, praxim Ecclesiæ semper observatam esse, ut libri hæreticorum incendio absumantur. Huc spectant lex 34. *tit. de heretic. C. Theodos. lex 4. §. Tanumdem, ff. famil. eriscund. Paul. Sententiar. lib. 5. tit. 23. ad leg. Cornel. de Sicariis.* Sic libros hæreticorum exurendos docent præter laudatos supra *n. 2. in princip. Azor. part. I. lib. 8. cap. 16. vers. Nond quæritur*, Caram. *sup. num.* 650. Diana *part. I. tract. II. resol. 37.* & alii apud Barbof. *in collect. ad d. l. Damnato, num.* 5. *C. de heretic.* Non autem oportet, ut privatus propria auctoritate libros istos comburat sed tutius erit eos S. Officio Inquisitionis exhibere, nam etsi qui per se privatim adolet, immunis censeatur ab excommunicatione Bullæ in Coena Domini, sicut asseruimus supra, *lib. 2. cap. 10. num.* 116. tamen plerisque placet, perperam, & illicitè id fieri, ut ibidem cum aliis tradidimus, quibus adde adductos à Diana *part. I. tract. II. resol. 37.*

7 Qualis præsumptio insurgat ex retentione, aut lectione librorum hujusmodi adversus retinentes, vel legentes, habetur apud Farinac. *d. quæst.* 180. *à num.* 8. Menoch. *d. casu 374. num.* 12. Mascard. *d. concl.* 862. Zanchin. *de heretic. cap. 7. num.* 7. Sarmient. *Selector. lib. I. cap. I. num.* 10. Camill. Borrell. *ad Bellug. in specul. Princip. rubric. II. §. Viso, litter. I, vers. Quid autem de eo*, & plures alios, quos cumulat Barbosa *in collectan. ad cap. ult. n.* 2. 26. *q. 2.*

8 Quæ de libris hæreticorum præmissimus, pariter accipienda sunt de prælo mandatis, ac de manuscriptis, ex identitate rationis. Farinac. *d. q.* 180. *n.* 30. Quid de epistola hæreses continenti? Consule Dian. *part. I. tract. II. resol. 36.*

Ibi: Non esse damnandos, nec vitandos omnes hæreticorum.

9 De hac opinione Panormitani mentionem fecit Farinac. *num.* 25. & *num.* 26. ait hodie post prohibitam generaliter lectionem librorum hæreticorum sacris Pontificum decretis, locum esse non posse præfatæ sententiæ, ideoque sive boni, sive mali sint libri Autoris damnati, legi non permittuntur, nisi obtentâ licentia, ut cum pluribus tenet Barbosa *in cap. Fraternitati, n. 2. de heretic.* Ratio est, quia una ex præcipuis causis hujus prohibitionis est odium autoris hæretici, qui propter crimen indignus efficitur, ut ab hominibus ejus legantur opera, & sic honore isto afficiatur: quæ ratio militat adhuc in libris, qui nihil erroris complectuntur contra Fidem, aut bonos mores; ideoque constitutio prohibens obligat in utroque foro, de quibus Caram. *dict. quæst.*

quest. 2. per tot. Dian. pars. II. tract. I. resol. 1. à princip. qui in simili ita disserunt. Et licet aliquando propter studentium utilitatem liceat per Ecclesiam libros aliquos hæreticorum publicè legi, tunc tamen auctoritatem illi recipiunt non à Scriptoribus, sed ab approbante, ut bene advertit Farinac. d. 9. 180. num. 27. Unde Gelasius eos libros, qui ab hæreticis, vel schismaticis elaborati creduntur, apocryphos appellat, id est, absque auctoritate, quâ omninò carent, cum tales Auctores habeant, ut pro nullis æstimentur propter infamiam, & hæresis turpitudinem, Sixt. Senens. statim laudandus.

Ad Num. 1.

10 Prænotare oportet, vox *Apocryphus* diversimodè potest usurpari, ut videre est apud Sixt. Senens. in *Bibliotheca sancta* lib. 1. sect. 1. in princip. *vers. Apocrypha*, Erasim. in not. *Epist. B. Hieron. ad Letam de instit. filia*, Theat. vitæ humanæ lit. B. pag. 212. Calepin. *verb. Apocryphus*. Lexic. Calvini, *verb. Apocryphum*, Ludov. Vives ad D. August. lib. 15. cap. 23. de civit. Dei, D. Hieronym. in prolog. galeato. Azor. part. 1. lib. 8. capit. 1. *vers. libri porro*, Glossa ordinaria in princ. ubi de libris Canonicis & apocryphis. Aliquando apocryphus dicitur quisque liber, qui intra Canonem Sacrorum voluminum habetur. Ita D. Hieron. Azor. Glossa ordin. & Senens. ac Theat. vitæ hum. Aliquando, & strictius, liber nuncupatur apocryphus, qui certo autore caret, quapropter dubiæ fidei est, Senens. Calepin. *verb. Apocryphus*, Calvin. Non tamen omnes libri, quorum Auctores ignorantur, apocryphorum numero adscribuntur; nam si ab Ecclesia approbentur, suam obtinent auctoritatem, quod & in ipsis Canonicis Scripturis contingit, siquidem in catalogo eorum nonnulli libri recensentur, de quorum Auctoribus ambigitur, aut penitus ignorantur, ut apparet ex traditis supra hoc lib. cap. 14. à num. 14. Utæum in his certus quidem est autor, nempe Spiritus sanctus; sed cujus hominis ministerio ad scribendum usus fuerit, latet. Hæc præter D. Covarruv. hic observavit Senens. Aliquando tandem apocryphum volumen id vocamus, quod talem autorem habet, ut ei fides adhiberi non debeat, qualia sunt hæreticorum scripta quæ vel suo, vel supposito nomine eduntur, Erasim. Vives Lexic. Calvin. & præmissi sup. num. 9. in fin. His junguntur libri, qui etsi certum habeant autorem, & non damnatum, mendosa tam incredibilia, & falsa complectuntur, quare levis, aut nullius auctoritatis sunt Calepin. sup. & D. Covarruv. *inferius*. Horum omnium Gelasius exempla recenset, quæ transcripsit Gratian. in cap. *Sancta*, 15. dist. ubi Acuña. Ant. Aug. de Emend. Grat. dial. 6. n. 12. & dial. 20. n. 12.

Verf. Hujus verò, Ibi: *Sanctissimè Tridentina Synodus*.

11 Tridentino seq. 4. decret. de edit. & usu sacror. libror. d. cavetur, ne quis imprimat, imprimere faciat, aut vendat libros de rebus sacris sine nomine Auctoris, pœnis adversus transgressores stabilitis, & inter cætera, quod talem librum sine Auctoris nomine apud se habens, aut legens, nisi autorem exhibuerit, pro scriptore reputetur damnato ad pœnas: quod de libris hæreticorum agens scripsit Farinac. d. quest. 118. num. 21. Vide ad hæc

Cened. collect. 8. n. 7. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 17. *vers. Primò quaritur*, & *vers. seq.* etiam tenet de quavis scriptura, quæ sine Auctoris nomine imprimi nequit. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 31. n. 9. Castr. de potest. leg. penal. lib. 1. cap. 8. *vers. Est etiam quedam lex*, Felician. de censur. tit. de excommunic. cap. 24. *vers. Qui librum* & obiter notata supra cap. proximo, n. 63.

Verf. Igitur Gelasius.

Liber hæretici propriè apocryphus dici poterit, 12 prout à Gelasio tales nuncupantur, quia auctoritate destitutus est, & quamvis certum autorem habeat, ut jam paulò superius est animadvertum.

Ibi: *Atque ideo hi libri apocryphi dicuntur*.

Hoc discrimen inter libros hæreticorum & alios Apocryphos constitutum est supra, n. 2.

Ibi: *Sic & apocryphi dicuntur*.

Sic Erasim. Vives, & Lexic. Calvin. Apocryphos libros vocant, quos hæretici nomine Prophetarum, vel Apostolorum evulgant, ex quibus plures refert Spondan. anno 44. n. 25.

Ibi: *Quia eorum auctoritas in obscuro, & abscondito est*.

Apocryphus enim significat quod occultum, 13 incognitum, & obscurum est. Theat. vitæ hum. d. pag. 212. sub *vers. Libri apocryphi*, Lexic. Calvini, & Calepin. ubi sup. Nebrissens. *verb. Apocryphus*.

Ibi: *Sed & Apocryphos libros*.

Lectio librorum, qui errores continebant, olim 14 licita erat, nisi prohiberetur, ut de operibus Origenis tradit Spondan. anno 256. n. 6. Vide præmissa supra, cap. 14. n. 4. Nunc duntaxat abstinendum nobis est à lectione voluminum, vel à partibus eorum, quæ Expurgatorio novissimo continentur, nisi expurgati fuerint libri, qui sic, & non aliter legi & haberi permittuntur. Adde Spondan. anno 102. n. 4.

Ad Num. 2.

Ariminense Concilium congregatum traditur an- 15 no 359. Christi, Pontific. Liberii 8. Imperator. Constantii, Constantini Magni, filii anno 23. Baron. *Annal. tom. 3. ann. 359.* ubi Spondan. num. 2. qui latè prosequuntur, quæ D. Covar. in præsentī refert Jacob. Gualter. in *Chronograph. sæculo 4. pag. 284.* Card. Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 6. Unde constat hîc pro Constantino Cæsare, legendum *Constantio*, ut D. Covar. animadvertit. Convenerunt Arimini partim Catholici, partim Ariani plusquam trecenti, aut quadringenti, ut aliis placet, Episcopi Occidentales: interfuerunt quoque Vincentius, & alii Sedis Apostolicæ Legati à Liberio missi Baron. & Spondan. n. 2.

Ibi: *Constantinus Imperator jussit*.

Hoc Arianis satagentibus Imperator decrevit, 16 qui-

quibus visum est facilius hæresim fore suadendam, Patribus Orthodoxis in duplex Concilium divisis, quam si omnes in unum convenirent, ac præterea spes illis erat, ut si in una Synodo Aëtius hæreticus, cui ipsi adhærebant, damnaretur, in altera possit approbationem obtinere. Spondan. ex Baron. anno 358. n. 1.

Ibi : *Seleucia nihil actum est.*

- 17 Ubi centum quadraginta, seu quinquaginta Orientales Episcopi, connumeratis Arianis, congregati sunt. Spondan. anno 359. num. 16. & n. seqq. de eventu concilii differit post Baron. ibidem, de quo Barbosa sup. num. 26. Possevin. tom. 1. verb. *Ariminense.*

Ibi : *Taurum autem Præfectum Prætorio.*

- 18 Cui Constantius curam Ariminensis Concilii celebrandi injunxit, præcipiens ne Episcopos collectos dimitteret ante quam in unam Fidem consentirent, oblato ei Consulatu, si res juxta vota fortiretur effectum. Spondan. anno 359. n. 2.

Ibi : *Sed Romane Ecclesie Pontifex.*

- 19 Hoc Concilium, quo Ariminensis formula est damnata, simul cum Valente & Ursacio Arianis Episcopis, qui Arimini Synodo intercesserunt, memorat Spondan. anno 369. num. 4. ubi etiam meminit alterius Romani Concilii, quo eadem regula damnata fuit, & Fides Nicænz Synodi œcumenicæ adversus Arianos confirmata. Utrumque celebravit Damasus Liberii successor anno Christi 369. sui Pontificatus 3. Imperii Valentiniani ac Valentis 6. Baron. anno 369. n. 28. & 33. Gualter. in *Chronograph. sæculo 4. pag. 286. Padilla in Chronograph. Concilior. pag. 12.*

Verf. *Item itinerarii nomine Petri.*

- 20 De scriptis B. Clementis pluribus agunt Card. Baron. tom. 1. anno 102. à num. 5. ubi Spondan. n. 3. cum seqq. Francisc. Turrian. *adversus Magdeburgenses lib. 5. Gualter. sup. sæculo 1. veritate 1. §. 29. pag. 42. Possevin. sup. tom. 1. verb. Clemens I. Sixt. Senens. in Bibliotheca, lib. 2. in Clemente, verf. Clementis Odeporicon, pag. 115. Card. Bellarmin. de Scriptor. Eccles. sæculo 1. anno 92. verb. Clemens.*
- 21 Ex his constat opera B. Clementis per hæreticos erroribus fuisse infecta, maximè Itinerarium D. Petri de quo agimus, quod procul dubio à Clemente elaboratum cuncti fatentur, sed adhuc eo superstitite, ab Ebionæis hæreticis depravatum fuit, & ab Eunomianis etiam corruptum, quapropter libri Itinerarii Petri aliàs Circuitationum, vel periodorum, seu Recognitiones Clementis, aut Historiæ Clementis apud antiquos Patres proscripti habebantur. Ita Spondan. ex Baron. *ubi proximè, num. 8.* quæ volumina præmissâ ratione Apocrypha censerentur præter nuper datos Barbosa in *colleclan. ad cap. Sancta, n. 27. 15. dist.* Spondan. anno 44. n. 24. eaque decem esse plerique asseverant. Vide Senens.

Ad Num. 3.

- 22 Gelasius inter Apocrypha volumina recenset Ae-

tus Apostolorum nomine B. Andreæ proditos, quos tales esse observant Card. Baron. anno 34. nu. 235. Spondan. anno 44. n. 24. Barbosa *ubi proximè, Possevin. tom. 1. verb. Andreas Apostolus pag. 81. Senens. sup. verb. Andreas, & verb. Apostolorum actus, pag. 94.* de aliis Apocryphis videndus Marian. *Hist. Hispan. lib. 5. cap. 4.*

Secundo loco rejiciuntur ut Apocryphi Actus nomine Thomæ Apostoli, de quibus Baron. & Spondan. *ubi proximè, Barbosa d. num. 27. verf. Actus nomine Thomæ, Possevin. tom. 3. verb. Thomas Apostolus, Senens. verb. Thomas, Marian. sup.*

Tertiò actus nomine Petri Apostoli, qui & alii libri ab hæreticis ementiti, falsò ejusdem nomine inscribebantur, de quibus post Baron. Spond. anno 44. num. 25. D. Hieron. *de Scriptor. Ecclesiast. verb. Petrus, Possevin. tom. 3. verb. Petrus, Senens. verb. Petrus, pag. 287. Bellarm. verb. Beatus Petrus, sec. 1.*

Ultimò damnantur actus Philippi Apostoli nomine editi, de quibus Baron. *ubi sup. Spondan. num. 24. Barbosa verf. Actus nomine Philippi, Possevin. verb. Philippus, tom. 3. Senens. eodem verb. pag. 190.*

Hos actus ab hæreticis elucubratos esse constat, ut Apostolorum egregiis nominibus usurpatis, quæ perperam ipsi adversum Fidei veritates bonosque mores machinabantur, auctoritatem obtinerent, ut testatur post Baron. Spondan. *ubi sup.* quapropter nec privatim, nec publicè eorum lectio est permessa, ut D. Covar. docet, tum ob errores illis insertos, tum quia Autorum damnatorum sunt, secundum tradita supra, *num. 2.* solumque actus à B. Luca conscriptos approbavit Ecclesia, quos inter canonicas Scripturas enumerat, sicut assertum est supra, *cap. 14. num. 123.*

Verf. *Evangelia Thaddæi nomine apocrypha.*

De iis Evangelis Apocryphis videndi sunt Card. Baron. anno 44. num. 48. ubi Spondan. num. 25. & 26. Possevin. in *Apparat. sacro*, quæ sub nominibus Apostolorum, quibus falsò tribuuntur, vulgata sunt. Barbosa in *colleclan. ad cap. Sancta, num. 27. à verf. Evangelium nomine Thaddæi. 15. dist. Acusia ibidem, num. 45. cum seqq. Maldonat. sup. Evangel. in præfat. cap. 3. Sixt. Senens. in Biblioth. Sancta, lib. 2. sub nominibus eorum, qui autores Evangeliorum falsò supponuntur. Protoevangelium vocabatur id quod nomine D. Jacobi in vulgus exivit. Hæc, & quæcumque alia reprobata Ecclesia, exceptis quatuor, quæ Canone sacrorum voluminum continentur. Maldonat. *sup. Theat. vitæ humanæ lit. E, pag. 398. verf. Reliqua pseudoevangelia, Cornel. à Lapide sup. Evang. proæm. cap. 2. in princ. & prædiximus supra, cap. 14. num. 116.* illa enim hæretici commenti sunt, aut saltem fabulis & erroribus interjectis corruerunt, ut præfati adnotant Autores, maximè Senensis, qui singulorum pseudoevangeliorum scriptores, aut corruptores assignat: ipsi quidem ita suis hæresibus auctoritatem aucupari arbitrabantur. Cornel. à Lapide supra, cum opus commentitium dicerent Evangelium, & ab Apostolo elucubratum testaretur inscriptio.*

Verf. Apud Burchardum.

- 28 Hæc pseudoevangelia memorant Senens. *sup. verb. Jacobus, Matthias, & Petrus*, Maldonat. *ubi sup. Card. Bellarm. de Scriptorib. Ecclesiastic. verb. S. Jacobus Apostolus, sec. I. anno 34. verf. Extat. pag. 44.* qui ait, protoevangelium nuncupari, quod à D. Jacobo elaboratum falsò ferebatur. Idem *verb. S. Petrus, sec. I. anno 34.* Spond. ex Baron. *anno 44. num. 25.* Verùm & Judæ proditoris nomine Caiani hæretici pseudoevangelium impudentissimè composuerunt. Spondan. *nu. 26. & anno 145. num. 8.* Maldonat. *sup. Sixt. Senens. d. lib. 2. verb. Judas Iscariotes.* Aliud quoque Evangelium Apostolorum nomine exararunt hæretici, Spondan. *ubi proximè, Senens. verb. Apostolus, pag. 94.* Quæ omnia, & alia hujuscemodi penitus sunt damnata, eorumque lectio vetita, cùm ab hæreticis conficta censentur, ut D. Covarruv. ait, juxta regulam positam supra, n. 2.

Ibi: Utitur testimonio Evangelii secundum Hebræos.

- 29 Hujus Evangelii mentio fit à Spondano *an. 41. nu. 5.* Maldonat. *d. cap. 3.* Senensi *verb. Matthæus, Bellarmin. eod. verb. Cornel. à Lapide d. cap. 2.* ubi asserit Evangelium Hebræorum ac Nazaræorum idem esse cum Evangelio à S. Matthæo exarato, sed ab hæreticis Ebionæis ita erroribus permixtum, ut ab Ecclesia rejectum sit. Vide Spond. & alios pronuper adductos, præsertim Senens. *verb. Hebræorum, pag. 135.*

Ibi: Utitur Evangelio secundum Ægyptios.

- 30 De quo Maldonat. *sup. Senens. in Bibliotheca sancta, lib. 2. verb. Ægyptiorum Evangelium, pag. 87.* ubi testatur illud Apocryphum, quo Valentiniani, ac Sabelliani utebantur hæretici. Baron. *anno 44. n. 48.* & ibi Spondan. *n. 26.*
- 31 Sed & hæreticus Basilides Evangelium proprio nomine literarum monumentis consignavit. Spond. post Baron. *anno 120. n. 9.* Similiter & hæresiarcha Valentinianus, Spondan. *anno 145. n. 4.*

Ibi: Hæc sanè, & omnia alia Evangelia.

Vide prænotata supra, num. 27. & 28.

Ibi: Manichæos autem usos fuisse.

- 32 De Evangelio, quod nomine B. Thomæ Apostoli proditum est, consulas Senens. *d. lib. 2. verf. Jacobus*, Card. Bellarm. *de Scriptor. Ecclesiast. sec. I. anno 34. verb. 5. Jacobus, verf. extat. pag. 44.*

Ibi: Quis verò fuerit Lucianus.

- 33 De duobus Lucianis, qui ante Gelasium scripserunt, sermo est in Annalibus Baronii: de priore *anno 171. n. 7.* ubi Spondan. *anno 172. n. 2.* Gualter. in *Chronog. sec. 2. pag. 175.* ubi de hæreticis, secundum quos hic à Fide Catholica apostatavit. De posteriore *anno 311. n. 2.* & ibi Spond. *anno eod. n. 2. & 3.* Gualt. *seculo 4. pag. 280.* Iste sacros libros ex Hebraica

lingua vertit in Græcam, & Martyrii laureâ interitè redimitus, licet in Arianam hæresim declinasse falsò ei imputetur, quem Baron. & Spondan. à calumnia tutantur. At quod D. Covar. tradit hic, adhæret Barbosa *sup. n. 27. verf. Evangelia quæ falsificavit Lucianus*, de Luciano, qui in Patriarchatu Constantinopolitano successit Eudoxio sub Arcadii & Honorii tempora, non convenit illis, quæ Card. Baron. & post eum, Spondan. *anno 370. n. 6.* Gualter. *seculo 4. pag. 284.* memoriæ prodiderunt: tum quia Eudoxius obiit Valentiniani, & Valentis anno 7. tum quòd post mortem ejus Constantinopolitanam Sedem occupavit, Evagrio à Catholicis electo in exilium acto, Demophilus ab hæreticis subrogatus. Luciani quoque Martyris meminit Senens. *lib. 4. verb. Lucianus*, Bellarmin. *eod. verb.* Sed quis fuerit Lucianus ille, qui falsificasse Evangelia dicitur, à Gelasio nullus aperit, quod fortè ad apostatam referendum.

Verf. Evangelia quæ falsificavit Hirtius.

Adde hæc referentem Barbosa *sup. n. 27. verf. 34. Evangelia quæ falsificavit Hirtius*, Sixt. Senens. *ubi proximè, verb. Hefychius*, duorum hujus nominis Scriptorum meminit, quorum unus egregius fuit in Palæstina monachus, qui sacræ Scripturæ translationem confecit: & alter Presbyter Hierosolymitanus, cui præfatam translationem aliqui tribuunt, sed nihil de falsificatione ait. Verùm si in re adeò obscura conjectare licet, videtur Gelasius locutus de S. Luciano Martyre, ac de Mesychio monacho; quia uterque Scripturæ sacræ translationi operam dederunt: & licet ambo sanctimoniâ splenduerint, ita ut credi non possit, eos in sua translatione Evangeliorum quicquam falsitatis inesse, imò utraque receptam pluribus in Ecclesiis idem Sextus Senens. ex aliis testetur, potuerunt tamen versiones eorum, tempore labente, ab hæreticis falsificari, & suis erroribus depravari: nec mirum est, Gelasium asseruisse, quod Lucianus & Hefychius Evangelia falsificaverint, cùm Evangelia falsificata eorum nomine inscriberentur, & autor falsitatis latitaret.

Verf. Liber de infantia Salvatoris.

Quem hæretici commenti sunt, & per mendacium B. Matthæus ejus autor asseritur, & ut apocryphus ab Ecclesia repellitur. Card. Baron. *tom. I. Annal. anno 44. n. 48.* ubi Spondan. *in Epitom. n. 26. & anno 145. n. 4.* Senens. *lib. 2. verb. Matthæus, Possévin. in Appar. sacro, tom. 2. verb. Jesus Christus, pag. 94.* Barb. *in coll. ad cap. Sancta, n. 27. verf. Liber de infantia Salvatoris.*

Liber de nativitate Salvatoris ut apocryphus. 35 Possévin. *ubi proximè, Barbosa verf. Liber de nativitate Salvatoris.* Apocryphus itidem declaratur à Gelasio liber de S. Maria, seu de stirpe S. Mariæ, qui à Matthæo Evangelista elucubratus falsò ferebatur, de quo Baron. *in apparat. ad Annal. & ibi Spondan. n. 19. & anno 44. n. 26.* Possévin. *d. tom. 2. verb. Maria*, Senens. *ubi proximè, & verb. Mariæ scripsit.* Aug. Barb. *verf. de Sancta Maria.* Similiter damnatur liber de obstetrice Salvatoris, cujus meminit Baron. & ex eo Spondan. *in Apparatu n. 18.* ubi testatur eum tempore Justiniani à Theodosio Iudæorum Principe confectum.

Præterea liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus adscribitur, de quo legenda sunt quæ narrat Baron. & post eum Spondan. *anno 44. num. 25. & latius anno 159. num. 3.* ubi à D. Covar. hic tradita refert,

refert, subdens librum istum à quibusdam *Dua via*, vel *Judicium Petri* nuncupari; nec legi quondam venitum in Ecclesia, sed adduci ipsius testimonia ad fidem Catholicam astruendam non licere. Sixt. Senens. lib. 2. verb. *Hermas*, Possevin. lib. 3. vers. *Pastoris*, pag. 9. Bellarm. sæc. 1. vers. *de auctore libri*, pag. 46. & alii apud Barbof. versic. *Item liber qui appellatur Pastoris*. Ant. Aug. lib. 1. dialog. 6. num. 9. Theat. vitæ hum. lit. B, pag. 12.

- 38 Item damnantur libri, quos exaravit Leuticius, sive Leucius Manichæus, qui multa commentus est nomine Apostolorum, de quo Baron. anno 44. n. 43. ubi Spondan. n. 24. Barbofa vers. *Liber qui appellatur Fundamentum*, ubi ait in monte sancto Granatensi repertum fuisse codicem, cujus inscriptio erat, *Fundamentum*, ex Greg. Lop. Madera in *discurs. Montis Sancti Granatensis cap. 38*. Valcarcer in *Epitom. Jur. Canonic. in d. cap. Sancta*, vers. *Item libri omnes*, 15. *dist.* Item liber, qui dicitur *Theaurus*, qui apocryphus est. Valcarcer *ubi proximè*.

Ad Num. 4.

- 39 Sunt etiam apocryphi liber qui inscribitur de filiabus Adæ, aliàs de genealogia, vel de filiis, & filiabus Adæ à Manichæis effectus. Sixt. Senens. lib. 2. verb. *Adæ revelationem*, pag. 86. Barbofa d. n. 27. vers. *Liber, qui appellatur de filiabus Adæ*, Possevin. *sup. tom. 1. verb. Adam*. Item liber, qui appellatur *Pentametrum de Christo*, cujus meminit Valcarcer *ubi sup.*

- 40 In emendatis Decreti editionibus habetur centimetrum, de quo versificandi genere luculenter Senens. *ubi sup. lib. 3. vers. de Ethnica rapsodia*, ubi exempla ex poetis exhibet, & tradit à D. Covar. maxima, ex parte repetit. De verbi *Centonis*, sive *Centonum* multiplici significato, adeundus Calep. verb. *Cento*, Lexic. Calvini *ead. verb.* apud Ulpianum in *l. Quæsitum, §. Acetum ff. de fundo instruct.* usurpatus pro instrumento fundi ad incendium. Apud Juvenal. *Satyr. 6.* pro veste sordida, ac vetusta, ibi.

Intravit calidum veteri centone lupanar.

Quæ vox etiam ad rem militarem spectat, nam machinæ centonibus cooperiebantur, ne à tormentis missilibus everterentur: & eisdem velantur tabernacula, omnisque castrensis supellex tempore pluvioso. Cornucopia *de ling. Latin. col. 1022. n. 50.* ubi quod centones sunt stragula grossiora, villis passim pendentibus, quibus lecti vilissimarum personarum sternuntur, vulgò *Manta*, & vestimentum, vel stragulum versicolor solet cento nuncupari, à verbo Græco quod significat inferere: non à numero centenario, ut Cornucopia & alii falsò existimant. Lexic. Calvini *verb. Cento*, *el. 2. in fin.* ubi ait, Digesta Centones vocari, & rectè, quia ex diversis Consultorum responsis sic compacta sunt, ut sæpe ab uno decisum videtur, quod plures deciderunt, legibus eo ordine collocatis. Sic centonem appellamus opus constans ex carminibus compositis ex aliorum fragmentis, quod & opus centonarum dicimus, & Autorem Centonarum. Calepin. *ubi sup.* de quo Aufonius *hic*, à D. Covar. laudatus, qui ita inquit. *Variis de locis, sensibusque diversis quædam carminis structura in unum solidatur versum, ut coeant aut cæsi duo, aut unus, aut sequens cum medio; nam duos junctim locari ineptum est.*

Ibi: *Veteres quosdam imitata Proba Falconia.*

Hæc matrona Proba Valeria Falconia, genere, 41 religione ac moribus illustri triuisti Consulium ordinariorum mater, ac Consulis etiam ordinarii uxor & filia, mirum in modum à B. Augustino, Chrysostomo, & aliis collaudata, centonem Virgilianum de novo & veteri Testamento elucubravit, quod aliàs de Christi vita dicitur. Baron. *ann. 395.* & ibi Spond. n. 2. Senens. *ubi proximè*, & lib. 4. verb. *Proba Falconia*. Carrill. *Annal. anno 395. fol. 135.* Theat. vitæ hum. lit. P, pag. 484. vers. *Proba Valeria*, ubi dicitur opus istud transmisisse ad Imperatricem Eudoxiam, de qua statim, cui id aliqui tribuunt. Lexic. Calvin. *sup. Sed D. Covar. cum aliis aliud de Christo poëma Eudoxiam edidisse tradit. Falconiæ poëma & compilatum in Bibliotheca sacra t. 8. pag. 599.*

Ibi: *Sed & ipsius Theodosii junioris uxor Eudoxia.*

Athenais Leontii Philosophi Atheniensis filia nupsit Theodosio juniori Imperatori, quæ postea ab Attico Magno Baptismate insignita nomen Eudoxiæ suscepit ex conjugis voto. Hæc poësi admodum addicta centimetrum de Christo literarum monumentis commendavit, licet aliqui existiment opus istud idem esse cum illo, quod à Proba elaboratum, & ad Eudoxiam transmissum pronuper asseveravimus: fertur quoque egregium poëma de bello Persico in laudem viri sui Imperatoris literis mandavisse. Baron. *anno 421.* & ibi Spond. n. 1. Senens. *sup. d. vers. de Ethnica rapsodia, & lib. 4. verb. Eudoxia* Theat. vitæ hum. *ubi proximè, vers. Eudoxia*, & lit. D, pag. 393. vers. *Theodosii junioris*. Quæ centimetra de Christo à Gelasio inter Apocrypha recensentur, & extant in *Biblioth. sac. tom. 8. pag. 615.*

Liber qui appellatur actus Thedæ, & Pauli, à 43 Gelasio rejicitur, de quo Baron. *anno 44. n. 48.* & ibi Spondan. n. 24. Sixt. Senens. in *Biblioth. sancta lib. 2. verb. Paulus, in fin. cap. 186.*

Liber qui appellatur Nepotis (ita habetur in correctis Decreti codicibus) Apocryphus. Hujus Nepotis Episcopi Ægyptiaci meminerunt Baron. *anno 264.* & ibi Spondan. n. 1. Possevin. in *Apparatu sacro, tom. 2. verb. Nepos*. Sixt. Senens. *sup. lib. 4. verb. Nepos*. Barbofa in *collect. ad cap. sancta, n. 27. vers. Liber qui appellatur nepotis.*

Liber Proverbiorum ab hæreticis transcriptus, 45 Apocryphus, qui falsò adscribitur S. Sixto II. Summo Pontifici & Martyri; cum confectum sit à Sixto Philosopho Ethnico, ut testantur D Hieron. in *epist. ad Ctesiphontem, & sup. cap. 22. Hieremia, & cap. 18. Ezechiel*, D. Aug. lib. 2. *retractation. cap. 42.* ut est apud Bellarm. *vers. De sancto Sixto secundo, sæc. 3. pag. 81.* Spondan. in *epit. Baron. anno 142. nu. 5. & anno 410. n. 13.* ubi ait, hanc imposturam à Ruffino Aquileiensi Presbytero Originista factam, Barbofa d. num. 27. *vers. Liber Proverbiorum.*

Vers. *Revelatio, quæ appellatur Pauli.*

Revelatio quæ dicitur Pauli, apocrypha, ut 46 observant Cardin, Baron. *Annal. tom. 1. anno 44. n. 47.*

- n. 47. & ibi Spondan. nu. 25. Senenf. lib. 2. verb. Paulus, vers. Pauli raptus, Barbosa vers. Revelatio quæ appellatur Pauli, Possevin. tom. verb. Paulus, vers. Quæ tamen.
- 47 Revelatio, quæ appellatur Thomæ, apocrypha. Baron. ubi proximè, n. 48. & Spondan. n. 25. Barbosa vers. Revelatio quæ appellatur Thomæ, Senenf. lib. 2. verb. Thomas Apostolus.
- 48 Revelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha. Cardin. Baron. ubi nuper, Spondan. n. 26. Possevin. tom. 3. verb. Stephani, Senenf. lib. 2. verb. Stephani. Barbosa vers. Revelatio quæ appellatur Stephani. Quæ quidem apocalypsis, sicut & aliæ antiquæ, ab hæreticis confictæ creduntur, quapropter earum lectio interdicta est.

Ad Num. 5.

- 49 Apocryphus itidem decernitur à Gelasio liber, qui appellatur *Transitus Sanctæ Mariæ*, quod adnotant Baron. n. 48. & Spondan. nu. 25. Barbosa vers. Liber qui appellatur transitus B. Mariæ, Senenf. lib. 2. verb. Mariæ transitus, ubi plura de obitu & assumptione B. Virginis Pat. Suar. de vit. Christi, disp. 21. sect. 1. in princ.

Ibi: *Receptum tamen est eam obiisse mortem corporalem.*

- 50 Ita habet communis Patrum consensus, quos laudat latè probans Pat. Suar. d. sect. 1. per tot. & vers. Nihilominus, ait, Virginem Mariam generali regulæ de morte subeunda subjectam esse, quam obiisse pluribus rationibus congruentiæ demonstrat, ut scilicet Filio similis esset, ut constat Virginis carnem fuisse passibilem, ad confutandum errorem eorum, qui opinabantur eam cœlestis, vel Angelicæ naturæ extitisse. Nec aliqua indecentia in morte excogitari potest, ut ab ea Dei genitrix præservaretur. Idem docent Azor. *Instit. Moral. part. 2. lib. 1. cap. 20. vers. Secundò quæritur*, Sur. de vit. Sanctior. tom. 4. die 16. Aug. cap. 39. & 40. ubi de iis quæ obitum Dei genitricis præcesserunt. Baron. anno 48. & ibi Spondan. n. 4. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 223. vers. S. Mariæ obitus, qui testantur sic in Ecclesia universa ex irrefragibili traditione receptum, rejectis erroribus aliter sentientium, quos memorant Baronius, & Spondanus. Beata Virgo decessit non morbo aliquo affecta, sed Dei voluntate, sicut de Moyse in sacra Pagina narratur, & de Joanne Evangelista fertur: aut amore erga Filium languens, Pat. Suar. vers. Sed quæret aliquis. Azor. vers. Tertiò quæritur, Theat. vitæ hum. ubi proximè, Sur. cap. 39. quò loci asserit mortem Virgini prænunciatam, ad quam ipsa ingenti cum lætitia se præparavit. Sepultum & sacratissimum, ac venerandum ejus corpus in valle Josaphat inter montem Sion & Oliveti. Suar. sect. 2. in princ. ubi plures, Surius cap. 44. in Gethsemane humo traditum refert.

Ibi: *Tempus verò hujus obitus.*

- 51 Non parum inter se diffident Autores in assignando tempore obitus B. Mariæ: duæ tamen sententiæ magis verosimiles habentur. Prior vulgò recepta, ac communis est, anno ætatis 63. Deiparam viam universæ carnis ingressam esse, quæ placet Azor. sup. vers. quarta sententia, in fine. Posterior eam ad annum septuagesimum secundum pervenisse asseverat, quam sustinet Pat. Suar. sect. 1. vers. ultima ve-

rd, Spondan. post Baron. sup. n. 3. Theat. vitæ hum. ubi sup. quos detrahit annos, apud quos variæ opiniones recententur.

Ibi: *Demùm corpore & anima in Cælum.*

Deiparam vitæ restitutam ad cœlum cum corpore fuisse assumptam universa sentit Ecclesia ex inveterata traditione, ac Patrum testimoniis, quos dat Suar. rem piè ac doctè de more discutiens d. disp. 21. sect. 2. per tot. & iterum de religion. tom. 1. lib. 2. de diebus fest. cap. 8. vers. Septimum & præcipuum. Azor. vers. Sexid quæritur, Surius sup. cap. 44. Baron. sup. Spondan. n. 7. Theat. vitæ hum. vers. Porrd. Resurrexit Angelorum Regina post triduum: ex quo sepulturæ mandata est, ut fert opinio communis, illicoque cœlestem aulam petiit. Azor. vers. Septimò quæritur, Sur. sect. 2. vers. Addendum est ultimò, & vers. Probabilior, Sur. ubi proximè. Theatrum vitæ hum. d. vers. Porrd. Resurrectio autem, & assumptio Virginis intra tempus prædictum contigisse innouit, quia ut aliqui asseverunt, cum Apostoli, imo & Christus Dominus Angelis stipatus convenirent tempore mortis Deiparæ, abfuit Thomas, qui post triduum adveniens enixè petiit, ut corpus sacratissimum aspicere sibi liceret: cumque sepulchrum adirent Apostoli, nihil præter indumentum, quibus cadaver sanctissimum est involutum repererunt. Vide de his, & quanta fides præmissis adhibenda sit. Pat. Suar. sect. 1. vers. Ultima verò. Azor. vers. Quartò quæritur, & vers. Septimò quæritur, Baron. sup. Spondan. n. 5. Sur. cap. 39. 40 & 44. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 223. vers. D. S. Mariæ Virginis. Locus autem obitus Hierosolyma à cunctis assignatur.

Ibi: *Hoc solemne Festum Catholica Ecclesia.*

Maximum argumentum assumptionis B. Mariæ 53 in anima & corpore exhibet Ecclesiæ præceptum, quo dies 15. Augusti huic mysterio sacratum, prævio jejunio, quod nulli alii ejus festivitati præscripsit. Greg. Lop. in lib. 5. gloss. l. tit. 23. p. 1. unde hoc præcipuum, maximumque Festum nuncupatur, à quo autem tempore cœperit celebrari, non omninò liquet, etsi antiquissimum dignoscatur; nam Mauricius Imperator, cui Imperii gubernaculum est delatum anno 583. secundum Baron. & Spondan. eo anno, n. 3. iussit hanc celebritatem in Oriente observari, quod & in Gallia à tempore Caroli Magni receptum est: sed & antiquius festum id institutum creditur, post Concilium scilicet generale Ephesinum, de quibus Nicephor. lib. 17. hist. cap. 18. Suar. sect. 2. vers. Unde omnes, & vers. Rationes, ac d. cap. 8. vers. Septimum, Azor. d. cap. 20. vers. Cæterum hoc, Baron. anno 48. & ibi Spondan. n. 8. Theat. vitæ hum. pag. 223. vers. de S. Mariæ Virginis, & pag. 225. Genebrard. in Chron. pag. 471. vers. Mauritius, anno 580. Observandum est diem dicatum secundæ Virginis Assumptioni, nempe nonum Calendarum Octobris, quod Festum ad Bedæ Martyrologium additum reperitur, sed id ab Ecclesia minimè est admissum. Spondan. anno 48. n. 2.

Ibi:

Ibi: Ut planè impium sit ac temerarium.

54 Et si aliquando antiqui Patres de Assumptione B. Mariæ unâ cum corpore hæsitaverint, ut videre est apud Senens. lib. 2. verb. *Mariæ transitus*, Baron. anno 48. & Spondan. ibi, n. 6. & alios nuper laudatos, jam tamen quamvis reus hæreseos non sit, impietatis saltem, & temeritatis notam incurreret, qui in dubium Assumptionem B. Virginis cum anima & corpore in dubium revocaverit, quo sensu ab Ecclesia ejus Festum celebratur, ut aliorum opinionibus præmissis sentit Pat. Suar. d. sect. 2. verb. *Sed quæres qua certitudine*. De hac festivitate mentio fit in cap. 1. de consecrat. dist. 3. in Concil. Moguntin. 1. cap. 36. cap. 1. de observat. jejunior.

Ibi: Liber autem de hoc transitu.

55 Consule de libro transitus Virginis Deiparæ quos laudavimus supra, n. 49. & Baron. anno 48. & ibi Spondan. à num. 4. ubi an fuerit à Melitone elucubratus, & de alio libello de Assumptione B. Virginis, qui D. Hieronymo tribuitur.

Verf. Liber qui appellatur Penitentia Adæ.

56 Qui quidem apocryphus habetur; Senens. lib. 2. verb. *Adæ revelationem*, Valcarcer. in epist. Jur. Canon. ad cap. Sancta, col. 44. & 15. dist. ubi Acuña n. 80.

Verf. Hæc apud Gratianum.

57 Liber qui appellatur *Diogenes nomine gigantis*, apocryphus. In emendatis Decreti codicibus legitur, *Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis, &c.* observat Barbosa in coll. ad d. cap. Sancta, n. 27. verb. *Liber qui appellatur nomine Ogiæ gigantis*, ubi ait hunc librum inscribi *Og. Regis Balam*, cujus mentio in sacris Literis reperitur, de quo Possiev. in appar. sacro, tom. 2. verb. *Og*, Valcarcer ubi proximè, Senens. sup. verb. *Og*, ubi à Barbosa tradita refert. Vide Numeror. cap. 11. & Deuteron. cap. 3.

Ibi: Liber qui appellatur testamentum Job, sive Jacobi.

58 Qui apocryphus est. Possiev. tom. 2. verb. *Jacobi*, Senens. verb. *Jacob*, Barbosa verb. *Liber qui appellatur testamentum Jacob*. Valcarcer sup. Citatur à Stratonico in collectaneis. Titulus est *J. cob Patriarcha scriptus in Bethel Luzæ*, teste Senens.

59 Liber qui appellatur de penitentia Origenis, apocryphus censetur à Gelasio, de quo Card. Baron. anno 253. à n. 118. ubi Spond. n. 19. Barbosa verb. *Liber appellatur penitentia Origenis*, Valcarcer sup.

60 Liber de penitentia Cypriani, apocryphus. Card. Baron. tom. 2. anno 261. num. 46. Possiev. tom. 1. verb. *Cyprianus*, verb. *Sanè verò*, Valcarcer sup. Aug. Barbosâ verb. *Liber qui appellatur Penitentia S. Cypriani*.

Ibi: Liber qui appellatur Penitentia Jamnæ, & Mambrae.

61 Iste apocryphus declaratur, de quo Senens. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

lib. 2. verb. *Joannes*, Possiev. tom. 2. eod. verb. Barbosa verb. *Liber qui appellatur Penitentia Jamnis*. Cornel. à Lapid. super epist. B. Pauli, in 2. ad Timoth. cap. 3. verb. 8. Ex quo observa hunc librum inscribi *Jamnes, & Mambres*, aut sicut alii legunt *Jambres*, qui duo fuerunt fratres, ut quidam putant apud Senens. sup. ac Magi Pharaonis, qui ut narratur in Exodo, cum Moyle circa portenta contenderunt, quorum nomina ibi non exprimentur. Sed D. Paulus ea expressit, aut ex traditione, vel ex inspiratione Divina, non ex libro damnato *Jamnæ, & Mambrae*, prout contra alios tradi: Cornelius ibidem. Eorundem meminit D. Thom. in d. epist. 2. cap. 3. Theat. vitæ hum. lit. E, pag. 419. verb. *Mira impostorum*.

Verf. Liber qui appellatur fors Apostolorum.

Apud Gratianum in recentioribus Decretis legitur *Sortes Apostolorum*, qui liber apocryphus est. Card. Baron. anno 44. num. 49. ubi Spondan. nu. 26. Possiev. sup. tom. 1. verb. *Apostolorum, vers. Apostolorum sortes*, Barbosa verb. *qui appellatur sortes Apostolorum*.

Ibi: Liber qui appellatur Laus Apostolorum, apocryphus.

Cujus meminere, etsi à Gratiano fuerit prætermisus, Card. Baron. & Spondan. ubi proximè.

Ibi: Liber Physiologus, apocryphus.

Ita observant Possiev. in Apparatu sacro, verb. 64 *Epiphanius, vers. Scripsit autem*, Valcarcer in Epitom. Jur. Canon. ad cap. Sancta, col. 44. in princip. Barbosa in collect. ibi, n. 27. verb. *Liber Physiologus*, 15. dist. ubi ait, hunc librum latinè concriptum, ac diversum esse ab eo Physiologo, quem D. Epiphanius Græcè exaravit.

Ibi: Liber qui appellatur Lusa apocryphus.

Sic corruptè legitur, quia *Lusanae*, id est laus 65 Apostolorum scriptum est. Sed jam emendatum extat. Vide Gloss. margin. ibi, & Valcarcer sup. De libro autem qui *Laus Apostolorum* vocatur, jam dictum est pronuper.

Ibi: Doctrina Apostolorum.

De libro, qui ita inscribitur, mentio est apud 66 Baron. anno 44. num. 49. & ibi Spondan. num. 26. Senens. lib. 2. verb. *Apostolorum, vers. Apostolorum doctrina*, à quibus notatur apocryphus.

Ad Num. 6.

Inter apocrypha volumina Canones Apostolorum Gelasius enumerat, de quorum auctoritate, ac numero Baron. anno 102. & ibi Spondan. à numer. 5. Senens. ubi proximè, verb. *Apostolorum Canones, & verb. Clemens, vers. Clementis Canones*, Bellarmin. de Scriptorib. Ecclesiastic. seculo 1. verb. *Clemens, vers. de Canonibus Apostolorum*, Franc. P P Tur-

Turrian. *advers. Magdeburgenses*, lib. 1. cap. 22. Barbofa cum pluribus in *collecl. ad cap. 1. dist. 16.* Ant. Augustin. *de emendar. Gratiani, dialog. 6. num. 12. & dialog. 20. num. 12.* qui diversimodè intelligunt Gelasium, & B. Isidor. in *dict. cap. 1. dist. 16.* dum Canones Apostolorum apocryphos asserunt; nam Senens. & Barbofa aiunt, eos agere non de veris canonibus à beato Clemente editis, sed de aliis per hæreticos ementitis. Alii in quibus est Baron. & Spondanus, putant apocryphos dictos, quia in sacris, ac canonicis Scripturis non recensentur. Sed hæc sententia displicet, nam Gelasius non agit hic de apocryphis hoc sensu, alioqui inter hagiographos deberent collocari. Alii tandem, ut Bellarmin. & nonnulli laudati à Barbofa *num. 6. in princip.* arbitrantur omnes Canones apocryphos cenferi, quoniam permixti, ac connexi erant cum aliis adulterinis, & ab hæreticis commentis. Quoad numerum consule eosdem, & quidem nunc approbati videntur 84. canones, qui in Decreto sine leguntur.

Ad Num. 7.

- 68 De Eusebii historia obiter supra, *cap. proxim. num. 144.* Opera quæ Eusebius edidit, memorant Bellarm. *sec. 4. anno 326. vers. Eusebius Casareensis*, Possevin. *sup. tom. 1. eod. verb.* Baron. *anno 31.* & ibi Spondan. *nu. 2.* & alibi, D. Hieron. *de Scriptor. Ecclesiast. Sixt. Senens. lib. 4. vers. Euseb. Casareæ.* Dicitur & Eusebius Pamphilius, ab amico Pamphilio Martyre, inter quos maxima necessitudo intercessit, quo egregio nomine ille se decoravit. Spondan. *in Epitom. Baron. anno 308. n. 3. Senens. ubi nuper.* Vixit sub tempora Constantini Magni, & Arianam in hæresim lapsus est, in qua usque ad ultimum vitæ spiritum protervus persistit: quare ipsius memoria execrabilis est posteritati facta, etsi aliqui eum inter Sanctos peperam referant. E vita decessit anno 340. Christi, 4. Julii Pontificis, 4. Imperator. Constantini junioris, Constantii, & Constantis. Baron. *anno 340.* & ibi Spondan. *num. 12. & 13.* qui de Eusebio agit non semel in antecedentibus annis. Eusebium tamen alii tuentur, ac encomiis afficiunt, quos sequitur Senens. *ubi nuper*, quibus D. Covar. inferius assentitur.

Ibi: Igitur ex Gelasii decreto legi poterit.

- 69 Si vera sunt, quæ ex Baronio proximè diximus, dicendum videtur, historiam Ecclesiasticam Eusebii legi non posse publicè aut privatim, cum ille hæreticus fuerit, & liber iste errores Arii complectatur, propter quos & nimia Origenis præconia, apocryphus à Gelasio decernitur. Baron. *anno 439.* ubi Spondan. *numer. 8.* Bellarm. *sup.* Nihilominus quicquid de autore sit, historiam privatim legi licet, quia etsi hæreticorum libri, maximè hæresim continentes, nullo modo legi permittantur secundum tradita supra, *num. 2. & 3.* hoc tamen non procedit cum per Ecclesiam intuitu publicæ utilitatis ex eorum lectione provenientis conceditur, ut legi queant, ut à nobis laudati Autores *d. n. 2.* observarunt. Hanc indulgentiam præstitit Gelasius dum antea inter hagiographa, id est legi permissa, hujusmodi Eusebii historiam recenset. Unde immeritò Gelasius quasi sibi contrarius arguitur.

Ibi: Extant verò Eusebii Ecclesiastica Historia.

De numero librorum historiæ, quo Eusebius 70 græcè scripsit, & Ruffinus latinitate donavit, videndus Baron. *anno 410. n. 13.* ubi quod Ruffinus haud fideliter vertit, ac duos adjecit libros. Card. Bellarmin. *sup. Possevin. & alii*, quos dedimus *num. 68.* Eusebius Historiam Ecclesiasticam usque ad Licinium extinctum perduxit. Spondan. *ex Baron. anno 318. num. 4. & anno 325. num. 54.* cujus obitus contigit *anno 318.* Spondan. *eo anno, n. 2.* Ruffinus prosequutus est à tempore Nicæni Concilii, ab anno scilicet 325. ad mortem Theodosii, Spondan. *anno 410. num. 13.* nempe senioris, qui obiit anno 395. Spondan. *ex Baron. eo anno, n. 3.* Junior namque Theodosius post Eusebium interiit anno 450. Spondan. *eo anno, num. 2. & 3.*

Ibi: Sic sanè licet suspectum Ariana hæreseos.

Vide Baron. Spondan. & alios, qui adducti sunt supra, *num. 68.*

Ad Num. 8.

Opuscula Tertulliani, sive Africana, decernuntur 71 apocrypha, de quibus Sixt. Senens. *in Bibliotheca Sancta, lib. 4. verbo Tertullianus*, Bellarm. *sup. sec. 3. anno 303.* ubi ostendit qui libri sint cautè legendi, Possevin. *tom. 3. verb. Tertullianus, Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 16. versic. Deimosexto quæritur*, Baron. *anno 216.* & ibi Spondan. *à num. 2.* Barbofa *sup. d. num. 27. vers. Opuscula Tertulliani*, Genebrard. *in Chron. lib. 2. pag. 358.*

Tertullianus prænomen habuit Quinti Septimii, 72 ex patre Centurione Proconsulari Carthagine natus, ac Sacerdotali dignitate insignitus, Senens. *suprà*, multa in lucem subtiliter elucubrata prodidit, sed errores haud paucos interjecit, unde D. Hieronymus aiebat: *Laudo hominis ingenium, damno hæreses*, ut refert Spondan. *anno 216. in fin.* ubi de erroribus ejus plura præmittit, ac de ipsius vita *anno 197. n. 5. cum annis aliquibus seqq. usque ad 216.* Vixit sub Imperatore Severo, & Antonino Caracalla, ut ex Baronio, Spondano, & aliis constat.

Vers. Idem fermè judicium.

Opuscula Lactantii Firmiani ex decreto Gelasii 73 sunt apocrypha, de quibus Cardin. Bellarmin. *sup. sec. 2. anno 290.* Baron. *anno 302.* ubi Spond. *n. 8. 10.* Possevin. *tom. 2. verb. Lactansius*, Genebrard. *in Chron. lib. 3. pag. 415.*

Lactantius natione Afer, professione Orator, 74 Religione Christianus præceptorem habuit Arnobium, floruit sub Deciano, & ad Imperium Constantini jam grandævus pervenit. Crispum Cæsarem literis imbuat, sed summa egestate laboravit. Vide ultra proximè laudatos Senensem *lib. 4. verb. Arnobius*, Baron. *anno 315.* ubi Spondan. *num. 2. & 10.* Opera quæ literis consignavit, recenset Bellarminus, sed erroribus referta, qui in unum congesti habentur post illius scripta, quare digna sunt Gelasii censurâ, Spond. *anno 302. num. 10.* admonet D. Covar. hos & alios libros similes, quos

quos Gelasius rejicit seu apocryphos, privatim legi posse, etsi non publicè in Ecclesiis: sed quoad hoc standum erit indici novissimo librorum prohibitorum, quem expurgatoriam nuncupamus, ubi de singulis Autoribus disseritur, quales libri, & quomodo legi permittantur, & prohibeantur.

Verf. Opuscula Joviniani.

- 75 Jovinianus hæresiarcha pseudomonachus Mediolani fuit, sed monasticam deseruit vitam, plura sacrilega, & nefaria dogmata disperfit, fœminas, ac ignaros seducens: verum citò hæresis ejus extincta est, ipseque damnatus. Baron. anno 382. ubi Spondan. num. 7. Siricius namque Pontifex in eum damnationis tulit sententiam, jussitque per epistolam, ut Mediolani quoque, ubi semina pestiferæ doctrinæ jecerat damnaretur; quod D. Ambrosius ejus Ecclesiæ Antistes, into Concilio executioni mandavit. Theodosius præterea Imperator decrevit, ut Jovinianus & socii, qui habitu monachali vagabantur, ab urbibus pellerentur, & ad deserta migrarent. Baron. anno 390. Spondan. *ibi*, numer. 7. constatque ex epistola 2. Siricii ad Ambrosium, ac ex ea, quam misit Mediolanensis Synodus ad eundem Papam, quæ extant tom. 1. *epistol. Romanor. Pontif.* Tandem ab Imperatore Honorio in insulam relegatus inter luxuriosas epulas animam egit. Baron. anno 412. Spondan. n. 5. de quo Gennadius *de vir. illustrib. cap. 52. & 75.* Possevin. tom. 2. *verb. Jovinianus*, Jacob. Gualter. *in Chron. sæc. 4. pag. 285. & pag. 308. cap. de Jovinianistis*, Genebrard. *in Chron. lib. 3. pag. 422. verf. Jovinianus*, Theatrum vitæ humanæ lit. H, pag. 22. *verf. Joviniani*, Sabel. lib. 8. *septenn. & cap. penult. verf. Jovinianistæ*, 24. *quest. 3.*

Verf. Opuscula Montani.

- 76 Montanus hæresiarcha admodum Ecclesiæ perniciosus, per duas fœminas à viris abductas pseudoprophetissas Priscillam, & Maximillam hæresim propagavit. Fuit pluries in Conciliis damnatus, ac sicut Judas proditor, seipsum suspendio peremit, de quibus, & de erroribus Montanistarum, seu Cataphrygum adeundus, Baron. anno 173. à num. 16. & *ibi* Spondanus nu. 1. *cum aliis*, Possevin. tom. 1. *verb. Montanus*, Gualter. *sup. sæc. 2. pag. 175. & pag. 191. cap. de Montanistis*, ubi errores, Genebrard. *d. lib. 3. pag. 380. verf. Montanus*, Theatrum vitæ humanæ lit. H, pag. 20. *verf. Cataphryges*, ubi quod hic hæresiarcha erupit anno 174. *sub M. Anton. Severo*, & laudus lit. P, pag. 696. & alibi sæpe, de quo *in d. cap. penult. verf. Cataphrygis nomen.*

Verf. Omnia opuscula Faustii Manichæi.

- 77 De quo Possevin. *in Appar. sacro, tom. 2. verb. Faustus Manichæus*, Gualter. *sæc. 4. pag. 359. Valcarcer in Epit. Jur. Canon. ad cap. Sancta, col. 44. verf. Opuscula Posthumani, 15. dist. ubi Barbola in collect. nu. 27. verf. Omnia opuscula Faustii Manichæi*, Theatrum vitæ humanæ lit. A, pag. 186. quò loci ridiculus Faustii error traditur; nam agriculturam summo prosequeretur odio, alienicolas, dum metunt ac carpunt fructus delinquere, cum eos vita sic privent: & lit. C, pag. 611. fertur D. de Faria *Nove Addit. ad Covar. Tom. II.*

Faustus sensisse, quod omnis arbor cultu digna erat propter S. Crucem, quem nefas esse putabat fructus ex arboribus decerpere.

Ad Num. 9.

Opuscula Clementis Alexandrini à Gelasio apocryphis junguntur, de quibus Bellarm. *sæc. 3. verb. Clemens Alexandrinus*, Baron. anno 196. ubi Spondan. num. 1. & 2. Possevin. tom. 1. *verb. Clemens*, Sixt. Senens. *in Biblioth. sancta, lib. 4. verf. Clemens prænomine*, Barbosa *d. nu. 27. verf. Opuscula alterius Clementis*, Gualt. *sæc. 3. pag. 212. Trithem. in catalog. Genebrard. in Chron. lib. 3. pag. 385. verf. Prima Christianorum*, ubi quod Alexandria fuit prima Fidelium schola. Theatrum vitæ humanæ lit. T, pag. 109. & 118.

Titus Flavius Clemens Athenis natus, sed propter diuturnam Alexandriae habitationem Alexandrinus cognomine, egregius quidem vir eruditione, ac sacris literis non vulgariter insignitus, Pantænnum præclarum habuit præceptorem, & Origenem aliosque non poenitendos auditores: multa apprimè elaboravit, sed erroribus deturpata leguntur, quos aut hæretici Ariani inseruere, aut ipse more humano per errorem intexuit, ut inquit Bellarminus. Hæc apud prælaudatos, maximè apud Baron. & Spondan.

Ibi: Scribit siquidem D. Petrus.

D. Petrus *epist. 1. cap. 3. verf. 19.* sic ait: *In quo, 79 id est spiritu, & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando.* Quotquot sacri Interpretes in hunc locum inciderunt, haud parum in ejus enodatione ingenia defatigarunt, quem totius novi Testamenti locis difficiliorem dixit Arias Montanus, ac Lorin. *sup. cum in principio difficillimum prædicat, quem fuse commentariis illustrat, nec non Cornel. à Lapide ibidem, Turrian. lib. 4. pro epistol. Pontif. cap. 14. P. Suar. de vita Christi, disp. 43. sect. 3. d. verf. Nihilominus*, apud quos plures extant sententiæ, ex quibus illa omninò ab omnibus rejicitur ut erronea, quæ docet Christum per prædicationem ex damnatis animas eruisse, quam damnant Suar. *d. verf. Nihilominus, cum seq. Cornel. à Lapide verf. Verùm hic*, Lorin. *verf. Secundum*, ex regula generali, quod in inferno nulla est redemptio, & aliis fundamentis, quæ Suar. expendit *ibidem*. Alia est opinio Turriani, quam probabilem asserit Cornelius *verf. Tertio noster Turrianus*, cui videtur Christum prædicasse animabus existentibus in Purgatorio, quæ aliquando fuerant incredulæ, ipsaque libertate donasse. Sed hoc displicet Cornelio. Suar. & aliis. Tertia communis pariter ac probabilis interpretatio est, quod Christus damnatis quidem prædicavit, non ad eorum salutem, aut levamen, imò ad pudorem, & confusionem eorum, qui increduli fuerant. Ita sentit, ac probat Lorin. *ubi sup.* Ultima, & quæ etiam communiter ampiectitur, ac videtur probabilior, ait Christum ad locum damnatorum minimè ad prædicandum venisse, sed ad sinum Abrahæ, ubi exprobravit, & arguit incredulitatem illorum, qui aliquando non crediderunt, licet postea viventes resipuerint, ita ut in statu gratiæ decedentes Sanctorum Patrum consortio adduci meruerunt. Hanc tuentur P. Suar. *sup. verf. Melius ergo*, Cornel. à Lapide *verf. Quarto, & magis propriè: cui suffragatur proprietas verbi Carceris, quo utitur B. Petrus, quia significat locum ad custodiend-*

dos homines, ne inde exeant, spe libertatis non sublata, non ad pœnas infligendas, l. *Aut damnnum* 8. §. *Solent*, ff. de pœn. ut præter Juris Interpretes ibi observant Cornucop. de lingua Latina, col. 142. nu. 20. Lexic. Calvin. verb. *Carcer*. Calepin. eodem verbo. Gehenna verò destinata est ad cruciandos in æternum peccatores. Cùm ergo dicatur Christus prædicasse iis, qui in carcere erant, accipi propriè debet de detentis in Lybbo, non de damnatis; illi enim tormenta non sustinebant, sed ad tempus custodiebantur ibi, quod proprium carceratorum est. Nec mirum habeatur, quod Christus electos suos de incredulitate argueret; nam similiter paulò post erga discipulos se gessit, *Marc. cap. 16. vers. 14. ibi: Et exprobravit (scilicet Christus) incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.* Hæc de intellectu loci perdifficilis sacri eloquii: de aliis, quæ D. Covar. subjicit, præfati distulerunt Interpretes, ex quibus P. Suar. vers. *Nihilominus*, inquit lapsum fuisse Clementem Alexandrinum, dum primam interpretationem tenuit, quam inter hæreses, hæreses 79. D. Augustinum recensuisse testatur.

Ibi: *Fidem autem explicitam esse ad salutem necessariam.*

- 80 Quid sit fides explicita, & implicita, & qualis quondam ante Christi adventum fuerit ad salutem necessaria, & qualis nunc desideretur, fuse tradunt P. Suar. de fide, disp. 12. de necessit. fid. sect. 3. & 4. Hurtad. eod. tract. disp. 44. sect. 1. & princip. Thom. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 2. & 3. Bonacina in 1. præcep. Decalog. disp. 3. q. 2. punct. 2. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 2. & 3.

Ibi: *Floruit autem Damascenus.*

- 81 B. Joannem Damascenum ad annos Christi 750. floruisse, ut D. Covar. asseverat, constat ex Baron. anno 727. à num. 18. anno 728. num. 6. cum seqq. anno 730. numer. 3. & Spondan. in ejus Epitome, Gualter. in Chronog. sæc. 8. pag. 564. Trithem. in Catalog. Genebrard. in Chron. lib. 3. pag. 506. vers. *Joannes Damascenus*, Card. Bellarmin. de Script. Eccles. sæc. 8. anno 731. verb. S. *Joannes Damascenus*, Theatrum vitæ humanæ lit. M, pag. 380. & alibi sæpe. Licet autem mentio fiat S. Joannis Damasceni ad annum 730. diu vixit, & ita ad 750. pervenire potuit; nam Bellarminus ait, ipsum supervivisse Imperatori Leoni Isauro, multaque postea pertulisse propter Fidem ab Imperatore Constantino Copronymo, ibique observat idem Cardinalis longè à veritate deviare, qui sentiunt Damascenum ad tempora Theodosii senioris spectare. Sed Genebrard. sup. monet duos extitisse Damascenos ex Trithemio in Catalog. quod ille ut falsum ab omnibus communiter rejici testatur. Damasceni temporibus præfuit Ecclesiæ Gregorius II. Bellarmin. & alii nuper dati.

Vers. *Julius verò, Africanus.*

- 82 De quo Baron. anno 222. ubi Spondan. nu. 4. Bellarm. sæc. 3. verb. *Julius Africanus*, Onuphr. in Chronic. anno 251. Genebrard. sup. pag. 392. vers. *Julius Africanus*, Gualter. sæc. 3. pag. 218. vers. *Jul. African.* Senens. in Bibliotheca Sancta, lib. 4. vers. *Julius Africanus.*

Scriptit libros de temporibus ab orbe condito ad Macrinum Imperatorem, & M. Antonium Helioabalum, quorum temporibus floruit: sed jam non extant, solumque habetur tom. 2. operum Origenis, epistola, quam ad eum de Susannæ historia milit Africanus. Bellarmin. sup. Exaravit Græco sermone opera prædicta. Senens. sup. De legatione qua functus est ipse, consule Baron. & Spondan. fuit alter Julius Africanus junior, professione Orator, cujus meminit Quintilian. lib. 10. Instit. Orator. cap. 2. ad fin. Gualter. ubi proximè.

Ad Num. 10.

Verosimiliter D. Covar. pro *Tatii Cypriani*, substituit *Tatiani*; neque enim ex omnibus, quos legerim, aliquis mentionem de Tatio Cypriano facit, ac de Tatiano hæretico sic, ut Card. Baron. anno 174. ubi Spondan. n. 1. cum seqq. Bellarmin. sæc. 2. anno 170. verb. *Tatianus* Sixt. Senens. lib. 4. verb. *Tatianus*, Gualter. sæc. 2. pag. 177. & 193. Theatrum vitæ humanæ lit. H, pag. 20. & lit. S, pag. 448. Genebrard. lib. 2. pag. 358. cap. penult. vers. *Tatiani*, 24. q. 3.

Tatianus natione Syrus ex Philosopho Platónico Christianus effectus, quondam maximè in Ecclesia floruit doctrinâ B. Justini Philosophi & Martyris imbutus: plura egregiè elucubravit, & dum præceptor vixit, ac Romæ, ubi magistrum laudabiliter egit, Religionem Catholicam tenuit: ac postea in Orientem profectus falsa dogmata seminavit Antiochiæ & in Cilicia ac Pisidia, factusque est hæresiarcha, à quo hæretici Tatianistæ, seu Encratistæ, id est, qui se continentibus dicunt dicti sunt. Ita Baron. & Spondan. Gualter. & alii proximè adducti, apud quos de Tatiani scriptis & erroribus. Hæresis ejus detecta est anno 174. Christi, 8. Aniceti Pontificis, 12. M. Aurelii Imperatoris secundum Baronium, qui Eusebium laudat. Hic observandum est, quod opera Tatiani, quæ Catholicus scripsit, legi non poterunt, etsi nihil erroris contineant, quia hæretici sunt, in cujus pœnam stabilitum est, ne hujusmodi libri legantur, maximè si de rebus ad Fidem spectantibus in illis disseratur; nam & in editis ante hæresim eadem ista prohibitionis ratio reperitur. Vide supra, num. 2. cum seqq.

Vers. *Opuscula Arnobii apocrypha.*

De Arnobio disserit Baron. Annal. Eccles. anno 302. à num. 64. ubi Spondan. nu. 9. Bellarm. sæc. 3. verb. *Arnobius*, anno 285. Sixt. Senens. lib. 4. verb. *Arnobius* Gualter. sæc. 4. pag. 274. Genebr. sup. lib. 3. pag. 406. vers. *Jacobus cognomento*. Ado in Chron. in Diocletiano, Onuphr. anno 298. Theatrum vitæ humanæ lit. D, pag. 120. & 220. lit. E, pag. 80. & lit. T, pag. 120. Possevin. in Appar. sacro, verb. *Arnobius*, tom. 1.

Arnobius antequam Catholicæ Religioni per Baptisimum nomen daret, septem edidit libros contra Gentes, quibus contumelias ab Ethnicis illatas fidelibus repulit. Alia eidem tribuuntur, quæ alterius Arnobii junioris sunt, de quo Bellarm. sæc. 5. anno 460. verb. *Arnobius junior*, Gualter. sæc. 5. pag. 368. Hæc apud Baron. Spondan. Senens. Bellarmin. & alios jam laudatos, qui notant Arnobii discipulum fuisse Lactantium Firmianum.

Ibi:

Ibi : *Qua verò ratione.*

Cùm Arnobius nondum plene rerum Christianarum cognitione instructus scriberet, Opus ejus nãvis aliquibus respersum apparuit. Spondan. *sup.* qua ratione inter apocrypha à Gelasio recensetur.

Verf. Opuscula Tyconii apocrypha.

85 De quo Baron. anno 368. ubi Spondan. num. 4. & anno 394. n. 8. Senens. lib. 4. verb. Tyconius, Possevin. tom. 3. verb. Tyconius, Salian. *Annal. Ecclesiast. tom. 3. anno mundi 3058. n. 15.*

Edidit Tyconius natione Afer, professione Donatista, egregium volumen isagogicum, seu regularum, quo septem regulas, sive claves præstitit ad aperiendam, & investigandam occultam Scripturarum intelligentiam: exaravit itidem in Apocalypsim commentata, quæ Donatistarum erroribus commiscuit. Senens. & alii *ubi sup.* Quoad tempus quo floruit, consentit Baronius, & cæteri assentiuntur.

Verf. Cassianus verò Presbyter apud Gallos.

86 Joannis Cassiani opuscula nunciantur apocrypha, de quo Baron. anno 404. num. 78. & 79. anno 433. à numer. 25. ubi Spondan. Bellarm. *sec. 5. anno 440. verb. Joannes Cassianus*, Genebrard. *d. lib. 3. pag. 436. verf. Cassianus*, Ado Viennensis in *Chron. Sigebert. anno 427. Senens. sup. verb. Joannes Cassian. Gualter. sec. 5. pag. 360. verf. Joan. Cassian. Barbofa sup. versic. Opuscula Cassiani*, Possev. *tom. 2. verb. Joan. Cassian.*

Fuit Cassianus B. Chrysofotomi discipulus: monasticam vitam in Ægypto professus est, sed in Pelagianam hæresim incidit. Spondan. anno 430. num. 11. Gualter. *sup.* ejus scripta recenset Bellarminus, qui testatur omnia hodie extare, ac legi permitti, excepta collatione Patrum decima tertia, & aliis paucis, quæ in editione Romana adnotantur. Quoad tempora quibus vixit, subscribunt sententiæ D. Covar. qui proximè citantur, & sub Theodosio juniore, & Valentiniano obiisse ait Bellarm.

Verf. Opuscula Pictaviensis Victoris.

87 Victorinus Pictaviensis communiter vocitatur, ut videre est apud Autores illicò recensendos: claruit sub Valeriano & Galieno Imper. ad annos 270. passus est sub Diocletiano anno 303. explanationes ad plures libros novi, ac veteris Testamenti elaboravit quæ ob defectum eloquentiæ & eruditionis D. Hieronymo displicuerunt; nam in *epist. ad Paulin.* inquit: *Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest.* Rursus ad Magnum Oratorem ita scribit: *Victorino Martyri licet in libris suis desit eruditio, non tamen deest eruditionis voluntas.* Consule Senens. *d. lib. 4. verb. Victorinus*, Bellarm. *sec. 3. verb. Victor*, anno 270. Baron. anno 303. ubi Spondan. num. 8. Idem Baron. in *martyrolog. die 2. Novembr. Gualter. sec. 3. pag. 224. Canis. in tab. Chronog. Barbof. verf. Victorini Pictaviensis*, Possev. *sup. verb. Victorin. tom. 3. Cur autem Vi-*

ctorini opera apocryphis annumerentur à Gelasio, licet non omninò compertum sit, fertur tamen diversorum hæreticorum sententias illis insertas esse, maxime commentario super Apocalypsim, ubi errorem Chiliastarum amplexus est, teste D. Hieronymo in *epistola præfixa commentario, & de Scriptor. Eccles. in Papia.* At Bellarminus assererat, in hoc commentario, quod nunc existit, non reperiri eum errorem, imò potius contra illum apertè pugnari. Claudii Marii Victorini poemata leguntur in *Bibliotheca sacra, tom. 8. pag. 314. & 427.*

Verf. Opuscula Faustini Rhegiensis.

Vulgò dicitur Faustus Regiensis, à Regio urbe 88 Galliæ, ubi Episcopali functus est dignitate, & ita in emendatis codicibus legitur apud Gratianum: opera aliqua de rebus sacris literarum monumentis consignavit, sed erroribus infecta, imò ipse Pelagianus à non paucis existimatur, etsi alii dissentiant. Vide Bellarm. *sec. 5. anno 480. verb. Faustus Regiensis*, Baron. anno 520. num. 11. 13. 14. ubi Spondan. *tom. 2. Gualter. sec. 6. pag. 478. Possev. in Appar. sacro, tom. 1. verb. Faustus Regiensis*, Barbofa *sup. in collect. ad cap. sancta, n. 27. verf. Opuscula Fausti Regiensis, 15. dist. Ado Viennensis anno 492. Floruit ad ann. 490.*

Ad Num. 11.

Series epistolæ Jesu ad Abagarum Regem, & 89 ejus quam priùs Abagarus ad Christum misit, existat apud Baron. *Annal. Eccles. tom. 1. anno Christi 31. num. 58. Sixt. Senens. in Bibliotheca Sancta, lib. 2. verf. Jesu Christi respondentis*, quæ sic habent.

*Abagarus Uchania filius Toparcha:
Jesu Salvatori bono, qui apparuit
locis Hierosolymorum, S.*

» Auditum mihi est de te, & de sanitatibus,
» quas facis, quod sine medicamentis, aut herbis
» fiant ista per te, & quod verbo tantum cæcos
» facis videre, & claudos ambulare, & leprosos
» mundas, & immundos spiritus ac dæmones eji-
» cis, & eos qui longis ægri tudinibus afflictan-
» tur, curas & sanas, mortuos quoque suscitās:
» quibus omnibus auditis de te, statui in animo
» meo unum esse è duobus, aut quia tu sis Deus,
» & descenderis de cœlo, ut hæc facias: aut quod
» Filius Dei sis, qui hæc facis, propterea ergo
» scribens rogaverim te, ut digneris usque ad me
» fatigari, & ægri tudinem meam, qua jam diu la-
» boro curare; nam & illud comperi, quod Judæi
» murmurant adversum te, & volunt tibi insidiari,
» est autem civitas mihi parva quidem, sed hone-
» sta, quæ sufficiat utrisque.

*Jesus Nazarenus Abagaro Topar-
cha.*

» Beatus es, quia credidisti in me, cùm ipse
» non videris. Scriptum est enim de me: Quia
» hi qui me vident, non credent in me, & qui non
» vident me, ipsi credent, & vivent. De eo autem
» quod scripsisti mihi, ut veniam ad te, oportet
» me omnia, propter quæ missus sum, hic ex-
» plere,

plere, & postea quam complevero, recipi me ad eum, à quo missus sum. Cùm ergo fuero assumptus, mittam tibi aliquem ex discipulis meis, ut curet ægritudinem tuam, & vitam tibi atque his, qui tecum sunt, præstet.

Easdem epistolas, licet paucis adjectis, & luculentiori stylo recenset Spondan. in *Epit. Baronii*, anno 31. num. 22. Sur. in *vita Sancti*. tom. 4. die 16. Augusti: Ex quo aliisque constat, Ananiam ministrum Regis Abagari, cùm Christi miranda opera in Palæstinam adveniens didicisset, id domino suo hunciavisse, qui omni spe salutis destitutus ægrotabat. Quapropter per eundem Ananiam præfatam epistolam Christo misit, illique injunxit, ut Salvatoris effigiem asserre satageret: sed cùm præ nitore faciei depingi non posset, Christus linteum ori applicans, iconem suæ formæ edidit in illo, quod simul cum epistola Jesu ad Abagarum detulit Ananias, ipsumque auro exornatum supra principem civitatis portam collocari Rex iussit, ut illi cultus redderetur, qui antea exhibebatur imagini insignis cujusdam Dei ibidem constitutæ, ut nullus ingredi posset urbem, nisi precibus ad eam fufis. Hæc epistola missa est ad Abagarum anno à Christi nativitate 32. aut 33. ipsius Salvatoris manu exarata, ut tradit post Baron. Spondan. in *Epitome* tom. 2. anno 944. nu. 3. etfi P. Suar. de *vita Christi disp.* 29. q. 42. art. 4. *vers.* Hic verò, asserat incertum esse, an Christus, vel aliquis ex discipulis scripserit. Edessa nomen fuit pluribus civitatibus commune, ut videre est apud Ortelium in *Theaur. Geograph. verb.* Edessa, Calepin. & Nebrissenf. Illa verò, cui dominabatur Abagarus, sita est in Syria, quæ vulgò hodie Orfa, vel Raha dicitur, Theatrum vitæ humanæ *lit. P.*, pag. 105. & alii jam recensendi. Quæ autem hucusque tradidimus, pluribus prosequitur Sur. *sup. cap. 2. cum seqq.* Baron. anno 31. nu. 58. ubi Spondan. *numer.* 22. 23. Senens. *sup.* Gualter. in *Chronograph. sæc. 2. pag.* 212. ubi memorat alium Abagarum Edessæ Regem, à Caracalla per insidias interfectum. Adrian. I. *tom. 3. Concilior. cap. 8.* Theatrum vitæ humanæ *lit. E.*, pag. 125. *versic.* Abagarus, & *lit. R.*, pag. 68. Quam historiam, & epistolarum missionem veram esse, ex multis autoribus fide dignis ostendit Card. Baron. Spondan. & Surius *cap. 13.* licet P. Suar. hæsitet auctoritate Gelasii epistolas apocryphas decernentis: & Jesu Epistolam Edessæ existere ait Barbosa *sup. vers.* Epistola Jesu.

⁹⁰ In cuius rei corroborationem traditur post Christi ascensionem missum esse ab Apostolis Thaddæum unum ex septuaginta duobus discipulis Edessam, ut quod Dominus Abagaro per epistolam promiserat, adimpleret, qui Regi sanitatem contulit, illique ac Edessanis sacrum Baptisma ministravit, anno Christi 43. Baron. *eo anno*, ubi Spondan. *num.* 5. Sur. *sup. cap. 7. & 8.* Gualter. *ubi proximè*, Theatrum vitæ humanæ *d. pag.* 125. *vers.* Abagarus. Hunc Thaddæum aliqui Apostolum vocant, ut Gualterius: sed error ex nominis identitate provenit, quapropter Thaddæus Apostolus pro discipulo, de quo agitur, usurpatur, ut advertit Spondan. *anno 44. n. 22.*

Ibi: *Addit Evagrius.*

⁹¹ Propter Christi effigiem ad Abagarum missam haud pauca divinitus collata beneficia experiebantur Edessani, itaut vulgò jactaretur, eam civitatem expugnari nequire, quia à Deo tutabatur: quod audiens Cosroes Persarum Rex, ut id fal-

libile redderet, totis viribus ipsius obsidionem aggressus est, cui meritò evenere quæ memoriæ Evagrius prodidit, & D. Covarruv. compendio recenset, latiusque prosequuntur Baron. *anno 545.* & ibi Spondan. *num. 2.* Surius *cap. II. cum seqq.* Theatrum vitæ humanæ *lit. D.*, pag. 377. *versic.* Cosroës.

Ibi: *Ex Edessa imaginem istam.*

Cùm Edessa imperialibus armis nimium divexaretur, nec amplius acerbam obsidentum expugnationem sustinere posset, Salvatoris effigiem sunt polliciti cives, ut ab hostili oppressione eximeretur: quo pacto & civitas imminens periculum debellationis evasit, & sacratissima Imago Constantinopolim delata, quam Imperator, ac populus plausibili cultu, ac reverenti alacritate exceperunt, & in templo, quod Pharos dicebatur, collocarunt. Baron. *tom. 10. anno 944. n. 13.* ubi Spondan. *tom. 2. n. 3.* Sur. *tom. 4. die 16. Augusti, cap. 18.* Theat. vitæ hum. *lit. I.*, pag. 50. Hæc translatio contigit anno 944. sub Imperatore Constantino Porphyrogenito, quod cognomen commune erat cunctis Principibus Constantinopolitanis, qui statim ac oriebantur, induti purpura splendebant, aut in palatio Porphyrio edebantur. Spondan. *ubi proximè.*

Prætermisit D. Covar. hæc verba: *Opuscula 93 Frumentii apocrypha, quæ extant apud Gratianum, & Gelasium.* Fuit autem Frumentius vir viriutibus, ac miraculis apud Indos venerandus. Tyrum patriam habuit, qui apud eas gentes Apostolum agens. Fidem Catholicam mirum in modum propagavit, & Alexandriam adiens à D. Athanasio illius civitatis Patriarcha Episcopus eit ordinatus, ut illis regionibus munere suo fungeretur. Sozomen. *lib. 2. Hist. Eccles. cap. 23.* Socrat. *lib. 1. cap. 15.* Theodoret. *lib. 1. cap. 23.* Baron. *anno 327.* & ibi Spondan. *n. 4.* Theat. vitæ hum. *lit. M.*, pag. 560. & *lit. T.*, pag. 115. At postea à rectitudine deflectens Sanctorum scripta corrupit, & falsa prodidit: quapropter à Gelasio illius opuscula rejiciuntur, ut ex Baron. *anno 290. n. 34.* tradit Barbosa *in collect. ad cap. Sancta, n. 27. vers.* *Opuscula Frumentii, 15. dist.*

Vers. Passio Gregorii apocrypha.

Apud Gratianum in emendatis codicibus legitur *Georgii*. Hic Georgius Capadox Arianus per Imperatorem Constantium loco Athanasii in Sedem Alexandrinam intrusus est, qui ob propria scelera à Gentilibus meruit enecari, ejusque cadaver flammis absumptum est, cineribus in mare projectis, qua ratione Martyrum numero adscribendus non est, quandoquidem non ob Fidem peremptus est, de quo Baron. in *Martyrolog. die 23. April. & Annal. tom. 2. an. 290. n. 35.* Spondan. in *Epitome Annal. anno 356. n. 3. & anno 362. n. 36. & 37.* Barbosa *sup. vers.* *Passio Georgii.*

Ibi: *Passio Quirici, & Julittæ apocrypha.*

Quamquam historia de martyrio Quirici & Julittæ omninò vera sit, ut apparet ex præmissis supra, *cap. proximo, n. 67.* tamen liber, qui *Passio Quirici, & Julittæ* inscribatur, apocryphus censetur, quia falsa, & fabulosa illi inserta reperiebantur, ab hæreticis quidem conficta, ut Gelasius de libris

libris hagiographis differens prædixit, & à Gratiano & D. Covar. supra, cap. 16. n. 6. vers. Item gesta Sanctorum, refertur, ubi etiam de passione Georgii mentio fit.

Post passionem Quirici & Julittæ inferitur à Gelasio & Gratiano, *Contradictio Salomonis*, quæ scriptura apocrypha declaratur: de qua D. Covar. paulò inferius, vers. *Quem verò librum, sub n. 13.*

Ad Num. 12.

96 Est prænotandum Phylacterium vocem esse Græcam, quæ Latinè *Amuletum* interpretatur, ut ex Autoribus recensendis patebit, de quorum nominum significato & etymologia Cornucop. *de ling. Latina, col. 210. n. 50. col. 211. in princ. Theat. vitæ humanæ lit. A, pag. 390. verb. Amuletum, Abulens. sup. Matth. cap. 23. q. 32. Calepin. verb. Amuletum, & Phylacterium, Nebrissenf. eisdem verbis.* Est autem Phylacterium ductum à verbo Græco *Phylaxo*, quod est *Servo, Custodio*. Abulens. *ubi proximè*, Cornel. à Lapide *sup. Matth. 23. vers. 5. verb. Dilatans.* Accipitur pro medicina adversus omnia mala, & noxia, ut mortem, morbum, infortunium, quod ad collum præservationis causâ appendi solet: dividitur in sacrum, & superstitiosum: hoc vetitum est, fieri enim constat diabolicis incantationibus, ignotisque characteribus. Hæc phylacteria damnantur à Gelasio, & apud Gentiles in usu habebantur, maximè ad præcavendam parvulorum fascinationem. Illa verò, id est sacra, Christianis sunt permessa, velut sacrosancta Evangelia, Psalterium Davidis, Agnus Dei, Aqua benedicta, Oleum sacrum, & alia, quæ ab Exordio Ecclesiæ, ac nunc piè ac religiosè gestantur, ut Deus, in quo spem constituere debemus, ab imminentibus corporis, & animi periculis eruat nos, cujus munificentia referenda sunt beneficia, quæ per ipsas res sacras experimur, de quo egregiè Delrio *disquisition. magicar. lib. 1. q. 4. Baron. Annal. anno 58. & ibi Spondan. n. 30. & an. 120. n. 7. & 8. & alibi non semel, Sixt. Senens. in Biblioth. Sancta, lib. 2. verb. Phylacteria, Theat. vitæ hum. ubi proximè*, quò loci latissimè de aliquibus amuletis sacris: & observatur, amuleta in quibusvis rebus consistere posse, quæ nisi sanctæ sint, & debito modo deferantur, aut à natura virtutem habeant ad aliquos morbos, aliave noxia propulsanda, præ se superstitionem ferunt. Delrio *ubi sup.* Phylacteriorum abusus frequens fuit apud Græcos, Romanos, Judæos, aliasque gentes, Delrio *d. q. 4. in princip. Senens. verb. Phylacteria 2. Maldonat. sup. & apud Christianos superstitioni deditos inolevit, ut notat Delrio, monens eos à Dæmone decipi, promissa vitæ securitate per amuletum, præsertim militibus. Superstitiones phylacteriorum vetitæ sunt à Caracalla, & Constantino Magno, & in Concilio Turonensi sub Carolo Magno, ut testantur Baron. *Annal. anno 218. & ibi Spond. n. 2. & anno 358. num. 6. Delrio sup. vers. Posterior.* Eisdem in Africa interdixit D. Aug. Baron. *anno 418. ubi Spondan. n. 6. & excommunicationis poenâ percelluntur, qui hujusmodi phylacteriis usi fuerint in cap. 1. 26. q. 5. ubi Barbosa in collect. Delrio ubi proximè*, quam ipso facto non incurri probat Barbosa.*

97 Quoad phylacteria Phariseorum, de quibus *Matth. cap. 23. vers. 5. ibi: Dilatant enim, ait Dominus, phylacteria sua*, duo observanda sunt, quæ fuerint illa, & quo fine à Pharisæis gestarentur. Quoad prius omnes conveniunt, esse membranas quasdam, in quibus scripta erant verba

illa Deuteron. cap. 6. vers. 4. *Audi Israël, Dominus Deus noster unus est, & diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & tota anima tua, & tota fortitudine tua.* Cornel. à Lapide *sup. Senens. ubi proximè*, qui alios undecim versus adjicit *ex d. cap. 6. & ex cap. 12. Deuteron. Maldon. sup.* Hæ membrana gestabantur in fronte adinstar coronæ, & in brachiis appendebantur, unde frontalia & brachialia: quod ideo faciebant, ut servarent Dei præceptum, quod ad literam intelligebant, quod extat Deuteron. cap. 6. vers. 8. *Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos.* Verba autem sacra in membranis solemniter ac superstitiosè exarabantur, ut ex Rabbini tradit Senensis. Vocabantur phylacteria, quoniam memoriam legis Divinæ ad ejus observationem conservabant mentem verberantes, & oculos, ob quos quoties manus extendebatur, legem proponebat ex brachio pendentem. Quoad posterius, quo animo phylacteria portarentur, etsi diversæ sint opiniones, quas recenset Abulensis *dicta quest. 32.* communior tamen habet, Pharisæos eis uti, ut præcæteris sancti ac legis observatores viderentur, quod non obscure colligitur ex verbis Christi apud Matthæum superius transcriptis. De quibus omnibus consulendi sunt Abulens. *d. quest. 32. cum seqq. ubi quest. 34.* quod nulli Judæi præter Pharisæos phylacteria deferebant, & *quest. 35.* quod Christus illis usus non est. Maldonat. Cornel. à Lapide Senens. August. Barbosa *ubi sup. Delrio vers. Conclusio prior, Calepin. verb. Phylacterium.*

Verf. Denique Gelasius.

De sectis, ac nominibus hæreticorum vide 98 caput penultimum 24. *quest. 3. Baron. in Annal. Ecclesiast. sub propriis nominibus, Spondan. similiter in ejus Epitome, Gualter. in Chronograph. qui omnium hæresiarcharum, eorumque errores, meminit. Theatrum vitæ humanæ lit. H, pag. 19. cum pluribus sequentibus.* Licet autem hæretici ab autore sectæ, qua infecti sunt, denominentur, aliquando tamen aliunde sibi nomen assumunt, ut Gnostici, qui sic se vocarunt propter excellentiam scientiæ, quam profitebantur: Cainani, quoniam Cain adorant, & alii, de quibus *in d. cap. penult. & Prateol. in Elench. hæretic. Genebrard. Onuphr. Ado Viennens. in Chron.*

Ibi: Apud Gratianum falsò legi Tervidus.

Sed jam in recens editis post emendationem Gregorianam habetur *Cerinthus.*

Ibi: Valentinus, sive Manichæus.

De erroribus & perfidia Valentini, pluribus differit Baron. *anno 145. & ibi Spondanus, à quo Valentiniani hæretici nomen acceperunt d. cap. penult. versic. Valentiniani, Gualter. sup. sec. 2. pag. 177. & pag. 183. cap. de Valentinianis.*

Ibi: Dum legitur apud Gratianum Julianus.

In correctis extat Jovinianus, de quo supra, *maner. 75.*

Ibi:

Ibi: *Item ubi legitur apud Gratianum Julianus, & Latiensis.*

100 Hæc lectio adhuc post Gregorianam emendationem retinetur: sed glossula marginalis legit *Gematensis*. De quo Juliano Capuano Antistite videndus Baron. anno 418. ubi Spondan. numer. 3. & anno 419. numer. 4. & 5. cum aliis annis. Vocatur Artellanensis à Prospero Aquitanico, ab oppido inter Capuam, & Neapolim, vel quia ibi natus est, vel quia Sedem illius civitatis, derelicta Capuana, adeptus est. Spondan. anno 419. num. 4. Pelagianæ hæresi subscriptis, ut Baronius, & Spondan. tradidere, & adversus D. Augustinum acriter calumniis disceptavit.

Verf. *Priscillianus ab Hispania.*

101 Priscillianus ab hæreticis electus Episcopus Abilæ in Hispania, rescripto Gratiani Imperatoris extra Hispaniam cum aliis hæreticis pulsus est: at postea per Macedonium officiorum Magistrum muneribus corruptum subreptitiè ab eodem Imperatore rescriptum impetrarunt, ut Episcopi exules suis Ecclesiis restituerentur, in quibus fuit Priscillianus, de cujus pravis moribus, & erroribus agit Baron. *Annal.* anno 381. ubi Spondan. ex num. 14. Et à Maximo tyranno Treveris ob patrata scelera capite plesti iussus est. Baron. an. 385. & ibi Spond. n. 5. Eum Hispanum extitisse Episcopum traditur in cap. penult. verf. *Priscillianistæ*, 24. q. 3. ubi quod ex errore Gnosticeorum ac Manicheorum permista edidit dogmata. De eo Genebr. in *Chron.* Bellarm. & Carrill. *Annal.* an. 386. Marian. *Hist. Hisp. lib. 4. cap. 20.* Gualt. *sec. 4. pag. 283. & 306.* D. Hier. in *Isajam, cap. 44.* Garibay *Hist. Hisp. lib. 7. cap. 33. Moral. lib. 9. cap. 42.*

Verf. *Lapedius.*

Apud Gratianum in correctis codicibus legitur *Lapedius*, de quo Gualter. *sec. 7. pag. 533. & 551.* Damascen. *verb. Lampettani.*

Verf. *Sebatius.*

102 Hoc iidem emendatum extat & legitur apud Gratianum *Sabbatius*, qui ex Judæis oriundus Novatianam sectam amplectebatur: sed quoniam à suis Episcopatum adipisci non valuit, schisma inter eos induxit, & qui Sabbatio adhæserunt, ab eo Sabbatiani dicti sunt. Baron. anno 408. ubi Spondan. numer. 9. qui alias Protosafchitæ nuncupabantur, eo quod cum Catholicis conveniebant Pascha in azymis celebrantes. Spondan. ex Baron. anno 413. num. 6. ubi tradit, illos à Theodosio juniore deportatione damnatos. Gualter. *sec. 4. pag. 287. & 309.*

Verf. *His hæreticis.*

103 Photini mentio fit dumtaxat in emendatis Decreti editionibus, & in d. cap. penult. *versic. Photiani à Photino*, 24. *quest. 3.* Fuit Photinus natione Galata, ex urbe Ancyra similiarum monstrorum ferace, ut ait B. Hieron. *sup. epist. ad Galat. in præfat.* Sirmiensem Sedem adeptus est, ejus sequaces Photiani ab autore, vel Homonacionistæ vocabantur, quod Christum solum hominem asser-

bant, de quibus Baron. anno 347. ubi Spondan. num. 11. & anno 357. n. 2. Gualt. *sec. 4. p. 275. & 296.* Genebrard. *pag. 359. vers. Hæretici*, *Theat. vitæ hum. pag. 21.*

Ibi: *Africanus, Nestorius Constantinopolitanus.*

Hæc Hæresiarcharum nomina in textu Gratiani 104 adhuc post Decreti correctionem desiderantur. Glossa margin. ibi *Nestorium, Maximum & Unicum* adjicit. De Nestorio egimus supra, cap. 15. numer. 36. De Maximo Episcopo Constantinopolitano agit Baron. *Annal. an. 379.* ubi Spondan. n. 5. A quo hæretico diversus est ille, qui contra Arianos Nicænæ Fidei egregius extitit propugnator, Hierosolymorum clarus Antistes, ut videre est apud Baron. & Spondan. anno 331. n. 2. anno 335. n. 8. & anno 341. n. 2. anno 347. n. 5. & anno 351. num. 9. quo è vita migravit, & ita non paucis annis anterior fuit altero Maximo, qui anno 379. creatus est Episcopus, teste post Baron. Spondano anno 379. n. 5. De quibus & aliis hæreticis, quorum hic mentio fit, consule allegatos supra, n. 98.

Ad Num. 13.

Inter Ecclesiasticos Scriptores recensentur Theodoretus Cyri Antistes, Socrates Presbyter Pistoriensis, & Hermius Sozomenus, qui seorsim singuli Ecclesiasticam Historiam ediderunt centum & viginti annos ferè complectentem ab eo tempore, quo Eusebius Cæsareensis finem suis lucubrationibus imposuit, quas ad annum ferè 320. perduxit. Socrates verò, & Sozomenus usque ad annum 439. scriplere, Theodoretus autem ad annum 427. Hæc secundum Baronii computationem anno 318. ubi Spondan. numer. 4. anno 325. num. 54. anno 427. num. 4. & an. 439. nu. 8. Gualter. in *Chronog. sec. 5. pag. 366.* Quam historiam prosequitur Evagrius ad annum 595. *Theatrum vitæ humanæ lit. H, pag. 59. vers. Historici Ecclesiastici, verb. Socrates Pistoriensis.* De his tribus Historiographis sæpe Baron. & Spond. ab anno 319. ad annum 453. Bellarm. de *Scriptor. Ecclesiast. sec. 5. anno 430. & 440.* Gualter. ubi proxime, Genebrard. in *Chron. lib. 3. pag. 441. versic. Socrates*, *Theatrum vitæ hum. d. verb. Sozocrates.*

Ibi: *Opera & studio Cassiodori.*

Eam triplicem historiam Græcè à suis autoribus scriptam Latinitati tradidit Epiphanius precibus Cassiodori, inter quos strictum amicitie vinculum intercesserat: ex quibus unam duodecim libris concinnavit, quæ *Triparsita* nuncupatur, Baron. anno 439. & ibi Spondan. nu. 8. Bellarm. *sec. 6. anno 530. verb. Aurelius Cassiodorus*, *Trithemius in Catalogo*, *Theatrum vitæ humanæ sup. Gualter. sec. 6. pag. 486.*

Fuit Cassiodorus vir moribus ac literis eximius 107 Regis Theodorici præceptor: functus est sublimioribus officiis, ac dignitatibus, extitit enim Cancellarius, Senator, Quæstor sacri Palatii, Consul ordinarius, Magister officiorum, Præfectus Prætorio, ac Patriciatus honore decoratus. Baron. anno 354. & ibi Spondan. num. 1. *Theatrum vitæ humanæ lit. R, pag. 149.* Quibus posthabitis in monasterium, quod ipse construxerat, se recepit, ubi Abbatem egit. Unde Magnus Aurelius Cassiodorus

rus vocitatur. Ejus opera recensent Bellarm. & Trithem. *sup.* Ultimam grandævus clausit diem: nam ad centum ferè annorum pervenit. Spondan. ex Baron. anno 362. num. 3. De quo Gualter. *d. pag.* 486. Genebrard. *d. lib.* 3. *pag.* 453. Trithem. *sup.* Theatrum vitæ humanæ *lit. M,* *pag.* 171. & *lit. R,* *pag.* 149. Floruit Caffiodorus sub Theodorico Rege Italæ, & Anattasio Imperatore, sicut ex Baronio, & aliis constat.

Verf. Cæterum de Authoribus.

108 Socratem ac Sozomenum in Novatianorum hæresim lapsos adnotant Bellarm. *sup. sec.* 5. anno 440. Baron. anno 56. ubi Spondan. num. 9. anno 439. n. 8. Gualter. *seculo* 5. *pag.* 366. Genebrard. *d. pag.* 441. ubi de Socrate tantum, qui etiam Origenista fuit. Spondan. anno 402. num. 5. Hinc est, ut haud pauca commenta sint in gratiam Novatianorum, quibus falsò miracula tribuunt. Spondan. *ubi proxime,* Genebrard. *d. pag.* 441. Sed & Sozomenus historiam suam denigravit laudibus Theodori Mopsuesteni Episcopi hæresiarchæ nefarii. Quod alia verò his authoribus fides adhibenda est, nisi ubi de mendacio convincuntur, siquidem Gelafius eorum scripta ut apocrypha non rejecit, quamvis Eusebium notaverit, de quo *suprà num.* 68. Ita ex Baron. Spondan. anno 439. num. 8.

Ibi: Qui & ipsius Theodoretæ fidem.

109 De Theodoro etiam fertur, aliquando Nestorii erroribus imbutum fuisse, sed postea resipuisse, ac encomia Theodoretæ Mopsuesteni perperam historię inseruisse, quem ita in delitiis habuit, ut vulgò putaretur Theodoretus ad hoc Theodoro nomen accepisse, Baron. anno 427. ubi Spondan. num. 4. & anno 432. num. 6. apud quos de illo multa usque ad annum 453. quo obiit Spondan. *eo anno numer.* 6. Theodoretæ lucubrations recensent Bellarm. *seculo* 5. anno 430. Trithem. *in Catalog.* Gennad. *de vir. illustribus,* Sixt. Senens. *in Bibliotheca sancta,* lib. 4. *verb.* Theodoretus, Gualter. *in Chron. sec.* 5. *pag.* 364. qui Theodoretum tuentur, ac sanctimonia floruisse, multa pro fide passum testantur.

Verf. Quem verò librum.

110 Cujus meminisse Sixt. Senens. *sup. lib.* 2. *verb.* Salomon, *verf.* Item & liberalius (quem se nunquam legisse fatetur) Possevin. *in Apparatu sacro,* tom. 3. *verb.* Salomon, *versic.* Fertur, Barbosa *in collectan. ad cap. Sancta,* nu. 27. *verf.* *Contradictio,* 15. *distinct.* Valcarcer. *in Epitome Jur. Canon. in d. cap. Sancta,* col. 44. *verf.* Passio Georgii.

Ibi: Nam de eo libro, qui pœnitentia Salomonis.

111 De quo mentio est apud disputantes de salute, vel damnatione Salomonis: quæstio quidem à pluribus exagitata, ut videre est apud Salian. *Annal. Ecclesiasticor. tom.* 3. *anno mundi* 3058. à n. 3. ubi triplicem classem authorum singulos referens constituit. Primam eorum qui, expensis utrimque rationibus, in ambiguitate resident: his accedit *D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

Cornel. à Lapide *sup. Proverb. Salomon. cap.* 30. *versic.* Sexto, ubi ait, divinâ providentiâ nos latere. Torniiell. *Annal. anno* 3059. ubi quod ita sentiunt majoris autoritatis DD. Secundam asseverantium Salomonem in æternum periisse, quod fusè probat Philipp. Abb. Præmonstratens. *tract. de damnat. Salomon.* Tertiam benignius sentientium, illum per pœnitentiam gratiæ Divinæ restitutum è vita migrasse, cui sententiæ cum plerisque subscribit Salian. *sup. num.* 25. Verùm & Cornel. à Lapide *sup.* refert ex Pineda, nuper in monte Eliberitano laminam esse inventam, ubi de Salomone lingua Mozarabum sic scriptum extabat: *Et flevit scelus suum vehementi fletu, & condonatum est ei.* De cujus scripturæ fide ambigitur, ut Cornelius ait.

S U M M A R I U M.

- 1 Leges Hispanæ Partitarum cur conditæ.
- 2 Temporis mentio fieri debet in initio: cujusque operis.
- 3 Alfonsus Rex fuit earum legum conditor.
- 4 Quis ex Regibus hujus nominis eas constitutiones ediderit.
- 5 Quare Sapientis cognomen meruerit, & quæ opera ejus nomine in lucem prodierunt.
- 6 Leges Partitarum quando promulgatæ, usuque receptæ.
- 7 De essentia legis non est temporis adscriptio.
- 8 Quo anno Rex Ferdinandus III. obierit, illique Alfonsus successerit.
- 9 Alfonsus in Regem Romanorum electus est.
- 10 Quando decesserit.
- 11 Annus hodie communiter inchoatur à Kalendis Januariis.
- 12 De temporis computatione quoad Partitarum leges.
- 13 De triplici annorum dinumeratione.
- 14 Varia annorum supputatio olim apud Romanos.
- 16 Varia annorum computatio apud diversas Gentes.
- 17 De computo annorum apud Hebræos.
- 20 Annus solaris quantum excedat lunarem.
- 21 Duplex anni initium Hebræis.
- 22 De mensibus Hebræorum.
- 23 Diluvium universale quando contigerit.
- 24 Qui annorum computus magis receptus.
- 25 De mundi ætatibus.
- 26 Valde discrepant Scribentes dum annos ab orbe condito dinumerant.
- 27 Christus quoto anno à mundi creatione ortus.
- 28 Excessu inter diversas annorum computationes.
- 29 Errores Chronologiæ, quæ est in præmio legum Partitarum notantur, & corriguntur.
- 31 Quam Chronologiam observaverint legum Partitarum compilatores.
- 32 Orbis quo anni tempore creatus sit.
- 33 Quid senserit Rex Alfonsus in dicta Chronologia.
- 34 Quo anni tempore universale diluvium cæperit, ac cessaverit.
- 35 Annus apud Hebræos non semper eadem die incipiebat.
- 36 Menses Macedonici.

- 37 Quid visum fuerit Regi Alfonso circa tempus diluvii universalis.
 38 Nabuchodonosor quando regnum adeptus.
 39 Philippus Rex Macedonum quo tempore regnare cæperit.
 40 Alexander Magnus quando successerit in regnum.
 41 De Era Cæsaris.
 42 De Arabum era.

De Chronologia, quæ est in præmio legum Partitarum.

C A P U T XVIII.

1 **I**nter cætera, quæ inducere Regem Alfonso, & ejus antecessorem Ferdinandum ad edendas leges, quas Partitarum nuncupamus, id præcipuum censetur, ut Romani Imperii subiectio penitus aboleretur, omni dominationis vestigio deleta: etenim legum observatio subditis duntaxat incumbit, quæ in exemptis frustra feruntur, *l. 12. tit. 1. part. 1. l. fin. §. Si enim, C. de legib.* Unde in *l. 6. tit. 4. part. 3.* cavetur, ut per illas leges, & non per alias causæ judicialiter decidentur, ubi Gregor. Lop. *gloss. 2.* animadvertit, id libertatis gratiâ constitutum, addens olim apud Hispanos capitis pœnam stabilitam esse in eum, qui Tribunalibus Imperatorum leges allegaret. Sic Romani ut Regum potestatem omnino extinguerent, leges Regias abrogarunt, *l. 2. §. 1. ff. de origin. Jur.* Sed ne, ut illi, Hispani incerto jure, aut consuetudinibus uterentur, leges proprio idiomate exaratas edi oportuit: quod opus egregium inchoavit Rex Ferdinandus, ejusque filius Alfonso perficit, qui etiam eadem fortè ratione instituit, ut in Regiis diplomatibus, tabulisque publicis usus linguæ Latinæ cessaret, qui antea frequentabatur, ex quo litterarum imperitia Hispanos invasit. Spondan. *in continuat. Annal. Baron. anno 1284. num. 1.*

Ibi: *Ut planè omnibus foret perspicuum.*

2 Ut operis antiquitas futuris sæculis innotescat, expedit ut tempus, quo conficitur, exprimatur, quemadmodum sacer Historiographus Moyses orbis creationem describens, à tempore exorditur, & qua die singula Deus ediderit, adnotavit, *Genes. cap. 1. in principio.* Evangelistæ itidem dum Christi opera enarrant, de tempore mentionem sibi faciunt.

Ibi: *Opus illud editum fuisse à Rege Alfonso.*

3 Alfonso suum conditorem ipsæ leges Partitarum prædicant apertissimè, sed & septem literæ, quibus primi tituli Partitarum inchoantur, Alfonso nomine simul junctæ exprimunt. Idem constat ex *l. 1. Tauri*, quæ est lex *3. tit. 1. lib. 2. Recopilat.* & observant Greg. Lop. *in prolog. Partit. gloss. 7.* Montalvus *ibidem, verb. Don Alfonso*, Bobadill. *in Politic. lib. 1. cap. 10. num. 35. vers. Y en nuestra España.* Cævall. *de cognit. per viam viol. gloss. 18. nu. 15. vers. Alfonso X.* Ritius *lib. 3. Reg. Hispan. Carrill. Annal. anno 1284. Theat. vitæ hum. lit. D, pag. 391. Garibay Hist.*

Hispan. lib. 13. cap. 9. vers. En este mismo año. Illescas Hist. Pontif. tom. 1. lib. 5. cap. fin. vers. D. Alfonso.

Hunc Regem Alfonso quidam nonum, quidam decimum, & alii undecimum dicunt, ut advertit Garibay *sup. cap. 7.* Bobadilla *ubi proximè*: quæ varietas in ipsarum Partitarum editionibus reperitur, sed frequentius decimus vocatur. Fuit filius Ferdinandi III. cognomine Sancti, cui in regno Castellæ ac Leonis successit. Spond. *ubi sup. ann. 1252. num. 9. Garibay d. cap. 7. Gualter. in Chronog. sæc. 13. pag. 679. Carrill. anno 1252. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 99. Greg. Lop. & alii pronuper dati.* Natus est ex conjugè Ferdinandi Beatrice, filia Regis Portugalliæ Dionysio. *Theat. vitæ human. ubi proximè, Carrill. sup. Marian. lib. 13. cap. 8.*

Sapiens Alfonso cognominatus est, quia admodum literarum studiosus, & peritorum operâ usum edidit volumen Fori legum, leges Partitarum, Historiam Hispaniæ ad tempus usque patris sui, & tabulas Astronomicas, quæ vulgò Alfonso nuncupantur. Greg. Lop. & cæteri Jurisperiti prælaudati. Spondan. *sup. & anno 1284. nu. 1. Montal. sup. for. leg. in princip. Garibay d. vers. En este mismo año, Theat. vitæ human. lit. D, pag. 391. Illescas sup.*

Est tamen observandum, Partitarum leges, etsi à Rege Alfonso X, editæ dicantur, non tamen ejus nomine promulgatas, nec usu receptas esse usque ad tempora Regum Catholicorum Ferdinandi V. & Elizabethæ, à quibus illis legum vis, & authoritas tribuitur, *l. 1. Tauri*, quæ est lex *3. tit. 1. lib. 2. Recopilat.*

Ibi: *Cæptum autem anno quarto.*

Greg. Lop. *in prolog. Partitar. gloss. 23.* circa hujusmodi temporis mentionem observat ex Baldo, non esse de substantiâ legis vel statuti, ut tempus, quo conditur, apponatur: quod comprobatur ex plurimis legibus Codicis, quæ sine die & Consule existunt: Quamvis in publicis instrumentis ad validitatem temporis appposito desideretur tam de jure communi, quam Regio Hispaniæ, *l. 54. tit. 18. p. 3.* ubi Greg. Lop. *gloss. 2. l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop. D. Covarr. Practicar. cap. 20. num. 2. Parlador. quotidianar. lib. 2. cap. 20. num. 1.* quod in Chirographis, seu privatis instrumentis necesse non est, *cum tabernam, §. idem quesit, ff. de pignor. D. Covar. Pannonitan. & Tiraquell. apud Parlador. sup. cap. fin. §. 5. nu. 6. & 7.*

Ibi: *Ferdinandus tertius pater Alfonso.*

Obiit Ferdinandus tertius Hispali, quam à Saracenis recuperaverat, die Jovis Trigesima Maji, anno 1252. Spondan. *eo anno, num. 9. Carrill. eod. anno, Garibay sup. cap. 6. in fin.* ac die sequenti in eadem civitate Alfonso solemniter patri suffectus est, ut ex aliis refert Garibay *cap. 7. in princ.* quod annum omnes conveniunt, eum regni suscepisse clavum anno Christi 1252. ut præter hîc laudatos observant Raynald. *in continuat. Annal. Baron. tom. 13. anno 1252. num. 32. Cævall. sup. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 99. Illescas d. cap. fin. vers. Don Fernando, Marian. d. cap. 13.*

Alfonso in Regem Romanorum electus est, unde Imperator aliquando vocatur, sed imperiali dia-

diademate non est insignitus; nam cum ad id ex Hispania profectus cum exercitu fuisset, inter itinerandum se deceptum agnovit, & rediit Garibay. *lib. 13. cap. 8.* & de hujusmodi electione testantur dati supra, *nu. 3.* & Marian. *Hist. Hisp. lib. 13. cap. 10. & 22.*

- 10 Idem Rex in fata concessit anno 1284. die 21. Aprilis, cui successit Sancius IV. ejus filius, Bravus cognominatus, Garibay *cap. 16. & seq.* Spond. *anno 1284. nu. 1. & 2.* Cævall. *d. gloss. 18. nu. 15. vers. Sancho quarto*, Theat. vitæ hum. *lit. M, pag. 99.* Marian. *Histor. Hispan. lib. 14. cap. 7. & 8.* Carrill. supra, *anno 1284.*

Ibi: *Quod nos scripsimus lib. 1. variar. cap. 12.*

- 11 Ubi nonnulla prænotavimus circa anni initium *num. 10.* & ibi usu apud Hispanos pro temporum varietate recepto. Verum hodie apud omnes gentes, quæ moribus, ac legibus politice reguntur; annus à Kalendis Januariis inchoatur. Unde Baronius, & post eum Spondan. *in Epitome, anno 34. num. 88.* & alibi, profitetur se more majorum annos à Kalendis auspiciari, Gutier. *de gabell. q. 143. nu. 4.*
- 12 Circa computationem Regis Alfonso quoad initium sui principatus, illud compertum est, annorum principium à Kalendis Januariis constituisse; quia si ab Incarnatione Domini auspicaretur, non poterant supra annos 152. dies labi, cum à die 25. Martii ad 31. Maji, quo Alfonso regnare cœpit, 67. dies dinumerentur duntaxat. Similiter si computaretur à die Dominicæ natiuitatis, dies 157. aut 158. præterierunt usque ad ultimam diem Maji. Constat igitur Alfonso Regem annos à prima Januarii die auspiciatum, quod tunc temporis in Hispania observari præmissimus supra *lib. 1. cap. 12. num. 10.* Sed adhuc superest dubium, quia à Kalendis Januarii usque ad diem 31. Maji, 150. dies intercedunt, & hoc manifestè apparet, cum Rex asserat, ukra annos 150. dies lapsos juxta Eram Cæsaris usque ad initium regni sui: anni autem Cæsaris qui Juliani dicuntur, à Kalendis Januarii incipere, nemini dubium est: Cur ergo dicitur in prologo Partitarum, de quo agimus, secundum Eram Incarnationis initium regni contigisse 152. diebus supra 1251. annos? Quid in causa fuit, ut duo adderentur dies computationi juxta Cæsaris Eram, si utraque ab eodem die incipit: Hujus discriminis ratio præterit, nisi ad depravatam textus literam confugiatur.

Verf. Caterum in eadem præfatione.

- 13 Baronius, & ex eo Spondan. *in Appar. ad Annal. Ecclesiastic. num. 36.* præmitti, quondam Ecclesiam, ac Sanctos Patres, quorum plures recenset, in computatione annorum septuaginta Interpretum sententiam amplecti. Est autem triplex annorum computus ab orbe condito, nempe LXX. Interpretum Hebræorum, & Origenis ac Eusebii, ut videre est apud Ant. Cont. *in Chron. canon.* ubi quantum discriminis inter eos reperitur, apparet. De hoc paulò inferius D. Covar.

D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

Ad Num. 2.

Triplex apud Romanos fuit annorum supputatio; ut D. Covar. obiter admonet; etenim Romulus jam ab urbis primordiis annos instituit singulos ex 304. diebus, quos in decem menses in hunc modum distribuit. Martius, à quo exordiebatur annus 31. continebat, Aprilis 30. Majus 31. Junius 30. Quintilis 31. Sextilis 30. September 30. October 31. November 30. December 30. licet alii existiment Romuleum annum in duodecim menses sectum ex 355. diebus constituisse.

Sed cum præfata Romuli institutio nec solis 15 cursus, nec lunæ rationibus conveniret, contingebat, ut frigus æstivis mensibus, & contra æstas hyemalibus adveniret. Hæc Numa corrigere conatus annum ad duodecim menses protelavit, inter quos 355. dies divisit, novos menses vetustis præponens, & Januarii anni initium constituens, qui quidem 29. dies complectebatur, Februarius 28. Martius 31. Aprilis 29. Majus 31. Junius 29. Quintilis 31. Sextilis 29. Septemb. 29. October 31. November 29. December 29. quos duodecim menses totidem lunationibus æquè respondere Numæ visum est. Temporum tamen lapsu Romani Græcos imitati quibusdam intercalationibus utebantur, ut annum Numæ solis cursui adæquarent, unde subsequerentur absurda: quapropter Julius Cæsar decem dies veteri anno ac quadrantem adjiciens, annum ab eo Julianum dictum instituit 365. dies ac quadrantem continentem; nam tantum temporis labitur dum sol circuit Zodiacum, & ad signum è quo exit, regreditur, quod jam antea Ægyptiis compertum erat. Ex quadrante unus dies singulis quadrienniis efficitur, qui ultimo quadriennii anno intercalatur, & adjicitur ante quinque postremos dies Februarii, & bissextilis nuncupatur & annus in quem incidit Bissextilis: quod similiter & nunc observatur. Ita cum pluribus Joan. Rosin. *de antiquitatib. Romanis lib. 4. cap. 1. à princip. Læl. Gyrard. lib. de anno, mensib. & dieb. Ald. Manut. lib. 1. de quæst. per epistol. epist. 1. Cornel. à Lapid. sup. Exod. cap. 12. vers. 1. §. Ubi obiter, Salian. Annal. Ecclesiastic. tom. 4. anno 3342. n. 2. Theat. vitæ hum. lit. A, pag. 460. vers. Romulus, & vers. Numa, Ovid. lib. 1. Fastor. ubi ita canit:*

*Tempora digereret cum conditor urbis in anno,
Constituit menses quinque bis esse suo.
Martis erat primus mensis, Venerisque secundus:
Hæc generis princeps, ipsius ille pater.
Tertius à senibus, juvenum de nomine quartus,
Quæ sequitur numero turba vocata fuit.
At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras,
Mensibus antiquis, præposuitque duos.*

Circa præmissam annorum institutionem admonendi sumus, esse controversum, an Romulus in duodecim menses annum distribuerit, ut videre est apud Salian. & Rosin. *ubi proximè.* At quomodocunque sit, ea Romuli distributio brevi sublata est, quia Numa anno sui Imperii 3. & ab urbe condita 41. annum aliter, ut dictum est, digessit. Salian. *ibidem*, qui ita perstitit usque annum mundi 4009. Urbis conditæ 708. aut 709. Cæsaris 4. qui fuit primus Julianus: Salian. *tom. 6. anno 4009. n. 1.* Theat. vitæ hum. *sup. verb. Numa*, & usque ad tempora nostra ubique gentium in usu est. Tamen Julianum annum emendavit Augustus anno mund.

Qq 2

4046.

4046. Salian. *eo anno*, n.2. & 3. tom.6. Theat. vitæ hum. lit. A, pag. 461. Rosin. d. cap. 1. vers. Sed hunc quoque errorem, quoniam Sacerdotum incuriâ bissextus perperam intercalabatur, non anno ultimo quadriennii cujusque, sed sequenti, idèdque Imperator jussit, ut duodecim annis proximis futuris nullus intercalaretur dies ex quadrantibus. Tandem Gregorius XIII. Pontifex annum reformavit, erroremque ex cursu solis proveniente, novo Calendario edito, sustulit, detrahens mensi Octobris anni 1582. decem dies, ita ut dies quintus numeraretur, de quo in l. 11. tit. 15. lib. 5. Recopilar. Theat. vitæ hum. supra, pag. 467. Illescas Hist. Pont. tom. 3. in Greg. XIII. cap. 62. Torriell. Annal. præfat. nu. 11.

Ibi: *Tametsi varia fuerit apud plerasque gentes annorum ratio.*

- 16 Multifariam annus institutus fuerat quondam apud diversas gentes, tum quoad initium, tum quoad dierum numerum, ut videre est apud Corn. à Lapid. d. vers. Ubi obiter, Torriell. Annal. princ. Æic 6. n. 41. Theat. vitæ hum. lit. A, ex pag. 459. Et lit. M, pag. 418. cum aliis Athenienses annum auspiciabantur à solstitio æstivo, Asiatici ab æquinoctio autumnali, Arabes & Damasceni ab æquinoctio verno, Romani ante Numam ab eodem æquinoctio, post Numam à meridie Calendarum Januarii, ex Julio Cæsare à media nocte ante Calendas, ut habetur in Theat. vitæ hum. d. pag. 459. & ita hodie observatur. Ægyptii à Mense Thoth, qui nostro Septembri convenit: Persæ à mense Fordimech, Theat. vitæ human. lit. M. pag. 418. Omnes ferè annum in duodecim menses solares aut lunares distributum habebant, sed quoad dierum numerum discrepabant. De Hebræis latius statim differetur. Illud est observandum, annos ante diluvium nostris æquales ferè fuisse, ut probat Torriell. anno 131. nu. 5. & anno 1656. n. 24. & 25. qui d. n. 6. ait, annum apud Arcadas trimestrem, apud Ægyptios quadrimestrem esse.

Ibi: *Sed & apud Hebræos annus solaris erat.*

- 17 De anno Hebræorum eruditè suo more differit Salian. tom. 2. anno 1544. à num. 91. Constabat igitur annus Hebraicus ex 365. diebus, & duodecim mensibus, qui menses totidem lunationibus respondebant. Sed quoniam luna cursum suum peragit diebus 29. horis 12. & 793. particulis horæ, quæ 1080. particulas continet, lunaris annus 354. diebus conficitur, quibus undecim dies adjugebantur ab Hebræis, ut solari anno æquaretur, qui secundum Ægyptios 365. dies habet, ex his undecim diebus mensis unus efficiebatur nomine Veadar, id est secundus Adar, quia ultimus mensis Hebræorum Adar appellabatur. Cornel. à Lapid. ubi sup. dict. vers. 2. in princip. 7. qui ultimo cujusque triennii anno in fine adjugebatur, qui embolismaris dicitur; sed tres dies factem restabant, nam menses Hebræorum ferè alternatim 29. aut 30. dies habuere, qui 30. continebant, pleni, qui 29. deficientes & cavi vocabantur. Salian. ubi sup. & schol. 7. ad eundem ann. & anno 2545. num. 4. Cornel. à Lapid. loc. præcit. Mariana de die mart. Christi, Theat. vitæ hum. lit. A, pag. 460.
- 18 Ex quibus discerni poterit, quomodo exaudiri debeat D. Covar. dum docet, Hebræorum annos

fuisse solares qui 365. diebus terminantur. Salian. d. schol. 7. illisque usi sunt Persæ, Assyrii, Chaldaei, & Ægyptii, qui singulis ex duodecim mensibus 30. dies consignarunt, & quinque reliquos in fine extremi mensis addiderunt. Theat. vitæ hum. ubi proximè. At Hebræi in anno auspiciando, ac totius ejus periodo ad lunæ motum respiciebant, cujus cursu duodecies peractio, annus absolvebatur, & sic 354. diebus, horis 8. particulis 876. Salian. d. schol. 7. qui sanè lunaris est annus. Et hæc de annis communibus: illi verò, qui embolismares erant habentes tredecim lunationes, saltem 338. dies comprehendebant. Salian. anno 2544. num. 93. quare solarem non parum excedunt, unde nullus Hebræorum annus constat 365. diebus, ut possit solaris nuncupari. Tamen si anni perpendantur ad triennium reducti, dici quodammodo solares possunt; nam per adjunctionem mensis Veadar ad solis cursum reducuntur, etsi cum aliquo discrimine, qui tres anni solares efficiunt 1095. dies, & triginta septem lunationes triennii Hebraici producant 1092. dies, 15. horas, 181. particulas, cui duntaxat defunt dies duo, horæ octo, particulæ 899. ut triennio solari omnino respondeat. Et hoc sensu annos Hebræorum solares dici absurdum non est, quia si inter tres annos dividantur dies lunationum 37. quisque ferè 365. dies complectetur. Sed annos Hebræorum lunares vocant Salian. tom. 1. anno 1656. num. 6. Cornel. à Lapid. sup. Exod. cap. 12. vers. 2. Torriell. sup. ann. 2544. n. 9.

Ibi: *Aut octavo quoque anno tres mensis.*

De hoc embolismo, seu intercalatione mensium 19 octavo quoque anno; consule Theat. vitæ hum. ubi proximè, Salian. d. schol. 7. ubi fusè de pluribus embolismis Hebræorum.

Ibi: *Quia solaris annus lunarem excedit.*

Si vera sunt, quæ ex Saliano hucusque tradidimus de diebus quibus luna suam conficit periodum; & consequenter de numero dierum anni lunaris, hæc sententia evidenter est veritati contraria, quia lunaris annus 8. horas, & 876. particulas præter 355. dies habet, quæ ex undecim diebus; & quadrante detrahi debent: ideoque Salianus d. schol. 7. aliter supputans ait, solarem annum majorem esse lunari 10. diebus, horis 21. particulis 204. Præterea est animadvertendum, quod ex Petavio asseruimus supra, lib. 1. cap. 12. num. 8. annum tropicum, seu solarem minorem esse Juliano, & qui illo utebantur quadrantem minimè computarunt ante Julii Cæsaris institutionem, sed 365. dies tantummodo. Theat. vitæ hum. dict. pag. 460. vers. Ægyptii. Unde excessus anni à D. Covar. traditus, ad annum Julianum referebatur, sed adhuc ex supra dictis verus non est.

Ibi: *Hujus verò anni initium.*

Duplex initium anni Hebræis fuit, primò enim 21 illum auspiciabantur ab æquinoctio autumnali, à mense scilicet Tisri, qui in nostrum Septembrem incidebat; aut in Octobrem pro parte. Verbum autem Tisri; Chaldaicè, initium interpretatur, huncque usum dum in captivitate fuerunt; ab Ægyptiis mutuatum observarunt Israëlita, sed adveniente libertatis tempore jussi sunt ut annum à mense

à menſe Niſan inchoarent, *Exod. cap. 12. verſ. 2. his verbis: Menſis iſte (id eſt, Niſan) vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni.*

Quod præceptum eſt anno mundi 2544. atque ita ex tunc ſacer annus exordiebatur à Niſan quoad feſtorum celebritates, & alia quæ ad cultum divinum ſpectabant. Tamen quoad commercia & profanos uſus Tiſri menſis primus cenſebatur. *Salian. tom. 2. anno 2544. num. 91. Cornel. à Lapid. in d. cap. 12. Exod. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 418. & pag. 420. Torriell. in Annal. princip. die 6. num. 41.* Alia diviſio anni Hebræorum reperitur, in hiftoricum ſcilicet, & politicum ſive œconomicum: ille exordiebatur à plenilunio proximioſe verno æquinoctio, & per ipſum ſeries annorum Hebræi numerabant, & notabant hiftorias: hic, id eſt politicus, incipiebat poſt meſſem, & vindemiam collectam, à prima die menſis ſeptimi anni hiftorici. Ita habetur apud *Theat. vitæ hum. lit. A, pag. 460. in princip.*

Ibi: Unde Niſan primus menſis Hebræorum.

22. Menſis Niſan, partim incidebat in hoſtrum Martium, partim in Aprilem regulariter: poterat tamen toto elapſo Martio incipere ſecundum varietatem lunationum. *Salian. ubi proximè n. 96. Torriell. ubi proximè, Theat. vitæ hum. lit. A, pag. 459.* nam annus Hebræorum, & conſequenter menſis iſte inchoabatur à plenilunio propinquoſe æquinoctio verno; quod advenit cum ſol in arietem ingreditur. *Salian. ibidem, Cornel. à Lapid. ſup. Theat. vitæ hum. ubi nuper, & lit. M, pag. 418.* Nomina menſium Hebræorum habentur apud *Cornel. à Lapide verſ. In menſibus anni, Salian. anno 2544. num. 93. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 418. & pag. 420. cum ſup. ubi latè de ſingulis, Carrill. Annal. fol. 9. verſ. Adam Torriell. anno 2544. num. 12.* Sunt autem hæc, ſuo ordine ſervato, Niſan, Fiar, ſive Zio, Siuvan, Tammuz, Ab Elul, Bul, Cefcauleu, Huet, Sabbath, Ador, Veadar, qui menſis decimus tertius, ſicut ſuprà prænotatum relinquitur.

Ibi: Ex quibus deducitur, Hebræoſi

Vide ſup. num. 18.

Ibi: Eſt & hac temporum ratione obſervandum.

De quo ſuprà, *num. 13. & Aaron. in apparatu, num. 118. ubi Spondan. nu. 36. Torriell. in præfat. Annal. ex nu. 8.*

Ibi: Igitur ab Adamo ad diluvium:

23. Univerſale diluvium contigit anno ab orbe condito 1656. quod ſecundum Hebræorum chronographiam communiter, maxime à neotericis receptum eſt, ac tenent præter eos, quos dedimus ſuprà, *lib. 1. cap. 12. num. 5. Salian. Annal. Eccleſ. tom. 1. ann. 1656. num. 4. Torriell. eod. anno, Cævall. de cognit. per viam violent. gloſſ. 18. num. 89. Carrill. Annal. anno 1656. Genebrard. lib. 1. Chron. eod. anno, Bellarm. in Chron. an. 1656.*

Ibi: Juxta LXX. verò Interpretes.

Hoc diſcrimen apparet ex chronicis canonibus Ant. Contii, ubi triplicem chronologiam exhibet. Olim quidem plurimi ſupputationi Septuaginta Interpretum ſubſcribere, quos recentent Baroniſus & Spondanus in *Apparatu, ubi proximè.* Sed recentiores Hebræorum computum magis amplexi ſunt, ut quoad tempus diluvii conſtat ex pronuper laudatis.

Ibi: Ex quibus & illud conſtat.

Prima mundi ætas diluvio univerſali terminatur, quæ ab Adamo inceperit. Secunda exorditur à diluvio, & ad ortum Abrahæ protelatur, ut videre eſt apud Torriell. & Ant. Contium. Licet autem Septuaginta Interpretum computum nec quoad ſecundam mundi ætatem neoterici ſequantur, eſt tamen inter eos circa ortum Abrahæ diſſenſus; nam Torriell. *anno 2039. num. 1.* ex pluribus probat Patriarcham eo anno in lucem editum, cui accedit *Salian. tom. 1. eod. anno, num. 1.* ſecundum quos Abraham eſt natus anno à diluvio 383. atque ita diſcrepant à D. Covar. annis 91. qui aſſerit, ortum Abrahæ 292. annis poſt diluviū eveniſſe. Vide Ant. Cont. *ſup. in fin. ſecundæ ætat. Cævall. d. gloſſ. 18. num. 90. Carrill. cum pluribus anno 1978. Pererium ſup. Genef. cap. 6. num. 26. Cornel. à Lapid. d. cap. 6. Genebrard. ſup. in princip. tertie ætat. Bellarm. in chron. ann. 1978. Theat. vitæ hum. lit. T, pag. 73.* apud quos variæ ſunt opiniones; quod adnotat Carrill. *ſuprà.*

Ibi: Quæ ratione fit, ut in annorum numero.

Ita apparet ex chronicis canonibus Ant. Contii, & ſecundum ſupputationem Eufebii, & Origenis, quæ ab ipſo traditur, exceſſus eſt annorum 1238.

Ibi: Hinc ſanè ſuboritur maxima differentia.

Aded inter ſe diſſident Eccleſiaſtici Scriptores, ac chronographi, dum numerant annos ab Adamo ad ortum Chriſti, ut quod verofimilius ſit dignoſci non poſſit; ſunt enim tot capita, quot ſententiæ, ut poſt Baroniſum ait Spond. in *Apparatu, num. 36.* quare uterque proprium iudicium aperire renuens, aliorum placita prodiſt, ſatisque erit, ſi nos idem præſtiterimus recententes in primis Petavium, quem ſequuti ſumus ſuprà, *lib. 1. cap. 12. num. 9.* qui opinatur Chriſtum natum anno mundi 3984. cui aſſentitur Bellarm. in *Chron. Perer. ſup. Daniel. anno 4022.* cui adhærent Card. Baron. in *Appar. num. 118.* & ibi Spondan. *num. 36.* Gualter. in *Chronog. princip.* Torriell. *Annal. anno 4051.* cui fere convenit *Salian. tom. 6. anno 4052. Gordon. in chron. ann. 4001.* quem ſequitur Carrill. in *princ. ſextæ ætat.* Cornel. à Lapid. in *Pentateuch. anno 1951. Genebrard. in Chron. lib. 1. etat. 5. in fin. anno 4121. Maldonat. in Chron. univerſ. tract. de nativ. Chriſti, anno 3955. Greg. Lop. in prolog.*

prolog. Partitar. gloss. 24. num. 3961. ut inferius probabitur.

Ibi: *Ultimo anno Olympiados centesima.*

- 27 Communiter placet Christi natalem incidisse in Olympiadem 194. sed diversitas adest circa annum ultimæ Olympiadis; nam quidam tenent fuisse secundum, ut Baron. in appar. n. 102. ubi Spondan. num. 31. Torniell. anno 4051. nu. 11. Alii tertium, ut Salian. tom. 6. anno 4052. num. 24. Pontac. in not. ad Chron. Eusebii, Carrill. sup. Alii denique quartum & ultimum Olympiadis, Maldonat. sup. Unde Olympiades sint ita dictæ, & à quo tempore per illas Græci annorum seriem numerare cœperint, traditur sup. lib. 1. cap. 12. nu. 3. de quo Salian. anno 2849. nu. 42. & anno 3278. nu. 43. Torniell. eisd. annis. De anno, de quo Christus est natus, ab ortu Abrahæ, Moyse, Davide, ab Urbe condita, ab Imperio Romano, ab Augusto, vide Carrill. sup. Marian. Hist. Hisp. lib. 4. cap. 1. & alios numero proximo laudatos, & quæ diximus d. cap. 12. nu. 9.

Ibi: *Unde numerus annorum.*

De hujusmodi differentia vide chronicos canones Ant. Contii, & quæ observat Greg. Lop. dict. gloss. 24.

Ad Num. 2.

- 28 Eusebii supputationem tradit Ant. Cont. sup. ex quo patebit error, & varietas, quam D. Covar. Regi Alfonso objicit. Chronographia LXX. Interpretum excedit Eusebianam 130. annis usque ad adventum Christi, & hæc Hebræorum 1246. ut ex Ant. Contio deducitur. Adde Torniell. anno mundi 131. num. 5.

Verf. Hæc tamen adduximus.

- 29 Hunc errorem circa annorum computationem agnovit Greg. Lop. d. gloss. 24. ubi late eum demonstrat, ac tandem legendum putat anno 5216. Sed in fine ejusdem glossæ concludit ab Adamo ad initium Regis Alfonsi numerandos 5213. ex quibus si demantur 1252. anni, qui à Christo nato ad regnum Alfonsi præterierunt, restant 3961. quos ab Adamo ad natalem Christi lapsos sentit Greg. Lop. Hebraicæ veritati subscribens, à qua supputatione D. Covar. non dissentit, quandoquidem ait, ferè ducentos annos addendos illis, quos Alfonso secundum præfationis literam enumerat ab Adamo ad sui Principatus exordium, nempe 5022. nam Greg. Lop. 101. adjicit, ut patet ex præmissis.

Ad Num. 3.

- 30 Hunc itidem lapsum animadvertit Greg. Lop. ubi sup. quem ita corrigit, ut non 4353. annos, sicut in textu dicitur, sed 3856. legendum sit, qui à diluvio ad regnum Alfonsi fluxerunt. Sed in fine glossæ resolvit cum Hebræis 2. præterierunt 3557. unde detractis 1252. annis, qui inter nativitatem Domini, & Alfonsi regnum lapsi sunt, supersunt 2305. qui numerantur à diluvio ad Christi adventum juxta supputationem istam. Sed Carrill. sup. 2340. numerat annos.

Ibi: *Quod si quis dixerit Regem Alfonsum.*

Verosimile quidem est, quod Alfonso Eusebii chronologiam amplecteretur, quia dum agit de era Adami, profitetur Hebraicæ adhærere supputationi, sed in era diluvii se Romanis annis ulum asserit, atque ita diversam temporis rationem observat in priori ac in posteriori supputatione, quæ Eusebiana videtur, cum huic magis accedat Alfonsi Chronologia, quam LXX. Interpretum: siquidem Eusebius numerat ab Adamo ad Christum 5199. annos, teste D. Covar. sup. num. 2. ex quibus si deducantur 2242. ab Adamo ad diluvium, juxta ejusdem Eusebii opinionem, ut habetur in Theatro vitæ hum. lit. A, pag. 493. restant 2957. His jungendi sunt anni 1252. à nativitate Christi ad regnum Alfonsi: unde deducitur secundum Eusebium, à diluvio ad initium principatus Alfonsi præterierunt 4309. annos, in præfatione verò assignantur 4353. atque ita excessus est 44. annorum duntaxat, qui modicus est, cum de tam longa annorum serie tractetur; nam & inter Authores, qui Hebræos sequuntur, circa annos nativitatis Christi majorem diversitatem vidimus supra, nu. 26.

Verf. In his verò duobus.

Quæstio haud parum est controversa, à quo anni tempore orbis suum cursum auspicietur. Sunt quidem diversæ sententiæ, in quibus duæ autoritate, & fundamentis eminent. Una asserit, mundum conditum æquinoctio autumnali, aut circa illud, quam pluribus laudatis tuetur Torniell. in princip. Annal. die 6. nu. 41. cum aliis. Altera communior sustinet Adami tempora ab æquinoctio verno numeranda; nam die Dominica, 25. Martii orbis creatus est, ut habetur definitum in Concilio Palæstino sub Victore Pontifice habito anno 198. cui Theophilus præfuit, ut est apud Cornel. à Lapid. sup. Genes. cap. 1. verf. 12. §. Sed respondeo. Idemque habetur apud Virgil. Georg. lib. 2. ibi:

— *Ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.*

Quem dat Cornel. ibidem, præter quem sic tenent Pat. Suar. de oper. sex dier. lib. 2. cap. 7. num. 17. Salian. fusè differens in Appar. Annal. cap. 4. ex num. 5. Pat. Molin. de oper. sex dier. dist. 14. Carrill. Annal. anno 1. mundi, Maldonat. in Chron. univers. tract. 1. §. 35. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 771. omissis pluribus, quos recensent Salian. Carrill. Maldonat. & Torniell. sup. qui num. 38. rectè monet, fieri non posse ut ubique terrarum uno eodemque tempore fuisset ver, æstas, autumnus, aut hiems: siquidem compertum est, in Arcticis regionibus hiemem esse, cum in Antarcticis est æstas: sed quæstio est juxta illud orbis clima, in quo Paradisus est constitutus.

At Rex Alfonso nullam ex his opinionibus amplexus est; nam juxta dictam præfationem, facta supputatione dierum, initium orbis constituit die 18. Augusti, & sic tempore æstivo: quod etsi aliqui teneant, communiter rejicitur, ut videre est apud nuper adductos. Illud est observandum, Regem hunc minimè fuisse sequutum Hebræos, ut D. Covar. paulò inferius, num. 4. ad fin.

fin. monet, cum Hebræi, vel ab æquinoctio verno, vel ab autumnali annos suos auspiciarentur, ut præmissum est supra, num. 21.

Ibi: *Eadem propè ratione.*

34 Diximus supra, lib. 1. cap. 12. num. 5. post cataclysmum Noe cum suis ex arca exivisse anno 1657. die quinta Decembris. Sed altera est opinio magis recepta, quæ habet diluvium tempore verno contigisse, mense scilicet Majo, & die Dominica incepisse, ac cessasse. Sunt qui hæc ad Januarium referant, ab Hebræis Sabbath dictum, de quibus Torniel. *Annal. anno 1657. n. 3.* Cornel. à Lapid. *in Genes. cap. 7. vers. 11.* Salian. *in Appar. Annal. cap. 4. num. 14. & anno 1656. nu. 18.* Genebrard. *in Chron. lib. 1. etat. 2. in princip. vers. Probabilius,* Carrill. *Annal. etat. 2. anno 1656.* qui omnes, & alii putant, cataclysmum mense Aprili, vel Majo inchoatum, & anno sequenti sub idem tempus defuisse, quia Noe 365. diebus, quibus aliqui decem addunt, arcâ inclusus est. Salian. *anno 1657. num. 5. & 6. tom. 4.* Ex quibus colligitur, Regem Alfonso illis adhæsisse, qui sentiunt, diluvium supervenisse stationi hiemali, quia à mense Februario dies supra annos integros numeravit. Hujus Chronologiae authores dat Cornelius *ubi sup.* in quibus est Torniel. *anno 1656.* Id compertum est, quod D. Covar. observat, Hebræos à diluvio annos dinumerasse, ut cum aliis dixi *d. cap. 1. num. 4.* Supputatio verò Alfonso ab Hebræis sumpta non est, qui nunquam annos à tempore hiberno sunt auspiciati, sed à vere vel autumnio.

Ad Num. 4.

35 De duplici initio anni Hebræorum actum est supra, nu. 21. Illud tamen adjicere placet, nam etsi Hebræi annum ordirentur à mense Tisri, ut ibi assertum est, id fallebat cum remotior ab æquinoctio autumnali inveniebatur, quam Bul, seu Marchesvan, qui nostro Octobri comparatur; nam ab hoc, non ab illo annus inchoabatur. Cornel. à Lapid. *sup. Exod. cap. 23. vers. 16. §. Cæpit ergo.*

Ibi: *Hæc Josephus, apud quem Dium mensem.*

36 Nomina mensium, tam Macedonum, quam aliarum gentium, extant apud Theat. vitæ hum. *verb. Mensis.* ubi ordine, quo utimur, sunt collocati, ita ut primus nostro Januario respondeat. Menses igitur Macedonici sic nuncupantur: Audinaus, Gerithios, Dystrus, Xanthicus, Artemisius, Decius, Panonicus, Lous vel Dorus, Gorpizus, Hypathæretæus, Dius, Apellæus. Ex qua serie constat, Dium Novembri convenire, Decium Junio, & Xanthicum Aprili, ut D. Covar. tradit: cumque annus Macedonum exoritur à Dio, qui est November, ultimus est Hypothæretæus, id est October. Adde Cornel. *in Exod. cap. 12. vers. 2.* ubi ait, Nisan Græcè Xanticum dici: quod verum habet, quia hic mensis, sicut anni initium, partim in Martium, & in Aprilem partim incidebat, imò aliquando in Aprili inchoabatur, ut alibi diximus.

Ibi: *Hinc apertissimè deducitur.*

Hoc extra dubium esse videtur, quia Rex Alfonso minimè usus est circa eram diluvii Chronologia Hebraica, nec quoad annos, cum Romanos se observasse testetur; nec quoad dies, siquidem Hebræi annos à Februario non auspiciabantur: potuit tamen amplecti opinionem sentientium, cataclysmum sub Januarium cœpisse, propter utriusque mensis proximitatem, de quo jam supra, nu. 34.

Ad Num. 5.

De era Nabuchodonosoris videndi Torniel. *in 38 annal. anno 3429. num. 1. & 2.* Carrill. *in Annal. anno 3411.* ubi quod regnavit 44. annis, habuit successorem filium Evilmerodac, & post hunc subrogatus est Balthasar. Salian. *tom. 4. anno mundi 3429. ante Christum 624. n. 7.* qui juxta suum computum hoc anno regni gubernaculum suscepisse Nabuchodonosorem asserit, licet alii renitentur. Admissa hac supputatione, annis ante Christum si jungantur 1252. qui lapsi sunt à natali Domini ad regnum Alfonso, sunt 1876. anni ab initio regni Nabuchodonosoris ad exordium principatus Alfonso, qui *in præfat. Partitarum 1998. annos ac 90.* dies enumerat, & D. Covar. 1866. supputat, qui à Saliani & nostro computo decem annis duntaxat discrepat, Alfonso verò ab illo 132. annis, à nobis 122. dissentit. Nota duplicem fuisse Nabuchodonosorem: senior autem regnare cæpit in Babylonia anno mundi 3408. junior verò 3429. (de quo hic est sermo.) Torniel. *anno 3408. n. 1. & anno 3429. nu. 1. & 2.*

Verf. Ex Philippo denique.

Ait Alfonso se in regno Castellæ, ac Legionis 39 successisse anno à Philippo Macedonum Rege 1564. ac 24. diebus: quò loci errorem subesse D. Covar. demonstrat. De Philippo agunt Genebrard. *in Chron. anno 3526.* Carrill. *anno 3649.* Torniel. *anno 3694.* Salian. *eod. anno, n. 1.* Diodor. *lib. 16. Justin. lib. 7. & 8.* Theat. vitæ humanæ *lit. B, pag. 134.* Regnavit 24. annis, & filium Alexandrum Magnum successorem reliquit, ut præfati tradunt. Sed juxta Saliani Chronologiam à principio regni Philippi ad Regem Alfonso præteriere 1611. anni, 359. ad Christum natum, & à natali Christi ad Alfonso 1252. qui juncti præfatam summam efficiunt, scilicet 1611. atque ita ab Alfonso supputatione hæc differt annis 47. qui excessus non omninò errori, sed varietati opinionum quoad Chronologiam tribui potest. Notat Gregor. Lop. *in d. præfat. nu. 26.* Græcos non numerasse annos à principatu Philippi, sed à Ludo Herculeo per Olympiades, quæ cœperunt ad annorum supputationem ab anno mundi 3278. ante Christum 775. quo Iphitus Elæorum Rex Herculeos Ludos instauravit, ut tradit Salian. *eodem anno, nu. 4. & 9.* cum aliis, de quo supra, nu. 27. & lib. 1. cap. 12. nu. 3.

Ad Num. 6.

De Alexandro Magno, qui patri Philippo sub- 40 stitutus est in Macedonum monarchia, differunt Diodor. *lib. 7.* Sabell. *lib. 6. ennead. 4.* Genebrard. *lib. 2. anno 3690. & 3785.* Carrill. *anno 3681.* Torniel. *Annal. anno 3718. n. 3. & anno 3730.* Scaliger. *de emendat. tempor. lib. 5. cap. cui titulus est. De Thoth æmorum Philippi, & mortis Alexandri.* Salian. *eod. anno,*

anno, nu. I. Theat. vitæ human. ubi proximè. vers. Alexander, secundum quos Alexander duodecimo regni anno extinctus est veneno. Quoad temporis supputationem ex Tornielo, & Saliano ab Alexandro ad Christum numerantur anni 335. qui adnumeratis 1252. usque ad Alfonso, faciunt 1587. annos, qui intercesserunt inter Alexandri & Alphonsi initia, qui in d. præfat. 1562. recenset, & sic à Saliano discedit annis 25. D. Covar. duobus annis dissentit. Errorem autem irreptisse in his supputationibus Philippi & Alexandri, evidenter constat, quod D. Covarr. vers. præcedenti adnotavit; nam duo anni duntaxat imperio Philippi tribuuntur, qui secundum opinionem communiter receptam 24. annis est Macedonibus dominatus, sicut præmisimus.

Verf. Era verò Cæsaris.

41 Era Cæsaris incepit à tempore, quo Cæsar Augustus, censu excogitato, primò universum orbem describi iussit. Greg. Lop. in dict. præfat. gloss. 27. quam erâ Christianâ priorem fuisse ex aliis supra præmissi lib. I. c. 12. nu. 12. de quo tamen consulere oportet Sebastian. Covar. in suo Theaur. ling. Cæsareæ verb. Era, Carrill. Annal. anno ab Urb. condita 712. fol. 45. ubi plures, hic nullum errorem D. Covar. agnoscit, quia dicitur 1289. annos præterisse præter 150. dies ab Incarnatione Domini ad principatum Alfonso. Quoad annos communiter Historiographi tradunt Alfonso Ferdinando successisse anno Christi 1252. ut assertum est supra n. 8. Sed unius anni differentia errori adscribenda non est, quia Scriptores aliqui annos inceptos pro completis adnumerant, alii non utique, quod advertit Torniel. in præfat. Annal. Quoad dies, cum receptum sit Ferdinandum obiisse die 30. Maji, & die sequenti Alfonso successisse, sicut d. n. 8. præfati sumus; patet annum fuisse inchoatum à die prima Januarii, à qua Julianus incipit annus. Salian. tom. 4. anno 3278. n. 2. de quo supra, n. 12. Sed adhuc unus dies, aut duo supersunt, in quibus error consistere potest.

Ad Num. 7.

42 Arabum initium adscribunt anno Christi 630. Card. Baron. Annal. eod. anno, & ibi Spondan. in Epitom. tom. 2. Carrill. Annal. anno 629. & 630. ubi ait, Mahometum ortum fuisse anno 580. & decessisse anno 629. Greg. Lop. d. præfat. gloss. 29. annos Arabum auspiciatur ab anno 626. & Mahometum periisse ait an. 632. Genebr. in Chron. lib. 3. pag. 476. Theat. vitæ hum. lit. M, pag. 183. apud quos Mahometus ortus est anno 592. obiit ex ægritudine anno 632. ætatis suæ 40. regni Arabum 10. cui successus est Abumacur, & facta supputatione secundum Genebrardum Arabes cœperunt anno 622. de quo supra, hoc lib. cap. 9. n. 3. Cedren. in Chronograph. Diacon. lib. 18. rer. Romanar. Gualt. in Chron. sæc. 7. pag. 531. & 539. Blond. decade I. lib. 6. Vincent. in Spec. lib. 24. cap. 4. & alii, quos dedimus d. nu. 3. Cum ergo circa annos Arabum tanta reperiatur diversitas, sicut adnotatur in Theat. vitæ hum. ubi proximè, non est Alfonso de errore in d. præfat. arguendus, qui probabilem temporis rationem amplexus est, sentiens Arabum regnum exortum anno Christi 622. quæ Genebrardi & aliorum sententia est, & à D. Covar. probatur.

S U M M A R I U M.

- 1 Etymon verbi Festum.
- 2 Divisio dierum apud Romanos.
- 3 Qui sint dies festi Christianorum, & quare observentur.
- 4 Patres Ecclesiæ studuerunt, ut superstitiones Gentilium ceremonias in ritus sacros vertent.
- 5 De Sabbati sanctificatione apud Hebræos.
- 6 Præceptum de sanctificando Sabbato quando Judæis injunctum, & de stricta ejus festi observantia.
- 7 Verbum Sabbatum quid significet, & de ejus etymologia.
- 10 Hebræi qualiter dies hebdomadæ nominarunt.
- 11 Usus vocandi ferias dies septimanæ quando in Ecclesia introduci cœperit.
- 12 Sabbatum secundo primum quid sit apud Evangelistam.
- 13 Tertium Decalogi præceptum an negativum, vel affirmativum.
- 14 Fuit ex parte ceremoniale, & ex parte morale.
- 15 Præcepta moralia ad jus naturale spectant, sicut omnia Decalogi.
- 16 Omnis creatura rationalis solo naturæ lumine Deum ut naturæ authorem agnoscit.
- 17 Tenemur jure naturali unum Deum actibus externis colere.
- 18 Eodem jure tempus ad talem cultum exhibendum debet designari.
- 19 Gentiles idola ut veros deos venerantur.
- 20 Festorum observatio est de jure Divino Evangelico.
- 21 De intellectu capitis Licet, de feriis.
- 22 Nulla potestas humana tollere potest cultum Deo debitum.
- 23 Quid valeat Pontifex circa festorum observantiam immutare.
- 24 Pontifex in præceptis naturæ & legis Evangelicæ nequit dispensare.
- 25 De diei Dominicæ observatione ac prærogativis.
- 28 Dies, quam Dominicam Christiani dicunt, prima Sabbati à Judæis vocabatur.
- 29 De institutione, seu sanctificatione diei Dominicæ.
- 30 De libro B. Justini, cujus inscriptio est, 156. quæstiones.
- 31 Mōs est antiquissimus in Ecclesia, ut in quibusdam solemnitatibus stantes oremus.
- 32 Diei Dominicæ observatio an sit de Jure Divino.
- 34 An possit Pontifex festivitatem diei Dominicæ tollere.
- 35 Quid circa idem valeat consuetudo.
- 36 Utrum tempus 24. horarum, quod in diebus festis præscribitur ad observantiam, possit consuetudine restringi.
- 37 De diebus festis Christianorum, remissivè.
- 38 De Paschate Resurrectionis, & Pentecostes.
- 39 Quis possit dies festos instituere.
- 41 Ab Ecclesiæ primordiis in usu fuit instituere festos dies in honorem Sanctorum.
- 42 Constantinus Imperator Basilicam construxit B. Petro.
- 43 Anacletus Papa Ecclesiam inædificari præcepit in Vaticano supra corpus B. Petri.
- 44 De festo Sanctorum omnium.

- 46 De divisione festorum Hebræorum.
- 48 Dies obitus Sanctorum vocamus Natalitia.
- 49 Festivitatum initium & finis juxta consuetudinem loci observari debent.
- 50 De varietate inchoandorum dierum apud Hebræos, aliasque nationes.
- 51 Qui dies dicatur naturalis, civilis, & artificialis.
- 52 Dies Ecclesiasticus à quo incipiat.
- 53 Intra quod tempus Officium Divinum debeat recitari.
- 54 A qua hora abstinendum est à carnibus illis diebus, quibus illæ ab Ecclesia edi vetantur.
- 55 Observantia festivitatum incipit à media nocte.
- 57 Dies à media nocte incipit, & in dimidia nocte sequenti terminatur.
- 58 De vigiliarum usu perantiquo.
- 59 De verbo Statio.
- 60 Vigiliæ nocturnæ ad sepultura Martyrum, ubi femine ac viri conveniebant, in desuetudinem abierunt.
- 61 Romulus vetuit hominum & mulierum cætus.
- 62 De Clodio, qui habitu muliebri ad sacrificium accessit, cui nullus homo interesse poterat.
- 63 De ludis Bachanalibus.
- 64 Christianis falsò imputabantur multa facinora in vigiliis nocturnis perpetrasse.
- 65 De vetitis nocturnis conventibus Gentilium.
- 66 Quomodo olim in Ecclesia viri à feminis separarentur.
- 68 Sub tertio Decalogi præcepto quid præcipiatur.
- 69 Observatio festorum apud Christianos in quibus consistat.
- 70 Qui actum præceptum lege Divina vel Ecclesiastica exercet in peccato, satisfacit præcepto.
- 71 Non peccat qui in peccato lethali existens die festo animam non expiat Confessione sacramentali, aut actu contritionis.
- 72 Utrum peccans graviter die festo teneatur temporis circumstantiam exprimere in Confessione? & num. 73. 74. & 75.
- 74 Qui actus fieri prohibeantur diebus festis, remissivè.
- 75 Legibus Principium sæcularium dies festi servari jubentur.
- 77 Præceptum de audiendo sacro diebus festis ad quid obliget.
- 79 Locus D. Thomæ intelligitur.
- 80 Qui per contemptum peccat die festo, hanc circumstantiam confessorio tenetur aperire.

De festorum observatione.

CAPUT XIX.

Festum à feria dicitur, Cornucop. de ling. Latin. col. 38. nu. 50. vel à verbo Græco *Phaos*, quod lucem, aut lætitiā significat, quæ in diebus festis esse debet, quibus maximè Deo obsequium tenemur exhibere, juxta illud Psalmi 99. *Jubilate Deo omnis terra, servite Domino in lætitia. Introite in conspectu ejus in exultatione.* D. Paul. 2. ad Corinth. c. 9. vers. 7. ibi: *Hilarem datorem diligit Deus.* Hanc etymologiam, ac præcedentem affert Theat. vitæ hum. lit. F, pag. 32. Auctor festorum ipse Deus fuit, qui Sabbatum sanctificavit. Theat. vitæ hum. ubi nuper.

Hæc, quibus D. Covar. exorditur, habentur apud Macrobr. lib. I. Saturnal. cap. 16. *Festi porrò D. de Feria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

dies, inquit, dividuntur in sacrificia, epulas, ludos, ferias. Ex quo idem observant Joan. Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 4. cap. 3. vers. *Cæterum non omnes, ubi plenè de his, Theat. vitæ hum. lit. E, pag. 370.* quò loci de Ethnicorum diebus festis, Cornucop. sup. Apud Romanos totius anni periodus ex Nūmæ institutione distribuebatur in dies festos, profestos, & intercisos, seu endotercisos. De festis jam est actum: profesti verò erant, qui hominibus ad administrandam rem privatam, vel publicam concedebantur, ita dicti, quasi procul à cultu & religione numinis divini, quæ in diebus festis exhibebantur. Intercisi dies fuerunt Diis, hominibusque communes; nam in illis licebat horis quibusdam jus dicere, aliis nefas erat. Rosin. & Cornucop. sup. Theat. vitæ hum. ubi proximè, pag. 371. Dies festi alii dicebantur statim, quibus mensis & tempus certum ad eorum celebritatem stabilitum erat: alii à Consulibus, Sacerdotibus, aut Magistratibus indicebantur. Rosin. vers. *Feriarum.* Solemnitas & observatio festorum non solum in sacrificiis, & ludis consistebat, sed etiam in vacatione ab omni opere forensi, ac servili: quare moris erat, ut per præconem futura festa denunciarentur, ne quis illa ex ignorantia laborans violaret: & qui festos dies non observabat, multabatur, & porco piaculum dabat, si imprudens operi vetito vacarat, alioquin scienter delinquens expiare nequibat. Cicer. de legib. lib. 2. sic ait: *Feris jurgia amovendo, easque in famulis operibus patris habendo.* Ac paulò post: *Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis quietem habet litium & jurgiorum, in servis operum & laborum, quia compositio anni conferre debet & ad perfectionem operum rusticorum, & ad remissionem animorum.* Macrobr. d. cap. 16. ibi: Sacerdotes affirmabant ferias populi, quoties iis indicis, conceptisque opus aliquod fieret. Præterea non licebat sacrorum Regem & Flamines videre feriis opus fieri. Atque ideo per præconem denunciabant, ne quid tale ageretur, & præcepti negligens multabatur. Præter multam etiam affirmabant, eum qui talibus diebus imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere: prudentem expiare non posse Scævola Pontifex asseverabat. Sed Varro negat eum polui, qui opus vel ad Deos pertinens, sacrorumve causa fecisset, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem respiciens acitasset. Scævola denique consultus quid feriis agi liceret, respondit, id quod præmissum noceret, quapropter si bos in specum decidisset, eumque paterfamilias, adhibitis operis liberasset, non est visus ferias polluisse, nec ille qui trabem testi fractam fulciendo ab imminente vindicavit ruina. Quod adnotant Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. I. cap. 27. in princip. Rosin. d. cap. 3. vers. *Quid porrò, cum seq.* Theat. vitæ hum. lit. F, pag. 374. ubi ex Plutarcho tradit, Numam præcepisse diebus festis jurgia, operaque cessare, ut omni strepitu, & cura remotis, homines intentius vacarent. Partitum tamen est, ut ex Macrobio prædiximus, provide humanis necessitatibus, ut eis urgentibus absque crimine posset serviliter operari; necessitas enim legi non subjacet, cap. 2. in fin. de observat. jejunior; quod utique Ecclesia in suis solemnitatibus benignè permittit, cap. I. 3. & ultimo, de feriis. Hæc de festis diebus Romanorum, de quibus latissimè Rosin. d. cap. 3. & seq. Theat. vitæ hum. lit. F, ex pag. 370. ubi etiam de festis Ægyptiorum, Atheniensium, aliorumque Gentilium.

Ibi: *Verum apud Christianos dies festi dicuntur.*

- 3 Qui sint dies festi Christianorum, constat ex D. Thoma 2. 2. q. 122. art. 4. Azor. *sup. vers. Secundò queritur*, Theat. vitæ hum. lit. F, pag. 32. in quorum celebritate quadruplex finis habetur, scilicet Dei cultus, commemoratio beneficii ab eodem accepti, honor Sanctorum & exemplum quod proponitur nobis dum eorum egregias virtutes recolimus. Theat. vitæ hum. pag. 33.
- 4 Est observandum primævos Ecclesiæ Patres pro viribus intendisse, ut Gentilium festivitates penitus delerentur, quas cum suis ceremoniis in sacras solemnitates sæpe transfulerunt, & dies, quibus superstitiosè idola colebantur, divino cultui consecrarunt, ut Kalendas Januarii: quæ latè profequitur Card. Baron. *Annal. tom. I. anno 44-ubi Spondan. num. 36. & anno I. num. I. & anno 58. n. 38. & 39.*

Ad Num. 1.

- 5 Sabbatum primum ac præcipuum festum apud Judæos fuit à Deo institutum, ideo Sabbato nefas erat alicui incumbere labori, imò nec ignem accendere, nec cibum coquere. Cornel. à Lapid. *sup. Levitic. cap. 23. vers. 2. & 3. Becan. in analogia veter. & novi Testam. cap. 15. de solemnitat. festor. n. 70.* cum hæc in aliis festivitibus non prohiberentur, ut iidem observant. Qui dies etiam Ethnicis sacer habebatur. Euseb. *lib. 13. de præparat. sic fatetur: Septimam diem non Hebræos tantum, sed omnes ferè, tam Philosophos, quàm Poëtas sacratiorem esse cognovere.* Fuit quidem à mundi primordiis Deo benedictus, ac sanctificatus. *Genes. c. 2. ubi Cornel. à Lap. adnotavit, & ex tunc fuit sub præcepto ejus diei observatio apud Adamum, pristinosque Patres, ut sentiunt Cornel. à Lapid. ubi proximè, vers. 3. Salian. Annal. tom. I. anno I. die 7. num. 3. Theat. vitæ hum. lit. S, pag. 1. & alii.* Sed verius est ac receptius, ut ante legem Moyfis nullum extiterit præceptum de Sabbatis sanctificandis: quod sustinet Suar. *de Religion. tom. I. lib. 2. cap. 1. n. 3. Azor. sup. d. lib. I. cap. 1. vers. Tertid queritur*, Lorin. *sup. Levitic. cap. 23. in argum. Fagund. in præcep. Eccles. lib. I. cap. 1. n. 3. Torniiell. in Annal. princip. die 7. num. 2. & anno mundi 2545. n. 24.* aiunt enim Deum per benedictionem & sanctificationem diei septimi illum prædestinasse, ut in futurum ab Hebræis sacer haberetur: præceptum tamen eo temporis nullum hominibus injunxit. Cur dies septimus, & non primus, vel alius sanctificari meruerit, docet Cornel. à Lapid. *sup. Deuter. cap. 5. vers. Dico ergo.* Qui autem festum Sabbati violabat, lapidibus obruebatur, *Num. cap. 15. vers. 32. Torniiell. anno 2548. num. 3.*
- 6 Hoc autem præceptum de Sabbato sanctificando palam Hebræis datum est sub tempus exitus ab Ægyptiorum captivitate, *Exod. cap. 20.* per ea verba: *Memento ut diem Sabbati sanctifices.* Quod alibi etiam inculcatur: de quo textu agitur *in cap. Licet, de feriis*, Cornel. à Lapid. *in dicto cap. 20. & sup. Levit. cap. 23. vers. 2. Parlador. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. ex num. 5. Gregor. Lop. in l. 5. tit. 24. part. 7.* ubi textus, & alii omnes Theologi prælaudati. Ex vi hujus præcepti præcisè Hebræi solùm tenebantur ab operibus & laboribus profanis abstinere, non ad reddendum

Deo cultum aliquem externum; nam etsi finis legis foret, ut homines Sabbato sacrificiis, aliisque religiosis actibus vacarent, hoc tamen præcepto illo non continebatur, cum compertum sit, finem legis sub illa non comprehendi, nec hanc violari, etsi ille deficiat, ut D. Covar. infra nos docet, ubi notabitur. Ita Suar. *sup. num. 5. Cornel. à Lapid. sup. Deut. cap. 5. vers. Ut sanctifices eum.* Hanc legem de sanctificatione dies septimi ita strictè Judæi exceperunt, ut sæpe Sabbato ab hostibus laceffiti maluerint inermes trucidari, quam rei bellicæ operam dare. Salian. *tom. 6. anno 3887. num. 10. & anno seqq. num. 24.* Sed Machabæorum tempore Matathias populo suavit per hoc minime, festum violari, atque ita Sabbato cum hostibus est congressus. Salian. *ubi proximè, num. 25.* Simile religionis specimen exhibuerunt Gothi sub Alarico; nam cum apud Alpes Paschatas festum agerent, à Romanis prodicione subita impetiti, malebant potius ab hostibus interfici inermes, quàm humano sanguine aras sacras polluere: quare Romanos enixe precabantur, ut pro die illa abstinerent ab armis: quibus renuentibus, ipsi coacti sunt prælium inire, viriliterque dimicantes ex Romanis insignem victoriam reportarunt. Joan. Mag. *Goth. Hist. lib. 15. cap. 9. Paul. Diacon. Hist. Miscellan. lib. 13. Jornand. de reb. Goth. cap. 30. Marian. Hist. Hisp. lib. 4. cap. ult. Spondan. in Epitome Annal. Baron. anno 403. num. 9.* De quo videnda etiam quæ *Præcticar. cap. 1. num. 22.* diximus.

Ibi: *Sabbatum enim apud Hebræos requiem significat.*

Sabbatum vox Hebraica, à verbo *Sciabath*, 7 quod significat cessationem. Lorin. *in Levitic. cap. 23. vers. 16. §. Septem*, Theat. vitæ humanæ lit. S, pag. 1. *Filliuc. sup. præcep. Decalog. tract. 27. cap. 1. n. 5.* tamen alias etymologias hujus verbi Ethnicis excogitaverint, ac rationes, quibus septimus dies ita apud omnes solemniter coleretur, ut videre est apud Cornel. à Lapid. *sup. Deut. cap. 5. vers. Quæres quæ fuerit*, & Cornucop. *de Ling. Latin. pag. 429. col. 50.* tradit Sabbatum dici à *Sabo*, quod Hebraicè septem interpretatur: & pag. 637. quod à *Sabba*, quod Arabum lingua mysterium significat, à quibus Hebræi nomen Sabbatum dederunt.

Sabbatum igitur apud Judæos pro requie accipitur, D. August. *lib. 3. contra duas epist. Pelagii, cap. 4.* Excepta, ait, Sabbati observatione carnali, quæ spiritualem sanctificationem, quietemque significat. Suar. *sup. num. 2. Cornel. à Lapid. super Levit. cap. 23. vers. 3. & sup. Deut. cap. 5. vers. 12. §. Quæres quæ fuerit*, Parlador. *sup. n. 7. Azor. d. cap. 1. vers. Quintò queritur*, Lexic. Calvin. *verb. Sabbatum*, Theatrum vitæ humanæ *ubi proximè.* Quæ requies brutis etiam communis erat. Theatrum vitæ humanæ *sup. pag. 2.* Nec licuit in obsequium divinum serviliter operari septima die; nam in constructione Sanctuarii præceptum istud refricatur, ne artifices, aliique operarii die Sabbati laborarent, ut observat Salian. *tom. 2. anno 2544. num. 579.*

Ibi: *Sed & Sabbatum latius accepta dictione.*

Verbum hoc trifariam in sacris Litteris usurpatur: 9

tur : primò & strictè pro septima die cujusque hebdomadæ, quæ divino cultui sacrabatur : secundò pro quovis Judæorum festo : tertio pro tota hebdomada, sumpta denominatione à principali ejus parte. Azor. *sup. vers. Septimò quæritur*, Maldonat. *in Evang. Matth. cap. 28. vers. In prima Sabbati*, Cornel. à Lapide *in Deut. cap. 5. vers. Nota Sabbati*, Fagund. *d. lib. 1. princip. Becan. d. cap. 15. n. 70. Lorin. in Levit. cap. 23. vers. 16. §. Septem*, Theat. *vitzæ humanæ sup. Sabbatum sive in singulari, sive in plurali, pro hebdomade accipitur, rejecta quorundam distinctione. Maldon. ubi nuper.*

Ibi : *Tametsi propria hebdomada constabat ex Sabbato.*

10 Judæi dies hebdomadis non sicut Gentiles Planetarum nominibus distinxerunt, sed à Sabbato ita numerabant, ut prima Sabbati diceretur dies, quam nos Dominicam nuncupamus, secunda Sabbati dies Lunæ, & sic de reliquis. Quod adnotant Maldon. Cornel. à Lapide, Azor. Theatrum *vitzæ hum. Lexic. Calvini ubi proximè, Tornieill. in Annal. princ. die 1. num. 1.* Hæc est Sabbati prærogativa, ut cæteri dies ab illo numerentur, sicut etiam ut pro tota hebdomada, ac pro omni festo accipiatur. Cornel. à Lapide & Lorin. *ubi sup.* Sed D. Covar. *infra*, omnes festos dies Sabbata appellari ait, quia verbum *Sabbat*, requiem denotat, quæ etsi non tam exacta, in cunctis tamen festivitibus observabatur.

Ibi : *Eadem ratione dicimus & nunc.*

11 Usus vocandi ferias primam, secundam, &c. dies septimanæ, incipiendo à Dominica inclusivè, pervetustus in Ecclesia fuit, etiam ante B. Sylvestrum, ut apparet ex Tertulliano, aliisque Scriptoribus, qui hunc Pontificem tempore antecesserunt, apud quos feriarum hujusmodi mentio fit. Ideo autem ab antiquis ita nominati dies sunt, tum quia religioni, ac sanctimoniz addicti Christiani nullam diem præscriptam habuere ad vacandum Deo, imò diebus cunctis ut festis se divino cultui manciparunt, atque ita septem hebdomadis dies illis feriaz erant, unde nomen acceperunt : tum vel maximè, quoniam Christiani, quemadmodum Judæis moris erat Paschalem solemnitatem septem diebus peragere, sic totidem dies celebritati Dominicæ Resurrectionis consecrarunt, quos festos constituerunt, indeque feriaz dicebantur propter cessationem ab operis servilibus. Cùmque singulis Dominicis per annum sacra Resurrectio ex instituto Ecclesiz recoleretur, sicut illi septem dies post Pascha feriaz vocabantur, sic in reliquis hebdomadis sex dies feriaz nuncupari adinstar Paschalium cœperunt. Ita post Baron. Spondan. *in Annal. Epitom. anno 58. num. 34.*

Ibi : *Sabbatum secundo-primum.*

12 Adeò difficilis hujus verbi interpretatio sacris Interpretibus visa est, ut de ea interrogatus obiter Gregorius Nazianzenus ab Hieronymo, lepida tergiversatione eundem, ne responderet, eluserit, sicut refert Spondan. *anno 32. num. 2.* testatus veterem esse quæstionem, in qua Autores valdè inter se dissident. Ipse autem opinatur, Sabbatum secundo-primum esse diem post primam azymo-
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

rum, quæ incidit in Sabbatum hebdomarium, seu communem. Azor. *d. cap. 1. vers. Nonò quæritur*, sentit fuisse Sabbatum unum ex illis, quæ inter Pascha & Pentecosten præterierunt. Arboreus *in Evang. Luc. cap. 6.* opinatur fore ultimam diem Paschatis, quia omnes septem dies subsequentes festi habebantur, quare Sabbati nomen illis convenit, quorum extremum celebrius erat præcedentibus præter primum : hinc Sabbatum istud respectu primi, quoad solemnitatem erat secundum, respectu cæterorum primum ; ideo secundo-primum nuncupatur. Interpretatio hæc vera videretur, nisi obstaret quod dies de qua loquitur Evangelista, incidit in tempus vellendi spicas, ut ex textu patet, quod Paschati convenire nequit, ut advertit Maldonat *super Matth. cap. 12. in princ.* qui plures opiniones refutans resolvit Sabbatum secundo-primum dici diem Pentecostes.

Ibi : *Tertio igitur Decalogi præcepto.*

An sit affirmativum, vel negativum, disputat 13 Suar. *d. lib. 2. cap. 1. num. 5.* ac tenet formaliter esse affirmativum, materialiter negativum. Idem docet Casfr. Palau *tom. 2. tract. 9. punct. 3. num. 2.* quod ita est accipiendum, ut si præceptum per se & absolutè, hoc est, materialiter consideretur, negativum est, quia præcisè tantum jubet, ne aliquis profanis operis & servilibus incumbat, sicut præmissum est *suprà, num. 5.* Si verò ratio habeatur ad finem præcepti, qui est cultus Dei, propter quem cessatio ab operis præcipitur, & ita formaliter intelligatur, affirmativum est, quia eò tendit, ut aliquam externam actionem in Dei reverentiam exhibeamus : sed quoad obligationem & vinculum est negativum, siquidem duntaxat tenemur vacare ab operis servilibus ex vi illius festis diebus, nec ipsum transgreditur qui cultum Deo nullum reddiderit, ut de festis Christianorum agens *infra D. Covar. nos edocet, & dictum est d. num. 5.* Judæi tamen Sabbatum sanctificabant non solum vacatione ab operis, sed etiam specialibus sacrificiis, oblationibus, & cæremoniis ex legis præscripto ; quæ pro festis diebus, aut aliis festis non fiebant. Cornel. à Lapide *sup. Levit. cap. 23. vers. 2. §. Nota festa*, Theatrum *vitzæ humanæ lit. F, pag. 32.* de quibus Filliuc. *sup. d. cap. 1. num. 8.*

Ad Num. 2.

Tertium Decalogi præceptum ex parte morale 14 est, ac ex parte ceremoniale. Est morale quatenus jubet tempus aliquod in Dei cultum impendere, quia cùm jure divino & naturali debeamus Deum unum per aliquos actus externos venerari, ut mox probabitur : similiter necesse est, ut tempus ad illud sacrum opus designetur, sicut ad somnum, prandium & alia, quibus præcisè indigemus ad vitam, desideratur : hoc autem tempus decernitur per sanctificationem Sabbati, aliorumque festorum, dum prohibetur ne rebus profanis operando incumbatur ; nam tacitè, & virtualiter illi dies divino cultui sacrantur, licet expressim cultus non præcipiatur. Est ceremoniale idem præceptum. quatenus certum tempus statuitur, nempe Sabbatum, ad vacandum Deo per cessationem ab operis servilibus, seu profanis ; quia jure positivo declaratur quomodo, & quando præstandum sit, quod jure naturæ astringimur exhibere, quò nec dies, nec horæ, nec forma abstinendi ab
Rr 2 ope-

operis præscriptæ sunt. Ita tenent Suar. *de Relig. tom. I. lib. 2. cap. I. num. 4. 7. cum seqq.* Azor. *d. cap. I. vers. Hoc autem*, Lorin. *sup. Levitic. cap. 23. in argumento*, Filliuc. *sup. d. cap. I. num. 2. & 7. cum aliis*, Fagund. *in Eccles. præcept. lib. I. cap. I. num. 1. Navar. in cap. Inter, num. 5. II. quæst. 5. Theatrum vitæ humanæ lit. S, pag. 3. Balsæus in Floribus Theolog. lit. F, verbo Festum I. num. 1. In quibus hoc præceptum cæremoniale fuerit, latè ostendit Suar. *sup. ex n. 8. Fagund. n. 2. Filliuc. n. 9. Et quidem ex illis cæremoniale censetur quoad diem, quoad horas, & quoad formam cessationis ab operis, quia de jure naturali nec assignatur Sabbatum ad Dei cultum, nec constituitur ut dies festus per vigintiquatuor horas servetur, nec ut homines ab operis abstineant intra id tempus; quia poterat Deus in aliis cultum sibi jure naturæ debitum constituere, non in vacatione ab operis per diem certam & integram, cum sufficeret vacare per tempus omninò ad actus externos Religionis necessarium. Fagund. *ubi proximè*, Lorin. *in d. cap. 23. vers. 32. §. Ex vacatione. Quoad cæremoniale præceptum istud cum lege Moysis expiravit, Suar. num. 10. & II. Filliuc. num. 10. Fagund. num. 5. Et licèt Christianorum festa ut apud Judæos per vigintiquatuor horas observentur, hoc fit ex præscripto Ecclesiæ, non ex lege Moysis. Lorin. *ubi proximè.****

Ibi : *Hoc tandem morale præceptum.*

Hanc rationem reddunt Filliuc. *sup. numer. 3.* & alii ubi proximè eos numero præcedenti laudavimus.

Ad Num. 3.

- 15 Præceptum de sanctificandis diebus festis, quatenus morale esse diximus, ad jus spectat naturale; quia ubi de præceptis veteris Legis agitur, illa moralia vocitantur, quæ à jure naturæ proficiscuntur, qualia sunt omnia Decalogo contenta, tertio, de quo nobis sermo est, excepto, quod partim est cæremoniale, & ab aliis in hoc secernitur, ut advertit Fagund. *sup. n. 5. Conclusionem hanc sustinent Suar. num. 1. & 2. Lorin. sup. d. cap. 23. Levit. in argum. Cornel. à Lapide in Genes. cap. 2. vers. 3. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. I. cap. 2. vers. Secundo quæritur, Navar. sup. Filliuc. d. cap. I. num. 7. Fagund. *ubi proximè.**

Ibi : *Huic rãtioni & alia accedit.*

- 16 Solo naturæ lumine quævis creatura rationalis Deum ut naturæ autorem agnoscit. Tullius *lib. I. de legib. ibi : Nulla gens est tam fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem Deum habere deceat, tamen habendum sciat.* Lactant. *Firmian. lib. I. Divinarum Instit. cap. 2. ait, quod nemo est tam rudis, tam feris moribus, qui non oculos suos in cælum tollens, tametsi nesciat cujus Dei providentiã regatur hoc omne quod cernitur, aliquem tamen esse intelligat ex ipsarum rerum magnitudine, nutu, dispositione, constantiã, utilitate, pulchritudine, temperatione: neque fieri posset quin id quod mirabili ratione constat, consilio majori aliquo sit instructum. Quod fusè probat per argumenta & rationes naturales Hurtad. de Mendoza in *Metaphysic. disp. 20. de Deo, sect. I. à principio, Greg. Lop. in prolog. part. 2. gloss. I. Cævall. commun. quæst. 906. nu. 253.**

Torniell. *in Annal. primord. num. I. Deus autem ita nosci nequit, ut ejus essentia comprehendatur, l. I. tit. 2. part. 2. ubi Greg. Lop. gloss. I. de quibus passim agunt Theologi.*

Ibi : *Quod si lumine naturali unus, & verus Deus.*

Jure naturali homines astringimur ad unum¹⁷ verum Deum ut autorem naturæ aliquibus externis actibus reverendum, ac venerandum. Lactant. *lib. 4. de vera sapientia, sic disserit : Hac conditione gignimur, ut generati nos Deo justa & debita obsequia præbeamus, hunc solum noverimus, hunc sequamur, hoc vinculo pietatis obstricti Deo & religiosi sumus, unde ipsa religio nomen accepit.* Suar. *de Relig. tom. I. lib. I. cap. I. num. 7. hæc profert : Creatura rationalis per naturale debitum, & inditam propensionem ligata est ad colendum unum autorem suum. Idem probat lex 2. ff. de justit. & jur. lex 2. ibi : E otro si son los omes tenudos de loar à Dios. tit. I. p. I. l. 4. in princ. tit. 2. p. 2. Cævall. d. q. 906. n. 107. & 252.*

Ad hunc igitur cultum Deo reddendum eodem¹⁸ jure naturali desideratur tempus aliquod decerni, quo actibus externis in Dei obsequium vacare possimus. Salian. *Annal. tom. I. anno I. die 7. num. 4. Suar. sup. lib. 2. cap. I. num. 1. Lorin. super Levitic. cap. 23. in argum. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. I. cap. 2. vers. Secundo quæritur, Filliuc. d. cap. I. n. 4. Fagund. sup. cap. I. num. 5. injuncta ab operis profanis ac servilibus cessatione, quia ea est hominis conditio, ut convenienter divino cultui incumbere non valeat, nisi à cæteris abstineat; Suar. *dict. cap. I. num. 1. & 4. Lorin. *ubi proximè*, Azor. d. cap. 2. vers. Hoc autem, ubi observat apud omnes Gentes, quoties dies festi in honorem Dei constituantur, indici vacationem ab operis forensibus ac non sacris, sicut supra de Romanis prænotavimus. Turcæ tamen etsi diem Veneris festum habeant, & ad sua templa convenient cultus reddendi gratiã, ab operis tamen aliis non abstinent. Theatrum vitæ humanæ lit. M, pag. 184.**

Ibi : *Hac ratione gentes, quæ demonum illusionibus.*

Ita observat Azor. *ubi proximè*, ac de falsa¹⁹ Ethnicorum religione plura apud Rosin. *de antiq. Roman. lib. 4. cap. 3. cum seqq. ubi de Romanorum superstitioso cultu: de aliis etiam Theatrum vitæ humanæ lit. E, pag. 370. cum seqq. De Gentilibus ita notabiliter D. Hieron. sup. psal. 95. loquitur : Gentes licèt lapides & ligna venerentur, tamen intelligunt aliquid majus esse quàm ipsi sunt, & in errore suo indicant se habere sapientiam. Nulla gens est, quæ naturaliter non intelligat esse Deum: denique Gentiles idola colunt. Sed si fortè rixum fecerint, & si fortè juramentum aliquod inter ipsos venerit, non dicunt : Lapidem isti vident, Ligna vident; sed Deus videt, & Deus audit. Unde licèt Gentiles animalia, lapides & ligna cæremoniis, & sacrificiis venerentur, existimant se vero Deo cultum exhibere, ad quod naturaliter impelluntur.*

Ad Num. 4.

Festorum dierum observatio est de jure Divino²⁰ Evangelico, quia tertium Decalogi præceptum, quate-

quatenus jubet Deo cultum debitum exhiberi, cum sit morale, & naturale, cum lege veteri extinctum non est, imò lege Evangelica approbatum. Suar. *d. lib. 2. cap. 1. nu. 11.* Azor. *d. lib. 2. cap. 1. vers. Secundò quæritur*, Filliuc. *sup. cap. 1. nu. 10. & 11.* ubi probat, esse conveniens, ut festa post legem Gratia observentur. Fagund. *suprà, num. 4. & 5.* Bassæus *sup. num. 4.* Parlador. *quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. à num. 5.* Ratio tradita à D. Covar. ab omnibus redditur, quoniam præcepta legis Moysis cæremonialia, lege Evangelica superveniente expirarunt: moralia seu naturalia permanserunt, astringuntque Christianos, non ex vi legis illius, sed juris naturalis, de quo *suprà, lib. 1. cap. 17. n. 8. & 9.*

Ibi: *Siquidem lex Evangelicæ continet.*

Vide quod notum est *suprà, d. cap. 17. n. 33.*

Ibi: *Hinc deducitur vera interpretatio.*

21 De interpretatione textus in *cap. Licet, de feriis*, latè Fagund. in *præcepta Eccles. lib. 1. cap. 1. n. 8. cum aliis*, ultra eos, quos cumulat Barbosa in *collect. ad illud cap. num. 1. & 2.* ibi enim Pontifex Sabbati sanctificationem non probat, quæ damnatur in *cap. Pervenit, de consecrat. distinct. 3.* fed diei septimi observationem, quæ apud Christianos ex Apostorum institutione est Dominica: nam quoad certum diem id præceptum fuit cæremoniale: at quatenus jubet aliquo tempore cultum Deo reddendum, est morale, de quo *suprà, num. 14.*

Ad Num. 5.

22 Cùm jure naturali homines cultum reddere Deo teneantur, nulla humana potestas eos à tali obligatione eximere valebit. Suar. *de Religione tom. 1. lib. 1. cap. 14. num. 7.* Azor. *part. 2. lib. 1. cap. 2. vers. Secundò quæritur*, Filliuc. in *Decalog. tract. 27. cap. 1. num. 2.*

Ibi: *Qui tamen dies, & quot sint.*

23 Poterit Pontifex statuere, ac immutare circa dies, quibus Deus colendus sit, decernens quot, & qui, ac qualiter observandi sint, nec non quomodo quieti & otio vacandum, abstinendumque ab operibus servilibus; quia hæc omnia juris naturalis non sunt Suar. *sup. lib. 2. cap. 1. numer. 9.* Lorin. *sup. Levit. cap. 23. vers. 32. §. Ex vacatione*, Filliuc. *ubi proximè.* Nec inspecto jure naturæ opus est, ut per tempus aliquod cessetur ab operibus profanis, nisi quatenus præcisè ad exhibendum Deo debitum obsequium desideretur; nec dies integros divino cultui sacrare, sed sufficerent horæ aliquæ. Suar. & alii proximè laudati. Sic dies Sabbati commutata est in Dominicam jure humano, quamvis Deus illud sanctificari jussit; nam etsi fuerit juris divini, cum positivum foret, potuit abrogari Fagund. *d. cap. 1. nu. 1.* Cornel. à Lapide in *Genes. cap. 2. vers. 3.* Theat. *vitzæ hum. lit. S, pag. 1. & 3.* Ideo autem sublata est observatio Sabbati ex instituto divino per jus humanum, quia præceptum illud Deus injunxit pro tempore legis Moysis, quod hac abolita expiravit. Suar. *d. lib. 2. cap. 3.*

num. 10. & non solum dies Sabbati translatus est in Dominicam, sed & aliquantulum immutatus tam circa ritum & observationis modum, quam circa finem, & intentionem, ut ostendit Torniel in *Annal. princip. die 7. n. 2.*

Ibi: *Hujus assertionis prior pars ex eo constat.*

Ratio conclusionis traditæ *suprà, numer. 22.* est 24 quia præceptum de colendo unum Deum, est juris naturalis, ut asseruimus *num. 14.* ac divini ex lege Evangelica, in quibus Pontifex aliquid immutare aut dispensare nequit. Suar. *d. tom. 1. lib. 1. cap. 14. num. 7.* Azor. *part. 2. lib. 1. cap. 2. vers. Secundò quæritur*, & *lib. 14. cap. 18. vers. Secundò quæritur*, cum *seq. & plures quos dedimus suprà, lib. 3. cap. 1. num. 189.* ubi latè.

Ibi: *Ergo cùm præceptum juxta sensum hujus conclusionis.*

Vide *suprà, num. 34. & 23.*

Ibi: *Posterior conclusionis pars.*

Ratio conclusionis positæ *num. 23.* est quia cùm 25 omnia festa, quibus Christiani Deo cultum exhibemus, sint Jure Ecclesiastico instituta, ut videre est apud Suar. *d. lib. 2. cap. 4. cum seqq.* Azor. *d. cap. 2. per tot.* Filliuc. *sup. cap. 2.* cum aliis, Theat. *vitzæ humanæ lit. F, pag. 34.* cum aliis, poterunt à Pontifice regulariter abrogari, ac reformari, modo tempus decernatur ad cultum divinum. Azor. *d. cap. 2. vers. Secundò quæritur*, Filliuc. *d. cap. 1. numer. 2.* Summus enim Pontifex abrogare potest, quicquid est de Jure Ecclesiastico, & positivo. Suar. *lib. 1. cap. 14. num. 1.* Azor. *ubi proximè* Quæ sic debent exaudiri, ut *infra de die Dominica asserendum erit.*

Ad Num. 6.

Plura de diei Dominicæ festivitate, prærogati- 26 vis, ac veneratione memoriæ prodidere Suar. *de Religione, tom. 1. lib. 2. cap. 3. ex num. 7. & cap. 4.* Azor. *d. cap. 2. per tot.* Filliuc. *sup. cap. 2.* Fagund. in *præcepta Eccles. lib. 1. cap. 3. à princip.* Theat. *vitzæ hum. sup. pag. 34. & lit. D, pag. 119.* Spondan. *anno 58. num. 35.* Ex quibus nonnulla his, quæ D. Covar. fuscè expendit, pro diei Dominicæ commendatione erunt adjicienda.

In primis supponendum est, hanc diem in om- 27 nibus Ecclesiæ festivitatibus primatum obinere, ut testantur D. Hieron. *sup. Marc. cap. 16.* in hæc verba: *Post Sabbata tristia felix irradiat dies, quæ primatum in diebus tenet, luce prima in eo lucescente, & Domino meo cum triumpho resurgente. & dicente: Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus, & letemur in ea.* Euleb. *lib. 4. de præparat. Evangel. cap. 18.* sic fatur: *Is unus est, solus revera est proprius, ac Dominicus dies, & melior est aliis innumerabilibus diebus, sive qui communiter intelliguntur, sive qui à Moysè in solemnibus, & novilunius, & Sabbatis lege sanciti sunt.* Observat. Suar. *d. cap. 4.* Spondan. in *Epitome Annal. anno 58. numer. 35.* quia in ipsa, ut alibi dictum est, Dominica Resurrectio recolitur singulis hebdomadis, & hic dies sacratus est S. Trinitati. Suar. *c. 3. n. 16.* eumque diem Deus pluribus prærogativis tempore legis natu-

natuæ, Mosaicæ, ac post suum adventum insigni-
vit, quo Orbem condidit, manna Hebræis primò
pluere fecit, rubrum mare dividi jussit, ut illi siccis
vestigis transgrederentur: natus, circumciscus ac
baptizatus, est, primum edidit miraculum in Cana
Galilææ, benedixit panes quibus quinque millia
hominum saturavit, ingressus est cum triumpho
Hierosolymam: eadem die missus est Spiritus san-
ctus, & Apostoli ad Evangelium annunciandum di-
visi sunt: ob quas prærogativas, & maximè quia
Christus Dominico resurrexit die, festum Sabbati,
quod apud Hebræos primum, solemniusque fuit,
in Dominicam est ab Apostolis translatum, de qui-
bus latè Suar. d. cap. 3. ex num. II. Filliuc. d. cap. I.
nu. 21. Azor. sup. cap. 2. vers. *Quaridò quæritur*, Fa-
gund. cap. 3. à princip. Theatrum vitæ humanæ sup.
ob cujus excellentiam sicut in lege veteri omnes
dies festi Sabbati appellatione continebantur, ut
præmissum est supra, num. 9. & 10. ita nunc Do-
minica dies omnes complectitur Christianorum fe-
stivitates, cap. I. de feriis, Fagund. d. cap. I. num. 7.
Azor. part. I. lib. 7. cap. 1. vers. *Tria verò*.

Ibi: *Cujus probationi illud potissimè
suffragatur.*

28 Diem quam Jūdæi primam Sabbati nuncupa-
runt, quia Dominus illa resurrexit, ab Apostolis
Dominica vocata est, & divino cultui sacrata, ut
præter omnes prælaudatos observat ex Baron. Spon-
dan. in ejus Epitome, anno 34. num. 52. & an-
no 58. nu. 35. ubi pluribus comprobat. Parlador.
quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. num. 7. quæ
dies lucis, & dies panis olim vocabatur. Spondan.
d. numer. 35.

Ibi: *Diem Solis Tertullianus in-
tellexit.*

De nominibus dierum hebdomadis sit Ausonius
edyllo 15. cecinit:

*Nomina, quæ septem vertentibus apta diebus
Annus habet, totidem errantes fecere planeta
Quos indefessa volvens vertigine mundus
Signorum obliqua jubet in statione vagari.
Primum, supremumque diem radiatus habet Sol.
Proxima fraternæ succedit Luna coronæ.
Tertius assequitur Titania lumina Mavors.
Mercurius quarti sibi vindicat astra diei.
Inlustrant quintam Jovis aurea sidera zonam.
Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem.
Cuncta supergrediens Saturni septima lux est.
Octavum insaurat revolubilis orbita Solem.*

Idem observat Cornucop. de ling. Lasina, col. 637.
num. 30. & 40. & prius col. 114. n. 40. ait, diem
Solis nunc Dominicam nuncupari. Spondan. an.
321. num. 6.

Ibi: *Nec quicquam oberit, quod autori-
bus Eusebio.*

29 Anno Christi 321. Sylvestri Pontificis 8. Con-
stantini Imper. 16. hic Imperator sancivit, ut
dies Dominica cunctis tam Christianis, quam
Ethnicis feriata esset: quæ constitutio est lex I. de
feriis, C. Theodos. Ita Spondan. post Baron. an. 321.
nu. 6. Hujus constitutionis simul & alterius, quam
de feriando die Dominico edidit Imperator Leo
anno 469. meminerunt Fagund. sup. cap. 3. nu. 1.

Theat. vitæ hum. lit. F, pag. 39. & 40. Baron. An-
nal. tom. 6. anno 469. Ex quibus ille ait, quod D.
Covar. in præsentem; quia multò ante Constanti-
num dies Dominica Deo dicata fuit, à tempore sci-
licet Apostolorum, à quibus hoc festum institu-
tum esse, concors est omnium sententia, cui sub-
scribunt ultra nuper adductos Bassæus in Floribus
Theolog. tom. I. verb. *Festum I. n. 2.* Castro Palao
tom. 2. tract. 9. de observ. Festor. punct. I. n. 2. & 4.
Trullench. in Decal. tom. I. lib. 3. cap. 1. dub. I. n. 4.
Barbosa in collect. ad cap. 1. n. 2. de feriis, Theatrum
vitæ hum. lit. F, pag. 34. Cornel. à Lap. in Genes.
cap. 2. vers. 3. Fuit tamen lex Constantini utilis
ac necessaria, tum ut à Christianis exactius Do-
minica celebraretur, tum ut Gentiles, qui Ecclesiæ
instituto non astringebantur, sacrum diem feriant,
quod Imperator jure præcepit, sicut paulò superius
adnotavimus ex Spondano.

Ibi: *Quod hic dies sit nostræ resurrectionis
significatio.*

Vide etiam Aug. Barbof. ubi proximè, & cæte-
ros cum eo allegatos, qui de excellentiis diei Do-
minicæ haud pauca recentent, de quibus supra,
num. 27.

Ibi: *Et Justinus Martyr in quæstio-
nibus.*

Hujus libri inscriptio est *Centum quadraginta sex 30
quæstiones*, & exorditur ita: *Unde principium est.*
Sixt. Senens. in Biblioth. Sancta, lib. 4. verb. *Justinus*,
ubi ait opus illud non esse Justiniani, quia citat Au-
tores qui post auctoris obitum floruerunt, cujus
stylum observat non absimilem esse quæstionum
Theodoretii in Octateuchum. Bellarmin. etiam de
Scriptorib. Eccles. sæc. 2. verb. *Justinus*, eadem ra-
tione motus ambigit an fuerit auctor Justinus. Sed
hoc argumentum non omninò convincit, potue-
runt enim quæstiones illæ à B. Justino fuisse elabo-
ratæ, & ab alio recentiorum auctoritatibus illustra-
tæ, quod in hoc Variarum opere non semel reperit-
ur, ubi laudantur auctores D. Covar. tempore
posteriores, ut Anton. Gomezius, Gutier. & alii,
qui à Cornelio Brederodio additi sunt, sicut in pri-
ma voluminis pagina prænotatur.

Ad Num. 7.

Ritus perantiquus fuit in Ecclesia, ne in qui-
busdam præcipuis festivitatibus, ac intra certa tem-
pora, in earum honorem genua publicè flecteren-
tur: privatim tamen ex devotione flexis genibus
orare non vetabatur. Azor. p. 2. lib. I. cap. 2. vers.
Quinidò quæritur, Card. Baron. Annal. tom. I. anno
58. & ibi Spondan. nu. 44. qui ab eo anno morem
istum ex Ecclesiæ instituto incœpisse testantur. Bar-
bof. in cap. 2. num. 4. de feriis.

Ibi: *Quibus omnibus diligenter ob-
servatis.*

Post diffusam nimis digressionem D. Covar. ad 32
scopum pervenit, ad eam nempe quæstionem, quam
supra, n. 6. excitaverat, num observatio diei Do-
minici Juris Divini sit, vel positivi, & Ecclesiasti-
ci: quam ut compendio absolvamus, sunt aliqui,
nec plures, in quibus est Parlador. ubi supra, qui
asseve-

asseverant hanc festivitatem ad jus divinum spectare: qui illi sint, referunt omnes ferè, quos pro contraria opinione jam expendemus.

33 Sed festum diei Dominicæ esse de jure humano & canonico, ut verius tenendum est cum communi, maximè Theologorum consensu, qui fundamenta propriæ opinionis perhibent, ac oppositæ rationes elidunt, asserentes, improprie ab adversariis jus divinum appellari, quod à lege veteri aliquo modo originem ducit, cum dies Dominica subrogata fuerit loco Sabbati, quod à Deo sanctificari jussum est. Ita tenent Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 8.* Bassæus Castro Palao, Trullench. Barbosa *ubi sup. idem Barb. in cap. Licet, num. 2. de feriis, Azor. d. lib. 1. c. 2. vers. Secundò quæritur*, Navar. *in Manuali Latino, cap. 13. num. 1.* Filliuc. *in Decalog. tract. 27. cap. 2. n. 15. & 16.* Fagund. *in Ecclesiæ præcept. lib. 1. c. 3. num. 3.* Turrecrem. *in cap. 1. de consecrat. dist. 3.* Archidiacon. *in cap. Jejunia, de consecrat. dist. 3.* nec D. Covar. etsi non palam loquutus sit, ab hac sententia omninò dissentit.

34 Quâ admisâ opinione, quæritur an Pontifex posset festum diei Dominicæ abrogare, decernens aliàs diem alium, quo singulis mensibus, vel hebdomadis cultus Deo naturaliter debitus penderetur? Et utriusque præcedentis quæstionis Autores conveniunt in hoc, ut nullo modo possit Papa festum diei Dominicæ tollere, diversa tamen ratione; nam qui sentiunt esse de jure divino, consequenter inficiantur existere humanam potestatem, quæ adversus illud quicquam statuere possit; qui verò communiter tenent esse de jure Ecclesiastico, aiunt posse quidem de absoluta potestate Pontificis diem Dominicam abrogari, cum ille sit supra omne jus humanum; practicè tamen & moraliter id fieri impossibile esse, quia erraret Papa gravissimè tollendo præceptum de sanctificatione tantæ diei, quæ ab Apostolis instituta est, ac semper in Ecclesia solemniter observata: maximè cum Deus hanc diem tot miraculis, ac beneficiis in nos collatis ad sui cultum prædestinaverit, ut supra ostensum est: in quem errorem incidere Pontificem Spiritus sanctus non sinet, siquidem agitur de re ad mores universæ Ecclesiæ attinente, in quo errare non posse compertum est, sicut ex pluribus tradidimus supra, *lib. 1. cap. 10. num. 47.* Ita sentiunt D. Covarruv. *hic*, Suar. *dicto capite 3. num. 9.* Filliuc. *d. cap. 2. num. 17.* Vide infra, *num. 36.*

35 Similiter quamquam regulariter consuetudo legitime præscripta festos dies inducat, & abroget, Bassæus *sup. num. 4.* sicut & potest formam jure statutam circa festorum observationem variare, *cap. 2. de feriis*, ubi Barbosa *in collectan.* nihilominus diem Dominicam ut festum non servari, nulla consuetudo efficere valebit: tum quia foret irrationabilis, & potiùs corruptela, ex rationibus pronuper expensis, quæ nullius roboris est, *c. fin. de consuet.* ubi notatur: tum quoniam opponeretur Apostolorum instituto, & Ecclesiæ perpetuæ observationi. Ita Azor. *part. 2. lib. 1. cap. 2. vers. Sicò quæritur.* Nec consuetudine fieri poterit, quod lege constitui non liceret, ut probavimus supra, *lib. 3. cap. 1. n. 195.*

36 Consequenter quæritur, num horæ 24 quæ de Jure Ecclesiastico festivitibus assignantur, possint consuetudine coarctari in Dominicis diebus, velut si usu receptum esset, ut ab ortu Solis usque ad ejus occasum à servilibus cessaretur duntaxat, aut aliter usus Ecclesiæ in feriis sacris immutaretur: de quo disputat Barbosa *in*

collectan. ad cap. 2. de feriis, ubi affirmativè resolvit, cui accedit Lorin. *sup. Levitic. cap. 23. vers. 32. §. Ex vacatione*; quia nec festum hoc est de jure divino, nec temporis assignatio pro diei festi observatione. Quod utique admittendum est in Pontificis constitutione, qua induci posset, ut horarum numerus restringatur ex rationabili causa; non enim per hoc sic Apostolorum præscripto refragatur, cum diei sanctificatio, etsi dimi-nuta, persistat, præsertim cum non pauci sentiant posse per Pontificem Dominicam diem penitus abrogari; hujus namque sententiæ sunt quotquot tenent esse de jure divino, qui supponunt quod si esset de jure humano & positivo festum hoc, tolli à Pontifice posset, quibus jungendus est Azor. *d. cap. 2. vers. Secundò quæritur*, Bonac. *in 3. Decal. præc. disp. 5. q. unic. n. 4.*

Ad Num. 8.

De his, aliisque Christianorum diebus festis si-
gillatim ac plenè disserunt Suar. *d. lib. 2. d. c. 4.* Azor. *p. 2. lib. 1. d. c. 3.* Castro Palao *tom. 2. tract. 9. punct. 1. n. 6.* Barbosa *in collect. ad cap. 1. n. 2. de feriis*, Card. Tusch. *lit. F, concl. 96. n. 1.* Theat. vitæ hum. *lit. F, pag. 34. cum seqq.* De illis etiam agitur *in cap. ult. de feriis, l. 34. tit. 2. part. 3.*

Ibi: *Id etenim de festo Paschæ.*

Pascha Resurrectionis, ac Pentecostes à tempo-
re Apostolorum in Ecclesia celebrari cœpisse, & ab eisdem Apostolis hujusmodi festivitates institutas esse testatur post Baronium, & pluribus probat Spond. *in Epit. anno 58. num. 33. & an. 159. n. 1.* observat ex traditione Apostolorum Resurrectionis Pascha die Dominica celebrari consuevisse. De die natali Domini idem credendum, ut scilicet quod ab Apostolis institutum, asserunt Baron. & Spondan. *anno 58. n. 36.* ubi id ipsum de festo Ascensionis, & Epiphaniæ sentiunt, etsi non omninò constet hæc festa ab Apostolis introducta, quia non certæ Fidei sunt constitutiones quædam Clementis nomine editæ, in quibus ita alleveratur. De origine aliorum festorum iidem suis locis sunt consulendi. Sentit ergo D. Covar. hujusmodi festivitates à Pontifice abrogari non posse, quia à primordiis Ecclesiæ ab Apostolis sunt institutæ: at dubitari poterit, an subsistente aliqua justa ratione, quod vix contingere possibile est, relideat in Summo Pontifice autoritas, ut validè ac licitè hos festos dies tollat, adversus Apostolorum institutionem, de quo est legendus Azor. *p. 2. lib. 14. cap. 18. d. princ. Gloss. verb. Apostoli, in cap. Sunt quidam, 25. q. 1.* Ex quibus constat, non esse vetitum Pontifici adversus constitutiones Apostolorum statuere, nisi circa Fidei articulos, aut ea, quæ ipsi à Christo accepisse asserunt.

Vers. *Præter has festorum dierum.*

Summus Ecclesiæ Pontifex festos dies pro uni-
versa Ecclesia instituere valet, *l. 1. tit. 23. part. 1.* Fagund. *in præcept. Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 2.* Castro Palao *tom. 2. tract. 9. punct. 2. n. 1.* Suar. *sup. lib. 2. cap. 3. num. 3.* etiam in honorem alicujus, qui nondum sit beatificatus. Barb. *de potest. Episc. part. 3. alleg. 165. nu. 36.* Episcopus verò in sua Diocesi indicere festa permittitur, & quidem de jure consentus populi desideratur, ut obligetur, *cap. ult. de feriis, d. l. 1. Partit. & ibi Greg. Lop. gloss. 2. & 3.* at de consuetudine assensu populi opus non est, sed dum

dum non contradixerit, consentire censetur: quod si expressim renitatur ex justa causa, per superiorem onus feriendi dies removeri poterit. Consule Suar. *d. lib. 2. cap. 11. d. n. 5. Dian. part. 4. tract. 4. resol. 178. Fagund. d. cap. 3. n. 3. & 8. cum seqq. Bassæum in Florib. Theolog. lit. F, verb. Festum 1. n. 3. Castro Palao n. 2. Tusch. lit. F, concl. 96. n. 1. Azor. p. 1. lib. 7. cap. 4. in princip. Barbosa de potest. Episcop. p. 3. alleg. 105. n. 36. & in collect. ad cap. 3. n. 23. de feriis.*

- 40 Ut autem possit Episcopus diem festum in honorem Sancti alicujus indicere, opus est quod à Sede Apostolica ipse sit canonizatus, sicut omnes advertunt, & Sanch. in *Decalog. lib. 2. cap. 43. num. 9.* & facit caput 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* Sed dubium est de illo, qui tantum est beatificatus. Et affirmativè resolvit Fagund. *d. cap. 3. n. 15.* Abrogare verò nequit Episcopus festos dies à Pontifice, lege vel consuetudine indictos, sed in particulari dispensare non prohibetur. Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 33. num. 2.* Quæ tamen festa ipse introduxit, etiam Clero & Populo consentiente, illis invitis abolere valet, Suar. *sup. d. cap. 11. n. 9. Fagund. num. 13.* ubi quod populus sine Episcopo abrogare hujusmodi festivitatis nequibit. Quid possit Princeps sæcularis, & consuetudo quoad festorum institutionem, apud proximè laudatos habetur: & apud Suar. *cap. 12. num. 5.* qualis debeat esse consuetudo.

Ibi: *Est & apud Christianos in Ecclesia Catholica.*

- 41 Quàm antiquus fuerit usus instituendi festivitates in cultum Sanctorum, constat ex Baronio in *suis Annalibus*, qui anno 254. testatur ita à pluribus Episcopis statutum frequenter in honorem Sanctorum Martyrum, quem refert Spondan. in *Epitome, eodem anno, num. 6.* Quem cultum plures hæretici damnaverunt, ut iidem plurimis in locis observant, de quo latius idem Spondan. *anno 58. n. 37. & 38.*

Ibi: *Sub Anastasio primo Pontifice.*

- 42 Hunc festum cum Legatis Anastasii Secundi Germano Episcopo Capuano, & Cresconio Episcopo Tudertino, profectum esse Constantinopolim anno 497. testatur post Baron. Spondanus *eo anno, num. 1.* Sed nihil de his, quæ D. Covarruv. memorat, enarrat. Basilicam magnificè Constantinopoli construxit Constantinus in honorem Beati Petri anno 324. ipseque bidente suscepto terram primus aperuit ad ejus fundamenta, & nomine duodecim Apostolorum totidem cophinos terra onustos propriis humeris ad fabricam bajulavit, quam Ecclesiam munificentia singulari ditavit. Spondan. ex Baron. *anno 324. num. 19. & 21.* Vide Suar. *sup. cap. 9. num. 11.*

Ibi: *Qua ratione deducitur.*

- 43 Anaclætus Pontifex cum adhuc esset Presbyter, construxit Ecclesiam in Vaticano desuper corpus B. Petri, in ipsius memoriam, ante annum 106. ut refert Spondan. *eo anno, in fin.*

Verf. *De festo omnium Sanctorum.*

De origine, & antiquitate festi Sanctorum omnium videndus Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 9. num. 24.* Card. Baron. *Annal. tom. 9. anno 835.* ubi Spondan. in *Epitome, num. 5. Azor. part. 2. lib. 1. cap. 25. verf. Omnium Sanctorum, Carrill. Annal. anno 835.* Ado in *Chron. an. 604.* Theatrum vitæ humanæ *lit. F, pag. 37.* qui communiter tradunt, Bonifac. IV. constituisse, ut Romæ festivitas Sanctorum omnium celebraretur, consecrata illis Basilica, quæ tunc ab Ethnicis Pantheon, nunc vulgò S. Maria Rotunda dicitur. Sed postea an. 838. Gregorius IV. diem primam Novembris huic festo dicavit, quod universaliter observari decrevit. Concio autem, quæ B. Augustini esse fertur, ubi de festivitate ista fit mentio, non ipsius, sed Alcuini, sive Albini opus creditur; nisi, ut advertit Spondanus, sit quidem à B. Augustino edita, & ab alio id quod de hac solemnitate legitur, adjectum: quod non rarò accidit.

Ibi: *Cæterum ut paulò ante admonuimus.*

De laudabili, & pristino usu Ecclesiæ circa instituendos dies festos in Sanctorum honorem, pluribus distulit Suar. *sup. cap. 9. d. princip. Bonacina in 3. præcept. Decalog. disp. 5. q. unic. num. 4 & punct. 1. num. 2.* congerit festivitates omnes à Summis Pontificibus indictas. Illud animadvertere libet, non ideo minoris esse solemnitatis dies festos, quia sint tempore posteriores, cum festum corporis Christi, quod ab anno 1264. cœpit celebrari, Theat. vitæ hum. *lit. F, pag. 36.* ubi latè quomodo institutum, ita Fidelibus acceptum sit, ut nullum aliud majori alacritate, fervore, ac solemnitate prosequatur. Azor. *sup. cap. 14. Suar. cap. 6. verf. Festum corporis Christi.* Quam festivitatem primus indixit Urbanus IV. in constitutione quæ incipit, *Transiturus de hoc mundo ad Patrem Salvator noster: servarique præcipitur in Clem. unic. de Reliq. & veneratione Sanctor.* Simili modo festum immaculatæ Conceptionis, etsi recentius institutum, nulli ejusdem Virginis festivitati hodie est solemnitate secundum, ut notum est. Sunt festi quidam dies locales, qui non feriantur in universa Ecclesia, sed in aliqua regione, provincia, aut oppido, ex voto, consuetudine, vel Prælati institutione, de quibus Suar. *sup. cap. 11. per tot.*

Ibi: *Nam & Hebræi præter Sabbata.*

Hebræorum festivitates sacræ fuerunt in duplici differentia, quædam à Deo institutæ, aliæ ab illis inventæ: illæ sunt octo, nempe Sabbatum, Neomenia, Pascha, Pentecoste, festum Tubarum, Propitiationis seu Expiationis, Tabernaculorum sive Scenopegia, Coetus seu Collectæ. Quæ omnia describuntur *Levitic. cap. 23.* excepto secundo, quod habetur *Numer. cap. 28. versic. 11.* Hæc variis de causis præcepta sunt Hebræis. Sabbatum in memoriam creationis: Neomenia, seu initium mensis lunaris, aut kalendæ, pro beneficio divinæ gubernationis, quia novilunio magis apparet ob magnam mixtorum corporum mutationem: Pascha in recognitionem libertatis Iraëuitarum, cui annexa erat solemnitas azymorum in memoriam egressionis ex Ægypto, & postridie Paschatis incipiebat: Pentecoste in memoriam Legis datæ in monte Sinai: festum Tubarum in memoriam Isaac liberati, quod

quod ita appellatum est, quia in illo utebantur Hebræi tubis corneis, unde festum *Cornu* dicebatur: hæc ita, nam Abraham invenit arietem inter vepres hærentem cornibus, quem filii loco Dæo immolavit. Festum Expiationis in memoriam beneficii illius, cum Deus ad preces Moysis pepercit populo, qui vitulum adoraverat. Festum Tabernaculorum ob beneficium, quia Deus indulgit Judæis, ut in tabernaculis habitarent, qui diu post egressum ex Ægypto in solitudine vagabantur. Festum denique Cœtus, sive Collectæ, in quo colligebantur ex populo necessaria ad expensas divini cultus. Ex quibus festivitibus quatuor incidebant in mensem septimum, id est Tisri, seu Septembrem: die 1. Festum Tubarum, die 10. Expiationis, 15. Tabernaculorum, 22. Cœtus aut Collectæ: Pascha circa plenilunium proximum verno æquinoctio, Neomenia kalendis singulorum mensium repetebatur, sicut Sabbatum singulis hebdomadis. Pentecoste celebrabatur elapsis septem hebdomadis à Paschate.

- 47 Festa verò à Judæis introducta quatuor recensentur. Sortium in memoriam liberationis Hebræorum per Esther: Encæniorum, seu purgationis Templi, quæ facta est sub Juda Machabæo, *lib. 1. Machab. cap. 4. versic. 49.* Festum recepti è cœlo ignis sacri, *Machab. lib. 2. cap. 1. versic. 18.* Festum ob cæsum Nicanorem, *Machab. lib. 1. cap. 7. vers. 49. & lib. 2. cap. 15. versic. 37.* Festum Sortium celebrabatur die 15. Adar, seu Februarii. De quibus omnibus Becan. *in analog. veter. & novi Testamenti, cap. 15. n. 69. cum seq. Cornel. à Lap. in Levit. c. 23. vers. 2. verb. Nota feria, Genebrard. in Kalend. Hebræor. Salian. Annal. tom. 2. anno 1244. cum seqq. Ribera lib. 5. de Templo, cap. 17. Torriell. Annal. sac. anno 2545. num. 24.*

Ad Num. 9.

- 48 Cum dies obitus Martyrum, aliorumque Sanctorum celebramus, natalitia recolere dicimur ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, quod & nunc in precibus publicis observatur. Baron. *Annal. tom. 1. anno 58. & ibi Spondan. num. 37. Theat. vitæ humanæ lit. N, pag. 3. Lexic. Calvini verb. Natalitius dies.* Nec Ecclesia alicujus Sancti natalitatem, nisi Joannis Baptistæ celebrat, qui antequam nasceretur, fuit sanctificatus: ideo exitus diem natalitia vocamus, nam hic apud Latinos est loquendi usus frequens: sic dicitur, natus ad laudem, gloriam, dignitatem, ut ex Cicerone probat Cornucopia *de lingua Latina, col. 329. num. 40.*

Verf. Dies verò quod celebrationem.

- 49 Licet ita de jure constitutum sit, festivitates tamen sunt observandæ quoad initium & finem juxta loci consuetudinem, *cap. 2. de feriis, Suar. d. lib. 2. cap. 31. num. 4. Azor. suppl. part. 2. lib. 1. cap. 18. vers. Tertio quæritur, Navar. in Manuali, cap. 13. num. 5. Bonacina d. punct. 1. n. 7. Filiuc. in Decalog. tract. 27. cap. II. num. 206. cum seqq. qui adnotant, ex usu communi festos dies à media nocte in mediam noctem observari. Barbosa in collect. ad cap. 2. num. 3.*

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Ibi: Hebræi etenim, autore Beda.

Apud Judæos triplex dies in usu fuit, usualis, 50 legalis, & naturalis. Usualis à media nocte in mediam noctem, legalis à vespera in vesperam, naturalis à Solis ortu ad sequentem Solis ortum complebatur. Salian. *Annal. tom. 1. anno 1. die 2. schol. II. Theatrum vitæ humanæ lit. D, pag. 118. vers. Apud Judæos. Diei initium, & terminus apud diversas gentes variè observabatur. Athenienses dies auspicabantur ab occasu Solis, Babylonii ab ortu Solis, Umbri à meridie, Ægyptii à media nocte, Lexic. Calvin. ex aliis verbo Diem.* Hæc varietas fortè provenit ab opinionum diversitate quoad primi diei initium, quia dubium est, an à nocte inceperit, vel à Solis ortu, ut videre est apud Cornel. à Lapide *in Genes. cap. 1. versic. 5. verb. Et factum est,* ubi quod Judæi & Ecclesia ideo dies festos inchoabant à vespera, qui putarunt, primum diem à nocte exorsum, de quo consulendus Salian. *sup. die 1.*

Ibi: Panormitanus tamen in d. cap. 1. de feriis.

Diem duodecim horarum aliqui artificialem vocant, ut habetur in Theatro vitæ humanæ *d. pag. 118.* alii naturalem, Lexic. Calvin. *verbo Dies naturalis,* qui incipit ab ortu Solis ad ejus occasum, & vulgus sic diem intelligit, sicut dicitur ibidem *verbo Diem 1.* Verùm Panormitani interpretatio ad *d. cap. 1. de feriis,* communiter rejicitur, quia vesper dicitur tempus post meridiem, à stella hujus nominis, quæ oritur inter Solis occasum & noctem, Cornel. à Lapide *in Levitic. cap. 23. vers. 5.* unde vespera supremum & novissimum tempus diei, non matutinum, ut vult Panormitanus, significat. Cornucop. *de ling. Latina, col. 342. num. 10. & col. 471. n. 57.*

Ibi: Sic Matth. cap. 28. scriptum est.

De hujus loci interpretatione adeundus Maldonat. & Cornel. à Lapide *ibi.* Vide supra, *n. 28.*

Ibi: Quoad publicam divinorum Officiorum.

Dies Ecclesiasticus quoad divinorum Officiorum 52 celebrationem, quæ publicè peragitur, incipit à vespera diei ante festivitatem, & ad vesperam sequentis pervenit. D. Covar. *in cap. Alma mater, part. 2. §. 5. num. 5. de sentent. excommun. in 6. Barbosa cum pluribus in collectan. ad cap. 1. num. 3. de feriis, Anton. Monach. Lucensi decis. 32. num. 1. Lorin. in Levit. cap. 23. vers. 32. §. Diem Ecclesiasticum, Cornel. à Lapide in dicto versic. 32. Ballæus in Flor. Theolog. verbo Festum. 1. num. 7.*

Ibi: Idem erit respondendum quoad privatam.

Clericus, qui ad Horarum Canonicarum recitationem tenetur, Officium divinum incipere debet à vespera festivitatis, & in vespera sequenti terminare: hoc quoad preces, psalmosque recitandos, S s &

& ordinem; sed quoad tempus satisfacit obligationi, si intra mediam noctem diei posterioris facti Sancto de quo recitatur, Horas omnes perficiat, de quo Lorin. ubi proximè, Navar. in *Min. cap. 17. n. 5. & 8.* Alciat. in *l. Cujusque diei. ff. de verb. signif. Bonacina de Hor. Canon. disp. 1. quest. 3. punct. 3. in fin. Castro Palao tom. 2. tract. 7. disp. 2. punct. 4. num. 1. & 3.* & Summistæ omnes. ubi de Horis Canonice, seu de penso Divini Officii, apud quos etiam, quod potest Clericus matutinum Officium præmittere pro die sequenti, post vesperam antecedentis, quod in praxi receptum est. Azor. *part. 1. lib. 10. cap. 9. q. 5.* Baskus *verbo Hora, num. 4. & 5.* Dian. *de Hor. Canon. resol. 39. Less. de justit. & jure, lib. 2. cap. 37. dub. ult. à num. 78.*

Ibi: Sed quoad esum carniæ.

- 54 Dies quibus à carnalibus cibis abstinendum est, à media nocte incipiunt, & usque ad mediam noctem proximam observantur. Lorin. ubi proximè, ac alii cum eo laudati. Suar. *d. lib. 2. cap. 31. num. 4.* & Summistæ cuncti ubi de jejuniis.

Ibi: Eadem ratio dici moribus recepta est.

- 55 Præceptum de vocatione ab operis servilibus, quoties dies in Dei, vel Sanctorum honorem feriantur, obligat à medio noctis præcedentis ad eandem horam subsequens, cum dies regulariter, quo utimur, sic incipiat, & desinat. Est tamen observanda cujusque loci recepta consuetudo. Vide Lorin. Suar. Navar. ubi proximè, & alios supra adductos, qui ita docent.

- 56 Dies præterea quoad Indulgentias, & privilegia inchoatur à Vesperis quæd Solis occasum, quoad collationem Ordinum in die Dominica, à media nocte in mediam noctem: quæ, & alia de diei Ecclesiastici observatione, tradiderunt Lorin. Alciat. & alii, quos dedimus supra, necnon Tiracquell. *de utroque retract. gloss. 11. num. 13.* Glossa in *l. More, ff. de feriis.* Et generaliter de diebus vide plurima apud Theatrum vitæ hum. *lit. D. pag. 118. cum seqq.*

- 57 Diem quo Romani utebantur, & Ecclesia nunc civilem vocant Scribentes. Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 4. cap. 3.* Lexic. Calvini *verb. Dies naturalis.* Cur autem apud Romanos mos ille invaluerit, tradit Lexic. Calvini *verbo Diem 1.* quia scilicet Sol spatio horarum 24 per omnes stellas errantes discurrens cursum suum peragit, etsi hoc ideo receptum aliis videatur, quod ad expeditionem belli ita oportebat, qui referuntur in Lexic. Calvin. *ibidem.*

Ad Num. 10.

- 58 Quam antiquus sit laudabilis vigiliarum usus, qui apud Christianos à tempore natalis Ecclesiæ obtinuit, ut scilicet noctu populus ad templum conveniret, ibique precibus effusus, Deum, Virginem Deiparam, aliosque Sanctos colerent, ac revererentur, constat non solum ex Catholicis, sed etiam ex Ethnicis Scriptoribus, ut videre licet apud Baron. *anno 51.* & ibi Spondan. *num. 20.* Hanc vigiliarum observationem prætextu honestatis primus damnavit Vigilantius hæretiarca, qui duntaxat Paschæ celebritatem ad vigilandum Christianis excipiebat, Spondan. *ex Baron. ubi*

proximè, & anno 406. num. 8. & dict. num. 20. testatur vigiliis hujusmodi tempore D. Augustini abolitas non fuisse, sed auctas. De vigiliarum hac significatione Cornucop. *col. 369. n. 10.*

Ibi: Qui stationum Christianorum meminit.

Verbum *Statio*, multipliciter usurpatur. Calepin. & Lexic. Calvini *verb. Statio*, Cornucop. *col. 115. num. 40.* & inter cæteras acceptiões illa magis videtur convenire Tertulliani loco, qui significatur officina, seu locus ad quem plures conveniunt, ut quicquam pro publica utilitate agent, aut decernant. Cornucop. *sup. Rævard. variar. lib. 4. cap. 7. per tot.* ubi ita exorditur: *Statio locus fuisse videtur, in quem certis temporibus certum genus hominum contrahitur.* Sed & cæterus ipse hominum, qui ad id concurrunt, significari hoc verbo videtur. Valer. Max. *lib. 2. cap. 1.* ibi: *Sed ut à luxu perditis moribus ad severissima majorum instituta transgrediar, antea Senatus assiduam stationem eò loci peragebat, qui hodie quoque cænaculum appellatur, nec exlectabatur, ut edicto contraheretur, sed inde citatus, protinus in Curiam veniebat.* Idem Valer. inferius: *Quocirca juvenes Senatus die utique aliquem ex Patribus Conscriptis, aut propinquum, aut paternum, amicum in Curiam deducebant, affixæque valvis expectabant, donec reducendi officio fungerentur: quæ quidem voluntaria statione & corpora, & animos ad publica officia sustinenda impigere roborabant.* Sive igitur *statio* accipitur pro loco publico, ubi homines contrahuntur, sicut apud Ulpianum in *l. 7. §. 6. ff. quib. ex caus. possess. eat.* Rævardo interprete, sive pro conventu ipso pertonarum, recte intelligi potest Tertullianus, qui cæterus Christianorum, qui in templis fieri solebant ad glorificandum Deum in Sanctis suis, stationes nuncupavit, nec videtur militum stationariorum meminisse, inter quos & Christianos ad orandum convenientes aliqua similitudo excogitari nequit.

Ibi: Verùm pernoctationes istas.

Hujusmodi vigiliæ hominum ac mulierum jam in deluetudinem abiire, ne sub Religionis prætextu scelera turpiter perpetrarentur, prout in Hispania vetitum est, ne mulieres ad nocturnas vigilias accederent. Concil. Eliber. *can. 35.* ibi: *Placuit prohiberi, ne feminae in cæmeterio pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis lateenter scelere committant.*

Ibi: Nam & Romulus cum suos civis sæpe.

Inter alias Romuli constitutiones hanc de prohibitis hominum ac fœminarum coetibus religionis causâ, recentuit Rosin. *de antiquitat. Roman. lib. 8. cap. 5. vers. Ac ne quidem,* de quo testatur Spondan. in *Epit. Baron. anno 100. n. 3.*

Ibi: Notat & Cicero, Clodium.

Hic Clodius capitales cum Cicerone inimicitias exercuit, quem in exilium pepulit. Ipse Bonæ Deæ sacra turpiter violare conatus est. Cicer. in *orat. de Aruspicum responsis*, Rosin. *sup. lib. 2. cap. 19. vers. Bona etiam Dea.* Nam cum æstaret amore Muciae uxoris C. Cæsaris Pontificis maximi, fœmine

minea veste indutus adiit opertum Bonæ Deæ, quò viris ingredi non licebat dum mulieres sacra de more agerent, ibique ab Aurelia C. Cæsaris matre deprehensus est, unde Cicero in Clodium acerrimè invehitur. Ita Rosin. *lib. 3. cap. 26. & lib. 5. cap. 38.* Quæ quidem sacra domi Pontificis pro populi salute fiebant tantâ castimoniam observantia, ut myrtum inferre nefas esset, quia Veneri sacratum, quamvis alia omnia germinantia, & florentia adhiberentur. Rosin. *d. cap. 26.*

Ibi: *Subindicat Senatusconsultum idem Cicero.*

63 Bacchanalia appellabantur Bacchi festa, quorum amentiam ac turpitudinem ex Flavio Blondo Foroliviensi *lib. 2. de Roma Triumphante*, describit Rosin. *lib. 4. cap. 17. vers. Bacchanalia*, in hæc verba: *Bacchanalia Libero patri Baccho dicata, temporis longitudine per Autumnum Saturnalibus paria, majore luxu celebrata sunt. Nudi enim viri cum nudatis omnia membra mulieribus matronis, viduis, & virginibus ad sacra conveniebant, quæ non nisi nocturna erant: caput omnes pariter, femoraliaque pampinis, & uvarum racemis cincti: alios item uvarum racemos tenebant, & tumultuario invicem commixti cœtu in sublime saltantes, variaque gesticulatione brachia, cervices, capitaque moventes, cætu inconditum Baccho cantabant, nec prius erat saltationis modus, quàm defatigati, & toto corpore vacillantes partim resupinarentur proximioribus inherentes, partim in pavementum sanati amentesque procumberent.* De quibus B. Aug. *de civit. Dei, lib. 7. cap. 21.* Hæc Senatusconsulto sublata refert idem Rosin. *ubi sup.*

Ibi: *Jure tamen Vigilantius ab Hieronymo.*

Vide *sup. num. 58.*

Ibi: *Eadem ratione à Gentilibus tempore Tertulliani.*

64 Christiani perpetrare in sacris conventibus putabantur, quæ Gentiles in suis Bacchanalibus foedissime solebant exercere, quare à Trajano sunt vetiti. Spondan. ex Baronio *anno 100. n. 3.* Imò calumniosè Ethnici evulgabant, Christianos in nocturnis vigilationibus ad sepulchra Martyrum, aliaque pia loca edere carnes infantium, quos interficiebant, ac deinceps, extinctis luminibus, promiscuo, ut fors tulisset, uti concubitu: quæ v. afrè ad denigrandum Christianæ Religionis nitorem jactabant. Spondan. *anno 120. num. 15.* ex quo maxima in Christianos insævit persecutio, quia de his criminibus apud Præsides provinciarum à Gentilibus postulati immeritas pœnas dabant. Spondan. *anno 179. num. 1. & anno 201. n. 8.* quia Judices libenter calumnias in Christianos exaudiebant. Spondan. *anno 126. num. 4. in fin.*

Ibi: *Extat de nocturnis Sacris.*

65 Similis lex ab Imperatoribus Valentiniano ac Valente lata anno 364. quæ est 7. *sub tit. de malefact. C. Theodos.* Ea constitutio sacra nocturna Gentilibus vetat. Spondan. ex Baron. *anno 364. num. 8.*

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

Ibi: *Magnentius ille impius tyrannus.*

De quo Zosim. *lib. 2. Baron. in suis Annal. 66* Spondan. *in ejus Epitome, qui anno 353. num. 3. Constantii Imper. 17.* à ducibus Constantii Magnentium devictum, matrem, ac fratrem apud Lugdunum Galliarum peremisse, ac tandem sibi ipsi mortem conscivisse testatur.

Vers. *Præter hæc commemorare libet.*

Quondam in Christianorum Ecclesiis januarum designatæ erant mulieribus, & viris aliæ: his præerant janitores, illis foeminae, quæ Diaconissæ vocabantur, & in templo partem dexteram foeminae occupabant, sinistram viri, ita ut separatim preces funderent. Spondan. *anno 34. num. 81. & anno 57. num. 37.* Loca autem, ad quæ Fideles precandi causâ conveniebant, variis nominibus olim vocabantur, quæ refert Spondan. *d. anno 57. num. 38.*

Ad Num. 11.

Sub præcepto tertio Decalogi de sanctificatione festorum dierum, non continetur dilectio Dei, aliisque actus interior, qui cedat in divinum cultum. Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 1.* Fagund. *in præcept. Eccles. lib. 1. cap. 9. num. 4.* Azor. *Institut. moral. parte 2. lib. 1. cap. 28. vers. Decimo quæritur, Filliuc. in Decalog. tract. 27. cap. 1. num. 8.* Gutier. *Canonicar. lib. 1. cap. 31. num. 11. & 17.* Navar. *in cap. Consideret, in princ. num. 22. de penit. dist. 5. Castr. Palao tom. 2. tract. 9. punct. 4. num. 8.* solum enim præcipimur à servilibus operis abstinere, ut omnes prælaudati docuere. Licet autem cessatio hæc injungatur, ut Deo per opera, & actus charitatis externos & internos vacemus, hoc non præcipitur, licet finis præcepti sit, quia legis finis non comprehenditur sub illa. Suar. *d. cap. 18. n. 8.* Fagund. *n. 4.* Gutier. *nu. 15.* Navar. *sup. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 4. num. 3.* Gregor. *Lop. in l. 2. gloss. 3. tit. 23. p. 1.* Sic qui die jejunii semel cibum sumit, quanquam nimis devoret, ac gulæ, & ebrietati epulans deserviat, Ecclesiæ præceptum de jejunio minimè transgreditur, qui sanè finem illius non adimplet, qui est carnis maceratio per abstinentiam, de quo infra, *cap. proximo.*

Ibi: *Ad hæc accedit, quod Ecclesiasticum.*

Apud Christianos dierum festorum observatio in his duobus consistit, nempe in cessatione ab operis servilibus, ut præmissum est, & in assistentia sacrosancto Missæ sacrificio ex Ecclesiæ præscripto. Hoc præceptum affirmativum, illud negativum est. Suar. *d. cap. 16. num. 1. & cap. 15. n. 1.* Greg. *Lop. sup. Filliuc. sup. cap. 8. num. 1.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 1. in princ.* Fagund. *n. 8.* Gutier. *n. 17.* Quando, & quomodo Ecclesia præceptum istud Fidelibus injunxerit, tradunt Azor. *ubi proxime;* Suar. *d. cap. 15.* Vide *sup. n. 13.*

S s 2

Ibi:

Ibi: *Est & alia hujus assertionis ratio.*

70 Præcepta Decalogi & Ecclesiæ non violat, qui in peccato lethali existens iustum exhibet actum. Suar. cap. 18. n. 5. Fagund. num. 11. qui addunt, non transgredi præceptum de sanctificandis festis, qui dum Sacro interest, peccatum perpetrat ex præva intentione, aut ex actu externo, modo non impediatur attentio, quæ ad audiendum Sacrum desideratur, velut si quis furrpauerit, ex crumena alterius prope se orantis nummos extrahens. Suar. ibi, Fagund. n. 2.

Ibi: *Nec ex eo tenetur quis in die festo se ad gratiam.*

71 Qui in peccato gravi se jacentem agnoscit, non cogitur ad confessionem accedere, aut actum contritionis emittere, ut gratiæ restitutus præceptum sanctificandi diem festum adimpleat. Suar. cap. 16. num. 14. Fagund. num. 4. Gutier. num. 18. & 33. Castr. Palao sup. num. 9. Sed obicitur illud Levitici cap. 16. ibi: *Sabbatum requiescentis est, affligetis animas vestras, & à peccatis vestris omnibus mundabimini.* Respondetur tamen id præceptum fuisse cærimoniale, quod Christianos non tenet, cum jam expiraverit. Fagund. num. 13. D. Covar. in cap. *Alma mater*, part. 1. §. 5. n. 3. *vers. Ad tertium, de sentent. excommuni.* in 6. Gutier. n. 33.

Ibi: *Nec tenetur quis parentes honorare.*

Traditur hic exemplum ad doctrinam positam supra, num. 70.

Ibi: *Verum si consideremus dilectionem Dei.*

Hæc inculcat D. Covar. *infra*, cap. *proximo*, num. 12. de quo Theologi in *primum Decalogi præceptum*.

Ibi: *Fit igitur, ut hoc præceptum Decalogi.*

72 Pervenit tandem D. Covar. ad decisionem quæstionis illius, ad quam omnia sub hoc numero contenta præmitterat, quæ dilquiritur, an peccans lethaliter in die festo, præceptum de sanctificandis festis violat, & sic teneatur in sacramentali Confessione hanc circumstantiam aperire? Et quidem ex antiquis plerique affirmativè responderunt, quos, eorumque fundamenta recensent Suar. *de Religion. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 1. & 2. Gutier. Canoniar. lib. 1. cap. 31. à princ. Fagund. in 1. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 9. ex num. 1. D. Covar. ubi sup.*

73 Sed neotericis communiter oppositum placet multis rationibus, & ea potissimum, quia per hoc præceptum non prohibetur directè peccatum, sed cessatio ab operis servilibus jubetur: actus autem peccaminosus ex se servilis non est. Nec interest quod peccans dæmonis servus fieri dicitur, hoc

enim symbolicè, & improprie intelligitur: præceptum verò accipitur de opere servili in propria & vera significatione. Ita tenent Suar. *sup. n. 6. 7. & 12. Azor. part. 2. lib. 1. cap. 18. q. 10. Fagund. n. 2. cum seqq. Castr. Palao d. tract. 9. punct. 9. n. 2. Bonacin. in 3. Decalog. præcept. disp. 5. q. unic. punct. 2. in princip. Greg. Lop. in l. 2. gloss. 3. tit. 23. p. 1. Gutier. sup. num. 9. Navar. in cap. Consideres, in princip. num. 22. de pen. disp. 5. & in Manual. cap. 6. n. 9. & alii plures apud Barbof. in collect. ad cap. 1. num. 4. de feriis.* Nec contrarium cavetur in d. cap. *Consideres*, quia quod ibi dicitur, non est præcepti, sed consilii, cum juxta magis communem sententiam non teneamur præcisè circumstantias confiteri, quæ speciem peccati non mutant, etsi malitiam augeant, qualis est hæc de peccato commisso in die festo Suar. n. 14. Fagund. num. 7. & 8. Navar. in dict. princip. num. 6. & 7. & d. cap. 6. num. 7. Gutier. num. 24. & 25. Palao n. 4. Unde qui die festo hominem necuerit, fat erit si confiteatur homicidium, quia per temporis circumstantiam non violatur tertium Decalogi præceptum, ut patet ex dictis, & sic non est ex circumstantiis mutantibus speciem, sed aggravantibus; nam deterius delinquit qui die festo occidit, quam si die profesto idem crimen pararet, quod etsi opus non sit confessario aperire ad valorem Sacramenti, exactius tamen confitebatur, qui totam criminis malitiam detegens hujusmodi circumstantiam propalaverit. Ita Navarr. & Gutier.

Ibi: *Qui verò actus possint licite.*

74 Qui actus fieri permittantur, aut vetentur diebus festis, latè tradunt Suar. *sup. cap. 19. cum seqq. Bassæus in Florib. Theolog. tom. 1. verb. Festum 2. Fagund. sup. cap. 11. Tusch. lit. F, concl. 100. Barbof. de potest. Episcop. part. 3. alleg. 105. n. 40. & in collectan. ad cap. 3. de feriis.* Inter cætera, quæ diebus festis prohibentur, sunt acta judicialia, quæ regulariter, si fiant, sunt irrita, cap. 1. & ult. de feriis, l. 4. tit. 9. lib. 3. *Recop. l. Dies festos, C. de feriis, l. 2. tit. 23. p. 1. l. 34. tit. 2. p. 3.* ubi Greg. Lop. Suar. d. lib. 2. cap. 29. & 30. Barbof. in collect. ad d. cap. ult. de feriis. Nec processus sustinetur, etsi partes consenserint; nam privilegio hujusce sacrarum feriarum privati nequeunt renunciare, d. cap. ult. d. l. 34. Part. ubi Gregor. Lop. gloss. ult. Glossa in d. l. *Dies festos*, Barbof. in collect. ad d. cap. ult. num. 30. Nec procedi his diebus poterit in causa commissa cum clausulis *Summarie, de plano, & sine strepitu judicii*, Tusch. *sup. concl. 96. num. 10.* Excipiuntur causæ nonnullæ, de quibus judex cognoscere possit die festo, pietatis intuitu, aut quia periculum est in mora, quæ recensentur in l. 35. tit. 2. p. 3. Judex autem, qui cognoscens de causa præceptum violat, graviter peccat; sed ut cæteri parvitate materiæ exculabatur à mortali, quæ non consideratur tam respectu temporis, quam ex gravitate rei de qua agitur: unde si quis momento sententiam in causa gravi ferat, reus erit culpæ lethalis. Castr. Palao *tom. 1. tract. 9. disp. 2. punct. 3. n. 4. Dian. part. 5. tract. 5. resol. 6. vers. Non desinam.* Hæc spectant ad jurisdictionem contentiosam, nam voluntaria festis diebus exerceri potest. Greg. Lop. in l. 33. gloss. 2. tit. 2. p. 3. Gutier. in l. *Nemo potest*, num. 186. ff. de legat. 1. per textum in l. *Actus, C. de feriis*: imò intra Ecclesiam, ut idem Gutier. tenet.

75 Observatio festorum etiam Principum sæcularium

rium constitutionibus præcipitur, ut apud nos in d. l. 2. Partit. & in l. 4. tit. 1. lib. 1. Recopil. Unde adversus laicos non observantes festa iudex ecclesiasticus & laicus, data inter eos præventionem, procedere valent, quod generaliter decisum extat per constitutionem Pii V. quæ incipit, *Cum primum*, ubi hæc adfunt verba: *Qui verò in diebus præfatis, id est festis, opus aliquod illicitum fecisse deprehensus fuerit, graves pœnas incurret, in Urbe arbitrio nostro, seu Vicarii nostri; in aliis verò locis arbitrio Ordinariorum, vel aliorum Magistratum, ita ut præventioni locus sit.* Ita Tondut. de prævent. judiciali, part. 2. cap. 38. num. 38. cum seqq.

Ibi: *Erit etenim summa disputationis.*

76 Præceptum de sanctificatione festorum partim est affirmativum, quatenus jubemur sacro interesse; partim negativum, quatenus præcipitur, ut ab operis fervilibus vacemus. Castro Palao tom. 2. tract. 9. punct. 3. num. 1. & dixi supra ex alius num. 69.

Ibi: *Primum verò membrum intelligendum est.*

Sic prænotatum est supra, n. 73. vide ibi laudatos, præsertim Gutier. n. 32. Suar. cap. 18. n. 6. & 7. Fagund. cap. 9. num. 3.

Ibi: *Secundum autem membrum tantum obligat.*

77 Ad quid obliget præceptum Ecclesiæ de audiendo Sacro diebus festis, docent Suar. de Religion. tom. 1. lib. 2. cap. 15. per tot. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 5. à princ. & alii Theologi in 3. Decal. præc. & in 1. Ecclesiæ, secundum quos præcisè solum desideratur, ut ea attentione Missæ assistamus, ut more humano præsentem censeamur ad Deo debitum exhibendum; non autem astringimur ex vi præcepti ad internum dilectionis actum, nec ad preces fundendas, aut animo, & mente mysteria sacrosancta, quæ recoluntur, meditari. Unde queritur, an satisfaciatur præcepto, qui voluntariè mente divagatur profanis negotiis intentus, dum Sacrum peragitur? Et licet probabiliter affirmativè aliqui respondeant, ut Diana part. 2. tract. 12. resol. 2. & part. 4. tract. 4. resol. 107. Coninch q. 83. num. 301. & alii apud Bassæum in Florib. Theolog. tom. 2. verb. Missa 8. num. 1. vers. An autem; est tamen receptius, ac probabilius non adimpleri præceptum ab illo, qui ita Sacro interest absque attentione: cui verè opinioni subscribunt Bassæus sup. cum Suar. & Bonacina, Azor. par. 1. lib. 7. c. 5. vers. Secundò queritur, cum seqq. & à fortiori si confabulationibus & actibus profanis externis incubuerit, præcepto non satisfaciatur aliquis. Azor. d. cap. 5. in princip.

78 Solum tenemur hoc religionis actu externo, & interno præcisè Deum colere. Bassæus tom. 1. verb. Festum 2. in Supplem. num. 8. Castro Palao tom. 2. tract. 9. punct. 4. num. 1. & 3. Sed objicitur lex 2. tit. 23. p. 1. ubi jubentur Christiani die festo Horis Canonicis, quæ publicè in Ecclesia recitantur, interesse: sed id à Jure Canonico non dimanavit, secundum quod ad id Fideles non sunt

astricti. Azor. d. lib. 7. cap. 3. vers. Sextò queritur. Unde regia lex potius consulit, quam præcipit, quod laudabile est, ac fortè tunc obtinuit consuetudine.

Ibi: *Cui parum oberit, quod illic S. Thomas.*

Similiter D. Thomam intelligunt Suar. de Religion. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 17. Gutier. Canoniar. lib. 1. cap. 31. n. 37. Castro Palao d. tract. 9. punct. 9. num. 4. & alii plures, qui asserunt Angelicum Doctorem loqui non de substantia, sed de fine præcepti, ad quem magis redditur inhabilis quis per homicidium, aliudve scelus, quam per actum mechanicum & servilem, cum in Dei dilectione, cultu, & obsequio consistat; sed quoad substantiam præceptum per peccatum furti, aut concupiscentiæ minimè violatur, quia opus servile non est. Palao num. 2. vers. Ratio est, & dixi sup. num. 73. & per illud duntaxat jubemur à fervilibus abstinere, nec finis præceptus intelligitur. Bassæus tom. 2. verb. Jejunium 2. num. 6. ac probavimus num. 68.

Illud tandem est adijciendum, resolutionem præcipuæ quæstionis traditam supra, num. 73. limitari si quis ex contemptu, & ut præceptum violet, peccaverit die festo; tunc enim talis circumstantia mutat speciem, & ideo debet in confessione proparari; siquidem adversus religionis virtutem operatur. Suar. d. cap. 18. n. 16. Gutier. d. cap. 31. in fin.

S U M M A R I U M.

- 1 De virtute temperantiæ.
- 2 Circa quam materiam versetur.
- 3 De partibus subjektivis temperantiæ.
- 4 De effectibus virtutis ejusdem.
- 5 De temperantiâ Gentilium.
- 6 Temperantiâ à Christianis maxime ac mirabiliter observata.
- 7 Hæretici plura objiciunt contra jejunia Christianorum.
- 8 Jejunium unde dictum.
- 9 Quid significet.
- 10 Jejunium Christianorum differt à communi abstinentiâ, & quomodo, & num. 11.
- 11 Jejunium definitur.
- 12 Jejunium Ecclesiasticum est actus virtutis abstinentiæ.
- 13 Abstinentiâ quid sit.
- 14 Officia virtutis temperantiæ, & quæ circa illam consideranda.
- 15 Temperantiâ quoad moderamen cibi & potus indivisibili non consistit.
- 16 Abstinentiâ strictiorem moderationem cibi & potus postulat, quam temperantiâ.
- 17 Fortiori ratione astringuntur Christiani ad jejunium, quam Ethnici ab abstinentiâ.
- 18 Licitum est sic jejunis uti ob bonum spirituale, ut corporis saluti noceatur.
- 19 Abstinentiâ conservat salutem, & vitam protelat.
- 20 Differentiâ inter moralem ac communem abstinentiâ, & jejunium Ecclesiasticum.
- 21 D. Covar. defensatur.
- 22 De jejunii effectibus, & num. seqq.
- 23 Per abstinentiâ valetudo roboratur, & comparatur, simulque libidinis impetus coercetur.

- 26 *Jejunia Christianorum ab abstinentia Gentilium forma & sine differunt.*
- 27 *Jejunium cuius virtutis actus sit.*
- 28 *Abstinentia est sub præcepto juris naturalis, quoties ad reprimendos libidinis impetus necessario desideratur.*
- 29 *Tenemur ex præcepto juris naturalis aliquando orare.*
- 30 *Oratio est de præcepto juris naturalis, quoties aliter carnis stimuli temperari non possunt.*
- 31 *Jejunium quatenus est de lege Evangelica.*
- 32 *Ecclesia potest injungere necessitatem Fidelibus, ut certis diebus jejunent.*
- 33 *Jejunium est utile & necessarium pluribus de causis.*
- 34 *Jejunii latdes, remissivè.*
- 35 *Jejunia Ecclesiastica damnant hæretici, quibus satisfi.*
- 36 *Ecclesia ab Apostolorum tempore jejunia præcepit.*
- 37 *Jejunium Quadragesimæ non est de jure Divino, sed Ecclesiastico.*
- 38 *Est præceptum generale de jejunio in lege Evangelica.*
- 39 *Jejunium Quadragesimæ diversimodè in variis regionibus observatur.*
- 40 *In Ecclesia Orientali non jejunabatur Sabbatis Quadragesimæ, & cur.*
- 41 *An liceat die Dominica jejunare.*
- 42 *Quare jejunietur quadraginta dies ante Pascha.*
- 43 *Per jejunium Quadragesimæ solvitur Deo decima dierum totius anni.*
- 44 *Olim Christiani quarta & sexta feria cujusque hebdomadæ per totum annum ex præcepto jejunabant.*
- 45 *De jejunio Sabbati, quod antiquitus observabatur, & quare introductum.*
- 46 *Utrum viatores, & alii qui ad locum quemvis accedunt illic recessuri, teneantur observare festa, ac jejunia, quæ ibi sunt præcepta, & num. seqq.*
- 49 *Exiens à loco, ubi jejunare tenebatur, jejunium servare non cogitur, si eadem die perveniat ad locum ubi non est jejunandi obligatio.*
- 50 *Vagabundi obligantur ad festa & jejunia cujusque loci, ubi ex stunt.*
- 51 *Feriæ legitime quales sint.*
- 52 *Quomodo Christiani quondam vigiliis Sanctorum celebrarent.*
- 53 *De jejunio quatuor Temporum, & num. seqq.*
- 56 *De jejunis Hebræorum, & num. seqq.*
- 59 *Jejunia quatuor Temporum quando incidant.*
- 60 *De temporibus ad Ordines Ecclesiasticos conferendos.*
- 61 *Consuetudo viguit in Ecclesia, ut urgentibus necessitatibus, aut cum Consilium eras celebrandum, Fideles jejunarent.*
- 62 *Peccatum est lethale frangere Ecclesiastica jejunia.*
- 63 *Excusatur à gravi culpa qui errore ductus frangit jejunium, putans justam esse causam, quæ talis non est.*
- 64 *Frangens jejunium peccat contra temperantiam, & si ex contemptu faciat, etiam contra obedientiam.*
- 65 *Jure naturæ nullus cibus est interdictus, præter humanam carnem.*
- 66 *Diebus jejunii semel duntaxat edere licet.*
- 67 *Dies jejunii computatur à media nocte in mediam noctem.*
- 68 *Et consuetudine licet jejunantibus sumere serotina refectiunculam.*
- 69 *Circa hanc refectiunculam quædam disquiruntur.*
- 70 *An qui uno prandio nimium edit, violat jejunii præceptum, de quo latè cum num. seqq.*
- 77 *Finis legis sub ea non continetur.*
- 78 *Quid de fine proximo legis?*
- 79 *Si quis die jejunii magis vexetur carnis stimulis, quam aliis, per dispensationem à jejunii obligatione eximetur.*
- 80 *Bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur.*
- 81 *Cuidam fundamento D. Thomæ respondetur.*
- 82 *Pluries comedens die jejunii lethaliter peccat, quamvis singulis vicibus parum capiat, modò simul junctæ quantitates cibi excedant materiæ parvitatem.*
- 83 *Utrum sæpe cibum sumens die jejunii, toties peccet, quoties manducat? & num. 84.*
- 85 *An saltem venialiter.*
- 86 *Frangens jejunium materialiter absque peccato, illud deinceps servare tenetur.*
- 87 *Qua hora manducare licet diebus jejunii.*
- 88 *De d'ei partibus, earumque nominibus, remissivè.*
- 89 *Lex 2 ff. de verb. signif. intell. gitor, & n. seqq.*
- 98 *De abstinentia à carnibus, aliisque cibis die jejunii, & num. seqq.*
- 102 *Quadragesima non licet edere lacticia.*
- 103 *Toties quoties eduntur, lethaliter peccatur ad instar carnis, & num. 104.*
- 105 *Lacticia an prohibeantur omni die jejunii, & num. 106.*
- 107 *Vetito esu carniurum ratione jejunii, non censentur lacticia prohibita.*
- 108 *De jejunio, seu abstinentia, qui in Litanis observatur.*
- 109 *De Rogationum, sive Litaniarum institutione.*
- 110 *Litanie antiquitus singulis hebdomadis fieri solebant, & num. III. & seq.*
- 113 *Jejunii definitio.*
- 114 *Jejunium describitur.*
- 115 *Dubius an duodecima noctis hora insonuerit, à qua dies jejunii incipit, utrum possit edere carnes, & è contra, si cum dies jejunii sit, tale dubium occurrat.*
- 116 *Esus carnis incompatibilis cum jejunio ecclesiastico, quare dispensatus ut carnes capiat, non tenetur ad jejunium.*
- 117 *Lacticia edens non violat jejunium, etsi aliàs peccet contra aliquod præceptum legis prohibentis lacticia.*

De jejuniorum Ecclesiasticorum institutione & observantia.

CAPUT XX.

Temperantia si latè usurpetur, est virtus generalis, quæ virtutibus aliis inest: unde circa justitiam versatur, quia à rapinis ut temperemus inclinatur; circa fortitudinem, quòd à fuga, vel temeritate, & sic de cæteris. Verùm hæc potius ac propriè spectant ad virtutes speciales justitiæ, vel fortitudinis, quàm ad temperantiam. Si verò strictè eadem vox usurpetur, unam ex quatuor præcipuis virtutibus moralibus, quæ idè Cardinales nuncupantur, significat, de qua nobis cum D. Covar. differendum est. Ita ex D. Thom. 2. 2. q. 141. Lessius de just. & jure, lib. 4. dub. 1. n. 1. & 2. Theat. vitæ hum. lit. T, verb. Temperantia, in princip. pag. 19. Cast. Palao de just. & jur. disp. 3. de temper. panèt. 1. n. 1. & l. 8. tit. 5. p. 2.

Mate-

Materia hujus virtutis sunt corporales delectationes ex poculentis & esculentis, ac rebus venereis captas temperare, à quibus ut abstinemus inclinatur, nisi quatenus ad necessitatem naturæ & officiorum desiderantur: quare ejus proprium munus est voluptates gustus & tactus moderari, ac ipsas, quæ vehementissimæ, ac cum brutis communes sunt, comprimere, ac refrænare, nedum quoad actus externos, sed etiam quoad internos animi motus. Est itidem secundariò materia temperantiæ delectatio, quæ per alios sensus percipitur, velut per auditum, aut odoratum, quatenus hæc est irritamentum ad res venereas. Lessius num. 3. vers. Hujus, & n. 4. Joan. Poncius in curs. Theol. disp. 23. q. 10. num. 54. Theat. vitæ hum. sup. vers. Hujus virtutis, cum seq. Palao n. 2. Valent. tom. 3. in 2. 2. disp. 9. q. 1. punct. 1. in princip.

3 Partes temperantiæ, quas Theologi subjectivas vocant, sunt abstinentia, quæ circa esculentorum parsimoniam versatur, sobrietas circa potum, castitas & pudicitia circa res venereas. Lessius dubit. 4. n. 19. Poncius n. 55. Theat. vitæ hum. vers. Partes subjectivæ. Vitia opposita temperantiæ sunt intemperantia, cum ultra necessitatem voluptas in illis rebus percipitur; stupor, quando nimium à delectationibus tactus & gustus abstinetur, ita ut necessaria naturæ subtrahantur. Lessius dubit. 3. per tot. Theat. vitæ hum. verb. Temperantia, Palao n. 4. 6. & 7. ac punct. 3. & 4.

4 Cujus virtutis effectus & animo & corpori valde utiles censentur; nam per temperantiam animus redditur idoneus ad suas functiones, maximè ad divinum cultum, ac divinarum rerum meditationem, corpusque valetudine pollet, quæ per ingluviem, ac intemperantiam labefactatur: Lessius dub. 1. n. 7. & dubit. 2. n. 10. Bern. lib. de ordine vit. ait, temperantiam conservare sanitatem, & pulchritudinem, confirmare ac conservare ingenium, judicium ac memoriam, fovere prudentiam, & in primis reddere idoneum, & conservare ad divinum cultum. D. Prosper egregiè lib. 3. de vit. contemplat. c. 19. ad rem sic loquitur: *Temperantia temperantem facit, abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum, serium, verecundum. Hæc virtus si in animo habitat, libidines refrænatur, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, vitiosa castigat, omnia intra nos confusa ordinat, ordinata corroborat, cogitationes pravæ remouet, inserit sanctas, ignem libidinosæ voluptatis extinguit, animi teporem desiderio futuræ remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & totam semper ab omni vitiorum tempestate defendit.* Senec. in epist. apud Theat. vitæ hum. lit. T, pag. 20. ibi: *Temperantia voluptatibus imperat, alias odit, atque abigit, alias dispensat, & ad sanum modum dirigit, nec unquam ad illas propter ipsas venit: scit optimum esse modum cupidorum, non quantum velis, sed quantum debeas, sumere.* Stobæus sermone de temperant. eam virtutem illis tribus encomiis prosequitur, quam imperium in voluptates, columnam fortitudinis, galeam contra lasciviam, oculorum aurigam, benevolentiam custodem, cogitationum circumfessionem, continentiam promotricem, cordis consiliariam, & precum ac votorum directricem nuncupavit. Per temperantiam vita protelatur. Ecclesiastici cap. 37. ibi: *Qui abstinentes est, adjiciet vitam.* Sic Gorgias Leontinus Sophista præclarus, cum annum 108. ætatis attigisset, rogatus qui ad tentam senectutem pervenisset, respondit, quod voluptatis causâ nihil sibi unquam facere permisisset. Coel. Rhodigin. lib. 19. cap. 20. Theat. vitæ hum. lit. L, pag. 21. ubi plura de temperantiæ laudibus.

Non latuit Ethnicos hujus virtutis utilitas, ac præstantia, qui naturali ratione ducti se temperantiæ insigniter addixerunt, maximè primarii viri, tum ex Principibus, ut Alexander, Cyrus, Agesilaus, Numa: tum ex Philosophis, ut Socrates, Pythagoras, Diogenes, & alii. Sed & Lacedæmoniorum tanta fuit parsimonia, ut inde alii Laconicè vivere dicerentur. Hæc & alia multa de Gentilium abstinentia, ac temperantia in unum congerit Theat. vitæ hum. sup. pag. 21. num. seqq.

Sed eximium magis austeritatis specimen exhibuerunt veræ Religionis professores, præsertim illi, qui in solitudinem, ut Deo prorsus vacarent, secedentes, mirabili inedia corpora macerant, ut in eorum vitis non absque stupore passim legitur, quorum nonnullos memorat Lessius cap. 2. dub. 1. num. 7. Nec mirum habendum est, quod Christiani præ Gentilibus colerent temperantiam, qui præter animi & corporis temporalia commoda, etiam spiritualium incrementum comparabant; nam ut ait Lessius cap. 1. dub. 1. num. 7. per abstinentiam ad culmen sanctitatis plures pervenerunt. Hinc jejunia Apostolorum Ecclesia utiliter instituit, quæ à Fidelibus exactissimè observabantur, de quibus Baron. Annal. tom. 1. anno 57. ubi Spondan. in ejus Epit. ex num. 57. Quas utilitates ex abstinentia Christiani sentiant, fusè tradit Lessius cap. 2. dub. 10. ex num. 69. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 22. vers. Tertiò queritur, cum seqq. Greg. de Valent. tom. 3. in 2. 2. disp. 9. q. 2. punct. 2. vers. Primò enim. Est tamen animadvertendum, ex quatuor Cardinalibus virtutibus temperantiam ultimum tenere locum. Valent. q. 1. punct. 1. vers. Et si autem.

Ibi: *Etiamsi hæretici, qui nunquam Ecclesiam.*

Hæretici, tam antiqui, quàm recentiores, multa adversus Christianorum jejunia impiè objicere consueverunt. Quidam ea penitus damnaverunt, alii ipsa spontè facta probant, sed ex Ecclesiæ præscripto jejunandum non esse asseverant. Ex quibus omnibus primi videntur Gnostici, quos memorat id adnotans Spondan. ex Baronio anno 120. num. 14. aliosque ejusdem erroris sectatores variis in locis recenset: de quo latè Lessius dict. lib. 4. cap. 2. dub. 11. à num. 77. Azor. sup. lib. 7. cap. 20. Valent. d. disp. 9. q. 2. punct. 2. qui hæreses circa jejunium referunt, ac refellunt.

Ad Num. 1.

Jejunium nomen accepisse fertur ab intestino, quod jejunium dicitur, quia semper vacuum est, ad cujus instar homo per abstinentiam vacuum à cibo nuncupatur jejunus, & opus hujus virtutis jejunium. Abbas ac Innocent. in rubric. de observ. jejuniar. Card. & Præposit. in cap. Denique, 4. dist. Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 1. n. 1. Bonacin. de præcept. Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 1. in princ. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. n. 1. Bassæ. verb. Jejunium, in Supplem. n. 1. Cujus intestini ea natura est, ut quicquid receperit, illicò ad partes inferiores transmittat, & sic inane remanet, ac jejunum. Cornucop. de ling. Latin. col. 76. in princip.

Jejunium multipliciter usurpatur. Primò metaphoricè pro vacatione à vitiis, cap. Jejunium 25. de consecrat. dist. 5. l. 4. tit. 23. p. 1. ubi Greg. Lop. gloss. 1. Less. d. cap. 2. dub. 2. num. 6. Secundò pro omni-

omnimoda abstinentia, ita ut nihil nec medicinæ causâ per modum cibi, aut potus sumi possit, quin jejunium istud violetur, quod naturale vocatur, & est sub præcepto servandum, ut Eucharisticum Sacramentum suscipiatur, nisi infirmo ut viaticum ministretur, *cap. Ex parte 5. de celebrat. Missar. l. 50. tit. 4. p. 1.* Quod jejunium prout servatur ad sumendum Christi corpus, est actus religionis, quia ob reverentiam exercetur; non temperantiæ. Fagund. *sup. n. 2.* Tertiò pro parsimonia, & temperantia, cum quis appetitum cohibens, ex cibo & potu id tantum capit, quantum necessitas & utilitas vitæ juxta naturæ præscriptum deponit, quod proprium est temperantiæ. Quartò pro abstinentia à cibo & potu exactiore, & strictiore, quam imperat temperantia; quia minus sumitur ad victum, quam virtus illa, permittit pro vitæ necessitate: & est actus proprius virtutis abstinentiæ, in quo si forma per Ecclesiam stabilita servetur, erit jejunium ecclesiasticum, aliàs si ad sedandos animi motus, aut ob alium finem honestum fiat, ad jus naturale spectabit. Hæc sic tradunt Valent. *d. disp. 9. q. 2. punct. 1. vers. Primum, cum seqq.* Bassæus in *Florib. Theolog. tom. 2. verb. Jejunium 1. n. 1. & 2.* Bonacina *d. punct. 1. n. 1.* Fagund. *sup. num. 1. & 2.* Navar. in *Manual. cap. 21. n. 11.* Theat. vitæ hum. *lit. F, verb. Jejunium, in princip. pag. 12.* Trullench. ubi proximè.

IO His generaliter de jejunio in genere prælibatis, ad primam D. Covar. assertionem accedimus, quâ docet, jejunium Ecclesiasticum, quod apud Christianos est in usu, diversum esse à morali, communique abstinentia, licet illud abstinentiæ virtutis actus sit. Quoad priorem partem discrimen est notissimum, quia moralis abstinentia, qua & Ethnici usi sunt, dicitur cibi subtractionem ex necessariis vitæ, quoties id naturalis ratio suadet ad carnis stimulos compescendos, ad valetudinem conservandam, aut assequendam, vel ad opera aliqua honesta expeditius agenda: sed nullam natura regulam præscribit circa tempus, cibos, aut modum, sed ea arbitrio cujusque relinquit, ut secundum prudentiam debitum moderamen adhibeat, ubi abstinentiâ fuerit opus Azor. *d. lib. 7. cap. 8. §. 1.* Ecclesia verò jejunium & abstinentiam Fidelibus indicit sub certa forma, tempusque ad jejunandum decernit, ut ex dicendis patebit. Unde abstinentia moralis, etsi austerissima sit, ad jejunium tamen Ecclesiasticum non spectat, nisi juxta præscriptum Ecclesiæ exerceatur, ut monet Lessius *de just. & jur. lib. 4. cap. 2. dub. 1. n. 7.* ubi de Anachoretarum acerrima abstinentia dilerens, ait eos jejunium Ecclesiasticum non confecisse, nisi formam servaverint. Sic jejunium hoc definitur, quod sit abstinentia voluntaria à cibo juxta Ecclesiæ præscriptum, aut consuetudinem receptam. Fagund. in *4. Ecclesiæ præcept. lib. 1. cap. 1. num. 4. & cap. 2. n. 1.* Bassæ. *verb. Jejunium 1. num. 2.* Trullench. *d. cap. 2. n. 3.* Bonacin. *d. punct. 1. n. 6.* ubi verba singula exponit: & illa, *Juxta Ecclesiæ, &c.* sunt loco differentie; nam per Ecclesiæ regulas circa jejunium hoc ab abstinentia morali & communi distinguitur. Valent. *sup. quæst. 2. punct. 1. vers. At cum instruitur.* Vide infra tradenda.

II Eadem diversitas constat ex eo quod abstinentia moralis nequit exerceri, nisi per subtractionem cibi ex necessariis ad vitam secundum regulam temperantiæ, ut mox cum D. Covar. dicendum est: jejunium verò Ecclesiasticum adimpletur, etsi quis nihil ex victu necessario ac communi detra-

hat, modò in tempore, & ciborum qualitate præscriptum Ecclesiæ servet, imò etsi ultra necessitatem epulatus gulæ reus fiat, ut communis Doctorum opinio fert adversus D. Covar. de quo infra agemus.

Posterior conclusionis pars, dum D. Covar. 12 asserit, jejunium Ecclesiasticum esse actum virtutis abstinentiæ, ab omnibus admittitur, & definitione jejunii pronuper tradita comprobatur, idque adnotant Lessius *cap. 2. dub. 2. num. 6.* Bassæus *n. 1. & 2.* Fagund. *cap. 1. n. 2. & 3.* Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 8. §. 1. & cap. 20. vers. Quartò queritur,* Valent. *sup. vers. Quartum,* Bonacina *ubi proximè:* quod ratione demonstrat D. Covar. infra, ante n. 2.

Ibi: *Quod moralis abstinentia hoc ipsum continet.*

Abstinentia definitur ita: *Est virtus cupiditates 13 & delectationes esculentorum inordinatas refrænans, & in ipso usu debitam moderationem constituens.* Less. *d. cap. 2. dub. 1. n. 2.* Sed ut idem Lessius n. 1. præmittit, abstinentia strictiorem moderationem adhibet, quam temperantia: hæc excessum reprimit in esculentis, illa ex necessariis ob finem bonum subtrahit. Theat. vitæ hum. *lit. A, pag. 21. verb. Abstinentia, in princ.* Similiter jejunium Ecclesiasticum est major quædam victus parsimonia & abstinentia, quam communis temperantiæ regula postulat. Less. *cap. 2. dub. 2. n. 6.* Unde hoc ad illam virtutem pertinere dubium non est. Bassæ. *sup. n. 2.* Valent. *d. disp. 9. quæst. 2. punct. 1. vers. Quartum.*

Ibi: *Sicut & moralis temperantia.*

De quo supra, n. 2. Virtus temperantiæ com- 14 pescit appetitum, ne in esculentis, potulentis, ac rebus venereis metam rationis naturalis transgrediamur; nam jure naturæ à superfluo tenemur abstinere. Cast. Palao *de just. & jur. disp. 3. de temper. punct. 2.* Unde D. August. *lib. 10. Confession. cap. 31.* hæc profert: *Hoc me docuisti, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam.* Idem Sanctus *lib. de morib. Eccles. regulam temperantiæ sic tradit, ut pro necessitate vitæ & officiorum alimoniam capiamus.* Sunt etenim perpendendæ circumstantiæ status, conditionis, loci, consuetudinis ac personæ, & aliæ, ut juxta prudentis viri judicium cibus ac potus moderatè sumatur. Quoad res venereas extra conjugium est ab illis penitus abstinendum, intra illud erit locus temperantiæ, ut modus licitis voluptatibus adhibeatur. Palao *sup. punct. 1. n. 2. & 3.* de quibus Valent. *tom. 3. in 2. 2. disp. 9. q. 1. punct. 1. vers. Quartò queri potest,* Theat. vitæ hum. *lit. T, pag. 119. verb. Temperantia, vers. Fufius, & distinctius,* Lessius *sup. lib. 1. dub. 2.*

De aliis, quæ hoc versiculo continentur, actum est supra, num. 4. & 5.

Vers. *Secundò communis usus.*

Observatio virtutis temperantiæ quoad cibum 15 & potum non consistit in indivisibili, sed intra latitudinem quandam pro arbitrio prudentis viri, pensatis circumstantiis, quod necessarium visum fuerit, sumi debet, nec certa regula constitui potest, ob varias hominum complexionibus; nam quod uni sat est ad victum, alii aut superfluum est, aut non sufficiens. Palao *sup. punct. 1. n. 2.* Fagund. *cap. 1. n. 3.* quare eadem quantitate, & qualitate cibo-

ciborum sumpta, unus temperantiam observabit & alter incidet in gulam Trullench. *sup. d. cap. 2. num. 2.*

Verf. Tertiò, quia sicut laus.

16 Cum temperantia delectationes ex cibo & potu, ac venere coarctare intendat, ejus excellentia in quadam privatione, ac subtractione majori illorum consistit; unde abstinentia, quoniam strictiorem cibi moderationem inducit, ipsam temperantiam, cujus pars est ac species, laudabilior habetur, secundum tradita supra, n. 13. Cavendum est tamen ne in vitium stuporis per nimiam cibi ac potus subtractionem incidatur contra naturalem rationem, qua tenemur sumere ex cibo, & potu quantum ad vitam, ac salutis incolumitatem, & conservationem necesse est, de quo consule laudatos supra, n. 3. in fin.

Verf. Quartò sicut moralis quædam.

17 Cum ex jejuniis plurima commoda spiritualia Christianis obveniant, præter temporalia, quæ etiam Ethnicis abstinentia utentibus communia sunt, de quibus Cornel. à Lapide *sup. lib. 1. Reg. cap. 7. vers. 6. §. Et jejunaverunt*, Lessius, & alia laudati supra, num. 6. ad fin. fortius recta ratione impelluntur Catholici ad jejunia Ecclesiastica, quam Gentiles ad temperantiam; & abstinentiam invitantur ob temporale bonum duntaxat, cum spiritualia longè digniora sint, quam temporalia, *cap. Cum inter corporalia, de translat. Episcop. ubi notatur.*

Ibi: Ut tantum cibi sumatur, quod natura conservari possit.

18 Licitum est tamen ita jejuniis & abstinentiâ uti, ut salutem noceatur ob bonum spirituale, velut pro peccatis ad placendum Deo, ut caro castigetur ac spiritui subiciatur, modò brevi tempore graviter valetudo non frangatur. Lessius *sup. cap. 2. dub. 1. n. 3.* de quo Sanch. *Consil. Moral. lib. 5. cap. 1. dub. 33.* Dian. *part. 5. tract. 4. resol. 33.*

Verf. Quintum planè ex his deducitur.

19 Hoc ita verum est, ut per abstinentiam, quæ ex necessariis naturæ subtrahit, salus conservetur, vitæque protendatur, ut constat ex præmissis supra, num. 4. & exemplis ostenditur apud Theat. vitæ hum. *verb. Jejunium, pag. 13.* ubi inter alia laudat Lessium *de just. & jur. lib. 4. cap. 2. dub. 10.* testantem novisse monialium monasterium parvissimè viventium, quæ sexagenariæ, & septuagenariæ inter vetustas non habebantur. Similiter de Anachoretis narratur, qui summam inedia vitam ad longævam senectam perduxerunt: hi quidem salvam temperantiam plus victus capere non prohibebantur, ut notum per se est, atque ita D. Covar. hic insinuat. Et oportet observare, quod cum dicitur abstinentiam detrahare ex necessariis ad vitam, verbum *necessarium*, non significat quod præcisè ad victum requiritur, ita ut eo deficiente, vita conservari nequeat, sed quod superfluum non est, *D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.*

id necessarium vocatur, ex quo si aliquid moderate subtrahatur per abstinentiæ virtutem, vita non periclitatur, imò augetur. Ecclesiastici namque *cap. 37.* legitur: *Qui abstinet est, adjiciet vitam.*

Ibi: Sexto, illud procul dubio.

His conveniunt præmissa supra, n. 10. etenim 20 jejunium Ecclesiasticum quædam desiderat, quæ ad servandam moralem & communem abstinentiam necessaria non sunt; præcipit enim Ecclesia, ut die jejunii semel tantum cibus sumatur: sed abstinentia servari posset pluries edendo, modò aliquid de quantitate necessaria detrahatur. Fagund. *in 4. Eccles. præcept. cap. 1. n. 3.* Præterea naturalis ratio nec tempus certum statuit ad jejunium, sed cum opus fuerit; nec horam prandii assignat, nec cibos aliquos vetat, ut dictum est *d. num. 10.* hæc omnia Ecclesia præscribit. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 8. vers. Tertiò queritur.* Sic recte D. Covar. ait ad Ecclesiasticum jejunium opus esse nedom abstinere à superfluis, ut dicitur temperantia & abstinentia, sed etiam ab aliis, quæ salvis virtutibus illis, nobis licerent.

Fagund. *ubi proximè, num. 4.* carpit D. Covar. hoc 21 loco, quia inquit jejunium Ecclesiasticum versari ut à potibus abstinemus: quandoquidem in comperto apud omnes est, die jejunii potum pro libito, quoties placuerit, sumi posse absque violatione præcepti, etsi quis vino usque ad ebrietatem abutatur, ut est commune & omnino receptum apud Scribentes. Sed dupliciter sententiam D. Covar. tueri conabimur (cui suffragatur *lex 4. tit. 24. p. 1. ibi: De todas sobejanias de comere è de deber*) nam referri potest ad tempus pristinum, quo usus vini erat jejunantibus interdictus, maxime Quadragesima Castr. Palao. *sup. disp. 3. punct. 2. n. 1.* Bonacina *de præcept. Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 1. n. 1. vers. Dicitur à cibo.* Aut verius responderi potest, D. Covar. loquutum non de necessitate præcepti, quæ ad potum non spectat, sed juxta mentem Ecclesiæ jejunia indicentis, quæ intendit ut ab omnibus vitiis, maxime à gula appetitum compescamus: & ita inspecto fine præcepti jejunium versatur circa potum superfluum, ut D. Covar. docet, & dicta *lex Parturæ tradit.* Faciunt tradita. *sup. cap. prox. n. 13. & 68.*

Verf. Septimò ex eo.

Finis, ac fructus jejunii præcipuus est corporis 22 libidinem temperare, de quo Lessius *de just. & jur. lib. 4. cap. 2. dub. 10. num. 71.* Azor. *d. cap. 8. vers. Tertiò queritur*, Fagund. *d. lib. 1. cap. ult. in fin.* Valent. *sup. disp. 9. q. 2. punct. 2. vers. Primò enim*, Trullench. *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 2. num. 5.* Theat. vitæ hum. *verb. Jejunium, pag. 13. vers. Igitur jejunium*, Chylostrom. *lib. de jejun. Basil. orat. 1. de jejun.* August. *serm. de jejun.* ubi ait *Jejunium purgat mentem, sublevat sensum, carnem spiritui subicit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit.* Memorabile est responsum Ypericii Abbatis, qui sciscitanti quid esset jejunium, inquit: *Frenum monachis adversus peccatum; qui autem illud adjicit, velut equus furens desiderio femina rapietur.* Quod ex vid. Patr. *part. 2.* refert Theat. vitæ hum. *ubi proximè.* Hinc vulgò jactatur, *Sine Cerere, & Baccho friget Venus.* Sic tamen corpus inedia comprimendum est, ut ineptum non relinquatur ad suas functiones exhiben-

T t , bea-

bendas, maximè quæ in Dei cultum & obsequium cedunt, *cap. Non mediocriter 24. de consecrat. dist. 5.* Hæc corporis afflictio per cibi subtractionem, quamquam finis sit præcepti Ecclesiæ, sub eo non continetur, ut infra n. 71. probabitur. Vide exempla apud Theat. vitæ hum. pag. 15. *vers. Jejunio dormita caro.*

Ibi: *Secundum, quod mens liberius eleveretur.*

- 23 Secundus effectus jejunii est, ut homo magis idoneus fiat ad Divinorum contemplationem, & illustrationes suscipiendas; quia abstinentia acuit sensus internos & externos, atque intellectum serenat, consumptis omnibus humoribus caput & cerebrum obtundentibus. Chrysof. *hom. 1. in Genes. D. Leo ferm. 2. de jejun. decimi mensis.* Hunc effectum inter alios recensent omnes numero præcedenti laudati. Intemperantia autem mentem à cognitione, & meditatione cœlestium retrahit. *cap. Contraria 21. cap. Ne tales 29. in fin.*

Ibi: *Tertiò, jejunium prodest.*

- 24 Tertius effectus est pro peccatis satisfactio; nam per jejunium Ninivitæ Dei imminentem vindictam averterunt, *Jonæ cap. 3.* Rex Achab similiter Deum sibi propitium per jejunium reddidit. *Reg. lib. 3. cap. 21.* Nec ad hoc jejunia profunt ipsi qui abstinens est duntaxat, sed etiam aliis; nam pro alienis peccatis jejunans satisfacit, *cap. Anima 22.* & ibi Glossa ultima 13. q. 2. de quo commodo jejunii apud allegatos supra n. 22. qui etiam alias utilitates spirituales jejunii recensent.

Ibi: *Abstinentia verò, quam Philosophi.*

- 25 Per abstinentiam corporis valetudinem roborari, & acquiri regulariter, nemini dubium est, *cap. Nihil enim 28. cum seqq. de consecrat. dist. 5.* de quo supra n. 4. simulque libidinis æstus temperantur aut extinguuntur, ut assertum est n. 22. quos effectus impossibiles non esse patet; nam etsi natura robustior fiat propter sanitatem provenientem ex abstinentia, robur tamen ad turpitudinem non impellit, quia appetitus persimoniâ temperatur. Sic quotquot dedimus supra, n. 22. hæc duo commoda jejunii recensent, & corporis salutem, & turpium motuum coercitionem, quæ etiam Ethnici naturaliter assequi potuerunt, magis aut minùs secundùm latiore, aut strictiore abstinentiæ modum, quæ si nimia sit, sicut corpus absumit, *d. cap. Non mediocriter*, ita Veneris incendium extinguit. Per contrarium intemperantia & saluti nocent, & ad turpia allicit, *dist. cap. Nihil enim, cum seqq.* Nec defuerunt Philosophi, allique Gentiles, qui ut passionibus suis dominarentur, inedia corpora non parum macerarunt, ut videre licet apud Theat. vitæ hum. *verb. Abstinentia, & verb. Temperantia.*

- 26 Fit igitur ex dictis, jejunium Christianorum à morali abstinentia Ethnicorum differre, tum forma, ut probavimus supra, n. 10. & 11. tum fine, quoniam illi opus illud virtutis ad bona naturalia & temporalia dirigebant, nos verò jejunium ad supernaturalia, & spiritualia referimus.

Ibi: *Posterior conclusionis pars.*

Jejunium esse actum virtutis abstinentiæ, ex aliis 27 asseruimus supra, *num. 12.* & temperantiæ partem subjectivam esse abstinentiam, id est speciem, quia temperantia genus est, quod hanc & alias virtutes ut species complectitur, de quo supra *num. 3.* & ultra ibi laudatos idem tenent Valent. *tom. 3. in 2. disp. 9. q. 1. punct. 2. vers. Partes subjectiva*, Trullench. *d. cap. 2. num. 4. Castro Palao de justit. & jur. disp. 3. de temper. punct. 1. num. 4.* Sed si jejunium fiat ad Deo placendum, erit actus charitatis, si ad cultum Dei, religionis; si pro peccatis, poenitentiae, vel alterius virtutis à qua imperetur. Trullench. *ubi proxime.* Qui autem jejunium frangit, ad quod tenetur, contra temperantiam peccat, non contra obedientiam, quamquam sit de præcepto, nisi in hoc peccet, ut præceptum transgrediatur. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 20. vers. Quarto queritur*, Fagund. *in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. ult. num. 4.*

Ad Num. 2.

Ubi ad superandos libidinis incurfus abstinentia necessariò desideratur, ipsa est sub præcepto juris naturalis. Azor. *d. lib. 7. cap. 8. §. 1. Fagund. sup. cap. 5. num. 3. Castro Palao d. disp. 3. punct. 2. §. 4. num. 11. Navar. in Manuali, cap. 13. num. 18. & in cap. Quando, notab. 3. num. 12. & 15. de consecrat. distinct. 1. Trullench. sup. d. cap. 2. n. 2. & 3.* Verùm ad secandos concupiscentiæ motus necesse non est jejunare juxta præscriptum Ecclesiæ, sed sufficit per subtractionem cibi corpus exercere pro arbitrio prudentis viri, cum necessitas id postulerit: nec requiritur ut jejunium sit diurnum, nec prohibetur si jejunas pluries singulis diebus edere, nec à cibis aliquibus abstinere, nisi ita ad carnem compescendam expedire videatur. Fagund. Navar. Azor. *sup. & cap. 22. in princ. & alii ubi proxime.*

Ibi: *Deinde quemadmodum tenetur quis.*

Est præceptum juris naturalis, ut per orationem 29 aliquo tempore Deo cultus reddatur; sed quando illud obliget, eo jure decretum non est, quare à DD. diversimodè definitur: & placet sententia eorum qui sentiunt, seclusa necessitate alicujus imminentis mali, id prudentis arbitrio relinquendum, ita ut longum tempus non prætereat, quin homo mentem ad suum Autorem eleve, & plures unum mensem assignant, de quo Fr. Joan. de S. Thoma *in 2. 2. tom. unic. disp. 27. q. 83. art. 3. num. 1. pag. 384. & num. 9. pag. 385. Basszus in Florib. Theolog. tom. 2. verb. Oratio, num. 2. Castr. Palao tom. 2. tract. de orat. disp. 1. punct. 8. num. 1. cum seqq. Dian. part. 3. tract. 5. miscellan. resol. 16. Azor. part. 1. lib. 6. cap. 10. vers. Decimo queritur, & cap. 34. vers. Secundo queritur*, Theatrum vitæ humanæ *verb. Oratio, pag. 89. tit. Necessitas. vers. Certè jure naturæ.* Sed cum ad hoc præceptum adimplendum sufficiat vel semel singulis mensibus orare, rarò aut nunquam jejunare ad orationem opus erit; nam etsi quis continuò se ingurgitet, aliquando tamen aptus erit ad divina contemplanda post epularum digestionem, ut intra mensem obligationi satisfaciat: nec præcisè requiritur ad orandum abstinentia, etsi utilis admodum sit; nam Azor. *d. cap. 34. circumstantias, & dispositiones*

tionem ad orandum recenset, sed jejunii non meminit.

Ibi: *Idem de oratione respondendum erit.*

30 Est utique præceptum juris naturalis, ut urgente gravi tentatione ad orationem confugiamus, ut divino auxilio carnis impetus superemus: sed ut peccati reus aliquis fiat propter omissam orationem, duo concurrere debent, & quod homo ad obligationem orandi advertat, & quod nullum aliud medium subsit ad tentationem elidendam. Joan. à S. Thoma num. 2. & 3. Lessius lib. 2. de just. & jure, cap. 3. dub. 3. num. 12. Bass. num. 3. Suar. lib. 1. de orat. cap. ult. num. 16. Palao d. num. 3. vers. Præter, Valent. tom. 3. 2. 2. disp. 9. q. 2. punct. 3. Azor. d. cap. 10. vers. Sylvester, & cap. 34. vers. Sed illud. Theat. vitæ humanæ vers. Possent tamen. Qui autem orationem omittit, cum orare tenebatur, in priori specie peccat contra religionem, in hac contra charitatem. Joan. à S. Thoma sup. art. 3. pag. 366. num. 2. Palao & alii prælaudati.

Vers. Tertia conclusio.

31 Jejunium, quatenus est jure naturali necessarium, etiam lege Evangelica præcipitur, quia cum prohibeamur concupiscentiâ, aliisque criminibus coinquinari, etiam jubemur media adhibere quales est jejunium, ne in illa prolabamur. Est igitur de Jure Divino Evangelico jejunium, quoties ad compescendos animi motus, corpore macerato, desideratur. Similiter cum ex lege Evangelica ad orandum astricti sumus, Math. cap. 7. ibi: *Petite & accipietis.* D. Paul. 1. ad Thessalonicens. cap. 5. ibi: *Sine intermissione orate.* D. Jacob. Epist. cap. 5. ibi: *Orate pro invicem, ut salvemini,* jejunium quoque imperatur, si necessarium ad orationem sit. Unde jejunium in lege Evangelica commune esse præceptum, etsi tempus ad jejunandum præscriptum non sit, notant Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 5. num. 4. Theat. vitæ humanæ verbo Jejunium, versic. Deus. pag. 13.

Ad Num. 3.

32 Potuit Ecclesia Fidelibus præceptum injungere, ut diebus quibusdam jejunare tenerentur. Valent. latè probans sup. disp. 9. q. 2. punct. 1. & 2. Castro Palao de just. & jure, disp. 3. punct. 2. §. 1. num. 1. Fagund. cap. 2. num. 3. Navar. in Man. cap. 21. num. 13. Azor. d. lib. 7. cap. 20. vers. Caterum, & vers. Tertio quaritur. Leander de præceptis Eccles. tract. 5. disp. 2. q. 1.

Ibi: *Jejunium autem esse plerumque necessarium.*

33 Jejunium aliquando necessarium est, ut ex pronuper dictis apparet, ac semper bonum & utile. Fagund. cap. 1. num. 5. Valent. sup. punct. 2. vers. primò enim, Theatrum vitæ humanæ ubi proxime, vers. Igitur, propter plurima bona quæ abstinentibus confert; nam præter tradita supra, ex num. 22. jejunium vitam ac salutem conservat, mentem ad illustrationes divinas præparat, impetrat beneficia, est meritorium: quæ in unum congerunt Lessius de justit. & jure, lib. 4. cap. 2. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

dub. 10. à num. 69. & alii, quos dedimus supra num. 22. in princip. Ex quibus plures effectus impugnant hæretici, quos recenset, ac convincit Lessius dub. 11. à num. 83.

Ibi: *Et quæ in unum ferè locum congesserunt.*

De jejunii encomiis agit D. August. de laudib. 34 jejunii, D. Chrysoptom. serm. de jejun. D. Leo serm. 2. de jejun. decimi mens. Theatrum vitæ humanæ latè verb. Jejunium, Cornel. à Lapide in Exod. cap. 34. vers. 28. §. Jejunium.

Ibi: *Hac igitur quarta conclusione.*

Hæretici tum antiqui, tum recentiores jejunia ab Ecclesia indicta protervè damnaverunt, ut videre est apud Spondan. in Epitom. Baron. an 120. num. 14. ubi de Gnosticis, anno 319 num. 9. de Eustathianis, anno 361. num. 9. de Massilianis, anno 406. num. 7. de Vigilantio. Ex neotericis Calvinus & alii plures suadent, non esse ex præscripto Ecclesiæ jejunandum, sed jejunium esse libere suscipiendum pro arbitrio cujusque, nec fas esse non vesci carnibus, ac lacticiis die jejunii, cum jure naturali omnia in cibum homini sint concessa præter carnem humanam, adversus quod Ecclesia nihil valet statuere: in cujus argumenti comprobationem expendunt illud Genes. cap. 9. à Domino dictum: *Omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum.* Et illud Math. cap. 5. testimonium: *Non quod intrat per os coinquinat hominem.* Et Luc. c. 10. ibi: *In quamcumque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis.* Verùm rectè satisfacit Azor. part. 1. lib. 7. cap. 20. vers. Verumtamen una, ubi ait Ecclesiam non vetare cibos, quia eos ut malos reprobet, sed ut privatione eorum corpora comprimantur. De quibus hæreticorum erroribus videndus Azor. d. cap. 20. à princip. Valent. d. disp. 9. q. 2. punct. 2. Fagund. sup. lib. 1. cap. ult. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 5. à n. 25. & dub. 11. à num. 77. Bassæus verb. Jejunium 1. num. 2. vers. Unde impudenter, Theatrum vitæ humanæ verb. Jejunium. pag. 13. sub. tit. Jejunii finis. Nec de jejuniorum excellentia ambigi potest, quæ Deus maximis miraculis approbavit, teste B. Irenæo lib. 2. cap. 57. quem dat Baron. Annal. tom. 1. anno 57. ubi Spondan. in Epitome, num. 63.

Vers. Quinta conclusio.

Ecclesia à suis primordiis sub Apostolorum tempus Christianis jejunia quædam observanda præcepit, l. 4. tit. 23. p. 1. cap. 1. & per tot. 76. dist. cap. Quadragesima, cum seqq. de consecrat. dist. 5. Card. Baron. anno 57. & ibi Spondan. à num. 57. qui fusè probant, Bassæus sup. vers. An autem, Azor. part. 1. lib. 7. cap. 12. à principio, Navar. in Manuali, cap. 21. num. 12. Fagund. sup. cap. 5. num. 4. Lessius d. cap. 2. dub. 5. n. 29. & dub. 9. ex n. 62. Bonacina in præcepta Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 5. num. 1. Theatrum vitæ humanæ verb. Jejunium, pag. 13. Quæ jejunia tunc temporis exactissimè observabantur, ut videre est apud Baron. & Spondan. ubi proxime. Jejunium autem originem ducit à mundi exordio, quod Deus Adamo in Paradiso indixit vetans ne de arbore scientiæ boni & mali comederet, Genes. cap. 1. Ita probat caput Sexto

die, 35. *distinct.* Azor. *sup. cap. 22. vers. Secundò quaritur*, Theatrum vitæ human. *verb. Jejunium*, pag. 14.

Ad Num. 4.

- 37 Jejunium Quadragesimæ non esse de jure divino, sed esse ab Ecclesia Apostolorum tempore institutum, omnes proximè laudati probarunt, & plerique disputatione præmissa: atque ita nullum jejunium existere, quod lege Evangelica fuerit indictum, sed esse omnia jure Ecclesiastico præcepta, notant Bonacina, Bassæus *verb. Jejunium 2. num. 3. Less. dub. 5. à num. 30. Castro Palao de just. & jure, disp. 3. punct. 2. §. 4. num. 11. & alii*, qui ut D. Covar. Sanctorum Patrum auctoritates, quibus contrarium insinuat, exponunt.

Ibi: Lege Evangelica à Domino, & Redemptore nostro.

- 38 Commune præceptum licet dies non definierit, est à Christo Domino datum, ut colligitur ex *Matth. cap. 9. ibi: Tu autem cum jejunas, & tenet Fagund. d. cap. 5. num. 4. Theatrum vitæ humanæ sup. vers. Deus. Sed id inficiatur Bassæus sup. Aliud est autem quod assertum est supra de jejunio ad cohibendum carnis appetitum, quod sub præcepto legis Evangelicæ, quatenus ad jus naturale spectat, omninò continetur.*

Ad Num. 5.

- 39 De diversa consuetudine jejunandi Quadragesima olim apud varias Ecclesias agit fusè Baron. *anno 57. ubi Spondan. num. 58. ubi observat, quod licet quoad tempus dissenserint, in hoc tamen omnes convenerunt, ut ante Pascha Resurrectionis dies aliquot ad jejunandum decernerentur. Consule laudatos supra, num. 36. qui de jejunio Quadragesimæ haud pauca tradidere Bassæus verb. Jejunium 2. num. 4. vers. Dies.*

Ad Num. 6.

- 40 Apud Orientales Ecclesias à jejunio Quadragesimæ etiam Sabbatum excipiebatur, sicut dies Dominica, atque ita singulis hebdomadibus dies duo detrahebantur, quod in Occidentalibus præter unam Mediolanensem minimè servabatur: cujus discriminis ratio dimanavit ex eo quod apud Orientem invalescebat hæresis illa plurium, qui asserabant, Deum Hebræorum, orbis conditorem & legis auctorem malum esse, Christumque ad eum destruendum advenisse: & quia Deus ille quievisset die septimo, ideoque Judæi Sabbatum colerent in ipsius honorem, illi hæretici contra in contumeliam ejus Sabbati jejunare consueverant: quod delirium à Simone Mago in alios hæresiarchas descendit. Hac igitur de causa Orthodoxi Orientales non solum à jejunio abstinebant Sabbatis, sed etiam adinstar Dominici diem illum festum habebant, in majorem hæreticorum detestationem. Ita ex Baronio Spondan. *sup. n. 58. & 60. Qua ratione in Occidente cessante, Catholici non solum Quadragesima, sed etiam extra illam Sabbatum cujusque hebdomadæ jejunio consecrabant ut mox est asserendum.*

- 41 Jejunare die Dominico sacris constitutionibus prohibetur, ita ut si feria secunda solemne festum

peragendum sit, quod vigiliam habeat, jejunium præponitur, ac Sabbato jejunatur, *cap. 2. de observat. jejunior. cap. Ne quis 15. cum. seq. de consecrat. distinct. 3. l. 6. tit. 23. part. 1. quod placuit, tum quia die illa Dominus surrexit, tum ne cum hæreticis, aut Judæis conveniamus, cap. Jejunium 13. de conf. dist. 3. ubi Glossa, Gregor. Lop. in d. l. 6. gloss. ult. Etenim hæretici die Dominica jejunabant, alia jejunia per Ecclesiam indicta damnantes, ut Eustathiani. Spondan. in *Epit. Baron. anno 319. num. 9. (Ex eadem causa interdicitur jejunium quintæ feriæ, d. cap. Jejunium; nam Pharisei secunda & quinta feria jejunabant. Spond. anno 34. num. 47.) Hodie tamen illicitum non erit ex devotione, cessante scandalo, Dominicis diebus jejunare, argumento capitis Utinam. 76. distinct. Gregor. Lop. ubi proximè Fagund. d. cap. 5. num. 2. Theatrum vitæ humanæ sup. pag. 13. versic. Dies Dominica, Bass. verb. Jejunium 2. num. 4. Bonacina sup. punct. 5. num. 3. & omnes communiter.**

Cætera verò quæ D. Covar. hic inserit, proficiuntur Baron. & Spondan. *de anno 57. Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 5. à n. 4. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 12. Less. de just. & jure, lib. 4. cap. 2. dub. 5. n. 28. & dub. 9. à num. 62.*

Ibi: Jejunium autem Quadragesimæ multis ex causis.

Cur autem quadraginta diebus jejunetur, in 42 promptu est, quia Christus Dominus tempus istud proprio jejunio consecravit, *l. 5. tit. 23. part. 1. Spondan. anno 57. num. 58. ubi notat, quod in Ecclesia Romana, & Mediolanensi, ubi Quadragesima quondam à Dominica inchoabatur, & sic quadraginta duos dies continebat, id fiebat, quoniam totidem mansiones, seu stationes factæ fuerunt à Populo Israel ab Ægypto in terram promissionis. Adde Bassæum verbo Jejunium, in *Supplem. n. 4.**

Ibi: Nam & Gentiles religionis causa.

Vide Theatrum vitæ humanæ verbo *Abstinencia, Jejunium, Temperantia.*

Ad Num. 7.

De hac dierum decima, quam per jejunium 43 quadragesima Deo solvimus; videndus Cardin. Baron. *anno 57. & ibi Spondan. num. 58. Fagund. d. cap. 5. num. 7. Gregor. Lop. in d. l. 5. Partita, gloss. 2. Cornel. à Lapide sup. Zachar. cap. 8. vers. 19. vers. Secundus est. Et alii adducti supra, num. 36. Hinc controvertitur, ante Pontificem Gregorium Magnum Quadragesima inciperet à Dominica, vel à die Mercurii præcedenti, prout nunc observamus: de quo Fagund. *d. cap. 5. n. 5. & 6.**

Ad Num. 8.

Olim quarta & sexta feria ex præcepto per annum 44 jejunare Christiani tenebantur: quarta quidem, quia Mercurii die initum adversus Christum à Judæis Concilium: sexta, nam die Veneris Cruci affixus est. Baron. *tom. 1. anno 34. ubi Spondan. num. 47. & anno 57. num. 59. Fagund. sup. cap. 6. num. 5. Bassæus verbo Jejunium, in Supplem.*

plem. n. 5. Less. sup. lib. 4. cap. 2. dub. 5. n. 34. Theatrum vitæ humanæ verb. Jejunium, vers. Feria 4. 6. & Sabbatum, & alii laudati n. 36. Sed hæc jejunia in defuetudinem abiere.

Ibi: *Huic denique quartæ feriæ jejunio.*

45 De obligatione jejunii Sabbati die, vide legem 6. tit. 24. p. 1. ubi Gregor. Lop. Baron. an. 57. ubi Spodan. num. 60. Fagund. cap. 6. n. 4. Bassæum verb. Jejunium., in Supplem. num. 6. versic. Jejunium. Theatrum vitæ humanæ ubi proxime, & alii laudati num. 36. Cur autem jejunium hoc Fidelibus indiceretur, tradit Spondan. numer. 61. duplicem causam referens. Primam, qui cum B. Petrus cum Simone Mago foret die Dominica certaturus, Sabbato antecedenti propter periculum imminens jejunavit: cumque eventus feliciter votis responderit, placuit ut exinde Sabbatis jejunaretur. Secundam, quoniam Apostoli post Christi mortem præ mœrore, ac metu Judæorum se occultantes, creduntur Sabbato illo jejunasse, & ideo in Ecclesia stabilitum est, ut id Sabbatis omnibus servaretur, quod asserit Innocent. epist. ad Decent. cap. 4. & habetur in d. l. 6. Partit. cap. Sabbato, de consecr. dist. 3. Concil. Eliber. can. 13. ibi *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die juniorum celebremus superpositionem.* Hoc autem præceptum consuetudine in pluribus, aut in omnibus Christianorum regionibus laxatum cernitur, & in Hispania jejunandi necessitas penitus est sublata, solumque manet illud abstinentiæ vestigium in Castella, ut extremitatibus corporum animalium vescantur, cæteris partibus prohibitis, etsi in d. l. 6. Part. 1. esus carniū absolutè interdicatur: ubi etiam dicitur, in aliquibus locis in honorem B. Virginis laudabilem vigere consuetudinem, ut Sabbatis jejunetur, festivitasque celebretur: quod est ex devotione, & consilio, non de præcepto, ut observat ibi Gregor. Lop. gloss. 1. In Lusitania verò Sabbato carnis uti nullo modo licet. Diana part. 1. tract. 9. resol. 18. Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 7. num. 10.

Ibi: *Sed ubi quis commoratur etiam absque domicilio.*

46 Controversæ est, utrum viatores, & alii, qui ad locum aliquem preveniunt illicò recessuri, etsi paucis aliquibus diebus ibi commorentur, debeant observare jejunia, festa aut abstinentiam, quæ ibi ex lege, aut consuetudine vigent. Affirmativam opinionem cum D. Covar. sustinet Suar. de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 8. Navar. in Manuali, cap. 13. num. 5. & alii plures apud Fagund. supra, num. 9. & Dian. præ 1. tract. 9. resol. 2. in princip. cujus sententiæ fundamenta hi referunt, quæ satis est probabilis, ac communis.

47 At contrarium non minus est receptum, ac probabile, & sic quod scandalo cessante possint viatores, aliique similes carnes edere, nec festa custodire teneantur locorum per quæ transeunt, modò ubi domicilium habent, illa non servantur. Ita cum pluribus Fagund. num. 8. & 10. Dian. d. resol. 2. Lessius de justit. & jure, lib. 4. cap. 2. dub. 8. resol. 51. Bonacina de præcept. Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 6. n. 6. Bassæus sup. verb. Jejunium, n. 19. vers. An autem, Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 18. num. 7. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 30. vers. Verum

illud dubium. Ubi autem utrobique scilicet in loco domicilii & transitus jejunium servaretur, communiter placet viatorem obligari ad jejunandum. Sed Sanch. *Selectar disp. 54. num. 31.* singulariter docet; eum non teneri, quia lege domicilii extra territorium non astringitur, nec lege loci per quem transit, quia ad eum non pertinet: quod refert aïens non improbabile Diana part. 1. tract. 6. resol. 18.

Hæc ultima communis resolutio ampliatur, ut idem sit de illo qui per plures dies in aliquo loco commoratur animo non persistendi ibi majori anni parte, quia festa & jejunia scandalo secluso, non tenebitur observare, ut contra alios docet Diana ubi sup. vers. *Imò ego.* Quid si quis vadat ad locum animo permanendi ibi pro majore anni parte, ac deinceps jam ibi existens mutet voluntatem? Sanch. in Summa, lib. 1. cap. 12. num. 42. docet teneri ad observationem quandiu ibi incolit. Contrà tenet Joan Sanch. d. disp. 54. num. 35. quem sequitur Diana d. resol. 18. in fin. nempe non obligari ex quo apud se constituit citò discedere.

Illud compertum est, ut si quis exeat è loco domicilii, ubi jejunare tenebatur, & ad eum perveniat in quo jejunium non servatur, possit carnes edere & uti consuetudine, quæ ibi viguerit: & de scandalo curandum non est, quod hic non reperitur, sicut in casu contrario. Unde Lusitanus iter faciens per Castellam, poterit publicè die Sabbati vesci extremitatibus animalium, quas in Lusitania edere non licet. Ita Dian. dicta resol. 18. Lessius sup. num. 45. Navarr. cap. 23. num. 100. Fagund. sup. num. 14. Azor. cap. 30.

Hæc omnia accipienda sunt de illis, qui alicubi domicilio habent; nam vagabundi omninò astringuntur ad observanda festa, & jejunia illius loci ubi reperiuntur. Fagund. d. cap. 7. numer. 13. Dian. d. resol. 2. vers. *Notandum*, Suar. d. lib. 2. cap. 14. num. 20. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 11. vers. *Decimotertiò quaeritur*, Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 14. num. 15. & alii, etsi aliqui dissentiant, ut videre est apud Dian. ubi proxime & d. resol. 18. in fin.

Verf. Hinc etiam deducitur.

Legitimæ feriæ intelliguntur secunda, quarta, 51 & sexta, ut observat Barbosa in collect. ad cap. 1. n. 2. 22. q. 5.

Verf. Idem Burchardus lib. 13.

Christiani quondam dies ante festivitates, & 52 natalitia Sanctorum vigiliis, orationibus, ac jejniis consecrabant, de quo Azor. part. 1. lib. 7. cap. 13. vers. *Quæres.* sed pernoctationibus sublatis, ut alibi dictum est, & traditur apud Theatrum vitæ humanæ verbo *Vigilia, vers. Cur. & quando, &c.* jejunia persistenter prout nunc observantur, Bonacin. sup. d. disp. ult. q. 1. punct. 5. num. 3. Quæ autem de jure, ac generali consuetudine in universa Ecclesia servantur, constat ex sup. 2. de observat. jejunior. l. 5. tit. 23. p. 1. ubi Greg. Lop. gloss. 1. Azor. d. cap. 13. per tot. Barbosa in collect. ad d. cap. 2. n. 2. Bonacina in Eccles. præcept. disp. ult. q. 1. punct. 5. n. 3. Bassæus in Florib. Theolog. verb. Jejunium 2. n. 4. vers. *Tertiò*, Fagund. sup. cap. 5. n. 8. & 9. Hæc jejunia dicuntur vigiliæ, retento pristino nomine, etsi jam usus vigiliandi cessaverit.

Ad Num. 9.

- 53 De jejunio quatuor Temporum fusè agitur in cap. 1. & per tot. 76. dist. l. 13. tit. 5. l. 5. tit. 23. part. 1. ubi Gregor. Lop. gloss. ult. Card. Baron. *Annal. tom. 1. anno 57. & ibi Spondan. num. 62. Fagund. cap. 6. à princip. Bassæus ubi proxime, vers. Secundo* Alfons. Ciacon. *de varia jejuniar. observat. cap. 2. Azor. sup. lib. 7. cap. 14. per. tot. Barbosa in cap. 1. 76. distinct. Theatr. vitæ humanæ verb. Jejunium, pag. 13. vers. Quatuor tempora jejunii solemniss, de quo D. Covar. hic meminit Spond. anno 57. n. 62. in fin.*
- 54 Hoc jejunium per quatuor anni stationes est distributum, ut omnibus ejus partibus sit adscripta abstinentia. B. Leo *de jejun. mens. sept. sermone 7. & 9. & de jejun. mens. decimi, serm. 4. & 8. Baron. & Spondan. ubi sup. Fagund. num. 3. Illud ex doctrina Sancti Spiritus & Apostolica institutione sumpsit exordium, nec primum ipsum indixit Callistus Pontifex, ut aliquibus videtur; nam hic duntaxat, quæ à majoribus ex traditione perceperat, edito decreto firmavit, quod refertur in cap. 1. 76. distinct. Ita post Baron. Spond. ubi proxime, secundum quos Callistus I. de quo agimus, Pontifex est creatus anno 221. & anno 226. Martyrii lauream obtinuit, ut apud eos videre licet.*

Ibi: In ipsa verò epistola traditur.

- 55 In cap. Jejunium 7. 76. distinct. traditur ritum jejunandi quatuor anni mensibus ad instar jejunii Hebræorum fuisse in Ecclesia institutum, quod etsi ad ceremonialia legis spectaret, & cum ipsa expiraret, Apostoli tamen rectè ad ejus similitudinem apud Christianos jejunium quatuor Temporum indixerunt, cum discriminè tamen quoad menses; quod, sicut & alia, quæ ad optimos mores instituendos spectare visa sunt, ab Hebræis Apostoli laudabiliter mutuati reperiuntur, ut ex B. Leone observat post Baron. Spondan. ubi nuper, Cornel. à Lapide ubi mox, vers. *Mysticè.*
- 56 Quibus de causis Hebræi ea jejunia singulis annis solemniter peragerent, ostenditur in d. cap. Jejunium, ac refert Becan. in analog. veter. & novi Testam. cap. 15. à n. 16. Gasp. Sanch. sup. Zachar. cap. 8. vers. 19. num. 36. & 37. Cornel. à Lapide in eundem locum, qui rem egregiè suo more declarat, eaque pro intellectu dicti capituli Jejunium, hic inferere placet, eo præmissò, quod interpretatio loci Prophetæ ibi tradita quoad causas jejuniarum, non omnibus arridet, ut monet Gasp. Sanch. num. 36. subdens varias esse opiniones. Sed Cornelii sententiam sequuti hæc subjicimus.
- 57 Est observandum (quod & alibi diximus) annum Hebræos diversimodè fuisse auspiciatos, non quidem à die certa, sed à plenilunio. proximior verno æquinoctio, unde juxta cursum lunationum initium anni anteponi, aut postponi solebat, & consequenter mensis Nisan, qui primus erat, aliquando pro majori parte conveniebat nostro Martio, aliquando Aprili, ita ut post Martium totum lapsum incipere posset, prout adnotatur, supra cap. 18. num. 22. Similiter & reliqui menses idem varietati obnoxii fuere. Igitur apud Judæos quatuor publica observabantur jejunia, quorum mentio fit in d. cap. 8. Zachar. vers. 19. Primum jejunium celebratur quinto mense, qui

dicebatur Tammus, & nostro Junio, & Julio correspondet, cujus die nona jejunabatur, quia ea fractus & interruptus est à Chaldæis murus Jerusalem, de quo Jerem. cap. 52. vers. 6. Secundum verò die decima mensis quinti Ab, qui partim Julio, partim Augusto convenit; illa enim templum à Chaldæis exustum est. Jerem. cap. 54. num. 12. Tertium die tertia mensis septimi, id est Tifri, qui similiter Septembri, & Octobri respondet; nam illà die Godocias ab Ismaele enecatus est. Jerem. cap. 41. n. 2. Quartum die decima mensis decimi, qui Tebet dicitur, ac Decembri, & Januario pro parte coæquatur; quoniam die eadem Jerusalem à Chaldæis cœpit obsidione vexari Reg. lib. 4. cap. 25. vers. 1. Hæc Cornel. à Lapide sup. cui accedit Sanch. n. 37.

Præter ista eisdem mensibus alia jejunia Hebræi ex aliis causis observarunt; nam mensis 4. die 17. jejunabant ob fractas tabulas Legis à Moysè, cum vitulum Israelitæ adorarunt. Exod. 32. vers. 19. Mensis 5. die 1. qua Aaron frater Moysis Pontifex primus à Deo institutus obiit, Num. cap. 20. num. 28. Mensis 7. die 10. erat jejunium expiationis, Levit. 25. vers. 27. Mensis denique 10. die 8. quæ lex à LXX. Interpretibus sub Ptolemæo Philadelpho in Græcum est versa, tenebris terram occupantibus triduo. Ita Cornel. supra, vers. *Nota erant*, ex Calendario Hebræor. quod Genebrardus Latinitate donavit, & habetur ante ejus commentaria in Psalmos. Hæc jejunia nova, illa vetera Cornelius appellat, ac à illis, non de his accipiendus est Zacharias in d. cap. 8. quamvis in d. cap. Jejunium, confuse misceantur, in quod etiam incidit Becan. sup. n. 17. cum seqq.

Ibi: Ut primum jejunium quatuor Temporum

Ita hodie observatur, unde versus apud Greg. 59 Lop. in l. 5. gloss. 3. tit. 23. part. 1. sic edicunt: *Vult Crux, Lucia, Cinis, Charisma divina, Ut jejunetur quarta sequens feria.*

Cur autem hæc fuerint indicta jejunia, tradit Cornel. à Lapide ubi proxime, vers. *Mysticè, cum seq. Fagund. sup. num. 3. Primum, ut Deum præcemur, eitemque gratias referamus pro fructibus terræ; nam illis temporibus aëris temperies variatur, frugesque feruntur, nascuntur, marescunt, ac colliguntur. Secundò, propter collationem Ordinum, ut Deus Episcopis assistat; nec indigni ad sacrum Altaris ministerium admittantur. Tertiò, ut sic totum annum in poenitentiam, & pietatis obsequium faceremus. Quartò, ut diem unum pro singulis mensibus Deo offeramus.*

Vers. Ex his item assumitur.

De diebus, quibus Ordines conferre licet, vide 60 legem 13. tit. 5. part. 1. & quod ibi dicitur, & à D. Covarruv. hic traditur, exaudiri debet de Ordinibus sacris; nam minoribus initiari quis poterit quavis die Dominica per annum, cap. De eo 3. de tempor. Ordinat. ubi permittitur Episcopis unum vel duos ad minores Ordines dies Dominica promovere. Vide Barbof. in collectan. ibi: Qui autem extra tempora adversus juris prohibitionem sacris Ordinibus insignitur, ipso jure suspensus manet, & si in suscepto Ordine ministret, irregularitatem incurrit Summi Pontificis dispensationi reservatam, ut probat Gutier. *Canoniar. lib. 1. cap. 26. à num. 20. Vide Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 8. Henricq. in Summa, part.*

part. 2. lib. 10. cap. 12. Rebuff. in praxi benef. part. 2. tit. de Cleric. ad sac. Ordin. malè promot. gloss. 1. ex num. 2. Graffis lib. 3. aur. decis. part. 2. cap. 12. num. 20. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 4. num. 2. cum. aliis Nec consuetudine fieri potest, ut extra tempora Ordines sacri conferantur, cap. 2. de tempor. Ordin. & ibi Barbosa in collectan. Rebuff. sup. num. 14. & 15. Quaranta in Summa Bullarii, verbo Ordo, vers. Devenio ad secundum.

Verf. Atque hæc de jejuniis.

61 De aliis festivitatum jejuniis, quæ ab Ecclesia indicta sunt, vide jura, & DD. laudatos supra, num. 52. Fuit præterea antiquissimum in Ecclesia mos, ut cum Concilium esset ineundum, aut afflictio premeret, vel necessitas, Episcopi in propriis diocæsisibus jejunia Fidelibus indicerent, ut post Baronium adnotat Spond. ann. 57. n. 63.

Ad Num. 10.

62 Omisâ controversiâ, hæc sexta conclusio est omninò amplectenda, ut scilicet lethalem culpam admittat qui absque justa excusatione jejunia ab Ecclesia præcepta non servaverit; ita enim tenent communiter omnes, ut Castro Palao de justit. & jur. disp. 3. de temper. punct. 2. §. 4. num. 12. Lessius de just. & jur. lib. 4. cap. 2. dubit. 5. num. 33. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 8. vers. Secundò queritur, Valent. 2. 2. tom. 3. disp. 9. q. 2. punct. 2. vers. Est autem omninò, Navar. in Man. cap. 21. num. 13. Bassæus in Florib. Theolog. tom. 2. verbo Jejunium. 2. num. 5. Leand. de præcept. Eccles. disp. 1. q. 7. tract. 5. & q. 9. Quid de jejunio ex consuetudine sentiendum sit, videndus Pellizzar. in Manuali Regul. tract. 5. cap. 5. num. 2. ubi ampliatur quoad Regulares.

63 Ille verò à peccato saltem gravi excusatur, qui bona fide existimans id licitè posse ex aliqua ratione jejunium violat, etsi propriæ sensualitati, seu appetitui indulserit; hic enim licet fallatur ex ignorantia, modò crassa, seu affectata non sit, reus culpæ lethalis non efficitur. Lessius sup. num. 34. vers. Si quis tamen, Greg. Lop. in l. 4. gloss. 3. in fin. iii. 23. p. 1. Navar. d. cap. 21. n. 20. Bassæus ubi proximè, vers. Si quis tamen.

Verf. Non oberit huic conclusioni.

64 Vide supra n. 27. in fin. nam ut ibi assertum est, qui frangit jejunium absque Ecclesiæ contemptu, peccat contra temperantiam: si ex contemptu, etiam contra obedientiam.

Ibi: Nihil suberat in cibis adsumendis per se malum.

65 Jure naturali nullus cibus est prohibitus præter carnem humanam. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 22. vers. Quarto queritur, ubi latè disputat. Potest tamen illicitum esse illo jure aliquid edere, si nocivum sit salutem edentis, aut alterius, velut foetus, aut infantis qui lactatur. Vide Victoriâ in relect. de temper. n. 1. Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 2. num. 2.

Ad Num. 11.

Septima hæc conclusio, quæ habet, jejunii 66 diebus non licere nisi unico prandio uti, à cunctis dubio procul sustinetur, ac probatur ex l. 4. tit. 23. p. 1. ubi Gregor. Lop. gloss. 3. Bonacina de præcept. Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 3. num. 1. Layman. in Theolog. Morali, lib. 1. tract. 8. cap. 1. n. 2. & 5. Trullench. in Decalog. lib. 3. cap. 2. dub. 3. num. 1. Sà verb. Jejunium, num. 4. Bassæus in Floribus Theolog. verb. Jejunium 1. n. 8. Castro Palao de just. & jur. disp. 3. punct. 2. §. 2. n. 1. Pellizzar. in Manual. Regular. tract. 5. cap. 5. num. 7. Filliuc. tract. 27. cap. 2. q. 2. num. 22. apud quos penè innumeri, qui omnes, ut D. Covar. in præfenti, advertunt, nullo jure probari semel tantum prandere esse de necessitate & substantia jejunii, sed ex usu communi ac totius Ecclesiæ consuetudine hujusmodi obligationem jejunantibus ortam esse; consuetudo enim valet plurimum quoad jejunia, quæ omnia sunt de Jure Ecclesiastico, ut dixi supra, num. 38. ideoque jejunia indicere, abrogare, & immutare poterit. Bassæus verb. Jejunium 2. n. 3. Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 5. n. 1. Bonac. sup. punct. 5. num. 2. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 19. per tot. Sic vigiliam Pentecostes instituit, ac jejunium Adventus Domini: & è contra quartæ & sextæ feriæ sustulit, ut Bonac. ibidem, & alii prænotarunt.

Hæc prohibitio non prandendi nisi semel die- 67 bus jejunii, incipit à media nocte in mediam noctem vigiliæ, & sic per 24. horas. Fagund. cap. 6. num. 11. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 27. vers. Sextò queritur, Bass. verb. Jejunium 1. num. 6. versic. Dubium. autem.

Ibi: De illo verò jentaculo.

Moribus etiam receptum est, ut liceat jejunan- 68 tibus tempore vespertino sub noctis initium refectiunculam sumere, quæ vulgò Colation nuncupatur. Bassæus ubi proximè, num. 9. Navar. in Manuali, cap. 21. num. 13. Tolet. lib. 6. cap. 2. n. 5. Diana part. 1. tract. 9. resol. 1. Palao d. §. 2. n. 5. Bonacin. ubi sup. punct. 3. n. 2. Pellizzar. num. 10. Trullench. num. 6. Leand. de præcept. Eccles. disp. 4. à q. 3.

Tria examini subjiciuntur circa hanc refectio- 69 nem serotinam. Primum, quoad horam, & sumenda est non ante noctis initium, sed qui ante sic reficeretur, venialiter tantum peccaret. Trullench. num. 7. Azor. d. lib. 7. cap. 8. versic. Sextò queritur. Secundum, circa quantitatem, de quo diversæ opiniones extant, & receptius est, non frangere qui octo uncias cibi ederet. Bass. d. n. 9. vers. Aliqui assignant, Diana ubi proximè, qui tenent, standum consuetudini, cum Lessio de justit. & jur. lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 11. Navar. n. 3. Lezana in Summa, verbo Jejunium, num. 4. & alii. Vide Trullench. num. 9. Pellizzar. num. 11. ubi ait, non violari jejunium percipiendo decem uncias, quia octo dantur juxta communem sententiam, duæ verò aliæ non frangunt, ob parvitatem materiæ, quæ ad eam quantitatem communiter ampliatur, ut peccatum lethale evitetur, & veniale duntaxat incurrat. Bassæus n. 3. vers. Sed petes, & n. 9. vers. Porro excessus Diana p. 5. tract. 5. resolut. 11. Turrian. in Summa, part. 1. cap. 256. dub. 27. & alii. Tertium, quoad ciborum qualitatem, & quidem una sententia communis ac probabilis tenet, non licere uti piscibus,

bus, sed rebus illis, quæ non deserviunt principaliter ad prandium, ut poma, nuces, olera, bellaria & similia. Altera etiam probabilis, ac recepta docet, pisciculos edi posse, modò in quantitate excessus non interveniat, de quo Trullench. num. 8. Bonacina num. 3. & cæteri omnes num. *precedenti* laudati.

Verf. Cæterùm, Christiane Lector.

- 70 Quæritur hîc, an qui die jejunii ita semel edit, ut ventrem oneret ad ingluviem usque, quo potius ad libidinem, quam ad continentiam invitetur, satisfaciât Ecclesiæ præcepto? Negativam partem cum D. Covar. tuentur perpauci: sed affirmativam omnes ferè sectantur, ex quibus sunt Palao *d. punct. 2. §. 2. num. 3.* Bassæus *verb. Jejunium 2. num. 9.* Bonacina *d. punct. 2. n. 7.* Trullench. *d. dub. 2. num. 17.* Leand. *in præcept. Eccles. tract. 5. disp. 5. q. 31.* Pasqualig. *in praxi jejun. decis. 120.* ubi alii, Reginald. *lib. 4. cap. 14. num. 163.* Abulenl. *in cap. 6. Matth. q. 166.*

Verf. Primò Ecclesia Catholica.

- 71 Communi opinione admiffa, de cujus ratione infra suo loco differendum, satisfit rationibus, quibus D. Covar. innitur ex prælaudatis DD. qui ipsas diversimodè diluunt. Non igitur obest prima; nam etsi Ecclesia intendat per abstinentiam, & subtractionem cibi corpora macerari, mentemque disponi ad divina contemplanda, non tamen præcipit, ut in prandio unico moderamen adhibeatur: & ut quis à transgressione immunis judicetur, sat est ut quod imperatur, observet, etsi quoad finem legem non adimpleat; ille enim sub ista non continetur, ut in simili idem D. Covar. nos docuit supra, *cap. prox. num. 11.* ubi plures cumulavimus num. 68. præter quos, & allegatos num. *precedenti*, ita tenent Suar. *de legib. lib. 3. cap. 29. num. 7.* Bonac. cum multis *tom. 2. cod. tract. disp. ult. quest. 1. punct. 1. num. 5. verf. Quæres quintò,* Sanch. *in Summa, lib. 1. cap. 14. num. 4.* Ecclesia namque non omnia, quæ ad salutem spiritualem fieri desiderat, ad legis necessitatem reducit, ne dum multum emungit, sanguinem eliciat, *cap. Denique, 4. disp.*

Verf. Secundò materia hujus præcepti.

- 72 Negatur esse materiam necessariam præcepti abstinentiam à cibi excessu in prandio permisso, quia ut dictum est non jubetur, quamvis intendatur; & ita sine perpenso, etiam à potu abstinentum esset, ut corpus comprimatur. Abstinentia autem, quæ est materia necessaria jejunii, in his tribus tantummodò consistit, in subtractione quorundam ciborum, in comestione unica, & in hora certa, antequam edere non licet: imò hora non est de substantia jejunii, ut inferius patebit. Ita Bonacina *d. q. 1. punct. 1. in fin. tract. de præcept. Eccles. Pellizzar. d. cap. 5. n. 6.* Fagund. *in 4. Eccles. præcept. lib. 1. cap. 2. n. 2.* Trullench. *sup. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 1. num. 1.* Bassæus *verb. Jejunium. 1. num. 3.* Unde parsimoniâ in esu non veditorum ad jejunii Ecclesiastici substantiam opus non est.

Verf. Tertio, lex humana.

Ecclesia dum dies ad jejunandum decernit, non ideo Fideles ab abstinentia, ad quam de jure naturali tenentur, per subtractionem ciborum eximit, proponit namque tempora, ut corpora macerentur, sed non injungit necessitatem absolutam abstinentiæ, nisi quatenus forma jejunii desideret: quare per jejunium Ecclesiasticum non tollitur, aut immutatur obligatio ad subtractionem cibi, secundum tradita supra, *n. 28. & 29.* sic qui ventrem die jejunii epulis superfluis onerat, servato Ecclesiæ præscripto, præceptum non violat, licet per excessum juri naturæ contraveniat. Unde alia est obligatio legis Ecclesiasticæ, & alia juris naturæ: illa regulam jejunandi à se datam servari postulat, hoc subtractionem cibi desiderat, Castro Palao *ubi proxime.*

Verf. Quarto, eodem modo.

Hoc argumentum nequiquam procedit, quia manducans pluries facit contra Ecclesiæ universalis consuetudinem, quæ vim obtinet legis, *l. De quibus, ff. de legibus: de quò supra, num. 66.* quam fervet virtutem abstinentiæ, ut infra, *num. 12. verf. Quod si quis, D. Covar. rectè docet.* At qui semel prandens temperantiæ limites transgreditur, non venit contra legem Ecclesiasticam, sed contra finem ejus, jusque naturale, quod per excessum offenditur pro materiæ gravitate. Palao *ubi proxime.*

Verf. Quintò, ab absurdo vitando.

Hæc ultima ratio evanescit ex eo quod excens modum temperantiæ in unico prandio, minime dicitur satisfacere per excessum sed per abstinentiam quam exercet servans formam jejunii, quæ consistit in illis tribus, de quibus supra *num. 72.* his enim corpus affligitur, ac castigatur. Bonacina *ubi proxime, Filliuc. tract. 27. cap. 2. quæf. 1. num. 20.* nempe privatione carniû, quia pisces alimentum exigui momenti sunt, ac ideo corporis macerativum, qua de causa conceditur ab Ecclesia jejunantibus, Bassæus *verbo Jejunium 1. num. 9. verf. Hæc sententia de prohibitione plurium refectioû: siquidem abstinentia est per horas 24. semel tantum edere, nam regulariter homines uno prandio etiam opiparo contenti non sunt: unde apud Romanos moris fuit quater in die cibum sumere ad horas statutas, de quibus Rosin. *de antiquit. Roman. lib. 5. cap. 26. & 27.* Coercetur tandem corpus horæ præfinitione; nam etsi fames urgeat, non licet tempus decretum prævenire absque culpa saltem veniali, ut inferius probabitur. Hæc omnia sustinet qui jejunat, etsi moderamen debitum in unico prandio excedat; peccat enim contra temperantiam, sed non quatenus est ab Ecclesia præscripta. Bonacina *de præcept. Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 2. n. 7.**

Verf. Contrariam opinionem.

Quam ab omnibus receptam asseruimus supra, *num. 70.* ex quibus haud paucos dedimus *ibidem,* qui hujusmodi rationem reddunt, quia scilicet quantitas ciborum in prandio unico coarctata non est, nec lege aut consuetudine definita, ideoque

que excessus contra præceptum Ecclesiæ non est, quia quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. Illam, cui vulgat. C. de collat. Argel. de legitimo contradic. q. 20. num. 14.* Nec refragatur, quod D. Covar. adversus istam rationem objicit; nam inficiatur, Ecclesiam præcipere aut sensim, aut tacite moderationem ciborum, quia si id voluisset, expressisset, licet ipsum optet ut finem, qui sub legis necessitatem non cadit, ut præmissum est.

Ad Num. 12.

77 Hoc est potissimum fundamentum communis sententiæ, quia finis legis sub ipsa non continetur; unde faciens contra finem præcepti, transgressor non censetur, de quo supra, *num. 71. & cap. proximo, nu. 68.*

Ibi: Verùm & hæc ratio non admodum urget.

78 Hæc distinctio inter finem proximum legis, & remotum, comprobari potest *ex cap. Certum 89. de reg. jur. in 6. l. Contra legem, ff. de legibus, l. Fraus, l. Non dubium, C. eodem, & quæ ibi ab Scribentibus notantur.* Ex illis enim juribus, & plurimis aliis, quæ adducunt glossæ, constat eum transgredi leges, qui verbis earum servatis, contra mentem Legislatoris operatur, unde videtur finem saltem proximum sub lege comprehendere. Sed quicquid de illis sit, quoad rem, de qua agimus, dici poterit, finem proximum præcepti de jejuniis esse corporis macerationem per illa media, quæ exprimentur, ac imperantur, non per alia: unde si quis fraude aliqua servaret præceptum juxta verborum tenorem, veniens contra mentem legis, ejus transgressor haberetur, ex citatis juribus; quia finis iste sub præcepto continetur. Fraudis exemplum dari potest in eo qui horologium ita reget ad anticipandam horam prandii, ut hora nona diei undecimam, vel duodecimam ostenderet: aut qui prandium unicum ita continuo protelaret, ut majori diei parte ederet; aut qui ex carnibus per sublimatorium potabilis cibi deductis, alimento vulgò *Sustancia*, uteretur; hic enim asserere poterit se jejuniis servasse, quia unico prandio, & hora debita manducavit, nec carnes edit. Quæ omnia ad eludendam legem inventa non profunt, ut transgressor non habeatur. At quod corpus per jejuniis ita temperetur, ut concupiscentiæ stimuli extinguantur & ut animus ad divina contemplanda elevetur, finis remotus est, sub lege minimè comprehensus: quare nimium ventrem prandio unico explens jure suo utitur, nec violat præceptum, quanquam abstinentiæ, & temperantiæ metas longè excedens maneat ad orandum ineptus, ac appetitui carnis magis obnoxius, ut fert communis.

79 In cujus rei argumentum addo, quod si quis die jejunii carnis stimulis vehementius, quam aliis, quibus carne alitur, vexaretur, non est strictus ad subtractionem ciborum ex quantitate, quam communiter sumere solet, ut per inediam corpus afflictum corrigatur, ad quod teneretur, si maceratio corporis esset sub præcepto, ut D. Covarr. vult; imò potius iste dispensandus erit facile, ne jejuner: sed & à jejunii lege præter dispensationem solvi solet, si labi soleat, aut sic inquietudine afficiatur, ut aliis functionibus necessariis reddatur inhabilis. Sanch. *Consiliorum Moral. lib. 5. cap. I. dub. II.* Bonacina *de præcept. D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.*

Eccles. disput. ult. q. 1. punct. ult. num. 15. Filluc. tract. 27. part. 2. cap. 8. quæst. 9. num. 5. Pasqualig. in praxi jejuni. Eccles. decis. 342. Bassæus in Florib. Theolog. verb. Jejunium. I. nu. 6. Secundum quæ concluditur, finem præcepti de jejuniis Ecclesiastico non esse absolutam abstinentiam, & afflictionem corporis, si de proximo loquamur, & qui sub illo continetur; sed respectivam per media illa tria, de quibus supra, *n. 72.* quæ si quis exactè observet, non erit præcepti transgressor, quamvis aliàs peccet contra temperantiam.

Verf. Postremò ad hanc opinionem.

Sed hæc verba D. Thomæ omnes ejus Interpretes accipiunt, ut evidenter communi opinioni egregium Angelicumque Doctorem subscripsisse sentiant.

Verf. Non me later.

D. Covar. hic suæ timorati conscientiæ specimen præbet, quia bonarum mentium est timere culpam ubi culpa minimè reperitur, *cap. 2. §. Cum autem, de observatione jejuniis.* Sed satis tutè operabitur, qui communem fere omnium opinionem pro se habet.

Ibi: Sed & S. Thom. 2. 2.

Hoc neutiquam obstat, quia & qui gulæ desertit in unica comestione, utitur pro tempore abstinentia ultra regulas temperantiæ; nam absque hujus virtutis transgressione posset jentaculum manè sumere, & prandium quâ vellet horâ, ac carnes edere temperatè, à quibus abstinet, ut jejunii leges observet.

Verf. Quod si quis bis.

Qui pluries jejunii die manducat, præceptum transgreditur, etsi materiæ parvitatem singulis vicibus capiat, & computata omnium comestionum quantitate, abstinentia maxima usus sit; quia Ecclesia unicum prandium duntaxat concedit. Dian. *part. 2. tract. 6. miscellan. resol. 43.* Villalob. *in Sum. part. I. tract. 33. diffic. 6. num. 2.* Fagund. *in 4. Eccles. præcept. lib. I. cap. 4. num. 3.* Trulench. *in Decal. lib. 3. cap. 2. dub. 3. num. 2. tom. I.* Bonacina *sup. punct. 3. num. 6. Sa verb. Jejunium, num. 8.*

Ad Num. 13.

Qui die jejunii sæpe edit, toties peccat, quoties post primum prandium manducat, nisi materiæ parvitate exculetur. Hæc D. Covar. resolutio, quæ sic intelligi, ac limitari debet, placuit Sylvio *2. 2. quæst. 147. art. 5. verf. Queritur tertid.* Molan. *in Theolog. pract. tract. 3. cap. II. concl. 4.* Majori *in 4. distinct. 5. quæst. 6.* quos dat Dian. *part. I. tract. 9. resol. 44. in princip.*

Verùm contra omnium est concursus sententiæ, quæ habet frangentem jejuniis, nisi ob aliquam circumstantiam, semel tantum peccare contra præceptum, etsi centies sumperit cibum; peccatum enim in secunda comestione perpetratur. Ita cum plurimis Dian. *ubi proximè, verf. Sed tu contra, & resol. 39.* Fagund. *num. 5.* Azor. *part. I. lib. 7. cap. 9. verf. Secundò quæritur,* Filluc. *tract. 27. lib.*

V u

lib. 1. cap. 4. num. 5. Valent. 2. 2. tom. 3. disput. 9. quest. 2. punct. 3. Bonacina ubi proxime, num. 7. Pasqualig. decis. 357. Lessius de just. & jur. lib. 4. cap. 2. dubit. 3. num. 15. Navar. in Manual. cap. 21. num. 14. Trullench. dub. 3. num. 3. Bassæus verb. Jejunium 1. num. 10. Pellizzar. in Manuali Regul. tom. 1. tract. 4. cap. 5. num. 105. & tract. 5. cap. 5. num. 8. apud quos penè innumeri. Ratio quæ traditur, est quia semel fracto jejunio, quod est opus individuum, amplius præstari nequit: & cum præceptum jejunandi sit affirmativum, non obligat semper & pro semper, sicut negativum de non edendo carnes; qui enim die, quo illarum usus prohibetur, prius ipsis vescitur, toties lethalis culpæ reus erit: quod discrimen agnoscunt Diana resol. 39. & resol. 45. Fagund. sup. lib. 1. cap. 4. nu. 9. Pelliz. d. tract. 4. cap. 5. num. 105. Navar. n. 16. Bassæus vers. Communis. Joan. Sanch. Selectar. disp. 54. nu. 42. Layman. in Theolog. Morali, lib. 4. tract. 8. cap. 1. Bonac. sup. Trullench. nu. 4. Leand. de præcept. Eccles. tract. 5. disp. 2. quest. 38. de quo inferius, ubi de materiæ parvitate, num. 99. & 103.

85 Potest D. Covarruv. opinio nuper tradita intelligi de peccato veniali, quod committitur toties quoties aliquis post secundum prandium manducat, quod est probabile, ac tenet Bassæus dicto num. 10. versic. Nota tamen. Sed contra sentiunt, etsi probabilitatem non inficiunt, Trullench. d. num. 3. Diana parte 1. tract. 9. resol. 53. quia jejunium habet materiam individuum, quare semel eo violato, penitus extinguitur obligatio, quæ jam est de re impossibili, & impossibilium nulla est obligatio; ut peccetur venialiter per transgressionem, argumento legis *Impossibilem* 145. ff. de reg. jur. Nec refert quod propria culpâ impossibilitas contingit, quia satis plectitur, dum lethalis criminis per secundam comestionem reus efficitur. Est ergo tenendum cum communi adversus D. Covarruv. eum qui semel fregit jejunium peccando, non obligari ad abstinendum à cibis non vetitis, pro reliqua diei parte, nec culpam aliquam committere edendo quoties voluerit, ratione præcepti de jejunio.

86 Dixi, peccando; quia si quis inadvertenter per cibum prohibitum, aut per secundum prandium materialiter jejunium violet, tenetur ad jejunandum usque ad finem diei; quoniam transgressor præcepti non est ob defectum advertentiæ, & ita manet adhuc astrictus. Bonacina sup. punct. 3. num. 8. Sanch. Selectar. disputat. 42. num. 2. Diana d. resol. 44. versic. Neque secus, contra Laiman. lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 13. Idem de eo, qui culpabiliter die jejunii jentaculum sumit, qui observare jejunium debet, quia potest, abstinens ab altero prandio. Ita Bonacina docet dicto num. 8. versic. Dixi.

Ad Num. 14.

87 Secundum requisitum jejunii Ecclesiastici est hora, licet essenziale non sit, sicuti prænotatur supra, num. 52. & ex infra dicendis apparebit; non enim licet unico prandio, quod permittitur, uti manè statim ac surgimus à somno, sed expectare debemus jejuni ad certum usque tempus jure aut consuetudine definitum, ut jejunium persolvatur, ut hac temporali subtractione cibi corpus maceretur, ac abstinencia exerceatur. Quota igitur diei hora dum jejunamus, ad mensuram possimus accedere? disquiritur.

Quæ temporis observatio etiam apud Hebræos obtinuit, illi namque jejuni persistebant usque ad occasum Solis, Trullench. sup. dub. 4. nu. 1. & ab eadem hora diei præcedentis Judæorum jejunium inchoabatur. Lorin. in Levitic. cap. 23. vers. 32. §. A vespera in vesperam.

Ibi: *Qua in re observandum erat quam ratione.*

De diei partibus, earumque nominibus, ac de horarum differentia, pluribus agitur apud Theatrum vitæ humanæ verbo *Dies, & Hora*, de quibus etiam Cardin. Baron. *Annal. Ecclesiast.* tom. 1. anno 34. ubi Spondan. num. 46. Rosin. de antiquitat. Roman. lib. 4. cap. 3. Cornucop. de lingua Latina, col. 767. ex num. 10. & col. 1027. num. 50. Cornel. à Lapide in *Matth.* cap. 12. versic. Verùm quia juxta, & in *Marc.* cap. 15. Maldonat. sup. *Evangel. Matth.* cap. 27. vers. Diximus Hebræos.

Ibi: *Eadem ratione Jurisconsultus in l. 2. ff. de verb. signific.*

Hoc Pauli responsum aliter videtur intelligendum, non enim agit de diebus viginti-quatuor horarum, sed duodecim, à Solis ortu usque ad noctis initium, cujus diei major pars septem horæ sunt, septimâ saltem inceptâ. Sententia igitur Consulti hæc est, ut si quis operas suas locaverit, aut incumbere rei alicui vel negotio promiserit pro majori parte diei, incipere debeat à prima hora matutina usque ad septimam, nec implebit promissa, si cœperit à sexta hora usque ad duodecimam & ultimam, qua Sol occidit. Ratio decisionis est, quia Romani horas matutinas negotiis agendis, ac labori destinarent, vespertinas epulis, quieti, & solatio, ut tradit Cornucop. dicta col. 1027. num. 50. ac præterea homines aptiores existunt ad munera sua obeunda, & functiones qualvis exercendas ante prandium, & cœnam, quæ meridiano & vespertino tempore fumebantur. Rosin. lib. 5. cap. 27. Ita prænotatur apud Lexic. Calv. verb. *Hora*.

90 Quod autem Paulus sit loquutus de die naturali duodecim horarum, evidenter apparet, nam si ageret de civili 24. horarum, falsum esset dicere, septem horas fore majorem diei partem, cum sint tredecim; sed respectu duodecim septem major pars rectè dicitur. Sed quæret aliquis, cur Consultus diem duodecim horarum constituerit, cum pro anni temporibus dies aut plures, aut pauciores horas habeant? Cui afferendum est ex traditis à D. Covarruv. paulò superius, quod apud Romanos dies omnes ex duodecim horis constabant, sicut & noctes, majoribus, aut minoribus pro temporum anni varietate. Ad hæc, licet Consultus, exempli gratiâ, diei duodecim horarum meminerit, illa tamen decisio æquè procederet in diebus majoribus aut minoribus. Unde si dies hyemalis constaret, ut apud nos, octo horis, major ejus pars essent quinque primæ, non ultimæ: si æstivus sedecim haberet, major pars dicerentur novem horæ primæ, non suprema, & sic de reliquis.

Ibi:

Ibi: *Ex quibus in hoc tractatu de jejunio.*

91 Communitè hanc distinctionem dierum præmittentes DD. adnotant olim extra Quadragesimam jejunium solvi per unicum prandium hora nona, id est tertia post meridiem; sed in Quadragesima necesse erat prius vespertinum divinum officium absolvi, quam cibus sumeretur. Ita ex juribus à D. Covarruv. adductis initio hujus numeri, observant Bass. verbo *Jejunium* I. num. 6. Bonacina de præcept. Eccles. disputat. ult. quest. I. punct. 4. num. 1. Pellizzar. in Man. Regular. tract. 5. cap. 5. num. 24. Layman. in Theologia morali, lib. 4. tract. 8. cap. I. num. 1. Navar. in Manuali, cap. 21. num. 27. Trullench. in Decalog. tom. I. lib. 3. cap. 2. dub. 4. num. 1. Castro Palao de justit. & jur. disput. 3. punct. 2. §. 3. nu. I.

92 Sed Spondan. in Epitomè Baronii, anno 57. num. 59. adducit Tertulliani testimonium ex tractatu advers. Psych. cap. 10. qui tradidit, jejunia produci solita usque ad vespèram, quarta & sexta feria usque ad nonam, subjiciens Ecclesiam Romanam cætera quoque intra horam nonam restrinxisse: quod non admittit Spondanus sequutus Baronium, asseverans Romanam Ecclesiam Quadragesima non ante vespèram jejunium solvisse, ex communi omnium scriptorum traditione. Vespertinum autem officium prima noctis hora recitabatur lumine accenso, quare *Lucernarium* vocabatur. Spondan. anno 51. num. 20. De mirandis Christianorum jejniis consule Baron. anno 57. ubi Spondan. nu. 57.

Ibi: *Hæc tamen jure humano constituta sunt.*

93 Sed lapsu temporum pristina austeritate jejunii laxata, moribus obtinuit ut ad prandium accedere liceat, sive in Quadragesima, sive extra illam meridiem, hora non astronomice, sed moraliter computata. Sic undecimâ diei parum plus minusve cibum sumens, præceptum non violat. Trullench. Bassæus, & alii omnes, quos dedi supra, num. 91. Azor. part. I. lib. 7. cap. 11. Diana part. 5. tract. 5. resol. 10. Filliuc. tract. 27. part. 2. cap. 4. num. 67. Sylv. 2. 2. q. 147. art. 7. vers. *Dubium autem.*

Ibi: *Qui verò nimis prævenit horam.*

94 Supponendum est, nullum esse peccatum ante meridiem prandere, etiam duabus aut tribus horis, quando subest justa causa, ut itineris, vel alia similis arbitrio prudentis. Bassæus d. nu. 6. ad fin. Bonacina sup. punct. 4. nu. 3. & alii communitè mox recentendi. Idem dicendum est de modica anticipatione, quia tempus moraliter computatur, atque ita edens parum ante undecimam horam non peccat, ut tenet Trullench. sup. nu. 2. & alii observarunt.

95 *Dubium autem, quod in controversiam adducitur, est de præveniente horam præscriptam, ut pranderi possit per multum temporis, ut si quis absque causa cibum sumeret hora octava, aut nona ante meridiem. Communis sententia, cui D. Covarruv. subscribit, affirmat peccare lethali, quam sustinent Navar. in Manual. cap. 21. D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.*

nu. 27. Fagund. in 4. Eccles. præcept. lib. I. cap. 3. nu. 4. Azor. d. lib. 7. cap. 11. vers. *Quartò quæritur*, Reginald. tom. I. lib. 4. cap. 15. nu. 191. & alii plures apud Dian. resol. 27.

Attamen receptius est in quavis anticipatione 96 prandii solum venialiter delinqui, quia horæ observatio non est de substantia jejunii, sed de accidentalibus: qui autem præcepta violat quoad circumstantias accidentales, peccatum lethale non perpetrat. Bassæus verb. *Jejunium* I. nu. 6. vers. *Dubium autem*, Diana part. I. tract. 9. resol. 27. & part. 5. tract. 5. resol. 11. Bonacina d. disp. ult. q. I. punct. 4. num. 3. Lessius lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 13. Trullench. num. 3. Molfesius in Summa, tom. I. tract. 10. punct. 5. nu. 16. Castro Palao d. §. 3. nu. 3. Layman. d. tract. 8. cap. I. num. 11. Filliuc. tom. 2. tract. 27. part. 2. cap. 4. nu. 70. Paqualig. in praxi jejun. decis. 146.

Ex qua resolutione deducitur, eum qui mane 97 refectiunculam sumit, & vespere prandit absque rationabili causa, solum peccare venialiter, aliàs enim causâ datâ ab omni culpa immunis habetur. Dian. part. I. tract. 9. resol. 33. vers. *Porro*, & alii communitè contra Azor. & alios apud Dian. & Bassæum, qui rectè addit, quod si refectiuncula capiatur circa meridiem, arctius jejunatur, cum corpus prandio in noctem dilato, magis maceretur, & ut ait Bassæus *ibidem*, nu. 6. vers. *Dubium autem*, unicum prandium cum refectiuncula licet intra 24. horas diei jejunii sumere: & nihil refert quoad substantiam præcepti, quod hæc, vel illa hora sumatur. Similiter de anticipatione refectiunculæ asserendum est, quæ ut dictum est alibi, ad initium noctis de consuetudine capi solet.

Ad Num. 15.

Tertium requisitum, in quo substantia jejunii 98 maxime consistit, est abstinentia à quodam ciborum genere; nam etsi hæretici hujusmodi præceptum ab Ecclesia indici non posse jactent, quod opponitur Juri Divino Evangelico & naturali, idque ex variis sacræ Paginæ eloquiis demonstrare tentent, & ex illo D. Pauli I. ad Timoth. cap. 4. ibi: *In novissimis temporibus discedent quidam à fide loquentes mendacium, & inhibentes nubere, & docentes abstinere à cibis, quos Deus creavit. Tamen veritas est Catholica docens posse Ecclesiam jejunium Fidelibus præcipere, vetitis quibusdam cibis, ut dixi supra, num. 32. & 35. ubi Authores dedi satisfaciens adversariorum calumniis quibus respondet etiam ex Baronio Spond. anno 57. num. 54. & 55. ubi præcitatum Pauli locum rectè de hæreticis interpretatur, qui nuptias, & cibos quosdam detestabantur: Ecclesia verò non abominatur quæ die jejunii edi non patitur, sed quia oblectationem, & libidinem gignunt, ab illis abstinendum jubet, ut corpus compescatur, & virtus abstinentiæ prævaleat. Gregor. Lop. ex D. Thoma in l. 4. gloss. 4. tit. 23. p. I.*

Ibi: *Etenim quoad nostrum attinet institutum.*

Diebus jejunii ejus carniùm est omninò pro- 99 hibitus l. 4. tit. 23. p. I. ubi Greg. Lop. gloss. 4. Bassæus verb. *Jejunium* I. nu. 3. Pelliz. sup. dict. cap. 5. nu. 19. Trullench. tom. I. lib. 3. cap. 2. dub. 2. nu. 1. Bonacina disp. ult. q. I. punct. 2. nu. I. Azor. part.

part. 1. lib. 7. cap. 10. vers. *Secundò queritur*, Layman. lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 12. Dian. part. 1. tract. 9. resol. 43. Filliuc. d. tract. 27. cap. 3. quest. 1. nu. 45. Leand. de præcept. Eccles. tract. 5. disp. 2. quest. 2. & toties quoties carnem aliquis edit, lethale peccatum admittit, ut assertum est supra, num. 84. nisi parvitas materiæ excuset à mortali, quæ intra dimidiam unciam versatur. Diana ubi proximè, Bonacina d. punct. 2. nu. 2. vers. *Ex dictis colligi potest*, Bassæus num. 10. vers. *Petes secundò*, Trullench. num. 5. Sed si quis pluries parum carnis caperet, quod ad peccatum lethale satis non esset, si tamen portunculæ simul junctæ excederent materiæ parvitatem, reus erit culpæ mortalis, quod utique in cibis non vetitis quoad fractionem jejunii observatur. Bonacina sup. nu. 6. & alii laudati supra nu. 82. Vide infra, nu. 103.

100 Queritur circa hæc, an qui vovit certa die jejunare, toties peccet, quoties illa die carnem manducaverit? Azor. part. 1. lib. 7. cap. 10. vers. *Octavò queritur*, Barth. de S. Fausto in *Thef. Religios.* lib. 1. quest. 140. nu. 2. Suar. de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 7. nu. 12. affirmativè respondent. Sed contra eos tenent unicum peccatum patrari, Dian. d. tract. 9. resol. 39. vers. *Hæc sententia*, & resol. 45. vers. *Norandum*. Thom. Sanch. in *Summa*, tom. 2. lib. 4. cap. 1. num. 41. Layman. lib. 4. tract. 8. cap. 3. num. 3. apud quos ratio discriminis traditur inter jejunium ex voto, & ex præcepto Ecclesiæ, quoad elum carniæ. Adde Leand. sup. q. 40.

101 Est observandum, plures hæreticos damnasse carnes, earum usum ad victum humanum superstitiosè abominatos, ex quibus sunt Ebionæi, Manichæi, Priscillianitæ, Eustathiani, Marcionitæ, ut videre est apud Baron. in *suis Annalib.* & Spondan. in *ejus Epitome*, diversis in locis, quæ refert sub Indice, verb. *Carnium*, Azor. part. 1. lib. 7. cap. 20. vers. *Verumtamen*.

Ibi: *De lacte verò, butyro, caseo.*

102 Lacticinia in jejunii Quadragesimæ jure ventantur, l. 4. tit. 23. p. 1. ubi Greg. Lop. glossa 4. Pellizzar. in *Manual. Regular.* tom. 1. tract. 5. cap. 5. n. 20. Azor. d. cap. 10. vers. *Primò queritur*, Bonacina punct. 2. nu. 2. Trullench. nu. 2. Valent. 2. 2. tom. 3. disput. 9. quest. 1. punct. 3. Bassæus ubi proximè, num. 3. Layman. num. 3. Sanch. d. lib. 4. cap. 1. num. 50. Diana d. tract. 9. resol. 41. Fernand. in *Exam. Theologi Moral.* part. 2. cap. 8. §. 5. Reginald. in *Praxi*, tract. 1. lib. 4. cap. 13. num. 2. Filliuc. tract. 27. part. 2. cap. 2. dub. 25. Palao de just. & jur. disp. 3. punct. 2. §. 1. nu. 5. Dominicis diebus exceptis quibus sicut jejunii obligatio, ita & abstinentia à lacticiniis cessat, quanquam esus carniæ minimè permittatur. Leand. in *præcept. Eccles. disp. 3. q. 8. & 9. tract. 5.* Fagund. in 4. *Eccles. præcept.* lib. 1. cap. 4. nu. 5. Olim in Quadragesima à piscibus abstinerebant. Palao num. 4.

103 Qui Quadragesima jejunii diebus lacticiniis vescitur, peccat lethaliter quotiescumque illa ediderit singulis vicibus, etiam in uno die. Dian. part. 1. tract. 9. resol. 45. Palao d. §. 1. n. 6. Joan. Sanch. *Selectar. disp.* 41. nu. 26. Leand. sup. q. 2. ubi latè disputat, ac plures refert contra Fagund. in 4. *Eccles. præcept.* lib. 1. cap. 2. num. 15. cum seqq. qui rem discutiens resolvit, solum venialiter peccari per esum lacticiniorum in Quadragesima.

Sed à communi recedere non oportet, pro qua plurimos recentet uterque. Sicut in carne, ita & in lacticiniis materiæ parvitas à gravi culpa excusat. Bonacina de *præcept. Eccles. disp. ult. q. 1. punct. 2. nu. 2. vers. Ex dictis*, Trullench. sup. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 5. Et quoad quantitatem parvæ materiæ idem dicendum est, quod de esu carniæ: & licet aliqui teneant, mediam circiter unciam non sufficere ad lethale, ut prædiximus num. 99. alii tamen arctius opinantur octavam unciam partem, & non amplius pro parvitate materiæ in his esse accipiendam, ut Leand. *disp. 2. q. 13.*

Lacticiniorum prohibitio ista eos etiam tenet, 104 qui à jejunio sunt exempti ratione laboris, vel ætatis: unde puer usus rationis compos, & sexagenarius, qui jejunare ex præcepto non tenentur, gravem culpam contrahent, si quadragesimali tempore ova, & similia capiant. Leand. *disp. 2. quest. 42.* Azor. part. 1. lib. 7. cap. 17. vers. *Secundò queritur*, ubi etiam de carne, Trullench. num. 16. Sed usu rationis carentibus pueris, amenibus & paganis cibos vetitos porrigere licet, quos Ecclesiæ præceptum non ligat. Trullench. nu. 11. Leand. *quest. 44 & 45.* In nostra Hispania, & occidentalibus Indiarum regionibus Regi Catholico subjectis, omnes communiter, susceptâ Bullâ Cruciatæ, Quadragesimâ lacticiniis vescuntur, quia illâ hæc privilegium indulgetur.

Ibi: *In aliis autem jejunii non esse hæc vetita.*

Sententia, quam D. Covar. exprimit usque ad 105 finem versiculi hujus, est quod seclusâ quavis consuetudine, omnibus jejunii diebus, per annum non liceat ova, lac, & similia manducare, licet diebus Veneris aliud dicendum insinuet; quia carniæ esus causâ jejunii non vetatur. Pro qua opinione D. Covar. nonnulli existunt, quos refert Leand. *disp. 3. quest. 4. vers. Affirmat.*

Sed contrarium est communiter receptum, sci- 106 licet lacticinia non esse interdicta aliquo jejunii die extra Quadragesimam, ut tenent plurimi apud Leand. d. *quest. 4. in princip.* quibus accedit ipse vers. *Respondeo dicendum*, Azor. *dict. lib. 7. cap. 10. §. 1.* Narbona de *etat. ad act. anno 60. quest. 3. num. 4.* Dian. part. 1. tract. 9. resol. 41. Bonacina *dict. disput. ult. quest. 1. punct. 2. num. 2.* Trullench. num. 4. cum seqq. & est omnium, quos supra allegavimus, concursus resolutio, à quibus limitatur, si alicubi viguerit consuetudo abstinendi à lacticiniis diebus jejunii, quæ quidem, prout recepta sit, sub mortali, vel veniali obligabit. Leand. in *Eccles. præcept. tract. 5. disp. 3. quest. 5. vers. Sed ego.* At ubi dubium fuerit, an consuetudo, vel lex obliget ad mortalem, vel levem culpam, benignior pars amplectenda est, Pellizzar. in *Manual. Regular. tract. 5. cap. 5. num. 3.* Dian. *resol. 40.* In Hispania non est consuetudo abstinendi à lacticiniis extra Quadragesimam, nec Bullâ Cruciatæ opus est ad hoc; nam etiam absque illa fas est ova & lac edere. Leand. *dict. disp. 3. q. 6.* Diana d. tract. 9. resol. 41. Trullench. sup. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 4.

Ibi: *Atque ideo prohibito esu carniæ.*

Prohibito esu carniæ jejunii gratiâ, & ova, & alia lacticinia vetita censentur. Hanc conclusi- 107 onem, aliquibus laudatis, probat Barbosa in *colle-*

collectan. ad cap. Denique, num. 1. 4. dist. Sed oppositum tenent Azor. sup. cap. 10. vers. Secundo queritur, Leand. disp. 2. quest. 4. quibus accedunt omnes qui sentiunt extra Quadragesimam lacticia non esse interdicta, quia necessariò hanc conclusionem amplecti debent.

Ad Num. 16.

108 De Rogationibus, quæ Græcè Litaniaz nuncupantur, de earumque institutione ac origine, videntur Card. Baron. *Annal. Ecclesiast. anno 475.* ubi Spondan. in *Epitome*, num. 4. Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 15. vers. Quarto queritur*, Theat. *vitæ hum. lit. 1. pag. 13. vers. Ferie Rogationum*, & *lit. L. verb. Litaniaz*, pag. 224. vers. *Ad placandum Deum*, Fagund. in 4. *Eccles. præcept. lib. 1. cap. 6. nu. 8.* qui omnia à D. Covar. hic tradita inculcarunt, asserentes tribus Litaniarum diebus olim de consuetudine jejuniari in pluribus regionibus, Hispania scilicet, Gallia, Italia & aliis; sed moribus quoque jejunium in desuetudinem abiisse retentà à carnibus abstinentià secunda, quarta, & sexta feria, prout apud nos observatur, quibus diebus non sunt vetita lacticia, Leand. *disp. 3. quest. 11 & in quavis provincia recepta astringet consuetudo*, licet de jure nulla sit obligatio. Leand. *quest. 12. & 13.* Advertit Spondan. *d. nu. 4.* ante Mamertum Vienneensem Episcopum Litanias, seu Supplicationes fieri in Ecclesia fuisse solitas, sed hunc primum eas solemniter ante Ascensionem Domini peragendas instituisse, qui formam sanctiorem, & augustiorem usitatà præscripsit: quæ juxta Baronii computum evenerunt anno Christi 475. sub Simplicio Pontifice, & Imperatoribus Zenone II. ac Augustulo. Vide Carrill. *Annal. anno 490.* Sigeb. *anno 468.* Ciacon. *de vit. Pontific. in Hilario*, Gualter. in *chronograph. sæc. 5. pag. 361.*

Ibi: *Majorem verò Litaniam.*

109 Cùm pestis acriter grassaretur, B. Gregorius I. cognomento Magnus, sub finem mensis Augusti, anno Christi 490. sui Pontificatus 1. magnam indixit Litaniam generalem, ac publicam ex omni Clero ac Populo, quæ septiformis nuncupata est, quia procedebant in septem choros separari Fideles, nempe Laici, Monachi, Ancillæ Dei, foeminae conjugatæ, viduæ, pauperes, & infantes. Pluribus diebus processiones repetitæ sunt, singulisque ad diversas Ecclesias accedebant. Prima die ad S. Mariam ad Præsepe, quæ Major dicitur, pervenerunt: postrema ad Basilicam B. Petri. Fertur B. Gregorium procedentem ad Molem Hadriani adjacentem Tiberi appropinquasse, tuncque super Molem ipsam visum esse Angelum gladium in vaginam recondentem. Verùm licet lues extincta, penitus non sit, maxima ex parte decrevit, quapropter D. Gregorius solitis Ecclesiæ Litanis preces indixit cum gratiarum actione pro accepto beneficio. Ita Baron. *anno 590.* ubi Spondan. *num. 4.* Carrill. *anno 591.* Idem Baron. in *Martyrolog. die 11. Maji*, Bobadill. in *Politic. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 15.*

110 Traditur præterea, eundem B. Gregorium pro Barbarorum incurSIONIBUS propulsandis instituisse, ut quarta & sexta feria Litaniaz singulis hebdomadibus fierent. Baron. *tom. 8. anno 601.* quem refert Theat. *vitæ hum. verb. Litaniaz*, pag. 224. vers. *Ad pacis immunitatem.*

Ibi: *Hoc verò jejunium moribus sublatum est.*

Ita prænotavimus supra, num. 108.

Verf. De his verò Rogationibus.

Apud Hispanos diebus Rogationum judicialia excerceri non prohibentur, nec in *l. 34. tit. 2. part. 3.* inter ferias, quibus litigare ob Dei reverentiam non licet, hujusmodi Litaniaz recensentur, nec ibi Greg. Lop. memorat eas: sed alibi consuetudo servanda erit. An liceat ex bonis propriis civitatum aliquid expendere ad victum Clericorum, aliarumque personarum, cùm Litaniaz celebrantur, tradit Bobadill. supra *nu. 14. & seqq.* ubi sumptus damnat.

De Litanis plura apud Theat. *vitæ hum. tom. 4. lit. L. pag. 223. cum seqq. verb. Litaniaz*; ex quibus conitat, quàm antiquus, quamque frequens in Ecclesia illarum usus sit pro diversis calamitatibus depellendis: ipsas etiam hæretici usurparunt, ideoque illis prohibentur ab Imperatore in *l. 3. C. de hæreticis*: nocte autem, aut die fieri interdicitur eis, poenâ in Magistratus sæculares, qui eas permiserint, centum, aut quinquaginta librarum auri stabilità.

Verf. *Est igitur, ut tractatum illum.*

Jejunii Ecclesiastici definitionem supra tradidimus ex Theologis *num. 10. in fin.* quam etiam probat Leand. *de præcept. Eccles. tract. 5. disp. 1. quest. 2.* Castro Palao *de just. & jur. disp. 3. punct. 2. §. 1. num. 1.* qui asserunt esse jejunium abstinentiam à cibo, ut denotent, potu etiam vini ad alendum sumpto, jejunium non solvi, ut tenent Lessius *de just. & jur. lib. 4. cap. 2. dubit. 2. n. 10.* Dian. *part. 1. tract. 9. resol. 23.* Navar. in *Manual. cap. 21. num. 13.* Bonacina *de præcept. Eccles. disp. ult. quest. 1. punct. 1. num. 7. vers. Dicitur à cibo & num. 8.* Balsæus *verb. Jejunium 1. num. 8. vers. Sed dicendum*, Pasqualig. *decis. 116.* & omnes communiter. Quid de potu Indico, vulgò Chocolate? Diversimodè loquuntur DD. de eo, sed in Hispania consuetudo & praxis receptissima est, ut sumi possit diebus jejunii absque præcepti transgressione, non ratione parvitatæ materiæ, sed quia potus est, quamvis alat sicut vinum. Vide Leand. *sup. disp. 5. quest. 5.* Castro Palao *§. 1. nu. 4.* Dian. *part. 4. tract. 4. resol. 194. & part. 5. tract. 5. resol. 11.* Ant. de Leon. in *quest. moral. del Chocolate*, Machad. *tom. 1. de 2. Eccles. præcept. tract. 3. docum. 1. nu. 8.*

Sed jejunium Ecclesiasticum latè describit, & rectè Valent. *2. 2. tom. 3. disp. 9. quest. 1. punct. 2. vers. Ajo autem*, ibi: *Est peculiaris quædam parsimonia victus per abstinentiam diurnam, quæ & duret diutius, quàm requirat communis temperantia, & sit etiam à quibusdam generibus ciborum, qui possent alioqui usurpari, salvâ communi eadem regulari, seu lege temperantiæ.*

Plurimis de jejunio prætermisissis, quæ passim à præcitatæ DD. inculcantur, illud adicere libet, de quo ambigi potest. Supposito quod observatio jejunii incipit à media nocte, & ad mediam noctem permanet, Fagund. in 4. *Eccles. præcept. lib. 1. cap. 10. nu. 1.* & alii supra laudati, primò queritur, an si quis in die præcedenti jejunium dubitet

- num duodecima hora noctis insonuerit, cœnare licite valeat? Et affirmativè respondendum est. Secundò idem dubium occurrit, cum die jejunii similiter ambigitur, utrum duodecima noctis hora sit audita, ut liber à præcepto cœnam capere valeat? Et negativè resolvitur. Ratio est quia in priori specie homo est in possessione suæ libertatis quoad jejunium, & dum sibi non constat de obligatione per cognitionem horæ, jure suo uti non prohibetur. In posteriore verò jejunium est in possessione ut observetur, & dum de tempore solutæ obligationis per horam duodecimam non apparet, jejunans à præcepto non est exemptus. Ita Trullench. in Decalog. lib. 3. cap. 2. dub. 4. num. 8. Fagund. d. cap. 10. nu. 2. & 3.
- II 6** Assertum est supra, nu. 99. carnes edere diebus jejunii non licere, quòd est de essentia & substantia ejus abstinentia à carnibus, ita ut jejunium cum esu carniū penitus sit incompatible: unde est, ut qui dispensatur ad carnem comedendam, immunis sit à lege jejunii; nam jejunare, & hoc victu uti impossibile est, Leand. sup. disp. 3. q. 14. Fagund. cap. 2. num. 4. in fin. cum seqq. & alii communiter. Secus est de dispensatis quoad lactinia. Leand. ibidem. Hinc quæritur, an carnis appellatione lardum contineatur? Negat glossa margin. verb. Sagimine, in cap. Presbyter, 82. dist. ubi dicitur, Veneris diebus non esse lardum, aut sagimen vetitum: idemque generaliter respondendum erit, quoties lactinia permittuntur sicut in cæteris anni vigiliis extra Quadragesimam, secundum tradita supra, num. 106. ut sentit Azor. part. 1. lib. 7. cap. 10. vers. Octavo quæritur. Sed in Hispania quoties à carnibus tenemur abstinere, lardo non utimur, alioqui culpæ lethalis rei habemur: & in Occidentalibus Indiis, quia oleum deficiebat, adversus hanc Hispaniæ consuetudinem indultum est per Pontificem, ut omnibus diebus, etiam Quadragesimæ, ut omnibus diebus, etiam Quadragesimæ, quibus edere carnes vetatur, alimonia lardo condiri possit, & ita est in usu.
- II 7** Constat ex præmissis lactinia non opponi substantiæ jejunii, sicut carnes; unde edens carnes præceptum de jejunio violat, non sic qui lactinia sumit in Quadragesima, vel alio tempore, quo ex consuetudine prohibentur; sed aliàs peccat adversum legem vel consuetudinem tantem lactinia. Leand. dict. quæst. 14. vers. Sed adhuc probabilius. Loquimur autem ubi hujusmodi cibi hora debita capiuntur, & solum in qualitate peccatur. An permissum sit in serotina refectiunculâ sumere ova, tractat negativè resolvens Leand. disp. 4. quæst. 46. Vide alios supra, nu. 88. & 89.

S U M M A R I U M.

- 1 Legitimitas per Principem quare inventa.
- 2 Plures sunt legitimationis species.
- 3 Legitimitas ex rescripto quid sit.
- 4 Est donum Principis non recognoscens superiorem, & de reservatis.
- 5 Pontifex nisi in terris Ecclesiæ, nequit legitimare quoad temporalia, exceptis casibus quibusdam.
- 6 Duces, alique Magnates non valent vassallos proprios legitimos efficere, nisi ex Regis privilegio, aut præscriptione.
- 7 Qui filii possint legitimari.

- 8 Legitimitas per Principem quare adipiscantur.
- 9 Legitimitas per Principem à legitime natis in pluribus secernitur.
- 10 Plura recensentur, quæ legitime natis conceduntur, & sic legitimitas denegantur.
- 11 Legitimitas Principis rescripto non succedit in Majoratu.
- 12 Quid de successione in feudo, emphyteusi, & jure patronatus Ecclesiastico.
- 13 An gaudeat paternâ nobilitate.
- 14 Non æquiparatur quoad honores legitime natis, aut per matrimonium legitimitas.
- 15 Quomodo succedat patri, non extante prole legitima.
- 16 Utrum revocet donationem ex l. Si unquam, C. de revoc. donat.
- 17 An legitimitas rescripto Principis succedat patri, legitime natis existentibus.
- 18 Utrum pater possit filio legitimo plus relinquere quam nato ex legitimo matrimonio.
- 20 De successione legitimi in bonis patris.
- 23 Lex 12. Tauri intelligitur.
- 25 Qui propter alium, cum quo concurrere vetatur, à successione defuncti removetur, etiam ab omnium cæterorum portionibus excluditur, cum quibus aliàs admitteretur.
- 27 Habens legitimam prolem, si legitimet filium, ac postea liberos alios susceperit ex uxore, an legitimitas admittatur cum legitimis antea procreatis.
- 28 Quæstionis propositæ nu. 24. resolutio.
- 29 Princeps quoad quotam legitime valet liberis natis ac nascituris præjudicium inferre.
- 30 Jura per legitimationem filii quæsitæ, emancipatione non tolluntur, nisi quoad patriam potestatem.
- 31 Filius rescripto legitimitas, si ingratus extiterit patri, ab ejus bonis excluditur.
- 32 Pater succedit filio legitimo sicut legitime natis, & inter eos jus alimentorum tribuitur.
- 33 An de jure regio Hispano pater succedat filio legitimo in aliis bonis præter quintum.
- 34 Legitimitas qualiter avo succedat.
- 38 Quid de successione transversalium.
- 39 Legitimi an veniant legitimatorum appellatione.
- 40 Quæstio à D. Covar. excitata proponitur, & num. seqq.
- 41 Legitimitas competit jus contra testamentum patris, ex natura legitimationis, & n. 44.
- 45 Sententiam Gregorii Lopez adversus D. Covar. esse demonstratur.
- 46 De successione anomalis.
- 47 Successionem contra testamentum contineri sub verbis, Ex testamento, & ab intestato, juri bus probatur.
- 50 Successio contra testamentum quo sensu possit ex testamento dici, aliis non rectè ita vocatur, & n. 51. & 64.
- 52 Quomodo quis ab intestato decedere dicatur.
- 53 De successione filii adoptivi, remissivè.
- 54 De successione fratrum.
- 55 Successionis ab intestato duplex est caput.
- 56 Concluditur sub verbis illis, Ex testamento, & ab intestato, comprehenditur successione contra testamentum in legitimatione per rescriptum.
- 57 Idem generaliter dicendum in quavis dispositione.
- 58 Concesso jure succedendi ex testamento, non videtur datum jus succedendi contra testamentum.

- 59 Ex concessione succedendi ab intestato non tribuitur jus veniendi contra testamentum.
- 60 Dispensatus ut succedat ex testamento, non admittitur contra testatoris voluntatem. Idem est de dispensato ad succedendum ab intestato, quia ultima elogia infringere non valebit.
- 61 Clausula, Ex testamento, & ab intestato, ex usu communi loquendi continet successionem contra testamentum.
- 62 Per bonorum possessionem contra tabulas causa testati ad causam intestati reducitur.
- 63 Respondetur ad contrariæ opinionis fundamentum.
- 65 Sententia D. Covar. etsi probabilis, rejicitur.
- 66 Dispensatus ad succedendum ab intestato, an admittatur ex testamento, cum ab utraque successione remotus legibus erat.
- 67 Legitimus cum clausula, Sine præjudicio venientium ab intestato, quid consequatur.

De dispensatione per rescriptum Principis.

C A P U T XXI.

Ad Num. 1.

1. **F**requentissime ex vetito veneris complexu egregii viri in lucem prodire solent, qui legitime natis potiores naturæ dotibus, ac virtutum ornatu censentur, ut est apud Euripid. in *Androm. act. 3. vers. 90.* ubi habetur.

*Licet nothus sit, certè sæpenumerò
Arida sativæ fertile & pingue vincit solum,
Multique spurii præstant legitimis.*

Qui quidem de Republica & parentibus beneficii à muneribus publicis, honoribus, & à paterna successione, quibus dignissimi sunt, ob defectum natalium sine proprio crimine repelluntur: qua ratione legitimationis beneficium jure civili inventum est, ut per Principem parentibus deprecantibus, restituti natalibus, ad utrumque adinstar legitimorum admittantur. Petr. Greg. *Syntagm. lib. 10. cap. 4. in princip.* Joan. Garcia *de nobilit. gloss. 21. n. 2.*

2. Legitimationis species plures jure continentur, de quibus *in authent. quib. mod. natural. eff. legitimi, collat. 6. authent. quib. nat. eff. sui, collat. 7. l. 1. tit. 13. l. 4. cum seqq. tit. 15. p. 4 §. ult. Inst. de nupt. §. Sui, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. Donel. lib. 2. cap. 21. Petr. Greg. d. cap. 4. per tot. D. Covar. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 2. & 7. Molin. de just. & jur. disp. 173. D. Joan. del Castillo *controv. tom. 4. cap. 22. n. 55. Merlin. de legitima, lib. 1. tit. 2. q. 6. cum seqq.* Sed ex eisdem tantum hodie in ulu sunt, nempe per matrimonium subsequens, & per rescriptum Principis. D. Covar. §. 7. *in fin.* Ant. Gom. *in l. 12. Tauri, nu. 54. Molin. nu. 38. Greg. Lop. in l. 5. gloss. 2. tit. 15. part. 4. de quibus legitimandi modis in cap. Tanta 6. cap. Per venerabilem 13. qui fil. sint legitimi.* Sed legitimitio per matrimonium potior est, ac efficacior illa, quæ per rescriptum fit. Molin. *cum 2. Matienz. in l. 10. gloss. 3. nu. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. Cervant. in l. 12. Tauri:* quod ex eadem constitutione probatur, & ex traditis per D. Covar. *in d. §. 2.**

3. Legitimitio ex rescripto, de qua nobis hic differendum, sic ex Molin. *sup. disput. 170. nu. 1.* definitur: *Est quedam naturalium restitutio quoad*

ea, quæ filiis illegitimis positivo jure denegata sunt. Aliter Bolognet. *in rubric. n. 37. ff. de lib. & posthum. quem refert Castill. num. 56.* eam sic definit: *Est filiationis civilis nova creatio à superiore facta per restitutionem naturæ.* Alia definitio extat apud D. Covar. *sup. §. 8. in princip.* ubi ait, esse quandam natalium restitutionem, quæ absque conjugio natis extra causam ingenuitatis conceditur. Quæ transcribens Auctor Theat. vitæ hum. *verb. Legitimitio in princip.* ampliat his verbis: *Ut legitimatus quoad omnia legitimus censeatur.* Dicitur autem legitimitio naturalium restitutio, *in authent. quib. mod. natur. eff. legit. in princip. & in §. Illud,* ex quo ita passim ab interpretibus vocitatur, ut ab Ant. Gom. *sup. Cævall. commun. quæst. 606. nu. 35. Azeved. in dict. l. 10. Recopil. nu. 1. Petr. Gregor. lib. 45. cap. 7. num. 8. Garcia num. 71. Gregor. Lop. in l. 9. gloss. ult. tit. 18. p. 3.* ubi docet oportere, ut rescripto legitimationis inferatur hæc clausula, *Te naturalibus restituo,* licet omnino ad validitatem necesse non sit, ut *in dict. l. 9.* probatur: legitimitio namque similis est propriæ naturalium restitutioni, quæ libertis conceditur, siquidem sicut hi Principis beneficio ingenuitatis jura nanciscuntur, *l. 1. & per tot. ff. de restitut. natal.* perinde ac si liberi nati fuissent, ita illegitimi per legitimationem legitimorum prærogativas assequuntur, quasi ab initio ex justis nuptiis procreati. Ita D. Covar. & alii ex præcitat.

Hæc legitimitio, ut ait D. Covar. est donum Principis, & quidem superiorem nullum recognoscentis, qui, aut alius de ipsius mandato, poterit sibi subditos natalibus restituere, *dict. cap. Per venerabilem, l. 9. tit. 18. part. 3. l. 4. tit. 5. part. 4.* ubi Greg. Lop. *gloss. 2. & 5. Anton. Gom. sup. Capyc. Latro decis. 166. num. 6. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 165. Molin. disp. 173. num. 2. Merlin. sup. quæst. 8. num. 1. Aug. Barb. in collectan. ad authent. Item sine legitimis, nu. 6. C. de naturalib. liber.* ubi quod est etiam donum patris. Imò est de regalibus, seu reservatis Principi ratione suæ dignitatis. D. Covar. *in reg. Possessor, part. 2. §. 2. num. 11. & 12. Capyc. sup. num. 1. Barbosa in collect. ad cap. Per venerabilem, num. 8. qui fil. sint legit. Molin. num. 7. Tell. Fern. in l. 12. Taur. n. 8. Castill. ibidem, verb. Privilegio.* Tamen vasallus potest præscribere adversus Principem tempore immemoriali jus legitimandi, D. Covar. *ubi proximè.* Sed Princeps proprios filios jure legitimat, D. Covar. *dict. §. 8. num. 49. Barbosa in collect. ad cap. Per venerabilem, n. 36. qui fil. sint legit. & quæ dicta sunt accipi debent de his etiam Principibus, qui Imperatori subjiuntur, sed in sua ditione supremi sunt. Merlin. nu. 3. & 4.*

Ex quibus deducitur, Pontificem quoad spirituale, velut ad sacros Ordines, & Ecclesiasticas dignitates, posse legitimare in universo terrarum orbe, non quoad temporalia, nisi in terris quæ Ecclesiæ domino subjiuntur. Rursus Imperator, aliusve Princeps secularis supremus, tantum potest habiles reddere illegitimos ad successionem, honores & munera temporalia, non ad Ecclesiastica, *dict. cap. Per venerabilem,* ubi Barbosa *in collectan. num. 1. & 3. l. 4. tit. 15. part. 4. & ibi Gregor. Lop. gloss. 18. cum seqq. Molin. num. 2. D. Covar. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 47. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 48. à num. 104. Larrea Granatensi decis. 8. per tot. Petr. Greg. d. cap. 7. num. 11. Garcia sup. num. 42.* Sed nonnunquam Summus Pontifex in quavis Christianorum pro-

provincia poterit illegitimitatis obicem tollere etiam quoad temporalia. Primò si dispenset in radice matrimonii, quod jure positivo nullum erat, simulque prolem ex eo susceptam legitimam faciat. D. Covar. *ubi proximè*, nu. 20. Barbosa cum pluribus in *collect. ad cap. Per venerabilem*, à nu. 4. *qui fil. sine legit.* Secundò si legitimetur à Pontifice is, qui in temporalibus nullum agnoscit superiorem, Molin. *disp.* 173. nu. 2. per textum in *d. cap. Per venerabilem*. Tertio, si res ardua sit, expediatque Christianæ Religioni, vel Reipublicæ, ut quis quoad temporalia legitimetur, & Princeps sæcularis, ad quem spectat, reuatur legitimize, aut non possit tam cito, ut necesse est; tunc enim Pontifex idoneum illegitimum efficere valet alterius Principis vassallum, ut succedere, munera adipisci sæcularia, honoribusque decorari possit. D. Covar. *dict. cap. 8. §. nu. 45.* Molin. *ubi proximè*, de quibus & aliis similibus casibus tusè Abbas in *cap. Per venerabilem*, col. 4. *cum seqq.* præsertim col. 6. *qui fil. sint legitimi.*

6 Infertur præterea, Principes, qui aliis subiunguntur, quales sunt regni Magnates, Duces, Marchiones, Comites, aliique quavis dignitate cum mero & mixto imperio fulgentes, non posse vassallos suos legitimize. Bobadill. *ubi sup.* Petr. Greg. *lib. 6. cap. 7. nu. 33.* ex Regis concessione, aut legitima præscriptione, nisi ut nuper attingimus, nu. 4.

7 Hæc de iis, qui legitimandi potestate funguntur: qui vero filii capaces sint legitimisationis, controvertitur, ut videre est apud D. Covar. *dict. §. 8. à nu. 15. in fin.* qui post diffusam disceptationem adversus alios resolvit, Principem etiam sæcularem posse legitimize filios non solum naturales, sed etiam spurios, qui verè legitimi, non dispensati, censeri debent, quanquam ex incestu, adulterio, aut alio damnabili complexu præcreati, cui adhærent Gregor. Lop. in *dict. l. 4. gloss. 8.* Molin. *disp.* 373. nu. 1. Ant. Gom. in *l. 12. Taur. num. 54. in fin.* Merlin. *sup. nu. 2.* Petr. Ubald. *tract. de success. ab incest. part. 1. nu. 81. vers. & adverte*, Marefcot. *variar. l. b. 1. cap. 15. à nu. 5.* Subdit tamen Greg. Lop. non licere Principi incestuosos liberos adversus jus divinum legitimize. Est his addendum, quod si quis filium habeat naturalem, qui honestè possit per subsequens matrimonium legitimize, preceturque ut per rescriptum legitimus fiat, debet exprimere in precibus hujusmodi qualitatem, ut Princeps in hoc dispenset, *authent. quib. mod. natural. effic. legit. §. Sit igitur licentia*; alioqui legitimatio erit irrita. Gregor. Lop. *ubi proximè*, D. Covar. cum aliis *§. 9. num. 6.* ubi latè tradit quæ exprimi debeant, ut legitimatio subsistat.

Ibi: *Jure ipsius legitimisationis agere contra patris testamentum.*

8 Ex Principis rescripto plenè, & absolutè legitimatus duo consequitur, & ut ad honores, prærogativas, & dignitates ut legitimus recipiatur, & ut successione patris, aliorumque proximorum ceu legitime natus potiri possit, *l. 9. tit. 18. p. 3. l. 4. l. fin. tit. 15. part. 4. l. 12. Taur.* quæ est lex *10. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* nam quoad honores nihil legitimi à legitime natis differunt, *authent. quib. mod. natural. effic. sui, §. Illud tamen*, idque adnotant Gregor. Lop. in *dict. l. 4. gloss. 11.* Ant. Gom. *num. 68. vers. Item adde*

quod si tempore, Matienz. in *dict. l. 10. gloss. 8. tit. 8. lib. 5. Recop. Gutier. in §. Sui, nu. 188. Inst. de hæred. qualit.* Joan. Orosc. in *l. Cum legitime, num. 4. ff. de stat. homin.* Merlin. *dict. quest. 8. num. 4. vers. Istis, & num. 5. cum seqq.* Cævall. *commun. quest. 2. num. 29. & 44. cum seqq.* Tiraquell. *de nobilitat. cap. 15. num. 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præf. 79. num. 9.* Palæot. *de noth. & spur. cap. 55. num. 6.* Peregrin. *de Fideicommiss. articul. 23. num. 12.* Joan. Lup. *de illegitim. comment. 3. §. 1. num. 77.* Quæ sanè vera sunt tam de jure communi, quam Hispano, ut leges Regiæ, nostratæque prælaudati suadent, ac Azeved. in *dict. l. 10. num. 34.* Quæ desiderantur, ut legitimatio subsistat, tradit D. Covar. *dict. §. 9. Molin. disp. 113. à nu. 16.* Azeved. in *d. l. 10. Recopil. nu. 52.* Mathienz. ibi, *gloss. 1.*

Licet autem legitimatus Principis beneficio jura legitimorum, ut prædiximus, consequatur, manet tamen nota quædam turpitudinis, seu infamiae ex defectu natalium proveniens, quæ Principis potestate aboleri non potest, per quam à legitime natis legitimatus secernitur, qui ita ab illis differt, ut imago ab eo quod repræsentat, & illæsus à medicato: unde legitimatio similis est alchimiae, quæ aurum verum efficere nequit, sed efficit, ut æs videatur aurum, quæ observant Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 3. à nu. 6.* Tusch. *lit. L. concl. 216. ex num. 5.* Cævall. *num. 59.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 10. num. 8. & 13.* Castill. *dict. cap. 22. num. 51. & num. 53.* ubi ait quod legitimatus est similis manumisso, Cervantes in *l. 12. Taur. num. 62.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 21. num. 2. & 3.* Gutier. *pract. lib. 4. q. ult. nu. 21.*

Qua ratione legitimatis haud pauca interduntur. Primò enim à dignitate regia removentur, etsi legitimentur quoad dignitates. Bald. in *l. Eam quam, col. 10. de fideicommiss.* Greg. Lop. in *l. 4. gloss. 11. ad med. tit. 15. part. 4.* Castill. in *l. 12. Tauri, verb. No pueda suceder*, Garcia *de nobilit. gloss. 21, num. 45.* Secundò ad Cardinalatus celsitudinem evehi eis non permittitur. D. Covar. *dict. cap. 8. §. 10. num. 5.* Theat. vitæ hum. *lit. L, pag. 43. verb. Legitimatio*, Garcia *num. 40.* Barbosa in *collectan. ad cap. Tanta, num. 25. qui filii sint legit.* qui cum aliis docet, legitimatum, per subsequens matrimonium, Cardinalatus esse incapacem ex constitutione quinquagesima Sixti V. quæ incipit *Postquam*, edita anno 1590. Nullusque hucusque non legitime natus sacro collegio adscriptus est: & licet semel cum quodam Pontifex dispensaverit, ille morte præventus ante possessionem captam interiit. D. Covar. ex aliis *ubi proximè*, Theat. vitæ hum. *ibidem.* Idem dicendum est de Rotæ Prætorio, à quo legitimi repelluntur. D. Covar. & Theat. vitæ hum. *locis præcitatis.*

Tertio non succedit in majoratu. Molin. *dict. cap. 3. ex num. 3.* D. Covar. *variar. lib. 3. cap. 6. num. 7. vers. Eadem equidem ratione*, Greg. Lop. *ubi proximè*, Mantic. *sup. lib. 11. tit. 11. num. 4.* Cævall. *dict. quest. 2. num. 53.* Molin. *disp. 173. num. 35.* Cervantes *sup. num. 66.* Garcia *num. 36.* & alii plures in *addit. ad Molin. dict. cap. 3.* quanquam legitimatus instar legitimi ad fideicommissum familiæ relictum perveniat, Fular. *de substitut. quest. 3. §. 5.* Mantic. *lib. 8. tit. 12. num. 30.* & in eo majoratus, legitimis deficientibus, possit institui. Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 24.* Molin. Theolog. *de just. & jur. disp.*

disp. 610. Secundum hæc legitimatus major natu postponitur in successione primogenii fratri minori. Molin. cum pluribus *dict.* cap. 2. numer. 22. Similiter excludetur à transversalibus legitimis & naturalibus, de quo idem Molin. *d. cap.* 3. cum scilicet legitimi filii vocantur. Sed si nullus ex familia legitimus superesset, admitteretur legitimatus, cum omnino incapax non sit primogenituræ, si quidem à principio in ejus persona, ut diximus ex utroque Molina, institui potest majoratus.

12 Præterea legitimatus non succedit in feudo, quod pater pro se & filiis accepit, nisi exprimitur; quod utique in majoratu procedit, *cap.* 1. §. *Naturales*, & ibi Glossa verb. *Legitimi, si de feud. defunct. content. sicut in domini & agnati.* Glossa in *cap.* 1. *de natura success. feud.* Greg. Lop. ubi nuper, D. Covar. *d. cap.* 6. numer. 2. vers. *Quinid ad hujus partis; & dict. part. 2. §. 2. n. 33.* Molin. *dict.* cap. 3. numer. 26. Joan. Lup. *d. comment.* 3. §. 2. numer. 46. cum seqq. Molin. *disp.* 173. n. 25. Mantic. *sup. lib.* 11. tit. 12. numer. 16. Barbof. in *collect.* ad *d. cap.* Tanta, nu. 18. Petr. Greg. *lib.* 45. cap. 7. numer. 8. Cervantes in *l.* 12. Taur. numer. 63. & prænotatum est ex aliis *sup. lib.* 3. cap. 6. numer. 24. Ultimò, legitimatus rejicitur ab emphyteusi Ecclesiastica emphyteutæ ac filiis concessa. D. Covar. *de matrim. part.* 2. cap. 8. §. 2. numer. 27. Molin. *de just. & jur. disp.* 173. nu. 26. & *disp.* 471. numer. 14. Dueñas *reg.* 150. *ampliat.* 7. Valasá. *consult.* 138. numer. 8. Cald. Pereyra *de nominat. quest.* 21. numer. 3. Barbof. ubi nuper, numer. 21. Merlin. *dict. quest.* 8. numer. 28. Garcia numer. 49. Tusch. *lit. L, concl.* 226. nu. 28. & alii multi apud Bern. Diaz de Lugo *reg.* 231. quod obiter adnotavi supra, *dict.* cap. 6. numer. 24. Idem de jurepatronatus Ecclesiæ scripsit Felin. in *cap.* Quanto, *col.* 3. *de judic.* Tusch. *num.* 10. Gregor. Lop. in *l.* 4. *gloss.* 20. tit. 16. *part.* 4. D. Covar. *dict.* cap. 8. §. 8. numer. 47. qui hoc limitant, si jus patronatus sit in hæreditate, quæ legitimo defertur; nam tunc in consequentiam illud acquirere poterit, sicut alias de venditione asseruimus supra, *lib.* 1. cap. 13. numer. 12. At novissimè Vivian. in *praxi juris patron.* *lib.* 4. cap. 2. numer. 70. resolvit cum aliis, legitimatum absolutè ad jus patronatus admitti, juxta veriore sententiam. Quod de emphyteusi ecclesiastica dictum est, limitat Merlin. *sup.* nu. 29. cum legitimatio sit ab eo, qui habilem reddere potest ad succedendum in bona ecclesiastica. Marefcot. *variar. lib.* 1. cap. 16. numer. 1. & per totum. Vide supra, libro 3. capite 6. numer. 24.

13 Quod ad nobilitatem spectat, quæstionis est, an legitimatus paterno generis splendore potiatur, de quo Mantic. *de conjectur. ultim. volum.* *lib.* 11. tit. 10. numer. 37. Gregor. Lop. in *legem* 4. *gloss.* 11. tit. 15. *part.* 4. Azeved. in *legem* 10. nu. 46. cum seqq. tit. 8. *lib.* 5. *Recopilat.* Gutier. in §. Sui, ex numer. 187. *Institut. de hæred. qualitat.* Cervant. in *l.* 12. Tauri, numer. 129. Mathienz. in *dicta l.* 10. *Recopilat. gloss.* 8. d. numer. 2. & in rubric. tit. 1. numer. 128. *lib.* 5. *Recopilat.* Avendañ. in suo *Dictionario, verbo Hijos naturales*, Garcia *sup.* numer. 1. & quicquid de jure communi sit, secundum quod legitimatos gaudere patris nobilitate verius videtur, ut colligitur ex lege 9. tit. 18. *part.* 3. *l.* 4. *l. fin.* tit. 15. *part.* 4. quæ ad leges Romanorum se referentes æquiparant omni modo legitimatos legitimè natis quoad honores: at Jure Regio statutum extat, ut per legitimatiõnem Principis non censeatur concessa exemptio à D. de Faria Nova *Addit. ad Covar. Tom.* II.

soluzione tributi, vulgò *Pecho*, per quod maxime generosi à plebeis secernuntur, *l.* 20. tit. 11. *lib.* 2. *l.* 12. tit. 2. *lib.* 6. *Recopilat.* Quas constitutiones sic præfati DD. Hispani intelligunt, ut si illegitimus ante legitimatiõnem cum plebeis non contributebat, velut filius naturalis ex patre nobili, Mathienz. cum aliis *d. gloss.* 8. n. 1. & dixi supra, *lib.* 2. cap. 1. numer. 23. idem privilegium per hoc Principis beneficium non amittet, quia legitimatio jura filiorum non minuit, sed auget. Mantic. *d. tit.* 10. numer. 17. Sed si ob defectum natalium spurium paterna nobilitate privatus tributum pendebat, à penso ejus per legitimatiõnem non relevatur, quæ nec tribuit, nec aufert quoad hoc nobilitatem, ut inquit Cervant. numer. 132. Quod fortassis de jure communi secus erat, cum Princeps certioratus de patris nobilitate spurium natalibus restituebat.

Ex quibus apparet, multum inter legitimè natos & legitimatos quoad hunc honoris effectum interesse, quod adnotarunt Gregor. Lop. in *l.* 4. *gloss.* 11. in *med. titulo* 15. *part.* 4. Petr. Gregor. *Syntagmat. lib.* 42. cap. 28. numer. 24. Castill. *controversiarum tom.* 4. cap. 22. numer. 46. Tusch. *lit. L, conclus.* 216. numer. 37. Idemque discrimen constituendum erit inter legitimatos per matrimonium, & per rescriptum; nam omnia quæ tribuuntur legitimè natis, obtinent per nuptias effecti legitimi, ut videre est apud D. Covarruv. *de matrimonio, part.* 2. §. 2. Barbof. in *collectan. ad cap.* Tanta, numer. 17. cum seqq. qui filii sint legitimi, excepta summâ Cardinalatus dignitate, sicut observavimus supra, numer. 10. Unde minùs rectè loqui videtur Marc. Anton. Eugen. *consil.* 57. numer. 16. apud Castill. ubi proxime, numer. 41. dum asserit, legitimatos per rescriptum nihil differre à legitimè natis, vel legitimatis per matrimonium subsequens. Idemque objici potest aliis pluribus ex præcatis, qui absolutè, passimque tradunt legitimatos nihil differre à legitimè procreatis.

Alter effectus legitimatiõnis per rescriptum est successio. Et quod attinet ad patris hæreditatem, jure communi perpenso, triplex casus distingui debet. Primus est, cum nulla existit legitima proles, & tunc legitimatus omnia jurâ suorum consequitur, succeditque ad instar legitimè nati ex testamento, ab intestato, contra testamentum, quod antea factum, ut posthumus rumpit; postea conditum, ut præteritus nullum dicit, aut contra tabulas agit; ex hæredatus, agit querela; si minùs relictum fuerit, quàm est legitima, postulat supplementum: quæ jura, & alia omnia quæ legitimis deferuntur, legitimatus sine distinctione adipiscitur, nihil à legitimè nato differens, *authent. quibus modis natural. efficitur legitimi, §. Liceat, §. Sit igitur licentia, authent. quibus mod. natur. efficitur sui, §. Et quoniam variè, §. Reliqui, §. Si quis ergo, §. Sui, Institut. de hæred. quæ ab intestato deserunt.* *l.* 9. tit. 18. *part.* 3. *l.* 4. *l. ultima, tit.* 15. *part.* 4. Gregor. Lop. in *d. l.* 9. *gloss.* 3. D. Covarruv. *sup.* §. 8. numer. 3. Castill. *dicto cap.* 22. numer. 40. & numer. 57. ubi plurimi, Molin. *de justitia & jure, disputat.* 173. numer. 24. Anton. Gom. in *legem* 12. Tauri, numer. 66. Joan. Lup. *de illegitimis, comment.* 3. §. 1. numer. 65. & 73. versit. Et quod ei præterito, Gutier. in §. Sui, numer. 177. & 178. *Institut. de hæredum qualitat. & Pract. lib.* 4. *quest.* ultima, numer. 20. Merlin. *dicta quest.* 8. numer. 7. 8. & 10. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 23. numer. 27. Cævall. *commun. quest.* 27.

quæst. 2. num. 22. Clar. §. Testamentum, quæst. 84. Capyc. Latio decis. 166. numer. 147. Rojas in Epitome successione. cap. 33. numer. 34. 45. & 46. Garcia de nobilit. gloss. 21. numer. 8. 54. & 89. Petr. Gregor. lib. 44. capite 1. numer. 6. Unde abstentionis beneficio gaudet. Azeved. in legem 10. num. 42. tit. 8. lib. 5. Recopilat. quod oblati Curia denegatur, authent. quibus modis natur. eff. sui, §. Et quoniam, Azeved. ibidem. Debet eis legitima relinqui titulo institutionis. Merlin. num. 11.

16 Circa præmissam conclusionem nulla reperitur controversia, sed ambigi solet, an legitimatus revocet donationem, ex l. Si unquam, Cod. de revocand. donat. de quo supra, lib. 1. cap. 19. num. 22. ubi negantium opinioni subscripsimus, quæ tunc maximè admitti poterit, cum filius natus erat, successioneque paternæ capax tempore donationis, quia per legitimationem non irritabitur donatio. Vide Hermosillam in l. 8. gloss. 7. numer. 11. tit. 4. part. 5. Garc. numer. 55. Gutier. numer. 180. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 21. numer. 39. & alios pronuper laudatos. Idem quæstionis est, an legitimatus excludat substitutum sub conditione, Si absque liberis legitimis decesserit: quod plurimis distinctionibus explicatur, de quo latè Fusar. de substitut. quæst. 407. Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. à numer. 30. Padilla in l. Cum acutissimi, Cod. de fideicommiss. Cævall. quæst. 2. à numer. 51. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 79. Mantic. sup. lib. 11. capite 10. Controvertitur etiam, num si fœminæ ex statuto excludantur propter masculos, legitimatus illas excludat? De quo Cævall. d. quæst. 2. per tot. Tell. Fernand. in l. 9. Tauri, à numer. 18. Gutier. sup. numer. 176. Merlin. lib. 3. tit. 1. quæst. 20. per totam.

17 Secundus casus est, cum tempore legitimationis extant filii legitimi, & naturales: & ut rescriptum valeat, necesse est ut Principi existentia eorum in precibus explicetur, alioqui ob vitium subreptionis legitimitio nullius est momenti. D. Covarruv. d. part. 2. §. 9. numer. 8. versic. Ex quo inferitur, Molin. disputatione 173. numer. 21. Costa in §. Et quid si tantum, numer. 132. Tusch. lit. L, conclus. 226. numer. 23. & dixi supra, lib. 1. cap. ult. numer. 98. Imò si ascendentibus legitimantis præjudicium quoad legitimam fiat, id exprimi Principi debet. Molin. ibidem, Costa numer. 146. Hac in specie dubium est, an requiratur præcisè, quod in rescripto apponatur clausula, Ut cum legitimis succedat? Et affirmativè docent Garcia supra, numer. 69. Azeved. in l. 10. numer. 32. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Anton. Gom. in legem 12. Tauri, numero 67. Gregor. Lop. in l. ult. gloss. 2. tit. 15. part. 4. Gutier. sup. numer. 183. Sed Molin. disputat. 173. numer. 27. sentit legitimatos cum legitimis esse admittendos, cum Princeps sciens prolem legitimam existere, illegitimum natalibus absolutè restituit sine clausula, Sine præjudicio legitimorum, quæ hujusmodi rescriptis inferi solet, ut testatur Gregor. Lop. ubi proximè. Idem probat Merlin. sup. lib. 1. tit. 2. q. 8. numer. 17. cum seqq. Sed communis sententia de jure verior videtur, quia non præsumitur Principem velle legitimis præjudicium inferre, nisi exprimat. Sed posset sustineri quod sentit Molina, si aliunde de voluntate Principis constaret, quod vellet legitimatum in legitimorum præjudicium succedere, quod facere valet, ut Molin. dispu-

tat. 174. & alii adverterunt. Vide Joan. Lup. de illegitimis, comment. 3. §. 1. numer. 66. versic. Ex his modò, Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 3. numer. 8. Tusch. sup. num. 7. & conclus. 232. num. 33.

Illud autem observare oportet, quod si cum legitimis legitimatus successerit, nequit pater huic plus relinquere, quam cuivis ex illis; jure enim cavetur, ne legitimatus ex patris substantia majorem portionem percipiat, quam aliquis legitimus, sive per contractum, sive per ultimam voluntatem, authent. quibus modis natur. eff. sui, §. Et quoniam variè, l. Communium, §. Et quoniam, Cod. de naturalibus liber. ubi licet de legitimatis per Curia oblationem sit sermo, nulla ratio reddi potest differentia inter eos, & per rescriptum legitimatos, ut ait Molina disputat. 173. numer. 27. qui ita tenet cum Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. numer. 19. Costa in §. Et quid si tantum, part. 2. conclus. 2. num. 137. Tell. Fernand. in l. 12. Tauri, num. 5. Azeved. in l. 10. numer. 34. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Merlin. dicta quæst. 6. num. 24. Ex quo duo inferuntur quoad jus regium: prius, non posse fieri à patre meliorationem tertii aut quinti in persona filii legitimati, extantibus legitimis; nec primogenium ex ea parte bonorum institui, ut in eo legitimatus legitimis præferatur, ne ita plus capiat, quam illi. Molin. uterque cum aliis ubi proximè. Posterius, quod si legitimis existentibus, legitimatus ex quinto bonorum quod ei pater relinquere valet, juxta legem 12. Tauri, quæ est lex 10. tit. 8. lib. 5. Recopilat. tantum capiat, ut minùs habeat aliquis legitimus, quoad excessum voluntas patris non servabitur. Azeved. & Tell. Fernand. nuper laudati.

Sed contra præmissam resolutionem, & quæ ex illa deduximus, docent Roderic. Suar. in lege quoniam in prioribus, limitat. 12. ad 11. Styli, num. 1. & 2. Cod. de inoffic. testam. Anton. Gom. in dicta l. 12. numer. 68. Garcia sup. gloss. 21. numer. 70. Cardin. Tusch. lit. L, conclus. 228. numer. 5. Gutier. sup. numer. 183. quia jura, quæ vetant amplius deferri legitimato quam legitimo, cui minima portio assignatur, de legitimatis per oblationem Curia loquuntur, & ad legitimatos per Principis beneficium ampliari non debent. Sed à priori opinione recedendum non est, neque enim decet, aut æquum est, melioris esse conditionis vulgò quæsitos filios, quam ex legitima conjuge procreatos, etsi aliud sit dicendum de legitimatis per matrimonium; in quibus regula dicti §. Et quoniam variè, & dictæ legis Communium, non observatur. Molin. d. cap. 11. n. 23.

Tertius casus est, cum tempore legitimationis nullus erat legitimus filius natus, aut conceptus, sed postea supervenit. Et quoad jus commune, etsi contentio sit, an censeatur legitimitio revocata, ut cum legitimis legitimatus minimè succedat, verius tamen est, ac receptius, eum cum postea genitis patri succedere, licet eorum nulla mentio in rescripto fiat. Anton. Gom. cum plurimis numer. 68. versic. Item adde quod si tempore, Molin. disputat. 173. numer. 28. ubi oppositum probabile demonstrat. Garcia sup. num. 69. Mathienz. in l. 10. gloss. 2. num. 3. Azeved. numer. 32. Tusch. sup. conclus. 232. num. 34. Gregor. Lop. in lege fin. gloss. ultima, tit. 15. part. 4.

Hæc quoad jus commune, sed de jure nostro

stro Regio in primo casu nulla est diversitas; nam legitimis non extantibus mortis tempore, legitimatus suus, & necessarius est hæres in omnibus parentis bonis, excepto quinto, sicut legitime natus. Anton. Gom. numero 66. Castill. *controvers. lib. 4. cap. 22. numer. 62.* Tell. Fernand. *in lege 13. Tauri, numer. 2.* Cervant. *ibidem, numer. 45.* Mathienz. *in dicta l. 10. Recopilat. gloss. 7. numer. 3.* Pichard. *in §. Sui, n. 17. Institut. de hæredit. quæ ab intest. deferunt.* Molin. *dicto cap. 11. numer. 24.* Cævall. *dicta quæst. 2. numer. 36.*

22 In secundo autem casu nihil jure nostro immutatum reperitur, nam dicta lex 12. Tauri, solum de liberis post legitimationem conceptis, & natis agit, ut patet ex ipsius verbis, quicquid senserit Azeved. *in l. 10. nu. 32. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* Unde tanquam casus omissus manet sub dispositione juris communis, argumento legis *Commodissime, ff. de liber. & posthum.* hodieque apud nos servabuntur tradita nuper, numero 17. scilicet quod extante legitima prole, non aliter legitimatus succedet æqualiter cum illa, nisi Princeps id expresserit in rescripto. Azeved. *ubi proxime, Tell. Fernand. in d. l. 12. Tauri, numer. 4.* Tusch. *lit. L, conclusione 232. numer. 10.*

23 In tertio tandem casu, de quo numer. 20. jus commune abrogatur quoad Hispanos, *ex l. 12. Tauri, quæ est lex 10. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* qua statuitur, ut filius per rescriptum legitimatus, nequitiam succedat cum legitime postea natis, aut per subsequens matrimonium legitimatis, patri, aut matri, vel avo, ad quorum successionem Princeps illegitimum idoneum legitimatione effecit, quæ tam ex testamento, quam ab intestato procedunt, solumque permittitur hujusmodi parentibus, ut legitimatis relinquunt ex quinto bonorum (de quo inter extraneos disponere valent,) quod sibi visum fuerit. Quoad successionem conjunctorum, aliaque legitimatis jure concessa, nihil derogari expressim asseritur, de cujus constitutionis intellectu videntur Mathienz. & Azeved. *in d. l. 10. Recopilat.* Anton. Gom. Tell. Fernand. & cæteri omnes Taurinarum legum Interpretes *in d. l. 12. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. numer. 21.* Castill. *controvers. tom. 4. cap. 22. num. 59. cum sequentibus, Garcia de nobilitat. gloss. 21. num. 69.* Molin. *de justit. & jure, disputat. 173. num. 27.* D. Covar. *sup. d. cap. 8. §. 10. numer. 3.* Gregor. Lop. *in l. ult. gloss. 2. tit. 15. part. 4.* Gutier. *in §. Sui, n. 183. Institut. de hæred. qualit. & different. Cævall. commun. quæst. 2. a numer. 29.* Rojas *in Epitome success. cap. 23. numer. 34.*

24 Occurrit disquirendum, si quis filios habens legitimos impetret legitimationem à Principe, ut illegitimus etiam cum præjudicio illorum succedat (quod fieri licet nedum ipsi Principi, sed etiam Proregi, Capyc. *Latro decis. 166. numer. 112. & 154.* Gregor. Lop. *ubi proxime, Anton. Gom. numer. 67. & dixi supra, nu. 17. in fin.* quia etsi non tollere, minuere tamen legitimam ex rationabili causa potest,) posteaque alii superveniant liberi, an legitimatus omninò excludatur juxta dictam legem 12. vel saltem cum antea natis, aut etiam cum omnibus patri succedat? Et quod legitimatus omninò repellendus sit, suadet ex eo quod sicut filii justè exhæredati agnatione posthumi, ruptoque testamento admittuntur ad patris hæreditatem ab intestato propter fratrem præteritum, qui postea

D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

natus est, *l. 20. tit. 1. l. 2. tit. 7. part. 6.* sic legitimi existentes legitimationis tempore, etsi legitimatum excludere non valeant, ipse tamen propter legitimatum postea natum repelli prorsus à paterna successione debet, quia ille cum hoc concurrere *ex dicta l. 12. Tauri* prohibetur; sæpe enim quis per alium quod per se non potest, assequitur, *l. Aristo, ff. quæ res pignor. obligar. poss. l. In adoptionem, ff. de bonor. possess. contra tabul.*

Idem etiam roboratur, nam cum quis à successione rejicitur ob aliquam personam cum qua concurrere jure nequit, non solum censetur exclusus quoad portionem illius, sed etiam quoad omnes alios, cum quibus alias succedere non prohibebatur. Textus *in §. Præferuntur autem; Institut. de Senatusconsulto Tertulliano,* ubi matre exclusa propter defuncti fratrem, hæreditas inter eum & sororem dividitur, quanquam mater cum sorore concurrere posset secundum jus, quod ibi refertur. Igitur eodem modo cum legitimatus à postea legitime nato repellatur, nihil ex patris substantia capere poterit concurrens cum aliis legitimis, in quorum præjudicium Princeps legitimationem concessit.

Rursus in contrarium nos movet, ut teneamus hunc legitimatum cum antea & postea legitime natis æqualiter successurum, quod ratio dictæ legis 12. ea esse videtur, quod nec Princeps, nec pater de futura legitima prole cogitarunt ad legitimandum illegitimum, cujus si meminissent, fortè nec hic postularer, nec ille concederet legitimationem. Hæc sanè ratio cessat cum tempore legitimationis extantibus legitimi liberi, quibus non obsistentibus, illegitimus à Principe idoneus, & capax effectus est, ut cum illis in successione concurreret; nam idem indulgeret, si de futuris liberis cogitasset. Cessante igitur ratione præfatæ Taurinæ constitutionis, dispositio locum non habet, argumento legis *Adigere, §. Quamvis, cum vulgat. ff. de jure patronat.*

Quod fundamentum aperte comprobatur communis resolutio à me tradita supra, *lib. 1. cap. 19. num. 6.* ubi asserui, donationem extraneo factam, liberis extantibus, non revocari nativitate aliorum, *ex l. Si unquam, Cod. de revocat. donat.* quæ si liberi tempore donationis non existerent, procul dubio revocaretur, ut *in d. cap. 19. à principio* ostenditur.

Ex dictis dubia redditur hujus quæstionis resolutio, quare media via eligi potest, argumento legis 7. §. *Cum quis, ff. de acquir. rer. domin. §. Cum ex aliena, Institut. de rer. divisione:* ita ut asseramus, filium quidem legitimatum non concurrere cum filiis legitimis postea natis, quibus præcedens legitimitas nocere non debet, nisi exprimat, ac derogetur dictæ legi 12. bene tamen admitti cum extantibus tempore legitimationis, quibus Princeps præjudicavit: sicque patris dividetur hæreditas, ut post legitimationem natus, aut per subsequens matrimonium legitimatus suam legitimam integram obtineat perinde ac si non esset aliquis per rescriptum legitimatus: cum aliis verò æqualiter ad bona hic legitimatus perveniet, quo & legis dispositio observabitur, & beneficium Principis fortietur effectum: quod etsi æquitatem præ se ferat, in puncto juris ex duabus supra propositis sententiis prior magis arridet; lex enim Regia indistincte loquitur, sive extent legitimi tempore legitimationis, sive non: & ita

X x 2 fine

sine distinctione accipi debet, ut superveniente prole legitima, legitimatus per rescriptum à paterna successione repellatur, argumento legis *Non distinguemus*, ff. de arbit. l. De pretio. ff. de Public. in rem actione.

- 29 Dixi pronuper, legitimatum ex rescripto posse succedere cum legitimis postea natis, aut per matrimonium legitimatis; si id Rex expressim indulserit, non obstante dicta lege 12. Tauri, quia sicut extantibus, ita & nascituris præjudicium quoad quotam legitimè valet inferre. Azeved. in l. 10. num. 34. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Matienz. ibi, gloss. 2. numer. 4. & alii laudati supra, num. 23.
- 30 Sed antequam à tractatu de successione legitimi in bonis patris discedamus, oportet adnotare, jura quæ per legitimationem quæruntur, emancipatione non extinguuntur, sed idem juris esse in legitimo, ac in legitimo, si emancipetur. Gregor. Lop. in legem 9. gloss. 1. tit. 15. part. 4. Bald. in l. penultima, §. 1. Cod. de adopt. Garcia de nobilit. gloss. 21. numer. 67. Hodie autem sublata est differentia emancipationis, & patriæ potestatis, l. Meminimus, Cod. de legitim. hered. authent. de heredibus ab intestato venientibus, §. Nullam verò, de quo videndus est Gutier. in §. Sui, à numer. 131. Instit. de hered. qualit. Anton. Gom. variar. lib. 1. cap. 11. numer. 43. Cujac. novell. 118. Cævall. quest. 627. D. Joseph. Vela dissertat. 11. numer. 62. cum aliis. Ex quibus constat, adhuc discrimen quoad plures juris effectus inter filiumfamilias, & emancipatum consistere, sed in omnibus similis erit legitimatus legitimo & naturali, cum in illo simul reperiatur & sanguinis vinculum, & nexus patriæ potestatis per legitimationem contractus, authent. quibus modis natural. eff. sui, §. Generaliter, D. Covar. de matrimon. part. 2. cap. 8. §. 8. num. 23. versic. Tertiò principaliter. Molin. de justit. & jure, disputat. 173. num. 20. Garcia sup. num. 18. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 11. cap. 6. numer. 11. Castill. controvers. lib. 4. cap. 22. num. 41. Anton. Gom. in l. 12. Tauri, num. 66. Unde inter liberos enumeratur ad privilegium habenti duodecim filios concessum. Castill. n. 42.
- 31 Secundò adnotandum est, quandam specialitatem esse in filio per rescriptum legitimo; nam si contra patrem ingratus extiterit, legitimatio quoad successionem paternam revocatur, ita ut necesse non sit eum hæredem institui, aut exhæredari, sed causa ingratitude probata instar extranei habeatur respectu patris, etsi quoad cætera legitimatio irrita non sit. D. Covarruv. dicto cap. 2. §. 2. numer. 17. Cardin. de Lugo de justit. & jure, tom. 2. disp. 24. sect. 6. num. 84. Molin. eod. tract. disput. 172. numer. 5. Garcia num. 65. & alii communiter.
- 32 Tertiò quæri solet, an pater filio legitimo succedat? Et negativè responderunt haud pauci; nam propter incontinentiæ admittum dignus videtur, ut careat filii successione. Ita Card. Tusch. lit. L, conclus. 216. numer. 43. Joan. Lup. de illegitimis, comment. 3. §. 1. num. 67. Palæot. de nothis & spuris, cap. 41. nu. 3. & alii. Verùm contra sentiunt Tell. Fernand. in l. 12. Tauri, num. 43. Cævall. quest. 2. num. 36. & ita est tenendum, quia inter parentes ac prolem illegitimam non claudicat successio propter illorum turpitudinem, sed quoties filius parenti succedit, toties reciprocè hic illi hæres est, authent. quibus modis natur. eff. sui, §. De nepotibus, collat. 7. authent. Licet, Cod. de

naturalib. liber. l. 8. in fin. tit. 13. part. 6. D. Covarruv. cum multis in Epitome succession. numer. 19. Anton. Gom. in l. 9. Tauri n. 46. ubi etiam de reciproca alimentorum præstatione, de qua in dicta l. 8. Partit. Unde deducitur ad intellectum legis 12. Tauri, quod sicut filius legitimatus, legitimis fratribus concurrentibus, habet jus ad alimenta, si aliunde non habeat, intra quintum bonorum, Cervant. in ead. l. nu. 45. & 49. Pichard. in §. Sui, à numer. 13. Instit. de heredit. quæ ab intest. defer. Castill. controvers. tom. 4. cap. 22. num. 61. Rojas in Epitome succes. cap. 33. nu. 37. & 38. ita pater agere poterit, imò uterque audietur si peteret ultra quintum, si id ad alimenta non sufficeret, ut in simili docet Gregor. Lop. in l. 8. gloss. 9. tit. 13. p. 6.

Verùm circa eandem constitutionem ambigitur, an quemadmodum prole existente legitima, legitimatus solum ex testamento succedere permittitur in quinto, similiter pater in eadem portione duntaxat hæres institutus existat? Quod Tell. Fernand. ubi proximè, cogitandum reliquit: sed Cævall. d. numer. 36. in quinto succedendum reciprocè opinatur, cui adstipulatur apertè lex 8. tit. 13. part. 6. etsi Gregor. Lop. ibi, gloss. 11. dubitet agens de filii naturalis successione, utrum pater succedat in solidum, etsi filius pro parte duntaxat admittatur? Et quidem non temerè defendi posset, patri hæreditatem integram deferendam, nisi aliunde minuatur, velut matre concurrente; quia licet reciprocum sit jus successionis inter parentes & liberos regulariter, tamen quoad quotam non omnino exæquari solent. Sic de jure nostro legitima filii sunt bona omnia patris, excepto quinto, l. 28. Tauri, quæ est lex 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat. & notatum est supra, lib. 1. cap. 19. numer. 108. parentis verò legitima sunt duæ partes bonorum, l. 6. Tauri, quæ est lex 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Gregor. Lop. in dicta l. 8. Part. gloss. 4. & 6. & dixi dict. cap. 19. numer. 109. Unde parior est legitima ascendentium, quam liberorum. Similiter de jure communi filius succedit ab intestato patri in omnibus bonis: sed parens extantibus defuncti fratribus, pro dimidia efficitur hæres, & ita æqualitas non servatur, l. 3. & 4. tit. 13. part. 6. Nec refert quod correlativorum eadem, parque ratio esse debet, ut ait Cævallos; nam id procedit, nisi diversitatis ratio reperiatur, ut notatur in l. 1. Cod. de cupress. lib. 12. Hæc autem diversitas manifesta est in d. l. 12. Tauri, quia injuria quodammodo fieret legitimis liberis, si cum ipsis legitimatus per rescriptum ad paternam successionem concurreret: at in successione patris in bonis legitimi nullus queri potest, quod ipse totam filii substantiam percipiat; ideoque dicendum videtur, patrem ad omnia bona filii legitimi admittendum, etiamsi prolem legitimam habuerit, non obstante, quod filius ille solum in quinto possit succedere.

Distinguendum nihilominus mihi videtur; nam aut filius legitimatus, qui moritur, matrem habet, vel alium ab ejus linea successorem, qui secluso patre admittendus est; & tunc pater nihil, nisi ex testamento, sive alimenta percipere quibit, servatà correlativorum regulà, juxta dictam legem 8. Partit. Aut solum cum patre concurrunt liberi ejus fratres defuncti, qui ut infra probabitur, legitimo succedunt, & pater totam hæreditatem ab intestato obtinebit; absurdum enim foret, fratres potiores haberi patre, propter quem ad successionem legitimi perven-

pervenire conceduntur, argumento legis *Cum quis, Cod. de natural. liber.* Faciunt ad rem Justiniani verba in §. i. *Institut. per quas personas nobis acquirit.* ibi: *Quæ enim invidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reverti?* Hæc ubi legitimatus sine testamento decesserit: quod si id condiderit, non prohibetur totam suam substantiam patri relinquere, nisi aliis propter liberos vel alia ratione impediatur, quem sicut extraneum quemlibet poterit hæredem facere: nec in testamentariis successionebus correlativorum servatur paritas, data rationis differentia; ideo enim in d. l. 12. *Taur.* vetatur, ne filio legitimo ultra quintum pater relinquere valeat, quia alia omnia bona debentur ut legitima, filiis legitimis extantibus, prout assertum est supra, *numer. 33.* Unde si legitimatus decedens legitima prole, aut alio successore necessario caruerit, cui legitimam reservare teneatur, legis ratione cessante, patrem jure insolitum hæredem instituet. Si verò talis legitimatus testetur, patre omnino præterito, nulla actio rei adversus testamentum præstabitur, nisi ad alimenta, si fortè egestate laboret, ut prædiximus *num. 32.*

35 Sed ut ad ulteriora progrediamur, nunc de successione filii legitimi quoad avum videndum est, ac prius scire oportet, quod si quis filium legitimum habens rescripto Principis legitimetur à patre, ille adgnascitur ut nepos legitimi quoad successionem, cæteraque jura, quæ legitimatis obvenire solent. D. Covarruv. *de matrimon. part. 2. cap. 8. §. 10. num. 7.* Molin. *de justit. & jure, disputat. 173. numer. 32.* Garcia *de nobilit. gloss. 21. numer. 39.* Gamma *decis. 11.* Joan. Lup. *de illegitim. comment. 3. §. 1. numer. 66. versic. Similiter, Castill. in l. 12. Tauri, verbo De sus abuelos.* Hinc est, ut si res avita patrimonialis distrahatur, poterit nepos hic ex propria persona illam retrahere, juxta legem 7. *cum seqq. tit. 11. lib. 5. Recopilat.* quod jus legitimatis competit. D. Covar. supra, *nu. 4.* Molin. *num. 34.* Garcia *nu. 50.* Azeved. *in dicta l. 7. num. 43.*

36 Præterea observandum est, si patrem habens filium legitimaverit sine illius consensu, hunc nepotem ad avi successionem non admitti. Gregor. Lop. *in l. 7. gloss. 9. tit. 15. part. 4. Castill. ubi proximè, verb. No puedan suceder.* Ratio quæ traditur, est ne ei invito suus hæres agnascatur. Sed superest dubium, nam etsi nepos non veniat ut suus, posset succedere ceu proximus agnatus, ex *cap. Unde legitimi;* siquidem descendentes præter sinitatis jura, ut agnati, vel cognati, ab intestato ascendentibus succedunt, ita ut ex uno capite exclusi, non censeantur ab alio remoti, l. 1. §. *Sed videndum, ff. de successor. edict. l. penultima, §. Filius, ff. quis ordo in bonorum possess. servet.* Gutier. *in §. Sui, num. 80. Institut. de hered. qualit. Anton. Gom. variarum lib. 1. cap. 9. numer. 29. Cævall. quest. 165.* Cum igitur legitimatus omnibus patris conjunctis etiam non consentientibus ad successionem agnascatur, ut inferius probabitur, idem jus quoad avum consequi debet, non ut sinitatis jure potiatur, sed ut ab intestato ex capite *Unde legitimi* succedat, quasi proximus agnatus.

37 Circa quam speciem quæri opportunè potest, quid si pater, qui legitimat, sub aliena existat potestate, an scilicet legitimatus jura suorum assequatur? Et quidem quoad avum, qui non consentit, certi juris est, suum hæredem non existe-

re, idemque quoad patrem respondendum videtur, quia constitutus sub alterius potestate alium sub sua habere non potest, l. *Sic eveniet, Cod. ad legem Jul. de adulter.* nec jus patriæ potestatis acquiri absque patria potestate potest, l. *lege Cornelia, ff. de testament. l. Illud, §. Ad testamenta, ff. de bonorum possess. contra tabulas, §. Sui, Institut. de hered. qualit. ubi fusè Gutier. à numer. 4.* Quare si, avo superstiti, pater qui legitimavit, obeat, legitimatus ut filius extra potestatem succedet: sed si avus ante patrem defunctus sit, legitimatus patriam potestatem, quæ illucisue erat in suspensio, ingressus jura sui hæredis nanciscetur. Nec ambigitur, quin possit Princeps legitimare filium ejus, qui est sub potestate, licet avus remuat, patre consentiente, cum valeat legitimare filium sine consensu patris, quanquam legitimatus illi suus hæres non fiat. Gregor. Lop. *in l. 3. gloss. 1. tit. 15. p. 4.*

38 Quoad successionem transversalium legitimatus rescripto Principis omnibus agnatis ac cognatis patris, etsi non consentiant, succedit, ac si legitime natus fuisset, *authent. quibus modis natur. effic. sui, §. Quapropter, collat. 7. lege 7. tit. 15. part. 4. l. 12. Taur.* quæ est lex 10. *tit. 8. lib. 5. Recopilat.* Gregor. Lop. *in d. l. 7. gloss. 9. D. Covarruv. d. §. 10. num. 3. Anton. Gom. in d. l. 12. Tauri, numer. 69. Capyc. Latio decis. 150. numer. 1. & decis. 166. num. 148. Molin. de justit. & jure, disputat. 173. numer. 31. Garcia sup. n. 8. Castill. controversiarum tom. 4. cap. 22. numer. 42. Joan. Lup. dicto §. 1. numer. 67. versic. Similiter, Mathienz. in d. l. 10. gloss. 1. num. 16. & gloss. 7. num. 1. Azeved. ibi, numer. 45. Castill. in leg. 12. Taur. in principio, Cifuentes num. 18. Tell. Fern. num. 7. & 43. Cævall. quest. 2. num. 17. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quest. 8. num. 5.* Licet aliis oppositum placeat exigentibus consentum propinquorum patris ad successionem, per textum in d. *authent. quibus modis natur. effic. sui, §. Filium,* cui consonat lex 7. *tit. 15. part. 4.* Sed ea jura loquuntur in legitimatis per oblati nem Curia, in quibus speciale est, ut observat Barbosa *in collectan. ad l. Communium, numer. 6. Cod. de natural. liber.* Unde deducitur, minus rectè docuisse Osvaldum post alios *ad Donell. lib. 19. cap. 4. lit. F,* non dari fratri legitimo querelam inofficiosi testamenti, in quo turpis persona instituta est, quia non agnascitur sine consensu fratris. Nam hujusmodi ratio vera non est, cum legitimatus cunctis patris consanguineis, & affinis agnascatur sine eorum assensu, ut præter nuper laudatos probant Mantica *de conjunct. ultimar. volunt. lib. 8. tit. 12. numer. 30. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 4. num. 44. Joan. Lup. sup. numer. 66. versic. Similiter Merlin. ubi proximè:* & ita expressim contra Osvaldum tenet Castill. *dicto cap. 22. numer. 57.* At si filius legitimetur post mortem patris, necesse est ut citentur legitimi ejus successores, quibus præjudicium generatur. Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 3. num. 10. D. Covarruv. sup. §. 9. nu. 10. Gregor. Lop. in l. 4. gloss. 9. tit. 15. part. 4.* nisi pater moriens filio illegitimo in ultima dispositione demandaverit, ut legitimationem sibi impetret à Principe, Merlin. *num. 30.*

Hæc de legitimationis effectibus dicta sufficiant, plurimis prætermisissis, est enim materia 39 ampla, proluxa, atque profunda, ut inquit Azeved. *in d. l. 10. nu. 5. Tell. Fernand. in dicta l. 12. Tauri, num. 7.* in qua est regula constituenda, ut leges agentes de legitimis legitimatos

per rescriptum complectantur. Castill. d. cap. 22. num. 43. Tiraquell. in l. Si anquam, verb. Susceperit liberos., Cod. de revocand. donat. Gutier. in d. §. Sui, numer. 186. Sed an in hominis dispositione legitimorum appellatione veniant legitimati, controversatur, in quo usui communi loquendi standum erit, inspiciendaque mens proferentis, & quid in statutis, de quibus D. Covarruv. d. cap. 2. §. 8. à nu. 13. Garcia sup. n. 22. cum aliis, Gregor. Lop. in l. 4. gloss. II. in med. tit. 15. part. 4. latè Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. per tot.

Ibi: *Et tamen de eo quaritur.*

40 Accedimus jam ad quæstionem, cujus occasione tractatum de legitimatione oportuit evolvere, quæ sanè à nemine ex iis, quos viderim, inculcatur; imò omnes hujus loci D. Covarruv. immemores miror: quod ita contigit, quia ut D. Covarr. præmittit, inutilis scribentibus visa sit propter naturam legitimationis, quæ sic ut assertum est, omnia jura suorum hæredum tribuit. Sed eam habere locum posse D. Covarruv. ait, cum legitimitas plena non est, sed restricta ad verba rescripti: quod dupliciter evenit, vel quando Princeps non legitimum efficit, sed quoad aliquos juris effectus cum illegitimo dispensat, tuncque id tantum confert, quod verbis exprimit, quæ strictè interpretari debent. Vel cum legitimet, sed cum restrictione aliqua adversus communes legitimationis regulas, ut si dictum sit, *ad succedendum in eo, quod pater relinquere ipsi voluerit*: aut, *Ad succedendum ex testamento*. Et licet controversum sit, an adjecta limitatione legitimitas, vel dispensatio indulgeatur, communiter tamen placet, legitimationem concessam censerì, quamvis effectus ejus quoad successionem limitetur. Multum autem interest, utrum quis legitimatus, vel dispensatus habeatur, de quibus omnibus latè D. Covarruv. de matrimonio, part. 2. cap. 8. §. 8. à principio, Mathienz. in l. 10. gloss. I. tit. 8. lib. 5. Recopilat. Tell. Fernand. in l. 12. Tauri, num. 23. cum aliis, Joan. Garcia de nobilit. gloss. 21. & alii ex præcitat. etsi Anton. Gom. in l. 12. Tauri, num. 70. asseruerit, non esse legitimationem, sed dispensationem: quod verum non est, quia legitimitas, quæ integra est ac perfecta respectu personæ, non desinit esse talis ob limitationem quoad jus succedendi, ut refert Cævall. q. 2. n. 34.

41 Quæstio igitur nostra ad praxim reduci nequit in legitimatione, in qua per verba illa, *Ex testamento, & ab intestato*, confertur legitimitas jus ad succedendum contra testamentum, l. 9. tit. 18. part. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. 3. quod D. Covarruv. non inficiatur. Posset tamen locum habere in dispensatione; in illa enim verba interpretantur secundum naturam actus, qui geritur, id est legitimationis, quæ filiis jus succedendi contra testamentum regulariter præstat, sicut prædiximus. In hac, scilicet dispensatione, solum inspicitur rescripti series, verborumque proprietas. Unde merito in dubium revocari potest, si Princeps dispenset, ut illegitimus succedat patri ex testamento, & ab intestato, an illi competat actio ad succedendum contra testamentum, ex vi ac proprietate sermonis.

42 Idem dubium occurrere posset in legitimatione, cum Princeps in præjudicium legitimorum concederet cum illis legitimatum posse suc-

cedere, qui alias non admitteretur, nisi expressum esset, secundum tradita supra, numer. 17. & 23. de jure communi & Regio, quo casu si rescripto contineatur, ut cum legitimis ex testamento & ab intestato illegitimus ad successionem concurrat, ambigeretur an esset locus successionem contra testamentum cum præjudicio legitimorum, quoniam non est de natura legitimationis, ut legitimati tunc jura suorum habeant, extantibus legitimè natis, ut præcitat. numeris assertum est.

His ergo casibus quaritur, si legitimatus hæ-⁴³ res à patre scriptus non sit, nec justè exheredatus, an possit virtute eorum verborum, *Ex testamento, & ab intestato*, rumpere, dicere nullum testamentum patris, aut per querelam illud infringere? Et licet D. Covarr. resolvat negativè, quia secundum verborum proprietatem successio contra testamentum sub illis non continetur, nihilominus oppositum sustineri jure posset, quoniam ex communi usu loquendi illa verba omnem successionem complectuntur, quæ in personam ejus, ad quem diriguntur, cadere potest: unde si sermo habeatur de ascendentibus, aut descendentibus, jus contra testamentum censebitur concessum; nam ex quo his, quibus de jure legitima debetur, ut liberis & parentibus, tribuitur jus succedendi ab intestato, quod propter illegitimitatem erat impeditum, creditur indultum, ut possint adversus testamentum venire, ut suam legitimam consequantur; etenim actio hæc nihil est aliud, nisi præludium quoddam ad causam intestati, siquidem destructo testamento, successio testamentaria reducitur ad legitimam, seu ab intestato, ut latè docet Petr. Gregor. Syntagmat. juris lib. 44. cum seq. Et cum filio legitimito Princeps confert successionem ab intestato, concedere censetur jus præparatorium ad illam, quod filii habere alias solent; nam qui vult consequens, vult & antecedens quod ad id necessariò prærequiritur, l. Illud, cum vulgatis, ff. de acquir. heredit. & concessio aliquo, omnia intelliguntur concessa, quæ ad id desiderantur, cap. Præterea, de offic. delegat. Hinc est, ut in l. 9. tit. 18. p. 3. ubi forma rescripti ad legitimandum traditur, hæc verba, *Ex testamento, & ab intestato*, inferuntur, per quæ filio legitimito contra testamentum jus agendi tribuitur, ut observat ibi Gregor. Lop. gloss. 3. & D. Covarruv. assentitur: sed ait, hoc non provenire ex verborum proprietate, sed ex natura legitimationis. Sed hoc ex eo displicet, quia lex præstans formam rescripto, minimè uteretur verbis, nisi in proprio significato, ut omne dubium tolleretur. Similiter Autores hac de re agentes eodem modo loquuntur, ut Petr. Gregor. lib. 45. cap. 7. numer. 7. Sic in l. 12. Tauri. iisdem verbis excluditur filius legitimatus à successionem, extantibus legitimis, per quæ etiam repulsus intelligitur à successionem contra testamentum, ut notum est.

Ibi: *Fatemur tamen ex ea clausula hoc jus agendi.*

Ideo D. Covarr. hic docet, censerì concessum jus agendi contra testamentum per verba, *Ex testamento, & ab intestato*, quando alias legitimatus ex juris dispositione venire poterat, & contra testamentum agere; quia verba accipi debent juxta materiam subjectam, actusque naturam, cui deserviunt, quanquam improprie usurpentur. Argel. ex Bart. de ac-

de acquir. possess. q. I. art. 7. n. 112. Marefcot. variar. lib. 2. c. 76. n. 7. Sed qui contra sentiunt, hoc ex verborum natura provenire asserunt, quia verba apta sunt adtribuendum jus contra testamentum.

Ibi: *Existimat fortassis Gregorius Lopez.*

45 Proculdubio Gregor. Lopez eò loci, quem edimus supra, num. 43. opinatur verborum virtute concessum censerì legitimito jus adversus testamentum; nam præmissis legis verbis *Con testamento, d. sin testamento*, subdit: *Hoc ideo, ut possit filius impugnare testamentum.* Unde ex verbis id deducit, quia id significant.

Ibi: *Jure etenim civili nullum aliud successionis genus.*

46 Vide Pichard. in rubric. à num. 8. *Instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.* ubi addit successionis genus, quam anomalam vocat, & est illa, quæ per arrogationem, aut cum libertatum conservandarum causâ bona addicebantur, quas universales successiones vocat Justinianus *Instit. lib. 3. tit. 11. & 12.* Sed Pichardum sub successione ab intestato etiam eam quæ adversus testamentum datur, comprehendisse patet. Similiter Petr. Gregor. de successione fusè agens *libro 42. cum sequentibus.* successione in testamentariam, & quæ ab intestato defertur, divisit, & actiones contra testamentum ad causam intestati redegit, tanquam præparatorias, de quibus *lib. 44. per tot.* cujus inscriptio est, *De præludiis ad causam intestati.* Jure quoque Prætorio duplex etiam successio agnoscitur, siquidem omnes bonorum possessiones aut sunt ex testamento, aut ab intestato, §. *Sed eas, vers. Septima, Instit. de bonor. possess. de quibus latè Petr. Gregor. lib. 43. per tot. cap. 2. numer. 3.* probat bonorum possessionem contra tabulas esse ab intestato, ex Glossa in *l. fin. Cod. Unde legitimi.* Successio igitur contra testamentum spectat ad eam, quæ ab intestato vocatur, ut prænotatum est supra, numer. 43.

Ibi: *Secundò eadem sententia.*

47 Hæc jura adstipulantur traditis supra, num. 43. nam cum de successione descendendum differant, verbum *Ab intestato*, complectitur successionem contra testamentum: quibus jungenda est lex *1. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* ubi cavetur, ut parentes liberis succedant ex testamento, & ab intestato: quibus verbis etiam successio adversus ultima elogia tribuitur, quia etiam jure Regio parentes præteriti, vel injustè exheredati possunt ad legitimam agere impugnantes testamenta. Anton. Gom. *variar. lib. 1. cap. penult. num. 36.* ubi expressim ait, verbum id, *Ab intestato*, accipi pro *Contra testamentum*, in *d. l. 1. quæ est 6. Tauri*, ubi Tauristæ Interpretes. Azeved. in *d. l. 1. n. 10.* cum aliis, Mathienz. *ibidem, gloss. 7.* Molin. *de justit. & jure, disput. 175. num. 3.* Roderic. Suar. in *l. Quoniam in prioribus, ampliat. 16.* Gutier. in *l. Pater filium, num. 14. ff. de inoffic. testam.* Idem probatur ex *l. 9. Tauri*, quæ est lex *7. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* nam sub eisdem verbis datur filiis illegitimis jus succedendi matri, & tamen venire possunt contra testamentum. D. Covar. *de*

matrim. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 24. Gregor. Lop. in *l. 11. gloss. 3. tit. 13. part. 6.* Anton. Gom. in *l. 9. Tauri, num. 12.* Joan. Lup. *ibidem, numer. 6.* Castill. *verb. Legitimos*, Molin. *de justit. & jure, disp. 167. num. 14.* Azeved. in *d. l. 7. Recop. numer. 29.* Mathienz. *ibi, gloss. 7. numer. 3.* Pichard. in *rubr. Inst. de hæred. quæ ab intest. deferunt. §. 6. num. 29.* probaturque ex *l. Si suspecta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam.*

Tandem in *l. ultima, tit. 8. lib. 5. Recopilat.* 48 jubetur servari consuetudinem, ut Clerici possint hæredes ex testamento, & ab intestato habere in bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, per quæ verba etiam intelligitur, ut liberi legitimi antea habiti, vel ascendentes venire valeant contra testamentum Clerici, ac si esset laici; quia etsi controversum sit, an detur querela adversus testamentum Clerici, & communiter placeat non dari, per textum in *cap. Quia nos, de testamentis*, ubi sic tenet Barbosa in *collectan. num. 3.* ubi alii, quæ sententia non omninò aridet D. Covarruv. *ibi, numer. 2.* qui contra sentit; omnes tamen fatentur parentibus legitimam præstandam, Clerici testamento quoad cætera illibato, ut D. Covarruv. testatur *num. 10.* Unde si Clericus in Hispania testetur juxta dictam legem finalem, etiam de bonis ex Beneficio Ecclesiastico perceptis, & ascendentes legitimos, aut descendentes, vel alios, quibus legitima debetur, prætereat, aut sine causa exheredet, ipsi contra testamentum venientes debitam portionem percipient, ut ex doctrina D. Covar. nuper tradita patet. Sic in *d. l. ult. verba Ex testamento, & ab intestato*, successionem adversus testamentum complectuntur, maximè de jure regio, per legem *1. tit. 8. lib. 5. Recopilat.* *ibi: En todos sus bienes de qualquier calidad que sean.*

Idem evenit in *dicta l. 5. in principio, & in l. 10.* 49 *tit. 8. lib. 5. Recopilat.* nam ad excludendum omninò à successione etiam contra testamentum, hæc verba *Ab intestato, & ex testamento*, subjiciuntur. Sed observare oportet, quod licet verum foret, sub illis verbis non contineri successionem contra testamentum, id tamen procederet in affirmativa, non in negativa; nam quoties aliquis excluditur à successione ex testamento & ab intestato, procul dubio repellitur ab actione contra testamentum. Ratio est, quia privatus successione ab intestato, remotus censetur à legitima: & cui hæc non debetur, contra testamentum nullo jure venire potest. Petr. Gregor. *Synagmat. lib. 44. cap. 5. num. 1.* At in affirmativa benè potest quis habere jus succedendi ex testamento & ab intestato, & carere actione ad evertendam defuncti voluntatem, ut D. Covarruv. paulò inferiùs nos docet. Ex quibus constat, jure Regio Hispano tam affirmativè, quàm negativè verba hæc, *Ex testamento, & ab intestato*, comprehendere successionem adversus testamentum, aut ex proprietate sermonis, aut saltem ex ulu communi loquendi.

Ibi: *Tertiò huic opinioni suffragatur.*

Circa hanc doctrinam Jafonis vide notata supra, num. 43. Petr. Gregor. *lib. 42. cum sequentibus*, Pichard. in *rubric. à numer. 8. Instit. de hæred. quæ ab intestato deferunt.* Sed successio contra testamentum reducitur ad causam intestati. Petr. Gregor. *lib. 44. cap. 1. nu. 3.* sed voca-

vocari potest ex testamento, quia sine illo successio prædicta non datur, unde Justinianus in §. *Sunt autem*, *Institut. de bonor. possess.* bonorum possessionem contra tabulas ex testamento dixit, proprie tamen per illam ab intestato succeditur. Petr. Gregor. *lib. 43. cap. 2. n. 3.*

Ad Num. 2.

- 51 Rectissime D. Covarruv. impugnat eos qui successione adversus ultima defuncti eloquia ex testamento appellant, nisi eo sensu, quo nuperrimè ita vocari posse assertum est.

Ibi: Successio verò ab intestato.

- 52 Successio ab intestato contingit, vel quando omninò testamentum factum non est, vel si fiat, sed effectum sortiri nequit, vel quia rumpitur agnatione posthumi, vel propter præteritionem, aut exhæredationem sine causa irritum efficitur, *l. 1. tit. 13. part. 6. l. 1. ff. de suis & legitim. hæredibus, princip. Institut. de hæredit. quæ ab intest. deferunt.* Ulpian. in *fragment. tit. 23.* Sic intestatus decedere dicitur, qui filium in potestate præterit, quia non jure testatur, *l. Inter cætera, ff. de liber. & posthum.* Pichard. *suprà, num. 14.* Petr. Gregor. *lib. 44. cap. 1. num. 2. & 3. & cap. 2. per totum.* Similiter qui per querelam judicium testatoris impugnat, per modum intestatæ successione admittitur. Pichard. *ubi proxime*, Petr. Gregor. *cap. 4. num. 21.* Anton. Gom. *variarum lib. 1. cap. 11. numer. 20.* Gregor. Lop. in *l. fin. gloss. 4. tit. 8. part. 6.* Quanquam utroque casu legata, libertates, & similia de jure novissimo authenticorum conserventur, *authent. Ex causa, C. de liber. præterit. d. l. fin. Partitæ.* Ex quibus fit, quod successio contra testamentum reducitur ad causam intestati, unde sub illo verbo, *Ab intestato*, & ipsa continetur. Nec refert quod D. Covarruv. ait, hæc tria diversa esse, Succedere ex testamento, Ab intestato, Contra testamentum; quia successio contra testamentum distinguitur à successione ab intestato tanquam præparatorium à præparato; etenim cum extat testamentum, qualequale illud sit, oportet prius destrui, ut ab intestato succedere quis valeat; nam quando est spes successione testamentariæ, ab intestato venientibus nullus est locus, *l. Quandiu, ff. de acquir. hæredit. l. 30. ff. de liber. legat. l. Quandiu 90. ff. de reg. jur. ideo nil mirum si sub verbo, Ab intestato, utrumque complectatur, vel ex proprietate verbi, aut ex communi loquendi consuetudine. Vide *suprà, num. 43.**

Ibi: Nam etsi filius adoptivus succedendi jus habeat.

- 53 De successione filii adoptivi agit lex 8. & 9. *tit. 16. part. 4.* ubi Gregor. Lop. latè Gutier. in §. *Sui*, à *num. 150. Institut. de hæred. qualitat.* Joan. Orosc. in *l. Si arrogator, ff. de adoption.*

Ibi: Fratres etiam succedunt fratribus.

- 54 Quomodo fratres inter se invicem succedant, traditur in *l. 2. tit. 8. l. 5. & 6. tit. 13. part. 6. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 5. Recopilat. de quo Anton.*

Gom. in *l. 7. & 8. Tauri*, & plures laudati *suprà, lib. 1. cap. 19. n. 110.*

Sed licet omninò vera sint quæ D. Covarr. hic 55 de filiis adoptivis, & fratribus docet, qui succedunt ab intestato, & non contra testamentum, unde diversitatem successione probat; nihilominus responderi potest successione ab intestato duplex caput existere, unum spectat ad fratres, aliove transverales agnatos & cognatos, aliove personas, quæ ad successione intestatorum vocantur, nullo existente testamento, quibus regulariter non debetur legitima: alterum ascendentibus, & descendentibus competit, quibus jus legitimam assignat, eisdemque tribuit consequenter actionem veniendi contra testamentum, nisi illis satisfactum sit. Sed cum omnes, tam hi, quam illi succedant ex causa intestati, ut *suprà* probavimus, etsi cum diversa qualitate, ideo ab intestato successio eos comprehendit: qua ratione *numer. 43.* asseruimus, verba *Ex testamento, & ab intestato*, significare omnem successione, secundum personas ad quas diriguntur.

Ad Num. 3.

Quicquid senserint Auctores, quos dat D. Covarruv. recedendum non est à sententia Gregor. Lop. in *l. 9. gloss. 3. tit. 18. part. 3.* qui docet sub his verbis, *Ex testamento, & ab intestato*, in rescripto legitimationis comprehendit successione contra testamentum ex vi sermonis, ut prædiximus *numer. 43.* & fusè hucusque comprobavimus.

Verf. Non oberunt huic sententiæ.

Huic interpretationi ad auctoritatem Gregorii Lopez obstant notata *suprà, n. 43. & 45.*

Verf. Id verò quod probare conabamur.

Satis ostensum est *suprà*, præsertim ex legibus Regiis, à *num. 46.* omnem successione dividi in testamentariam, & legitimam, seu ab intestato, & sub illis verbis, *Ex testamento, & ab intestato*, comprehendit jus contra testamentum in quavis materia, modò ad parentes aut liberos referantur, secundum tradita *num. 43.* Hinc est, ut leges, quæ de successione adoptivorum differunt, non eis concedant ut ex testamento & ab intestato hæredes existant; nam per hæc verba jus contra testamentum concederetur: sed expressim dicitur, quod succedant, si pater sine testamento obierit, *lege 8. & 9. tit. 16. part. 4. lege Cum in adoptivis, Cod. de adoptionibus.*

Verissimum videtur, quod D. Covarruv. in 58 præsentem asseverat; nam si alicui etiam ex ascendentibus, aut descendentibus indulgeretur, ut succedat ex testamento, non censeretur datum jus veniendi contra testamentum, quia sub illis verbis minimè continetur, ut D. Covarruv. probavit *suprà, num. 2.* cui adhæsimus *numer. 50. & 51.* Sic in *l. 8. tit. 13. part. 1.* cavetur, ut qui ascendentibus, & liberis legitimis caret, possit omnia bona sua filio naturali relinquere: sed condito testamento, in quo nihil illi reliquum sit, duntaxat agit ad alimenta, etsi extraneus instituat: unde concessa successione ex testamento

mento descendenti, jus infringendi ultima elogia denegatur, quod observat ibi Gregor. Lop. gloss. 7. Eodem modo procedit lex 10. Tauri, quæ est lex 8. tit. 8. lib. 5. Recopilat. ex qua filius naturalis, non extante legitima prole, institui universalis hæres à patre permittitur, etiam in præjudicium ascendentium legitimorum: sed si ille testamento confecto è vita migraverit, filius hic nisi ad alimenta nequit agere. D. Covarruv. de matrimonio part. 2. cap. 8. §. 4. in fine.

59 Per contrarium si alicui ex liberis aut parentibus jus succedendi ab intestato tribuatur, non sequitur ut possit contra testamentum venire, l. 8. tit. 13. part. 6. authentic. Licet, Cod. naturalibus liber. ubi filiis naturalibus indulgetur successio ab intestato in duabus uncias hæreditatis paternæ, deficiente legitima sobole: sed si pater cum testamento decedat, nullo modo nec quoad illam portionem illud impugnant. Præterea in §. Sed hodie, Institut. de adoption. Justinianus inquit, se jura successionis ab intestato filiis adoptivis præstitisse, qui sanè minimè contra supremum patris iudicium agere queunt, ut docuit D. Covarruvias supra, numer. 2. & probant jura, & DD. laudati supra, num. 53.

60 Ex præmissis deducitur, dispensatum ad succedendum ex testamento parentibus, aut liberis, non posse nullum dicere testamentum, aut querelam intentare, si præteritus sit, aut exhæredatus; quia solùm juxta voluntatem, non præter illam, seu contra succedere conceditur. Rursus dispensatus ut ab intestato succedat prædictis personis, nequibit evertere testamentum. Utrumque tenet cum pluribus Mathienz. in l. 10. gloss. 1. tit. 8. lib. 5. Recopilat. qui in legitimatione sic coarctata loquitur, quod in dispensatione à fortiori servandum erit, quæ strictius est accipienda. D. Covarruv. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 8. à num. 2.

61 At ubi scriptum fuerit, *Ex testamento, & ab intestato succedat*, etiam actio contra testamentum concessa censetur, ut tot juribus id comprobavimus supra, ex num. 46. præter alia, quæ D. Covarruv. hoc cap. 1. num. 1. ad finem, expendit. Ratio quæ reddi potest, est quia ex usu loquendi communi, non omnino refragante verborum proprietate, ut ex præmissis supra, maximè num. 40. apparet, per hujusmodi clausulam omnimoda successio confertur, sive defunctus cum testamento decesserit, sive intestatus, qua generalitate successio per everfionem supremæ voluntatis continetur: & licet verbum, *Ex testamento*, per se, & verbum *ab intestato*, similiter per se positum, non tribuant actionem contra testamentum, ut pronuper allerebamus, eadem tamen simul expressa hunc effectum operantur ob sermonis universalitatem; nam singula quæ non profunt, multa collecta juvant, cap. Cùm causam 13. & ibi glossa finalis de probat. l. Spadonum 17. §. Qui jura, ff. de excusat. tutor. Quod si ita non esset, credi nequit, in Constitutionibus Regiis, & Imperialibus tam frequenter usurpari hæc verba, ubi successio contra testamentum tribuitur, nisi sub eisdem illa veniret, maximè cùm verborum proprietas in legibus dubitationis tollendæ gratiâ exactissimè observanda sit, ne captiosæ interpretationi locus relinquatur, cap. Erit autem, 4. distinct. secundum quæ accipiendum est quod supra, num. 43. & alibi scriptimus, nempe sub successione ab intestato com-

D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

prehendi jus adversus testamentum, per quod via ad illam aperitur; nam absolute non procedit, ita ut quoties datur successio ab intestato, competat actio contra testamentum; loquuti enim sumus juxta subjectam materiam, ac quæstionem, de qua agitur, quando simul & generaliter indulgetur alicui, ut ex testamento, & ab intestato liberis aut parentibus succedat, tunc siquidem actio ad infringendam supremam voluntatem verbo *Ab intestato* continetur; secus si per se ponatur, & limitatè concedatur successio ab intestato, cùm agi non possit contra testamentum, ut præmissimus; nam limitata causa limitatum producit effectum, l. In agris, ubi DD. ff. d. acquir. rer. domin.

Ibi: *Quicquid tamen sit de illa controversia.*

Confule Petr. Gregor. Syntagmat. libro 43. 62 cap. 2. per totum, qui tenet per bonorum possessionem contra tabulas causam testati ad intestati reduci, licet Prætor solus hæredem facere non possit, §. Quos autem, Institut. de bonorum possessione.

Ibi: *Illud mihi videor jure asseverare posse.*

Ita observatum est supra, num. 50. & de aliis, quæ hic subsequuntur, satis est dictum.

Verf. *Secunda ratio, qua utebatur.*

Sed replicari poterit adversus solutionem istam, 63 quia verisimile non est, in tot juribus prætermissam esse mentionem successionis contra testamentum, nisi sub verbis, *Ex testamento, & ab intestato*, subintelligeretur, ut diximus nu. 61.

Verf. *Tertia ratio.*

Quoad priorem partem argumenti Jasonis ref- 64 ponendi D. Covarruv. dici potest, quod in ea clauſula verbum, *Ex testamento*, significat, ut possit legitimatus, aut dispensatus succedere, factò testamento, non solùm secundum voluntatem, si institutus reperitur, sed etiam contra eam infringens testamentum, si prætereatur, aut injuste exhærederetur, sicut accipitur in §. Sunt autem, Institut. de honor. possess. quod haud temerè defendi posset.

Verf. *Quibus diligenter.*

Quamquam D. Covarruv. opinio probabilis ad- 65 modum sit, tum propter fundamenta ab eodem latè præmissa, tum ob tanti magistri autoritatem, tamen in contrariam magis propensam mens est, duce doctissimo Gregorio Lopez, propter leges plurimas, quæ per verba illa, *Ex testamento, & ab intestato*, jus succedendi contra testamentum tribuerunt. Nec refert, quod D. Covar. respondet id concedi non virtute sermonis, sed ex natura actus legitimationis, aut alterius dispositionis, secundum quam successio adversus testamentum competit, etsi in lege, vel rescripto non exprimitur. Verùm hoc ideo displicet, quia non tam assiduus esset hic loquendi stylus apud Legislatores, si eorum constitutiones egerent ampliatio-

pliatione & supplemento ex aliis legibus, ut assertum est supra, num. 61.

Ibi: *Hinc denique deducitur.*

- 66 Sic prænotatum est, ac juribus comprobatum supra, num. 59. Sed quæri potest, an sic dispensatus ut succedebat ab intestato, possit ex testamento hæres existere, cum ab utraque successione jure remotus esset? Nam affirmativa pars suadet ex regula, quod concessio quod est plus, & quod minus est censetur indultum, l. *Non debet cui* 22. ff. de regul. jur. l. 3. §. 12. ff. de statu lib. Facit etiam, quia hoc est Principis beneficium, quod latè ac benignè interpretandum est, l. *uls. ff. de constitut. Princip.* Sed contrarium probatur ex eo, quod cum hoc privilegium sit, debet strictè accipi, & regula dictæ legis *Non debet*, in privilegiis non obtinet locum, ut dixi supra, lib. 1. cap. 16. num. 14. & 24. & cap. 17. num. 139. Potest sanè responderi, quod si ex susceptione filii dispensari per testamentum alicui præjudicium generetur, impediatur hæres existere, quia privilegium, quamvis beneficium Regis sit, nullo modo extendi debet cum tertii detrimento, cui Principes nunquam velle officere creduntur; ut ex pluribus tradidi dict. cap. 17. num. 137. & notatur in d. l. *fin.* Si verò destituta causa testamenti, idem filius eodem modo ab intestato bono habiturus esset, ita ut alteri non noceret succedens ex testamento, admittendus erit, ut institutionis honore potiat ex præsumpta Principis voluntate; nam quod nemini nocet, & alicui prodest, facile conceditur, l. 2. §. *Si quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. fiat, l. Rescripta* 7. C. de precib. Imperat. offerend.
- 67 Quid juris consequatur quoad successionem patris legitimatus cum clausula *Sine præjudicio venientium ab intestato*, quæ frequentissimè rescriptis legitimacionis inseri solet, latè docet Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 9. per tot. & vide supra, lib. 3. cap. 6. num. 21.

SUMMARIUM.

- 1 De Institutione sacrificii Missæ, & quis post Christum primus illam celebraverit.
- 2 Altaris Sacrificium Missæ à tempore Apostolorum nuncupatur.
- 3 Verbum Missæ cujus idiomatis sit, & de ejus etymologia, & num. 13. 14. cum seqq.
- 4 De Hymno, Sanctus, sanctus, sanctus, qui in Missa recitatur.
- 5 Apud Græcos Gentiles non licebat discedere à Sacrificiorum solemnibus antequam abeundi licentia concederetur.
- 6 Idem moris etiam Romanis fuit.
- 7 De Missa Fidelium, & catechumenorum.
- 8 Quæ catechumenis olim in Ecclesia denegabantur.
- 9 Catechumenus, vel alius quivis infidelis rejicitur à Sacra Communione.
- 10 De distributione Panis benedicti catechumenis & aliis, qui ad Eucharistiam accedere vetabantur.
- 11 In Hispania, & Gallia mos est partiendi Panem benedictum inter Fideles.
- 12 De Catechumenorum Missa, & quomodo ab Ecclesia expellebantur cum Altaris Sacrificium peragebatur.
- 14 Verbum Missæ, Hebraicum quibusdam videtur,

- 15 Missam Græci Liturgiam dicunt.
- 16 De significato verbi Synaxis.
- 17 Verbum Missæ, in plurali reperitur.
- 18 Missa verbum Græcum esse negatur, & D. Covar. defenditur.
- 19 Missæ definitio.
- 20 De partibus cunctis Sacrificii Missæ, remissivè.
- 21 Error quidam Gratiani in Decreto notatur.
- 22 Calices Sacri ex qua materia fieri possunt.
- 23 Calix, in quo Christus Dominus consecravit, ex qua materia constet, & ubi asservetur.
- 24 De Kyrie eleison quod in Missa dicitur.
- 25 Agentes de Sacro Missæ Sacrificio referuntur.

Verbum Missæ, an vox Latina, Græca, vel Hebraica sit.

CAPUT XXII.

DE origine sacrosancti Missæ sacrificii constat, quia Christus Dominus suprema ante Passionem nocte, corporis & sanguinis sui Sacramentum consecrans, illud instituit, cap. *Quia corpus* 35. de consecrat. dist. 1. l. 54. tit. 4. p. 1. Card. Baron. *Annal.* anno 34. & ibi Spondan. in *ejus Epiom.* num. 15. Gulielm. Durant. in *rational. Divin. Officior. lib. 4. cap. 1.* Sed primum post Christum celebrasse Apostolum Jacobum minorem, Alphæum cognomine, fertur, cui ceteri Apostoli tantum honorem ob singularem virtutum præstantiam detulerunt. Verum alii hæc accipiunt de solemni in Pontificalibus celebratione. Durant. numer. 7. & in cap. *Jacobus* 47. de consecrat. dist. 1. dicitur eundem Apostolorum ritum celebrandæ Missæ in scriptis tradidisse. Vide infra, num. 13.

Ad quod sacrificium significandum Apostoli Petrus & Paulus Latinis vocem Missam tradiderunt. Spondan. post Baron. *sup. num. 16.* cujus antiquitas constat ex Conciliis, ac Sanctorum Patrum primitivæ Ecclesiæ testimoniis, apud quos frequentissimè verbum hoc pro sacrificio Altaris accipitur, ut videre licet apud Baron. & Spondan. Gualter. in *Chronographia, sec. 1. verit. 1. §. 15. pag. 35.* Theat. vitæ hum. lit. S, verb. *Sacrificium*, pag. 26. Fagund. in 1. *Eccles. præcept. lib. 3. cap. 2. num. 10.*

Sed quæstionis est, cujus idiomatis propria hæc vox Missæ, sit, de qua D. Covar. in *presenti.* Quidam Latinam esse arbitrantur, à verbo mitto seu dimitto deductam: cujus etymologiæ plures rationes reddunt, ex quibus præcipuæ sunt, quia peracto sacrificio, populus dimittitur, Diacono pronunciante, *Ite Missa est*: aut quia hostia sacra corporis & Sanguinis Christi ad patrem mittitur, vel quoniam Fideles per Sacerdotem preces, vota & oblationes ad Deum mittunt, de quibus & aliis causis huic opinioni adstipulantes videndi sunt lex 58. tit. 4. part. 1. Durant. dict. cap. 4. d. num. 58. Theat. vitæ hum. *sup. pag. 25.* Lexic. Theolog. verb. *Missæ*, Card. Bellarm. tom. 2. lib. 1. de *Missæ*, cap. 1. Pat. Suar. de *Sacram. resol. 3. quæst. 83. disp. 74. vers. Secundò de origine, fol. 954.* Fagund. de *præcept. Eccles. lib. 3. cap. 2. num. 13.* Filliuc. in *Decalog. tom. 1. tract. 5. de Eucharist. cap. 1. num. 14.* Calepin. verb. *Missæ*, Bassæ. in *Florib. Theolog. tom. 2. verb. Missæ* 1. num. 1. Castro Palao tom. 4. tract. 22. *disp. unic. punct. 1. num. 4.* Bonacina de *sacram. disp. 4. q. ult. punct. 1. num. 1. vers. Dicitur*, D. Isidor. *etymolog. lib. 2. cap. 19. Dicastill.*

castill. de Sacrament. tract. 5. de sacrific. Missæ, disp. 1. dubit. 4. n. 66. Gavant. in thesaur. sacror. Rituum, part. 1. tit. 1. pag. 2. vers. Vox Latina, Henao de sacrific. Missæ, disp. 2. sect. 1. nu. 2. Lexic. Calvin. verb. Missa, & alii plurimi. Unde constat hanc sententiam longè receptiorem esse altera, de qua infra, n. 14.

Ibi : *Sixtus I. qui eidem successit.*

4 Hic Hymnus, *Sanctus, sanctus, sanctus*, dicitur Trifragius, Angelicus, Victoralis, Triumphalis, Cherubicus, qui quidem ante B. Sixtum in Missa canebatur : sed Pontifex hic morem Ecclesiæ suo decreto firmavit, qui obiit anno 142. Spondan. ex Baron. anno 142. numer. 10. Gavant. sup. part. 1. tit. 12. vers. Concluditur, fol. 38. Quod uterque observat ex Clemente lib. 8. Constituit. cap. 16. Hymnus ille desumptus est partim ex Evang. Matthæi, cap. 21. partim ex Isaia, cap. 6. cui B. Ignatius adjeçisse narratur verba illa, *Benedictus qui venit, &c.* & in Concil. Valensi, cap. 6. statuitur, ut in omnibus Missis, etiam defunctorum, recitarentur simul cum hymno. Ita Gavant. ubi proxime, qui sedulo tradit à quo singula, quæ hodie in Missæ celebratione adhibentur, fuerint instituta.

Ibi : *Et adsumitur origo ejus à Græcis.*

5 Mos fuit apud Græcos, ut cum sacra agebantur, nullus discederet antequam per eum, qui sacra faciebat, abeundi licentia concederetur per ea verba, quæ Latine *Missio populis*, interpretantur, quod ad rem observant Theat. vitæ humanæ sup. pag. 25. Calepin. & Lexic. Calvini supra.

Ibi : *Scribit & ad hæc Plutarchus.*

6 Idem quod de Græcis præmisimus, Romanis fuit in usu, quia confectis Sacrificiis, populus dimittebatur, Flamine dicente, *licet*, id est, ire licet. Calepin. verb. *Ilicet*, ubi quod finem cujusque actionis significat præter alia, Lexic. Calvini verb. *Missa*, Cornucop. de ling. Latin. col. 110. num. 10. Joan. Rosin. de antiquitatib. Roman. lib. 5. cap. 39. vers. *Posteaquam cadaver*, ubi de funere agit, quo peracto, prætica novissimum verbum alta voce pronunciabat, *Ilicet*.

Ibi : *Propius tamen huic observationi accedit.*

7 Olim in Ecclesia Missa duplex existere dicebatur, cum unum esset sacrificium ; nam præmissis precibus, & aliis usque ad offertorium exclusivè, Diaconus pulpitem ascendens proclamabat, *Si quis catechumenus est, exeat foras ; aut, Si quis non communicat, det locum* : quo audito, catechumeni, Gentiles, energumeni, & alii ; quibus interesse sacrificio Altaris non licebat, abibant : & hæc Missa Catechumenorum vocabatur. Altera Missa Fidelium erat, quæ ad finem usque perdurabat, à qua non discedebatur antequam Diaconus pronunciaret, *Ite Missa est* : D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

de quibus l. 59. tit. 4. part. 1. B. Grégor. dialog. 2. cap. 23. Pat. Suar. sup. Gulielm. Durant. d. cap. 4. num. 45. 46. & 47. Fagund. dict. cap. 2. num. 12. Bassæus ubi sup. Dicastillo numer. 67. Henao sup. n. 3. Theat. vitæ hum. verb. *Sacrificium*, pag. 26. Castro Palao ; Calepin. Lexic. Theolog. Lexic. Calvini, laudati supra, nu. 2. Ille autem usus, ut ad proclamationem Diaconi excluderentur à Missa catechumeni, & alii, qui Divinis interesse vetabantur, fortè Ecclesiæ mutuatus provenit à Græcis Gentilibus, quibus moris fuit, ubi populus ad Sacrificia convenerat, ut sacra facturus interrogaret, *Quis hinc ?* Cui circumstantes respondebant, *Multi & boni*, quæ asserebant, ut si quis conscientis esset piaculi admitti, à mysteriis discederet. Lexic. Calvini verb. *Missa* 2. ubi latè probat, Missam in plurali pro uno eodemque sacrificio usurpari ad significandam Missam Fidelium, & catechumenorum. Henao. ubi proxime.

Ibi : *Scribit ad hæc D. Augustinus.*

8 Omnes ferè, quos dedimus numero præcedenti, asseverant Catechumenis non licuisse Missæ Fidelium adesse, quia ante Baptisma susceptum extra gremium Christianorum existentes putabantur indigni nedum sacra Communionem corporis Domini, sed etiam ipsius aspectu. Vide Suar. Fagund. Bassæ. Durant. & alios ubi proxime. Verùm Ecclesia, ut D. Augustinus testatur, non solum ob Sacramenti reverentiam, sed etiam ut catechumeni alacrius ad salutiferum Baptismi fontem convolarent, mysteria sacra ab eisdem celare decrevit, sicut & sacrorum librorum lectionem non permisit, sicut observavimus supra cap. 14. num. 4. naturale quippe est exoptare negata, unde versus : *Nitimur in vetitum, appetimusque negatum.* Eadem fortassis ratione non instruebantur in Fide catechumeni in scriptis, sed viva voce, ut refertur ex Erasmo in præfat. D. Lucæ, & in Lexic. Calvin. verb. *Catechista*.

Ibi : *Nullum ex eis admitti ad Eucharistiam.*

9 Infidelis omnis sacre communionis est omnino incapax, etiam si catechumenus sit, quia cum nondum per januam, quæ est Baptismus, cap. Cum itaque 112. de consecrat. dist. 4. l. 10. tit. 4. part. 1. ingressus sit, aliorum Sacramentorum particeps fieri nequit, cap. ult. §. 1. de Presbyter. non baptiz. d. l. 10. Partit. Ita docent. Suar. de Sacram. disp. 62. quæst. 78. sect. 3. vers. *Sed hæc sententia, Bonacina eod. tract. disp. 4. quæst. 6. punct. 1. n. 2. Bassæus in Florib. Theolog. tom. 1. verb. Communio sacra, num. 23. Fagundi in 3. præcept. Eccles. lib. 3. cap. 8. n. 1. Lug. de Sacram. disp. 13. sect. 1. n. 4. Diana part. 4. tract. 4. resol. 50. vers. Nota secundò ; ubi quod non confirmatus potest sumere Eucharistiam. Imò qui ante Baptisma ad Altaris Sacramentum accedit, deterius delinquit quàm Christianus cum conscientia lethalis culpæ. Leand. de Sacrament. tom. 2. tract. 7. de Eucharist. disp. 7. quæst. 6.*

Sed licet sententia omnium sit, uno excepto Theologo Marsilio, everti tamen videtur ex d. cap. Veniens, §. 1. de Presbyt. non baptiz. ibi : *Quoniam & Sacramentum conjugii, & Eucharistia à non baptizatis recipi potest.* Sed dicendum est cum Suar. sup. & Lugo dict. sect. 1. numer. 7. Pontificem ibi

non decisivè fuisse loquutum, sed ea arguentem super quæstione retulisse.

Ibi : *Joan. 2. Ipse autem Jesus non credebatur se illis.*

Quia inconstantiam eorum agnoscebat, qui recens ob miraculum crediderunt. Cornel. à Lapide ibi.

Ibi : *Imò neque illam intueri.*

Ita prænotatum est supra, n. 8. ex Suarez laudato supra, n. 4.

Ibi : *Quamvis panis benedictus ac sanctificatus.*

IO Olim in Ecclesia Dominicis ac festis diebus post solemnia Missarum distribuebatur catechumenis panis in frustra confectus, unde buccellatus vocabatur, in symbolum amicitiae & communionis, quem *buccellatum fraternitatis* dixit D. Aug. *epist. 36.* & bis coctum fuisse, quasi frugalitatis indicem, tradit Guil. Stuchius *lib. 1. antiquitat. convivial. cap. 30.* Qui panis quoniam benedictus, & sanctificatus, *Sacramentum* aliquando nuncupatur, aliquando *Eulogia*. Hic panis ministrabatur illis, qui à sacra mensa Eucharistiae remoti erant, ut in Ecclesia sumeretur, quapropter diebus jejunii non exhibebatur. Mos iste antiquissimus fuit, de quo Card. Baron. *Annal. anno 313.* ubi Spondan. *in Epitom. num. 13. & 14.* Gavant. *in Thesaur. sacror. rituum, part. 2. tit. 11. pag. 159.* Theat. *vitz hum. lit. P. vers. Panis catechumenorum, Nazianzen. orat. in fun. patr. Suar. de Sacram. q. 75. disp. 46. vers. Quartò hoc.* Ipse quidem panis fermentatus, ad distinctionem azymi, in quo corpus Christi consecratur, appellari solebat. Spondan. *num. 14.*

Ibi : *Qui tandem usus & ad nostra tempora.*

II Auctor. Theatri *vitz hum. ubi proxime*, testatur in tota Gallia, & aliis provinciis usu receptum, ut post concionem Parochus panem benedicat, qui lectus frustulatim assistentibus tribuitur, ut domum deferant. Idem in aliquibus Hispaniae oppidis observatur hodie.

Ibi : *Et quamvis prædicta hujus dictionis Missa.*

12 Hujusmodi etymologia à mittendo, seu dimittendo populo, tam Fidelium, quam catechumenorum, post unam & alteram Missam, placet laudatis supra, n. 4. & de catechumenorum missione consule Suar. *de Sacram. disp. 83. q. 83. sect. 1. vers. Secundò probari potest, cum seqq.* Lexic. Calv. *verb. Catechumeni*, ubi quod ter præclamabat diaconus : *Exite catechumeni.*

Ibi : *Nec me latet olim à Romanis Pontificibus.*

Vide Spondan. *ubi proxime, num. 13. in addit.* qui D. Covar. assentitur, asserens panem illum, quem mittere solebat Pontifex, Eucharistiam esse.

Vers. *Quibusdam verò placuit.*

Inter cæteras rationes, quas reddidimus supra, 13 nu. 4. hæc est, quia per Sacerdotem hostia offertur, & preces, vota & oblationes ad Deum mittuntur, seu transmittuntur, quam probant omnes ferè ibi laudati, & habetur *in l. 58. tit. 4. p. 1.* Primus qui tantum sacrificium obtulit Patri, fuit idem Christus nocte Coenæ, Trident. *sess. 22. cap. 1.* Fagund. *in 1. præcept. Eccles. lib. 3. cap. 2. numer. 11.* Post quem aliqui existimant primum celebrasse B. Jacobum, sicut præmisimus *num. 1.* sed præter alios contrà tenet Gavant. *sup. part. 1. tit. 1. pag. 3. vers. Primam verò*, ubi tradit B. Petrum ante omnes sacrum fecisse die Pentecostes in coenaculo Sion. Idem Apostolus in Missæ celebratione orationem Dominicam adhibuisse fertur Durant. *in ration. Divin. officior. lib. 4. cap. 1. n. 4.*

Vers. *Andr. Alciat. lib. parrerg. 7.*

Hucusque actum est de prima opinione posita supra, *num. 4.* ejusque rationibus : nunc ad aliam oppositam pervenitur, quæ docet, verbum *Missæ* Hebraicum, sive Chaldaicum esse origine, à voce *Missah* profectum, quod spontaneam oblationem significat. Ita sentiunt Spondan. ex Baron. *in Epit. anno 34. num. 16.* Gualter. *in Chronograph. sæculo 1. verit. 1. §. 15. pag. 35.* Tolet. *in Sum. lib. 2. cap. 4. numer. 6.* Ant. Nebrissenf. *verb. Missa*, Henriq. *in Sum. lib. 8. de Eucharist. cap. 1. n. 1.* Navar. *in Manual. Lat. cap. 25. numer. III.* & alii apud eos. Quam opinionem probabilem fatetur Suar. *de Sacram. quæst. 83. sect. 3. vers. Secundò de origine, pag. 954.* pro qua adducit Cencil. Senon. *in decret. Fidei, cap. 11.* Claud. de Sanctis *in præfat. ad Græc. liturgias*, Pamel. *in præfat. ad Latin. liturg. & in scholiis ad Tertullian. lib. de orat. in princip.* Nec parum suadet similitudo vocis *Missæ*, & *Missah*, & verbi significatio, quæ aptissima est sacrificio corporis Christi, qui se ipsum pro nobis ultrò Patri obtulit : estque admodum verosimile, Apostolos qui hoc nomen imposuerunt, illud ex sacris Litteris accepisse ad tantum mysterium significandum. Et licet Suarez ubi supra objiciat, quod Patres Græci, & Syri eam vocem non retinuerunt in suis liturgiis sicut alias, ut *Alleluia*, *Amen*, quæ Hebraicæ sunt, ex quo præsumitur esse verbum Latinum; tamen hoc minimè convincit, cum ex alia causa omitti posset; ideoque etsi non ita recepta ut opposita, amplexanda videtur, etsi D. Covar. de ejus veritate dubius aliis linguæ Hebraicæ peritioribus decidendam quæstionem relinquat circa opinionum probationem. Hebræi verò *Micha* sacrificium Altaris appellant. Bonacina *de Sacrament. disp. 4. q. ult. punct. 1. n. 1. vers. Dicitur.*

Ibi : *Quod Græci leitoyrgan dicunt.*

Sacrosanctum Eucharistiae sacrificium Græci *leitoyrgan* vocant, de qua fusè Gualter. *ubi nuper, §. 16.*

§. 16. ubi quod ea vox significat tributum, obsequium, ac publicam functionem, seu ministerium. Idem observant Bonacina *sup.* Bellarmin. tom. 2. lib. 1. de *Missa*, cap. 1. Bassæus in *Florib. Theolog. verb. Missa* 1. n. 1. Azor. *Institut. moral. part. 1. lib. 10. cap. 8. quæst. 83. disp. 74. sect. 3. vers. Secundò de origine*, pag. 954. Fagund. d. cap. 2. n. 14. Henriq. *sup. lib. 9. cap. 10. num. 2.* Cœpit liturgia, seu Missæ sacrificium celebrari apud Græcos sub Adriano I. Imperatore, qui obiit anno Christi 140. Gavant. in *thesaur. sacror. rituum*, part. 1. tit. 5. num. 2.

Ibi: *Aliique veteres Theologi Synaxim appellarunt.*

16 Synaxis significat conventum, seu collectionem Fidelium ad actiones sacras in Ecclesia exercendas, velut ad orandum, ad audiendum verbum Dei, aut Sacramenta celebranda: frequentissimè usurpatur pro sanctissima Eucharistia, vel pro Communione, sive celebratione Sacrificii corporis Domini, ut videre est apud Baron. *Annal. tom. 1. anno 34. ubi Spondan. num. 16. & anno 57. & ibi Spondan. num. 45. Suar. ubi proximè, Calepin. verb. Synaxis. Fagund. in 3. præcept. Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 2. Castro Palao tom. 4. tract. 21. disp. unic. de venerab. Eucharist. Sacram. punct. 1. n. 1. Lexic. Theolog. verb. Eucharistia 1. pag. 294. Lexic. Calvin. verb. Missa, Theat. vitæ human. verb. Eucharistia, pag. 400. vers. Dicitur Synaxis.*

Ibi: *Hac dictione Missa usus est.*

17 Adde Lexic. Calvin. verb. *Missa* 2. ubi mentio fit eorum, qui verbo *Missa* in plurali usi sunt & in Decretalib. lib. 3. extat. titulus 41. de celebr. *Missar.* Vide supra, n. 7.

Ibi: *Sic & idem Julianus novell. 7.*

Ita ex pluribus asseruimus supra, num. 15. *Missam* apud Græcos liturgiam nuncupari.

Ibi: *Eandem hujus vocabuli interpretationem.*

De qua supra, num. 14.

Vers. Cæterum Albericus.

18 Verbum *Missa*, Græcum esse inficiantur Suar. de *Sacram. quæst. 83. disp. 74. sect. 3. vers. Secundò de origine*, pag. 954. Dicastill. *cod. tract. 5. de sacrific. Missæ, disp. 1. dubit. 4. num. 66.* Leand. tom. 2. de *Sacram. tract. 8. de sacrific. Missæ, disp. 1. sect. 1. §. 1. pag. 169.* Sed non possum hîc non mirari, quod cum D. Covar. ita apertè refutet sententiam Alberici docentis *Missa* verbum esse Græcum, Suarez vir summæ authoritatis, & eximius veritatis cultor expressim imputet D. Covar. errorem Alberici. Similiter lapsus est Leander Suarez fidem subsequens, qui ut mihi videtur, verba D. Covar. minimè legit, quæ ita se habent: *Cæterum Albericus, homo alioqui doctus & diligens, falsò asseverat, Missam dictionem esse Græcam, & significare interpellationem. Fallitur etenim Græca linguæ ignorantia.*

Vers. De his verò quæ ad hoc Sacrificium.

Missa est actio sacra, quâ conficitur Christi corpus, quod Deo in Missa offertur, & à Sacerdote sumitur per communionem. Ita Bonacina de Sacram. disp. 4. quæst. ult. punct. 1. n. 1.

De utraque Missa, tam Fidelium, quàm catechumenorum fusè agit Suar. de *Sacram. quæst. 83. disp. 83. sect. 1. vers. Secundò probari potest, cum seqq.* ibique de singulis Missæ partibus, & à quibus addita, quæ nunc in celebratione Missæ observat Ecclesia. Idem diligenter tradit Bartholomæus Gavant. in *thesaur. sacror. rituum. Turrecremat. in cap. Jacobus, de consecrat. dist. 1. Theat. vitæ hum. tit. R, pag. 8. sub. vers. Forma partium.*

Ibi: *Cui duo isse libenter addiderim.*

In correctis jussu Gregorii Pontificis codicibus locus iste, prout à D. Covar. emendatur hîc, legitur restitutus, cujus meminit Fagund. in *1. præcept. Eccles. lib. 3. cap. 21. n. 11. Walfrid Strabo lib. de reb. Eccles. cap. 4. Theat. vitæ hum. lit. S, pag. 47. vers. Nam constat.*

Calices, in quibus sanguis Christi consecratur, olim in primitiva Ecclesia vitrei erant, quorum usus frequentissimus fuit, aut lignei: sed ex auro, & argento conflati divino sacrificio deserviebant, nec vetitum erat ex alio metallo fieri, sed tempore labente, Zephirinus pontifex statuit, ne calices lignei adhiberentur, deinde in Concilio Rheimensi sub tempora Caroli Magni, vitrei quoque prohibiti sunt, nullaque ex alia materia jussum est conflare, nisi ex auro, argento, vel stanno, cap. *Vasa 44. cum seq. de consecrat. dist. 1. l. 56. tit. 4. p. 1. de quibus Baron. in not. ad Martyrolog. die 7. Aug. Spondan. in Epit. Baron. anno 57. num. 36. & anno 216. num. 4. Platini in Zephiro, Fagund. sup. Barbosa in collect. ad cap. fuit. num. 3. de celebrat. Missar. Glossa in eod. cap. verb. Ligneo, Castr. Palao tom. 4. tract. 22. disp. unic. punct. 10. num. 10. Theat. vitæ hum. lit. S, pag. 47. Azor. Institut. Moral. part. 1. lib. 10. cap. 28. vers. Tertid quæritur, Bonacina de Sacram. disp. 4. q. ultima, punct. 9. num. 16. Gavant. sup. part. 1. tit. 1. lit. F, Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 36. Cur autem non licet uti calicibus ex ligno, plumbo, ferro, aut alio metallo, traditur dict. l. 56. Partit. & qui in ligneo calice consecraret, depositionis poenâ dignus videtur, ut per dictum caput ultimum docent Bonacina, & Barbosa supra. Nunc calices argentei in usu communiter habentur. Unde si quis calicem alicui Ecclesiæ legaverit, de argenteo intelligitur. Bart. in l. Titia, ff. de aur. & argent. legat. Abbas in cap. Ex parte, de censib. Roman. cons. 525. Fagund. sup. num. 12. Sed dubitari potest, an calix inauratus præstari debeat? Et licet usus calicum auratorum frequens admodum non sit, haud pauci tamen reperiuntur, & inspiciendæ sunt facultates testatoris, Ecclesiæ cui legatus est, consuetudo & aliæ circumstantiæ, & in dubio plenius voluntas defuncti favore pietatis interpretanda est, summa enim est ratio, quæ pro Religione facit, l. Sunt persone, ff. de religiof. & sumpt. funer. Vide Mantic. ubi nuper, & legat. Titia II. §. ult. ff. de aur. & arg. legat.*

23 Ex qua materia fuerit calix, in quo Christus suum sacrosanctum sanguinem, cum Eucharistiam instituit, consecravit, non omnino comperitum est; nam Beda *lib. 2. de loc. sanct.* testatur ex argento constitisse, habentem duas ansulas hinc inde, qui Hierosolymis visebatur, & osculabatur per foramen: quam opinionem amplexus est Baronius, quam refert Spondan. *anno 34. nu. 18. Theat. vitæ hum. dict. pag. 47. vers. Quin idem.* Nihilominus receptius est, vulgoque fertur illud sacrum vas fuisse ex pretiosissimo lapide agatha, seu smaragdo, quod hodie asservatur in Cathedrali Basilicæ civitatis Valentia in Hispania, de quo plurimi extant oculati testes. Fagund. *sup. num. 13. Theat. vitæ hum. lit. S, pag. 9. vers. Locus sua consideratione, Castill. latè probans de ornat. Aaron, vers. 19. quæst. 22. literali, num. 59. ubi alii, Gavant. sup.*

Verf. Alterum ad ea verba.

24 *Kyrie eleison* vox Græca est, quæ interpretatur, *Domine miserere*: hanc Græci Patres adjecere in sua liturgia ad annos Christi 140. ut apparet ex dictis supra, *num. 15.* quem ritum ad Latinam Missam transtulit B. Sylvester 150. annis ante D. Gregorium, qui non instituit, ut *Kyrie eleison* diceretur, sed morem institutum, quia fortè minus observabatur, restituit, ut idem B. Gregor. tradidit *lib. 7. epist. 63.* ubi se restituisse ait. Dicitur novies ad denotandum mysterium sanctissimæ Triados, & ut correspondeant novem Angelorum choris. Per ea verba initio Sacrificii imploratur divinum auxilium, & misericordia, ut Sacerdos dignè tam sacro munere fungatur. Non omnino conveniunt Latini cum Græcis, dum hac utuntur deprecatione: hi non dicunt *Christe eleison*, ut illi, qui alternatim *Kyrie eleison*; *Christe eleison* recitant, aut canunt. Præterea in liturgia Græca Sacerdos simul & populus orationem istam emittunt: in Latina Sacerdos exorditur, & populus prosequitur. Verùm hodie plerique id non observant, sed solus Sacerdos ea verbo novies repetit. Hæc apud Suar. *de Sacram. disp. 83. quæst. 83. sect. 1. vers. Tertiò Kyrie eleison*, Bartholom. Gavant. *in suo Thesaur. sacror. rituum, part. 1. tit. 8. num. 2.* Gulielm. Durant. *in Ration. divinor. Officior. lib. 4. cap. 12.* ubi de virtute ac efficacia eorum verborum apud Deum, qui non semel miracula propter ipsa est operatus. Addit præterea Gregorium Magnum instituisse, ut *Kyrie eleison*, quod antea à Clero & populo canebatur, à solo Clero diceretur. *Theat. vitæ hum. lit. R, pag. 8. vers. Forma partium.*

25 Plura alia de sacro Missæ sacrificio recens tradit Henao *in speciali tractatu de sacrificio Missæ*, qui *disp. 2. sect. 1. num. 4.* plurimos de eadem re disseverentes congeffit.

S U M M A R I U M.

- 1 Purgatio criminis una est canonica, & altera vulgaris, & in genere.
- 2 Purgatio vulgaris apud diversas gentes valde frequens.
- 3 Vulgaris purgatio definitur.
- 4 De purgatione per duellum, & per aquam.
- 5 De purgatione per ignem.

- 6 *Exempla purgationis vulgaris, & num. 7.*
- 8 *Fuerunt & alii vulgaris purgationis modi.*
- 9 *Olim vulgaris purgatio licita per errorem putabatur.*
- 10 *Purgatio vulgaris canonibus sacris interdicitur, & quare.*
- 11 *Expenditur, & diluitur argumentum ad probandum, licitam esse purgationem vulgarem, & num. 12. & 13.*
- 14 *Alterum argumentum similiter proponitur; ac solvitur.*
- 15 *Purgatio vulgaris est omnino illicita.*
- 16 *De purgatione per ignem, qua Cunegundis Imperatrix se insontem demonstravit.*
- 17 *De aliis perillustribus feminis, quæ per ignem pudicitatem suam tuitæ sunt.*
- 18 *Aliud exemplar hujusmodi purgationis narratur.*
- 19 *De solemnitate jurisjurandi per ferreos candentes orbis in mare dejectos.*
- 20 *De alia solemnitate juramenti apud Græcos.*
- 21 *Sol qua ex materia creatus, de quo usque ad finem capitulis.*

De purgatione vulgari.

C A P U T XXIII.

Purgatio in genere sic definitur: *Est presumptio, judiciorum, vel accusationum non probatarum elisio perfecta.* Petr. Gregor. *Syntagmat. jur. lib. 48. cap. 15. num. 1.* Est autem duplex, una quæ appellatur canonica, sacris Pontificum decretis instituta & approbata, de qua *sub. tit. de purg. canonic. & in Decret. 2. quæst. 5. per tot. cap. Tu nos 8. de cohabit. clericor. & mulier. l. 44. tit. 6. part. 1.* Quæ quando locum habeat, quibus personis, & qua forma injungenda, docent Petr. Gregor. *sup. num. 2. 3. & 14. cum seqq.* Villagut. *in practic. crim. lib. 5. cap. unic. per totum, Tulch. lit. P. concl. 981. Barbola cum pluribus in collect. ad tit. de purg. canonic.*

Altera est purgatio vulgaris, quæ ita dicitur, quia non legitimo usu, sed vulgi quadam usurpatione, & observatione superstitiosâ sit introducta. Martin. Delrio *disquisition. magicar. lib. 4. cap. 4. quæst. 4. in principio, Torreblanca de magia, lib. 1. cap. 23. num. 1.* De hac agitur *in tit. de purg. vulg. sub. lib. 5. Decretal. in cap. Sententiam sanguinis 9. ne clerici, vel monachi, cap. ex tuarum 8. §. 1. de purgat. canon. cap. Menquam 7. cap. Consulisti 20. 2. quæst. 5. l. 8. ad fin. tit. 14. p. 3. l. 1. & per tot. tit. 4. part. 7.* & in legibus exterarum nationum frequentissimè, ut Wisigothorum, Longobardorum, Frisionum, Francorum, Sclavorum, aliorumque, quas asserunt Delrio *dict. quæst. 4. sect. 3.* Spondan. *in epitom. annal. Baron. anno 890. num. 1. in addit. Theat. vitæ hum. lit. I, pag. 310.* Ex quibus referre libet Constitutiones in Flandria editas anno 1164. à Philippo Comite: *Si quis vulnus in nocte acceptum alii inputaverit, si scabinis dignum videtur, ferro candenti se excusabit accusatus; si aufugerit, manum perdet. Item de fure: Si fur vocatus accusatus fuerit, ferro candenti se excusabit; si culpabilis permanserit, suspendetur.* Hæc tradit Jacob. Meyer. *in Chronic. Flandriæ*, à quo præcitati transcribere. Apud Japonios quoque istiusmodi purgatio injungitur, teste Patre Luisio Froës à Societate Jesu, epistola inde missa anno 1595. quâ narrat, Christianum

stianum quemdam , cui falsò furtum imputabatur , coactam candens ferrum manibus diu tenuisse absque læsione ; ex quo mortis supplicium , quod ipsi minabatur , evasit. Quem casum , ejusque autorem memorant Delrio *sect. 3. in princip.* Barbos. *in collect. ad cap. ult. nu. 4. de purg. vulg.* Theat. vitæ hum. *sup. pag. 309. sub vers. Per ferrum candens.* Ex quibus apparet quàm assiduus sit istius purgationis abusus.

3 Vulgaris purgatio nihil aliud est , nisi judiciaræ exquisitiones , quibus fortuito eventui veritas culpæ vel innocentiae decidenda permittitur. Ea Latine *explicatoriae probationes* dicitur , quia veritas per miraculum exploratur , & in constitutionibus Neapolitanis barbara voce *Paribiles* appellatur , Delrio *d. quest. 4. in princip.*

4 Quæ probationes ad tria capita præcipuè reducuntur ; nam Primò ac frequentius fiebant per monomachiam , sive duellum , cujus effectus erat , ut succumbens in certamine seu reus imputari criminis damnaretur. Sed *in l. 4. tit. 4. p. 7.* cavetur decedentem in duello haberi pro absoluto , nisi delictum fassus sit. Quod si accusatorem superaret , absolvebatur , *cap. 1. & 2. de purg. vulg. l. 1. cum aliis , tit. 4. part. 7.* de quo fusè Delrio *dicta questione 4. sectione 2. per totam* , Petr. Gregot. *dicto cap. 15. num. 11. & cap. 16. à principio* , Torreblanc. *sup. d. num. 3.* Secundò per aquam calidam , vel frigidam *dict. cap. Sententiam , cap. Ex tuarum , cap. Mennam , cap. Consulisti.* De aqua fervente quidam asserunt , quod eam potabat , qui se excusare conabatur : alii quod manum immittebat in eam quomodolibet. Cui aqua non nocebat , innocens putabatur. De aqua frigida fertur , quod ea sicut calida aut fervens nocentium manus exurebat , infontibus juxta propriam naturam minimè officiebat. Utraque aqua quibusdam exorcismis , & imprecationibus diversis pro unaquaque intentione præparabatur ; unde hujusmodi probatio innocentiae vel criminis videtur originem trahere ab aqua amarissima zelotypiæ , quæ tempore Legis scriptæ suspectis de adulterio foeminis propinabatur , de qua inferius , sicut observat Gregor. Lop. *dicto cap. 15. num. 4.* præter quem de his fusè Delrio *dicta sect. 4. per totam* , Theatrum vitæ humanæ *sup. pag. 309. versic. Per aquam calidam.* Fuit & alia per aquam purgatio ; nam suspectus de crimine projiciebatur in amnem fune ligatus cujus extremitatem è ripa carnifex ferebat , ut si homo mergeretur erui posset. Si igitur projectus ter emergebat , absolvebatur , alias ut reus debitas poenas dabat. Delrio *dicta sectione 4. versiculo* , *Alia tamen.* Theatrum vitæ humanæ *pagina 308. sub versiculo* , *Per injectionem.* Torreblanc. *dicto cap. 23. d. n. 23. & 43. cum sequentibus.*

5 Tertio purgatio peragebatur per ignem ; & quidem tripliciter , per rogam scilicet , per prunas , ac per igneam seu candens ferrum. Qui per prunas purgationem subibat , eas in pectore vel manibus gestabat : qui per rogam , super pyram gradiebatur. Delrio *d. quest. 4. sect. 3. vers. Non dissimile* , & *vers. Qui pyram.* Per ferrum candens dum purgatio fiebat , reus aut manibus id apprehendebat , aut nudis pedibus ignitos calcabat vomeres , quod apud Francos moris fuit. Fiebat itidem hæc purgatio per lateres , cauticulas , aut chirothecas candentes. Hujus purgationis mentio fit *in d. cap. Sententiam sanguinis , ne cleric. vel monac. c. fn. de purgat. vulg. d. cap. Mennam , d. cap. Con-*

sulisti. 2. q. 5. Præmissa observant Delrio *d. q. 4. sect. 3.* Barbosa *in collectan. ad d. cap. ult. num. 3.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 48. cap. 15. num. 6.* Torreblanc. *num. 28. cum seqq.* Theatrum vitæ humanæ *lit. D. verbo Divinatio , pag. 212. & lit. I. pag. 309. sub vers. Per ferrum candens.* Ferrum verò candens , aliaque instrumenta , quæ ad hujusmodi purgationem adhibebantur , judicium dicta sunt , Delrio *sect. 3. in princip.* Theatrum vitæ humanæ *d. cap. 309. vers. Plane vetus.*

6 Cujusque ex præmissis probationibus exempla haud pauca recensuerunt Delrio *in locis præcitatis* , Cardin. Baron. *in Annal. diversis in annis* , & Spondan. *in ejus Epitome , ac in continuas.* Theatrum vitæ humanæ *lit. D. verbo Divinatio , pag. 212. cum seqq.* Torreblanc. *sup. ex quibus pauca subijcere libet* , & illud in primis seu magis egregium , & memoratu dignissimum. Decesserat Ludovicus Germaniæ Rex , filio ejusdem nominis successore relicto , & Imperator Carolus Calvus Franciæ Rex defuncti frater cupiens unionem Ludovicum regno spoliare paterno , ingenti cum exercitu illud invalurus accessit , quem Ludovicus , quia se longè imparem viribus agnoscebat , precibus ab injusto bello revocare tentavit : at cum nihil valuisset impetrare , ut Imperatorem injustè agere palam ostenderet , decem homines cum aqua calida , decem cum frigida , & decem cum ferro candenti ad judicium misit coram eis , qui cum illo erant , petentibus omnibus , ut Deus in illo judicio declararet , utrum jure ipse Ludovicus habere deberet portionem regni , quam ipsi pater dimisisset : qui omnes illæsi remanserunt. His tamen Imperator neutiquam perterritus cum fratris filio congregitur , & infeliciter cessit , suis omnibus fugatis. Hæc apud Baronium *Annal. anno 876.* ubi Spondan. *in Epitome , num. 4.* Delrio *disquisition. magicarum lib. 4. cap. 4. quest. 4. sect. 3. versic. In Concilio* , & *sect. 4. versic. Nam quod* , Theat. vitæ humanæ *lit. I. pag. 309. vers. per aquam calidam.*

7 Nec minus memorabile est , quod Mutinæ contigit ad annos Christi 998. Imperatrix nomine Maria , conjux Othonis III. Comitissæ Mutinensis amore capta , eum ad venerem turpiter allicere intendit , cujus obscœnis votis ipse resistit : foemina verò sic despectui habita furore æstuans vindictam anhelat , ac viro suo se ab eodem Comite ad complexum adulterinum invitatum asseverat. Imperator nimis credulus , nullâ adhibitâ inquisitione , Comiti amputato capite mortis poenam irrogavit. At Comitissa defuncti consors certa de innocentia viri sui , & de Imperatricis dolo , dum Imperator publicè viduis & pupillis jus redderet , illa caput Comitissæ , quod asservaverat , deferens eundem adivit , à quo quæsit quâ poenâ dignus esset qui infontem aliquem enecuisset. Cui respondit Imperator , ut ultimo afficiatur supplicio. Comitissa inquit : Tu es ille , quia virum meum iniquè occidi præcepisti , ipsiusque caput ad pedes projiciens , in veritatis testimonium candens ferrum apprehendit , ac diu tenuit illæsa. Ex quo Cæsar convictus se talioni subjectum pronuntiavit : sed intervenientibus Antistite civitatis ac Proceribus , Comitissa inducias non plurium dierum præstitit ; primò enim decem dies concessit , secundò octo , tertio septem , ultimò sex , quibus elapsis , causâ cognitâ Imperator uxorem suam flammis vivam tradi decrevit , viduæque castra quatuor donavit , quæ à nume-

à numero dierum Decimum, Octavum, Septimum & Sextum nuncupantur. Ita apud Baron. *Annal. anno 998.* & ibi Spondan. *num. 4. Sigon. lib. 7. regni Ital. Delrio dicta sect. 3. vers. In Concilio, Crantz. lib. 4. cap. 26. Saxon. Theatrum vitæ hum. lit. D. verbo Divinatio, pag. 213. vers. Othone tertio.* Quibus addendi sunt & alii casus infra narrandi.

8 Præter eos probationis modos, quos jam recensuimus, fuerunt & alii, sed non ita frequentabantur, quibus per miraculum innocentia, vel culpa indagari superstitionis solebat, de quibus Delrio *dicto cap. 4. quæst. 6. Petr. Gregor. sup. d. cap. 15. num. 8. Torreblanc. supra.*

9 Hæc omnia quondam erroneè licita habebantur, & apud antiquos Catholicos Scriptores approbata leguntur, renitentibus aliis ejusdem temporis. Spondan. *sup. anno 890. numer. 1. Gregor. Lop. in principio tit. 4. part. 7.* quia existimabatur per hujusce probationes veritatem infallibiliter detegi ad supplicium delictorum, & innocentiae tutamen, mediante Dei judicio, qui iustorum est auxiliator, nec permetteret eos injustè damnari propter hominum ignorantiam, sed miraculis criminosos, & infontes ostenderet. Gregor. *Lop. in l. 8. gloss. 7. tit. 14. p. 3. & in l. 1. gloss. 2. tit. 4. part. 7.* Verùm hæc conjectura sæpe fefellit, non enim Deus probationes istas (quas peregrina judicia, quasi extra ordinem naturalem, & morem humanum fiant, dixit Pontifex *in cap. Ex tuarum 8. §. 1. de purg. canon.*) approbavit, infallibilitatem promittens, ideoque permisit, ut infontes damnarentur vel ob alia patrata scelera, vel ob secreta sua judicia, quæ perscrutari non licet. Et similiter in duello non semel innocens occubuit, multique sub justo clypeo perierunt, *cap. 2. de purgat. vulg. l. 8. tit. 14. p. 3.* ubi Greg. *Lop. gloss. 20. Ivo Carnotensis apud Delrio dict. sect. 3. vers. Verùm quæres, Torreblanc. dict. cap. 23. num. 16.* Ex quo damnatur praxis cujusdam Inquisitoris Apostolici nomine Conradi Marpurgensis, qui in Germania suspectos de hæresi ibi maximè invalescente adigebat, ut se per ferrum candens purgarent, ex quibus illæsos absolvebat, eos verò qui urebantur, damnabat: atque ita creditur plures noxios evasisse supplicium, & innocuos periisse, si quod præmisimus, falsum non est, de quo testatur Trithem. *in Chron. cap. 22. Spondan. in continuat. Annal. Baron. anno 1215. num. 5. Delrio sup. dict. vers. In Concilio, Theat. vitæ human. lit. F, pag. 310. vers. Anno 1215.* Hujusmodi enim probationibus nullus iudex uti licite poterit, sed in utroque foro reus habebitur & puniri jure potest, ut ex pluribus tradit Torreblanca *n. 40. cum seqq.*

10 Porro error iste sacris canonibus est damnatus, ejusmodique experimenta prohibita; nam Deus per ipsa tentatur, & superstitionis vitium inducunt, *dict. cap. Ex tuarum, cap. 1. & per tot. de purg. vulg. cap. Mennam 7. cap. Consulisti 20. 2. quæst. 5.* & Principum sæcularium constitutionibus vetantur, *l. 8. tit. 14. p. 3. & à Friderico II. in constitut. Neapolit. lib. 2. cap. 31.* quod prænotant cum D. Covar. *hic, Gregor. Lop. in principio tit. 4. part. 7. Afflict. in d. cap. 31. de legib. parilib. sublas. Barbosa in collectan. ad cap. 3. n. 1. & 2. de purgat. vulg. Navar. in Manual. cap. II. ex nu. 39. Torrebl. num. 17. & 36. cum aliis, quos refert num. 38. D. Thom. 2. 2. quæst. 95. art. 8. ad 3. D. Antonin. part. 4. tit. 15. cap. 34. §. 2. num. 5.*

Spondan. *in continuat. annal. anno 1341. num. 12. Pat. Suar. de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 1. cap. 13. num. 8. Cornel. à Lapid. sup. Numer. cap. 5. vers. 14. Sanch. in Decalog. lib. 1. c. 34. num. 12. Petr. Greg. Syntagm. lib. 48. cap. 15. hum. 4. & 5. Delrio dict. quæst. 4. in princip. & sect. 3. vers. Quæras, & vers. Planè miracula, Fagund. in 1. præcept. Decalog. lib. 1. capit. 31. numer. 37. Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 45. dubit. 1. num. 3. Castro Palao tom. 3. tract. 17. part. 2. punct. 1. numer. 10.* ubi ait hoc non esse malum quia prohibitum, sed prohibitum quia malum: quapropter lectus à lege Ecclesiastica eæ probationes sunt illicitæ, nec lege aut consuetudine aliqua induci possunt. Ex dictis inferitur, nullam esse sententiam secundum probationes istas latam, Barbosa *in collect. ad cap. 2. numer. 1. de purg. vulg.*

Præmissæ tamen assertioni duo obijciuntur. **II** Prius, non videri eas probationes damnandas, quas Deus pluribus stupendisque miraculis comprobavit, quale est illud quod narratur apud Wittembergam in Germania contigisse; etenim cum furtim ædibus quibusdam incendium fuisset illatum, crimen infanti imputabatur, qui iustus est per ferrum ignitum se purgare, quod diu sine detrimento aliquo manibus tenuit, deinde illud ex omnium conspectu disparuit, & qui reus dicebatur absolvi meruit. Post unum circiter annum incendiarius casu sub terra ferrum idem adhuc ignescens invenit, quo manus ejus combusta criminis autorem indicavit: quapropter apprehensus delictum agnovit, meritalque pœnas dedit. Hæc memorant Spondan. *in continuat. Annal. anno 1351. num. 9. Delrio dict. sect. 3. vers. In Concilio, Theat. vitæ hum. lit. D, verb. Divinatio, pag. 213. vers. Caroli IV.*

Aliud etiam satis mirabile refertur de muliere **12** quadam adultera, quam propter suspicionem maritus ad examen ferri candentis compellebat; ipsa verò proprii criminis conscia ipsum subire formidans ad civitatis Præulem convolvit, cui peccatum suum patefecit, & sacramentaliter confessa absolutionis beneficium accepit: deinde iustus Prælati ut viro suo intanti satisfacere, præsumptionisque elideret, ferrum candens intrepida manibus apprehendit, & illæsa permansit, quo imminens mortis periculum evasit virtute Sacramenti, quamvis rea. Sic Spondan. *ubi proximè, anno 1341. num. 12. Delrio dict. sect. 3. vers. æquè illud,* qui quoad circumstantias à Spondano dissentit addens, quod cum foemina ipsa navigaret, seque jactaret, quia non magis candenti ferro uteretur, quam si manum injiceret in aquam illam, per quam scapha vehebatur, ipsamque manum mergeret, divinitus punita est; nam aqua velut ignis illam combussit.

Ex quibus, & aliis innumeris apparet has **13** probationes Dei judicio inniti, quas si superstitionis forent, & illicitæ, neutiquam ipse autoritate sua comprobaret. Respondent tamen omnes Theologi laudati supra, *num. 10.* quod licet Deus aliquando, ut infontes liberentur, aut nocentes coercantur, hominibus veritatem latentem per miracula patefaciat; id tamen perpetuum non est, sed hujusmodi purgatio fallibilis est, per quam Deus tentatur potius his superstitionis adinventionibus, quam voluntas ipsius exploretur, ut ait Delrio *d. quæst. 4. sect. 3. in princ.* Nec Deus istis probationibus infallibilitatem spondit. Vide Castro Palao *dict. punct. 1. num.*

num. 11. Fagund. *dict. cap. 31. num. 37.* Delrio & alii, quos dedimus num. 10. Torrebl. num. 19. & 28.

14 Posterius apponitur illud *Numer. cap. 5. vers. 14.* ubi Deus iussit, ut mulieri de adulterio suspectæ propinaretur aqua sancta, & ad sacros usus destinata in vase fictili, in quam prius paucillum terræ ex pavimento Tabernaculi immittendum erat, ac oblatione, cæremoniis, & precationibus adhibitis, hanc aquam, quæ amarissima dicta est, apud Sacerdotem in templo foemina potabat, quæ si infons existeret, nihil nocimenti patiebatur, imò ab omni indicio & suspicione infallibiliter absoluebatur: quod si crimen id patravisset, illico femore putrescente, uteroque intumescente disrumpebatur. Imò aliqui tradunt, complicem adulterii ubique existentem sub idem tempus coelitus pariter coerceri, de quibus fusè Becan. *in analogia veter. & novi Testamenti, cap. 22. de zelotypia,* Cornel. à Lapide *sup. Numer. cap. 5. versic. 14. cum sequentibus,* ejus meminit Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 48. cap. 15. num. 1. & 2.* ubi inquit ab hac aqua zelotypiæ fluxisse videri vulgarem purgationem, præsertim per aquam. Sed multum interest inter Legis veteris observationem, ac superstitiosas probationes, de quibus agimus. Etenim Deus propter duritiam cordis Hebræorum ne uxores propter solam suspicionem infontes enecarent, illum instituit probationis modum, cui ipse infallibilitatem contulit, quæ nunquam deficere potuit. Cornel. à Lapide *dicto versic. 14.* Quæ sicut cætera omnia cæremonialia & judicialia cum lege ipsa aboleverunt abrogata, ut notatum est supra, *lib. 1. cap. 17. num. 8.* At probationes per aquam & similes nec Deus instituit, nec earum infallibilitatem promisit, nec de earum certitudine aliqua est in Ecclesia revelatio, imò dæmone suggerente vulgus superstitiosè eas adinvenit, ideoque experimento captum est, sæpe falsum esse quod per purgationem vulgarem juxta hominum existimationem indicatur, quemadmodum asserabamus num. 9. & deducitur ex allato exemplo num. 12. Nam Deus ut virtutem Sacramenti Pœnitentiæ mirabiliter ostenderet, voluit ut illa quæ verè adulterio se coinquaverat, candenti ferro non uteretur, quo homines decepti ream infontem judicarunt. De quo consule Castro Palao, Fagundez, Martin. Delrio, & alios quos dedimus supra, num. 10. Torreblanc. à num. 47.

15 Sanè ex traditis à num. 10. illustratum relinquitur, quod D. Covarruv. in exordio hujus capituli nos docet, nempe illicitam esse ac vitiatam omnem vulgarem purgationem, quæ per miraculum fit, quia est tentare Deum, quod grave peccatum est, ac intrinsecè malum, ut probant laudati num. 10. ideoque nec publica auctoritate hæc judiciariæ explorationes fieri possunt, ut probat Delrio *disquisition. magicarum lib. 4. cap. 4. quest. 4. sectione 3. versic. Verùm quæras.* Nec purgatio per monomachiam, seu duellum, de qua in lege 1. & per totum tit. 4. part. 7. apud Catholicos Principes permittitur, quamvis aliqui contrà senserint, ut refert Greg. Lop. in l. 8. gloss. 8. tit. 14. part. 3. & in principio tit. 4. part. 7. existimantes licitum esse duellum publica auctoritate indictum ad detegendam veritatem, præsertim ubi de causa maxima contentio est: quæ opinio hodie admitti nequit, cum ex Tridentino *sessione 25. de reformatione,* D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

cap. 19. pœna excommunicationis & privationis loci, in quo duellum habetur, imponatur Principibus Christianis, qui id in propria ditione permiserint, aut prohibuerint: ipsique præliantes, cooperantes & consulentes gravissimè plectuntur, de quo etiam Gregor. XIII. edidit Constitutionem anno 1582. quæ incipit, *Ad tollendam detestabilem duellorum,* qua. Decretum Concilii ad duellum privatum & absque patris initum ampliavit. Præterea extat alia Constitutio edita à Clemente VIII. anno 1592. quæ incipit, *Detestabilis duellorum usus,* quæ antea stabilita confirmat: aliaquæ prius evulgata ejusdem Pontificis anno 1591. incipiens, *Illius vices:* de quibus, ac de materia duelli plura apud Sanch. in *Decalog. lib. 2. cap. 39. à num. 19.* Bassæum in *Florib. Theolog. verbo Duellum,* Reginald. in *praxi fori penit. lib. 21. cap. 7. ex num. 73.* Paul. Comitol. *responsion. moral. lib. 6. quest. 13. cum sequentib. Navarr. consil. 1. & 2. de purgat. vulg. Menchac. illustr. cap. 39. à num. 11.* Petr. Caball. *resolut. crimin. tractatu de omni genere homicid. à n. 76.* Farinac. in *praxi, quest. 119. num. 28.* Torreblancam *dicto cap. 23. num. 22.* & alios apud Barbofam in *remissione ad dictum caput 19. Concil. Trident.*

Ibi: *Cunegundem uxorem Henrici Imperatoris.*

Fertur Cunegundis Imperatoris Henrici II. 16 conjux, cui infanti adulterii crimen objiciebatur, prius precibus ad Deum præmissis, candentes vomeres per quindecim passus nudis pedibus pessundedisse, etsi alii opinentur manibus ignitos apprehendisse, unde corpore & fama illibata triumphavit. Hujus egregiæ purgationis meminerunt Cornel. à Lapide *super Numer. cap. 5. versic. 14.* ubi eam sanctam vocat, Torreblanc. *dicto cap. 23. num. 32.* Gigas *Fulgos. lib. 8. cap. 1.* Delrio *dicta quest. 4. sect. 3. versic. In Concilio, Theatrum vitæ humanæ lit. D, verb. Divinatio, pag. 213. sub versic. Pudoris tuendi, Baron. Annal. anno 1024. ubi Spondan. num. 4. Sur. in vitis Sanctorum, tom. 2. die 3. Martii.* Fuit hæc sancta foemina, & mirabilis castimonix, quæ diu nupta Imperatori virginitatem, quam Deo voverat, illibatam ex consensu viri servavit, qui etiam in numerum Sanctorum relatus est. Baron. & Spondan. *sup.*

Simile periculum fecerunt proprii honoris tuendi gratiâ Emma Angliæ Regina, Delrio, ubi proxime, ex Polydoro *Historiæ Anglic. cap. 8.* necnon Imperatrix Richarda uxor Caroli III. Delrio *ibidem,* Torreblanc. *num. 31. & 33.*

Ibi: *Cum Creon publico decreto.*

Hujus casus memoriam refricarunt Annal. Bo-18 jor. *lib. 4. Delrio d. sect. 3. Hottoman. disp. de feud. cap. 44. Theatrum vitæ humanæ sup. pag. 212.*

Ibi: *Ideoque aut orbes quosdam, & globos.*

De hoc extat testimonium apud Alexandrum 19 *lib. 5. cap. 3.* quod refertur in Theatro vitæ humanæ *lit. C, verb. Contractus, pag. 448. sub ver-*

versic. Quibus cæremoniis, ubi verba hæc habentur: Aristides ut iustum fœdus cum omni Græcia firmaret, post diras execrationes accensos ferreos orbis in mare dejecit, adjurans ut ita extinguerentur cum omni stirpe & gente, qui contra fœdus irent.

- 20 Aliter Græci sua juramenta solemnizare consueverunt, qui verberis apprehenso, & stricto ad jugulum gladio, cœlum & terram, Solem & ultrices Furias advocabant, testesque faciebant, moxque verrem immolabant, ac in mare dejiciebant. Ita Alexand. lib. 4. cap. 10. apud Theatrum vitæ humanæ lit. 1, verbo Juramentum pag. 457. sub versic. Ethnicorum.

Ibi: Posterior verò interpretatio.

Quæ verbis Sophoclis convenit, qui in hunc sensum accipitur & allegatur à Delrio & cæteris supra laudatis, *versiculo, Hujus casus, num. 18.*

Ibi: *Consuevissent ignitum ferrum manibus tollere.*

De quo supra, num. 5.

Ibi: *Refertque Anaxagoram Philosophum.*

- 21 Anaxagoras Clazomenius Philosophiæ egregius Professor, cum lapis insignis magnitudinis & adusti coloris in Ægos fluvium Thraciæ à cælo decidisset, quem calurum idem, ut ferunt aliqui, prænuunciaverat, inquit cœlum totum ex lapidibus constare, solemque saxum ignitum esse. Unde Euripides ejus discipulus in Phaëtontis tragœdia Solem auream glebam nuncupavit. Plutarch. in *Lyfand. Plin. naturalium histor. lib. 2. cap. 58. Theatrum vitæ humanæ lit. P, pag. 332. versic. Quum olim lapis, & lit. S, verbo Stella, pag. 339. versic. Præcipue verò.*
- 22 Idem Anaxagoras asseveravit Solem esse ferrum candens, & majorem Peloponneso, quapropter impietatis damnatus, & Athenis proscriptus est: sed per Periclem discipulum veniam impetravit. Theatrum vitæ humanæ lit. P, verbo *Philosophia, pag. 327. versic. Anaxagoras. Anaximander Philosophus Solem purissimum ignem dixit, Laërt. lib. 2. Theatrum vitæ humanæ ubi proxime, versiculo Anaximander.*
- 23 Sed apud Ecclesiasticos Scriptores quaestio est, an Deus ex materia ignea, vel aquea Solem construxerit? Et communis Sanctorum Patrum sententia habet, ex ignea fuisse constructum. Alii verò asserunt Solem cunctosque planetas ejusdem materiæ esse, cujus sunt orbis cœlestes, in quibus collocantur; hi autem ex aqua creati sunt: in qua opinione, etsi contrariam probabilem agnoscat, residet Salian. *Annal. Ecclesiastic. tom. 1. die 4. num. 7. ubi late disputat à num. 4. An autem Solis lux eadem sit, quam Deus prima die creasse dicitur, Genesis cap. 1. plurimè tractat Pat. Suar. de oper. sex dierum, lib. 2. cap. 2. Quanta sit Solis magnitudo, quantumque à terra distet, tradidit Cornel. à Lapide sup. Genesis cap. 1. versic. 16. Theatrum vitæ humanæ lit. S, verbo Sol, pag. 27. sub versic. Situs & magnitudo. Sol luculenter*

describitur *Ecclesiastici cap. 23. à versiculo 3. ubi inter alia dicitur Vas, mirabile opus Excelsi, exurens montes, radios igneos exsufflans, qui refulgens radiis suis excæcat oculos. Pulchrè etiam Secundus Philosophus Imperatori Adriano percontanti quid Sol, & quid Luna: inquit Solem esse cœli oculum, splendorem sine occasu, diei ornatum, & horarum distributorem: Lunam verò cœli purpuram, Solis æmulam, maleficiorum inimicam, solamen iter agentium, prælagium tempestatum. Quæ extant apud Cornel. à Lapide ubi proxime.*

Ibi: *Sed & purgationis quæ ferro candenti fit.*

Videas quos dedimus supra, num. 5.

Ibi: *Meminit purgationis per aquam calidam.*

De quo supra, n. 4.

S U M M A R I U M.

- 1 De Tribunorum militarium dignitate, & sigillatim de Tribuno Celerum.
- 2 De Tribunis ordinariis, qui singulis legionibus præerant.
- 3 Qualis eorum dignitas, & n. 4.
- 5 De Tribunis militaribus cum Consulari dignitate.
- 6 De officio ac muneribus Tribunorum.
- 7 Quid sit interesse principis, quod munus Tribunis incumberebat.
- 8 Verbum Principia, quid significet, cum numeris seqq.
- 11 Post principia esse, apud Terentium quid significet.
- 12 Intellectus traditur ad legem Officium, §. ult. ff. de re militar. in illis verbis: *Principis interesse, de quo late usque ad finem capituli.*

De Tribunorum Romanorum origine muneribus & dignitate: ad legem Officium, §. ult. ff. de re militari.

C A P U T X X I V. & U L T I M.

Tribunorum militarium dignitas & antiquitate, & prærogativis apud Romanos cum primis est eximia; Romulus enim præfectum Celerum instituit, qui suprema post Regem auctoritate gaudebat, teste Pomponio in legem 2. §. *Isdem temporibus, ff. de orig. jur.* Dionys. Halicarnass. lib. 2. Tertiæ Sacrorum administrandorum partem Numa Tribuno Celerum tribuit, quem Romulus equitum, quos Celeres vocabant, Præfectum constituit, quos equites ac pedites Regum stipatores fuisse diximus. Joan. Rosin. de antiquit. Romani. lib. 7. cap. 4. Just. Lips. de magistr. populi Romani, cap. 14. Lexic. Calvini verbo *Tribunus Celerum.* Celeres autem fuisse tertenti milites robustissimi, & ex nobilissimis familiis delecti juvenes, commendati suffragiis Curiarum, & per singulas Curias delecti, qui circa

circa Regum essent, ut ipsum hastati per urbem affectarentur, & iussi ministeria exequerentur. In militia antesignani erant. id est, qui sub primo signo, vulgò *En la vanguardia*, præliabantur, & primi certamen inibant, & postremi se recipiebant: equites quidem, ubi situs erat ad equestre certamen accommodus: pedites verò in aspero loco, & equis invio. Hi trecenti juvenes in tres centurias dividebantur, in quarum singulis unus erat Præfectus, seu Centurio, qui omnes Tribuno Celerum subijciebantur, qui à ternario numero nomen accepit. Dicitur sunt milites hi *Celeres*, aut à ministerii celeritate, aut à suo duce *Celere* nuncupto, vel à Comite quodam Romuli sic vocato, qui eum contra Remum strenuè adjuvit, quem ipse peremit. Plutarch. in *Romulo*, Rosin. *dict. cap. 4.* Theat. vitæ hum. lit. C. pag. 153. Lexic. Calvini *ubi proximè*, Andr. Dom. Flocc. *de potest. Rom. lib. 2. cap. 2.* Sed Tribuni Celerum nomen cum Regibus Romanis abolevit, cujus loco Magister Equitum est subrogatus, *dict. l. 2. §. Et his Dictatoribus*, Joan. Rosin. *lib. 7. cap. 8. de Mag. Equit.*

2 Idem Romulus singulis legionibus Præfectos, seu Duces statuit, qui à tribu & ministerio Tribuni militum dicti sunt. De his Macer in *l. Officium 12. §. ult. ff. de re militar.* unde D. Covar. materiam hujus capituli deprompsit, ejus textus autorem Marcianum appellans, qui sanè Macer est. De eisdem Tribunis frequens mentio habetur in Jure, ut in *l. Tribunus 20. ff. de testam. milit. l. Milites 13. §. Irreverens, ff. de re militar. l. Tribuni 11. l. Nemo miles 13. C. de re milit. lib. 12. l. Jubemus, §. Non danda, C. de erog. militar. annon. l. unic. C. de salgamo, l. 1. C. de comœatu, eod. lib. 12.* Primò hi Tribuni à Rege creabantur, postea verò à Consulibus & populo communibus suffragiis, vel ab Imperatore, aut Duce exercitus, ab his instituti dicebantur *Rufuli*, quia Rutilius Rufus legem tulit de jure Tribunorum qui à Ducibus instituebantur: sed à populo creati, à comitiis *Comitiati* nuncupabantur, de quibus latè Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 16.* Just. Lips. *lib. 2. dialog. 9.* Rosin. *sup. lib. 8. cap. 14. & lib. 10. cap. 7.* Lexic. Calvini *verb. Tribuni militum.* Quo anno Romulus legiones instituerit, dixi supra, *cap. 1. n. 112.*

3 Tribunorum hujusmodi dignitas in exercitu maxima fuit. Theat. vitæ humanæ *lit. T, verb. Tribunus, in princ. pag. 27.* nam inter militaria munera talis ordo servabatur, ut miles subesset Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Præfecto castrorum, Præfectus Legato, Legatus Consuli, qui toti exercitui præerat. Theat. vitæ hum. *lit. B, pag. 161.* Tribunus pedestribus imperabat, non equitibus, totique legioni, non alicui ejus parti, aut centuriæ, ut testatur Horatius apud Just. Lips. *ubi proximè*, hæc adnotantem:

Quod mihi paruerit legio Romana Tribuno.

Secundùm quæ Romani Tribuni similes videntur Præfectis nostrarum legionum, vulgò *Tercios*, quos *Maestres de campo* nuncupamus. Verùm Tribunos nedom legionum, sed etiam singularum cohortium Præfectos dici probat Rævard. *variorum lib. 7. c. 8.* ad interpretationem legis ultimæ, *C. de Testam. milit. Vide legem Titius 25. ff. cod. & Rosin. sup. lib. 10. cap. 7.*

4 Habebat tribunitia hæc dignitas haud paucas prærogativas. Primò tribuni aureis annulis utebantur, aliis verò militibus inferioris gradus ferrei tantùm permittebantur. Secundò splendidioribus induebantur vestibus. Tertiò poterant latum

D. de Faria Nova addit. ad Covar. Tom. II.

clavum, vel augustum gestare; unde quidam laticlavii, alii angusticlavii vocabantur: illi erant ex ordine Senatorio, aut stirpe Tribuni: hi inferioris gradus, obscuriorisque generis. Lati clavi erant sterculi ampliores, qui vestimentis intexebantur: angusti clavi minores, vulgò *bordadura* & *guarnicion*, per quos dignitas, & sanguinis nobilitas major aut minor dignoscebatur. Quare præ se quatuor apparatus ducebant, qui honoris gratiâ illos affectabantur. Hæc apud Just. Lips. *d. dialog. 9. ad fin.* Rosin. *lib. 5. cap. 33.* Rævard. *ubi proximè.*

Hæc de Tribunis, qui militarem obtinuerunt dignitatem, & in exercitu jura reddebant, ut ordinarii Magistratus; nam fuere alii Tribuni militum, etsi tempore posteriores, autoritate tamen ac potestate longè præstantiores; nam anno ab urbe condita 309. plebe cum Patribus contendente, inductum est, ut Magistratus quidam crearentur populi suffragiis, partim ex Patribus, partim ex plebe, cum consulari potestate, qui Tribuni militum dicti sunt. Hi ad instar Consulium exercitui præesse poterant, & suis auspiciis bellum gerere. Rosin. *lib. 10. cap. 6. in princ.* Primo anno tres electi sunt, & omnes ex Patribus; sed lapsu temporis etiam plebei admitti sunt, & numerus actus. Sed quidam putant, aliquando viginti extitisse, de quo testis est Pomponius in *l. 2. §. Deinde cum post, ff. de origin. jur.* Alii verò ultra sex nunquam fuisse credunt, ut videre est apud Rosin. *lib. 7. cap. 20.* ubi ait hos Tribunos post annum 77. à sua institutione extinctos esse, de quibus etiam Liv. *lib. 4.* Dionys. Halicarnass. *lib. 11.* Sigon. *comment. in Fast. Theat. vitæ hum. lit. B, pag. 161. vers. Apud Romanos, & lit. M, pag. 27. vers. Tribuni militum, & lit. T, pag. 209. vers. Tribuni militum, Lexic. Calvini verb. Tribuni militum, Andr. Dom. Flocc. sup. cap. 16.* Pompon. Læt. *de Magistr. Roman. lib. 1. cap. 19.* Volaterran. *eod. tract. vers. Per aliam plebis, Jan. Guilielm. in sim. tract. cap. 20.*

6 Hucusque de differentiis Tribunorum militum, de eorum origine, & dignitate: nunc de muniis ordinariorum, quos secundo loco collocavimus, disquirendum est, ut jam ad nostri capituli elucidationem accedamus. Illa recenset Juriconsultus Æmilius Macer in *l. Officium 12. §. ult. ff. de re militar.* in hæc verba: Officium Tribunorum est, vel eorum, qui exercitui præsent, milites in castris continere, ad exercitationem præducere, clavas portarum suscipere, vigiliis interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare, mensuram fraudem coercere, delicta secundum suæ auctoritatis modum castigare, principiis frequenter interesse, querelas commilitorum audire, valetudinarios inspicere; quæ etiam transcripta habentur in *Lexico Calvini, verb. Tribuni militum, in fin.* de quibus Just. Lips. *lib. 2. dialog. 9.* ubi addit, ad Tribunos spectare excubiis signum dare, vulgò *dar el nombre*; & advertit jus gladii penes Tribunos esse, qui à jure tribuendo sic appellati videntur D. Isidoro *Etymolog. lib. 9.* quod tamen communiter displicet, quia à tribu denominatos omnes Varro nem sequuti sentiunt. Theat. vitæ hum. *verb. Tribus in princ.* Cornucop. *de ling. Latin. pag. 889. num. 10.* Vide de muneribus Tribunorum eundem Lipsium *de militia Roman. lib. 5. dialog. 8.* Rosinum *de antiquitate Romana, lib. 10. capite 7.*

- 7 Inter cætera Tribunorum munera recenset Consultus, interesse principiis: quid autem sit hoc, omninò Accursium laudavit, ut D. Covarruv. rectè præmittit, quo duce disquirendum est de verbi *Principia* significatu, qui quidem multiplex est, ut videre licet apud Calepinum *verb. Principia*, & alios mox laudandos.

Ibi: *Principia interpretatur tentoria militum.*

- 8 Principia verbum usurpatur pro loco aciei, ubi milites, qui Principes vocabantur, tentoria figebant, ut præter Nebrissensem observat Calepinus & Lexicum Calvini *verbo Principia*. Sciendum enim est, Romanorum armatam militiam in tres classes præcipuas distingui, scilicet Hastatorum Principum, & Triariorum, qui ultimi cæteris potiores habebantur, quia diutius militiæ operam dederant: isti seorsim in castris, & in acie tenebant. Hastati, quia hastis dimicabant dicti; primum locum hostem versùs tenebant. Principes quia à principio gladiis pugnabant, sic vocati sunt, licet postea commutata re militari minus illustres facti sunt, & secundum occupabant locum: Triarii tertium & ultimum, unde nomen acceperunt. Fuere & Pilani milites, qui pilis præliabantur; sed ad unam ex tribus classibus reducebantur, ut constat ex Rosin. *de antiquitate Roman. lib. 10. cap. 12.* ubi figura castrametationis Romanorum Principes eligebantur ætate ac robore præstantiores: Triarii natu majores. Hæc ex Polybio *lib. 6. Lips. de militia Roman. lib. 2. dialog. 1.* Rosin. *lib. 10. cap. 9.* Turneb. *adversariorum lib. 2. capite 9.* Theatrovitæ humanæ *lit. B, pag. 161. versic. Principes dicunt*, Cornucop. *de lingua Latina, col. 888. n. 40. & col. 1065. num. 30.* Lexic. Calvini *verbo Milites.*

Ibi: *Principia dici Principis tabernaculum.*

- 9 Principia etiam dicebantur tentoria & tabernaculum Ducis, seu Imperatoris exercitus, quæ Prætorium itidem vocabantur. Plutarch. *in Galba*, Sueton. *in Othone, cap. 6.* ibi: *Ad principia devenit.* Idem *cap. 1.* ait: *Ausus est ante principia se coram milites punire.* Lips. *lib. 4. dialog. 4. in princip. & lib. 5. dialog. 2.* Turneb. *d. cap. 9.* Calepin. *sup.*

Ibi: *Qui hac dictione alio sensu utitur.*

- 10 Usurpatur præterea verbum *Principia*, pro primatibus numerorum, principalibusque exercitus, *lege 1. Cod. de veteran. lib. 12.* juncta Glossa, ibi, Adrian. Turneb. *dicto cap. 9.* apud quem Marcellinus ita: *Præsentibus Jovianorum, & Hencalianorum Principiis & Tribunis causas vehementius æquo bonoque spectaverunt.* Idem deinceps: *Cum Arbetionem semper & ambiguum, & prætumidum his quæstionibus præfesset, aliis specie tenus cum Principiis legionum præsentibus.* Just. Lips. *sup. lib. 2. cap. 1.* Calepin. *sup.* Facit *lex 18. §. Ut autem C. de re milit. lib. 12.*

Ibi: *Accipienda fore Comici verba, Hic ego ero post Principia.*

Hæc verba habentur apud Terentium *in Eunuch. act. 4. scena 7.* quorum sensus est, quod ille prætimidus erat, ideo post eos omnes, quibus colloquebatur, se collocaturum inquit, ut periculum fugeret. Quem locum sit intelligunt Donat. & alii *in scholiis ad Terentium*, Adrian. Turneb. *dicto cap. 9.* Calepin. *verbo Principia*, ubi ait post principia existere eum dici, qui in tuto est. Sed ambiguum est, ut testantur præfati Terentii Interpretes, an locus ille post principia sit in media acie, vel in fine. Turnebus opinatur, ultimam exercitus partem significari, quod verius videtur, scilicet post tentoria Imperatoris, seu Ducis, juxta significatum, de quo supra, *num. 9.*

Ibi: *Sed publica tabernacula, aut tentoria.*

Est & alia ejusdem vocis *Principia*, acceptio, nempe pro ea aciei regione, ubi militares Magistratus conveniebant, ut jura militantibus redderent, & consilium haberent de rebus publicis, & ad bellum spectantibus Duces & Primates exercitus: & ubi signa legionum existebant, hujusmodi tentoria publica vocabantur principia. Turneb. *d. cap. 9.* Calepin. *verbo Principia.* Hoc sensu accipiendum Consultus responsum *in dicta lege Officium 12. §. ultimo, ff. de re militar.* existimat D. Covarruv. secundum quem interesse principiis nil aliud est, nisi assistere loco ubi causæ militum agebantur apud Tribunos, qui pro munere suo judicare tenebantur, ut præmissimus *num. 6.* & tradit Turneb. *lib. 2. cap. 11.* nec non militaribus consiliis, quæ de expeditione belli iniri solent. Idem tradit Glossa marginalis *in dicto §. ultimo*, Stephan. Daoiz. *in indic. Jur. Civil.* Joan. Uffelius *in scholiis ad hunc locum.*


Hæc D. Covarruv. interpretatio, quæ in se vera est, videtur ita intelligenda, ut verbum *Principia*, apud Consultum non usurpetur pro loco ubi Tribuni munus judicandi exercebant, aut consilia inibant, sed pro ipso conventu, & congregatione militum dignitate fungentium, quibus hæc peragenda incumbabant, jurisdictionem habentibus, & jus suffragii in consiliis; nam frequentissimè isti militares conventus Principia vocantur. Sic Justinian. *in l. unic. §. Si quæ verò, Cod. de nov. Codic. confirm.* ait: *Sed & si qua re gesta in tui culminis judicio, vel in aliis civilibus, vel militaribus, vel apud principia numerorum.* Et *in lege Tam collatores 18. §. Erit autem*, ibi: *Vel eorum discussionem dicatissimis principiis, seu arbitris in locis degentibus committere.* Et *in §. Ut autem*, ibi: *Ita ut si universitas numeri, seu principiorum monenda sit.* *Cod. de re milit. lib. 12. l. Jubemus, §. Si qua tamen*, ibi: *Causa apud devotissima principia secundum præfatum modum tractata.* Et *in §. Non danda*, ibi: *Decem ex devotissimis principiis Primates, Cod. de erogat. militar. annon. lib. 12.* Idem, quod diximus,

ximus, probat Lipsius *de militia Romana*, libro 5. *dialog.* 2. apud quem Frontin. *lib.* 4. *cap.* 1. hæc profert: *Tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castrensibus dabant.* Sic dicitur mitti principia: cum Tribuni non ultra ibi præsentent, ubi jus aut mandata disperunt, aut conventus militum solvitur: & quemadmodum Prætorium appellatur locus ubi exstat Imperatoris tabernaculum, & conventus militum, ita etiam principia & pro loco, & pro con-

curfu primorum militum usurpatur. Sic Just. Lips. *d. dialog.* 2.

Quæ cum ita sint, in *d. l. Officium*, §. *ultimo*, 14 interesse principis, est adesse conventui Tribunorum, ut quæ ad officium spectant dignitatis exequantur: unde id verbum non pro loco, sed pro universitate militarium Procerum accipiendum est: licet non inficiemur quin locus ubi conveniunt, etiam principia nuncupetur, ut D. Covar. placet.





INDEX

RERUM OMNIUM, ET VERBORUM,

Quæ in Novis Additionibus ad Libros III. & IV. Variarum
Resolutionum D.D. Covarruvias continentur.

*Prior nota arithmetica, Paginam, posterior autem marginales numeros
indicat.*

A

Ab intestato.

Ab intestato non succedunt transver-
sales ultra decimum gradum. p. 54.
n. 26

Abstinencia.

Abstinencia quid sit. p. 327
n. 13

Abstinentia strictiorem moderationem cibi & potus
desiderat, quam temperantis. *ibid.* n. 16

Abstinentia vitam, salutemque conservat. *ibid.*
n. 19

Per Abstinenciam valetudo corroboratur, ac simul
libidinis impetus coercentur. p. 328. n. 25

Abstinentia est de præcepto juris naturalis quoties
necessaria est ad sedandos carnis stimulos. p. 328.
n. 28

De Abstinencia à carnibus, aliisque cibis jejunii tem-
pore. p. 337. n. 98. & seqq.

Acacius.

Acacius hæreticus quando decesserit, & de illius er-
roribus, remissivè. p. 239. n. 15

Actio.

Actio ex defuncti delicto an transeat in hæredes.
p. 35. n. 63. & 65

Actio furtiva datur in hæredem furis. *ibid.* n. 66

Quoad hujusmodi actionis transitum an juri Pon-
tificio, vel Cæsareo standum in foro sæculari?
ibid.

Actio personalis in tertium possessorem non tran-
sit. p. 79. n. 23

Actio non datur contra illum, qui non contraxit,
aut se obligavit. p. 150. n. 28

Sine Actione in judicio petens non auditur. *ibid.*

Actus.

Pro Actus validitate in dubiis respondendum. p. 100.
n. 12

Actum quisque præsumitur gerere meliori modo,
quo potest, ut subsistat. *ibid.*

Actus qui potest per aliquem revocari, morte illius
non expirat. p. 125. n. 15

Actus favorabilis, vel odiosus censetur secun-
dum id, quod intenditur principaliter. p. 52
n. 13

Actus qui pendet ad sui persistentiam ab alicujus
voluntate, eo decedente perit. p. 54. n. 28

Actus qui licitè, & illicitè fieri potest, in dubio li-
citè factus præsumitur. p. 127. n. 36

Actus voluntariæ jurisdictionis non postulant tri-
bunal, sed tantum superioris auctoritatem. p. 157.
n. 31

De Actibus Apostolorum. p. 257. n. 123

De Actibus B. Sylvestri. p. 283. n. 78

De Actibus Apostolorum apocryphis. p. 291. n. 22

Actum injunctum lege divina vel ecclesiastica exer-
cens in peccato satisfacit præcepto. p. 322.
num. 70

Ad.

Ad ea, quæ raro accidunt, jura non adaptantur.
p. 89. n. 42

Advocatus.

Advocatus compelli potest, ut patrocinio juvet liti-
gantes. p. 116. n. 5

Tenetur pro pauperibus gratis advocare. *ibid.*

Ædificare, & Ædificium.

Ædificare domum, aliudve ædificium nemini li-
cet, ex quo possint interiora Monasteriorum pro-
spici. p. 121. n. 45

Ædificia seu ædes extollere quantum permittatur de
jure communi. p. 122. n. 51. & seqq. Quid de
jure Regio. *ibid.*

Ætas.

Ætas ad prælationem in primogeniorum successio-
ne inspicitur ultimo loco. p. 58. n. 60

Afflictio.

Afflictis non est afflictio danda. p. 151. n. 34

Agens.

Agenti de damno vitando potius est favendum,
quàm de lucro captando. p. 149. n. 25

Agens ut dominus rei, præfertur in illa cunctis cre-
ditoribus possessoris etiam privilegiatis. p. 150.
n. 31

Agricultura.

Agricultura à multis gentibus plurimi habita.
p. 165. n. 13

Alexan-

Index Rerum omnium & Verborum.

- Alexander Magnus.*
 Alexander Magnus quo tempore successerit in Regnum, p. 309. n. 40.
- Alfonfus Rex.*
 Alfonso Rex legum Partitarum conditor usum lingue Latinæ à rescriptis & actis judicialibus extirpavit. p. 304. n. 1
 Alfonso Partitarum conditor demonstratur. p. 304. num. 3. Quis fuerit ex Regibus hujus nominis. ibid. n. 4. Cur Sapientis nomine insignitus. ibid. n. 5. Quæ opera ejus nomine edita. ibid. Quando patri successerit. ibid. n. 8
 Alfonso fuit in Regem Romanorum electus. ibid. n. 9. Quo anno obierit. p. 305. n. 10
- Alguien.*
 Alguien in Castella pro nobili, aut egregia persona accipitur. p. 190. n. 139
- Alienare, & Alienatio.*
 Alienare quod non licet, nec pignori dare licebit. p. 64. n. 50
 Alienare cui concessum est, & pignori dare permittitur. p. 117. n. 17
 Alienationis prohibitio strictior est in majoratibus, quam in regno. p. 52. n. 11
 Per Alienationis prohibitionem, ut bona in familia conferentur, apud nos primogenii inducitur institutio. ibid. An ex ea clausula resultet fideicommissum absolutum, remissivè. ibid. n. 18
 Alienationis prohibitio injuncta filio, an extendatur ad nepotem? ibid. n. 12. & seqq. Et quid in majoratu. p. 54. n. 25
 Alienationis prohibitio est favorabilis. p. 52. n. 13
 Alienationis prohibitio non favore alicujus, sed odio prohibiti non sustinetur. ibid.
 Alienationis prohibitio facta hæredi, num astringat hæredis hæredem. ibid. & seq. n. 14
 Alienationis prohibitio, ut bona in familia conferentur, de jure communi non excedit quartam generationem. p. 52. n. 15
 Quid si evidenter appareat, quod testator voluit prohibitionem, in perpetuum persistere. ibid. n. 15. 18. & seqq.
 Alienationis prohibitio directa ad filium primò vocatum, extenditur in primogeniis ad nepotes, & alios successores. p. 54. n. 25
 Alienatione expressim prohibita ex causa dotis, nequeunt bona majoratus propter dotem alienari. p. 65. n. 57
- Aliud, & Alter.*
 Aliud pro alio invito creditori solvi non potest. p. 73. n. 51.
 Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. p. 8. n. 51
 Aliud est quid esse tale, & aliud pro tali haberi. p. 193. n. 154
- Aman.*
 Amanis supplicium. p. 205. n. 16
- B. Ambrosius.*
 B. Ambrosii vita, & scripta. p. 277. n. 32
- Anacletus.*
 Anacletus Papa inædificavit Ecclesiam in Vaticano supra corpus B. Petri. p. 318. n. 43
- Anastafius II.*
 Anastafius II. quando fuerit Pontificatum adeptus. p. 236. n. 1
 Anastafium tuentes à calumnia hæresis recensentur. p. 238. n. 9
 De Anastafii morte quæ vulgò jactantur sunt à veritate prorsus aliena. p. 239. n. 14
 Anastafio falsò imputatur quod Acacium voluerit restituere. ibid. n. 15
- Anniversarium.*
 In Anniversariis ad lucrandas elemosynas eadem interessentia requiritur, ac in distributionibus quotidianis. p. 112. n. 70
- Annus.*
 Annus hodie à Kalendis Januariis communiter inchoatur. p. 305. n. 11
 Annorum mundi triplex computatio reperitur. p. 305. n. 13.
 Anni supputatio varia apud Romanos. ibid. n. 14
 Annorum computatio diversimodè fit apud diversas nationes. ibid. n. 16
 Anni computatio ex Hebræis. ibid. & seq. n. 17
 Annus solaris quantum excedat lunarem. p. 305. n. 20.
 Anni Hebræorum initium duplex. ibid. n. 21
 Annorum mundi computus qualis receptior. p. 306. n. 24.
 Annos mundi variè Scriptores dinumerant. ibid. n. 26
 Inter annorum diversas supputationes quantus sit excessus. ibid. n. 28
 Anni initium Hebræis varium. p. 309. n. 35
- Antiochia.*
 Antiochiæ nomen multis urbibus commune. p. 213. n. 1
 Antiochia Mygdonia. Vide verbo *Nisibis*.
 Antiochia Syriæ Metropolis, omnium hujus nominis urbium clarissima. ibid. n. 3
 Antiochia Nisibis priùs vocabatur, & ab incolis Asibe. p. 213. n. 5
 Antiochia Syriæ dicta est Epidaphne, à luco Daphne. ibid. n. 7
- B. Antonius.*
 B. Antonii Eremitæ vita. p. 282. n. 72
- Apocalypsis.*
 De Apocalypsi B. Joannis. p. 258. n. 126
- Apocryphum.*
 Apocryphum quid dicatur. p. 290. n. 13
- Apostasia, & Apostata.*
 Apostasiæ definitio. p. 227. n. 4
 De Apostasiæ à statu Religioso, vel Ordinibus sacris. p. 228. n. 5
 De Apostasiæ pœnis, remissivè. ibid.
 Apostata unde dictus. p. 227. n. 2. & 3
 Apostata latè vocatur, qui per peccatum gratiam amittit. p. 228. n. 5
 Apostatæ ob tormentorum metum fuerunt in duplici differentia. p. 281. n. 62
- Arabes.*
 Arabes ab Ismaële descendunt. p. 218. n. 7
 An fuerint Madianitæ. ibid.
 De Arabum era. p. 310. n. 42
- Argumentum.*
 Argumentum de toto ad partem, & è contra jure procedit. p. 64. n. 45
 Argumentum à contrario sensu non procedit, quoties resultat absurdum. p. 100. n. 13
- Ariminum.*
 Ariminense Concilium sub Constantio Imperatore celebratum. p. 290. n. 15
- Arius.*
 Arii hæresiarchæ vita & interitus. p. 268. n. 22 & seq.
- Arma.*
 Arma quondam ex corio fiebant. p. 199. n. 10
- Arnobius.*
 De Arnobii opusculis. p. 298. n. 84
- Athens.*

Index Rerum omnium

- Athenæ.*
- Athenæ unde dictæ. p. 172. n. 28. Ubi conditæ.
 ibid. n. 25. In tribus divisæ sunt. ibid. n. 29
- B. Athanasius.*
- B. Athanasii opera & vita. p. 275. n. 9
- Attalus.*
- Attalus quis fuerit. p. 175. n. 32
- B. Augustinus.*
- B. Augustini vita & scripta. p. 277. n. 33
 B. Augustinus dissensit à B. Hieronymo circa sen-
 sum sacre Scripturæ. p. 279. n. 44
- Authentica.*
- Authenticæ de restitut. & fideicom. §. Nos igitur,
 collat. 9. interpretatio, remissivè. p. 52. n. 15
 Authenticæ hujus non ubique est recepta dispositio,
 & in quavis provincia servabitur consuetudo, &
 quid in Hispania. p. 53. n. 23
 Authentica prædicta in d. §. Nos igitur, correctæ est
 per legem 27. Tauri. ibid. n. 24
 Authenticæ Res quæ. C. commun. de legat. intelle-
 ctus, remissivè. p. 64. n. 51
 Eadem authentica non procedit ubi ex contractu
 prohibetur alienatio. p. 66. n. 63
 Utrum habeat locum in omnibus testatoris des-
 cendentibus, etsi post mortem illius nascantur?
 p. 66. n. 68. & seqq.
 Authenticæ prædictæ dispositio non admittitur, nisi
 bona deficient libera. p. 67. n. 71
- Avus.*
- Avus num possit nepotem vendere, famis necessi-
 tate premente?
- B**
- Bacchanalia.*
- B**acchanales ludi quorum turpitude describitur.
 p. 321. n. 63.
- Baptisma.*
- Baptisma omnium Sacramentorum janua. p. 353
 n. 9
- B. Basilius.*
- B. Basillii vita & scripta. p. 275. n. 15
- Bellum.*
- Bellum aliquando est sub præcepto. p. 231. n. 27
 ad Bellum justum quæ desiderentur. ibid. n. 28
 in Bello injusto nequaquam licet militare. p. 235.
 n. 31.
 Bellum justum ex utraque parte esse nequit secun-
 dum veritatem, secus juxta hominum opinio-
 nem. p. 232. n. 37
 Bellum Marcomannicum unde ita dictum. p. 234
 num. 42
- Beneficiarius, & Beneficium.*
- Beneficiario suspenso, deposito, aut excommuni-
 cato, an de fructibus beneficii alimenta debeantur?
 p. 111. n. 61
 Beneficiarius nullos, aut tenues fructus percipiens,
 num ad pensum divini Officii teneatur? p. 111
 n. 63. & seqq.
 Beneficiarius non recitans non tenetur omnes fru-
 ctus correspondentes diebus, quibus non recita-
 vit, restituere. p. 114. n. 84
 Beneficiarius etiam ante adeptam possessionem horas
 canonicas astringitur recitare. p. 129. n. 1
 Beneficiariis in Occidentalibus Indiis non solvitur
 stipendium ex regio ærario, nisi de capta posses-
 sione confet. p. 132. n. 25
 Beneficiario spoliato, etsi administret, non com-
 petit interdictum Unde vi, nisi possessionem ce-
 perit. p. 132. n. 27
 Beneficiarius capiens possessionem per ingressum
 Ecclesiæ, domus Presbyteri, aut clavium tradi-
 tionem, omnium quæ ad Beneficium spectant
 possessor efficitur. p. 135. n. 33
 Si prædii, seu alterius rei Beneficii possessionem
 duntaxat ingrediatur, fit Beneficii universalis
 possessor, non singularum rerum, quas non ap-
 prehenderit. ibid. n. 54
 Beneficium cessare debet, quoties non exhibetur
 officium, propter quod illud conceditur. p. 12.
 n. 90
 Beneficium postulans, exprimere debet valorem
 fructuum, non distributionum quotidianarum.
 pag. 105. n. 5.
 Omne Beneficium Ecclesiasticum de jure residenti-
 am desiderat, & quid de simplicibus. p. 112. n. 71
 Beneficium permutare potest is, cui collatum est,
 licet possessionem nactus non sit. p. 129. n. 1
 Beneficii fructus acquirit provisus à die collationis
 ante possessionem. ibid.
 Beneficii proprietas non queritur ante acceptatio-
 nem p. 129. n. 2. Limitatur. ibid. n. 3
 Beneficii collatione perfecta, Prælati adhuc ante
 acceptationem nec retractare gratiam, nec aliil-
 lud conferre valet, & quomodo secus. p. 129. n. 4
 & seqq.
 Beneficii collatio non est donatio vera. ibid. n. 5
 Beneficium conferre licet sub conditione, si vacat,
 tametsi Prælati, ac provisus, an vacet, ignorent,
 & de hujus collationis effectu. p. 130. n. 6
 Beneficium quod non vacat, nec conferri, nec pro-
 mitti potest, excepta Summi Pontificis pote-
 state. ibid.
 Beneficia sub conditione an conferri possit? ibid.
 n. 7
 Beneficium non vacat per obitum provisi, qui ante
 acceptationem decessit. p. 130. n. 12
 Beneficiorum dominium est penes Christum Do-
 minum. p. 130. n. 9
 Beneficium reservatum si Pontifex conferat, &
 provisus obeat post acceptationem, extinguitur
 reservatio, & collatio ad Ordinarium devolvit-
 ur: secus si ante acceptationem mors contige-
 rit. p. 130. n. 12
 Beneficium Ecclesiasticum potest acceptari per pro-
 curatorem cum speciali mandato. ibid. n. 13
 ad Beneficii renunciationem, & similia spiritualia
 speciali mandato opus est procuratoris. ibid. n. 14
 Minor absque curatoris auctoritate hujusmodi pro-
 curatorem valet constituere. ibid.
 ad Beneficium acceptandum, & alia spiritualia lai-
 cus procurator idoneus habetur. ibid. n. 15
 Beneficii collatio facta excommunicato est ipso jure
 nulla. p. 131. n. 16
 Potest excommunicatus acceptare Beneficium ante
 excommunicationem sibi collatum. ibid.
 An ex tunc Beneficii proprietatem acquirat?
 p. 131. n. 17
 ad Beneficii resignationem laicus procurator cum
 speciali mandato constitui potest. ibid. n. 18
 si Beneficium alii collatum quis sine sufficienti man-
 dato, vel nullo acceptet, ratificatio provisi retro-
 trahitur ad tempus acceptationis. ibid. n. 19
 Quid si ratificatio fiat post assignatum tempus ad ac-
 ceptationem. ibid. n. 19. & seqq.
 Beneficium conferri potest cum limitatione tempo-
 ris ad acceptandum. p. 131. n. 20
 Beneficium acceptans post terminum præscriptum
 ad acceptandum, proprietatem querit, nisi jam
 alii sit collatum. p. 132. n. 21
 in Beneficiis prælationis si occurrat controversia,
 non possessionis, sed tituli dies inspicitur: sed si

& Verborum.

- si de prioritate tituli non constet, recurritur ad tempus possessionis. *ibid.* n. 24
- Beneficii titulum habens, si possessionem per vim ingrediatur, illo privatus manet. p. 132. n. 26
- Aliud juris est, cum violententer prædium, seu fundum occupat Beneficii. *ibid.*
- ad Beneficium jus obtinens ex electione, aut præsentatione, illud amittit, si vi ceperit possessionem. *ibid.* Quando sit violentus ingressus. p. 133. n. 33
- Beneficii possessio non quæritur per actus administrationis, nisi interveniat Superioris auctoritas. p. 132. n. 27
- qui Beneficium impetravit, an valeat propria auctoritate capere possessionem? p. 132. & seq. n. 28. 30. 38. & 39.
- Beneficii possessionem capere propria auctoritate potest, qui de illo ab habente potestatem investituram accepit. p. 132. n. 29
- Beneficii possessionem propria auctoritate an capere possit, qui literas exequutoriales id permittentes obtinuit? p. 131. n. 34
- Beneficii possessionem ingrediens propria auctoritate cum legitimo titulo, num poenam aliquam mereatur? *ibid.* n. 38
- in Beneficii possessionem immittere ad quem spectet. p. 133. n. 39
- ad Beneficii possessionem capiendam utrum speciale desideretur mandatum? *ibid.* n. 41
- Per investituram non acquiritur Beneficii possessio. *ibid.* & seq. n. 42
- Beneficii proprietas acquiritur, nulla præcedente collatione, per investituram factam ab habente facultatem conferendi. *ibid.*
- Beneficium quæritur, ommissa collatione, per immisionem in possessionem, si immittat qui potest conferre. p. 134. n. 43
- Beneficii Ecclesiastici possessio quibus modis adquiratur. *ibid.* n. 44
- Beneficii Ecclesiastici possessio dari potest per aspectum pinnaculi Ecclesiæ. n. 135. n. 48
- Beneficii possessio ubique tradi potest, si ad locum illius non sit tutus accessus. p. 135. n. 52
- Beneficium vacat in loco ubi resignatur. p. 158. n. 37
- Si resignatio admittatur in Curia, Beneficium ut reservatum à Pontifice confertur. *ibid.*
- Beneficia, quæ vacant in Curia, Sedi Apostolicæ sunt reservata, quæ si non conferantur intra mensem, collatio devolvitur ad Ordinarium. *ibid.* n. 39. Hoc speciale est in hujusmodi sola reservatione. *ibid.*
- Beneficiorum collatio spectat de jure ad Episcopum in propria Diocesi ex concessione Sedis Apostolicæ. p. 158. n. 40
- Beneficium Principis latè interpretandum est. p. 352. n. 66
- Benjamitæ.*
- Benjamitæ foeminas Saluntinas in uxores rapuerunt. p. 164. n. 7
- Bethlehem.*
- Bethlehem duplex. p. 231. n. 24
- Bonum.*
- in Bonis quibuscumque, quæ primogenii jure indivisibilia deferuntur, masculus in pari linea, & gradu foeminae majori ætate præfertur. p. 54. n. 30. Idem in commendis Indorum observatur. *ibid.*
- Bona si filio, vel extraneo relinquuntur, ut ea jure majoratus possideat, eidem succedet primogeni-
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.
- tus in solidum, absque ullo gravamine, nisi restitutionis. p. 52. n. 10
- Bona majoratus, vel fideicommissio subjecta, an possint dotis causâ alienari? *ibid.*
- si bona majoratus esse declarentur, omnia servari debent quæ in regularibus primogeniis sunt stabilita. p. 53. n. 59.
- Bona quæ sita per unum ex conjugibus nomine utriusque, aut societatis conjugalis, de jure communi absque traditione quoad dominii, & possessionis translationem communicantur. p. 147. n. 6
- per Bonorum possessionem contra tabulas causa testati reducitur ad causam intestati. p. 351. n. 62
- Bulla.*
- Bulla Pii V. de censuum emptione pluribus in Regnis recepta non est. p. 44. n. 41
- Bulla prædicta ubique saltem vim directivam habere debet. p. 73. n. 56
- Bulla Piana in Hispania non est recepta. p. 83. n. 55
- Vide Census.*
- C**
- Cadaver.*
- Cadavera reorum laqueo suspendi solent. p. 207. n. 30.
- Calix.*
- Calices sacri ex qua materia fieri debeant. p. 355 n. 22
- Calice simpliciter legato, ex qua materia præstandus sit. *ibid.*
- Calix in quo Christus consecravit, ex qua materia fuerit, & ubi asservetur. *ibid.* n. 23
- Calceatus, & Calceus.*
- Calceatum incedere quid sit in l. 3. §. Sciendum, ff. de offic. Præfect. vigil. p. 198. n. 5. & seqq.
- Calceatum pro armato nonnunquam accipi solet. p. 199. n. 9
- de Calceorum Romanorum differentiis, remissivè. p. 198. n. 5
- Canon.*
- de Canonibus Apostolorum. p. 295. n. 67.
- Capacitas.*
- Capacitas testatoris, ut valeat testamentum, quibus temporibus inspicienda. p. 38. n. 85
- Capere.*
- Capere posse ex testamento non est idem ac testamenti factionem passivam habere. p. 181. n. 88
- Capitulum.*
- Capitulum Sede vacante potest instituere præsentatos, ac electos confirmare, etsi Beneficia solum ad Episcopum spectent. p. 156. n. 28
- Conferre eadem Beneficia Capitulum prohibetur, & quare. p. 157. n. 29
- Captivus.*
- Captivi Christiani num possint licitè in Christianos dimicare. p. 232. & seq. n. 30
- Caput.*
- Caput Salubriter, de usur. interpretatur. p. 5. & seq. n. 33. & seqq.
- Capitis Naviganti, de usur. interpretes recensentur. p. 21. n. 42. & seq.
- Capitis. I. cum capite 7. de usur. conciliatio, p. 30. n. 18
- Caput ad nostram, de empt. & vendit. declaratur. p. 80. n. 31
- Caput Illo vos, de pignoribus, exponitur. p. 85. n. 11. & seqq.
- Capita Concilii Tridentini circa distributiones quotidianas conciliantur. p. 108. n. 34
- Capitis Potius, de locat. intellectus, remissivè p. 140. n. 24.

Index Rerum omnium,

- Caput In Archiepiscopatu, de raptor.* intelligitur. p. 154. n. 8.
Caput finale de offic. Ordinar. explicatur. p. 155. n. 16
Caput finale de offic. delegat. conciliatur cum capite finali *de Offic. ordinar.* ibid. n. 17
Caput finale de offic. Ordin. favore animarum procedit, ut sentiunt aliqui. p. 156. n. 20
Caput Ex frequentibus, de institut. interpretatur. ibid. n. 26
Caput Statutum, de præbend. in 6. an corrigatur per extravagantem *I. eod. tit. pag. 158.* numer. 42
 ad *Caput Cùm Bertoldus, de re judicat.* triplex traditur intellectus.
Caput Anastasius, 19. dist. an sit verum & authenticum? p. 240. n. 8. Falsum comprobatur. p. 239. n. 13
 in *Capite Sancta, 15. dist.* mendosè ac diminutè habentur verba Concilii Romani unde sumptum est. p. 242. n. 3
Caput Renovantes, 22. dist. emendatur. p. 267. n. 18
Caput in Canonicis, 19. dist. corrigitur, & interpretatur. p. 280. n. 55
Caput Futuram, 12. q. 1. quomodo legendum. p. 284. n. 87
Caput Sancta, 15. dist. ab errore expurgatur. p. 288. n. 120
Caput Licet, de feriis, enodatur. p. 315. n. 21
Caput Veniens, de cleric. non baptizat. exponitur. p. 353. n. 9
- Carceratus.*
Carceratus beneficiarius num lucretur quotidianas distributiones. p. 110. n. 53. & seqq.
- Cardinalis.*
Cardinalis nullus hucusque creatus reperitur, qui legitime natus non sit. p. 342. n. 10
- Cassianus.*
de Cassiani opusculis. p. 299. n. 86
- Cassiodorus.*
de Cassiodoro compilatore, seu traductore Historiæ Tripartitæ. p. 302. n. 106. & seqq.
- Casus.*
Casus omissus, & insolitus non creditur in mentem venisse disponentis. p. 89. n. 42
- Catalogus.*
Catalogus librorum Canonicorum. p. 242. n. 3. & seqq.
Catalogus hæreticorum & hæresum, remissivè. p. 301. n. 98.
- B. Catharina.*
B. Catharina sub quo Imperatore martyrii laureolam obtinuit. p. 285. n. 93
- Catechumenus.*
Catechumenus hæreticus non habetur, etsi aliquid adversus Fidem pertinaciter profiteatur. p. 3. n. 6. & seqq.
Catechumeni ejiciebantur ab Ecclesia, ubi sacrificium Missæ peragebatur, & sic à Missa, quæ Fidelium dicebatur. p. 353. & seqq. n. 7. & 12
Quæ illis in Ecclesia denegabantur, & quare. p. 353. n. 8.
Catechumeni non sumebant Corpus Christi ibid. n. 9
Catechumeni, & alii, quibus communicare non licebat, sumebant panem benedictum. p. 354. n. 10
- Catholicum.*
Catholicum quid dicatur. p. 260. n. 143
- Caupo.*
Caupo hospites repellere non permittitur. p. 116. n. 6
- Causa.*
Causas meri imperii delegare Magistratibus licet ob legitimum impedimentum. p. 154. & seqq. n. 9. & 11.
Causas admodum graves delegatus Principis non subdelegat, quia auctoritatem, ac industriam personalem desiderant. p. 159. n. 43
 in *Causis hujusmodi censetur industria personæ* electa. ibid.
- Cautio.*
Cautio idonea & sufficiens qualis censetur. p. 33. n. 46.
- Cecrops.*
Cecrops Athenas condidit, quas in duodecim vicis distribuit. p. 171. n. 25
- Censuale.*
Censuali re vendita, nihil domino census debetur. p. 68. n. 5.
 in *Censuali contractu an liceat pactum quod si* censuarius per certum tempus pensionem non solverit, res censita incidat in commissum? ibid. n. 7
Quid si convenerit, ut pretium census restituat. ibid. n. 8
Quid in censu reservativo. ibid. n. 9. & seqq.
 à *Censuali contractu rejicitur conventio, ne* liceat censuario rem hypothecatam vendere, nisi denunciaverit domino census. pag. 69. n. 14
 in *Censuali contractu principalis obligatio in* re censita consistit, personalis, ac omnium bonorum generalis accessoria censetur pro reddituum securitate. p. 71. n. 40
- Censuarius, & Censuista.*
Censuarius etsi diu non solvat redditus, non privatur re, super qua census est impositus. p. 68. n. 4
Censuarius non tenetur denunciare domino census, ut rem obligatam alienet. ibid. n. 5
Censuarius an liberetur, re perempta censui subiecta. p. 70. & 71. n. 31. & seqq.
Quid si res extincta denuò ad pristinum statum reducatur. p. 71. n. 33
Censuarius an possit obligari, ut re pereunte, ad redditus teneatur? ibid. n. 34
Censuarius num pro rata liberetur, si res censita ex parte perierit? ibid. n. 35. & seqq.
Quid si res censui obnoxia omninò reddatur sterilis. ibid. n. 37
Censuarius manet obligatus ad redditus, si res culpa, aut facto ejus extinguatur, & super alia censum imponere compelletur. p. 71. n. 38
Censuarius est debitor quantitatis respectu certæ speciei, & hac perempta, liberatur. p. 74. n. 68
Censuista nullum dominium obtinet in re censita. p. 68. n. 3
Censuista quale jus consequatur in re, super qua censum habet. p. 69. & seqq. n. 42. & seqq.
Censuista ut conveniat tertium rei obligatæ possessorem, non tenetur facere excussionem in bonis ejus, qui censum imposuit. p. 72. n. 44
Censuista exigere valet à tertio possessore rei censitæ

& Verborum.

- censitæ etiam redditus debitos antequam hic ceperit possidere, nisi imputari possit agenti, quod negligens fuisset in exactione suo tempore facienda. ibid.
- an Censuista possit agere in solidum contra possessorem unius ex rebus censui suppositis? p. 74. n. 62. & seqq.
- Census.*
- In Census contractu pacisci non licet, ut certi temporis pensionibus non solutis, censuista rem obligatam habeat pro justo pretio. p. 70. numer. 23.
- Censuum legitimum pretium in Hispania quale sit. p. 44. n. 42.
- Census ex Bulla Pii V. constitui non possunt, nisi pretium in pecunia statim numeretur. p. 44. n. 41
- De verbo *Census*, quod multipliciter usurpatur, remissivè. p. 68. n. 1
- Census quondam apud Romanos vocabatur codex, quo ratio patrimoniorum civium continebatur. ibid. & seq. n. 2
- Census, & emphyteusis sunt in aliquo similes, sed in pluribus discrepant. ibid. n. 3
- Censuum emptio, & impositio licita. p. 69. n. 16 & seqq. Est utilis etiam quoad forum conscientia. ibid. n. 19.
- de Censu vitalitio. p. 70. n. 20
- An in hoc censu locus sit remedio legis 2. *C. de resc. vendit.* p. 70. n. 22
- Quomodo facienda computatio ad læsionem. ibid. n. 23
- Census ad certum tempus an licitè possit constitui? ibid. n. 24. cum seqq.
- Censum num liceat constituere cum sola obligatione personali. p. 70. n. 27. & seqq. & p. 73. num. 56
- Census dominus agens pro redditibus contra tertium possessorem rei generaliter hypothecata, an prius debeat excussionem facere in bonis censuarii. p. 72. n. 45. & seq. Utrum hic tertius possessor se tueri possit l. 2. *C. de pignor.* ibid. n. 47
- Census utrum imponi possit super universitate bonorum. p. 71. n. 41
- Census dominus an possit convenire venditorem non possidentem rem obligatam? p. 73. n. 58. & seq.
- Utrum censitæ rei tertius possessor, qui ad reddituum solutionem se astrinxit, conveniri possit, si desinat possidere? ibid. n. 50
- qui Census pretium percepit, cedendo rem censitam creditori, non liberatur: secus tertius possessor. ibid. & seq. n. 51
- Pro census pensionibus tertius possessor nequit exequitivè conveniri, nisi instrumento publico ad solutionem obligetur. p. 73. n. 52
- Censum recognoscere, aut rem censitam dimittere tertius possessor compellitur. ibid. n. 53
- Censu personales in Hispania non sunt in usu. ibid. n. 57
- Censum redimere an possit extraneus, invito census domino? p. 74. n. 69
- Census an emi possit cum pacto, quod si intra certum tempus non redimatur, maneat irredimibilis? p. 82. n. 46. & seq.
- In Censu redimibili an licitum sit pactum, quod non liceat intra certum tempus redimere? p. 82. n. 51. cum seqq.
- In Census contractu non licet adjicere pactum, quod censuario pensionem non solvente, censuista pretium exigere valeat. p. 86. n. 24
- De Census non redimibilis justo pretio. p. 87. n. 28
- In Censu propter pactum retrovendendi minus de pretio justo detrahi debet, quàm in aliarum rerum venditione, & quare. ibid. n. 30
- de Census vitalitii pretio. p. 88. n. 31. & seq.
- Census redimibilis justum pretium, quale sit. p. 92. n. 2
- Census redditus in Hispania solvi ex conventione prohibentur in frumento, vino, vel aliis speciebus. ibid. n. 4.
- Quid in censu non redimibili. ibid. n. 5. quid in reservativo. ibid. n. 6
- Census redimibilis legitimum pretium in Hispania, Germania, & aliis regionibus, quale sit constitutum lege regia. ibid. n. 7
- Census jam constitutus an minoris possit, quàm lege statutum est? ibid. n. 8.
- Census in dubio qualis præsumatur, remissivè. p. 93. n. 9. & seqq.
- Census reservativus præsumitur perpetuus. ibid. n. 12. & seqq.
- Census perpetuus redimi potest ob iniquitatem in pretio. p. 94. n. 20
- Census qui solum probatur ex diutina pensionum solutione, redimibilis censetur. ibid. n. 21.
- Census ex diutina reddituum solutione quomodo probetur, remissivè. ibid.
- Adversus dominum census qualiter præscriptio procedat, remissivè. ibid.
- Si Census constituatur ex pretio rei venditæ, duplex emptio contrahitur, duplexque gabella debetur. p. 97. n. 22.
- Census apud Romanos a quo inventus. p. 176. n. 57.
- Censu apud Romanos libertas quærebatur, & amitti solebat. ibid. n. 58
- Centesimatio.*
- De Centesimationis poena militari. p. 236. n. 47
- Centimetrum.*
- De Centimetro. p. 293. n. 40
- Centio.*
- De Centonibus. ibid.
- Cernere.*
- Cernere quasi decernere est apud B. Isidorum. p. 221. n. 10
- Cernere verbum multifariam accipitur. ibid. n. 12. seqq. Unde originem ducat, ibid. n. 15
- Vide *Cretio.*
- Cessionarius.*
- Cessionarius mariti an possit fructus pignoris pro dote dati lucrari? p. 5. n. 30
- Chirurgus.*
- Chirurgus ad medendum quemlibet compelli per judicem potest. p. 116. n. 6.
- Christianus.*
- Christiani quondam per contumeliam Galilæi dicebantur. p. 229. n. 13
- Christiani Principibus suis juxta legem Evangelicam subjecti sunt. p. 230. n. 20
- Christianis præliari licet, & oppositum est error. p. 231. n. 27
- Christiani licitè militant etiam contra Catholicos sub imperio Principis infidelis cui subjecti sunt, etsi de belli justitia illis non constet. p. 232. n. 29
- A a a 2 Chri-

Index Rerum omnium,

- Christianus nefas est arma sumere etiam mortis metu** contra Fideles, si bellum geratur odio Fidelium, aut alias sit injustum. p. 232. n. 31
- Christiani milites his de causis sub Licinio & Juliano** militantes ab armis abstinuerunt. ibid.
- Christiani num possint militare pro Principe infideli,** cujus subditi non sunt. ibid. n. 32
- Christiani non subditi nequeunt militare contra** Christianos pro Infidelibus. pag. 233. num. 33.
- Quid si bellum geratur contra Infideles.** ibid. n. 34
- Christiani etiam ante Constantinum Magnum sub** Imperatoribus Ethnicis militæ nomen dedere. p. 234. n. 38.
- Christianis falsò imputabatur quod in nocturnis vi-** giliis scelera perpetrabant. p. 321. n. 64
- Christus.*
- Christus vocabatur Galilæus; & quare.** p. 230. n. 22.
- An fuerit Judæus, vel Galilæus.** ibid. n. 23. & seq.
- Christus an diverso modo crucifixus ac Latrones.** p. 285. n. 100
- Vide Crux.*
- Christus quo tempore natus.** p. 308. n. 27
- Cibus.*
- Cibus nullus vetatur jure naturali præter carnem** humanam. p. 333. n. 65
- Cicero.*
- Ciceronis locus corrigitur.** p. 124. n. 6
- Civis, & Civitas.*
- Civitatem aratro injecto deleri rarò contingit.** p. 89. n. 42
- Civitati si relinquatur annuum legatum, perpetuò** debetur: si ususfructus, centum annis extinguitur. p. 90. n. 44.
- Cives cum suis bonis subjiciuntur publicis potesta-** tibus, quatenus æquitate servata, bonum commu-
ne postulat. p. 115. n. 2
- Cives tempore sterilitatis, & indigentæ exteris** sunt præponendi in emptione tritici, quod
ex agris suæ civitatis collectum est. pag. 119. n. 32
- Habent jus retrahendi triticum, & alimenta, pre-** mente fame, quæ sunt forensibus vendita, & quid
si pretium excessivum forenses præstiterunt. p. 120. n. 38. & ibid. n. 39. & seqq.
- Civitatis propter decorem, & utilitatem multa re-** cepta sunt cum privatorum incommodo quod
non passim oportet admittere. p. 121. n. 50
- Cives Romani fiebant qui ex lege ad libertatem per-** veniebant. p. 174. n. 41. Idem est de illis servis
qui ob moram jure in libertatem eripiebantur.
ibid. n. 42. Similiter his contingebat qui tempore
libertatem acquirebant. ibid. n. 43
- Cives Romani qualiter censebantur ex institutione** Servii Tullii. p. 176. n. 57
- Cives Romani vetabantur alii civitati adscribi, alio-** qui Romanam amittebant. p. 178. n. 70. Non
omnes habebant jus suffragii. p. 183. n. 101.
& seq.
- Cives Romani extra urbem commorantes quæ ha-** berent, & quibus carerent. p. 186. n. 111
- Cives qui admittebantur ad civitatem Romanam,** jus suffragii non obtinebant, nisi generaliter,
vel specialiter indultum esset. ibid. n. 115.
- Civis Romanus nequibat per Magistratus occi-** di, vel virgis cædi iussu populi. ibid. n. 118
- Civitatem Romanam qualiter manumissi asseque-** rentur. p. 174. n. 39
- De Civitatum differentiis quæ populo Romano sub-** jiciebantur. p. 166. n. 16
- Civitatis Romanæ jus rarò ante bellum sociale con-** cedebatur. p. 187. n. 119
- Clarissimus.*
- Clarissimi suffragia ferebant in creatione Magistra-** tum Romanorum. p. 193. n. 157
- Classis.*
- In Classes populum Romanum Servius Tullius di-** visit. p. 165. n. 14. Qua forma in eis cives Ro-
mani describerentur. ibid.
- Inter Classes & tribus Romanas discrimen assigna-** tur. p. 183. n. 96
- Clavus.*
- Clavi quibus Christus affixus est cruci, qualiter post** inventionem distributi. p. 285. n. 101
- Clavis.*
- Clavium traditione qualiter adquiratur possessio.** p. 134. n. 46. & seq.
- Claves sunt pars domus, vel horrei, quod illis ob-** feratur. p. 135. n. 47
- Clausula.*
- De Clausula, Ex plenitudine potestatis, remissivè.** p. 63. n. 43
- De Clausula, Ex certa scientia, remissivè.** ibid. n. 44
- Clausulæ consuetæ, licet omittantur, pro expressis** habentur. p. 143. n. 1
- Clausulâ appositâ, ne generalis hypotheca deroget** speciali, an cesset dispositio legis 2. C. de pignorib.
& de hujus constitutionis interpretatione, remil-
sivè. p. 145. n. 14
- Clemens Alexandrinus.*
- De Clementis Alexandrini opusculis differitur.** p. 397 n. 78
- Clericus.*
- Clericus si testetur, debet parentibus legitimam.** p. 348. n. 43
- Clodius.*
- Clodius habitu muliebri se foeminis miscuit, quæ ad** sacrificia solæ convenerant. p. 320. n. 62
- Codicillus.*
- Codicillos nemo facere valet qui testari prohibe-** tur.
- Colonus.*
- Colonus an teneatur fructus fundi potius vendere** domino locatori, quam alii? p. 120. n. 34
& seq.
- Utrum Colono dominus solvere debeat pretium** etiam exorbitans, quod alius pro fructibus offert.
ibid. n. 37
- Comitia.*
- Comitia Romanorum fuere in triplici differentia.** p. 171. n. 22
- Commercium.*
- In Commercio aliquid esse quando dicatur.** p. 195. n. 1
- Commodatarius.*
- Commodatarius nullo modo possidet.** p. 127. n. 29
- Commodatarius tenetur de levissima culpa.** ibid. n. 30
- Commodatarii morte non expirat commodatum.** ibid. n. 31
- Commodatarius utens re commodata ad alium** usum invito commodante, furtum committit.
ibid. n. 32
- Utrum si ex ea causa furti damnetur, infamiam con-** trahat? ibid. n. 35. & 37
- Com-

& Verborum.

- Commodatarius bona fides excusat à furto propter usum non permissum, sed non à præstatione mercedis. ibid. n. 35. Utrum præsumatur bona fides? ibid. n. 36**
- Commodatarius excedens in usu rei commodatæ, non damnatur furti, sed pœna arbitraria, ex benignitate. p. 128. n. 37**
- Commodatarius etsi credat se invito domino uti re commodata, furtum non committit, si verè dominus assentiretur sciens. ibid. n. 38**
- Commodum.*
- Commodum ex improbitate sua nullus debet reportare. p. 26. n. 91**
- Commodum reportat, qui rem desideratam etiam iusto pretio consequitur. ibid.**
- Concessum.*
- Concesso quod est plus, quod est minus concessum censetur. p. 117. n. 17**
- Concessum ad beneplacitum, an decedente eo qui concessit, expiret, ex circumstantiis debet judicari. p. 125. n. 14**
- Concessum, aut iussum ad voluntatem Magistratus, munere deposito, cessat. ibid.**
- Concessum ad voluntatem, morte civili concedentis non extinguitur. p. 125. n. 17**
- Concesso quod est plus, quod minus est etiam censetur indultum. p. 352. n. 66**
- Concilium.*
- Concilium generale, vel provinciale an possit errare circa Fidei dogmata. p. 249. n. 56**
- De Concilio generali Florentino. p. 250. n. 57**
- De Conciliis quatuor generalibus ac præcipuis. p. 266. n. 1**
- Conciliorum divisio traditur. p. 267. n. 2**
- Concilia nationalia quæ sint. ibid. n. 3**
- Conciliorum generalium & localium distinctio referatur. ibid. n. 4**
- De Conciliorum origine. ibid. n. 5**
- De Concilio Nicæno. ibid. n. 6. & seqq. & ibid. n. 20. & seqq.**
- In Concilio Nicæno quot canones editi. p. 269. n. 25**
- De Concilio generali Constantinopolitano. ibid. n. 26. & seqq.**
- De Concilio generali Ephesino. p. 270. n. 34. & seqq.**
- De Concilio generali Chalcedonensi. p. 271. n. 41 & seqq.**
- Conciliorum quatuor priorum laudes, veneratio, & auctoritas quanta. p. 272. n. 51**
- Concilium nullum aliud generale præter quatuor præcipua habitum est ante Gelasium I. ibid. n. 52**
- De Conciliis omnibus hucusque celebratis, remissivè. p. 273. & seq. n. 53**
- Concilia etiam generalia non ligant ubi recepta non sunt, nisi quoad Fidei dogmata. ibid. n. 54**
- Concilia generalia non recipientes peccant, sed non successores eorum post decennium. ibid. n. 55**
- Conciliorum auctoritas à Summo Pontifice dimanat. p. 279. n. 49**
- Conditio.*
- Conditio deterior alteri per alterum fieri non debet. p. 8. n. 51**
- Conditio contrahendi matrimonium cum nobili an impleatur si conjux generosum patrem habuerit, matrem verò plebejam. p. 190. n. 136**
- Conductor.*
- Conductor sterilitate emergente integram pensionem, aut omnes quos perceperit fructus locatori præstare debet de jure regio. p. 45. n. 46**
- Conductor quibus de causis soleat re locata non uti. p. 209. n. 1**
- Conductor quando liberetur à solvenda pensione, si re locata uti non valeat. p. 210. n. 2**
- Conductori e domo conducta migranti ob metum lemorum pensio remittitur. ibid. n. 3**
- Conductor nuntiare tenetur recessum locatori, & bona inde amovere. ibid. n. 4**
- Conductor recedens à fundo vel æde locata propter lemures, pestem, aut bellum, his cessantibus an cogatur pro residuo tempore locationis pensionem solvere. ibid. n. 6**
- Conductori non remittitur pensio, si facile credens famæ ortæ à personis fide non dignis, quod lemures versentur in æde, migret ab ea. ibid. n. 7**
- Confessio.*
- Confessio facta tormentorum metu à foemina quæ ob prægnantiam torqueri non poterat, illi non nocet. p. 202. n. 18**
- Congiarium.*
- Congiararia, sive Imperatoriæ largitiones illi duntaxat capiebant, qui in tribus descripti reperiebantur. p. 184. n. 103**
- Consequens.*
- Consequens qui vult, vult & antecedens, quod necessariò præcedere debet. p. 134. n. 43**
- Consequenti concessio, & quod antecedere debet, concessum intelligitur. ibid.**
- Constantinopolis.*
- Constantinopolitanam ad Ecclesiam post Romanam primatus spectat. p. 263. n. 167**
- Constantinus Magnus.*
- Constantinus Magnus prohibuit Crucis patibulum. p. 208. n. 37. Aliaque in cultum S. Crucis instituit. ibid. n. 38**
- De Constantino nonnulla adnotantur. pag. 268. n. 12**
- Constantinus quinquennialia, decennialia & vicennialia celebravit. p. 267. & seq. n. 15. 16**
- De Constantini Baptismo. p. 283. n. 80**
- De Constantini donatione, quam fecit Ecclesiæ. ibid. n. 84**
- Constantinus Basilicam construxit Constantinopoli in honorem B. Petri. p. 318. n. 42**
- Consuetudo.*
- Consuetudo valet, ut marito præstetur annua certa quantitas juxta summam dotis, donec ista solvatur. p. 11. n. 76**
- De Consuetudinis abrogatione per legem. p. 106. n. 15. & seqq.**
- Consuetudo per legem damnatur, prohibetur & abrogatur. ibid. n. 16**
- Consuetudo introduci potest adversus legem prohibentem illam in futurum, mutatis circumstantiis, ac ex nova causa, vel antiqua, quæ latuit legislatorem. p. 106. n. 19**
- Consuetudo ut derogat legi, ac pro lege habeatur, qualis esse debeat. ibid. n. 20**
- Si Consuetudinem abroget lex, an immemorialis sublata intelligatur? p. 107. n. 23. & seqq.**
- Consuetudinem lex prohibens, etiam immemorialem abrogat. ibid. n. 24**
- Consuetudo adhuc immemorialis abrogata censetur, quando est valdè perniciofa, ac damnabilis. ibid. n. 25**

Index Rerum omnium,

- Consuetudinem ubi lex prohibet, etiam immemoriam excludit. ibid. n. 26
- Consuetudo lucrandi distributiones quotidianas absque interessentia, & etiam in futurum, introduci nequit. ibid. n. 27. Quibus de causis ea consuetudo sustineri posset. ibid. n. 28. Subsistet ex assensu Pontificis. ibid. n. 29
- Consuetudo non derogat juri divino, aut naturali, dum minuit, vel tollit poenas jure positivo stabilitas adversus crimina, quæ illo prohibentur. p. 113. n. 75
- Contrahere, & Contractus.*
- De Contractu societatis, qui sub se triplicem continet. p. 21. n. 36. & seqq.
- Contractus in dubio censuialis, non emphyteuticus judicabitur. p. 68. n. 6
- Contractus dubius interpretatur primò ex consuetudine contrahentium, secundò ex regionis usu. p. 93. n. 15.
- Contractus sic debet interpretari, ut obligatus magis relevetur. ibid. n. 18
- Contractus census reservativi magis similis est permutationi, quàm venditioni. p. 93. n. 17
- De Contractu pignoratitii natura est, quod creditor, debito non soluto, pignus vendere possit. p. 145. n. 17
- Ad Contrahendum, nisi ex causa publica, nullus compellitur. p. 115. n. 1. Nec ob augmentum gazophylacii regii, aut publici ærarii. ibid. & seq. n. 2
- Ubi de Contrahentium mente non ambigitur, pacta adversus substantiam contractus rejiciuntur. p. 127. n. 28
- Correlativum.*
- Correlativorum eadem est ratio. p. 346. n. 33
- Covarruvias.*
- D. Covarruvias tuetur Autor à calumnia, p. 287. n. 58. Iterum defenditur. p. 327. n. 21
- Creditor.*
- Creditor tenetur fructus pignoris in sortem computare p. 5. n. 27. Limitatur hoc. p. 6. n. 36
- Creditor cui relictum est per sceneratorem, quod per usuram quæsivit, an habeat hypothecam. p. 34. n. 55
- Creditor ex usuris nullum habet privilegium quoad revocatoriam, sed cæteris cœquatur. p. 34. n. 57
- Creditor ex actione personali quando valeat in fraudem alienata revocare. ibid.
- Creditorum defuncti in bonis hæreditariis præponuntur legatariis. p. 36. n. 68
- Creditor qui stipulatur annuam quantitatem pro interesse, probare debet in judicio tantum de patrimonio diminutum, quantum est promissum. p. 43. & seq. n. 34. Et quid in foro conscientiae. ibid. n. 36
- Creditor ut possit agere hypothecaria in tertium possessorem, prius debet excutere bona debitoris. p. 72. n. 44. Quid si cum hypotheca jungatur pactum de non alienandò. p. 73. n. 54. Et quid in censu. ibid.
- Creditor hypothecarius agit in solidum contra possessorem cujusque rei, aut partis ex bonis obligatis. ibid. num. 59. Fallit in legatario. ibid. & seq. n. 62. Non liberatur possessor, soluta æstimatione rei possessæ, nisi integrè debitum persolvatur. ibid. n. 60
- Creditor utens pignore, furti tenetur, & qualiter puniatur. p. 127. nu. 34-35. & 37. Et quando furtum non committat. ibid. n. 35
- Creditor habens generalem, & specialem hypothecam, nequit agere ad bona generaliter obligata, in præjudicium posteriorum creditorum, nisi excussione præmissa in speciali hypotheca. p. 143. n. 1
- Creditor hic probare debet, quod specialis hypotheca non sufficit ad sui crediti satisfactionem. ibid. n. 2
- Creditori posteriori competit beneficium legis 2. *C. de pignor.* licet res obligata debitoris à quocunque possideatur. ibid. n. 3.
- Creditor posterior jுவatur dicta lege, sive specialem, sive generalem habeat hypothecam. p. 144. n. 4
- Creditori agenti ac rem generaliter obligatam non objicitur dicta lex 2. à debitore, vel hærede illius. p. 144. n. 7
- Creditor convenire valet quemvis ex hæredibus debitoris in solidum possidentem, vel unam rem ex obligatis. ibid. n. 8
- Creditor qui plura bona habet obligata, quàm posterior, cogi non potest ut prius excutiat bona sibi soli obligata. ibid. n. 9
- Creditor si habeat bona libera, & vinculata obligata cum facultate regia, an teneatur hæc excutere antequam ad illa perveniat, quæ solum secundo creditori sunt hypothecata? ibid. n. 10
- Creditor ex causa dotis utrum subjiciatur dispositioni legis 2. *C. de pignor.* ibid. n. 11
- Creditori agente hypothecaria, tertius possessor impedire non valet rei subhastationem, qui citari debet propter jus offerendi quod habet. p. 145. n. 15
- Creditor non compellitur, ut partem debitæ quantitatis accipiat. ibid. n. 16
- Creditor quod jus habeat ad vendendum pignus, debito non soluto. ibid. n. 17. Vendens pignus transfert in eumentem quod non habet, dominium. ibid.
- Creditori debitum offerente malæ fidei possessore, venditio impeditur. ibid. n. 18
- Creditor ex causa onerosa in concursu est melioris conditionis quàm agens ex lucrativa p. 149. n. 25. Agens hypothecaria probare debet, rem fuisse in bonis debitoris, ut superet tertium possessorem. p. 150. n. 32
- Cretio.*
- Cretionum observatio jam diu abiit in desuetudinem. p. 220. n. 1
- Cretionis verbo omnis hæreditatis acquisitio continetur. ibid. n. 2
- Cum cretione hodie si fieret institutio, solemnibus omissis, hæreditas adiri posset. ibid.
- Cretionum formulæ, remissivè. ibid. n. 3
- Cretio quid significet. ibid. n. 4
- Cretio ad extraneos hæredes, non ad suos pertinebat. ibid. n. 5
- Per Cretionem inutiliter instituebatur qui loqui non valebat, ut mutus, & surdus. p. 221. n. 6
- Cretio inter legis actionis numeratur. ibid. n. 7
- Cretionis verba coram testibus præferri debebant. ibid.
- Cretionis continuæ & vulgaris discrimen. ibid. n. 8.
- Cretionis imperfectæ effectus quoad substitutum. ibid. n. 9
- Cretionis verbum multipliciter usurpatur, & præcipuè in jure pro acquisitione hæreditatis. ibid. nu. 11. Id unà cum solemnitatibus est omni-

& Verborum.

- omnino sublatum. ibid.
 ad Cretionem non pertinere jura quædam ostenditur. ibid. n. 16
- Crucifer, Crucifixio, & Crux.*
- Qualiter rei crucifigerentur. p. 205. n. 13
 Crucifigi solebant etiam fœminæ ob delicta apud Romanos. p. 208. n. 35. Excipiebantur virgines, quæ prius à carnifice prostitutæ illi pœnæ subiciebantur. ibid.
 Crucifixi sunt aliqui post mortem. p. 207. n. 33
 Crucis mors olim turpissima. p. 204. n. 5
 Crux pro furca, & omni cruciati, aut labore usurpatur. p. 207. n. 11
 Crux acerrimum supplicium, ignisque supplicio acerbior ob durationem. ibid. n. 14
 In Cruce reus relinquere post Solis occasum Hebræis non licebat: aliud Romani observaverunt. ibid. n. 14
 De Crucis supplicio varia sacræ Paginæ testimonia recensentur. ibid. n. 15
 Crucis pœna apud omnes gentes in usu fuit, & unde originem traxerit. ibid. n. 17
 Crucis verbi etymologia. p. 206. n. 18
 Crucis signum litera T, demonstrat. ibid. n. 18
 Crucem homo corpore repræsentat. ibid. n. 20
 Crucis ac crucifigendi variæ formæ. ibid. n. 23
 In Cruce rei solebant aliquandiu supervivere. ibid. n. 25
 Crux vocabatur palus acutus, quo rei per medium corpus transfigebantur. ibid. n. 26
 Crucis patibulum detestabile ac ignominiosum. p. 207. n. 32
 Crux quanto altior, tanto turpius supplicium. ibid. n. 33
 Crucis patibulum fervorem fuit proprium. ibid.
 Crucis mortem aliquando Nobiles sustinuerunt. p. 208. n. 34
 De Crucis veneratione ac pœnis in contemptores ejus stabilitis. ibid. n. 36
 S. Crucis signum ex quo Constantino apparuit, apud Romanos coli cœpit. ibid. n. 38
 Crucis signum etiam ante Domini Passionem salutem & fœlicitatem denotabat. ibid. n. 39
 Ezechielis locus ad rem hanc expenditur. p. 209. n. 40
 De S. Crucis Inventione. p. 285. n. 95. & seq.
- Culpa.*
- Culpam timere, ubi nulla subest, bonorum est mentium. p. 335. n. 80
- Cultus.*
- Cultus debiti Deo obligationem nulla humana potestas tollere valet. p. 315. n. 22
- Curator.*
- Curatores non minus quam tutores ad usuras seu interesse pro pecunia minorum tenentur. p. 18. n. 12
- Curetes.*
- Curetes quando ad civitatem Romanam admitti. p. 164. n. 7
- Curia.*
- Curia Romanæ unde dicta. p. 164. n. 6
 In Curia descripti non omnes jus suffragii habebant. ibid.
 Curia an à fœminis Sabinis denominarentur. p. 164. n. 8
 Curia solum refertur ad personas, vel ad jus suffragii. p. 165. n. 10
 Curiarum quarundam nomina. p. 168. n. 18
- B. Cyprianus.*
- B. Cypriani vita & scripta. p. 274. n. 6
- B. Cyrillus.*
- B. Cyrilli opera & vita. p. 277. n. 27
- D**
- Dæmon.*
- D**æmones incubi & succubi hominibus ad turpitudinem deserviunt. p. 198. n. 14
 Dæmones nobis minimè nocere possunt, nisi Deo concedente. p. 211. num. 8. Præ odio homines cunctos extinguerent, nisi à Deo coercerentur. ibid.
 Dæmon sæpe mittitur à Deo ad plectenda hominum facinora. ibid. n. 10. Traduntur exempla. ibid. n. 11.
 Dæmon juxta Dei voluntate homines prosequitur, sed ex propria malitia & odio perperam operatur. p. 212. n. 12
 Dæmon homines spiritualiter & corporaliter Deo volente vexat. ibid. n. 13. Etiam justos. ibid. n. 14
 Dæmon Deo permittente plura edit, quæ miraculosa nobis videntur. ibid. n. 15
- Daphne.*
- Daphne est locus Ægypti juxta Pellusium, qui inde Daphne Pellusii nuncupatur. p. 214. n. 8
- David.*
- David an omnes 150. psalmos scripserit. p. 247 n. 35
- Debellatus.*
- Debellati ac armis subiecti populo Romano nequibant cives esse Romanæ aut alterius cujuscunque civitatis. p. 178. n. 70
- Debitor.*
- Debitor quantitatis respectu certæ speciei, ista perempta, liberatur. p. 74. n. 68
- Decennalia.*
- Decennalia Constantinus Magnus celebravit. p. 267. n. 16. Unde originem duxerint. ibid. n. 17
 De Decennialibus Augusti. ibid. n. 18
- Decimatio.*
- Decimatio pœna fuit militaris apud Romanos. p. 235. n. 45. Quare inventa. ibid. n. 45
 Decimationis exempla. p. 236. n. 48
- Decretales.*
- Decretales epistolæ quæ dicantur, & quantæ illarum auctoritas. p. 279. n. 46
- Decretum.*
- Decretum Gratiani in Academiis insignibus publicè legitur. p. 223. n. 3
 Jussu Pontificis est emendatum, & expurgatum. ibid. n. 4
 De ejus auctoritate. ibid. n. 5. & seqq.
 Decreto insertæ sententiæ sanctorum Patrum quantum auctoritatis habeant. ibid. n. 6
 Decretum quare publicè legatur in Academiis. ibid. n. 7
 Decreti capita, quorum inscriptio est *Palea*, cujus auctoris & auctoritatis sint. p. 224. n. 12
 Decreti locus emendatur. ibid. n. 13
- Dedititius.*
- Dedititii qui fuerint, & unde sic dicti. p. 177. n. 65
 Dedititii non poterant per manumissionem effici cives Romani.
 Dedititia libertas ante Justinianum sublata est. p. 178. n. 66
 De dedititorum statu & conditione, & an verè liberi fuerint. ibid. n. 67
 Dedititii non cogebantur manumissoribus servire. ibid.

Index Rerum omnium,

- ibid. num. 68. In pluribus similes erant servis. ibid.
- Dedititii** non poterant esse cives alicujus civitatis. ibid. num. 70. Non erant melioris conditionis quam Latini p. 179. num. 71. Testari prohibebantur. ibid.
- Dedititii** in odiosis veniunt Latinorum nomine. ibid. n. 72
- Dedititiis** non est concedendum quod Latinis denegatur. ibid.
- Dedititorum liberi** cujus essent conditionis. ibid. n. 74
- Dedititii** per justam manumissionem non poterant fieri cives Romani: secus Latini. p. 180. n. 78
- Dedititiis** omnis ultima dispositio vetita fuit. p. 181. num. 84
- Delegare, & Delegatus.*
- Delegatus** quando valeat post mortem delegantis in casu procedere. p. 126. n. 20
- Delegatus** non propria, sed delegantis utitur jurisdictione. ibid. n. 21
- Delegare** quasunque causas, liberum est Principi. p. 154. n. 5
- Magistratibus** utrum liceat causas meri imperii delegare? ibid. & n. 7. 10. & p. 155. n. 15
- Delegari** an possint causæ mixti imperii. p. 154. n. 6
- Delegare** valet Episcopus causas meri imperii, de quibus ratione dignitatis jure cognoscere permittitur, & quæ Ordinem Episcopalem desiderant, alicui Episcopo demandare. ibid. n. 10
- Quoad** Delegationem causarum num inter Jus Pontificium, ac Cæsareum aliquod reperiatur discrimen? p. 155. n. 15
- Delegari**, aut subdelegari an possit nudum ministerium? ibid. & seq. n. 17. 19. & 24
- Delegari** nequeunt causæ, quæ Magistratibus nominatim, & specialiter lege deferuntur, tametsi ordinariam exercent jurisdictionem. ibid. n. 18
- Delegato Principis** non permittitur nudum ministerium subdelegare. ibid. n. 19. & p. 156. n. 24
- Delegata** per Pontificem causæ cognitione cum facultate absolvendi, utrumque poterit subdelegari. ibid. n. 22
- Delegatus Principis** nequit subdelegare, quoties apparet electa industria personæ: quod in dubio non præsumitur. ibid. n. 22
- Delegari**, vel subdelegari potest voluntaria jurisdictione competens ratione muneris ex lege, aut Principis privilegio, nisi actus ejus sit qualitatis, ut per alium expediri non possit. ibid. n. 23
- Delegato** per rescriptum Principis actu voluntariæ jurisdictionis, delegatus subdelegare non valet. ibid. n. 24
- Delegatus** per inferiorem an possit voluntariam jurisdictionem exercere extra territorium delegantis? p. 158. n. 38
- Delegatus** à Principe etiam absque causa subdelegat. p. 159. n. 43. & 45
- Delegatus** ad reservata Principi non subdelegat. ibid. n. 43
- Quid** si Princeps aliquid de reservatis sibi committat, ut perpetuo maneat annexum dignitati, vel muneri delegati. ibid. n. 44
- Delegatus** ab inferiore nequit subdelegare: & quid postquam cœpit cognoscere. ibid. n. 45
- Delegare** non valet judex conservator. ibid.
- Nec** ille, cujus arbitrio aliquid committitur, ibid.
- Delegatus** à Legato Sedis Apostolicæ, num valeat subdelegare? p. 159. n. 46
- Delegatus** à Legato Sedis Apostolicæ differt à Legato Proconsulis. ibid. n. 47
- Delegatus** ab inferiore quando valeat subdelegare. p. 160. n. 50. & 53
- Delictum.*
- Delicta** mixti fori quæ dicantur, & de illis remissivè. p. 29. n. 7
- Delictum** in genere probatur singularibus testibus, non in specie. p. 32. n. 33
- Delictum** si probetur in genere per testes singulares, utrum poenâ ordinariâ puniri possit. ibid. n. 34
- Delictum** parentum liberis obesse non debet. p. 179. n. 73
- Delictum** in dubio non præsumitur. p. 196. n. 7
- Delictum** sine animo & voluntate non patrat. p. 246. n. 24
- Depositarius.*
- Depositarius** licet percipit mercedem pro custodia. p. 23. n. 59
- Depositarius** per usum rei depositæ furtum committit, ac infamiam incurrit damnatus: & quid in praxi de æquitate servetur. p. 127. & seq. n. 33. 35. & 37.
- Non** committit furtum, si re deposita utatur putans dominum præmissurum, si scivisset, quamquam fallatur. ibid. n. 35
- Quoad** actionem civilem bona fides non excusat. ibid. n. 37
- In** Depositario utente re deposita an ista bona fides præsumatur? ibid. n. 36
- Depositarius** utens re deposita; poena extraordinaria coercetur. ibid. n. 37
- Deus.*
- Dei** judicia nobis perscrutari non licet. p. 211 n. 9
- Dei** opera semper sunt justa censenda, quanquam aliud nobis falso videatur. ibid.
- Deus** ut autor naturæ ab omni creatura rationali agnoscitur solo naturæ lumine. p. 314. n. 16
- Deum** colere actibus externis jure naturali tenemur. ibid. n. 17
- Ad** Deo cultum reddendum nullum jure naturali tempus est præscriptum. ibid. n. 18
- Dicis causâ.*
- Dicis** causâ quid significet. p. 215. n. 4. & p. 216. n. 16. & seq.
- Dies.*
- Dierum** divisio apud Romanos in festos, profestos & intercios. p. 311. n. 2
- De** diei Dominicæ observatione ac prærogativis. p. 315. n. 25. & seqq.
- Dies** quem Christiani Dominicam dicunt, ab Hebræis prima Sabbati vocabatur. p. 316. n. 28
- De** dierum hebdomadæ nominibus. p. 321. n. 29
- De** diei Dominicæ institutione. ibid. n. 30
- Diei** Dominicæ institutio an sit de jure divino. ibid. n. 31
- Diei** Dominicæ festum an per Pontificem tolli possit. p. 317. n. 34. Quid de consuetudine. ibid. n. 35
- In** Diebus Dominicis utrum tempus viginti quatuor horarum consuetudine tolli possit. ibid. n. 36
- Dies** obitus Sanctorum natalitia vocantur. p. 318. n. 48
- Dierum

& Verborum.

- Dierum festorum initium ac finis debet juxta loci consuetudinem observari.** p. 319. n. 49
- Dies triplex Hebræis fuit.** ibid. n. 50
- De dierum variis principiis apud diversas gentes.** ibid.
- Dies naturalis, civilis, & artificialis, qui sunt.** ibid. n. 51
- Dies Ecclesiasticus à qua hora incipiat.** ibid. n. 52
- Dies quibus abstinendum est ab esu carniùm à qua hora inchoentur.** p. 320. n. 54
- Dies quoad observationem festorum incipiunt à media nocte.** ibid. n. 55
- Dies qui à media nocte in mediam noctem durat, civilis dicitur.** ibid. n. 57
- Die Dominica an liceat jejunare.** p. 330. n. 41
- De diei partibus, earumque nominibus, remissivè.** p. 331. n. 48
- Dignitas.*
- Dignitatis etiam superioris obtinens prærogativas ex privilegio, clarissimus duntaxat dicebatur.** p. 195. n. 193
- Diluvium.*
- Diluvium universale quando contigerit.** p. 108. n. 23.
- Quo anni tempore inceperit ac cessaverit.** p. 309. n. 34
- Dis.*
- Dis in singulari pro divite accipitur.** p. 216. n. 12
- Dispositio.*
- Dispositio hominis juri conformis præsumitur.** p. 100. n. 9
- Dispositio odiosa si juri communi consonet, late debet interpretari.** p. 159. n. 43
- Dispositionum humanarum rationalium ratio sæpè nos latet.** p. 211. n. 9
- Distributio.*
- Distributionum quotidianarum definitio.** p. 104. n. 1
- Utrum expediat, quod in Ecclesiis insituantur.** ibid. n. 2
- Vocantur Beneficia manualia, seu victualia.** ibid. n. 3
- Non sunt, nec dicuntur fructus Beneficii, & quando secus.** p. 104. n. 4. & 6
- Distributionum mentionem in impetratione Beneficii facere necesse non est.** p. 105. n. 5
- Distributiones lucrari potest Beneficium ante Fidei professionem, non fructus.** ibid. n. 6
- Distributiones retinere potest qui damnatur ad fructuum restitutionem.** ibid.
- Distributiones non percipit absens, licèt sit dispensatus, ut in absentia fructus lucretur.** ibid.
- Ut Distributiones capiat qui Divinis non interest, consuetudine fieri non potest, nisi ex rationabili causa introducatur.** ibid. n. 7. Declaratur hoc. p. 106. n. 13
- Utrum Distributiones remittere liceat per interessentes (quibus accrescunt) eis qui abunt? Et quid possit consuetudo.** p. 105. n. 8
- Distributiones non quærit absens ex justa causa, quanquam fructus percipiat: quod limitatur.** ibid. n. 9
- Distributiones non lucretur, qui choro non interest, quibuslibet consuetudinibus non suffragantibus: sed limitatur.** p. 106. n. 14
- Quoties in distributionibus quotidianis omnis utilitas Beneficii consistit, hæ fructuum naturam faciunt.** ibid.
- Ex Distributionibus an duplex portio debeatur obtinenti simul Præbendam cum Canonatu?** p. 107. n. 30. & seqq.
- Distribuciones, quas non lucretur absentes, cui cedant.* p. 108. n. 33. & seq.
- Distribuciones qualiter lucretur, qui in diversis Ecclesiis duplici fruatur Beneficio.** ibid. n. 35
- Distribuciones, quibus privantur non interessentes, an accrescant his, qui in absentia illas ex privilegio, aut dispensatione lucretur.** p. 108. n. 36
- Distribuciones Ecclesiæ cedunt, quoties nullus ex Beneficiariis assistit Divinis.** ibid. n. 37
- ad Distributiones acquirendas qualis assistentia desideretur.** ibid. n. 38
- Distribuciones de jure debentur infirmis.** ibid. n. 39.
- Qualis infirmitas ab interessentia excuset.** ibid. n. 40. Declaratur. p. 109. n. 48
- ut Distributiones lucretur infirmus, necesse est quod ante infirmitatem assueveret interesse Divinis.** ibid. & seq. n. 45. & 47. Consuetudine stabiliri potest, ne ægrotis distributiones præstentur. ibid. n. 46
- Distribuciones debentur illis, qui ob aliquam corporis necessitatem choro interesse non valent.** ibid. n. 49. An in loco Ecclesiæ residere teneantur? p. 110. n. 50
- Distribuciones an capiat absens pestis metu?** ibid. n. 51
- Lucretur à civitate absque justa causa ejectus.** ibid. n. 52. Quid de carcerato. ibid. n. 53. 54. & 55. Quid de excommunicato. 112. n. 56. cum seqq. Quid de suspensio. p. 111. n. 59
- Distribuciones debentur non interessentibus, quia Ecclesia polluta est, vel interdicta.** p. 110. n. 57. & 59
- Distribuciones lucrari ex quibusdam causis licet absentibus.** p. 111. n. 58
- Distribuciones non denegantur minori excommunicatione innodatis, si Divinis intersint, ut possunt.** ibid.
- Distribuciones quomodo restituendæ excommunicato injustè.** ibid. n. 60
- Debent sequestrari, donec causa decidatur.** ibid.
- ut Distributiones integrè percipiat qui non omnibus horis assistit, sed quibusdam, an possit introduci consuetudine?** p. 112. n. 68
- Distribuciones capiunt nonnulli absentes ratione muneris.** ibid. n. 69
- Dives.*
- Divites ad erogandas pauperibus elemosynas in foro externo compelli possunt, & qua actione petantur.** p. 119. n. 25. & seq. Quid in praxi servetur. ibid. n. 28
- Divites tenentur in foro animæ egenis subvenire.** ibid. n. 27
- Divites utrum satisfaciant huic obligationi per mutuum?** ibid.
- Dolabra.*
- Dolabra quid significet apud Consultum.** in l. 3. §. Sciendum, ff. de offic. Præf. vigil. p. 196. n. 4
- Dominium, & Dominus.*
- Dominium, seu proprietas regulariter ex titulo solo non quæritur, nisi subequatur traditio: fallit in Ecclesiastico Beneficio.** p. 127. n. 1
- Dominii jus omnium creditorum in concursu actiones, & privilegia suffocat.** p. 150. n. 31
- Dominus non tenetur vendere servum cui libertas data est, nisi servum communem uni ex dominis liberum esse velit, nam alter vendere cogitur partem suam.** p. 121. n. 47

Index Rerum omnium,

Donare, & Donatio.

- Donare an valeat manifestus usurarius causâ mortis, non servata formâ capitis *Quaquam, de usur. in 6.* p. 37. n. 80
- Non Donat qui jure cogente Beneficium confert. p. 129. n. 5
- Donatio bonorum omnium præsentium, ac futurorum jure communi an subsistat? p. 99. n. 1
- Donatio omnium bonorum utrum jurejurando firmetur? ibid. n. 2. & seq.
- Donatio omnium bonorum, reservato usufructu, an valeat. ibid. n. 4. & p. 100. & seq. n. 10. p. 101. n. 18
- Quid si reservetur restrictè, ut solum inter vivos donator de fructibus disponat. p. 100. n. 11
- Quid si dictum sit, ut in vitâ disponere possit. ibid. & seqq.
- In Donatione, & cæteris obligationibus sic verba debent interpretari, ut quantum minus possit, gravetur obligatus. ibid. n. 12
- Qui Donavit omnia bona, reservato usufructu, ut in vita disponat, si intestatus decesserit, fructus quos reliquerit, ad hæredes ejus, non ad donatarium spectant. p. 100. & seq. n. 12. & 15. Quid si Ecclesiæ bona omnia donentur. p. 101. n. 15. & seqq.
- Ut Donatio bonorum omnium cum reservatione usufructus subsistat, opus est quod fructus præter alimenta quantitatem reddant, de qua donator possit testari: & quanta esse debeat, judicis arbitrio relinquatur. p. 101. & seq. n. 18. & 20
- Donatio eadem sustinetur, si donator partem sufficientem reservet arbitrio judicis, ut testetur. p. 101. n. 19. & 20
- Donatio semel jure facta non retractatur, etsi sub tempus mortis donator nulla habeat bona, de quibus disponere possit. p. 102. n. 12
- De Donatione bonorum omnium, remissivè. ibid. n. 22
- Donatio omnium bonorum præsentium de jure communi sustinetur. ibid. n. 23. Secus de jure regio. ibid. n. 24
- Donatio omnium bonorum præsentium de jure regio non improbat, si usufructus reservetur. ibid. n. 25
- Donatio omnium bonorum, sive Regio, sive Cæsareo jure vendita, prorsus est irrita, ita ut nulla ex parte subsistat. ibid. n. 26
- Donatio hæreditatis nullo jure vires obtinebit. p. 102. n. 27
- Donatio omnium bonorum quando jure Regio consistat. ibid. n. 28
- Donatio ante acceptationem potest liberè revocari. p. 129. n. 5.
- Donata uni ex conjugibus de jure regio non fiunt utriusque. p. 148. n. 14
- Dos.*
- Dos pro oneribus matrimonii constituitur. pag. 8. n. 52
- pro Dote, aut donatione propter nuptias an liceat alienare, vel obligare majoratus bona? p. 64. n. 50. & seqq.
- Ad Dotis restitutionem bona fideicommissi possunt obligari, seu alienari. p. 65. n. 58. Et quid si dos fuerit confessata. ibid. n. 59. Ampliatur. ibid. n. 60
- Pro Dote augenda locus non est alienationi bonorum fideicommissi. ibid. n. 61
- Propter Dotem non devenitur ad alienationem

- bonorum fideicommissi, nisi deficientibus liberis. ibid. n. 62
- Quod ampliatur, etsi expressim alienationem fieri jubeat causâ dotis testator. ibid. n. 62
- Pro Dotis confessatæ restitutione an alienentur fideicommissi bona. ibid.
- Dotis causâ non licet alienare, ubi ex contractu provenit alienationis prohibitio. p. 66. n. 63
- Dotem, aut donationem propter nuptias si parentes, matrimonio constante, promiserint, de jure Regio ex quibus bonis solvatur. p. 147. n. 11
- Quid si, soluto matrimonio, pater promiserit. p. 148. n. 12. & 13
- Dos primæ uxoris an solvi debeat de bonis in secundo matrimonio quæsitis in præjudicium posterioris conjugis, latè discutitur. p. 149. n. 23. & seqq.
- Dos prior præfertur posteriori, exceptis rebus extantibus ultimæ uxoris. ibid. n. 24
- Pro Dote liberi habent hypothecam cum prælatione. ibid. n. 26
- Dos primæ consortis solvi debet ex bonis acquisitis secundo matrimonio constante cum læsione uxoris secundæ, juxta communem, ac receptam opinionem. ibid. n. 27. Contrarium probatur. p. 150. n. 28. & seqq.

Dubium.

- in Dubiis mediam viam oportet eligere. pag. 345. n. 28

Duellum.

- Duellum ineuntes quibus poenis afficiantur. p. 359. n. 15

E

Ecclesia.

- E**cclesia an gaudeat privilegio, ut quod per alium suâ pecuniâ emitur, acquirat, remissivè. p. 34. n. 54
- Ecclesiæ, res quæ solemniter in emphyteusim est data, ac finita, absque solemnitatibus potest novo emphyteutæ concedi. p. 199. n. 7
- ad Ecclesiam construendam cogitur habens ædificium commune, partem suam vendere socio cupienti ædificare. p. 121. n. 49
- Ecclesia utitur jure minoris, ac debitor ejus absque interpellatione incidit in moram. p. 23. seq. n. 23
- Ecclesiæ auctoritas non provenit à libris canonicis quibus illa probatur, sed à suo institutore Christo. p. 244. n. 13
- Ecclesia dum volumen aliquod canonicum declarat, judicem agit. ibid. n. 15
- Ecclesia nequit novos Fidei articulos instituire. p. 245. n. 19. Quod declaratur. ibid. n. 20
- Ecclesia nequit efficere ut nunc sit propositio hæretica, quæ antea non fuit. ibid. n. 21. Sed limitatur hoc. ibid. n. 22
- Ecclesia non potest errare in Fide. p. 246. n. 29
- Ecclesia Romana dupliciter accipitur. p. 250. n. 138
- Ecclesiæ verbum multifariam usurpatur. p. 260. n. 139
- Ecclesia quo sensu fundata dicatur supra sacras Scripturas. ibid. n. 140
- Ecclesiæ proprietates, seu qualitates. ibid. n. 142
- Ecclesia Catholica cur ita dicta. n. 144. Unica. ibid. n. 145. Et Apostolica. p. 260. n. 146
- Ecclesiæ definitio, seu descriptio. ibid. n. 147
- In

& Verborum.

- In Ecclesia sunt iusti & peccatores. p. 261. n. 152.
- Ecclesia Catholica, quæ est Romana, visibilis est. ibid. n. 151
- Ecclesia potest injungere Fidelibus ut certis diebus jejunium servant. p. 329. n. 32
- In Ecclesia Orientali non jejunabatur Sabbatis Quadragesimæ, & quare. p. 330. n. 40
Edictum.
- De Edicto Trajani circa Latinorum successionem. p. 182. n. 91
Electio.
- Electio ad Ecclesiasticum Beneficium an fieri possit sub conditione, *Si illud vacat.* p. 130. n. 8
Emancipatio.
- Emancipationis, & patriæ potestatis hodie sublata est differentia, manet tamen quoad aliquos juris effectus. p. 346. n. 30
Emerere, Emptio, & Emptor.
- Emerere, aut vendere compellitur nemo. p. 98. n. 31
- Emptor, qui re accepta, pretium non solvit, tenetur ad usuras pretii, seu interesse pro modo fructuum, quos perceperit. p. 40. n. 9
- Emptor propter moram venditoris pretium retinens, fructus ex re empti lucratur. p. 47. n. 67
- Emptor qui partem pretii tradidit, potest à venditore moroso proportionabiliter fructus rei exigere, ac pro illis de annua quantitate pacisci. p. 48. n. 77. Quod declaratur, ibid. & seq. n. 78. & 79
- Emptore non repetente pretium, quia sciens alienam rem evictam emit, an pecunia venditori relinquitur, vel fisco cedat? p. 137. n. 7
- Scientia non præsumitur in eumente. ibid.
- Emptor qui in re, quam sciebat alienam, fecit melioramenta, quas expensas ab evincente domino repetere valet. p. 138. n. 9
- Emptor per venditorem monitus de vitio, seu morbo rei, quanquam ex ea causa amittat, nulla actione juvatur. p. 138. n. 14
- Emptor si in iudicio superet evincentem, quando expensas litis à venditore possit exigere. p. 139. n. 15
- Emptor ut de evictione agere queat, quomodo venditori litem denunciare debeat. ibid. n. 18. & seq.
- Utrum si succumbat in iudicio evictionis, appellare teneatur. p. 142. n. 38. & seq.
- Num interpositam appellationem prosequi debeat. ibid. n. 41
- Emptor victus per sententiam iudicis incompetentis, de evictione non agit. ibid. n. 43
Emphyteusis, & Emphyteuta.
- In Emphyteusim qui rem propriam concedit, dictum retinet dominium. p. 68. n. 3
- Ex Emphyteusim contractu si rem emphyteuta vendiderit, laudemium Domino solvere tenetur. ibid. n. 5
- Emphyteusim à privato concessa, præsumitur in dubio perpetua. p. 93. n. 10. Est sui naturæ perpetua. ibid. n. 11
- De Emphyteusim ad censum non semper argumentum procedit. ibid.
- In Emphyteusim locus retractui non est. ibid. n. 15. limitatur. ibid. n. 19. & seq.
- In Emphyteusim an locus sit retractui. p. 96. n. 15
- In Emphyteusim contractu non transfertur per traditionem dominium, nisi pretio persoluto, aut habita fide de illo. ibid. & seq. n. 20
D. de Faria Nove addit. ad Covar. Tom. II.
- Emphyteuta si rem domino dederit pignori, an fructus computentur in sortem? p. 13. n. 99
- Emphyteuta non solvente per biennium Ecclesiæ canonem, res incidit in commissum: quoad privatos dominos triennii mora desideratur. p. 68. n. 4
- Si domino non præmonito, rem vendiderit, incidit in commissum. ibid. n. 5
- Ut Emphyteuta Ecclesiæ non solvente annuam pensionem per biennium, res non cadat in commissum, consuetudine potest introduci. p. 69. n. 15
- Emphyteuta utrum teneatur fructus ex re emphyteutica perceptos vendere domino, aliis emptoribus concurrentibus? p. 120. n. 36
Episcopus.
- Episcopi, & alii, quibus incumbit, tenentur Beneficia Ecclesiastica muneris ratione conferre. p. 129. n. 5
- Episcopus non est dominus, sed dispensator Beneficiorum propriæ diocesis. ibid.
- Episcopis per Vicarium generalem suam jurisdictionem exercere jure permissum est. p. 155. n. 12
- Episcopus de jure suæ dignitatis ratione absolvere potest ab omni excommunicatione, etiam per legem irrogata, nisi reservetur absolutio. ibid. n. 16
- Episcopus plura delegare valet, quæ intuitu dignitatis specialiter committuntur, & quæ illa sint, remissivè. p. 156. n. 21
- Episcopo licet concedere suo Vicario Generali facultatem ad conferenda Beneficia cum speciali mandato. ibid. n. 25. Nulli alii talem facultatem conferre valet. ibid. n. 26
- Episcopus habet fundatam suam intentionem ad conferenda omnia Beneficia, quæ in propria diocesi vacaverint. p. 157. & seq. num. 33. & 40
- Episcopus valet in aliena diocesi Beneficia suæ conferre, instituire præsentatos, electos confirmare, & alia voluntariæ jurisdictionis agere. ibid. n. 33
- Episcopis an sit permissum in Curia Beneficia diocesis suæ conferre? p. 158. n. 36
- Est vetitum in diocesi non sua exercere Pontificalia, nisi Diocesanus permiserit. ibid. n. 37. Nec propriis subditis Ordines conferre, & quid de prima tonsura. ibid.
- Epistola.*
- De Epistolis B. Pauli. p. 258. n. 124
- De Epistolis Canonicis B. Petri. ibid. n. 128
- De Epistola Canonica B. Jacobi. p. 259. n. 131
- De Epistolis Canonicis B. Joannis Apostoli. ibid. n. 133
- De Epistola Canonica B. Judæ Apostoli. p. 259. n. 136
- Epistola Canonica B. Petri I. cap. 3. vers. 19. intelligitur. p. 397. n. 79
- Epistola Jesu ad Abagarum Regem. p. 299. n. 89
Equitare.
- Equitandi usus à quo inventus. p. 187. n. 11
Vide Laphite.
- Era.*
- De Era Cæsaris. p. 310. n. 41
Error.
- Error facti à poena criminis excusat. p. 246. n. 24
- Error circa venerationem Reliquiarum nunquam diu persistit. p. 282. n. 70
Evangelista, & Evangelium.
- De quatuor sacris Evangelis, & Evangelistis. Bbb 2 p. 256

Index Rerum omnium ,

- p. 256. n. 116. & seqq.
 Evangelia collocabantur super thronum ubi Pa-
 tres ad Concilia generalia habenda conveniebant,
 sicut factum dicitur in Concilio Nicæno. p. 268.
 n. 24
 Evangelia quædam apocrypha. p. 291. n. 27
Eucharistia.
 Ab Eucharistiæ sumptione omnis infidelis prorsus
 alienus est. p. 353. n. 9
 Eucharistia, seu Communio conceditur Fidelibus,
 qui Confirmationis Sacramentum nondum acce-
 perint. ibid.
 Eucharistiam si infidelis percipiat, gravius delinquit,
 quam Fidelis cum peccato lethali ad eam acce-
 dens. ibid.
Eviçtio.
 Eviçtio definitur, & quid verbum *Evincere* signifi-
 cet. p. 137. n. 1
 Eviçtionis actione quid emptor à venditore conse-
 quatur. ibid. n. 2
 Ampliatur ad omnes contractus, ex quibus actio
 eviçtionis competit, & qui sint, remissivè. ibid.
 n. 3.
 De Eviçtione quibus casibus agere emptor non pos-
 sit remissivè. ibid. n. 4
 De Eviçtione non agit, qui sciens rem alienam emit,
 & an pretium repetere valeat. ibid. & p. 139.
 n. 16
 De Eviçtione non agit emptor quoties expressim
 convenit, ne venditor de eviçtione teneatur.
 p. 138. n. 10. Quod limitatur. ibid. Utrum emp-
 tor saltem pretium exigere possit à venditore?
 ibid. & 138. n. 10. cum seqq.
 Quid si convenerit, ne venditor ex certa causa de
 eviçtione teneatur, si ex eadem res sit eviçta?
 p. 138. n. 11. 14. & seqq.
 De Eviçtione non convenitur venditor, cui litem
 motam emptor non denunciavit. p. 139. n. 16.
 Ampliatur. ibid. num. 17. Fallit in minore, qui
 emit, si aliunde venditor scientiam litis obti-
 nuit. ibid. n. 20. Quid in Ecclesia emente. ibid.
 n. 21. Quid in fisco. p. 140. n. 22
 De Eviçtione tenetur venditor, cui lis denunciata
 non est, si juramento promissit, se defensurum
 emptorem, modò litem motam non ignoret
 p. 140. n. 26. Aliud erit juris si tantum jureju-
 rando contractum corroboraret. ibid. n. 27
 Eviçtionis remedium conceditur emptori, etsi
 venditori non denunciaret, si ostenderit, rem ju-
 ste eviçtam, venditoremque prorsus bono jure
 carere. p. 140. n. 28
 Similiter conceditur absque denunciatione quan-
 do venditor se obligavit ad eviçtionem quo-
 modolibet contingentem si alias litis notitiam
 habeat. ibid. n. 29. & 32
 De Eviçtione an teneatur venditor, si per arbitro-
 rum sententiam res eviçta sit. ibid. n. 30. & seqq.
 Ut de Eviçtione agere valeat emptor, in quo statu
 litis monere debeat venditorem. p. 141. n. 38
 & seqq. Quid de jure regio. ibid. n. 35
 Eviçtionis auxilio an gaudeat emptor ex contuma-
 cia superatus. ibid. n. 36
 De Eviçtione non agit emptor, qui à sententia non
 provocavit, nisi venditor tempore pronuncia-
 tionis adesset. ibid. n. 37. Item si per imperi-
 tiam, aut iniquitatem judex injuste damnet
 emptorem. p. 142. n. 42. & 46. Quod limitatur.
 ibid. n. 43
 Quid si odio venditoris perperam judicetur. p. 143.
 n. 45.
 De Eviçtione fusè qui egerint. ibid. n. 47
Eusebius.
 De Eusebii historia. p. 287. n. 114. & p. 296.
 n. 68
Exceptio.
 Exceptio firmat regulam in contrarium. p. 139.
 n. 15
 Exceptio debet esse de regula. p. 148. n. 14
Exclusio.
 Exclusio sceminarum à primogeniorum successione,
 an favorabilis, vel odiosa? p. 60. n. 13
Excommunicatio.
 Excommunicatione majori, vel minori irretiti an
 possint quotidianas distributiones lucrari? p. 110.
 n. 56. & seqq.
 Excommunicatione minori ligati non prohibentur
 interesse Divinis, & interessentes lucrantur distri-
 butiones quotidianas. p. 111. n. 58
Exemptio.
 Exemptio à solutione vectigalium ad jus publicum
 civium Romanorum spectabat. p. 187.
 n. 120
 Exemptio hujusmodi concessa non fuit per legem
In orbe Romana, ff. de statu homin. ibid.
Exercitus.
 Exercitus Romanorum legiones, & auxilia contine-
 bat. p. 186. n. 112
Expressio.
 Expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur,
 nec actus naturam immutat. p. 97. n. 24 & p.
 100. n. 10
Extensio.
 Extensio legis non est locus, ubi datur rationis di-
 sparitas. p. 75. n. 74. & p. 96. n. 18

F

Facultas.
Facultates regis ad alienanda majoratum bona
 f. c. lè concedendæ non sunt. p. 64. n. 49
 Utrum concedi debeant aliquando? p. 66. n. 64
Falcidia.
 Ad Falcidiæ rationem ponendam qualiter compute-
 tur annuum legatum, tam de jure communi,
 quam regio nostro. p. 91. n. 51. & seqq.
Fames.
 De Fame, & effectibus ejus, remissivè. p. 118.
 n. 24
Famulus.
 Famulo infirmo num debeatur salarium? p. 109.
 n. 41. & seqq.
 Pro Famulo ægrotante quales expensas dominus fa-
 cere teneatur. ibid. n. 43
 Famulus an habeat idem jus ad salarium, ac benefi-
 ciarius ad distributiones? ibid. n. 44
Favor.
 Favori pro se introducto quisque valet renunciare:
 non aliis concessio. p. 8. n. 51
Ferdinandus Rex.
 Ferdinandus III. Rex Hispaniæ quo anno decesserit.
 p. 304. n. 8.
Feria.
 Feriæ dies septimanæ quando vocari cæperint.
 p. 312. n. 11
 Feriæ legitimæ quæ dicantur. p. 331. n. 51
Festivitas & Festum.
 Festivitates ac cæremonias Gentium in sacros ritus
 vertere Sancti Patres conati sunt. p. 312.
 n. 4
 Festi verbi etymon. p. 311. n. 1
 Festi

& Verborum.

- Festi dies apud Christianos qui sint, & de fine, quem in eorum observatione intendit Ecclesia.** p. 312. n. 3
- Festorum observatio est de Jure Divino Evangelico.** p. 314. n. 20
- Festa omnia Christianorum sunt de Jure Ecclesiastico, cui potest Papa derogare.** pag. 325. n. 24
- De Festis Christianorum, remissivè.** p. 317. n. 37
- Festos dies quis valeat instituere.** ibid. n. 39
- Festorum institutio in honorem Sanctorum in usu fuit à primordiis nascentis Ecclesiæ.** p. 318. n. 41
- De Festo omnium Sanctorum.** ibid. n. 44
- De Festorum, quæ observarunt Hebræi, discrimine ac divisione.** ibid. n. 46
- Festorum observatio apud Christianos in quibus consistat.** p. 321. n. 69
- Festis diebus non tenetur qui est in peccato lethali confiteri, aut contritionis actum elicere.** p. 322. n. 71
- Festis diebus qui actus fieri prohibeantur.** ibid. n. 74
- Festa etiam legibus Principum sæcularium servari jubentur.** ibid. n. 57
- Festorum violatio est crimen mixti fori.** ibid.
- Feudatarius, & Feudum.*
- Feudatarius utrum cogatur fructus ex re feudali potius domino vendere, quam extraneo.** p. 120. n. 36
- Feudi dominus si rem feudalem pignori acceperit, quando teneatur fructus in sortem imputare.** p. 12. n. 90. & seqq.
- Feudum est beneficium, quod propter officium conceditur.** ibid.
- De feudo ad majoratum an valeat argumentum?** p. 55. n. 36
- Feudi possessio an transeat in filium possessoris absque actu apprehensionis?** p. 57. n. 54
- In Feudo est licitum percipere pretium.** p. 23. n. 59
- Fideicommissum.*
- Fideicommissum an Latiani & dedititi capere poterint.**
- Ad Fideicommissum familiæ relictum utrum cognati ultra decimum gradum admittantur?** p. 54. n. 26. & seqq.
- Fideicommissum non expirat per lapsum centum annorum.** ibid. n. 27
- Fidejubere, & Fidejussio.*
- Pro Fidejubendi actu an pretium recipere liceat?** p. 23. n. 55. & seqq.
- Fidejussio periculosa semper præsumitur.** ibid. n. 57
- Ubi pro Fidejussione pretium intervenit, non mandatum, sed contractus innominatus celebratur.** ibid. n. 60.
- Fidejussor qui pretium accepit, poterat adduci creditori ad serviendum: secus si gratis intercesserat.** ibid.
- Fidejubenti pro mercede excussionis exceptio non competit.** ibid.
- In Fidejussione lucrativa quomodo usura, & fraus latere possit.** p. 23. n. 61
- Fides.*
- Fides non amittitur per peccatum lethale, nisi contra eam sit.** p. 261. n. 153
- Fides in peccatoribus Divinæ gratiæ expertibus mortua & inutilis est.** ibid. n. 154
- Non est vera Fidei virtus in illis.** ibid. n. 155
- Fides recipi potest de novo absque charitate.** ibid.
- De Fide aliquid esse quando dicatur.** p. 280. n. 50
- De Fide à Pontifice definitum non eget Concilii approbatione.** ibid. & seq. n. 51
- De Fide definitiones libentius excipiuntur cum in Concilio generali traduntur, quam si solus Pontifex eas proponat.** ibid. n. 52
- Fides explicita & implicita quæ sit, & qualis ad salutem desideretur, remissivè.** p. 193. n. 80
- Filius, & Filia.*
- Filius magis quam nepos regulariter diligitur.** p. 52. n. 13. & seqq.
- Filius improprie dicitur feudi possessor, dum pater feudatarius vivit.** p. 57. n. 55
- Similiter improprie Filius Regis viventis Rex solet nuncupari.** ibid.
- Filius vivo patre bonorum ejus quodammodo cessatur dominus.** ibid.
- Filia post mortem patris ad dotem nequit agere sed ad legitimam.** p. 66. n. 69
- Filius à patre venditus propter famem, an jure civili fieret servus emptoris?** p. 117. num. 14. & seqq.
- Filius nunquam licet ob necessitatem famis, vel aliam vendere parentes.** ibid. n. 15
- Filios vendere, necessitate urgente, apud Christianos receptum non est.** ibid. n. 15. & seqq.
- Filius per patrem venditus famis causa, aut alia gravi necessitate, de jure naturali efficitur irrevocabiliter servus: secus de jure civili, nam emptor reddito pretio dimittere filium venditum tenetur.** p. 118. n. 23.
- Filiæ de jure communi cogebantur nubere illis, quibus eas sponderat parens, sub cujus potestate existebant, quod Jure Canonico sublatum est.** p. 224. n. 16
- Filius solent esse melioris conditionis quam eorum parentes.** p. 179. & seqq. n. 73
- Filius anniculus Latini liberti simul cum patre fiebat civis Romanus.** p. 180. n. 80
- Filius legitimus patrem sequitur quoad nobilitatem.** p. 188. n. 128. Fallit aliquando. ibid. n. 130
- Filius illegitimus matris conditionem sequitur, sed nobilis non est, licet genitrix gaudeat nobilitate.** ibid.
- Filius matrem sequitur quoad statum libertatis, vel servitutis, & quare.** ibid. n. 129. Quod limitatur. ibid. n. 130
- Filii naturales ex patre generoso an sint nobiles de jure communi.** p. 189. n. 131
- Filius naturalis ex patre generoso & matre plebeja est nobilis in Castella & Lusitania.** ibid. n. 131. Quid si ex ancilla procreetur. ibid. n. 132
- Filius generosi gaudet in Hispania nobilitate, quamvis ortus ex matre Hebræa vel Sarracena: secus si pater sit ex radice infecta.** p. 190. n. 138
- Filius utero inclusus non debet pro matris crimine perimi, sicut nec natus pro parentum admittis.** p. 200. n. 2
- Filii cogendi non sunt ad matrimonium, quod patres promiserunt, & an peccent non obtemperantes.** p. 225. n. 21
- Filius consentiens sponsioni, quam de ejus nuptiis pater facit, etiam Jure Canonico compellitur ad implementum.** ibid. n. 22
- Filius naturalis ex patre nobili non contribuit cum plebejis in Hispania.** p. 343. n. 13
- Filius legitime exheredatus succedit ab intestato, si testamentum posthumi agnatione rumpatur.** p. 345. n. 24. & seqq.

Index Rerum omnium,

- Fiscus.*
- Fiscus gaudet jure minoris, & ejus debitores non interpellati contrahunt moram. p. 140. n. 23
- Fornarius.*
- Fornarii officium qui publicè exercet, compelli potest, ut panem, mercede perfoluta, coquat aliorum. p. 116. n. 6
- Femina.*
- Fœminæ sunt capaces, ut in majoratibus etiam administrationem habentibus succedant. p. 55. n. 39
- Qualiter, & quando in feudis succedant. ibid. n. 40
- Fœminæ proximiores gradu præferuntur remotioribus masculis in eadem linea ad primogenii successione. ibid. n. 42. Fallit si aliud testator expressim disposuerit. p. 56. n. 43
- Fœminæ à successione feudi regulariter repelluntur. p. 62. n. 33
- An possint succedere ex Principis dispensatione. ibid. n. 34. & seqq.
- Fœminæ ex statuto, aut consuetudine possunt ad feudi successionem admitti. p. 63. n. 37
- Fœminis licet præsentare ad Ecclesiastica Beneficia, sed non eligere. p. 148. n. 16
- Fœmina ob crimen proscribi, seu banniri potest, sed non occidi donec utero gestat foetum. p. 200. n. 3. Punitur extra ordinem, si quis eam necet prægnantem: at facti errore excusatur omnino. ibid.
- Fœminæ à nullo cognato sponderi possunt in uxores, nisi à parentibus. p. 204. n. 16
- Fœminæ à viris quandam in Ecclesiis separabantur. p. 321. n. 67
- Fenerari, & Fenus.*
- Fœnerari an licitum fieri possit statuto, vel consuetudine. p. 14. n. III
- Fœneratores fraudes excogitant ad illudendas leges vetantes pactum legis commissoriae. p. 26. n. 84
- Fructus.*
- Fructus pignoris dati pro dote an imputentur in sortem facto divortio. p. 9. n. 61
- Fructuum pendentium venditione contracta, quando periculum ad emptorem spectet. p. 44. n. 38
- Fructus sunt accessorii fundi, ubi nascuntur, ac illius domino cedunt. p. 48. n. 73
- Fructus percepti ante resolutionem contractus venditionis ad quem pertineant. p. 84. n. 8
- Fructus Beneficii, non capiet absens, licet quoad distributiones quotidianas lucrandas dispensationem impetraverit: fallit si omnes fructus consistant in distributionibus. p. 105. n. 10
- Fructus Beneficii percipit absens studii causa, & an cum aliqua diminutione? ibid. n. 9
- Fructus qui percipit absens, non lucratur distributiones quotidianas. ibid.
- Fulminatrix.*
- Fulminatricis nomine duplex legio in Romano exercitu insignita est. p. 234. n. 41
- Vide in verbo *Legio.*
- Fundus.*
- Fundo relicto fructus ejus non censentur legati, sed ob moram hæres eos præstare cogitur. p. 185. n. 108
- Fundus æstimatur ex fructibus quos reddit regulariter intra tricennale tempus. p. 89. n. 39. & seqq.
- Furca, & Furcifer.*
- Furcæ supplicium turpe. p. 204. n. 5. Apud Romanos notum olim ac frequens fuit, & hodie similiter. p. 206. n. 27
- Furcarum forma. p. 204. n. 8
- Furca duplex apud Romanos in usu fuit. ibid.
- Furca cur arbor infelix dicta. ibid. n. 9
- Furcæ verbum multifariam usurpatur. ibid. n. 10.
- Pro cruce accipitur. p. 205. n. 12
- Furca perimi hodie quis dicatur. p. 206. n. 24
- Furcæ mors an acerbior morte gladii. ibid. n. 27
- Furcæ mors informis, fœda, & præpostera nuncupatur. ibid.
- Furca erecta indicat jurisdictionem loci cum mero & mixto imperio. p. 209. n. 4E
- Furcæ erectione probatur possessio jurisdictionis criminalis, licet nullus in ea fuerit suspensus. ibid.
- Furcæ erectio impediri potest etiam manu armata contra eum qui jurisdictione cum mero & mixto imperio non gaudet. ibid.
- Furcam erigere valet habens jus gladii in oppido, quamvis ruat obtinens ibi causarum criminalium cognitionem. ibid.
- Quid si penes duos hujusmodi sit jurisdictio in solidum, & unus velit furcam constituere, & alter dissentiat, & contradicat. ibid.
- Furciferi servi qui vocarentur. ibid.
- Furtum.*
- Furtum prout est delictum, distinguitur à re furtiva, quanquam hæc furtum soleat appellari. p. 2. n. 3
- Furtum quod committunt creditor, depositarius, & similes utentes re aliena absque domini consensu, turpe non est, nec connumeratur cum aliis ad poenam. p. 128. n. 37
- Ex eo Furto in praxi solum civiliter agitur. ibid.
- G**
- Galilæa, & Galileus.*
- G**alilæa duplex distinguitur. p. 231. n. 24
- de Galilæorum hæresi inter Hebræos. p. 230. n. 19
- Galilæi cur Apostoli & alii Christiani vocarentur. ibid. n. 21
- Gelasius I.*
- Gelasius I. quando ad Pontificatum assumptus, & de vita ejus. p. 242. n. 1. Duo Concilia Romæ congregavit. ibid. n. 2
- Gelasius non omnes Scriptores Ecclesiasticos suo catalogo complexus est. p. 279. n. 45
- Gener.*
- Gener accipiens fundum, aut aliam rem frugiferam in pignus pro dote, non tenetur fructus in sortem computare. p. 5. n. 27
- Utrum possit uti rei pignori accepta, quæ fructus non fert. ibid. n. 29
- Gentilis.*
- Gentiles idola ac veros Deos venerantur. p. 314. n. 19
- Gentilibus conventus nocturni prohibiti sunt. p. 321. n. 65
- Gladius.*
- Gladii mors honesta, restque nobilibus imponitur. p. 204. n. 5
- Gladio jugulari decentius est, quam securi. ibid.
- Hodie nullus securi jugulari jubetur. ibid.
- Gothi.*
- A Gothis descendentes nobilitate pollent apud Hispanos. p. 187. n. 124
- Gradus.*

& Verborum.

- Gradus.*
- Gradus post lineam attenditur ad prælationem in majoratum successione. p. 58. n. 60
- Gratianus.*
- Gratiani error in Decreto notatur. p. 222. n. 17
De Gratiani patria, professione, ac compilatione Decreti. ibid. n. 1
De Gratiano nonnulla narrantur, quæ falsa ostenduntur. ibid. n. 2
A Gratiano addita Decreto cujus sint auctoritatis. p. 224. n. 11
Gratiano in Decreto referenti auctoritatem alicujus Sancti, in dubio credendum est. p. 227. n. 1
Gratiani error in cap. Futurum, notatur. p. 284. n. 87
Gravamen, & Gravatus.
Gravamen patitur, qui rem propriam alienare constringitur, quamvis justum pretium offeratur. p. 26. n. 91
Gravatus in uno, in alio debet relevari, nec afflicto afflictio est addenda. p. 151. n. 34
B. Gregorius Nazianzenus.
B. Gregorii Nazianzeni scripta & vita referuntur. p. 275. n. 10
- H**
- Hæreditas, & Hæres.*
- H**æredes mariti si statim solvant, inter usurarium ex dotali pecunia detrahere nequeunt. p. 9. n. 67
Compensant fructus rerum mobilium quas retinent cum alimentis viduæ præstitis, residuumque coguntur eidem restituere. p. 10. n. 68. & seq.
Hæres de jure Pontificio, & Cæsareo an teneatur ex delicto defuncti actione rei persecutoria, si nihil ex crimine pervenit ad ipsum? p. 35. n. 63
Hæres non confecto inventario, etiam ultra vires hæreditatis creditoribus, ac legatariis obligatur. p. 36. n. 68
Quid si ex delicto defuncti juxta jus canonicum conveniatur. ibid.
Quid quoad usurarum restitutionem. ibid. n. 69 & seq.
Hæredi, in quem ex statuto transit absque apprehensione possessio, omnia possessoria juris remedia competunt. p. 57. n. 50
Hæres per apprehensionem cujuslibet rei ex hæreditariis potest acquirere possessionem juris universalis hæreditatis, non rerum singularum, quæ sunt in illa. p. 136. n. 54
Pro non apprehensis non tribuuntur hæredi remedia possessoria retinendæ, aut recuperandæ. ibid.
Hæres propter moram non præstat ultra legitimum usurarum modum. p. 185. n. 108
Hæredes legitimi privantur successione impuberum, nisi illis intra annum tutores petierint. p. 217. n. 18. Idem Juris est de testamentariis. ibid. n. 20.
Non potest semel petere tutores si excusentur. ibid. & seq. n. 21.
Hæresis, & Hæreticus.
Hæresis verbum latè sumptum, quid significet. p. 2. n. 4
Hæresis crimen definitur. ibid. & seq. n. 5
Ad Hæreseos crimen patrandum plura debent concurrere. p. 3. n. 7
Hæresis verbi etymologia. ibid. n. 9
- Utrum in bonam, & malam partem accipi possit? p. 3. n. 10
Hæresis quatenus est propositio adversus fidem, alia formalis est, materialis alia. ibid. n. 13
Hæreticus fieri non potest, qui Baptismum nunquam suscepit. p. 3. n. 6
Hæreticus propriè quis dicatur, remissivè. ibid. n. 11
Hæreticus omninò mentalis utrum puniri queat? ibid. n. 12
De Hæresis verbo remissivè. p. 246. n. 25
Hæresis absque pertinacia non est. ibid. n. 26
Hæreticus non est qui propositionem adversus sacra Scripturæ auctoritatem profert, antequam per Ecclesiam declaretur de Fide quod libris sacris latitat. ibid. n. 23
Hæreticum non est quicquid SS. Patres damnaverunt. p. 286. n. 110
- Hagiographum.*
Hagiographum quid sit. p. 274. n. 2. & seqq.
- Hamus.*
Cum Hamis incedere quid sit apud Consultum in l. 3. §. Sciendum, ff. de offic. Præf. vigil. p. 198. n. 3
- Henricus.*
Henricus Rex jure potuit immensis donationibus modum adhibere. p. 67. n. 73
- Hidalgo.*
De Hidalgo verbi etymologia. p. 187. n. 123. & seqq.
Hidalgo à nobili in Hispania secernitur. p. 190. n. 137
- B. Hieronymus.*
B. Hieronymi scripta & vita. p. 278. n. 35. Dissentit à S. Augustino in sacrae Paginae interpretatione. p. 279. n. 44
- B. Hilarion.*
B. Hilarionis Abbatis vita. p. 283. n. 75
B. Hilarus Pictaviensis.
B. Hilarii Pictaviensis scripta & vita. p. 277. n. 28
- Hippocentaurus.*
Hippocentauri stipulatio non valet, etiam quoad pœnam promissam, nisi præstetur. p. 195. n. 1
Verbum Hippocentaurus quid significet, & unde originem trahat. ibid. n. 2. Qualiter sit accipiendum in §. At si quis, Instit. de inutilib. stipulat. ibid. n. 3
Hippocentaurus ex hominis, & bruti commixtione an existere possit secundum naturam. ibid. n. 4. & 5
Hippocentauri descriptio. p. 197. n. 8. & seq.
Hippocentaurum extitisse quomodo verum, aut commentitium sit. ibid. & seq. n. 11
Hippocentaurorum fabula narratur. ibid. n. 13
- Hippos.*
Hippos Græcè equum Latine significat. p. 195. n. 2
- Historia.*
De Historiæ Ecclesiasticæ Autoribus. p. 302. n. 105
- Hormisda.*
Hormisda Pontifex quando floruerit. p. 226. n. 25
- Hymnus.*
De Hymno Sanctus, sanctus, sanctus, qui in Missa canitur. p. 353. n. 4
- Hypotheca.*
Hypotheca in re aliena non consistit, nisi Domini consensus accedat. p. 150. n. 32

Id.

Index Rerum omnium,

- I**
- Id.*
- I**D possumus, quod de jure possumus. p. 63 n. 42
- I**d quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. p. 147. n. 19. & p. 148. n. 17
- Jejunium.*
- J**ejunia Christianorum ab hæreticis impugnantur. p. 328. n. 7
- J**ejunium unde ita dictum. *ibid.* n. 8. Quid hoc verbum significet. *ibid.* n. 9
- J**ejunium differt à communi abstinentia, & quomodo. *ibid.* n. 10
- J**ejunium quid sit. p. 326. n. 11. & p. 339. n. 113 & seqq.
- J**ejunium est actus virtutis abstinentiæ. p. 326. n. 12. & p. 328. n. 27
- A**d Jejunium Ecclesiasticum fortiori ratione astringuntur Fideles, quam Ethnici ad abstinentiam. p. 327. n. 17
- I**nter Jejunium Ecclesiasticum ac communem moralemque abstinentiam discrimen assignatur. p. 328. & seqq. n. 26
- J**ejunii effectus qui sint. p. 327. n. 22
- J**ejunium quatenus sit de præcepto legis Evangelicæ. p. 329. n. 31
- J**ejunium est utile & necessarium ad plurima. *ibid.* n. 33
- J**ejunii laudes, remissivè. *ibid.* n. 34
- I**n Jejunium consistæ calumniæ diluuntur. *ibid.* n. 35
- J**ejunia Ecclesiastica instituta sunt à tempore Apostolorum. *ibid.* n. 36
- J**ejunium Quadragesimæ est de jure Ecclesiastico, non de Divino. p. 330. n. 37
- D**e Jejunio est præceptum generale in lege Evangelica. *ibid.* n. 38
- J**ejunium Quadragesimæ non eodem modo ubique observatur. *ibid.* n. 39
- J**ejunium ante Pascha cur sit quadraginta dierum. *ibid.* n. 42. & seqq.
- D**e Jejunio Sabbati quod antiquitus in Ecclesia observabatur, & quare fuerit institutum. p. 331. n. 45
- A**d Jejunia, & festa localia an teneantur viatores, & alii inde citò recessuri. *ibid.* n. 46. & seqq. Quid de eo qui exit à loco ubi jejunium indictum est, ad eum in quo non observatur progressurus, & è contra. *ibid.* n. 49
- D**e Jejunii omnibus, quæ in Ecclesia generaliter sunt instituta, remissivè. *ibid.* n. 52
- D**e Jejunio quatuor Temporum. p. 332. n. 53
- D**e Jejunii Hebræorum. *ibid.* n. 56
- J**ejunia quatuor Temporum quando incidant. *ibid.* n. 59. Injungebantur de more Fidelibus olim, cum necessitas urgebat aut Concilium erat celebrandum. p. 333. n. 61
- J**ejunium Ecclesiasticum frangens lethaliter peccat. *ibid.* n. 62. Quid si quis per errorem violet jejunium, putans sibi aliqua ratione licere. *ibid.* n. 63
- J**ejunii fractor adversus quam virtutem peccet. *ibid.* n. 64
- J**ejunii diebus semel duntaxat edere licet. *ibid.* n. 66. Sumitur de consuetudine refectiuncula. *ibid.* n. 68. Quædam circa illam adnotantur. *ibid.* n. 69
- J**ejunii dies à media nocte in mediam noctem fervandus. *ibid.* n. 67. Quid de eo, qui dubitat an duodecima hora insonuerit. p. 339. n. 115
- J**ejunium an violet, qui uno prandio nimis ventrem onerat. p. 334 n. 70. & seqq.
- A** Jejunio per dispensationem debet absolvi, qui jejunii diebus magis carnis stimulis vexatur. p. 335. n. 79
- J**ejunii die qui pluries parum edit, lethaliter peccat, si omnes portiunculæ simul junctæ parvitatæ quantitatem excedant. *ibid.* n. 82
- D**ie Jejunii sæpe manducans. an plura peccata committat. *ibid.* n. 83. Et utrùm saltem venialiter toties delinquat, quoties cibum sumpsit. *ibid.* n. 84
- J**ejunium frangens materialiter absque peccato, tenetur pro residuo diei jejunare. p. 336. n. 86
- J**ejunii die qua hora cibus sumendus. *ibid.* n. 87
- J**ejunii diebus toties graviter peccatur, quoties carnes eduntur. p. 338. n. 103
- S**i Jejunii ratione esus carniū prohibeatur, lacticia non continentur. *ibid.* n. 107
- D**e Jejunio sive abstinentia, quæ Litaniarum tempore observatur. p. 339. n. 108
- C**um Jejunio Ecclesiastico est incompatibilis esus carniū, ita ut dispensatus ad edendas carnes non teneatur ad jejunium. p. 340. n. 116
- J**ejunare licet etiam cum detrimento salutis corporalis. p. 327. n. 18
- J**ejunabant quondam Christiani ex præcepto quarta & sexta feria per annum. p. 330. n. 44
- Imago.*
- I**magine majorum suorum domi habere, quibus licebat apud Romanos. p. 193. n. 155
- Imperium.*
- I**mperium merum quid sit, unde dicatur, & in quos gradus dividatur. p. 153. n. 2
- I**mperium mixtum definitur: quare sic appelletur, & quot sint ejus gradus. *ibid.* n. 3
- Imperium Monarchicum.*
- I**mperium quando à Persis in Græcos translatum. p. 255. n. 101. & seqq.
- Indicium.*
- I**ndicium ad torturam sufficiens non est quod cadaver occisi præsentem aliquo sanguinem effundat. p. 196. n. 7
- Indictio.*
- D**e Indictionibus, remissivè. p. 267. n. 14
- Indus.*
- I**ndi, illibata libertate, vendi dicuntur, cum damnantur, ut pro certa mercede invitati in officina pannorum ad tempus deserviant. p. 117. n. 15
- Industria.*
- I**ndustria personæ præsumitur electa ex gravitate causæ committæ. p. 159. n. 43
- Infamia, & Infamis.*
- I**nfamia juris aufert Beneficia, & munera obtenta. p. 30. n. 20
- I**nfamia facti semel contracta nullo remedio deleri potest. *ibid.*
- I**nfamia testamenti factionem non adimit. p. 36. n. 75
- I**nfamis non rejicitur à majoratus successione. p. 55. n. 38
- I**nfamibus dignitatum januæ sunt clausæ. *ibid.*
- Innocens.*
- I**nnocentem enecare non licet adhuc pro totius populi salute. p. 200. n. 10. Quod verum est directè, secus indirectè. *ibid.* n. 11
- Instrumentum.*
- I**nstrumentum aliquando ad perfectionem, aliquando

& Verborum.

- quando ad probationem actus conficitur. p. 95. n. 10
- In Instrumentis publicis tempus, qui conficiuntur, exprimi debet: secus in privatis. p. 304 n. 7
- Interdictum.*
- Interdictum, *Unde vi*, nisi possidenti non conceditur. p. 132. n. 27
- Interesse.*
- Interesse alterius interesse non debetur: quod limitatur. p. 4. n. 23
- Interesse damni emergentis, aut lucri cessantis omni jure supra fortem creditoribus capere licet. p. 40. n. 1. Servatis conditionibus, de quibus remissivè. ibid. n. 2
- Interesse damni emergentis, & lucri cessantis non potest de jure communi excedere fortis quantitatem. p. 42. n. 20
- Interesse debetur in utroque foro post moram: non antea, nisi ita convenerit. p. 43. n. 31
- Interesse nomine promissa à principio quantitas non debetur, nisi quatenus creditor damnum sensit, aut lucrum amisisse probetur. ibid. & seq. n. 34. Quid si ex more regionis quantitas pro interesse sit certa. ibid. n. 35
- Intestatus.*
- Intestatum quem decedere quibus modis contingat. p. 350. n. 52
- Intrusus.*
- Intrusus in beneficialibus quis censeatur. p. 133. n. 35. & seqq.
- B. Joannes Chrysostomus.*
- B. Joannis Chrysostomi scripta & vita. p. 276. n. 18
- B. Joannes Damascenus.*
- B. Joannes Damascenus qua ætate floruerit. p. 298. n. 81
- Josephus.*
- Josephus de antiquitatibus Hebræorum reprobat. p. 214. n. 10
- Judæus.*
- Judæis non licet scœnori dare. p. 14. n. 112
- Judæi scœnatores possunt per Ecclesiasticam potestatem coerceri. ibid. n. 113
- Judex, & Judicium.*
- Judex laicus punire valet delicta jure naturali prohibita, etsi nulla lege Principis sæcularis vetentur. p. 28. n. 4
- Nequit animadvertere in scœnatores, ubi usuræ publicè permittuntur. ibid.
- Potest exequi pœnas stabilitas regiis constitutionibus in hæreticos, aut illicitas nuptias contrahentes, etsi causæ cognitionem non habeat. p. 29. n. 9
- Judex laicus an teneatur superfedere in causa executioniva propter usurarum exceptionem? ibid. n. 10
- Non potest mandare executioni testamentum manifesti usurarii, qui nec restituit, nec cavit, & per censuras compelli potest, ne ulterius procedat. p. 37. n. 78
- Judicem dandi potestas à quo concedatur. p. 160. n. 51
- A Judice dato appellatur ad eum, qui dedit: sed mandata jurisdictione, ad mandantem non provocatur. ibid.
- Judex qui prægnantem ream mordiderit, puniri debet. p. 200. n. 1
- Judex in propria causa nullus est idoneus. p. 202. n. 24
- D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.*
- Judex plectetur, qui modo insolito reum interficiendum jusserit. p. 203. n. 2
- Judex non potest modum ultimi supplicii lege præscriptum immutare. p. 204. n. 5
- Judiciales actus an valeant, si diebus festis fiant. p. 322. n. 74
- Judicia Dei semper justa sunt censenda, quamvis ratio eorum nos lateat. p. 209. n. 9
- Julianus Imperator.*
- Julianus Imperator multis de causis Apostata cognominatur. p. 228. n. 6
- Plura adversus fidem Catholicam perpetravit. ibid. n. 7
- Acriter persequabatur Christianos. ibid. n. 8. Sacrificiorum impiorum sanguine corpus abluit, ut Baptismi absterfionem oblitteraret. ibid.
- Julianus quem impietatis præceptorem fortitus fuerit. ibid. n. 9
- Fuit Clericus & Monachus, & quare. ibid. n. 10
- Post desertam Fidem Catholicam se Christianæ Religionis professorem simulabat. p. 229. n. 12
- Julianus Christum ignominia causa Galilæum vocabat. ibid. n. 12
- Signum S. Crucis de labaro tolli præcepit, cujus loco imagines idolorum collocavit. ibid. n. 14
- Julianus quando & quomodo occubuerit, & à quo percussus fuerit. ibid. n. 15
- Quandiu imperaverit. ibid. n. 16
- Quibus vitiis deturpatus, quibusque virtutibus præditus. ibid. n. 17
- Julianus moriens impia verba protulit in Christum. ibid. n. 18
- Julianus vaticiniis deceptus. ibid.
- Sub Juliano Catholici militiæ adscripti sunt. p. 231 n. 25
- Julianus omnem conatum adhibuit, ut Christianos, maximè milites, ad idolorum cultum traheret. ibid. n. 27
- B. Julitta.*
- De B. Julittæ, & Quirici martyrio. pag. 282. n. 67
- Julius Africanus.*
- De Julii Africani operibus. p. 298. & seq. n. 82
- Juramentum.*
- Juramentum iniquitatis vinculum esse non debet. p. 26. n. 91
- Juramento unius aliquando statur in judicio, etsi de ipsius utilitate tractetur. p. 32. n. 36
- Jurisdictio.*
- Jurisdictio delegata, re integra, delegantis obitu expirat. p. 125. n. 20
- De Jurisdictione, mero, ac mixto imperio, & quomodo inter se distinguantur, remissivè. p. 153. n. 1
- Jurisdictio in genere, & in specie definitur, & in quos gradus distribuatur. p. 154. n. 4
- Jurisditioni simplici cohæret aliquid imperii, seu coercitionis, quod ad illius exercitium necessario desideratur. ibid.
- Jurisdictio contentiosa extra territorium adhuc in subditos nequit exerceri: secus voluntaria. p. 157. n. 31. Ampliatur. ibid. n. 32
- Jurisditionis voluntariæ actus sunt extrajudiciales. ibid. n. 31
- Non postulant tribunal sed auctoritatem duntaxat Superioris. ibid. n. 30
- Jurisdictio voluntaria etiam in alieno territorio potest prorogari. ibid. n. 31

Index Rerum omnium,

Jurisdicção voluntaria etiam in Curia exerceri potest per Magistratus foraneos. p. 158. n. 36

Quamvis Jurisdicção voluntaria ex privilegio competat, in alieno territorio poterit exerceri. *ibid.* n. 38

Ejus Jurisdicçãois ea est natura, ut ubique possit exerceri. *ibid.*

Jurisdicçãoem mandare aliud est, & aliud judicem dare. p. 160. n. 51

Jurisdicçãoem quis mandare valeat. *ibid.*

Jurisdicção criminalis probatur per furcæ erectionem, etsi nullus in ea suspensus sit. p. 209. n. 41

Jusjurandum.

De Jurejurando solemnem per ferreos orbes candentes dejectos in mare. p. 359. n. 19

De Jurejurando solemnem apud Græcos. *ibid.* n. 20

Juspatronatus.

Juspatronatus si maritus acquirat pecuniã, matrimonio constante, uxori communicatur, ut post viri mortem unã cum ipsius hæredibus præsentet. p. 148. n. 16

B. Justinus.

De B. Justinus libro, cui titulus est. 150. quæstiones p. 316. n. 30

Juvenius.

De Juvenius scriptis. p. 288. n. 119

K

Kyrie eleison.

K yrie eleison quid significet, & a quo Missæ sacrificio additum. p. 356. n. 24

L

Labarum.

L abarum ab exercitu Romano adorabatur. p. 229. n. 14

Lactantius Firmianus.

De Lactantii Firmiani opusculis. p. 296. n. 73

Lacticia.

Lacticia edere diebus jejunii in Quadragesima non licet. p. 338. n. 102. Toties quoties eduntur lethaliter peccatur. *ibid.* n. 103

Lacticia an prohibeantur aliis jejunii diebus extra Quadragesimam. *ibid.* n. 105

Lacticia comedens die jejunii illud non frangit etsi alias peccet contra legem ecclesiasticam quæ illa fumere prohibet. p. 340. n. 117

Lasio, & Lasus.

Lasio etiam modica in utroque foro debet resarciri circa venditionis contractum, ubi pretium est definitum. p. 116. n. 10

Lasio ultra dimidiam competit remedium legis 2. de rescind. vend. quanquam asseveraverit quod donabat excessum. *ibid.*

Laphitæ.

Laphitæ in Thessalia equitandi usum invenerunt. p. 195. n. 2

Laphitæ dicti sunt centauri, ab arcendis tauris. *ibid.*

Laphitarum nomina qui in arcendis tauris excelluerunt. p. 297. n. 12

Latini.

Latinorum liberi cujus forent conditionis. p. 180. n. 75

Latini fieri poterant cives Romani per justam manumissionem, secus verò dedititii. *ibid.* n. 78

Latini quomodo per filium anniculum civitatem Romanam consequerentur. *ibid.* n. 79

Latinis omnis ultima dispositio vetabatur. p. 181. n. 84

Circa Latinorum peculia nihil lex Junia innovavit. *ibid.* n. 84

Latini nihil ex lege Julia Norbana ex testamento capere poterant. *ibid.* n. 87

Latini hæredes institui poterant, sed non capere hæreditatem, nisi mortis tempore, vel intra dies cretionis cives Romani fierent. *ibid.* n. 88

Latini nullum habebant ab intestato successorem. p. 182. n. 90

Latini caruerunt omnibus quæ propria fuerunt civium Romanorum, quorum nonnulla recensentur. *ibid.* n. 92

Latinis quædam fuere specialiter concessa lege Junia. *ibid.* n. 93

Latini, seu populi Italiæ quo jure uterentur antequam ad civitatem fuerint admitti. p. 186. n. 111.

Latini an possent sub legionibus Romanis militare. *ibid.* n. 113

Latini populi erant à vectigalibus immunes. *ibid.* n. 116

Latium.

Latii jus quale fuerit, remissivè. p. 187. n. 117

Legatarius, & Legatum.

Legatario an liceat exigere ab hærede redditus pecuniæ legatæ, dum non solvitur? p. 14. n. 115. cum seq.

Legatarius an possit propria auctoritate capere rem legatam? p. 141. n. 31

Contra Legatarium, qui propria auctoritate cepit rem legatam, competit hæredi interdictum Quorum bonorum. *ibid.* n. 32

Ex Legato ad opus pium, vel publicum si aliqua superfit quantitas, utrum alii applicanda, aut hæredi sit relinquenda? p. 61. n. 22. cum seqq.

Legatum ad opus publicum, quod implere non licet, in aliud debet converti. *ibid.* n. 23

Legatum annuum ad certum tempus quando ad hæredem transmittatur, & quomodo computetur ad Falcidiam. p. 89. n. 38. & p. 91. n. 50

Legatum annuum vitalitium qualiter æstimatur ad ponendam rationem legis Falcidiæ. p. 89. n. 39

Legatum annuum morte intercidit legatarii. p. 92. n. 49. Declaratur. p. 91. n. 50

Legatum in dubio alimentorum causâ relictum præsumitur. *ibid.*

Inter Legatum annuum, & stipulationem diversitas reperitur. p. 91. n. 53

Legatum propter inimicitiam supervenientem inter testatorem, ac legatarium, intelligitur revocatum. p. 124. n. 10

Legatum tribus qualiter differat à legato tesseræ quoad tempus. p. 195. n. 167

Legatum tribus in quo consistat. p. 194. n. 164

Legata debentur, licet testamentum ex causa præteritionis vel exhæredationis corruat. p. 350. n. 52

Legatum petere ex causis contrariis & incompatilibus inter se, ridiculum est. p. 185. n. 108

Legatum tribus à legato tesseræ differt. p. 190. n. 141

Legatum in causa caduci, quale diceretur. p. 191. n. 144

Legatum tribus simile est legato tesseræ quoad acquisitionem & transmissionem. *ibid.* n. 145

Legatum tesseræ frumentariæ dici potest legatum frumenti, quamvis hoc relictum non sit. *ibid.* n. 146

Inter Legatum tesseræ frumentariæ ac legatum frumenti discrimen non est, quatenus in utroque

& Verborum.

- que res relinquatur principaliter. *ibid.* n. 147
- Legatum tesserae frumentariae solum Romae peti potuit. *ibid.*
- Legatum ubi peti possit. *ibid.*
- Legatum rei alienae etiam quoad aestimationem extinguitur, si illa sine facto haereditis perierit. *ibid.*
- Si Legata sit tribus vel tessera ipsa, non aestimatio principaliter relicta videtur. p. 192. n. 148
- Legatus.*
- Legatus Sedis Apostolicae potest in provincia existens conferre Beneficia vacantia in illa, ad quam est missus. p. 157. n. 34
- Legatus Sedis Apostolicae, maxime à latere, instar Regis obtinet auctoritatem. p. 160. n. 52
- Legatus Proconsulis propria fungebatur jurisdictione, & Proconsul ad eum constituendum tenebatur. p. 159. n. 48
- Legatus instituebatur ad universitatem causarum approbatione, ac voluntate Senatus. *ibid.* n. 49
- Legio.*
- Legiones Romanae à quo institutae. p. 186. n. 112
- Qui ad militandum sub illis admitterentur. *ibid.*
- De earum origine. p. 235. n. 44
- Legitimation, & Legitimus.*
- De Legitimatione qui differant. p. 60. n. 7
- Legitimari quando possit per Principem spurium, ut patri succedat in praedictum venientium ab intestato. *ibid.* Nequit legitimari ad majoratus successionem. *ibid.*
- Legitimus Principis rescripto non admittitur ad feudi successionem. p. 62. n. 8. Neque succedit in commendis Indorum, nisi exprimat. *ibid.* n. 9
- Legitimus per subsequens matrimonium in feudis, ac commendis Indorum succedit. *ibid.*
- Legitimare nequit Princeps spurium ut succedat in praedictum legitimorum haereditum post delatam, aut aditam haereditatem. p. 62. n. 26
- Legitimare valet Princeps, ut illegitimus succedat adversus legem, & consuetudinem: non contra testatoris voluntatem. *ibid.* n. 27
- Utrum legitimare valeat Princeps spurium, ut succedat in primogenio? p. 62. & 63. n. 28. & seq.
- Legitimare quando possit Princeps vulgo quaesitum, ut succedat in feudo. *ibid.* n. 32
- Legitimation quate inventa. 341. n. 1. Plures ejus species. *ibid.* n. 2
- Legitimation per rescriptum quid sit. *ibid.* n. 3
- Est donum Principis, & de reservatis. *ibid.* n. 4
- Legitimare quoad temporalia Papa non potest extra terras Ecclesiae, nisi in quibusdam casibus. *ibid.* n. 5
- Legitimare nequeunt Magnates proprios vassallos, quia superiorem agnoscunt, nisi ex privilegio, aut praescriptione. p. 342. n. 6
- Legitimari qui possint. *ibid.* n. 7
- Legitimati per Principem quae adipiscantur. *ibid.* n. 8
- Differunt multum à legitimè natis. *ibid.* n. 9
- Legitimatis plura denegantur, quae legitimè procreatis conceduntur. *ibid.* n. 10
- Legitimation dicitur natalium restitutio. p. 341. n. 3
- Legitimandi jus acquirere valet tempore vassallus. *ibid.* n. 4
- Legitimare proprios filios Princeps permittitur. *ibid.*
- Legitimare quoad Ecclesiastica saecularis Princeps nullus potest. *ibid.* n. 5
- Legitimus non succedit in regno, nec ad Card. de Faria Novae Addit. ad Covar. Tom. II.
- dinalatum admittitur, & quid de legitimo per matrimonium. p. 342. n. 10
- Legitimus non succedit in majoratu, nec in feudo nisi exprimat, nec in emphyteusi Ecclesiastica, & quid de jure patronatus Ecclesiae. *ibid.* n. 11. & seq.
- Legitimus an gaudeat patris nobilitate. p. 343. n. 13
- Legitimation jus filiorum non minuit, sed auget. *ibid.*
- Legitimus Principis rescripto non æquiparatur legitimè natis, nec legitimatis per matrimonium subsequens. *ibid.* n. 14
- Legitimati per matrimonium omnia quae legitimè nati, consequuntur praeter Cardinalitiam dignitatem, cujus sunt incapaces. *ibid.*
- Legitimati rescripto qualiter succedant patri, sobole legitima & naturali deficiente. *ibid.* n. 15
- Non revocant donationem ex lege *Si unquam, C. de revoc. donat.* An excludant substitutum sub conditione, Si sine liberis decesserit, & foeminas, extante statuto illarum exclusivo. p. 344. n. 16
- Legitimus an succedat, extante legitimè nato. *ibid.* n. 17
- Legitimationis in precibus exprimendum est an sint liberi, vel parentes supplicantis. *ibid.*
- Legitimo per rescriptum an pater valeat relinquere plus aliquid, quam cuius ex legitimè natis. *ibid.* n. 18. & seq.
- Legitimus non potest pater in Hispania meliorare, aut in eo majoratum instituere, existentibus legitimè natis. *ibid.* n. 18
- De legitimati successionem cum post legitimationem pater legitimam sobolem gignit. *ibid.* n. 20
- Legitimati quomodo succedant patri de jure Regio Hispano, si non existent legitimè nati. *ibid.* n. 21. Quid si habeat pater prolem legitimam tempore legitimationis. *ibid.* n. 22. Quid si liberi legitimi & naturales supervenerint. p. 345. n. 23
- Legitimus an succedat patri, cum legitimè nati existerent tempore legitimationis, & postea alius similiter legitimus nascitur. *ibid.* n. 24
- Per Legitimationem jura filiis quaesita emancipatione tolluntur, praeter patriam potestatem. p. 346. n. 30
- Legitimus rescripto per ingratitudinem rejicitur à successionem patris. *ibid.* n. 31
- Inter legitimantem & legitimum datur reciproca successio, jusque alimentorum. *ibid.* n. 32
- Legitimus pater an succedat filio de jure Hispano ultra quintum. *ibid.* n. 33
- De Legimati successionem quoad avum. *ibid.* & *ibid.* n. 35. & seq.
- De Legimati successionem quoad transversales. *ibid.* n. 38
- Legitimationis materia ampla, prolixa & profunda. *ibid.* n. 39
- Legimati utrum veniant legitimorum appellatione. *ibid.*
- Inter legitimationem & dispensationem discrimen. p. 348. n. 40
- Legitimation sua naturam confert jus succedendi contra testamentum. *ibid.* n. 41
- In Legitimationis rescripto an sub illis verbis, ut succedat ex testamento & ab intestato, contineatur successio contra testamentum. *ibid.* n. 43
- Legitimus ex vi legitimationis an succedat contra testamentum. *ibid.* n. 44
- Legitimation rescripto Principis cum clausula, Sine

Index Rerum omnium,

- præjudicio venientium ab intestato, quid operetur, remissivè. p. 352. n. 67
- B. Leo.
- B. Leonis Magni Pontificis vita & scripta. p. 278. n. 39
- Lex.
- Lex commissoria in pignoribus reprobatur, & quare, remissivè.** p. 25. n. 78
- Leges foveant ultimarum voluntatum implementum?** p. 53. n. 21
- Lex si voluisset, expressisset.** ibid. n. 22. & p. 81. n. 45
- Lex absolutè abrogans consuetudinem refertur ad præteritam, nec extenditur ad futuram legem introductam.** p. 106. n. 15. cum seqq. Limitatur. ibid. n. 17. & 18
- Lex abrogans verbis universalibus consuetudinem ad futuram introduci vetet?** ibid. n. 21
- Lex simpliciter lata abrogat consuetudinem generalem contrariam: non speciales locorum, nisi expressim tollat consuetudines.** ibid. n. 22
- Legis poena in desuetudinem abire potest, vi legis manente quoad utrumque forum.** p. 113. n. 76
- Leges imponentes poenam amissionis legati legatario propria auctoritate rem relictam occupanti, & similes in usu non sunt.** ibid.
- Lex Si non fuerint, §. Coiri, pro socio, interpretatur.** p. 20. & 35
- Lex finalis de contr. empt. explicatur.** p. 24. n. 67. & seq.
- Lex 12. tit. 13. p. 5. intelligitur.** p. 25. n. 75
- Lex 2. de prætor. stipul. ut. declaratur.** p. 35. n. 59
- Legis Curabit, C. de action. empt. ratio traditur.** p. 40 n. 3. Est æquissima constitutio. ibid. n. 4
- Procedit etiam in aliis contractibus præter emptiorem, ac in judiciis.** ibid. n. 4. & seq.
- Legi Curabit, an locus sit, cum res sterilis traditur emptori? p. 40. n. 11. & 12. Quid si emptor per rem traditam extrinsecè lucrum aliquod capiat.** p. 41. n. 14
- Ex Lege Curabit, ut emptor satisfaciatur venditori, quomodo fructuum æstimatio facienda.** ibid. n. 17. & 18. Quid si emptor fructus nullos percipiat. p. 42. n. 19. 21. & 22.
- Ex Lege Curabit, hodie potest venditor exigere interesse pro modo fructuum, quanquam pretii quantitatem excedat.** ibid. n. 20
- Lex eadem obtinet siue dominium rei venditæ transeat in emptorem, siue non.** p. 42. n. 23
- Lex sicut emptor, §. ult. ff. locat. exponitur.** ibid. n. 14
- Legis Curabit, dispositio non procedit, quoties tempus conceditur ad solutionem pretii, nisi ipso præterito.** p. 34. n. 26. & 27. Limitatur si convenerit, ut labente termino, præstetur interesse juxta dictam legem Curabit, ibid. n. 28. Declaratur. ibid. n. 29. Venditor in specie legis Curabit, pacisci potest de certa annua quantitate pro modo fructuum, quos verosimiliter emptor ex re vendita est percepturus. pag. 43. n. 31. In foro externo probari debet, quod fructus percepti cœquantur quantitati promissæ. ibid. n. 33
- Legibus juris communis Hispani non subjiciuntur.** p. 46. n. 64
- Legis Fructus, C. de action. imp. 1. intellectus.** p. 47. n. 70. cum seqq.
- Lex Curabit, C. de action. empt. locum habet tametsi emptor non teneatur pretium tradere aut rem venditor.** p. 49. n. 84
- Procedit etiam in pacto de vendendo, si res tradita sit, & in aliis similibus conventionibus.** ibid. n. 87
- Legis Curabit, actio quando transeat in cessionarium p. 49. n. 88. Extinguitur per novationem.** ibid.
- Legis Curabit, æquitas utroque jure admittitur, sed diversimodè quoad praxim.** ibid. n. 89
- Locum obtinet & in venditore retinente rem, ac pretium accipiente.** ibid. n. 90
- Procedit tam in rebus mobilibus, quam immobilibus venditis.** ibid. n. 91
- Qua actione petantur usuræ ex d. l. Curabit, quantoque tempore præscribatur.** ibid.
- Lex 12. tit. 33. p. 7. enucleatur.** p. 55. n. 41
- Lex 45. Tauri, num procedat in primo majoratus succellore?** p. 56. n. 45
- An ex eadem lege agi possit contra possidentem titulo.** p. 56. n. 46
- Lex eadem locum habet in omnibus quæ jure majoratus deferuntur.** ibid. n. 47
- Lex 45. Tauri, non tribuit primogenii successoris ut propria auctoritate ejiciat rei vinculatæ possessorem.** p. 57. n. 56
- Legem 46. Tauri qui interpretatur.** ibid. n. 56
- Procedit in majoratibus absque regia facultate institutis, ac in cæteris omnibus, quæ jure majoratus obveniunt.** ibid. n. 57
- Legis Si convenerint, de pignor. action. tenus aperitur.** p. 79. n. 22
- Lex 4. tit. 6. lib. 8. Recopilat. declaratur.** p. 81. n. 44. & seqq.
- Legis Hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. computatio an sit generaliter in omnibus causis admittenda? p. 98. n. 33. cum seqq. in Hispania locum non habet.** ibid. n. 36
- Lex 3. §. Item si Reipublicæ, ff. ad leg. Falcid. interpretatur.** p. 88. n. 37
- Lex In lege Falcidia, ff. ad leg. Falcid. intelligitur.** ibid. n. 4
- ex dicta Lege Hæreditatum, semel posita ratione legis Falcidiæ, omnis utrimque extinguatur actio, siue plus siue minus hæres expenderit, quam computatum est.** ibid. n. 41. & seq.
- Lex Cum Titio, ff. ad leg. Falcid. declaratur.** ibid. n. 43
- Legis 6. tit. 15. lib. 5. Recop. imponitur census redimibilibus pretium, quæ & Ecclesiastici tenentur.** p. 92. n. 7
- Lex 7. tit. 11. lib. 5. Recopil. explicatur.** p. 95. n. 12
- Legis 13. tit. 11. lib. 5. Recopil. expositio.** p. 97. & seq. n. 27
- Legis Lucius 33. de donat. interpretatio.** p. 126 n. 24
- Lex finalis, §. ult. C. commun. de legat. declaratur.** p. 137. n. 8
- Lex 2. C. de pignor. latè enodatur.** p. 143. n. 1. & seqq.
- Procedit siue hypotheca specialis antecedit, siue subsequatur generalem.** ibid. & seq. n. 5
- Non favet hæc constitutio tertio possessori.** p. 144. n. 6
- Dictæ legi 2. locus erit, etsi res specialiter priori creditori obligata, non comprehendatur generali hypotheca.** p. 145. n. 13
- Lex 5. tit. 9. lib. 5. Recopilat. elucidatur.** p. 148. n. 14. Ratio decidendi traditur. p. 151. n. 40
- Legis

& Verborum.

- Legis finalis, de offic. Procons.** intellectus. p.158. n. 36
- Quoties in lege ratio exprimitur decisionis, omnes casus, in quibus eadem reperitur, comprehendit.** p. 150. n. 29
- Lex Fusia Caninia de manumissionibus est sublata.** p. 177. n. 61
- Lex Julia Norbana quando edita.** p. 180. n. 77
- De Lege Clodia frumentaria.** p. 184. & seqq. n. 105
- Lex servire debet pro dubio tollendo.** p. 192. n. 149
- Lege irrogante mortis poenam, nec designante instrumentum, iudex ex solitis eligit.** p. 204. n. 5
- Lex sequenda est, licet de ratione ejus non constet.** p. 211. n. 9
- Legis poenam non evadit qui dicis causam præcepto satisfacit.** p. 215. n. 5
- Leges juris communis quanta apud Hispanos auctoritate polleant** p. 223. n. 7. **Quare in publicis Aca-**
demiis legi permittantur. ibid. n. 8
- Leges juris communis insertæ Decreto Gratiani nullam canonicam obtinent auctoritatem.** ibid. n. 9
- Leges Principum sæcularium Decreto contentæ qualem habeant auctoritatem.** ibid. n. 10
- Legis vis coactiva tollitur si intra decennium à quo promulgata est, non recipiatur.** p. 273. n. 55
- Leges Partitarum cur conditæ.** p. 304. n. 1
- Legum observatio subditis tantum incumbit.** ibid.
- Leges juris communis Hispania si quis allegaret, olim capitis poenam luebat.** ibid.
- Legum Partitarum opus inchoatum est sub Ferdinando III.** ibid.
- Leges Partitarum quando promulgatæ usu recipi cœperunt.** ibid. n. 6
- De Legis substantia non est, ut tempus quo conditur exprimat.** ibid. n. 7
- Leges Partitarum quonam tempore conditæ.** p. 305. n. 12
- In Legum Partitarum chronologia extant errores haud pauci, qui corriguntur.** p. 308. n. 29
- Legum Partitarum compilatores quam chronologiam observarint.** ibid. n. 31
- Legis finis an sub illa præcipiatur.** p. 335. n. 77. & seq.
- Legis ratione cessante, ejus quoque dispositio cessare debet.** ibid.
- Lex In orbe Romano, ff. de stat. homin.** intelligitur. p. 183. n. 101
- Lex Cùm patronus 34. de legat. 3.** fusè exponitur. p. 185. & seqq. n. 108. 110. 144. 151. 159. & seqq.
- Legis ejusdem intellectus quidam reprobatur.** p. 187. n. 122
- Lex Proprias, C. de legat. ad legatum generis non spectat.** p. 190. n. 142
- Lex Mortuo bove, §. 1. ff. de legat. 2.** explanatur. p. 192. n. 148. & seq.
- Legis Cùm patronus, proponitur intellectus.** p. 194. n. 164
- Legis Aur damnus, §. 1. ff. de pœn.** interpretatio. p. 200. n. 5
- Lex Capitalium, §. Famosos, emendatur.** p. 106. n. 22
- Lex Moris, §. Ille ferè eod. tit.** corrigitur. p. 205. n. 12
- Lex Non omnium, ff. de legib. declaratur.** p. 211. n. 9
- Lex 1. §. Excusantur, ff. ad Syllan.** quomodo legenda. p. 214. n. 3
- Lex Sed & qui, ff. ex quib. caus. major.** intelligitur. p. 215. n. 7
- Lex 4 ff. commod.** quomodo accipienda. ibid. n. 8. & seqq.
- Legis 4 tit. 23. Partit. 1.** interpretatio. pag. 327. n. 21
- Legis 2. ff. de verb. signif.** intellectus. p. 336. n. 89. & seqq.
- Lex 12. Tauri declaratur.** p. 345. n. 23
- Liber.*
- De Librorum Sacrorum divisione.** p. 243. n. 4
- Libri Canonici sunt regula, ad quam Fidei dogmata examinari debent.** ibid. n. 5
- Contra Libros Canonicos multa hæretici commenti sunt, quæ à Catholicis refelluntur.** ibid.
- Librorum Canonicorum utilitas.** ibid.
- Libris sacris ac traditionibus standum est quoad Fidei dogmata.** ibid. & seq. n. 6
- De eorum auctoritate & veneratione.** ibid. n. 7 & seq.
- Libri sacre Scripturæ cur Canonici nuncupentur.** ibid. n. 9
- Libri qui Canonici haberi debeant, Ecclesia decernit.** p. 244. n. 10
- Utrum Libris Canonicis error aliquis, seu mendacium posset inesse.** ibid. n. 11
- Librorum sacrorum auctoritas unde proveniat.** ibid. n. 12. & 14
- Libri ex traditione Canonici habentur.** p. 245. n. 16
- Ut Libri Canonicorum auctoritatem obtineant, necessario requiritur Ecclesiæ approbatio.** ibid. n. 18
- Quoad Libros Canonicos omnino est standum Ecclesiæ judicio.** p. 246. n. 27
- Librorum Divinorum catalogus apud quos habeatur Autores.** p. 249. n. 30. & seq.
- Librorum canonicorum catalogus ex Tridentino refertur: item ex Concilio Romano, de quo in cap. Sancta, 15. dist.** ibid. n. 31. & seq.
- Librorum sacrorum præludia & defensio, remissivè.** ibid. n. 33
- Ex Libris Canonicis quidam certos habent autores, alii non utique, & recententur plures.** ibid. n. 34
- Libri qui quondam canonici non habebantur, sed postea ab Ecclesia sunt approbati.** p. 248. n. 37
- De Libris Sapientiæ & Ecclesiastici, ibid. n. 38. & seqq.**
- De Libro Tobia.** p. 249. n. 55
- De Libris Esdra.** p. 250. n. 60. & seqq.
- De Libro Esther.** p. 252. n. 76
- De Libro Judith.** ibid. n. 81
- De Libris Machabæorum.** p. 255. n. 104
- De Libris Prophetarum majorum & minorum.** p. 256. n. 110. & seqq.
- Libri canonici passim Divini vocitantur.** p. 260. & 261. n. 141. & seqq.
- Librorum de rebus sacris agentium divisio.** p. 274. n. 1
- Librorum divinorum divisio apud Hebræos.** ibid. n. 5
- Libri canonici censentur quos communis SS. Patrum consensus ut sacros approbavit.** p. 281. n. 56
- Liber suspectus est qui Autoris nomen præ se non fert.** p. 281. n. 63.
- Liber de vitis Summorum Pontificum utrum à**

Index Rerum omnium

- Damafo elaboratus.** p. 283. n. 79
- Liber de inventione capitis S. Joannis Baptistæ apocryphus est.** p. 286. n. 105
- Libri apocryphi qui dicantur.** p. 288. & seq. n. 1. & 10
- Inter Libros dubiæ fidei & hæreticorum discrimen assignatur.** ibid. n. 2
- Libri hæreticorum nec legi, nec retineri permittuntur, quamvis errorem nullum contineant.** ibid. & p. 289. n. 9
- Libros hæreticorum legens an incurrat excommunicationem Bullæ in Cœna Domini.** ibid. n. 3
- Libros hæreticorum legere num liceat viris doctis ac piis, in quibus nullum timeri possit subversionis periculum.** ibid. n. 4
- Libri hæreticorum, & qui contra Fidem Catholicam quicquam continent, comburi debent, & an privatus possit illos propria auctoritate flammis tradere.** ibid. n. 6
- Ex librorum hæreticorum lectione & retentione qualis oriatur præsumptio.** ibid. n. 7
- Libri hæreticorum etiam manuscripti vetantur legi.** ibid. n. 8
- De Libris quorum auctores ignoti sunt.** p. 290. n. 10
- Libri de rebus sacris sine nomine auctoris, Concilio Tridentino imprimi prohibentur.** ibid. n. 11
- Libri hæreticorum propriè apocryphi dicuntur.** ibid. n. 12
- Libri qui olim & nunc legi prohibentur.** ibid. n. 14
- Libri apocryphi qui recensentur in cap. Sancta, 15. dist.** p. 291. n. 21
- Libertas.*
- Libertas ingenuitate ac rebus cunctis æstimabilior ac favore dignior.** p. 117. n. 14
- Libertas testamentaria an directò, vel per fideicommissum præstatur.** p. 177. n. 62
- Libertas directò codicillis dari nequibat, nisi illi testamento confirmarentur.** ibid. n. 63
- Libertatem directam nemo dare poterat qui servi dominus non erat & tempore testamenti & mortis.** ibid.
- Libertas data in tempus mortis servi est nullius momenti.** p. 178. n. 68
- Libertas Latina quibus modis conferebatur.** p. 181. n. 82. & seqq.
- Libertates testamento relicte valent, etsi illud ex causa præteritionis, vel exhæredationis corrumpatur.** p. 350. n. 52
- Libertus.*
- Liberti qui cives Romani non erant, quondam mero jure poterant pro libito manumissorum in servitutem revocari.** p. 174. n. 45. Sed declaratur hoc. p. 180. n. 77
- Liberti qui dicantur.** p. 177. n. 64
- Libertis non iusta manumissione factis jus Latii lege Junia Norbana concessum est, & quale illud fuerit, remissivè.** p. 180. n. 75
- Liberti Latini, seu Juniani, Cives Romani non erant.** ibid. n. 76
- Liberti non cives Romani nihil ex testamento capere poterant.** p. 181. n. 86
- Inter Libertos respectu patronorum erat discrimen & ordo; nam alii primi, alii secundi, &c. vocabantur.** p. 182. n. 94
- Liberti etiam cives Romani non omnia assequabantur quæ ingenuis competebant.** ibid. n. 95
- Liberti Romani in ultima classe describebantur.** p. 183. n. 97
- Liberti tribubus urbanis, ut ignobilioribus adscribebantur.** ibid. n. 99
- De Libertorum & libertinorum differentiis.** ibid. n. 100
- Liberti omnes postea fiebant cives Romani, & jura ingenuitatis consequabantur.** ibid. n. 101
- Liberti etiam cives Romani jure suffragii carebant, nisi eis specialiter concederetur.** ibid. & seq. n. 102. & 109. Quod & ante Augustum in usu fuit. p. 190. n. 140
- Lictor.*
- De Lictoris officio qui manumissionibus vindicta intererat.** p. 176. n. 53
- Limitatum.*
- Limitata causa limitatum parit effectum.** p. 351. n. 61
- Linea.*
- Linea ante omnia inspicitur ad prælationem in successione primogenii.** p. 58. n. 60
- Lis.*
- Per litis contestationem in judicio quasi contrahitur.** p. 36. n. 72
- Lites extingui publicè interest.** p. 53. n. 21. & p. 89. n. 41
- Litania.*
- De Litaniarum, sive Rogationum institutione.** p. 339. n. 109
- Litaniæ quondam singulis hebdomadis in Ecclesia fieri solebant.** ibid. & seq. n. 110
- Locator.*
- Locator quando teneatur remittere pensionem & ad interesse, si conductor uti re locata non permittatur.** p. 210. n. 2
- Locator non cogitur remittere pensionem conductori migranti e domo ob metum lemorum, sive phantasmatum, qui locationis tempore cognovit domum illis infestari.** ibid. n. 5. Sed hoc limitatur. ibid.
- Locupletari.*
- Locupletari cum jactura aliena omni jure prohibetur.** p. 40. n. 3
- Lucltuosum.*
- Lucltuosum est, ut non laborans, sed alius laboris fructibus gaudeat.** p. 146. n. 3
- Lucrum.*
- Lucrum societatis conjugalis dari non potest, nisi ære alieno deducto.** p. 151. n. 36
- Lucra conjugalialia non capit uxor ex causa lucrative.** ibid. n. 39
- Lustrum.*
- Lustrum erat illud tempus quinquennale, quod intercedebat inter centum bonorum & centum populi.** p. 176. n. 57
- M**
- Madian.*
- Madian urbs duplex assignatur, & ubi sita ostenditur.** p. 218. n. 7
- Magistratus.*
- Magistratus inferior coram superiore deponit insignia, retenta ordinaria jurisdictione: delegatus hac etiam caret.** p. 158. n. 36
- Magistratum Romanorum dignitas & differentia.** p. 193. n. 152
- Mahometani, & Mahometus.*
- Mahometani unde Saraceni dicti.** p. 218. n. 4
- De

& Verborum.

- De Mahometi vita & parentibus, & quo tempore vixerit. ibid. n. 3
- Mahometus cur suos omnes Sarracenos nuncupari voluit. ibid. n. 5
- Majoratus.*
- Majoratus verbum accipi debet juxta usum, leges, ac consuetudines cujusque regionis. p. 51. n. 1
- Si Majoratus simpliciter instituat, illæ servari debent conditiones, quæ sunt in usu, ubi major pars bonorum ejus existit, aut domus principalis. ibid. n. 8
- Quoties Majoratus bona esse apparuerit, ea indivisa ad primogenitum ex vocatis, de jure Hispano debent pervenire. ibid. n. 9
- In Majoratibus apud nos succeditur, sicut in regno. ibid.
- Si Majoratus jure bona possidenda testator reliquerit, succedet solus primogenitus absque gravamine. p. 52. n. 10
- Per Majoratus institutionem tacite inducitur perpetua alienationis prohibitio. ibid. n. 11. & p. 66. n. 66
- De Majoratus natura est, quod bona non liceat alienare. ibid.
- In Majoratibus Hispaniæ etiam remotissimus gradu per repræsentationem admittitur. p. 54. n. 28
- In Majoratu masculus ejusdem gradus, & lineæ fœminam natu majorem excludit. ibid. n. 29. Sic in Hispania receptum est. ibid. & seq. n. 31. & 39
- Majoratum institutio licita, & utilis. p. 54. n. 32
- Majoratus sunt favorabiles propter publicam, ac privatam utilitatem. ibid. n. 33
- Majoratus, & regnum in quibus convenient, & differant, remissivè. p. 55. n. 34
- De Majoratu ad regnum, ac è converso, an valeat argumentum? ibid. n. 34. & 35
- Inter Majoratum, & feudum quoad successionem fœminarum differentia. ibid. n. 36
- Majoratus bonorum possessio ipso jure ex lege regia in successorem transit. p. 56. n. 44
- Ampliatur. ibid. n. 45
- Majoratus successoribus ex lege 45. Tauri, omnia possessoria remedia conceduntur. p. 57. n. 50
- In Majoratibus per sententiam judicis declaratis ea sunt observanda, quæ in aliis regulariter stabiliuntur. p. 58. n. 59
- In Majoratum institutione quæ conditiones apponi soleant, remissivè. p. 60. n. 13
- Majoratum substitutiones, ac conditiones Princeps immutare non potest. p. 61. n. 15
- In Majoratibus Hispaniæ utrum admittatur dispositio authenticæ *Res quæ, C. commun. de legat.* p. 66. n. 67
- Majoratus bona legitime alienata libera permanent, licet in potestatem possessoris redeant. p. 99. n. 7
- Majoratus bona fisco addicta ob crimen possessoris, si ex indulgentia Principis eidem restituantur, non incidunt in pristinum vinculum, nisi exprimat. ibid.
- Mandatum.*
- Mandato speciali opus est ad acceptandum beneficium Ecclesiasticum, & ad alia beneficialia. p. 131. n. 14. Generale sufficit ad lites super rebus spiritualibus. ibid.
- Manumissio, & Manumittere.*
- De Manumissione in Ecclesia. p. 174. n. 40
- Ad Manumissionem vindicta quæ desiderarentur. p. 175. n. 47
- Manumissio vindicta apud quos Magistratus fieri poterat, & an apud Legatum Proconsulis, discutitur. p. 176. n. 52
- In hac Manumissione quod munus licitor exercebat. ibid. n. 53
- Quæ solemnia adhibebantur. ibid. n. 54
- Manumissionis instrumentum apud Romanos conficiebatur, & qua forma. ibid. n. 55
- De Manumissione per censum. ibid. n. 56
- Abiit in desuetudinem. p. 177. n. 59
- Manumissi non fiebant cives Romani, nisi vindicta, censu, aut testamento manumitterentur. p. 174. n. 44
- Manumissi testamento aut codicillis civitatem Romanam consequantur. p. 177. n. 60
- Manumittere per alium vindicta nullus poterat, nisi per ascendentes vel descendentes. p. 175. n. 47
- Manumittere proprios servos non omnibus dominis permissum est. ibid. n. 48
- Manumittere hæres non potest servum, qui sub conditione legatus est. ibid.
- Nec quemquam ex servis familiæ, cum ex ea servus, optione data, relictus est, quandiu optandi jus pendet. ibid.
- Manumittere vindicta servos suos minor viginti annis non poterat, nisi certis de causis. ibid. n. 49
- Utrum similiter in majoribus causa desideretur. ibid.
- Manumittere vindicta minores nequeunt, nisi causa probata. ibid. & seq. n. 50
- Ad Manumittendum vindicta quæ requirantur in persona servi. ibid. n. 51
- Maranita, & Maranus.*
- Marani verbum quid significet. p. 219. n. 14
- De Maranitis & urbe Mara, ac oppido Mare in Arabia. ibid. n. 15
- B. Maria.*
- De B. Mariæ Transitu & Assumptione. p. 294. n. 49. & seq.
- Maritus.*
- Marito an liceat uti re in pignus accepta, donec solvatur dos. p. 5. n. 29
- Maritus utrum possit cedere jus non computandi fructus pignoris in sortem? ibid. n. 30. & seq.
- Si Maritus pignus pro dote acceptum pignori dederit, ad quem fructus ejus pertineant. ibid. n. 32. & seq.
- Maritus exigere licite potest usuras pro dilata dotis solutione, ex eo solum quod matrimonii sustinet onera. p. 6. n. 36
- Maritus non computat fructus ex pignore in sortem, quanquam extraneus dotem promiserit. ibid. n. 38
- Maritus computat fructus in sortem, etsi ita non convenerit: & procedit speciali dotis favore. ibid. n. 40
- Marito permittitur de certa annua quantitate pacisci, dum dos non solvitur. p. 7. n. 46. Quod ampliatur. ibid. n. 49
- Utrum ea quantitas possit excedere onera matrimonii? p. 7. n. 47. & seq.
- Si Marito expressè tradatur pignus pro majori cautione dotis promissæ, an debeant fructus in sortem imputari? p. 8. n. 50
- Maritus, soluto matrimonio, non lucrabitur fructus pignoris, etsi ita pactum sit. p. 8. & seq.

Index, Rerum omnium,

- seq. n. 55. & 58. Idem erit de annua quantitate promissa usque ad dotis solutionem. p. 9. n. 59
- Maritus** de jure regio habet absolutam facultatem disponendi de bonis matrimonio constante quaesitus, nec eget assensu uxoris, etsi pro parte ad illam pertineant. p. 147. n. 9. & p. 150. n. 27
- Maritus uxoris**, ac familiae est caput. ibid. n. 40
- Maritus** oportet quod habeat liberam potestatem quoad rei familiaris administrationem, independentem ab uxoris consensu. ibid.
- Marito** imputatur in partem suam, si existant lucra conjugalia, vel in proprium capitale, si matrimonio constante ex bonis communibus solverit suis creditoribus, quos ante illud habuit. p. 152. n. 41
- si **Maritus** moriens nulla prorsus bona relinquat, mulier agere nequit in creditores, qui suum receperunt. ibid.
- Mariscum Bellum.*
- Mariscum bellum** quando & quare ortum. p. 166. n. 16
- Martyr, & Martyrium.*
- Martyr** quid significet, & qui olim Martyres vocarentur. p. 281. n. 60
- Martyrum Sanctorum**, ac eorum Reliquiarum veneratio semper in Ecclesia observata est. p. 282. n. 68
- De Martyrio** militum legionis Thebaeae. p. 235. n. 43
- Martyrium** quorundam Sanctorum describitur temporibus Imperatorum, sub quibus passi non sunt, Historiographorum errore. p. 274. n. 7
- Martyria Sanctorum** literis mandare semper in usu fuit. p. 282. n. 64
- Ad Martyria Sanctorum** scribenda Clemens Pontifex viros constituit. ibid. n. 66
- Ad Martyrium** verum quae desiderentur. ibid. n. 69
- Martyrologium.*
- Martyrologium** B. Hieronymus edidit. p. 282. n. 65
- Mater.*
- Matri** de jure naturali licet ob gravem necessitatem filios vendere, vel pignori dare. p. 117. n. 17
- Non sic de jure civili. p. 118. n. 22
- Mater** plus confert foetui, quam pater. pag. 187. n. 119
- Mater** si desideretur necessario ad nutriendum infantem, non sustinet poenam corporalem, per quam ad id reddatur inhabilis. p. 200. n. 9
- Matre** violenter perempta, quod foetus vivat, impossibile non est. p. 201. n. 12
- Matris viscerum** pars est infans dum in utero est. ibid.
- Mater** privatur filii pupilli successione, si intra annum illi tutores non petat. p. 217. n. 18
- Idem** juris est, si mater administrans tutelam ad secundas convolet nuptias. ibid. n. 19
- Similiter** privatur testamentaria successione. ibid. n. 20
- Non** sufficit petere tutores, si excusentur dati. ibid. n. 21
- Matrimonium.*
- Matrimonium** foeminae extraneae promittens ad quid teneatur. p. 224. n. 16
- Matrimonii** certae foeminae promissor si parens sit, aut extraneus, quid inter eorum obligationem intersit. p. 225. n. 18
- In Matrimoniis** libertas voluntatis requiritur. ibid. n. 21
- Matthaeus.*
- Matthaei** caput 16. ibi: *Tu es Petrus, &c.* exponitur. p. 262. n. 158
- Medicus.*
- Medicus** ad curationem infirmi cujusque, soluta mercede, compelli potest. p. 116. n. 6
- Melchiades Papa.*
- Melchiades** Papa an martyrio coronatus obierit, & quo tempore. p. 284. n. 89
- Melitina Legio.*
- Melitinæ** legionis militibus deprecantibus miraculum in favorem exercitus contigit. p. 234. n. 40
- Unde **Melitina** dicta est. ibid.
- Melitina** legio a tempore miraculi Fulminatrix est dicta. ibid. n. 41
- Vide Legio.*
- Mensis.*
- De Mensibus** Hebraeorum. p. 307. n. 22
- Mensium** Macedonicorum & aliarum gentium nomina recensentur. p. 309. & seq. n. 36
- Meretrix.*
- Meretricem** publicam cogere non licet, ut corporis sui copiam faciat. p. 116. n. 7. & 8
- Meretricem** rapiens, aut violenter cognoscens, extraordinaria afficitur poena. ibid. n. 9
- Metus.*
- Metus** reverentialis an faciat irritum matrimonium. p. 225. n. 21
- Metus** iuste incussus matrimonium non reddit irritum. ibid. n. 22
- Miles, Militia, & Militare.*
- De Militiis** Romanorum, remissive. p. 149. n. 22
- Militare** an fas non subditis de justitia belli dubitantibus. p. 232. n. 32
- Milites** legionarii, non auxiliares, ad munera militaria admittebantur. p. 186. n. 114
- Militum** exauctoratio quomodo fiebat, remissive. p. 231. n. 26
- De Militum** Romanorum differentiis. p. 362. n. 10
- Militi** licet non recedere a loco assignato etsi certò sciat, ibi periturum. p. 201. n. 11
- Militia** navalis ignobilior terrestri, & qui ad illam admitterentur. p. 186. n. 113
- Militia** legata, eadem praestari debet si comparari possit, nec sat est solvere ælimationem. p. 191. n. 147
- Minor.*
- Minor** vendens, ac tradens rem etiam sterilem usuras exigit de jure civili, donec pretium solvatur. p. 41. n. 13
- Minori** debentur usurae absque interpellatione ex solutionis dilatione, ex qua creditores ejus in moram incidunt. p. 140. n. 23
- Miraculum.*
- Miraculum** quod a Deo milites Christiani impetrarunt pro exercitu Romanorum. p. 234. n. 39
- Missæ.*
- De Missæ** sacrificii institutione, & quis post Christum primus celebraverit. p. 352. n. 1
- Missæ** verbum cujus idiomatis sit. ibid. n. 3
- De Missæ** Fidelium & Catechumenorum. p. 353. & seq. n. 7. & 12
- Missæ** etymologia. p. 354. n. 13
- Missæ** verbum Hebraicum. ibid. n. 14
- Missam** seu sacrificium altaris Hebraei Micha vocant. ibid.

& Verborum.

- Græci liturgiam dicunt. ibid. n. 15
 Missæ definitio. p. 355. n. 19
 De Missæ partibus, remissivè. ibid. n. 20
 De Missæ sacrificio qui scripserint. p. 356. n. 25
Moïses.
 Moïses, Jethro focero suadente, viros eminentes selegit, ut jus populo redderent. p. 172. n. 27
Monstrum.
 Monstra citò perire solent. p. 196. n. 6
 Monstrum si qua pepererit, mixta forma hominis & bruti, utrum torqueri possit. ibid. n. 7. Quid de pastore si animal similiter edat, quod ipse custodit. ibid.
 Monstra quibus ex causis procreentur. ibid.
Mora.
 Post Moram emptoris fructus rei venditæ ad quem spectent. p. 47. n. 65. Quid si venditor sit in mora. ibid. n. 66
 Post Moram venditor rei periculum sustinet, & interesse intrinsecum: nam ad extrinsecum emptori tenetur. ibid. n. 68
 Mora an purgari possit ubi diei adjicitur poena. p. 140. n. 25
Mors.
 Per Mortem ejus, qui valet revocare, non inducitur revocatio. p. 125. n. 15
 Post Mortem viventis voluntas non permanet. ibid.
 Ad Mortem damnati quondam priùs virgis cædi solebant, præter nobiles. p. 204. n. 6
Mulier.
 Mulier agens, ut pro dote alienentur bona restitutioni subjecta, an excussionem præmittere debeat, ut constet, non extare libera? p. 65. n. 62
 Mulieres in vanitates nimis propensæ. p. 153. n. 33
 Non expedit quod mulieres domus, ac rei familiaris administrationem assumant. ibid. n. 40
 Mulierum genus avarissimum. ibid.
 Mulier prægnans ad mortem damnata non subditur supplicio donec pepererit. p. 200. n. 1
 Mulier mortis rea statim post partum interfici potest, nisi ad nutriendum filium sit penitus necessaria. ibid. n. 5
 Mulier lactans infantem, alia deficiente non potest ultimo supplicio affici. ibid. n. 9
 Unde originem traxerit hæc humanissima constitutio. p. 202. n. 23. Procedit etiam de jure naturali. ibid. n. 24. Locus sacræ Paginæ expenditur ad rem, & enodatur. ibid.
 Mulier gravida poenis corporalibus non subiacet. p. 200. n. 6. An ad relegationem damnari possit. ibid. n. 7
 Mulieri puerperæ nulla poena corporalis præter mortis irrogari potest ante quadraginta dies à quo enixa est. ibid. n. 8
 Mulier quæ ex præmissis causis non punitur, sed supplicium differtur, esse debet in vinculis publicis, aut aliàs securè custodita, aliq̄e suis, aut publicis expensis. p. 200. n. 9
 Mulier prægnans an casu aliquo ante partum occidi possit propter crimen, sic suadente publica utilitate. ibid. n. 10. & seqq.
 Mulieri gravidæ ægrotanti, ne ipsa pereat, talis potus propinari potest, ut ex eo mors foetus indirectè subsequatur. p. 201. n. 12
 Mulier lactans an possit torqueri, aut poena corporis afflictiva coerceri. ibid. n. 17. & seqq.
 Mulier menstruis fluentibus torqueri, aut alia
D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.
- corporali poena plecti nequit, excepto ultimo supplicio. p. 203. n. 26
Mundus.
 De Mundi ætatibus. p. 307. n. 25
 Mundus quo anni tempore creatus. p. 308. n. 32 & seqq.
Munus.
 Munera quædam pro pecunia conceduntur in Indiis Occidentalibus à Rege. p. 192. n. 150
Mutuans.
 Mutuans licitè paciscitur, ut intra tempus concessum ad solutionem debitor ad interesse damni emergentis, ac lucri cessantis teneatur. p. 43. n. 30
 Mutuans illico creditam pecuniam repetere non potest, sed tempus breve præterire debet de jure communi judicis arbitrio: de jure regio decem dies debitori lege concessi sunt. p. 124. n. 7
N
Nabuchodonosor.
Nabuchodonosor quando regnare coeperit. p. 309. n. 38
Natus.
 Pro Nato habetur qui in utero est, quoties de illius commodo agitur. p. 200. n. 2
Naufragans.
 Naufragans licitè potest tabulam alii cedere, ut periculum evadat, etsi agnoscat seipsum ibi periturum. p. 201. n. 11
Navis, & Nauta.
 Navi ignem injicere ut comburatur, licitum est ob communem utilitatem, quamvis injiciens & alii sint ibi extinguendi. p. 201. n. 11
 Nauta locare navim, ac navigantes excipere compelli potest. p. 116. n. 6
 De Nautico fœnore apud Romanos. p. 21. n. 41
 Ad Nauticum fœnus si quis pecuniam dederit, an teneatur, re feliciter eveniente, pretium acceptum pro periculo, cui se subjecit, restituere? p. 22. n. 47. & seqq.
 Nauticum fœnus an jure Pontificio sublatum? p. 22. n. 53
 In Nautico fœnore non desideratur, ut creditor operam, aut diligentiam adhibeat, ut pretium periculi licitè percipiat. p. 23. n. 54
Necessarium.
 Per Necessarium quid intelligatur, cum dicimus abstinentia detrahi debere de necessariis ad vitam. p. 327. n. 19
Nemo.
 Nemo potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento. p. 14. n. 114
 Nemo præsumitur eligere viam, per quam propria evertatur dispositio. p. 100. n. 12
 Nemo patrimonium suum jactare creditur. p. 147. n. 11
 Nemini licet cum jactura aliena locupletari. p. 84. n. 4
Nepos, & Neptis.
 Nepotis vel neptis verbum absolutè prolatum de descendentibus accipitur, non de fratrum filiis. p. 224. n. 16
Ninive.
 De Ninive urbis magnitudine, remissivè. p. 214. n. 1
Nisibis.
 Nisibis urbs, postea Antiochia vocata, omnium hujus nominis antiquissima, à Nimrod condita,
D d d

Index Rerum omnium,

- Antiochia*, sive à Belo, quæ Antiochia Mygdonia cognominabatur à loco ubi sita est. p. 213. n. 2
- Nitibus nomen est proprium ac peculiare civitatis illius, quam Nimrod condidit, & nulli alii convenit. ibid. n. 6
- Nobilis, & Nobilitas.*
- Nobilitas qualiter probetur. p. 188. n. 126
- Nobilitas non descendit à matre, sed à patre. ibid. n. 128. & p. 189. n. 134
- Nobilitas matris, aut ignobilitas prodest aut nocet liberis quoad hominum æstimationem. p. 190. n. 138
- Nobilitas ex utroque parente ad munera & honores aliquando requiritur. ibid.
- Nobilium animis Deus maximam contulit fidelitatem. p. 187. n. 123
- Nobiles in Hispania diverso jure utuntur quoad immunitatem tributorum, ab eo quo Itali apud Romanos. p. 187. n. 125
- Inter Nobilem & Hidalgo qualis sit distinctio apud Hispanos. p. 188. n. 127. & p. 190. n. 137. Hodie ea nomina promiscue usurpantur. ibid.
- Nobilis quis censeatur de jure communi, & de jure Regio. ibid. n. 133
- Nobiles apud Romanos dicebantur clarissimi, & qui tales forent. p. 193. n. 155
- Nobiles Romæ sic jus suffragii obtinuerunt, ut per Censorem auferri non potset: fecus plebei. ibid. n. 156
- Nobilis furcæ pœnam non sustinet. p. 207. n. 29. Sed hoc limitatur. ibid. n. 31
- Vide *Furca*.
- Nullus.*
- Nullus juri suo renunciare in dubio præsumitur. p. 100. n. 12
- O
- Obligatio, & Obligatus.*
- O**bligatio rei turpis nulla est. p. 117. n. 7
- Obligatio recitandi Officium divinum ex duplici provenit causa. p. 111. n. 62
- In Obligationibus facti an post moram succedat interesse loco ejus quod promissum est. p. 194. n. 165
- Obligatio ad id quod in rerum natura non est, aut extra commercium habetur, inutilis est. p. 195. n. 1
- Quando aliquid in commercio esse dicatur. ibid.
- Obligatio facti alieni cum juramento vel absque eo, quid operetur. p. 225. n. 20
- Obligatus ad serviendum ut servus, liber manumissione fieri non potest. p. 178. n. 67
- Obligatus ad factum ex testamento, an teneatur præcisè id præstare, cum possit. p. 194. n. 163
- Officium Divinum.*
- Officium divinum dicere tenetur Clericus in Sacris, etiam excommunicatus, suspensus, & actualiter degradatus. p. 111. n. 62. Quid specialiter observare debeat, qui recitat excommunicatus. ibid.
- Utrum ratione Beneficii recitare teneatur, qui fructus non percipit? p. 111. n. 63. & 65
- An qui tenui potitur Beneficio, ad pensum Divini Officii astringatur? ibid. n. 64. Quale sit beneficium tenue, judicis arbitrio, aut prudentis viri relinquatur. p. 112. n. 66
- Officium qui non recitat beneficiarius, lethaliter peccat. p. 113. n. 80
- Qualiter ad fructuum restitutionem teneatur. ibid. n. 81. & seq.
- Quoties ex Officii omissione non incurritur peccatum, cessat fructuum restitutio. ibid. n. 82
- Officii Divini obligatio sub pœna amissionis fructuum an incipiat post semel à die obtenti Beneficii, vel possessionis? p. 114. n. 83
- Officium Divinum quando recitari debeat. p. 319. n. 53
- Officium publicum.*
- Officium publicum ex auctoritate, vel utilitate suscipiens, cogitur id justè postulantibus ministrare. p. 116. n. 5
- Officium publicum, quod maritus emit, matrimonio constante, quoad æstimationem uxori communicatur, & juxta quod tempus æstimandum. p. 148. & seq. n. 14. & 19
- Officia publica exercere fœminis prohibetur. ibid.
- In Officiis, quæ maritus constante matrimonio obtinuit Principis beneficio, nullum jus acquiritur uxori. ibid. n. 15
- Officia alienabilia censentur, quæ sine regia facultate vendi non possunt, si facilis sit impetratio. ibid. n. 17
- Officium quod parens emit filio, quando in legitimam imputetur, & quod tempus inspiciatur quoad æstimationem. ibid. n. 18
- Officia publica vendere an liceat & expediat, remissivè. p. 149. & seq. n. 19. & 20
- Quid in Indiis observetur. ibid. n. 21
- Olympiades.*
- De Olympiadum initio, remissivè. p. 267. n. 13
- Orare.*
- Orare stantes in quibusdam solemnitatibus jubentur Fideles. p. 316. n. 31
- Orare aliquando est sub præcepto juris naturæ. ibid. n. 29. & seq.
- Qualiter peccet orationem omittens cum ad orandum attritus est. ibid.
- Ordo.*
- Ordo idem servatur succedendi in fideicommissio familiæ relicto, ac in venientibus ab intestato. p. 54. n. 26
- Origenes.*
- De Origenis opusculis. p. 287. n. 111
- Originarius.*
- Originarius non est loci in quo editur aliquis, si nascatur in transitu, parentibus iter facientibus, sed illius ubi illorum domicilium existit. p. 230. n. 23
- Originem ibi sortitur quis, ubi nascitur. ibid.
- Orpheus.*
- De Orphæo quæ narrantur, ad magicam sunt artem referenda. p. 212. n. 15
- P
- Pactum.*
- P**actum legis commissoriæ unde sic dictum. p. 23. n. 62. A Constantino prorsus extirpatum, & à Justiniano quoad emptionem restitutum est. ibid. & p. 25. n. 80
- Pactum legis commissoriæ quomodo in pignore exprimitur, in quo damnatur etiam Jure Pontificio, & Regio Hispano. ibid. n. 63
- Pactum legis commissoriæ non sustinetur, ut pignus relinquatur in feudum creditori. ibid. n. 64
- Pactum legis commissoriæ an valeat inter debitorem & tertium. p. 24. n. 65. An cum fidejussore? ibid. n. 66. & seq.
- Pactum legis commissoriæ non subsistit circa rem debitoris licet obligata non sit. ibid. n. 68. Aut solum

& Verborum.

- solum generali hypothecæ subjectam. p. 24. n. 69
 Pactum legis commissoriæ quibuslibet verbis con-
 ceptum damnatur in pignore. ibid. n. 70
 Pactum non reprobatur, quod debitore non sol-
 vente, pignus cedat creditori pro justo pretio.
ibid. n. 73. Idem erit si non exprimatur, *Proju-*
sto pretio; nam tacite intelligitur, ut conventio
 teneat. ibid. n. 74. Debitor tamen potest purgare
 moram. p. 25. n. 82
 Aliud juris est, si res detur in solutum, quia si non
 dicatur, *Pro justo pretio*, non subsistit pactio.
ibid. n. 76
 A Pactis de usura suspectis abstinendum. p. 25.
n. 77
 Pactum legis commissoriæ etiam ad instantiam debi-
 toris adjectum damnatur, nisi ipsius utilitatem re-
 spiciat. ibid. n. 81
 Pactum illud utrum sustineatur ex intervallo adje-
 ctum, jam accepta per debitorem pecuniâ? ibid.
& 'eq. n. 83
 Quid si pecunia credita æquivalet pignoris æstima-
 tionis. p. 26. n. 85. & seqq.
 Pactum legis commissoriæ in pignoribus regulariter
 iniquitatem continet. p. 25. n. 79
 Num firmetur juramento? p. 26. n. 90. Aut ali-
 quem effectum producat jusjurandum in eo. ibid.
n. 91
 Pacta inæqualitatis in societate sustinentur, nisi
 de ipsorum iniquitate constet aperte. p. 20.
n. 29
 Pacta iniqua societatis arbitrio boni viri ad æquali-
 tatem reducuntur, etsi damnificatus asserat se do-
 nare. p. 21. n. 40
 Pactum de vendendo cujus sit effectus, & an ex eo
 competat actio? p. 49. n. 85
 Pactum de vendendo utrimque impletum, an tran-
 seat in venditionem, remissivè. ibid. n. 87
 Pactum legis commissoriæ licite adjicitur venditio-
 nibus. p. 76. n. 1. Quibuslibet verbis exprimi-
 tur, & sufficiunt quælibet, quæ rem explicent.
ibid. n. 2
 Ex eo Pacto prædicto si præmium suo tempore non
 solvatur, ipso jure dominium ad venditorem re-
 vertitur. ibid. n. 3. Non est necessaria interpellatio.
p. 79. n. 24
 Per ipsum resoluta emptione, non debetur gabella,
 & soluta repetitur. ibid. n. 24
 Resoluto contractu, emptor fructus restituit, quos
 compensat cum parte pretii, aut arrhis, quas per-
 dit. ibid.
 De Pacto additionis in diem, ac ejus effectum. p. 77.
n. 5
 Non est necesse quod definiatur tempus, intra quod
 melior conditio sit afferenda. ibid. n. 6
 Ex Pacto isto, & legis commissoriæ non resolvitur
 contractus, invito venditore. ibid. n. 7
 Soluta venditione per pactum additionis in diem,
 emptor restituit fructus. ibid. num. 8. & ibid.
n. 10
 Si emptor pretium numerasset, fructus cum usuris
 licitis compensantur. ibid. n. 8. & seqq.
 Ut ex utroque Pacto dominium jure ipso redeat
 ad venditorem, debet adjici, in eodem actu
 contrahendi, non ex intervallo. ibid. n. 12. Ac
 concipienda sunt ea pacta verbis directis. p. 78.
n. 16
 Quando debeatur gabella, si venditio ex illis pactio-
 nibus resolvatur. ibid. n. 14
 Si verbis obliquis eadem pacta adjiciantur, reso-
 luta venditione, an emptor fructus debeat re-
 D. de Furia Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.

- stituere? ibid. n. 15
 Ex Pacto additionis in diem verbis obliquis con-
 cepto, utrum dominium absque traditione re-
 vertatur ad venditorem. ibid. n. 16
 De Pacto retrovendendi, remissivè. ibid. n. 17
 Ex Pacto retrovendendi verbis directis dominium
 revertitur ipso jure. ibid. n. 18. & seqq.
 Per Pactum retrovendendi rescissa venditione, ga-
 bella solvitur, & an una, vel duplex? ibid.
n. 21
 Ex pacto hoc solum competit actio personalis. p. 79.
n. 22
 Non agitur in tertium possessorem. ibid. n. 23. Quid
 si adjungatur pactio de non alienando cum hypo-
 theca. ibid. n. 24. Quid si accesserit juramentum.
ibid. n. 25
 Pactum, quod reddito pretio res sit inempta propriè
 non est pactum retrovendendi. ibid. n. 27
 Pactum retrovendendi commune, tam favore vendi-
 toris, quam ementis, licitum. ibid. n. 28
 Pactum retrovendendi limitatum, ne liceat intra
 certum tempus redimere, an contractum, efficiat
 de usura suspectum? p. 80. n. 32. & p. 82. n. 49.
& seq.
 Pactum retrovendendi utrum sit, cum convenit ut
 emptor, pretio exhibito, rem restituat? p. 80.
n. 33. & seqq.
 Propter Pactum retrovendendi ad favorem venden-
 tis, res minoris æstimatur, quam in se valet. p. 81.
n. 42
 Rursus si ad utilitatem ementis apponatur, pretium
 ultra rei valorem crescere debet. ibid.
 Pactum retrovendendi in censibus permittitur, &
 regulariter inferi solet. ibid. n. 43
 Pactum restringens facultatem redimendi censum,
 an sustineatur in Hispania. p. 83. n. 55
 Pactum retrovendendi ad favorem ementis non fre-
 quenter adjicitur, quod prorsus extirpari oportet.
p. 84. n. 1
 Ex eo pacto rescissa venditione, ad quem fructus in-
 terim percepti pertineant. ibid. n. 2. & seqq.
 Pactum retrovendendi est licitum per se. ibid. n. 6.
 Cum aliis conjecturis producit suspicionem utu-
 rarum. ibid. n. 7
 Ex Pacto retrovendendi ad voluntatem emptoris
 urgentior oritur usuræ præsumptio, quam si fa-
 vore venditoris adjiceretur. ibid. & p. 86. n. 20.
& seq.
 Pactum retrovendendi ad favorem utriusque contra-
 hentis licet adjicere: & tunc an pretium rei ac-
 crescat, vel diminuatur? p. 85. n. 14
 Per Pactum retrovendendi ad nutum emptoris præ-
 tium augeri debet. ibid. n. 15
 Pactum est iniquum, si convenerit, ut cum emptori
 placuerit, offerenti rem totum pretium, quod
 solvit, restituatur. p. 86. n. 16. Utrum liceat pa-
 cifici de eodem majore, minore, aut justo pretio
 reddendo? ibid. n. 18
 Pactum retrovendendi ad libitum emptoris rejicitur
 in censibus, manente contractu censuali. ibid. &
seq. n. 22. & 23
 Pacta adjecta faciunt, ut unus contractus transeat in
 alium. p. 127. n. 28

Paliles Ludi.

Palilibus ludis Romani natalem Urbis celebrarunt.
p. 163. n. 3

Panis Benedictus.

Panis Benedictus in Hispania & Gallia distribuatur
 inter Fideles. p. 354. n. 11

D d d 2

Parens.

Index Rerum omnium,

- Parens, Parentes.*
- Parentibus licet jure naturæ, gravi premente necessitate, filios vendere. p. 117. n. 12. Jure civili id licet solum patri fame urgente, & non alia de causa. *ibid.* n. 13. An filius sic venditus verè efficeretur servus? *ibid.* n. 14
- Parochus.*
- Parochus residens in propria Ecclesia, si per alium idoneè ministret, fructus acquirit Beneficii. p. 106. n. 12
- Parochus non residens tenetur ad restitutionem fructuum, etiam ante sententiam, qui fabricæ Ecclesiæ cedunt. *ibid.*
- Partus.*
- Partus ancillæ an in fructu sit? p. 41. n. 14
- Parum.*
- Parum pro nihilo reputatur. p. 124. n. 7
- Pascha.*
- De Paschate Resurrectionis & Pentecostes. p. 330. n. 38
- Pater.*
- Pater filium ob gravem necessitatem de jure naturali pignori dare potest. p. 117. n. 17. Quid de jure civili. *ibid.* & seqq.
- Patri nullo modo licet vendere filium Clericum in Sacris: & quid de conjugato. p. 120. n. 21. Quid de filio emancipato, vel nepote. *ibid.* n. 22
- Pater ex famis necessitate vendens filium, cum possit, illum redimere compellitur. *ibid.* n. 25. Et quantum emptori reddere debeat. *ibid.*
- Pater est causa efficiens & potior generationis, ad quam solus activè concurrat. p. 189. n. 134
- Patriarcha, & Patriarchatus.*
- De Patriarchis quatuor principalibus Ecclesiæ. p. 264. n. 174. & seqq.
- De Patriarchatibus Basilicis quæ sunt Romæ. p. 165. n. 79
- Patriarchatus quot & quales fuerint in Ecclesiæ primordiis. p. 264. n. 174. & seqq.
- Patricius.*
- Patricii à Romulo sunt electi, & unde ita dicti. p. 163. n. 2
- B. Paulus Eremita.*
- B. Pauli Eremitæ vita. p. 182. n. 72
- Paulus Orosius.*
- De Pauli Orosii scriptis. p. 287. n. 115
- Peccans.*
- Peccans diebus festis non tenetur hanc circumstantiam in Confessione exprimere. p. 322. n. 72
- Limitatur. p. 323. n. 80
- Peccatum.*
- Peccatum publicè permittere licet aliquando: sed ad peccandum compellere, nunquam. p. 71. n. 17
- Vide verbo *Meretrix*,
- Pecunia.*
- Pecunia continetur generali bonorum hypotheca, excepta illa, quæ causam præstat obligationi. p. 100. n. 8
- Pecunia credita si rem debitor emit, creditor in illa nullum jus prælationis habet. *ibid.*
- Pecunia variis de causis solet commodari. p. 215. n. 9. & 10
- Pro pecuniæ usu extra mutuum aliquid sine usura accipere licet. *ibid.* n. 14. Qualis contractus celebretur. *ibid.*
- Pensio.*
- Pensionem solvere non tenetur Beneficiarius, qui fructus propria culpa non percipit. p. 112. n. 67
- Periculum.*
- Periculum rei venditæ pertinet ad emptorem, à die perfecti contractus. p. 47. n. 71. & seqq.
- Permutatio.*
- Permutatio rei alienæ an valeat, remissivè. p. 34. n. 51
- Petens.*
- Petens quod statim debet restituere eidem à quo petit, dolo facere intelligitur. p. 48. n. 76
- B. Petrus.*
- B. Petrum fundamentum esse Ecclesiæ probatur. p. 262. n. 159
- Idem cæteros omnes Apostolos & Prælatos antecessit. p. 264. n. 171
- B. Petrus & Paulus una eademque die passi sunt. *ibid.* n. 172. Qua die & loco. *ibid.* n. 173
- Philippus Rex.*
- Philippus Macedonum Rex quando regni suscepit gubernaculum. p. 309. n. 39
- Phylacterium.*
- Phylacterium quid sit: ubi de Phylacteriis Hebræorum. p. 301. n. 96
- Pignoratitium, & Pignus.*
- Pignus in re propria creditoris consistere nequit. p. 13. n. 96
- Pignoratitius contractus transit in alienationem, si pecunia credita æquivalet rei justæ æstimationi. p. 26. n. 86
- Pignoris valor regulariter quantitatem creditam excedit. p. 25. n. 79
- Pignoris æstimatio an fieri debeat secundum tempus contractus, vel destinatum solutioni? *ibid.* n. 83
- Pignus ex consensu creditoris alienatum à nexu obligationis liberatur, nec in eam reincidit etiam generalem, etsi in dominium debitoris revertatur. p. 100. n. 5. Fallit si ex eodem contractu res restituitur. *ibid.*
- Si post alienationem idem debitor creditori, qui consensit, bona obligaverit, & rem iterum acquisierit, hæc novæ hypothecæ subicitur. p. 99. n. 9
- Qui pignoris alienationi consensit creditor, an possit ante rei traditionem poenitere? *ibid.*
- Pignus tantum saltem valere præsumitur, quantum est debitum.
- Plebejus.*
- Plebeis duntaxat tessera frumentariæ præstabatur. p. 193. n. 158
- Pluto.*
- Plutonis varia nomina, & cur Dis vocaretur. p. 216. n. 15
- Pœna.*
- Pœnarum omnium mors maxima. p. 203. n. 1. Rarò, & ex atrocissimis delictis ultimum supplicium apud Romanos imponebatur. *ibid.* Quibus modis infligebatur. *ibid.* n. 2
- Pœna mortis certis quibusdam modis irrogari legibus Partitarum prohibetur. *ibid.*
- Pœna damnationis ad bestias an fuerit ultimum supplicium. *ibid.* n. 3
- Pœna ignis acerbior est aliis, quibus vita admittitur. *ibid.* n. 4. Non est in usu apud Catholicos ut reus vivus flammis tradatur, sed prius laqueo compressis faucibus mortuus comburiur: sed excipitur hæreticus contumax. *ibid.*
- Pœna furcæ an gravior gladii. p. 206. n. 27
- Pœna gladii & furcæ diversis sententiis damnatus qualiter interficiendus. p. 207. n. 28
- Pon-*

& Verborum.

Pontifex.

- Pontifex non valet in jure divino dispensare, nec in usurarum exercitio. p. 14. n. 110
- Potest commutare pias defunctorum dispositiones. p. 61. n. 21
- Pontifex, licet non sit dominus beneficiorum, plenam de illis disponendi obtinet potestatem. p. 130. n. 9
- Pontifex ad libitum quomodolibet confert Ecclesiastica Beneficia. ibid. n. 10
- Pontifex validè, etsi non licitè, aufert absque causa Beneficium, & illud alii confert. ibid. n. 9
- Pontifex Summus an ut persona privata in hæresim labi possit. p. 237. n. 2. & seqq. Nullus hucusque lapsus est. ibid. & seq. n. 4. & 10
- Pontifex est regula Fidei infallibilis quando ex Cathedra docet. p. 237. n. 3
- Pontifex ex errore potest adversus Fidem sentire. ibid.
- Pontifex si hæresis reus fiat an privetur sua dignitate. p. 238. n. 7
- Pontifices, quibus falsò crimen hæresis imputatur, recensentur, & qui Autores eos à calumnia vindicant, enumerantur. p. 238. n. 11 & seq.
- Pontifex ex Cathedra docens errare non potest. p. 239. n. 12
- Pontifex si quid de Fide credendum proponat, Concilii approbatione non eget. p. 280. & seq. n. 51
- Pontificis decreto standum est circa Fidei dogmata, etsi communis Sanctorum Patrum sententia contradicat. ibid.
- Pontificem ut caput Ecclesiæ errare posse circa Fidem, si quis alleveret, inter hæreticos numerabitur. ibid. n. 53
- Pontifex indistinctè potest omnem legem Ecclesiasticam abrogare. ibid. n. 54
- An possit errorem aliquem incurrere in suis epistolis decretalibus. p. 281. n. 57
- Errare nequit in Sanctorum Canonizatione. p. 282. n. 70
- Pontifex quid possit immutare circa festorum observationem. p. 319. n. 23
- Pontifex nequit dispensare in lege naturali, vel Evangelica. p. 315. n. 24
- ### *Possessio, & Possessor.*
- Possessio an statuto, vel consuetudine absque apprehensionis actu transferri possit? p. 56. n. 48
- Possessio quæ legis ministerio ex lege regia in majoratus successorem transfertur, an sit vera, vel ficta? p. 57. n. 49
- Possessio ejusdem qualitatis, ac fuit ultimo possessore, acquiritur successoribus ex lege 45. Tauri. ibid.
- Si Possessio ex statuto transferatur in hæredem, an intelligi debeat de bonis etiam à tertio ante aditam hæreditatem occupatis, remissivè. p. 57. n. 52
- Possessio feudi an per investituram acquiratur, remissivè. p. 132. n. 29
- Possessionem ingrediens propria auctoritate, non incurrit poenam legis finalis, C. unde vi, si incontinenti rem ad se pertinere ostenderit. ibid. n. 30
- Possessio num per investituram acquiratur? p. 134. & seq. n. 42
- Possessio vera per actus fictos jure præscriptos quaeritur. ibid. n. 45

- Possessio mercium acquiritur per traditionem clavium tabernæ, qua illæ continentur. ibid. n. 46
- Utrum necesse sit, quod in conspectu tabernæ claves tradantur? p. 135. n. 47
- Possessio tradi potest per solam rei inspectionem. ibid. n. 48
- Etiam per instrumenti traditionem, & utrum tradi debeat antiquum, quod est titulus alienantis, vel recens præsentis alienationis? ibid. n. 49. Quid de jure nostro Regio. ibid. n. 50
- Ut Possessio, instrumento tradito transferatur, opus non est rei præsentia. ibid. n. 51
- Possessio tradi potest absente re, quoties ad illam non est tutus accessus. ibid. n. 52

Potestas.

- Potestas non dicitur, quæ iajusta est. pag. 63. n. 42

Potus.

- Potu jejunium violatur. p. 348. n. 21

Præceptum.

- Præceptum de sanctificandis festis an sit affirmativum. p. 313. n. 13. Est partim cæremoniale, & partim morale. ibid. n. 14
- Præcepta moralia legis veteris ad jus naturæ spectant, sicut omnia Decalogo contenta. ibid. n. 15
- Præcepto tertio Decalogi quid jubeatur. p. 321. n. 68
- Præceptum de audiendo Sacro qualiter adimpleatur. p. 323. n. 77

Præfectus vigilum.

- De Præfecti vigilum munere, dignitate, ac institutione. p. 198. & seq. n. 1. & 2

Pregnans.

- In Prægnantem utrum criminale judicium possit exerceri. p. 202. n. 19
- Prægnantium favor ne possint puniri corporaliter aut torqueri, procedit licet foetus nondum sit animatus. ibid. n. 20
- Prægnans gaudet his prærogativis, etsi dolosè, turpiterque concipiat, ut poenam differat. ibid. n. 21
- Prægnans mulier esse quomodo probetur, ut supplicium suspendatur. ibid. n. 22

Premium.

- Premium commensuratur tribulationibus. p. 212. n. 14

Prærogativa.

- Prærogativa tribus quid sit. p. 171. n. 22

Prætor.

- Prætor hæredem facere non valebat. p. 345. n. 22

Precaria, & Precarium.

- Precaria, & precariæ quid significant in Jure Pontificio. p. 123. n. 1
- Precarium unde dictum, & in quo à donatione, ac commodato differat. ibid. n. 2
- Precarium an sit contractus, & quæ actio competat ex illo. ibid. n. 3
- Precarii definitio. ibid. n. 4
- De Precarii natura est, ut ad libitum concedentis possit revocari, nec pactum aut consuetudo in contrarium subsistet. ibid. n. 4. & 5. Si adjiciatur pactum impediens revocationem, precarium in alium transibit contractum. p. 124. n. 6
- Nec Precarium possit statim revocari, sed brevi intervallo dierum elapso, consuetudine introduci potest. ibid. n. 7
- Precarium ad tempus certum concedi potest. ibid. n. 8

Index Rerum omnium

- Precarium mortis* concedentis non expirat, nisi aliud convenit. ibid. & seq. n. 9
Conceditur revocatum, si capitalis inimicitia inter concedentem, & precarium superveniat. ibid. n. 10.
Precarium expressim concessum ad beneplacitum concedentis, ejus morte finitur. p. 126. n. 22
Precarium cessat, defuncto illo qui rogavit. ibid. n. 23
 De æquitate res concessa precario statim repeti nequit, sed modicum tempus judicis arbitrio intercedere debet, nisi ex ea dilatione dominus sentiat incommodum. ibid. n. 25
 Nec post multum temporis subito precarium revocare licet cum gravi possessoris detrimento, nisi simile ex dilatione imminet domino. ibid.
 Inter *Precarium*, & *commodatum* est similitudo. ibid. n. 25. Quomodo distinguantur. ibid. n. 26. & seq.
Precario rem habens, naturaliter possidet. p. 127. n. 29
Precario possidens de dolo, ac lata culpa solum tenetur. ibid. n. 30
- Pretium.*
- Pretium* pro assecuratione in nautico scœnore licite percipitur, quanquam assecurator operam nullam adhibeat. p. 23. n. 54
 Vide *Custodia*, *Pignus*.
Pretium pignoris, quod ex pacto creditor retinet ob pecuniam non solutam, juxta quod tempus computetur. p. 26. n. 88. & seq.
Pretii modicitas ad arguendum contractum de usura, ubi est pactum retrovendendi ad favorem emptoris, considerari debet habita ratione ad augmentum pretii ob gravamen venditoris. p. 86. n. 17
Pretium rei quantum minuatur ob pactum retrovendendi. p. 91. n. 1
Pretium legitimum quale sit, quod in indivisibili consistit. p. 116. n. 10. Quod declaratur. ibid. n. 11
- Primatus.*
- Primatus Ecclesiæ Catholicæ* fuit, & est penes B. Petrum ejusque successores Romanos Pontifices ex concessione Christi. p. 262. n. 156. Quando fuerit B. Petro collatus. ibid. n. 157
Primatum universalis Ecclesiæ esse in Romana negantes ut hæretici damnantur. p. 263. n. 163
Primatus Ecclesiæ Romanæ probatur ex Conciliis. ibid. n. 161. & n. 166.
 De verbo *Primatus*, & *Primates*. ibid. n. 163. & seqq.
- Princeps.*
- Princeps* non valet usum scœnerandi Hebræis in sua ditione concedere. p. 14. n. 113
Princeps laicus potest declarare, an talis contractus sit usurarius. p. 29. n. 8
Princeps potest stabilire pœnas contra hæreticos, usurarios, & alios delinquentes, quanquam crimen merè sit Ecclesiasticum. ibid. n. 9
Princeps supremus, & non *Episcopus*, aut alius inferior potest statuere, quod crimen probetur per testes singulares. p. 32. n. 32
Principis sæcularis constitutio non subsistet, qua præcipiat, ut testamentum manifesti usurarii valeat, non servata forma capitis *Quanquam, de usur.* in 6. p. 37. n. 78
 De *Principis* potestate ad derogandum majoratum substitutionibus, & clausulis, qui egerint. p. 59. n. 1
- Princeps absque causa* utrum valeat derogare primogeniorum conditionibus, quæ sua facultate sunt constituta? ibid. n. 1. & 2
Negativa sententia probatur. ibid. n. 4. & p. 64. n. 48
 Quid possit *Princeps* circa defunctorum dispositiones infringendas remissivè. p. 60. n. 5
Princeps pro libito nequit subditis adimere, quæ illis de jure civili competunt. ibid. n. 6
Princeps non potest dispensare, ut scœmina succedat in feudo adversus pacta in feudi concessione expressa, exclusis vocatis ad successionem. ibid. n. 11. Similiter nec spurium legitimare. ibid. n. 12
Principi non licet ultimas decedentium voluntates, nisi ex causa, subvertere. p. 61. n. 16. An ipsas valeat interpretari, remissivè. ibid.
Princeps non habet potestatem ad auferendum subditis dominium absque publica necessitate, aut utilitate. ibid. & seq. n. 17. 18
 Nec potest privare subditos jure ad rem, vel possessione. ibid. n. 19
Princeps valet commutare voluntates testantium, si quid in opus publicum sit relictum. ibid. n. 2
 Est penes *Principem* potestas ad removendum juris obicem, ut succedat illegitimus cum præjudicio cognatorum, sed non ubi defuncti voluntas refragatur. p. 62. n. 25
Princeps an possit sine causa justa auferre vassallis jus in spe nondum quæsitum? p. 63. & seq. n. 36. & 46
Princeps decernere nihil valet adversus contractus, ac ultimas dispositiones subditorum, nisi ex causa, cum alicujus detrimento. ibid. & seq. n. 38. & 40
Princeps tenetur servare contractus à se, vel antecessoribus cum subditis initos. ibid. n. 38
Princeps nequit ultimas dispositiones ad jus commune reducere, & quare. ibid. n. 39
Princeps subjicitur jure naturæ, cui derogare non valet. ibid.
 In *Principe* non est potestas, quæ vulgò absoluta vocitatur. ibid. n. 41
Princeps quando possit dici, quod utitur absoluta potestate. ibid. n. 43
Princeps peccat, si contra leges proprias sine causa operetur. ibid.
Principi num liceat in modicis sine causa nocere vassallis? ibid.
Princeps nec ex parte valet derogare defuncti dispositionem. p. 64. n. 45
Princeps jure concedit facultates ad alienanda majoratum bona ex causa legitima, licet id fundator prohibuisset. Quod declaratur. ibid. seq. n. 48
Principi quamvis liceret, ejus non deceret *Majestatem* revocare absque causa quæ subditis concessit. p. 67. n. 72
Princeps ex rationabili causa potest concessa revocare, aut moderamen illis adhibere. ibid. n. 73
Princeps an possit condere legem, qua vetetur, ne in futurum contra ipsam aliqua introducatur consuetudo? p. 107. n. 24
Princeps, publicâ causâ cessante, subditos nequit ad contrahendum compellere. p. 115. n. 1
 Potest cogere ad vendendas ædes, aliave ædificia pro constructione, aut ampliatione Ecclesiæ, vel monasterii. p. 122. n. 54
 Prin-

& Verborum.

Principi nefas est subditos cogere, ut bona propria vendant, etiam justo pretio soluto. *ibid.* n. 55

Princeps si aliquid concesserit ad beneplacitum suum, ejus obitu extinguitur. Limitatur favore ordinariæ jurisdictionis. p. 124. n. 11

Si gratia concedatur ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, vel dignitatis morte concedentis non cessat. p. 125. n. 12

Fallit in Dominis inferioribus vassallorum. *ibid.*

Quid si concessio fieret ad beneplacitum Pontificis, aut Regis. *ibid.* n. 13

Quid ubi beneplacitum simul refertur ad dignitatem, & personam, proprio nomine expresso. *ibid.* n. 14

A Principis voluntate quæ pendent inter impossibilia computantur, nisi faciliè concedi soleant. p. 184. n. 17

Princeps verbum quid significet. p. 171. n. 23

Principibus obsequendum non est adversus Divina præcepta. p. 227. n. 1

Principum mandatis parere debent subditi, etsi de illorum iustitia eisdem non constet. p. 233. n. 35

Principibus Christianis an liceat vocare Infideles in auxilium contra hostes. *ibid.* n. 36. & seq.

Principia.

Principiis interesse apud Consultum in l. *Officium, §. ult. ff. de re milit.* quid sit. p. 362. & seq. n. 7

Quid verbum *Principia* generaliter significet. *ibid.* n. 8. & seq.

Quid sibi voluerit Terentius, dum ait, *Post principia esse.* *ibid.* n. 11

Privilegiatus, & Privilegium.

Privilegiatus contra pariter privilegium non utitur suo privilegio. p. 189. n. 17

Privilegium à Principe concessum an possit sine causa revocari? p. 59. n. 3

Debet strictè interpretari in tertii præjudicium, & quando secus. p. 61. n. 14

Privilegium conforme juri communi contra statutum, vel consuetudinem recipit latam interpretationem. p. 169. n. 43

Privilegium strictè est interpretandum. p. 345. n. 26. & seqq.

Probatio.

Probationes imperfectæ junguntur ad plene probandum in civilibus: non ita in criminalibus, nisi civiliter agatur. p. 18. n. 10. & seqq.

Procurator.

Procurator, qui propriis nummis fundum emit domino, non juvabitur lege *Curabit, C. de action. empt.* sed fructus integrè tradere debet. p. 48. n. 81

Si damnum senserit ex fundi emptione procurator id ex fructibus recuperabit, etsi mora domini non intercesserit. *ibid.* n. 82

Procuratoris officio publicè utens cogi potest ut pro quovis, soluta mercede, litiget. p. 116. n. 5

Proprator.

Propratores, Hispanè *Tenientes*, ordinaria funguntur jurisdictione. p. 155. n. 13. & seq.

Propter.

Propter quod unumquodque tale, & illud magis. p. 180. n. 80

B. Prosper.

B. Prosperi vita & scripta. p. 278. n. 37

Ptolomæus Rex.

Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex de Atheniensi Republica benemeritus admodum. p. 173. n. 33

Pupillus.

Pupillo quando competat privilegium, ut illius pecuniâ emptum ab alio eidem quæratur, remissivè. p. 34. n. 54. & seq.

Purgatio.

Purgatio una canonica, & altera vulgaris. p. 356. n. 1. Quid sit in genere. *ibid.*

Purgatio vulgaris frequens apud diversas gentes. *ibid.* n. 2

Definitur. p. 357. n. 3

De Purgatione per duellum & aquam. *ibid.* & seq. n. 4 & 5

Purgationis vulgaris exempla notabilia. *ibid.* n. 6 & 7. & p. 359. n. 16

Purgationis vulgaris plures modi. p. 357. n. 3

Purgatio vulgaris error licita putabatur. *ibid.* & seq. n. 9

Purgatio probationem sæpe fallacem efficit. *ibid.*

Purgatio vulgaris jure canonico est interdicta, & quam ob causam. p. 358. n. 10

Purgatio vulgaris est prohibita, quia mala, non est autem mala, quia prohibita. *ibid.*

Purgatio vulgaris ex aliquibus argumentis licita apparet, sed eis satisficit. *ibid.* n. 11. & seq.

Purgatione vulgari uti nec per publicam auctoritatem licet. p. 359. n. 15

Q

Quantitas.

Quantitate derelicta ad alimenta si aliquid superfit, id legatarius retinet, nec cedit hæredi. p. 61. n. 22

Quinquennalia.

Quinquennalia Constantinus celebravit. p. 267. n. 16. Unde originem sumplerint. *ibid.* n. 17

Quod.

Quod favore alicujus est introductum, contra ipsum retorqueri non debet. p. 25. n. 81. & p. 84. n. 3

Quod ab animo & voluntate pendet alicujus, per ipsius assertionem, atque jusjurandum probatur, p. 127. n. 36

Quod pendet à Principis voluntate, impossibile reputatur, nisi facile soleat impetrari. p. 148. n. 17

Quod per nos non possumus, aliquando per alios assequimur. p. 345. n. 24

Quod nemini nocet, & alicui prodest, facile concedendum est. p. 352. n. 66

R

Ratihabitio.

Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. p. 131. n. 19

Ratihabitio ut valeat, fieri debet intra tempus, quod est præfinitum ad actum ratificatum. *ibid.* n. 20

Ratihabitio tandiu fieri potest, quandiu actus ratificatus fieri permittitur. *ibid.*

Regnum.

In Regno Hispaniæ major natu succedit, nulla admittitur inter fratres divisione. p. 51. n. 9

De Regno ad majoratum, & è contra sumitur argumentum. p. 52. n. 34. & 35

In Regni successorem dominium ac possessio bonorum Coronæ transfertur ipso jure, & datur remedium tenetæ, sicut in majoratibus privatis. *ibid.* n. 35

Regularis.

Regularis potest constitui procurator ad acceptan-

Index Rerum omnium,

- ptandum, ac resignandum Ecclesiasticum beneficium. p. 131. n. 18
- Relegatus.*
- Relegatus ad beneplacitum relegantis, hoc mortuo, aut remoto à munere, cessat exilium: secus si quis relegetur, donec relegans revocet, vel jubeat aliud. p. 125. n. 16
- Religio.*
- Religionis, ac pietatis favore plura adversus juris regulas constituta sunt. p. 62. n. 24
- Pro Religione, & pia causa in dubiis respondendum est. p. 101. n. 16
- Pro Religione summa ratio facit. p. 21. n. 42
- Renunciatio.*
- Renunciatio legum, quæ prohibent pactum legis commissoriae in pignoribus, nullius est momenti. p. 27. n. 92
- Repraesentatio.*
- Repraesentatio in Hispaniarum primogeniis semper observatur, nisi expressè prohibeatur. p. 57. n. 58
- Res.*
- Res tanti aestimatur, quanti communiter vendi potest. p. 89. n. 39
- Re aliena utens bona fide ex praesumpta domini voluntate, etsi fallatur, furtum non committit. p. 127. n. 35
- In dubio non praesumitur bona fides in utente absque consensu domini. ibid. n. 36
- In Re sua quilibet est moderator, & arbiter. p. 151. n. 40
- Res aliena si legata sit, hæres tenetur eam emere, & legatario tradere. p. 185. n. 108
- In Re communi prohibentis potiora sunt jura. p. 209. n. 41. Sed limitatur hoc. ibid.
- Residentia.*
- Inter Residentiam, & interessentiam discrimen remissivè. p. 106. n. 11
- De Residentia obtinentium praebendas, ac dignitates, remissivè. p. 112. n. 72
- De Residentia Parochorum, ac cæterorum, quibus incumbit animarum cura, remissivè. ibid. n. 73
- Residentia Parochorum de jure divino desideratur. p. 113. n. 74
- Utrum consuetudo sustineretur, quod Parochus non residens fructus percipiat, si per alium idoneè muneri suo satisfaciatur. ibid. n. 75. & seqq.
- Ut Resideat Parochus in propria Ecclesia, quantum expediat. ibid. n. 77
- A Residentia quanto tempore, ac quibus de causis Parochi possint excusari. ibid. n. 78
- Circa Residentiam Parochorum nullus Princeps laicus valet jus divinum interpretari. ibid. n. 79
- Respublica.*
- Reipublicæ interest, ne delicta maneant impunita. p. 28. n. 4
- Retractus, & Retrahere.*
- De Retractu qui latè egerint, recensentur. p. 94. n. 1
- Ad Retractum lege regia novendium datur à die perfectæ venditionis, nec minori adversus lapsum termini restitutio conceditur. ibid. n. 2
- In conditionali venditione novendium numeratur ab existentia conditionis. ibid. n. 4. Ampliatur. p. 95. n. 5
- Retrahere an possit conditionaliter consanguineus, pendente conditione. ibid. n. 6. & seqq.
- Quando terminus ad retrahendum incipiat currere, si venditionis fiat instrumentum. ibid. n. 11
- In Retractu an novendium sit numerandum à die contractus, vel traditionis. ibid. & seq. n. 11
- Retractus tempus non labitur contra ignorantes, ubi clam venditio celebratur, ne in notitiam consanguineorum perveniat. p. 96. n. 13. Scientia probari debet, quæ non praesumitur. ibid. & p. 97. n. 25
- Retractui locus non est in locatione ad longum tempus. p. 96. n. 14. Quid in emphyteusi. ibid. n. 15
- jus Retrahendi num competat ubi res datur in censum reservativum perpetuum. ibid. n. 16. & seqq.
- Leges concedentes retractum odiosæ censentur. ibid. n. 17
- Retractum jura non permittunt cum detrimento venditoris. ibid. n. 18
- Retractus admittitur, ubi simul pecunia solvitur, & census reservativus constituitur pro re patrimoniali, si pecunia excedat census sortem, aut ei æquivalet. ibid. n. 19
- Quoties dubium est, an retractui locus sit, judicis arbitrio definiri debet. ibid. n. 21
- Retrahendi non est jus, si usufructus, aut commoditas ejus vendatur. p. 97. n. 22
- Retrahere nudam proprietatem venditam usufructuarius non potest. ibid. n. 21
- Retrahere potest consanguineus rem venditam, habita fide de pretio, si idoneè caverit. ibid. n. 23
- Ad retractum opus non est, quod præcedat domini translatio, sed contractus perfectio. ibid. n. 24
- Consanguineus retrahere valet nudam proprietatem emptam ab usufructuario. ibid. n. 26
- In Retractu quæ personæ præferantur consanguineis ex lege regia. ibid. & seq. n. 27
- Ad Retractum currit novendium à tempore perfectæ venditionis, non à quo census ex pretio constitutus redimitur. p. 98. n. 29
- Utrum consanguineus teneatur statim exhibere rei pretium, vel satisfaciatur constituens censum, ut emptor extraneus. ibid. n. 30. & seqq.
- Retrahens loco primi emptoris subrogatur, ac eadem persona cum illo censetur. ibid.
- In Retractu duplex venditio non contrahitur, ac retrahens subintrat locum ejus, qui emit. p. 120. n. 41
- In Retractu primus emptor indemnitas servari debet. ibid. n. 40
- Revelatio.*
- De Revelationibus apocryphis. p. 293. n. 46
- Rex.*
- In Regibus Aragoniæ nullus fuit nomine Sacratius. p. 224. n. 14
- De Regibus qui ad invitandos milites ad egregia facinora proprias filias eis in uxores sponponderunt. ibid. n. 15
- Rex Sancius Aragonum an promiserit nuptias neptis ex filio, vel ex fratre aut sorore, in cap. De neptis, 31. q. 2. ibid. n. 17
- In Regibus nulla est potestas ut subditos ad conjugia compellant. ibid. n. 16
- Rex Sancius an neptem jurejurando sponponderit in casu dicti capituli De neptis. p. 225. n. 19
- Rex simul & parens nequit metum incutere gravem descendenti, ut promissum à se matrimonium ille ineat invitus. ibid. & seq. n. 21
- Regis Sancii laudes & obitus. p. 226. n. 23
- Regum Persarum catalogus & successio. p. 253. n. 88. & seqq.
- Regum Persarum vitæ, remissivè. p. 255. & seq. n. 103

Rex

& Verborum.

- Rex** quoad quodam præjudicare potest liberis natis & nascituris in legitima. p. 346. n. 29
Roma, & Romanus.
- Roma** à quo condita, & sic vocata. p. 163. n. 1
Romana Ecclesia omnium aliarum Regina, Caput & Magistra. p. 264. n. 168
Romana Ecclesia omnes alias antecessit tempore. ibid. n. 171
Romanam Basilicam B. Petrus construxit. ibid. n. 169
Romani Sabinas foeminas ad connubia fraude ceperunt. p. 164. n. 7
Romulus.
- Romulus** Romam condidit, & quando. p. 163. n. 2.
 Qualiter populum distribuerit. p. 164. n. 4
Romulus Rempublicam suam ad instar Atheniensium instituit. p. 165. n. 11
Romulus coetus hominum & mulierum nocturnos vetuit. p. 320. n. 61
Ruffinus.
- Ruffini** scripta referuntur. p. 286. n. 107
 inter Ruffinum & B. Hieronymum adfuit discordia. ibid. n. 108
Ruffinus auctoritate D. Hieronymo longè inferior. ibid. n. 109
- S**
- Sabbatum.*
- Sabbatum** dies festus Hebræorum. p. 312. n. 5
 de Sabbati sanctificatione quando datum fuerit Hebræis præceptum, & de stricta ejus observatione. ibid. n. 6
Sabbatum quid significet, & de ejus etymologia. ibid. n. 7. & seqq.
Sabbatum secundo primum apud Evangelistam quid sit. p. 313. n. 12
Sacramentum.
- Sacramenta** ritè ab hæreticis collata valent, nec repeti possunt, ut Baptisma, & Ordo. p. 239. n. 16
Sacramentorum valor non pendet à probitate vel improbitate Ministri. ibid.
Sacramentum Pœnitentiæ si ab hæretico administratur est irritum. p. 240. n. 17. Quid in mortis articulo ibid. n. 18. Quid de peccatis venialibus, aut lethalibus jam ritè confessis. ibid. n. 19. Quid si Parochus hæreticus assistat matrimonio juxta Tridentinum. ibid. & seqq.
Sacramenta si ab hæreticis conferantur, quæ iterabilia non sunt, nefas est reiterari per Ministrum Catholicum, & de pœnis in rebaptizantes statutis. ibid. n. 21. & seq. Contrarium asserere hæresis est. ibid. n. 23
Sacramenta validè administrat qui talem obtinet potestatem, etsi excommunicatione ligetur, excepto Pœnitentiæ Sacramento. ibid. n. 22
Si Sacramentum conferatur cum aliquo defectu circa essentialia, sive à Catholico, sive ab hæretico, debet iterum validè administrari. p. 241. n. 24.
 Quid si dubitetur de validitate Baptismi. ibid.
Sacrificium, & Sacrum.
- Sacrificium** sacrum Altaris Missa nuncupatur à tempore Apostolorum. p. 352. n. 2
 à Sacris Græcorum Gentilium nullus exire permittebatur antequam per Sacerdotem abeundi licentia populo tribueretur. p. 353. n. 5. Idem apud Romanos observatum est. ibid. n. 6
Salomon.
- An** Salomon in æternum perierit. p. 303. n. 111
 à Salomone composui libri recensentur. p. 248. n. 36
D. de Faria Novæ Addit. ad Covar. Tom. II.
- Samiare.*
- Samiare** verbum pro acuire usurpatur. p. 201. n. 11
Sancti Patres.
- Sancti** Patres nonnunquam in errores inciderunt, qui tunc hæreses non fuerunt, sed hodie tales sunt propter Ecclesiæ declarationem. p. 212. n. 14
Sanctorum Patrum testimonia quomodo in Jure Canonico à Summis Pontificibus allegantur. p. 223. n. 7
Sanctorum scriptis quantum fidei & auctoritatis tribuendum. p. 278. n. 43
Sanguinolentus.
- Sanguinolentus** verbum quid significet in l. fin. C. de patrib. qui fil. distrax. p. 117. n. 16
Sarraca, & Sarraceni.
- Sarracenorum** sæpe fit mentio in Jure Canonico, & in legibus Hispaniæ, ubi *Moros*, vel *Turcos*, nuncupantur. p. 218. n. 1
Sarraceni verbum & ad gentem, & ad sectam refertur. ibid. n. 2
Sarraceni qua de causa Mahometo adhæserint. ibid. n. 4
Sarraceni pueros tredecim annorum circumcidunt. ibid. n. 6
Sarraceni Troglodytæ aliquando dicti. ibid. n. 7
 Non ducunt originem à Sara. p. 219. n. 8
 Quam Arabiæ regionem incoluerint. ibid. n. 9
Sarraceni verbi etymologia. ibid. & seq. n. 13
 De Sarracenis plura, remissivè. ibid. n. 16
Sarraca Arabiæ urbs quædam. p. 219. n. 10. Est nomen commune duabus Arabiæ civitatibus. ibid. n. 11. Unde Sarraceni nomen sumpserunt. ibid. n. 12
Satius.
- Satius** est, ut unus moriatur, quam ut populus totus pereat. p. 201. n. 11
Satyrus.
- De Satyris remissivè. p. 197. n. 10
 De Satyro, qui alloquutus est B. Antonium in eremo. p. 298. n. 14
Scientia.
- Scientia** non præsumitur, nisi probetur. p. 137. n. 7
Scriptores Ecclesiastici.
- Scriptores** Ecclesiastici referuntur, remissivè. p. 266. n. 182
Secundum.
- Secundum** naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. p. 61. n. 23
Securis.
- Securi** non potest hodie reus interfici in Hispania. p. 204. n. 5
Sedulius.
- De Sedulii scriptis. p. 288. n. 118
Senator, & Senatusconsultum.
- Senatores** Romani an clarissimi, vel illustres. p. 193. n. 153
 De Senatusconsulto Largiano circa Latinorum successionem. p. 182. n. 91
Sententia.
- Sententia** ex abrupto ferenda non est. p. 222. n. 24
Septimana.
- Septimane** dies qualiter Hebræi nominabant. p. 313. n. 10
Servius Tullius.
- Servius** Tullius quamdiu regnaverit. p. 170. n. 20
Servus.
- Si** Servo communi unus ex dominis libertatem concesserit, alter partem suam pretio vendere compelletur. p. 121. n. 47
 Eee Servus

Index Rerum omnium,

- Servus**, in quo alius usufructum habebat, si manumitteretur, non perveniebat ad libertatem olim, nisi usufructu extincto: hodie secus. p. 178. n. 67
- Ut Servus tortus**, vincitve civis Romanus fieri non posset, de ejus crimine constare debebat. p. 179. & seq. n. 73
- Servus tortus aut victus** propter crimen, non poterat esse civis Romanus, etsi quomolibet manumitteretur. ibid.
- Servus minor 30. annis** testamento manumissus, non fiebat civis Romanus, sed Latinus, nisi justa manumissionis causa probaretur. p. 181. n. 83
- Servi tenentur propriam** jactare vitam, ut dominum tueantur, alias capite plectuntur, nec excusantur, si segniter juvent. p. 214. & seq. n. 1. Nec fat est vocibus auxilium exhibere, si manibus possint & armis. ibid. n. 2
- Servum Maurum** habens, ex lege regia vendere cogitur, ut Christianus redimatur, qui apud hostes est. ibid.
- Sexus.*
- Sexus post lineam**, & gradum perpenditur ad prælationem in successione primogenitorum. p. 58. n. 60
- Si.*
- Si vinco vincentem te**, à fortiori vincam te. p. 151. n. 24. Declaratur. p. 151. n. 37
- Singula.*
- Singula quæ non profunt** multa collecta juvant. p. 357. n. 61
- Societas.*
- Societas an sic contrahi possit**, ut socius nullum periculum sustinens, lucrum percipiat, qui disputent. p. 18. n. 14
- Societas ita coiri potest**, ut uno pecuniam, altero industriam conferente, utrique lucrum, & damnum pro æquis portionibus commune sit. ibid. n. 15
- In hac Societate unusquisque sustinet periculum** ejus, quod confert. ibid. n. 16
- De ejusdem societatis justitia** qui differant. p. 18. n. 17
- Utrum sit capitale**, finita societate, æqualiter dividendum. p. 18. & seq. n. 17, 19. & 20
- In ea Societate pacisci non licet**, ut lucrum commune sit, ac damnum ad unum duntaxat pertineat. p. 19. n. 22
- Societas secundum regionis consuetudinem** contrahitur præsumitur. ibid. n. 20
- Ubi vere convenit de societate**, non oberit quod socius conferens pecuniam, asserat se illam mutuo dare alteri socio negotiaturo. ibid. n. 21
- Socio conferenti pecuniam non licet pacisci**, quod pars capitalis omnino salva sit, ejus periculum socio subeunte. ibid. n. 23
- In Socios quomodo æqualitas servanda.** ibid. n. 24
- Pañum, quod unus ex sociis de lucro participet**, & non de damno, quando subsistat. ibid.
- Inter Socios fraternitas** contrahitur, unde socius non convenitur ultra quam facere possit. ibid. n. 25
- Sociis inæqualiter conferentibus**, an convenire liceat, quod lucrum æqualiter distribuatur? ibid. n. 26
- In Societate qui plus confert**, plus lucri capere debet, & qui minus, minus. ibid. n. 27
- Quoties Socii omnes ad negotiationem operantur**, non attenditur quoad divisionem, quis majorem industriam & diligentiam adhibuerit. p. 20. n. 28
- Quid si filii unius socii negotiationi incumbant**, remissive. ibid.
- In Societate quæcunque pacta sustinentur**, nisi de iniquitate constiterit. p. 20. n. 29
- Sociis licet se invicem decipere in foro externo.** ibid.
- In Societate bonorum omnium expressa**, qualiter divisio fieri debet. ibid. n. 30
- Non attenditur quoad divisionem** quis ex sociis plus consumpserit, vel acquisierit. ibid. n. 31
- Filia Socii bonorum omnium an sit notanda** ex bonis communibus? ibid. n. 32
- In Societate, ubi unus pecuniam**, & alter industriam contribuit, quid operetur conventio, ut aliquis de damno non participet. ibid. n. 33. & seq.
- Ad Societatis utilitatem solet plus præstare industria**, quam pecunia. ibid. n. 33
- Utrum liceat ita coiri societatem**, ut qui pecuniam exhibet, eam in omni eventu indemnem recuperet, ac subinde annuam quantitatem pro lucro percipiat? p. 21. n. 36. cum seqq.
- Societatem pacta iniqua non vitiant**, sed contractus ad æqualitatem reducitur, nisi interveniat ulurarum labes. p. 20. n. 34
- Societatis iniquitas per pacta arbitrio boni viri tollitur**, quamvis læsus profiteatur, se socio donare id, in quo læditur. p. 21. n. 40
- Societatis definitio.** p. 146. n. 1
- Societas dividitur in universalem bonorum omnium**, & particularem alicujus negotiationis. ibid. n. 2
- In Societate universali omnia**, quæ conferuntur tempore contractus absque traditione, ipso jure communicantur inter socios. ibid.
- In particulari idem contingit**, sed capitale non confunditur, nec ut commune, ut in universali, nisi ita convenerit. ibid.
- In Societate omnium bonorum quomodo communicentur** quæ post contractum socii acquirunt. ibid. n. 3. Quid de jure regio. p. 147. n. 4
- Societas bonorum omnium absolute contracta**, etiam futura comprehendit. p. 146. n. 3
- Si mentio fiat præsentium**, futura censentur exclusiva. ibid.
- Si Societas omnium bonorum ex statuto inter virum, & uxorem tacite contrahatur**, quicquid quisque habet, ipso jure absque traditione commune fit. p. 147. n. 5
- Societas bonorum nulla per matrimonium contrahitur jure Pontificio, ac Cæsareo.** ibid. n. 6
- Societate inita inter conjuges ex statuto**, aut consuetudine, si maritus proprio nomine quicquam comparaverit, juxta juris communis principia non communicatur uxori quoad dominium, & possessionem, nisi traditio intercedat. ibid. n. 7
- Ex Societate lucri, ac quæstus**, quæ apud nos inter conjuges ex lege regia contingit, bona superlucrata absque traditione communicantur. ibid. n. 8
- In Hispania per matrimonium lucri, & quæstus** contrahitur societas, non bonorum omnium: non tamen omnia lucra communicantur. ibid. n. 10
- In Societate capitale, ac lucrum ejusdem sunt naturæ**, eodemque jure censentur. p. 149. n. 26
- Socie-

& Verborum.

- Societas bonorum conjugal**, & conventionalis eisdem regulis subjiciuntur. p. 150. n. 31
- Societatis conjugal**, quæ in Hispania contrahitur, bona non sunt obnoxia creditoribus, quos maritus ante matrimonium habebat, sed ex portione debitoris solvendum est æs alienum. *ibid.* n. 31
- Societatis commoda conjugal**, sive conventionalis, ex causa lucrativa non veniunt. p. 151. n. 39
- Sol.*
- Sol ex qua materia constat.** p. 360. n. 21
- Spurius.*
- Spurii rescripto legitimati non eximuntur à tributis plebejorum**, quamvis patrem generosum haberint. p. 259. n. 132
- Stabularius.*
- Stabularius advenas excipere cogitur.** p. 116. n. 6
- Statutum.*
- Statutum an valeat**, quod viduis annua solvatur quantitas quamdiu non persolvitur illis dos? p. 10. n. 71. Quid in Hispania receptum. *ibid.* n. 73
- Statutum subsistet**, ut marito donec dos solvatur, annua præstetur quantitas. p. 11. n. 76. & seqq.
- Stipulatio.*
- Stipulatio de solvendo centum**, nisi hippocentaurus præstetur intra annum, valet, & nummi statim peti possunt. p. 195. n. 1
- Subdelegatus.*
- Subdelegatus non valeat de causa commissa cognoscere**, si re integra delegans, aut subdelegans decedat. p. 125. n. 20
- Subrogatum.*
- Subrogatum sapit naturam ejus**, cujus loco subrogatur. p. 98. n. 30
- Substitutio.*
- Substitutio pupillar** non tenet, si patris testamentum sit nullum. p. 37. n. 77
- Succedere, & Successio.*
- Quoad Successionem de Regno ad majoratum sumitur argumentum.** p. 55. n. 34
- A Successione cum quis excluditur propter alium**, cum quo concurrere non valet, removetur à tota hæreditate etiam respectu cæterorum, cum quibus succedere non prohibebatur. p. 345. n. 25
- De Successionibus anomalis.** p. 349. n. 46
- Successio omnis**, tam de jure civili, quam successio Prætoria, aut est ex testamento, aut ab intestato. *ibid.* & seq.
- Successionem contra testamentum contineri sub clausula, Ex testamento & ab intestato**, probatur. *ibid.* & seq. n. 46. & 47
- A Successione ex testamento & ab intestato remotus**, agere adversus testamentum non poterit. *ibid.* n. 49
- Successio contra testamentum quadam ratione dici possit ex testamento.** *ibid.* n. 50. & seq. & p. 351. n. 64
- Successio ex testamento qualiter à successione ab intestato distinguatur.** p. 349. n. 52
- De Successione filii adoptivi, remissivè.** p. 350. n. 53
- De Successione fratrum inter se.** *ibid.* n. 54
- Successionis ab intestato duplex est caput.** *ibid.* n. 55
- Successio contra testamentum comprehenditur sub clausula, Ex testamento & ab intestato**, in legitimacionis rescripto, ex verborum significatu. *D. de Faria Novæ addit. ad Covar. Tom. II.*
- ibid.* & seq. n. 56. & 61
- Succedendi jus testamento si concedatur**, non censetur concessa actio contra testamentum. *ibid.* n. 58. Quid si tribuatur jus succedendi ab intestato. *ibid.* n. 59
- Ad Succedendum ex testamento dispensatus venire nequit contra ultimam voluntatem**, idemque est de dispensatione ad successionem ab intestato. *ibid.* & seq. n. 60
- Ad Succedendum ab intestato dispensatus non admittitur ex testamento**, si alias esset ab utraque successione remotus. *ibid.* n. 66
- Suffragium.*
- Suffragia quomodo in Comitibus Romanorum ferrentur.** p. 171. n. 21. Qualiter per classes. p. 183. n. 98
- Suffragii jus non competeat ratione habitationis in urbe.** p. 187. n. 122
- Suffragium duplex nemo in tribubus Romanis habere poterat.** p. 190. n. 141. Nec describatur aliquis duabus in tribubus. p. 193. n. 156
- Suffragii jus personale fuit quod cum persona extinguebatur.** p. 194. n. 160
- Suspensus.*
- Suspensus an distributiones quotidianas lucrari possit.** p. 111. n. 59
- Suus.*
- Suus hæres rectè sub conditione potestativa instituebatur**, & sub casuali, si foret in defectum exheredatus. p. 220. n. 5
- In Suis hæredibus hæreditas non est.** *ibid.*
- Synaxis.*
- Synaxis quid sit.** p. 355. n. 16
- Syria.*
- Syria duplex, superior, & inferior.** p. 213. n. 4
- T**
- Tabellio.*
- Tabelliones in Hispania puniuntur**, si instrumenta conficiant venditionis centum minori pretio, quam lege regia præcipitur. p. 92. n. 7
- Tabellio compelli potest**, ut munus suum soluta mercede, exerceat. p. 116. n. 5
- Tau.*
- Tau litera apud antiquos fuit supplicii & damnationis nota.** p. 206. n. 21
- Temperantia.*
- De Temperantia.** p. 34. n. 1. Circa quam materiam versetur hæc virtus. *ibid.* n. 2
- De Temperantiæ partibus**, quæ subjectivæ dicuntur. *ibid.* n. 3. De ejus effectibus. *ibid.* n. 4
- De Temperantia Gentilium.** p. 325. n. 5
- Temperantia à Christianis mirum in modum observata.** *ibid.* n. 6
- Temperantiæ officia**, & quæ circa eam considerari debeant. p. 326. n. 14
- Temperantia quoad moderamen cibi & potus in indivisibili non consistit.** *ibid.* n. 15
- Tempus.*
- De Temporibus præscriptis ad sacros Ordines conferendos.** p. 332. n. 60
- Tempus quo fit**, in principio cujusque operis exprimere oportet. p. 304. n. 2
- Tempus dupliciter adjicitur dispositioni**, vel taxativè pro termino peremptorio, vel tantum ut celerius actus expediatur, ex quo diversus oritur effectus. p. 132. n. 22. & seq.
- Tenuta.*
- De Tenutiæ remedio possessorio**, quod ad majoratus

Index Rerum omnium ,

ratus spectat remissivè : & an competat ei qui à cepta cecidit possessione ? p. 57. n. 53. & seq.

De Tenuta non cognoscitur in supremo Indiarum Consilio. *ibid.*

Tertullianus.

De Tertulliani opusculis. p. 296. n. 71. & seqq.

Tessera.

Tessera quid significet. p. 184. n. 104

Inter Tesseram & tribum discrimen. *ibid.* n. 106

Tessera frumentaria gratis civibus Romanis præstatur. p. 185. n. 107

Tesseræ legatum differt à legato tribus. *ibid.* n. 108

Testamentum , & Testari.

Testamentum jure factum incapacitas testatoris superveniens irritum reddit. p. 38. n. 85

Testamenti factionem passivam habere aliud est , & aliud capere ex testamento posse. p. 181. n. 88

Testandi facultas à quo jure procedat. p. 61. n. 20

Testis.

Testes omni exceptione majores ubi lex desiderat, ea qualitas probari debet. p. 32. n. 35

Textus.

Textus Ulpiani in fragmentis de dedititiis, exponitur. p. 178. & seq. n. 69. & 70

Textus in §. *At si quis*, *Inst. de inutilib. stipulat.* declaratur. p. 195. n. 1

Textus in *cap. Julianus. II. q. 3.* unde sumptus p. 227. n. 1,

Thebus.

Thebæa legio unde profecta. p. 235. n. 44

Theophilus Alexandrinus.

Theophili Alexandrini vita & scripta. p. 276. n. 24

Theseus.

Theseus Rex Atheniensium Rempublicam reformavit. p. 172. n. 26. & seq.

D. Thomas.

D. Thomæ locus quidam intelligitur. p. 323. n. 79

Tobias.

Tobiæ historia quando contigerit. p. 250. n. 58

Toga.

Toga indumentum fuit proprium Civium Romanorum. p. 180. n. 78

Togæ usu concessio, civitas data censebatur. *ibid.*

Toletum.

Toletanus Archiepiscopus in Hispaniis Primatum obtinet. p. 264. n. 170

Torquere.

Torqueri foemina prægnans non potest, nec torturâ terri. p. 201. n. 14. & seq.

Torqueri puerpera intra quot dies à partu possit. *ibid.* n. 16

Torqueri nutrix an possit. *ibid.* n. 17

Torquenda non est menstruis fluentibus foemina. p. 203. n. 26

Tradio.

Traditionibus Ecclesiæ fidem non adhibens pro hæretico habetur. p. 245. n. 17

Tribunus.

De Tribunorum Romanorum origine ac dignitate, & specialiter de Tribuno Celerum. p. 360. n. 1

De Tribunis ordinariis qui singulis legionibus præficiantur. *ibid.* n. 2

De Tribunis militum cum potestate Consulari. p. 361. n. 5

De Tribunorum officio & muneribus. *ibid.* n. 6

Tribus.

Tribuum Romanarum numerum auxit Servius Tullius. *ibid.* n. 4

Tribus tres Romulus instituit. *ibid.* n. 5

Tribus singulæ in decem curias distributæ sunt. *ibid.* n. 6

Tribus unde ita dictæ. p. 162. n. 9

Inter Tribus & curias assignatur differentia. *ibid.* n. 10

Tribus nomen ad quæ referatur. *ibid.*

Tribus à quibus fuerint institutæ. *ibid.* n. 12

Tribus aliæ rusticæ, aliæ urbanæ, & quæ præstantiores. *ibid.* n. 13

Tribus quo tempore inventæ. p. 363. n. 14

Tribus una & eadem sæpe plura partitur nonnina, & unde illa desumantur. p. 167. n. 19

Tribus Romanæ quot à Servio Tullio additæ. *ibid.* n. 20

Tribus Prærogativa quæ diceretur. p. 171. n. 21

Inter Tribum Prærogativam & Principem assignatur differentia. *ibid.* n. 22

De Tribu Mentina. *ibid.* n. 24

Tribuum Atheniensium nomina. p. 172. n. 30. & seqq.

In Tribubus Atheniensibus qua forma cives describerentur. p. 173. n. 34

De Tribubus Hebræorum. *ibid.* n. 35

Tribuum Hebræorum nomina unde desumpta. p. 174. n. 36

In Tribubus Hebraicis omnes contribules à suo capite descendebant. *ibid.* n. 37

Tribuum Hebræicarum nomina permanserunt. *ibid.* n. 38

Inter Tribus & classes Romanas discrimen affertur. p. 183. n. 96

Tribus nomen quid significet. p. 184. n. 102. Quomodo ulurpetur in *l. Patronus 34. ff. de legat. 3.* *ibid.*

Tribus legatum consistit in tempore, legatum verò tesseræ in quantitate. p. 185. n. 108

Tribus legatum si relinqueretur habenti tribum, an consisteret quoad æstimationem. p. 190. n. 142.

Quid si vivo testatore legatarius eam acquisivisset. *ibid.* n. 143

Tribu legata, eadem, non æstimatio, principaliter debetur. p. 194. n. 161

In Tribubus Romanis omnes describi moris erat, qui cives nascebantur. *ibid.* n. 162

Tutor.

Tutores jure civili pecuniam otiosam scœnori dare tenebantur. p. 17. n. 1. Limitatur. *ibid.* n. 7

Quando ea obligatio scœnerandi ad hæredem transeat tutoris. *ibid.* n. 2

Tutor à quo tempore usuras pupillares pendere cogebatur. *ibid.* n. 3

Tutor usuras solvebat etiam post finitam tutelam, donec pecuniam pupillarem retinebat. *ibid.* n. 4.

Limitatur. *ibid.* n. 5.

Tutor pecuniam pupilli in proprios usus convertens, quas usuras præstare compellebatur. *ibid.* n. 6

Tutor non expendens utiliter pecuniam pupillarem, hodie quatenus teneatur. p. 18. n. 9

Ut Tutor damnetur, quid ex parte pupilli probandum.

Utrum teneatur solvere interesse pro pecunia, quam ex negligentia à debitoribus pupilli non exegit ? *ibid.*

Tutores in Hispania ad quid damnentur, si pecuniam pupillarem utiliter non impulerint. *ibid.* n. 11

Si

& Verborum.

- Si Tutori testamentario liberatio sit relicta ab eo, quod tutelæ iudicio solvere deberet, non tenetur ad usuras, vel interesse pro pecunia, quam utiliter non collocavit, nisi in proprios usus vertat. *ibid.* n. 13
- V
- Vagabundus.*
- V**agabundi tenentur observare omnia festa & jejunia loci, in quo existunt. p. 331. n. 50
- Varro.*
- Varronis locus emendatur. p. 217. n. 17
- Vendere, & Venditor.*
- Venditor rei fructiferæ, qui illam pretio non percepto tradidit, agit ad usuras ex lege *Curabit, C. de action. empt.* non ad interesse lucri cessantis, aut damni emergentis. p. 40. n. 3. & seqq. Quid hodie juxta jus Canonicum. p. 41. n. 16
- Venditor potest pacisci de annua quantitate solvenda, donec pretium numeretur, sive dilationem concedat ad solutionem, sive non. p. 43. & seq. n. 32. & 37
- Venditor an exigere valeat usuras pretii si emptor ex re nullos fructus percipiat? p. 44. n. 38
- Utrum liceat censum constituere super bonis ementis, ut redditus præstet quamdiu non solvatur pretium? *ibid.* n. 39. & seqq.
- Venditor locare potest prædium emptori, ut pensionem præstet donec pretium exsolvatur. p. 44. n. 43. Pensio excedere nequit æstimationem fructuum. *ibid.* n. 44
- Utrum emptor ad pensionem teneatur, si sterilitas superveniat? *ibid.* n. 45. & seq.
- Venditor, qui habita fide de pretio rem venditam, quam tradidit, pro pignore accepit, num teneatur in sortem fructus computare? p. 45. n. 47. & seq.
- Quid si non eadem res vendita, sed alia emptoris pignori data sit. *ibid.* n. 49
- Venditori debentur usuræ *ex l. Curabit*, quanquam ipse non adimpleat quæ inter contrahendum promissit. *ibid.* & seq. n. 51. Ampliatur. p. 45. n. 52
- Venditor tradens partem rei venditæ, pro rata exiget usuras. *ibid.* n. 53. Quid si emptore pretium offerente, venditor alteram rei partem tradere renuat. *ibid.*
- Ut Venditor consequatur usuras *ex l. Curabit*, vera traditio rei debet intervenire. *ibid.* n. 54
- Si Venditor rem, & emptor pretium retineant, nulla mora commissa, nec usuræ pretii, nec fructus invicem præstari debent. p. 46. n. 55. An idem sit de jure civili? *ibid.* n. 56
- Venditione perfecta, ad quem fructus rei ante traditionem spectent. *ibid.* n. 57. & seqq. & p. 48. n. 73
- Venditor nullam habet actionem ad pretii usuras ante moram, sed emptorem petentem rei fructus, exceptione repellit. p. 46. & seq. n. 60. & 62. Limitatur. *ibid.* n. 61
- Venditor post moram emptoris agit ad interesse, aut retinet fructus. *ibid.* n. 63. Quid jure communi fervetur. *ibid.* n. 64
- Venditor est dominus fructuum quos percipit ante traditionem, & oblato pretio cum usuris, eos emptori restituit. p. 48. n. 73
- Si Venditor, nulla quantitate percepta, partem rei venditæ tradiderit, pro rata usuras, seu fructuum æstimationem percipiet. p. 48. n. 80
- Vendere promittens, si pretium, aut partem ejus recipiat ante rei traditionem, pro portione tenebitur ad fructuum æstimationem, aut usuras pretii, *ex l. Curabit*, p. 49. n. 83. Idem è converso si qui empturus est, pretium, aut partem numeraret. *ibid.* n. 86
- Vendere res proprias nemo compellitur. p. 115. n. 1. Fallit publica necessitate, vel utilitate exigente. *ibid.* & seq. n. 2
- Vendenti invito ob publicam causam statim est pretium numerandum. *ibid.* n. 3
- Vendere cogitur ad victum necessaria, qui illa semel exposuit venalia, nisi iusta ratione excusetur. *ibid.* n. 4
- A** Venditoribus invitis possunt viatores in Hispania propria auctoritate capere victualia, justo pretio exhibito. p. 117. n. 4. & p. 119. n. 29
- Vendere carius exteris, quam incolis, non licet. *ibid.* n. 29. Limitatur. *ibid.* n. 30. Possunt Judices Ecclesiastici ad id venditores compellere, nisi contraria vigeat consuetudo, quæ servatur in praxi. *ibid.* n. 31
- In Venditione tritici ex agris oppidi percepti præferri debent cives, & incolæ exteris sterilitatis tempore. *ibid.* n. 32. Ampliatur, ut venditum triticum retrahere valeant. *ibid.* n. 33
- Vendere quis compellitur Religionis, & pietatis causa. p. 121. n. 42
- Utrum aliqua Ecclesia cogi possit locum proprium vendere propter alterius Ecclesiæ necessitatem. *ibid.* n. 43
- Vendere coactus ob Religionis favorem, an gabelam solvere teneatur? *ibid.*
- Vendere quis compellitur ob publicam utilitatem. *ibid.* n. 44
- Ad Venditionem domus, vel cujusque ædificii, aut areæ dominus per Magistratum compelli potest pro constructione, sive ampliatione necessaria Ecclesiæ. p. 122. & seq. 56. & 58
- Si constructio, aut ampliatio necessaria non est, licet utilis Principis desideratur auctoritas ad compulsionem. *ibid.* n. 57
- Quanquam necessitas Ecclesiæ non urgeat, potest Magistratus cogere ad vendendum ædificium, si inde dominus leve sustineat incommodum. *ibid.* n. 59
- Vendere astringitur dominus mancipia propter sævitiam, aut compulsionem ad delinquendum. *ibid.* n. 60
- Venditor pactus, ne ex certa causa de evictione teneatur, ex cæteris se obligare tacite censetur. p. 139. n. 15
- Venditor comparens in defensionem litis contra emptorem motæ, causam in quo statu existere contingit, suscipere debet. p. 141. n. 33
- Venter.*
- Ventri in dubiis favendum est. p. 202. n. 22
- Verbum.*
- Verba in dispositione sunt usurpanda secundum leges, consuetudines, atque statuta. p. 51. n. 4
- Ad Verborum interpretationem in primis consuetudo proferentis, deinde regionis communis usus, ultimò verbi proprietas inspicitur. *ibid.* n. 6
- Verba non debent intelligi secundum consuetudinem loquentis specialem in contractibus, & aliis actibus, ubi duorum desideratur consensus. *ibid.* & seq. n. 7
- Verba certius, ac fidelius mentis nostræ testimonium. p. 53. & 19

Index Rerum omnium,

- Verbum *Videri***, improprietatem indicat. p. 192. n. 148
- Verba dispositionis cui non conveniunt, nec convenit ipsa dispositio. p. 220. n. 5
- De Verbo, *Statio*. p. 319. n. 50
- Verba accipi debent juxta materiam subjectam. p. 348. n. 44
- Verba legis propriè sunt intelligenda. p. 351. n. 61
- Verbum *Missa*, in plurali sæpe reperitur. p. 355. n. 17
- Verbum *Missa*, Græcum non est. *ibid.* n. 18
- Vespillio*.
- Vespillio quis dicatur. p. 175. n. 51
- Vicarius*.
- Vicarius generalis Episcopi ordinaria fungitur jurisdictione. p. 155. n. 13
- Ex speciali mandato, quo potest Beneficia conferre, non permittitur ei collatio illorum, quorum provisio jure speciali ad Prælatum spectat. p. 156. n. 26
- Vicarius foraneus delegatam exercet jurisdictionem. p. 155. n. 13
- Vicarius generalis Episcopi non pauca absque speciali mandato agere prohibetur. p. 156. n. 27
- Vicarius ex generali mandato potest ad Beneficia præsentatos instituere, ac electos confirmare. *ibid.* n. 28
- Vicarius generalis Capituli idem potest, Sede vacante, etsi institutio, aut confirmatio ad Episcopum jure speciali pertineat solum. *ibid.*
- Vicarius generalis habens facultatem conferendi Beneficia, poterit illa uti extra propriam dioccesim. p. 157. n. 34
- Vicennalia*.
- Vicennalia Magnus Constantinus celebravit. p. 267. n. 15
- De Vicennialibus. *ibid.* n. 19
- Vidua*.
- Vidua an lucretur fructus pignoris pro dote accepti? p. 8. n. 56. & seqq.
- Utrum possit certam annuam quantitatem stipulari? p. 9. n. 59
- Quid si vidua secundò nupserit. *ibid.* n. 60
- Viduæ licet convenire, ut hæredes mariti annuam illi summam persolvant, dum dotem non restituant, ratione lucri cessantis, damni emergentis. *ibid.* n. 62
- Vidua quando licitè capiat alimenta, vel annuam quantitatem ab hærede mariti dotem retinente. *ibid.* n. 63. cum seqq. & p. 10. n. 72. & seq.
- Vidua quando censeatur inops, ut alimenta petere possit à mariti hæredibus, & cui incumbat onus probandi divitias, vel pauperiem. p. 9. n. 66.
- Quibus de causis relevetur hæres à præstatione alimentorum, remissivè. *ibid.*
- Vidua inops non potest renuere receptionem dotis, ut ita alimenta percipiat. p. 9. n. 66
- Viduæ pauperi debentur alimenta, jacente hæreditate. p. 10. n. 70
- Utrum consuetudo, aut statutum sustineatur dispensans, quod viduæ, dum non restituitur dos, annua solvatur quantitas. *ibid.* & seq. n. 74
- Vigesimalio*.
- Vigesimalio poena militaris. p. 236. n. 47
- Vigilia*.
- De Vigiliarum usu pervertusto. p. 320. & seq. n. 58
- Vigiliæ nocturnæ hominum ac mulierum in desuetudinem abiire. *ibid.* n. 60
- Vigilias Sanctorum quomodo olim Christiani celebrarent. p. 331. n. 52
- Vindicta*.
- Vindicta manumissio unde dicatur. p. 175. n. 46
- Vir*.
- Vir caput est uxoris ac familiæ. p. 190. n. 138
- Virgo*.
- Virginibus dotem constituere, opus pietatis est. p. 101. n. 17
- Vita*.
- Vita privati pro communi salute expendi debet. p. 201. n. 11
- Voluntas*.
- Voluntatis mutatio non præsumitur: quod limitatur. p. 124. n. 10
- Voluntas viventis licet somno, ebrietate aut furore suspensa, perseverare intelligitur: morte extinguitur. p. 125. n. 19
- Urbanus II.*
- Urbanus II. Pontifex quando & quamdiu Ecclesiæ clavum tenuerit. p. 226. n. 24
- Usufructuarius & Usufructus*.
- Usufructuarius si domino proprietatis rem tradat in pignus, fructus computantur in sortem. p. 13. n. 98
- Usufructuarius suos fructus facit statim ac eos per se, vel per alium à solo separat. p. 100. n. 9
- Inter Usufructuarii hæredem, & dominum proprietatis nunquam datur fructuum divisio. *ibid.*
- Usufructus Ecclesiæ, filco, civitati, vel aliis, qui non pereunt morte, relictus centum annorum, extinguitur lapsu. p. 90. n. 46. Limitatur. *ibid.* n. 47. & seqq.
- Usufructus obitu fructuarii perit. p. 100. n. 10
- Usufructu legato, si ob moram hæredis constitui non possit, ipse ad fructuum æstimationem damnatur. p. 185. n. 108
- Usura, & Usurarius*.
- Usuræ verbi (quæ & scenus dicitur) significatio. p. 2. n. 1
- Usura, quatenus turpe lucrum significat, definitur. *ibid.* n. 2
- Usurarum criminis definitio. p. 3. n. 14. & seq.
- Usura non est, si convenerit, quod mutuarius præstet id, quod alias creditori præstare tenebatur. p. 4. n. 17
- Usura an sit astringere pacto debitorem ad mutuum creditori quando indigeret. *ibid.* n. 18
- Usura num sit mutua pecuniam, ut mutuarius invicem simul triticum, vel vinum remutuet creditori? *ibid.* n. 19
- Utrum Usura committatur, si mutuarius obligetur facere quod est creditori utile absque jactura promittentis. p. 4. n. 20
- Usura est aliquid exigere ex gratitudine mutui causa. *ibid.* n. 21
- Licet ultra sortem à debitore recipere interesse lucri cessantis, aut damni emergentis. *ibid.* n. 22
- Licitum an sit mutui gratia amicitiam in pactum deducere? *ibid.* n. 24
- Usura, nisi in mutuo, nequit reperiri. p. 4. & seq. n. 25
- Usura non est plus accipere, quam datum est, cum pecunia traditur ad ostentationem. p. 5. n. 26
- Hæreticum est asseverare, quod usuras exigere licet. p. 13. n. 100
- Usura jure divino, evangelico, ac Ecclesiastico prohibetur. *ibid.* n. 101. cum seqq. An jure civili? *ibid.* n. 104. Quid de jure regio Partitarum. *ibid.* n. 105
- Usuras exigere ab exteris, an Hebræis permissum in

& Verborum.

- in lege veteri? ibid. n. 106. cum seqq.
 Usuras ab hostibus percipere num liceat? p. 14. n. 109
 Usuras exercere licet nemo potest, etsi Pontificis accedat dispensatio, quæ non tenet. ibid. n. 110.
 Quid possit consuetudo, aut statutum circa usurarum exercitium. p. 14. n. 111
 Usuræ in ultimis voluntatibus prohibentur. ibid. n. 114
 Quas usuras pendere teneantur tutores, qui pecuniam pupillarem utiliter non collocant. p. 17. n. 1. & seq.
 Usuræ pupillares, & omnes, etiam ad piam causam, hodie sunt vetitæ. p. 18. n. 8
 Usuram committit, qui mutuatarium constringit, ut periculum pecuniæ trajectitiæ transferat in illum pro pretio. p. 22. n. 46
 Quamvis usuram committeret, qui mutuatarium coëgit, ut ad molendinum ejus triticum deferat, non tenebitur tamen justam molitionis acceptam mercedem restituere. ibid. n. 52
 Usura an crimen mixti fori sit, vel solum Ecclesiasticum? p. 28. n. 1. & seqq.
 Utrum sit mixti fori, quanquam lege nulla Principis laici prohibeatur? ibid. n. 2. cum seqq.
 Quid valeat Princeps sæcularis circa usurarum crimen statuere. p. 29. n. 8
 De Usuris cognoscit iudex laicus, quoties opponuntur per exceptionem contra publici instrumenti executionem. ibid. n. 10
 Usuras exercens hodie, quæ jure communi licebant, juxta hoc infamiam incurrit. p. 30. n. 12
 Ad Usuræ delictum probandum non est idoneus testis, qui usuras solvit, si de repetitione, aliove proprio commodo contendat. p. 32. n. 30
 Idem crimen in specie testibus singularibus non probatur. ibid. n. 31
 Episcopali constitutione effici nequit, ut per testes probetur singulares. ibid. n. 32
 Usurarum delictum de jure regio testibus singularibus omni exceptione majoribus probatur. ibid. n. 35
 De Usurarum pravitate, earumque prohibitione apud diversas gentes, remissivè. p. 33. n. 43
 Ad Usurarum restitutionem, quam hæredes omiserint, an teneantur legatarii, ac alii, qui ex hæreditate fœneratoris commodum perceperunt. p. 35. n. 62
 Ad Usurarum repetitionem competit indebiti conditio. p. 36. n. 74
 Usuras exercens palliatas in aliis contractibus extra mutuum, usurarius manifestus habebitur: quod declaratur. p. 37. & seq. n. 82
 Qui Usurarum crimen perpetrat post testamentum jure factum, intestatus decedet. p. 38. n. 85
 Usurarum divisio in lucrativas, & compensatorias. p. 40. n. 6. & seq.
 Usuræ compensatoriæ damnatæ non sunt. ibid. n. 6
 Usuræ, quæ jure civili præstabantur *ex l. Curabit, C. de action. empr.* hodie non sunt licitæ, & aliter jure Pontificio debentur. ibid. n. 8
 Jure Cæsareo non coæquabantur fructibus perceptis, sed juxta pretii quantitatem computabantur. ibid. n. 10
 Ad Usurarum conjecturam ex pacto retrovendendi cum modicitate pretii, rei æstimatio inspicienda est cum diminutione pretii propter illud pactum. p. 81. n. 41. & seq.
 Usura in datione in solutum cum pacto retrovendendi latere potest. ibid. n. 41
 Usurarius ipso facto infamiam incurrit omni jure. p. 29. & seq. n. 11. Sententia declaratoria opus est, nisi palam deliquerit. p. 30. n. 13
 Ante sententiam rejicitur à testimonio in judicio. *ib.*
 Usurario hærede instituto ut persona turpi, competit fratri testatoris querela inofficiosi testamenti. ibid. n. 14
 Usurarius per poenitentiam an purget infamiam? p. 30. n. 14. & 20
 Usurarius clericus præter infamiam in alias poenas incidit. ibid. n. 16
 Nequit Ordinibus insigniri, ad Beneficium eligi, aut præsentari. ibid. n. 17
 Usurario contractui clericus interveniens, qualiter coërceatur. p. 30. n. 18
 Cum Usurario clerico an valeat Episcopus dispensare quoad Beneficia? ibid. n. 19.
 Usurarius clericus ex dispensatione Episcopi potest obtenta beneficia retinere, non alia acquirere. ibid. n. 20
 Usurarius manifestus est, qui publicè artem fœneratitiam exercet. p. 31. n. 21
 Usurarius manifestus censetur, qui per alium palam dare fœnori pecuniam solet, & qui per alios contractus, præter mutuum, usuras extorquet. ibid. n. 22
 Utrum requiratur repetitio actuum fœnerandi. ibid.
 Usurarius manifestus an sit, qui se pecuniam sub usuris credidisse, in judicio fatetur? p. 31. n. 23
 Quid si coram Sacerdote, aut Notario & testibus se fœnori pecuniam tradidisse profiteatur. ibid. n. 24. & 25
 Usurarius manifestus est, qui de hoc crimine judicis sententia damnatur. ibid. n. 26
 Usurarius manifestus non est de eo crimine convictus ante sententiam. ibid. n. 27
 Usurarium manifestum non facit diffamatio, etiam adminiculis roborata. p. 32. n. 28
 Usurarii fraudibus variis crimen celare satagunt. ibid. n. 35
 Usurarii, tam clerici, quàm laici, quibus afficiantur poenis, remissivè. ibid. n. 37
 Quis Usurarius manifestus censeatur, ut juris poenas incurrat. p. 33. n. 38. & seqq. Desideratur actuum fœnerandi frequentia. ibid. n. 41
 Usurarius non manifestus quomodo puniatur jure Canonico. p. 33. n. 42
 Usurarius manifestus Ecclesiastica sepultura, ac testamenti factio activa carebit, nisi usurpata restituat, vel idonea cautio præstetur. ibid. n. 44. Et quomodo cavendum. ibid. n. 45
 Usurarius dominium quærit rei, quam pecunia usuraria comparavit, nec fructus ex ipsa perceptos restituere tenetur. ibid. n. 47
 Non cogitur restituere quod pecunia fœneratitia per negotiationem lucratur. ibid. & seq. n. 48
 Usurarius si rem acceperit in solutum, vel alio titulo pro usuris, dominium non acquirit. p. 34. n. 49
 Quid de rebus, quæ usu consumuntur, ut vinum, vel frumentum, an per confusionem quærantur usurario. ibid. n. 50
 Usurarius si rem non suam fœnoris causa acceptam vendiderit, pretii dominium consequitur. Idem erit si pro pretio rem aliam accipiat in solutum. Et quid si rem per usuram usurpatam permutaverit. ibid. n. 51
 Usurarius fructus ex re per fœnus possessa perceptos, & qui percipi potuerunt, cogitur restituere. p. 34. n. 52
 Quas expensas deducere liceat usurario. ibid. n. 53. Si fructus vendiderit usurarius, fit pretii domi.

Index Rerum omnium, & Verborum.

- dominus. ibid.
 Usurarii bona non subjiciuntur hypothecæ pro usurarum restitutione. ibid. n. 54
 Quid de rebus emptis pecunia fœnebri. Et qui si Ecclesia, miles, aut pupillus usuras pependerit. p. 34. n. 55
 Si Usurarius legaverit quod per usuras extorsit, an creditor habeat hypothecam. ibid.
 Usurarius num liceat in utroque foro propria bona alienare, remissivè. ibid. n. 57
 Usurarii hæres tenetur intra vires hæreditatis ad usurarum restitutionem, etsi nihil ex illis ad ipsam pervenerit. p. 35. n. 58
 Si plures existant hæredes, quisque pro sua portione conveniri debet, nisi unus rem per fœnus comparatam possideat. ibid. n. 59. Quid si ex illis quis non sit solvendo. ibid. n. 60. & 61
 Usurarii hæres qui non acta pœnitentia obiit, usuras debet restituere. ibid. n. 64
 Usurarii furibus similes. p. 36. n. 67
 Usurarii hæres omni jure ad usurarum restitutionem instar hæredis furis conditione furtiva, tenetur. ibid. n. 67
 Usurarii hæres, non confecto inventario, num ultra vires hæreditatis pro restitutione usurarum conveniri possit? ibid. n. 69. & seqq.
 Usurarii non manifesti testamentum subsistit, quamvis post mortem fœnus exercuisse probetur. ibid. n. 57
 Usurarii manifesti omnis ultima voluntas non tenet nisi restituat, vel idoneè caveat. p. 37. n. 76. & seqq.
 Ut Usurarii manifesti testamentum valeat, ommissa restitutione, vel cautione idonea, nullus Princeps laicus constituere potest. ibid. n. 78
 Usurarii manifesti testamentum, qui nec restituit nec cavet, si iudex laicus exequi jusserit, censuris per Ecclesiasticum compelli potest ad supersedendum. ibid. n. 79
 Usurarius manifestus, nisi restituat, aut caveat, codicillos facere nequit. ibid.
 Utrum mortis causa donare valeat. ibid. n. 80
 Non prohibetur donare inter vivos, neque contrahere. ibid. n. 80
 Usurarii Judæi, atque infideles an ligentur sanctione capitis *Quaquam, de usur. in 6.* ibid. n. 81
 Usurarius licet respiscat, & à fœnore abstineat, testari nequit, ommissa restitutione, aut cautione non præstita. ibid. n. 83
 Ab Usurario testamentum conditum ritè juxta formam *capitis quaquam*, non subsistit, si postea usuras exerceat. p. 38. n. 84
 Usurarii testamentum convalescit, si postea restituat, aut caveat ipse, non si hæres id faciat. ibid. n. 86
 Ut Usurarii testamentum valeat sufficit quod procuratorem constituat ad satisfaciendum, cum ipse non possit præventus. ibid. n. 87
 Usurarii ultima voluntas non sustineatur favore causæ piæ. ibid. n. 88
 Usurarii testamento non subsistente, succedunt venientes ab intestato cum obligatione restituendi. ibid. n. 89
 Usurarius, qui nondum exegit usuras, tenetur debitores liberare. ibid. n. 90
 Usurarius an præsumatur contractus solùm ex pacto retrovendendi, ac pretii modicitate? p. 80. n. 29. & seqq.
- Usurarius contractus præsumi debet, concurrentibus pacto retrovendendi, modicitate pretii, ac consuetudine fœnerandi: aliàs arbitrio relinquitur. p. 81. n. 37
 Quoad forum internum contractus ex conjecturis non judicatur usurarius, sed soli veritati attendendum. ibid. n. 36
 Si res vendita sit infructifera, & inutilis ad delectationem duntaxat deserviens an contractus præsumi possit usurarius? ibid. n. 38. & seqq.
 Ut Usurarium contractum, aut licitum decernat iudex maximè ad personam contrahentis respicere debet. ibid. n. 40
 Contractus an sit ex conjecturis usurarius judicandus, à iudicis pendet arbitrio. p. 80. n. 32
- Ufus.*
- Ufus loquendi communis attendi debet, etiam contra verborum proprietatem. p. 51. n. 2
 Ufus communis loquendi definitur. ibid. n. 3
 Ufus loquendi cujus loci sit servandus, an habitatio- nis disponentis, vel ubi disponitur. ibid.
 Ufus loquendi probari debet, nisi valde sit notus. ibid.
- Uxor.*
- Uxor pro dote potiori gaudet jure, quàm pro bonis superlucratis matrimonio constante. p. 149. n. 24
 Uxor superat agens ad dotem mariti creditores, pro lucris conjugalibus superatur ab illis. ibid.
 Uxor repetens dotem agit de damno vitando: exigens bona acquisita extante conjugio de lucro captando. ibid. n. 25
 Contrarium videas. p. 151. n. 39
 Uxor de jure regio pro dimidia omnium quæ matrimonio constante acquiruntur, est domina, exceptis nonnullis. p. 150. n. 28
 Uxor secunda nulla actione tenetur ad dotem primæ, ut illam ex propriis bonis superlucratis persolvat. ibid.
 Uxori secundæ, agente hærede pro dote antecessoris conjugis, reservantur bona quæ extant dotalia in hæreditate communis mariti. ibid. n. 29
 Uxor cogitur ex bonis superlucratis solvere creditoribus, qui post matrimonium cum viro contraxerunt: non si antequam nuberet, ille obligaretur. ibid. & seq. n. 30. & 36
 Uxor posterior non tenetur, etsi bona superlucrata capiat, ad dotem prioris, quam maritus ante secundas nuptias consumpserat. ibid. n. 31. & 35.
 Quod latè disputatur. p. 149. à n. 23. & seqq.
 Uxoris industria, ac parsimonia plurimum præstat ad rei familiaris augmentum, ac conservationem. p. 151. & seq. n. 33
 Uxor lucra conjugalium cum suo onere percipit, ut solvat mariti creditoribus, qui postea apparuerint. p. 151. n. 36
 Uxores apud Romanos ita fieri solebant, ut in viro- rum potestatem inciderent per conventionem in manum. p. 189. n. 134
 Uxor, conjugio extante, sequitur sui viri conditionem. ibid.

Z

Zelotypia.

- D**E Zelotypia, seu purgatione, quæ injungebatur mulieribus adulteris apud Hebræos. p. 359. n. 14
 Inter Zelotypiam & purgationem vulgarem per aquam discrimen. ibid. & seq.

D. D. DIDACUS
COVARRUVIAS


A LEIVA TOLETANUS,
SEGOBIENSIS EPISCOPUS, SUPREMIQUE
Castellæ Senatus Præses,

ENUCLEATUS ET AUCTUS
PRACTICIS IN QUÆSTIONIBUS
PER D. DIDACUM YBAÑEZ

DE FARIA GADITANUM,
PRÆPOTENTIS MONARCHÆ


CAROLI II. HISPANIARUM, INDIARUMQUE REGIS CATHOLICI
à Consiliis, in Cancellaria de Buenos Aires Regii Fisci Patronum, & in Goate-
malensi Prætorio apud Americam primarios inter Judices adscriptum.

CUM INDICE RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMO.



GENEVÆ,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCCLXII.



STUDIOSO LEGENTI.




ILLUXIT tandem exoptata diu, ac placida dies, qua sponso pentatheuco prosperè confecto, & præstitæ fidei nexu expeditus hilareo, & otio aliquandiu vacandi facultate respiro. Ast tunc vel maximè mihi gratulari continget, cum sedulitate mea quid levaminis, atque subsidii Jurisprudentiæ cultoribus in forensi strepitu militantibus collatum concipiam. Possentne spes ad aliud magis condecorum, ac gratum anhelare bravium? Quid jucundius, quàm ut alii meis lucubrationibus cum utilitate fruantur? Quid augustius, quàm ultra fati metas literario indelebili munere posteritatem prosequi? Quid honorificentius, quàm è monumento studiosis ministrare discenda? Verumtamen nulla quidem popularis auræ cupidine feror: cedant elogia, gratiæ referantur (si quid illis dignum edidero,) nostro eximio Præsuli; à quo immensæ altitudinis pelago rivulus hic effluxit, cunctique ad proficiendum haurimus: cujus egregiæ disciplinæ radiis ut accessorium opusculum illustratum, velut obumbrante numine, non exhorrebit censuræ publicæ formidandum adire tribunal. Nec inficior illud pluribus scaterere reformatis pro instituti celsitudine, ac ingenii mei, peritiæque imparitate, quibus simul veniam, & propitiam directionem impetrare ex communi erga me jam nota humanitate ingenuus animus securè confidit.

S E R I E S

Capitum Practicarum Resolutionum.

- CAP. I.** **I**OTA civilis Castellanae Reipublicae potestas, & jurisdictio qua ratione penes ipsum Regem sit. pag. 1
- II.** Jurisdictio alicujus castri à Principe concessa, an in novos incolas, & in ejusdem oppidi augmento exerceri possit? 25
- III.** Quanam ratione sit intelligenda donationis, concessionis, aut venditionis dispositio ad mensurae modum concepta. 29
- IV.** De summa Regis jurisdictione, quam Majoriam dicimus, quamque regio nomine suprema exercent Auditoria. 36
- V.** De jure, ac privilegio revocandi domum. 43
- VI.** De his, qui pro jure exigendo possunt alios ad curiam Regis vocare quoad primam causarum cognitionem. 47
- VII.** De vidua privilegium habente trahendi, & vocandi reum ad Curiam Principis, quando eo uti possit. 53
- VIII.** Clericus haeres laici an possit ad saeculare tribunal pro haereditatis rebus, & juribus vocari? 58
- IX.** De causarum avocatione, & earum retentione, quae ad Curiam quandoque fit. 63
- X.** De mandatis regiis ad executionem literarum, quae requisitoriae dicuntur. 69
- XI.** De eisdem literis, praesertim quoad criminum punitionem. 76
- XII.** De petitione haereditatis. 84
- XIII.** De tertiis oppositoribus, & qui pro suo interesse comparent. 88
- XIV.** De eisdem oppositoribus. 95
- XV.** De appellante à sententia inter alios lata. 98
- XVI.** De tertio impediente executionem sententiae latae inter alios. 105
- XVII.** De interdicto *Interim* vocato. 109
- XVIII.** De testibus aliqua notabilia ad praxim. 113
- XIX.** De instrumentorum fide. 119
- XX.** De publico instrumenti solemnitate, & autoritate. 126
- XXI.** De fide instrumentorum, quae exempla dicuntur. 131
- XXII.** De fide, & autoritate privatae scripturae. 136
- XXIII.** Novata appellatione pendente qualiter revocentur. 143
- XXIV.** De attentatorum revocatione iterum. 151
- XXV.** Nullitatis objectio quando impediat sententiarum conformium, vel revisionis executionem. 155
- XXVI.** De recusatione judicum, praecipue eorum, qui assident Regiis praetoriis. 159
- XXVII.** De expensis, & earum condemnatione. 165
- XXVIII.** De his rebus, quae in dotem dantur aestimatae. 170
- XXIX.** De creditore privilegium habente, an possit avocare pecuniam alii solutam, & ab eo consumptam. 178
- XXX.** De remissione mercedis colono facienda propter sterilitatem. 181
- XXXI.** De jurisdictione saeculari in clericos primae tonsurae. 185
- XXXII.** Rursus de eadem jurisdictione in eos clericos non conjugatos. 191
- XXXIII.** De jurisdictione laica quoad clericos. 196
- XXXIV.** Forum saeculare an possit à laicis declinari quoad delictorum punitionem? 200
- XXXV.** De negotiis, ac rebus Ecclesiasticis, quae solent apud regia praetoria examinari. 205
- XXXVI.** De jurepatronatus laicorum, & quantum differat ab Ecclesiastico quoad derogationem. 208
- XXXVII.** De pascuis, & jure pascendi. 217
- XXXVIII.** Quo ordine admittantur agnati, & vocati ad successionem majoratus, vel fideicommissi familiae relicti. 223
- XXXIX.** Jus implendae conditionis an ex contractibus ad haeredes transmittatur. 231
- XL.** De usu jurisdictionis, quae pluribus in eandem urbem, aut oppidum competit. 237



D. D. DIDACUS
COVARRUVIAS,
 SEGOBIENSIS EPISCOPUS,
 ENUCLEATUS, ET AUCTUS,
 PRACTICIS IN QUÆSTIONIBUS,
 PER D. DIDACUM YBAÑEZ A FARIA,
 J. C. GADITANUM.

*Addita ad Caput I. Practicarum
 Quæstionum.*

S U M M A R I U M.

- | | |
|--|---|
| <p>1 Romani quando Hispaniam, & qua occasione ingressi: expellunt Carthaginenses, ac Imperio totam subjiciunt.</p> <p>2 Gothi, Alani, Wandali, ac Suevi ubi suas originarias sedes habuerint, & quando Italiam, Galliam, atque Hispaniam adierint, & num. 3.</p> <p>4 Radagaisus Ostrogothorum Rex per Romanorum exercitum devictus, ac interfectus.</p> <p>5 Alarico Hispanias concedit Honorius: ille Romam vi expugnat.</p> <p>6 Regum Gothorum Hispaniæ catalogus ab Athaulpho ad Rodericum, usque ad n. 41.</p> <p>42 Gothorum imperium in Hispania quandiu constitit.</p> <p>43 Regum Hispaniæ series à Pelagio ad Catholicum Ferdinandum V. quas uxores duxerint, quot liberos procreaverint, quandiu Regno potiti sint, & quæ memoratu digna intra Hispanias patnaverint, usque ad n. 88.</p> <p>89 De Castellæ excellentiis, & antiquis limitibus, ac de urbe Castulone, & num. seqq.</p> <p>92 Temporalis jurisdictio, supremaque politica potestas definitur, & penes quem existat jure nature, & n. 93.</p> <p>94 Respublica an per plures, vel per unicum Principem debeat, & oporteat gubernari? & num. 97. & 104.</p> <p>95 Homo præ cunctis animalibus societatem appetit, & quare? & num. 96.</p> | <p>98 Suprema temporalis potestas quomodo per Principem legitime queratur, & num. seqq. & n. 122.</p> <p>101 Saul utrum à Deo immediate supremam acceperit potestatem? & num. seqq.</p> <p>105 Populus non liber valet sibi Magistratum constituere, si Princeps eum præponere negligat.</p> <p>106 Nec Princeps, nec Respublica libera potest subditum à sua suprema eximere.</p> <p>107 An Sede Apostolica vacante, suprema spiritualis potestas in Ecclesia resideat?</p> <p>108 Populus Romanus quandiu libertate potitus, & quandiu Regibus subjectus.</p> <p>109 Populus Romanus quomodo in Imperatorem supremam transtulerit potestatem, & num. III.</p> <p>110 Non licet Reipublicæ ineptitudinem, aut tyrannicum gubernandi stylum, legitimum ejicere Principem.</p> <p>113 Populus Romanus num potuerit leges condere sub Romulo, ac successoribus Regibus?</p> <p>114 De divisione Populi Romani per Reges facta, & de tribubus, atque comitiis, & num. 115.</p> <p>116 De lege regia, & de Augusto Cesare notantur aliqua, & num. seqq.</p> <p>123 Electio Imperatoris per quos Principes fiat, & quando eis eligendi facultas concessa.</p> <p>124 Consules Romani qua forma creabantur.</p> <p>125 Principatus, supremaque politica potestas à quo cæperit.</p> <p>126 Reges Hispaniæ quo jure ante, & post Pelagium succedant, & n. 135. & 136.</p> <p>127 Qualis modus succedendi in regno magis popularis expediat.</p> <p>128 De triplici regiminis publici differentia.</p> <p>129 Monarchiam quis primus post diluivium instituerit, & quo tempore.</p> |
|--|---|

D. de Faria Govar. Enucle

A

130 De

D. D. Covar. in Practicis Quæst.

- 130 De Monarchiæ Ægyptiorum, ac cognomine Regum.
- 131 Suprema potestas temporalis an à Deo Regibus immediatè collata, & num. seqq.
- 137 Principatus quoties jure sanguinis defertur, divisionem non admittit.
- 138 Filius primogenitus ante regnum obtentum præfertur minori post dignitatem procreato.
- 139 Primogenitus Regis si incapacitate laboret, quid faciendum.
- 140 Quid si duo simul nascantur, & lateat quis prior.
- 141 De exclusione feminarum à regni successione.
- 142 De lege Salica.
- 143 Suprema, & absoluta potestas, & jurisdictio penes Reges Hispaniæ residet. Princeps tenetur ad observationem conditionum, quibus supremam potestatem accepit, ibid.
- 144 Rex potest cogere uentes jurisdictio intra ditionem, ut titulum exhibeant.
- 145 Utrum possit cognoscere in prima instantia de causis emergentibus in territorio dominorum inferiorum?
- 146 Jurisdictio etiam cum mero & mixto imperio in Hispania privilegio, aut præscriptione per vassallos queritur.
- 147 Quid de regalibus.
- 148 Quæ ad eam præscriptionem desiderentur, & num. 149.
- 150 Cause de regia jurisdictio etiam contra Ecclesiasticos ad Magistratus Sæculares deferuntur.
- 151 Nullus inferior acquirere talem potest jurisditionem, ut ad regem per querelam recurrere non liceat.
- 152 Rex quæ vassallis ex jurisdictioe possit cedere.
- 153 Rege concedente castrum inferiori, qualis censetur ei collata jurisdictio, per plures casus explanatur, & num. seqq.
- 155 De Dominis inferioribus castrum alienantibus.
- 163 Concesso per Principem oppido cum jurisdictioe, an illa extendatur ad adjacens mare?
- 164 Rex conferens jurisditionem Magistratui, an videatur merum, & mixtum imperium ei tribuere? Et quid è contra, num. 165.
- 166 Domino inferiore oppidum absolute alienante, an censetur transata jurisdictio?
- 167 Concessa per Principem jurisdictioe, utrum facultas cognoscendi de causis appellationis tributa intelligatur?

CAPUT I.

Sub num. 1. ibi: Romanis olim Hispanias obtinentibus.

ANNO ab Urbe condita 524. jam primo Punico bello pacato, dum Carthaginenses Hispaniis debellandis pro viribus incumbabant, Populi Romani Senatus alio quæsito prætextu Legatos ad Massilienses destinavit, ut per eos (inter quos, & Hispanos frequens exercebatur commercium) cum Hispaniæ civitatibus foedus, & societatem contraheret, quod cum Emporiis, Danio, ac Sagunto initum. Marian. de reb. Hispan. lib. 2. cap. 5. 8. Deinceps ad annos 534. Pœnorum exercitus, Annibale Duce, Saguntum expugnaturus circumdedit. Cives intuitu stabilitæ societatis pro suppetiis ad tuta-

men Populi Romani confugiunt, sed frustra; etenim Senatus, prætermissa auxiliarium legionum ope binos Oratores designavit hortaturos Annibalem ut obsidionem solveret: quibus ille aditum ad se conveniendum inficiatus, urbem ad deditionem acriter constringebat, quæ licet octo mensibus viriliter propugnata, tandem hostili ferociæ vi succubuit. At sex elapsis annis, per Scipionem erepta in potestatem superstitum Saguntinorum redivit. Marian. lib. 2. cap. 16. Garibay lib. 5. cap. 19. Illa Sagunti clades dirum edidit bellum in Punicis secundum, cujus expeditioni in Hispaniis Cneius Scipio, Africani pater, cum Consulari autoritate præficitur, qui cum exercitu transfretans, optatis appulit oris Emporiarum anno ab Urbe condita 535. ex quo ad 549. cruentè utrimque dimicatum, ac tandem Pœni ab Hispaniis resiliere compulsi, se ad proprios lares recepere. Extero hæc pulso, internum bellum exarlit, quod circiter bis centum annorum protelatum Julius Cæsar extinxit, cujus operâ Cantabrorum constantiam, jam cæteris provinciis subjugatis, juri ac ditioni Reipublicæ Romanæ subjacuit anno ab Urbe condita 727. de quibus Mariana lib. 2. ex cap. 9. & lib. 3. cap. 25. Salian. Annal. Ecclesiast. anno ab Urb. cond. 533. cum seqq. & ann. 727. 728. Joan. Gerund. Episcop. Paralipom. Hisp. lib. 4. ad fin. Joan. Valæus Chronic. Hisp. cap. 12. Theat. vit. hum. lit. B, pag. 122. vers. Cantabri, & lit. F, pag. 61. Alfonso. Carthagen. anacephalæosis Reg. Hispan. cap. 4. Torriell. Annal. ann. 3836. Luc. Marian. de reb. Hispan. lib. 6.

Ibi: Gothi qui à Septentrione.

In Septentrionalibus plagis peninsula nobilissima describitur Scandia, seu Scandinavia, quondam Basilia, quæ præter alias plures provincias Gothiam complectitur. Plin. lib. 4. cap. 13. Abrah. Ortel. in Thesaur. Geographic. verb. Basilia, Saavedra Coron. Gothic. cap. 1. cujus incolæ Gothi, qui à Japheto filio Noë originem ducere feruntur, inter se ita fecernebantur, ut qui Orientem versis, Ostrogothi, qui ad Occidentem degerent Wisigothi dicerentur: illorum namque idiomate Oster, quæ Sol exoritur, Wester, quæ occidit, significatur. Joan. Magn. Gothor. hist. lib. 3. cap. 21. Marian. lib. 5. cap. 1. Castill. de Regib. Goth. lib. 1. disc. 2. Theat. vitæ human. lit. M, pag. 68. & 71. Roder. Tolet. de reb. Hispan. lib. 1. cap. 7. 8. De Gothis plura Jornandes de reb. Goth. Joan. Magn. sup. Roderic. Toletan. lib. 1. d. cap. 7. Marian. lib. 4. cap. 16. & alibi Saaved. Coron. Goth. ex princip. B. Isidor. Chron. Goth. Spondan. in Epitom. Baron. anno 370. & 376. cum seqq. Roderic. Sanc. Histor. Hispan. lib. 1. cap. 9. Castill. de Regib. Goth. Theat. vit. hum. lit. M, pag. 68. & 71.

Ibi: Cum & Wandali, Alani, & Suevi.

Hi & alii barbari simul in Imperium erupere anno Christi 407. Baron. Annal. eod. ann. & ibi Sponpan. n. 2. Omnes à Septentrione prodierunt: juxta paludem Mœotidem, & Tanaïm Wandali atque Alani incoluisse creduntur, Suevi prope Albiim. Procop. lib. 1. de bell. Wandalar. Abrah. Ortel. in Thesaur. verb. Alani, Lucan. lib. 2. Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos Albis, &c.

Bar-

Barbaricæ invasionis Autor laudator Stilico, eximius Honorii Dux à Wandalia oriundus. Hic cum in votis perfidus haberet filium Eucherium, ejecto Imperatore, ad apicem Majestatis evehere (quod inter varios eventus belli, cum esset primarius militiæ Præfectus, possibile arbitrabatur,) eos hostes in Imperium accersivit, simulque Gothos laceffit, subtractis stipendiis, quæ à Romana Republica militiæ intuitu merebant. Barbari itaque, devastatis provinciis, in quibus iter faciebant, in Galliis quinquennium refederunt: at præviso Gothorum incurfu, quibus impares se ad obsistendum dignoscebant, Pyrenæis superatis, anno Christi 412. Hispanias penetrarunt, dominante scilicet Wandalis Gunderico, Alanis Atace, Suevis Hermenerico, de quibus Marian. lib. 5. cap. 12. Paul. Oros. lib. 7. cap. 38. 40. Joan. Magn. lib. 15. cap. 13. Ant. Sabellic. *enuead.* 7. lib. 9. B. Isidor. *Wandalor. hist.* Roder. Tolet. lib. 1. ex cap. 9. Saaved. cap. 1. Castill. sup. disc. 10. Roder. Sanc. part. 1. cap. 7. & 10. Salian. sup. anno 407. n. 2. & anno 409. num. 7.

Ibi: *Honorius Imperator, Gothis, eorum Rege Radagaiso.*

4 Ad annos 382. Gothorum diademate potiebantur Alaricus, ac Radagaisus: hic Ostrogothis, ille Wisigothis imperabat, Italiam infestantes propter stipendia Stiliconis virtuti non exhibita: & quoniam præ multitudine res militaris commodè expediri nequibat, placuit ut bipartito exercitu bellum gereretur. Stilico Romanorum legionum moderator, ut agnovit Ostrogothos à sociis segregari, illos propè Florentiam in Fœsulanis montibus limite cingit, ita ut ad deditionem compulerit. Radagaisus dum se fugæ committere satagit, percussus occubuit. Marian. lib. 4. cap. ult. Paul. Oros. d. lib. 7. cap. 37. Joan. Valæus anno 407. in Chron. Luc. Marin. d. lib. 6. Saaved. cap. 1. Spondan. sup. anno 406. num. 1. Castill. disc. 8.

Ibi: *Ejusdem gentis Principi Alarico.*

5 Alaricus ex Balthorum egregia stirpe Athanarico Regi, elapso interregno, luffectus anno 382. post Ostrogothorum stragem hostilitate quiescente, cum ab Honorio Italiam ad incolendum posceret, Gallias, ac Hispanias impetravit, quam largitatem jurejurando Imperator reborasse traditur. Cum autem Alaricus cum copiis ad permissas sese pergeret, cis Alpes castrametatus, Saul genere Judæus, à Stilicone cum cohortibus missus, in Gothos adoriens extempore inermes plures enecuit; agebantur enim Paschalia solemnia, ideo cum hoste congredi nefas apud ipsos putabatur: at abjecto scrupulo, Alarico hortante, ad pugnam viriliter profiliunt, ipsoque perempto Saule, aggressores revertuntur in fugam. Hinc Rex fractæ fidei vindicem retroducit exercitum, Romæque obsidionem instituit, quam tandem ingressus, militi deformandam flammis ac ferro per triduum permisit. Hoc Urbis exitium evenit ad annos 410. die prima Aprilis, seu prout aliis placet, secunda, vel vigesimaquarta Augusti. Quibus patris, Alaricus Siciliam atque Africam subjugaturus classe deferebatur, cum subortâ procellâ impellente Consentiam applicuit, ubi extemporalis fato novissimum clausit diem anno 411. octo super decem Regio mu-
D. de Faria Covar. *Enucl.*

nere functus. Gothi cadaver insigniis regalibus indutum monumento magnifico tradiderunt, quod in alveo amnis Balentii apprimè condiderunt. De quibus Jornand. cap. 30. Valæus sup. anno 412. Marian. lib. 4. cap. fin. & lib. 5. cap. 1. ad fin. Carol. Sigon. de Imper. Occident. cap. 10. 11. Taraph. de Regib. Hispan. ann. 412. Baron. Annal. ann. 409. cum seqq. & ibi Spondan. in Epitom. Saaved. d. cap. 1. Castill. sup. disc. 9. Joan. Magn. lib. 15. cap. 12.

Ibi: *Athaulphus Gothorum Rex.*

Expleto Regis funere Gothi Athaulphum de-6 functi consanguineum ei substituere, qui Galliam Placidiam Romæ captam, Honorii sororem sibi nuptiali vinculo copulavit. Unde affinitate intercedente convenit, ut Galliis & Hispaniis Athaulpho concessis, ab Italia prorsus recederet. Sic gens Gothica ad annos 412. per Alpes Galliam penetravit, ac anno 414. Hispaniam adivit, an ultrò, vel invitò, quæstionis est. Quibusdam placet, Athaulphum Patrii Romani precibus exoratum, miserum Hispanorum, qui à Barbaris dirè divexabantur, migrasse: alii enarrantibus, à Constantio Honorii duce ad Hispaniam abire compulsam. Ille Barcinone solum sibi constituit, & cum moliretur Imperatoris amicitie restitui, quod Gothis admodum odiosum, vulneribus affectus in fata concessit anno 415. sex scepro potitus, paternique infortunii consortes sex filii Regii ex priore conjuge similiter periere. Athaulphus inter Reges Gothos Hispaniæ primus recensetur communiter, quanquam nonnulli Alaricum præponant. Extat Barcinone epitaphium à Flavio Dextro editum, qui cecinit ita.

*Bellipotens valida natus de gente Gothorum,
Hic cum sex, natis Rex Athaulphu' jacet.*

Ausus es Hispanias primus descendere in oras,

Quem comitabantur millia multa virum.

Gens tua nunc natos, & te invidiosa peremit,

Quæ post amplexa est Barcino magna gemens.

Hæc hausimus ex Baron. ann. 415. nu. 1. Spond. in Epit. ann. 414. num. 1. Marian. lib. 5. cap. 2. Jonarde de reb. Goth. cap. 31. Saaved. dict. cap. 2. Roder. Tolet. lib. 2. cap. 6. Sigon. sup. lib. 11. Paul. Oros. lib. 7. cap. 40. & 43. Cœvall. de cognit. per viam viol. glos. 18. n. 13. Joan. Magn. sup. lib. 15. cap. 13. B. Isidor. Chron. Gothor. Moral. Chron. Hispan. lib. 11. Valæ. sup. ann. 417.

Ibi: *Sigericus qui eidem successit.*

Sigericus Athaulpho consanguineo, cujus cæ-7 dem ipse perpetrarat, communibus suffragiis successit: qui cum de pace cum Imperatore convenire satageret, à suis de medio sublatus, tanti facinoris mercedem reportavit. De tempore ejus Principatus certi nihil statui potest. Quidam septennium, alii annum, alii paucos dies assignant: de quo Roderic. Tolet. lib. 2. cap. 7. Baron. Spondan. Marian. & Cœvall. ubi proximè, Roderic. Sanc. part. 2. cap. 4. Joan. Magn. sup. cap. 15. Joan. Valæus anno 417. Saaved. cap. 3. Franc. Taraph. anno 440. Luc. Marin. lib. 6. cap. de Goth. advent. in Hispan.

A 2

Ibi:

Ibi: *Post hunc Walia Gothorum Rex.*

8 Walia illicò regimen Gothorum adeptus ad Africam debellandam classem instruxit, sed in Gaditano freto navigia cuncta naufragio perierunt. Deinde Honorius Constantio Duci eximio Placidiam Athaulphi viduam, quæ in Hispania detinebatur, sponndit in conjugem, eundemque Imperii consortem decrevit: hic ut desponsatam eriperet, invasionem Hispaniis minabatur: quapropter Walia ex Gothorum consilio & Placidiam reddidit, & cum Honorio pepigit fœdus: ad hæc Silingos & Wandalos ingenti strage affectos exterminavit: ab Imperatore Vasconiam dono comparavit, denique Tolosæ obiit triennium apprimè dominatus: quæ ex instituto prosequuntur nuper laudati.

Ibi: *Rursus Theodoredus Rex.*

9 Proximus Walix Rex Theodoredus recensetur, illi cognatione devinctus qui, conventu violato, adversus Valentinianum Imperatorem bellipotens in Gallia hostilia patravit. At superveniente Attilâ, Galliasque impetente, Theodoredus, ut periculo imminente in occursum iret, suas cum Romanis ac Francis copias colligavit, quibus Hunnorum superbientem barbariem, Ducisque ferociam, etsi non devicerit, saltem deterruit in Catalaunis, seu Mauriciis campis, haud longè à Tolosa: ibi commisso prælio, ex utroque exercitu tercentum millia hominum cecidisse fertur, quorum plerique ex Attilæ militibus, qui receptui canere jubens, in castra se contulit, quæ muniri curavit. Theodoredus ipse inter pugnandum occubuit grandævus anno 451. regni 32. ætatis 65. Videantur Baron. ann. 451. ubi Spond. Saabed. cap. 5. Cassiod. in Chron. Paul. Diacon. hist. miscellan. lib. 15. & cæteri supra laudati.

Ibi: *Turismundus successit.*

10 Subsequitur Theodoredi primogenitus, quem & gratissima parentis memoria, & propria facinora commendabant, cum in Catalauno consilio Duce strenuum ac validum militem egerit: quare primum in castris militari acclamatione, deinde Tolosæ communi consensu, publicoque plausu sublevatur ad regiminis apicem, qui cum Hunnis iterato congressu ex Attila victoriam reportavit, Alanes, eorumque Regem Sanguibanum similiter devicit, Romanas legiones, Præfecto Comite Aëtio, in Gallia profligavit, quibus absolutis Tolosam rediit, instauratoque cum Valentiniano fœdere, otio vacare cœpit, superciliosam majestatem ostentans, quo ita fratribus, cæterisque invidiosum se reddidit, ut illum ægritudinis causâ decumbentem, de vena emissio sanguine, ex perosorum consilio Ascalernus peremerit ad annos 455. sui principatus tertio. B. Isidor. Chron. Gothor. Roder. Tolet. lib. 2. cap. 8. Marian. lib. 5. cap. 4. Ionard. de reb. Goth. cap. 40. Saabed. Coron. Goth. cap. 6. Sigon. de Imper. Occid. lib. 13. Greg. Turonensis Histor. Francor. lib. 2. cap. 7. Baron. Annal. ann. 451. ex n. 49. Petr. Mex. de vit. Imper. in Valentin. Roder. Sanc. hist. Hisp. part. 2. cap. 7. Joan. Vazæus ann. 456. Alfons. Carthag. anacephalæos.

Reg. Hispan. cap. 14. Luc. Marian. de reb. Hisp. lib. 6.

Ibi: *Theodoricus permissu Imperatoris.*

Sextò Theodoricus accedit, Turismundi frater, ac inter cæteros natu major, cujus cædis particeps, seu author creditur. Hic cum Valentiniano pacis inter fœdera convenit, ut Hispaniarum debellationem sibi permetteret. Idem Rex Suevos, eorumque Principem Recciarium Galleciæ ac Lusitanix dominantem, conferto prælio ad flumen Urbicum, quod inter Asturicam labitur & Legionem, prostravit. Ad hæc per Hispanias tripartito exercitu progressus, per se suosque Duces Bæticam ditioni subiecit suæ, atque provincias alias devastatas dereliquit. Primus Gothorum solum in Hispania stabilivit: sic ad annum decimumtertium clavum regni prosperè tenuit, quo insidiis germani Eurici, universæ cornis viam ingredi compellitur ann. 467. quæ ultra jam congestos prosequuntur. Spondan. in Epitom. Baron. ann. 456. nu. 2. Joan. Magn. hist. Goth. lib. 15. cap. 24. Franc. Taraph. de Reg. Hispan. ann. 473. Ado Viennens. Chron. ann. 456. Sidon. Apollin. lib. epist. 27. qui de elogiis, forma & habitu Theodorici fusè disseruit.

Ibi: *Et qui eidem in Regno successerunt.*

Euricus prædefuncto subrogatur, qui Gothorum leges literis mandari præcepit; antea enim quicquid moribus receptum erat, ut lex observari placuit. Nec in Martiali munere cuiquam posthabitus, Lusitaniam subegit, Pompeiopolim, Cæsaraugustam & Tarraconem expugnavit: Carthaginensis, Toletanaque Provincia sub Romanorum jugo existentes ipsi se dedidere, quo illorum imperium, quod septingentis ferè annis in Hispaniis obtinuerunt, prorsus intercidit. Quibus confectis, ad Gallias cum copiis profectus militari gloria pariter emicuit. Hispanias & Gallias ex hac tempestate ab Imperio penitus exemptas testatur post alios Saabed. Coron. Goth. cap. 8. Fertur diem obitus sui subditis prænuntiasse, ac in extremis agens natum Alaricum sibi substituendum exorasse. E vivis migravit anno 483. diademate potitus 17. B. Isidor. sup. Joan. Magn. lib. 15. cap. 16. Marian. Roder. Toletan. & alii nuper citati.

Alaricus ex genitoris voto à Proceribus exaltatus ad thronum, Theudicodam Theodorici Italiæ Regis filiam uxorem assumpsit: Theodosianum Codicem compilari curavit operâ Aviani Cancellarii, quem promulgari iussit tertia Februarii die, anno 506. Edidit constitutiones seu leges, ex quibus & aliis, quas successores Reges condiderunt, constat liber, qui vulgò, *Fuero Juzgo*, nuncupatur. Sub Alarico Hispani summa tranquillitate gaudebant, non ita Gallix; nam Clodoveus Francorum Rex Bellum Gothis indixit, qui Alarico Duce cum hoste congressi, haud procul à Pictavia succubuerunt, ipseque Rex à Clodoveo hasta ex equo dejectus, gladio Franci militis periit anno 506. Principatus 23. Card. Baron. ann. 484. & lib. 506. ubi Spondan. Joan. Magn. lib. 16. cap. 1. Marian. sup. cap. 6. Roderic. Tolet. lib. 2. cap. 11. & alii ubi sup.

Parentem subsequitur Gesaleycus, quem etsi ex concubinario complexu quæsitum, Amalarico fratri legitimè procreato suffragia præposue-

Enucleatus, & auctus. Caput I.

re ob teneram hujus ætatem. Hoc ut agnovit Theodoricus avus maternus (ut præmissimus) prosthabiti Principis, militem delegit in Gothos, ut nepoti usurpata successio redderetur: quod cum ad aures Gesaleyci fama detulisset, terrore suadente Barcinonem se contulit, inde in Africam transfretavit suppetias à Trasimundo Wandalorum Rege impetraturus, à quo benignè exceptus, ac regali affectus munificentia est, exhibita ingenti pecuniarum summa, quâ in Galliis auxiliares copias conduceret, quibus paratis, per Pyrenæos Hispaniam ingreditur, ac duodecim milliariibus à Barcinone habito cum Gothis prælio succubuit, unde in Galliam sese recepit, ubi ægritudine correptus decessit anno 510. Sedit quadriennio. B. Isidor. *Chron. Roder. Tolet. lib. 2. cap. 11.* Marian. *lib. 5. cap. 7.* Saaved. *Coron. Goth. cap. 10.* Garibay *Hist. Hisp. lib. 8. cap. 13.* Roder. *Sanc. Hist. Hisp. part. 2. cap. 11.* Joan. Valæus *Chron. ann. 509. cum seqq.* Alfons. à Carthag. in *anacephalæosi Reg. Hisp. cap. 18.* Illud oportet observare, quod omnes ferè Historiographi laudati asserunt Gesaleycum progenitum ab Eurico, non ab Alarico, ut opinatur Mariana.

15 In hac Regum serie post Gesaleycum quidam præfatum Theodoricum Alarici socerum recensent, opinati eundem Hispanias adivisse, Toletique uxorem duxisse præclaram ex pristinis Hispanis. Verùm alii refragantur inficientes eum Theodorici adventum, qui nunquam nomine proprio imperavit, sed Amalarici nepotis velut tutor, regni administrationem suscepit, quam Theudi exercendam delegavit. Consulantur Marian. *lib. 5. cap. 7.* Garib. *lib. 8. cap. 14.* Roder. *Tolet. lib. 2. cap. 11.* B. Isidorus *Chron. Goth. Roder. Sanch. part. 2. cap. 12.* & alii, quorum nuper fit mentio. Quicquid de regno Theodorici sit, illud constat, ab obitu Gesaleyci quindecim annos præterisse, cum Amalaricus habenas regiminis apprehendit, unde fit ut totidem Theodoricus, sive proprio, sive nepotis nomine Hispanis dixerit jura, ex Marianæ supputatione.

16 Amalaricus jam ætate idoneus regii muneris pondus assumpsit, qui cum Childeberto, ac germanis Galliarum Regibus, affinitatem contraxit, inito cum Clotilde eorum sorore conjugio. Verùm ille ut Arriana contaminatus labe consortem morum splendore, veræque Fidei cultu conspicuam convitiis afficiebat assiduè, verberibus cruciabat, & plagis ad sanguinis usque extractionem, quæ constans Regina diu cum pertulisset, tandem sævitia cogente, per literas fratribus renuntiavit, qui parato exercitu in Amalaricum progressi, ipsum fugæ se committere compulerunt: cumque nave delatus abiret, thesauri quem Barcinone reposuerat, recordatus, ut illum portaret rediit, sed à milite percussus interiit anno 531. Sedit quinquennium, à quo per se clavum regiminis exercuit. B. Isidor. *Baron. ann. 531.* & ibi Spondan. *Marian. lib. 5. cap. 7.* Saaved. *cap. 10.* Joan. Valæ. *Chron. anno 530.* Franc. *Taraph. sup. anno 515.* Garibay *lib. 8. cap. 15.* & alii ex præcitat.

17 Theudis qui Theodorici jussu Hispaniis præfuerat, ad sceptrum jure proprietatis revocatur: foeminam Hispanam genere, ac fortunarum copia condecoratam conjugem selegerat. Per Theudiselum Ducem eximium ex Francis victoriam insignem assequutus, Septam obsedit, quam expugnare non valuit. Post reditum ex Afri-

ca accidit, ut quidam se furiosum simulans, ense Regem perfoderit, & ex vulnere animam exhalaverit anno 548. regno potitus decem & septem supra menses quinque. De quibus sæpe tenenti Historiographi fusè.

Theudiselus accedit duodecimus Hispaniarum Rex Wisigothus, qui illusa subditorum spe nihil majestate dignum edidisse narratur; imò libidinis ardore bacchatus nullæ pulchritudinis honestati pepercit: cumque Hispalim festu opipare epularetur, luminibus extinctis, vulnibus inflicto occubuit anno 549. Regnavit decem & octo menses, dies terdecim. Marian. *der. Toletan. Saavedra, Joan. Magn. & alii ubi sup.*

Agila diademate decoratur, sed infauste munus obivit. Athanagildus Dux à Rege desciscens, ad criminis fomentum à Justiniano Imperatore impetravit auxilium, fide præstita de dividendo inter eos Hispaniarum dominio: cuius expeditionis gratiã Liberius Romanæ militiæ Præfectus ex Gallia legiones conduxit, quibus fretus Athanagildus, ad Hispalim prælio commisso, exercitum Agilæ prostravit, qui profugus Emeritam petiit, ubi à primariis sui committatus interfectus periit ad annos 554. Sedit quinquennium supra trimestre. B. Isidor. *sup. Marian. cap. 9.* Roder. *Tolet. cap. 13.* Joan. *Magn. cap. 6.* Saaved. *cap. 13.* Garibay *cap. 18.* præter cæteros jam laudatos.

Athanagildus Gothis Rex constitutus, continuò militaribus vacavit expeditionibus, ut Romanos quos alciverat, extirparet. Licet autem se Arrii sectatorem ostentaret, ne hæretici, quibus dominabatur deficerent, ex arcano veram Fidem amplectebatur. Mortem oppetiit anno 567. suo munere functus annis 15. supra semestrem. Videantur nuperrimè allegati & Roderic. *Sanc. Hist. Hisp. part. 2. cap. 17.* Joan. Valæus *Chron. ann. 554.* Taraph. *de Reg. Hispan. anno 543.* Alfons. *Carthag. in anacephalæosi Reg. Hisp. cap. 24.*

Post Athanagildi obitum successit quinque mensium interregnum, Optimatibus de futuri Principis electione inter se dissidentibus, sed tandem Liuva communi suffragantium placito sceptrum adeptus, secundo Principatus anno cum Leovigildo fratre ditionem partitur, cui Hispaniis cum Regia potestate dimissis, in Galliam recessit Gothicam, ubi tranquillam vitam duxit ad annum 572. quo illam cum morte commutavit. Sedit quinquennio. B. Isidor. *Roder. Tolet. lib. 2. cap. 14.* Marian. *lib. 5. cap. 11.* Garibay *lib. 8. cap. 20.* Saaved. *cap. 14.* præter alios, quorum jam meminimus.

Soluta regali societate, Leovigildus absolutum Gothorum imperium in Hispaniis, & Galliis obtinuit, ac fauste utrobique Romanos, ac Francos profligavit: Corduba & aliis civitatibus expugnatis, Galleciam Suevis ablatam suæ ditioni adjecit. Ut autem regia dignitas absque electionis discrimine successione jure posteritati suæ deferretur, Hermenegildum & Richaredum, quos ex consorte Theodosia filia Severiani Carthaginensis Ducis procreaverat, Principatus socios designavit, singulas provincias cuique concedens. Ipse pacis, ac belli muniis sedulus incumbens, Gothorum monarchiam potentiã, & majestate pariter insignivit. Sedem Toleti collocavit, sceptri, diadematis, ac trabæ usum instituit. Verum cuncta præclare gesta Arrianis erroribus, ac Catholicæ Fidei odio denigravit.

- Fertur tamen, hæresi objurata, Ecclesiæ Romanæ conciliatum, ~~cep~~um mortalitati exsoluisse Toleti anno 586. ~~anni~~ decimo octavo. Videantur jam sæpe laudati.
- 23 Hermingildus paterna largitate ad societatem Imperii accersitus anno 577. biennio præterito, eandem filiam Sigeberti Regis Lotharingiæ conjugem duxit, maxime Catholicæ addictam Religioni, cujus precibus flexus, ac salutiferis B. Leandri Hispalensis Præsulis instructus documentis, Arrii dogmata quibus ab infantia fuerat imbutus, abiecit. Hoc in causa fuit, ut Hermingildus in charissimum natum gereret sævam tyrannidem usque ad internecionem, quem cruentis carnificis manibus enecandum tradere non exhorruit. Triumphavit ille Hispali augustiori coronâ redimitus ad annos 586. nono sui Principatus, die decimaquarta Aprilis, de quo ultra Historicos memoratos B. Greg. Magn. lib. 16. cap. 9. Baron. ann. 583. & 584. ubi Spondan.
- 24 Richaredus, extincta per utriusque consortis obitum dominandi societate, regni dominium in solidum obtinuit, quem præter eximii Principis facinora, illud posteritati magis commendat, quod decimo mense à patris interitu sic Arrii hæresi, quâ ab incunabulis fallebatur, exosus apparuit; ut illam penitus extirpaverit, ex quo vera Fides stabilita ad nos usque in Hispaniis illibata persistit. Rex Badam priorem duxit uxorem, ex qua Liuvam suscepit successorem posteriorem Clodolvindam, sororem Chideberti Regis Lotharingiæ, ex qua Suinthila ac Geyla procreati. Richaredus ad instar Cæsarum Flavii prænomen primus assumpsit, quod subsequentes Principes retinuerunt. Decessit anno 601. Sedit solus 15. mense uno, diebus 10. B. Isidor. Chron. Gothor. Marian. lib. 5. cap. 14. & lib. 6. cap. 1. Saaved. Coron. Goth. cap. 15. Joan. Magn. Gothor. Histor. lib. 16. cap. 10. Baron. Annal. ann. 585. & ibi Spondan. in Epit. Roder. Tolet. de reb. Hispan. lib. 2. cap. 15. Roder. Sanc. Hist. Hisp. part. 2. cap. 20. Joan. Valæus Chron. Hispan. ab anno 585. Luc. Marin. de reb. Hisp. lib. 6. Garibay lib. 8. cap. 23.
- 25 Liuva Secundus patri subrogatus, aspectus decore, ac indolis suavitate suis acceptissimus, proditorio Witerici gladio occubuit anno 603. ætatis 20. regni secundo, de quo jam laudati.
- 26 Witericus ex immani facinore solii commodum reportavit, bello præclarus, sed infausus in expeditionibus adversum Romanos, quanquam de illis insignem victoriam assequutus fuerit. Inter epulandum à Gothis percussus periit ad annos 610. Septennium gubernii tenuit clavum. Consulatus eodem Historiographos.
- 27 Gundemarum meritorum cumulo nixus thronum ascendit, hostes prospero Marte subegit. Obiit Toleti, nulla prole ex consorte Hilduana susceptâ, anno 612. dignitate fruitus mentes 22. dies 13. quod prosequuntur nuper recensiti num. 24.
- Ibi : Donec Sisebutus Rex.
- 28 Succedit in hac regali serie Sisebutus vigesimus secundus, qui animi egregiis dotibus floruisse prædicatur. Romanos in Hispania penè delevit : Judæos, hortante Heraclio Imperatore, à sua ditione exulare decrevit, quos etiam minis ac supplicii sacro mundari lavacro coëgit : de quo duplex habetur constitutio in volumine vulgò *Fuero Juzgo*, vocitato. Migravit è vitâ Toleti ad annos 621. postquam Principatum gesserat 8. supra sex menses, & sexdecim dies. Baron. ann. 619. ubi Spondan. Mich. Rit. de Reg. Hisp. lib. 1. Marian. lib. 6. cap. 3. & alii n. 24. recensiti.
- Richaredus II. patris loco subrogatus juvenis, 29 lapsa trimestri præventus naturali letho solium alii dereliquit, quem historici haud pauci prætermittere solent ob regni ipsius brevitatem, cujus tamen meminere Joan. Magn. cap. 17. Marian. d. cap. 3. in fin. Saaved. cap. 19. Roder. Tolet. lib. 2. cap. 17. ubi quod septem mensibus sedit. Castill. lib. 2. disc. 9. Garibay lib. 8. cap. 29. Mich. Rit. d. lib. 1.
- Ibi : Divus tamen Isidorus.
- Flavius Suinthila Richaredi Primi filius ad thronum tandem ascendit magis virtutum præstantiâ, quam sanguinis splendore. Hic Romanos ab Hispaniis, quibus supra septingentos annos dominabantur, prorsus exterminavit. Anno Principatus quinto Rechimirum ex consorte Theodora susceptum in socium evexit. Sed immutatis moribus, suprema abusus potestate, invisum se populo reddidit. Unde Sisenandus vir facultatibus, ac autoritate pollens Gothorum copiis, & auxiliariis Francorum accersitis, Suinthilam, natumque Socium è folio dejecit anno 631. quod ille decennio tenuerat. Baron. ubi nuper, Marian. cap. 4. Luc. Tudenf. Chron. mund. era 649. Castill. & cæteri jam laudati num. 24.
- Rechimirus in Regibus Hispaniæ recensetur, 31 qui cum parente, ut præmissum est, quinquennio, ab anno scilicet 626. Imperii fuit potitus, ac simul expulsus. Videantur Historici, de quibus sup. num. 24.
- Flavius Sisenandus Suinthilæ successus, quartum Concilium Toleti studuit congregari, quo præter alias excommunicationis sententias teneri Suinthilam cum uxore, liberis ac fratre ob patrata scelera decretum : in quo etiam dicitur promulgatus codex, qui vulgò appellatur *Fuero Juzgo*. Obiit Rex in eadem civitate ad annos 636. quadriennium, quatuordecim demptis diebus, dominatus. Marian. cap. 5. Alfonso. Vill. in comment. ad *Fuero Juzgo*, Saaved. cap. 19. & alii num. 24.
- Flavius Chintila suffragiis Procerum subrogatus est anno 636. Nihil sub ejus Principatu memorandum habetur, nisi quod sub id tempus quintum, ac sextum Toletanum Concilium Antistites celebrarunt. Decessit anno 639. cum præfuisset Gothis annos 3. menses 8. dies 9. Joan. Magn. lib. 16. c. 18. Saaved. c. 22. Roderic. Toletan. lib. 2. c. 19. Castill. sup. & reliqui nu. 24.
- Flavius Tulgas illic ad fastigium Majestatis 34 ascendit, qui brevi annorum cursu ingentem virtutum cumulum coacervavit : ac celeriter tantum Principem languor intempestivus de medio sustulit Toleti anno 641. Regimine functus traditur biennio supra menses quatuor. Marian. sup. cap. 8. Luc. Tudenf. era 680. & cæteri num. 24.
- Flavius Chindasvinthus militiæ Præfectus, armis quibus præerat vacans, solium violenter nanciscitur ad annos 641. verum tam plausibili moderamine munus usurpatum exercuit, ut tyrannidis notam penitus abolerit. Ex consortio Recibergæ Recesunthum procreavit, quem anno 648. Principatus participem constituit sceptro functus annos

annos sex, menses octo, dies viginti. Super-
vixit triennium supra quadrimestre ac undecim
dies, sed hoc tempus computatur in regno suc-
cessoris; ipse enim præ senecta ineptus illicò pon-
dus publicæ administrationis nato socio cessit in so-
lidum. Decessit Toleti anno 652. an naturaliter,
vel virulenta infectione, quæstionis est. B. Ildefons.
in Chron. Mich. Rit. de Reg. Hisp. lib. 2. Joan. Vi-
sæus in Chron. Hisp. anno 642. Garibay lib. 8. cap.
34. ac reliqui sup. n. 24. relati.

36 Flavius Recesvintus, qui ante & post parentis
interitum sese eximium exhibuit Principem, præ-
decessorum leges, propriis pluribus editis, refor-
mavit, quæ volumine *del Fuero Juzgo* continen-
tur. Vitam cum letho commutavit non procul à
Vallisoletto, in vico Wamba dicto, ad annos 672.
Radiis majestatis splenduit à quo primùm per so-
cietatem Imperium percepit annis 23, mensibus sex,
dies undecim. Marian. *lib. 6. cap. 8. Joan. Magn.*
Goth. hist. lib. 16. cap. 21. Roder. Tolet. de reb.
Hisp. lib. 2. cap. 22. Luc. Tudens. era 686. Joan.
Valæus anno 672. Saaved. Coron. Goth. cap. 25.
Garib. in comment. Histor. Hisp. lib. 8. cap. 36.
Castill. de Reg. Gothor. lib. 2. disc. 9. Roder. Sanc.
Histor. Hisp. part. 2. cap. 31. Alfons. à Carthag. in
anacephal. Reg. Hisp. cap. 38. Franc. Taraph. de Reg.
Hisp. anno 656. Luc. Marian. de reb. Hisp. lib. 6.
cap. de Goth. advent.

37 Wamba ex inclyta Gothorum stirpe (quicquid
vulgò contra feratur) integritate morum pariter
ac naturæ decoramentis præditus, ad pondus
Regii muneris supportandum invitatur, quod il-
le renuens obire constringitur. Accidit cum To-
leti coronationis solemnija (sicut moris erat) pera-
gerentur, ut ex Regis capite vapor instar colum-
næ sursum exhalatus apparuerit, ape super ipsum
existenti. Nec sua spes suffragatores decepit, quo-
niam Wamba ob præclara facinora cum primis
perfectus Princeps ab Historicis prædicatur. To-
letum operibus publicis illustravit. At Ervigius
Recesvintus Regis cognatus, æmulatione, ac do-
minandi cupidine tenus, Wambæ lethiferum po-
tum studuit ministrari, quo haulto, ex tempore
fatales passus angores animam exhalasse putabatur,
cum jam moribundus subscripsisset instrumento,
quo Ervigio renunciassè regnum profitebatur: ut-
que Regi, si fortè sensibus restitueretur, nullus
ad solium pateret regressus, præcepit Ervigius,
ut festinè coma abscinderetur, & barba atque
capilli instar Secerdotis raderentur Wambæ, qui
& monachali veste indutus est; etenim Con-
cilio Toletano sexto ad annos 637. sub Rege
Chintila ita cavebatur: *Rege verò defuncto, nullus*
tyrannica præsumptione regnum assumat, nullus sub
religionis habitu detonsus, aut turpiter decalvatus,
&c. Sequenti die Wamba in mentem usumque
rationis reversus, majestatis culmen cum cœno-
bii secessu ultrò commutavit ad annos 680. regni
potitus annos 8. supra mensè unum ac quatuor-
decim dies. Post spoliū superstes spirituali dis-
ciplinæ vacavit septennium & trimestre. Baron.
Annal. anno 637. ubi Spondan. in Epit. ac cæteri
omnes nuper laudati.

38 Wambæ Flavius Ervigius substituitur nepos
ex filia Chindavintus, quæ nupsit Græco Comiti
Ardesbastro. Rex plausibilis suscepti guberna-
culi moderator apparuit, præsertim Catholicæ
Religionis studiosus emicuit. Ex Luibigotona
conjugè Cixilonam suscepit, quam in uxorem
tradidit Egicæ præclaro viro ex Wambæ pro-
genie, eumque pridè quàm decederet Imperiū

confortem designavit. Præterea nonnullas ante-
cessoris constitutiones, quæ tempestati illi acerbæ
videbantur, abrogavit. Obiit anno 683. Præfue-
rat supremo muneri septennium supra dies viginti-
quinque. Baron. *anno 687. cum Spondan. & aliis*
cumulatis sup. n. 36.

Flavius Egica immediatè adjicitur, qui cum 39
tanta munificentia & dilectione devinctus odium,
quod ex dejectione Wambæ in Ervigium imbi-
berat, comprimere non valuisset, Cixilonam re-
pudius rejectit, quanquam illi filium Witizam edi-
disset. Magnates itidem, qui Ervigio ad sceptrum
ulurpandum fuerant ad stipulati coercuit.
Alias tamen inter selectos Principes non immeritò
recensetur. Sub eo ter Synodus Toleti congre-
gata constat, novissima ad annos 694. scilicet
quæ decima septima Toletanarum catalogum clau-
dit. Rex triennio ante obitum Witizæ societa-
tis titulo majestatis nitorem communicavit, cui
Gallegiam, ut regeret, assignavit. Viam uni-
versæ carnis adivit ad annos 701. tredecim suo
munere usus, Mar. Sicul. *de reb. Hisp. lib. 6. Ma-*
rian. lib. 6. cap. 18. & alii quorum mentio fit sup.
num. 36.

Witiza genitoris locum introivit: hic sui Prin- 40
cipatus primordiis optimi moderatoris speciem
præbuit, deinde verò, moribus dignitate perversis,
in profundum iniquitatis prolapsus plura in
Religionem, Ecclesiasticam disciplinam, ac bo-
nos mores effrenatè patravit, quibus & aliis im-
manitatis sceleribus execrabilis habebatur. Inter
cætera Gothofredum Cordubæ Ducem oculorum
privatione multavit. Unde enarrant aliqui, Ro-
dericum illius filium, qui se fugæ commiserat,
auxiliis undique comparatis, nece Witizæ sævi-
tiam in parentem admissam vindicasse. Alii asse-
verant & opinantur, Regem naturæ exigenti de-
bitum mortalitatis pependisse Toleti ad annos 711.
regni decimum, duobus filiis ex eo superstitibus,
Eba & Sisebuto. Consulatur suo loco congesti
sup. n. 36.

Ibi: *Post hæc Gothorum Principes.*

Trigesimus quintus, & ultimus Gothorum 41
Rex in Hispaniis numeratur D. Rodericus, Du-
cis Gothofredi filius, & Chindavintus Regis ne-
pos, qui suffragiis delectus prævaluit adversus
Witizæ sobolem, cui ex Optimatibus nonnulli
patrocinari ad successionem conabantur. Fuit
equidem ille Heros, quem natura animi & cor-
poris dotibus singulariter insignivit: at elatus ad
thronum in absolutæ potestatis abusum incidit.
Witizæ liberos ita vexavit, ut ad Mauritaniam
Tingitanam, quæ Gothis tunc temporis subjece-
bat, confugerent. Ad hæc Toleti libidinis in-
cendio superatus filiam Comitis Juliani, vi illa-
ta, flore virginitatis exiit. Parens vindictæ avi-
dus Sarracenos Hispaniarum invitavit ad præ-
dam, quas miranda debellarunt alacritate, quam-
vis Rex viribus totius ditionis in unum con-
gestis ad centum millia hominum, incursum Bar-
barorum occurrens cum multitudine innumera
manus viriliter conferuerit haud procul à Munda-
na Cæsariana, 11. Novembris die, anno 714.
Tandem Christianis profligatis succubuit, & pe-
riisse putatur limphis submersus, quoniam ad ripam
fluvii Limizæ statim post prælium equum, arma,
atque insignia regia fuisse reperta constat. Deinceps
verò jam verè bis centum exactis annis, in quo-
dam templo Visonii in Lusitania, visus est lapis
cum

cum hac inscriptione ; *Hic jacet Rodericus ultimus Hispaniæ, Rex.* Consulantur Baron. anno 713. Mar. Sicul. *sup. lib. 6.* Luitprand. *Chron. anno 711.* & alii omnes quos memoravimus num. 36.

- 42 Gothi Athaulpho Rege cœperunt Hispaniis dominari anno 415. Sceptrumque retinuerunt tertentum annorum usque ad septingentesimum decimum quartum, de quo Sarraceni, illis superatis, Monarchiâ potiti sunt. Dominium Gothorum commune fuit Romanis, aliisque gentibus ad tempora usque Suintilæ, qui omnes prorsus exterminavit : ejus obitus contigit anno 626. *Marian. lib. 5. cap. 1. & lib. 6. cap. 4.*

Ibi: *Præter Cantabros & Astures.*

- 43 Inter cæteros ex infausta Christianorum fraude Pelagius evasit Favilæ Ducis Cantabriæ filius, nepos ex filia Chiundavinti Regis, qui in Astures se contulit, quam regionem atque Cantabriam naturale locorum munimen à Sarracenorum jugo præservavit. Lapso biennio, ad annos 716. Pelagius in valle Canicæ ad Asturibus Dux ac Rex Hispaniæ omnium suffragiis constituitur, qui miranda in hostes patravit facinora, Egionem, Austiricam, aliaque oppida libertati restituit. Ex uxore Gaudiosa suscepti Favilam successorem, & Ormisindam. Migravit ad Patriam anno 737. Principatus vigesimo primo. *Marian. lib. 7. cap. 1. cum seqq. Roderic. Sanc. Hist. Hisp. part. 3. cap. 1. Roder. Toletan. de reb. Hisp. lib. 4. cap. 1. cum aliis. Joan. Vazæus Chron. Hisp. ann. 716. Alfonsi. à Carthag. in anacephal. Reg. Hisp. cap. 5. Franc. Taraph. de reg. Hisp. ann. 717. Luc. Marian. de reb. Hisp. lib. 7. Garibay comp. Hisp. lib. 8. cap. ult. & lib. 9. cap. 2. & 3. Catill. de reg. Gothor. lib. 3. disc. 1. & 2. Cævall. de cognit. per viam viol. gloss. 18. num. 14. anno 717. Guier. practic. lib. 3. q. 13. à n. 20. qui alios refert.*

- 44 D. Favila jure successionis ac sanguinis parenti substituitur: Flolevam duxit conjugem, ex qua prolem nullam suscepit. Venatoriæ voluptati nimium vacabat, & hoc in causa fuit, ut dum ursum acriter insectaretur, ab eodem laceratus interiret ad annos 739. biennium diademate potitus, de quo nuper recenti Historici.

- 45 Don Alfonsus, Catholicus cognominatus, filius D. Petri Ducis Cantabriæ, cui D. Pelagius filiam Ormisindam nuptui concesserat; quapropter ille ultimo elogio cavit, ut deficiente D. Favila absque liberis, genero Principatus deferretur: quod Hispani libentissimè exequutioni mandarunt; nemo enim ita idoneus pro temporum calamitate supremo regimini putabatur, tum ob bellicam disciplinam, tum ob præstantiam animi & mentis ad pacis munia. Plures ex insignibus civitatibus ad Hispanam ditionem redegit. Ex uxore Froylam, Bimaranum, Aurelium, & Usendam procreavit: ex concubina Mauregatum. Decessit anno 757. regni decimonono, ætatis septuagesimoquarto. Videantur laudati num. 43.

- 46 D. Froyla ut primogenitus parentis thronum ascendit. Urbem Brigetiup, vulgò *Oviedo*, condidit, quam Sede Episcopali deco-

ravit. Sacerdotum tolerata connubia separari decrevit. Bimaranum fratrem ob conspirationis indicia peremit, cujus filium Veremundum adoptionis jure devinxit, ac Principatus successorem, propria sobole posthabita, designavit. Verumtamen Aurelius, illo interfecto, fratrem sanguinem vindicavit ad annos 768. Sedit Froyla annis undecim supra trimestre. Habuit in consortem Meninam, alias Momeranam, Eudonis Aquitaniæ Ducis filiam, quæ enixa est Alfonsum ac Semenam, ut videre licet apud laudatos num. 43.

Ad apicem Principatus proximè D. Aurelius 47 pervenit, prætermisso Alfonso Froylæ nato teneræ ætatis prætextu. Hic Rex turpissimum cum Mauris pactum iniit, ut centum puellarum ex nobilibus annuatim penderet in tributum. Cum liberis careret, Usendam, sive Adosindam sororem matrimonio collocavit Siloni generis nitore, opibus & autoritate pollenti. Hunc sibi substitutum in tempus mortis constituit. Naturæ solvit debitum ad annos 774 regia potitus dignitate annis decem, totidemque mensibus. Ita narrant Historici, de quibus num. 43.

Juxta Aurelii Regis placitum Silo ad monarchicam sedem excipitur, qui sui regiminis primordiis sibi socium delegit præfatum Alphonsum Froylæ filium, cujus humeris totum imperii pondus imposuit, ut vacaret otio: & ex tunc regni administrationem Alphonsum sustinuisse vetera monumenta testantur. Occubuit Silo ad annos 783. dominatus annis novem supra mensem, ac diem. Consulantur congesti *sup. n. 43.*

Cum autem Silonis obitu regale exstingeretur 49 consortium, D. Alfonso suprema regni jurisdictione cessit consolidata: at Mauregatus ejus patruus, etsi vulgò quæsitus, ægrè ferebat se nepoti ex fratre postpositum, adversus quem Hispanorum animos concire tentavit, sed frustra: quapropter ad Arabes transfugiens suppeticas impetravit eo detestabili pacto, ut reportato victoriæ effectu, in singulos annos quinquaginta generosas virgines, ac totidem ex plebe perfolveret. Sic hostiles acies in tyrannidis fomentum eduxit. Rex se viribus imparem ratus, in Cantabriam se recipit, unde Mauregatus desertum solum incruenter usurpavit, quod quinquennio supra semestre retinuit, etenim decessit anno 788. *Marian. lib. 7. cap. 7. & cæteri relati num. 43.*

Proximum hac in serie Mauregato recensetur 50 D. Veremundus, Diaconus idè dictus, quia juvenis illo sacro Ordine fuerat initiatus, de cujus genitore non liquet apud Historiographos. Quidam tradunt, à Bimarano Alfonsi Catholici filio procreatum: alii à Fruela ejusdem Regis germano. Ex Nunilonis conjugio, alias Utsendæ Ramirum suscepit, ac Gartiam, quibus ejectum D. Alfonsum præponens, ad regni successionem, inita societate, destinavit anno 791. sequenti vitam cum morte commutavit. Clavum tenuit regiminis triennio cum semestri, de quo adducti num. 43.

D. Alfonsus secundus cognomine Castus, 51 quòd ita puritati deservit, ut nec Bertæ conjugis justo complexui succubuerit, egregium quidem nullique secundum Principem egit. Infandum illum puellarum centum, devictis hostibus, præclare redemit. Fertur idem Ulyssiponem expugnasse. Sub illius tempora corporis B. Jacobi Hispanias inventione fausta ditavit. Ramirum antecessoris primogenitum sibi subrogavit. Fat

Fato cessit ad annos 843. Imperio præfuit Hispano annis 52. mensibus quinque, diebus terdecim. Latè Marian. lib. 7. cap. 6. cum seqq. & alii allegati nu. 43.

52 D. Ramirus in universum jus ditionis successit, à quo Sarracenorum Princeps turpe puellarum pensum per Legatos exigere intendit, quos ille magnanimus acriter repulit, unde formidabile bellum exarsit, tandemque omni ævo memorandum prælium confertum, vulgò de Clavixo nuncupatum, in quo B. Jacobus Ducem agens in hostes visibiliter dimicavit, partaque victoriâ ex tunc, anno scilicet 844. Hispani sub ejus patrocinio se constituere, ejusdemque nomen invocant pugnaturi, ac Ordinem Militarem simul institutum sub tutela ipsius Apostoli à Ramiro nonnulli tradunt, cui consors Paterna, alias Urraca, edidit Ordonium, & Garciam. Obiit Rex ad annos 850. Septennium eximie suo muneri incubuit. Marian. lib. 7. cap. 13. & reliqui sup. cumulati num. 43.

53 D. Ordonius, ut primogenitus ultimi Regis, monarchiam adipiscitur, Princeps equidem cum primis egregius, quem regalibus decoramentis natura insignivit, quem morum benigna suavitas suis acceptissimum reddidit, quem uxoris Munix fecunditas felicem effecit; ex ea enim genuit Alfonso, Veremundum, Nunnium, Odoarium, atque Froylam. Animam egit ad annos 862. Sedit undecim, vel ut putant aliqui, septemdecim. Marian. & alii supra num. 43.

54 D. Alfonso Tertius, Magnus non immeritò dictus, patri successus Compostellanam Basilicam sumptibus magnificis reformavit. Germanos rebelles luminum jacturâ damnavit. Ex Semena conjuge Garciam & Ordonium procreaverat: illa in animum primogeniti induxit, ut adversus parentem rebellionem moliretur, quod opere compleri facile potuit, quia Rex populo offensus: qui licet tumultuantes compescere conatus, tandem fortunæ cessit, ac filio solium intempestivè reliquit anno 910. sequentique decessit, sceptro potitus 48. Marian. lib. 7. cap. 17. 19. præter laudatos omnes nu. 43.

55 D. Garcias, usurpata dignitate triennium supra mensum fructus, absque liberis universæ carnis viam introivit ad annos 913. Marian. cap. 20. & alii nu. 43. laudati.

56 Don Ordonius Secundus germano subrogatus sedem regiam ex Brigetio in Legionem transfudit, quam publicis operibus munificè exornavit, ex quo Reges, qui antea Ovetenses vocabantur, Legionis dici cœperunt. In ejusdem novæ Curix Cathedrali per Antistitem solemniter fuit Rex diademate redimitus, quod illuc usque in usu non habebatur. Muniam Elviram sibi nuptiis conjunxit, ex qua in lucem prodierunt Sancius, Alfonso, Ramirus, Garcias, & Semena. Secundò duxit Argentam, quam repudio rejecit, cujus loco suscepit Sanciam, sive Santivam. Humanis est rebus sublatas ad annos 923. cum egregiè regno præfuisset novem supra dimidium. Marian. lib. 7. cap. ult. & lib. 8. cap. 2. Roderic. Tolet. lib. 4. cap. 21. Roder. Sanc. part. 3. cap. 14. Joan. Vascus in Chron. anno 890. Alfonso à Carthag. in anacephalæosi, cap. 58. Franc. Taraph. de Reg. Hispan. ann. 889. Luc. Marin. de reb. Hisp. lib. 7. Garibay lib. 9. cap. 25. Castill. de Reg. Goth. lib. 3. disc. 6. Cævall. de cognit. per viam viol. gloss. 18. nu. 15. & à nu. 887.

D. de Faria Covar. Enucl.

D. Froyla, sive Fruela Secundus, Crudelis dictus, filius Alfonso Magni, exclusus germani liberis, vi potius quàm jure sceptrum arripuit. Sub hoc tempus Barduli, sive Castellani ob necem suorum Comitum ab Ordonio proximè patratam, & alia quæ iniquè patiebantur, se Legionensium Regum potestati omninò subtraxerunt, duobus præstantissimis viris, quos Judices appellarunt, gubernii supremi administrationem committentes. Rex ex Munia legitime procreavit Alfonso, Ordonium, atque Ramirum: extra matrimonium Fruelam. Obiit ad annos 924. cum quatuordecim mensibus fuisset moderatus. Marian. lib. 8. cap. 3. & cæteri nuper laudati.

D. Alfonso Quartus, Ordonii Regis primogenitus, usurpatam sedem assequutus, magis antecessori, quàm parenti similis, tanto pondere, cui se agnovit ineptum, superatus, illud regni abdicatione in fratrem Ramirum post sexennium ac semestrem transfudit ad annos 931. seque monachali disciplinæ sub instituto B. Benedicti dicavit. Verùm inconstanti animo, cum ad contemptum solium regredi moliretur, à Rege captus, luminum jacturam sustinuit, ac cœnobio reclusus ultimam clausit diem, relicto Ordonio filio ex Urraca nata D. Sancii Vasconix Regis. Marian. sup. cap. 5. præter alios memoratos jam nu. 56.

D. Ramirus Secundus cessione fratris Rex institutus eximios prædecessores referebat. Ex Theresia præfati Regis Sancii filia suscepit Veremundum, Ordonium, Ramirum & Elviram. Post traditum nato Ordonio sceptrum è vivis migravit anno 950. cum sedisset unum de viginti supra bimestrem, diesque vigintiquinque. Marian. cap. 5. Carrill. disc. 7. 8. cum aliis, de quibus sup. nu. 56.

D. Ordonius Tertius superstite, nec invito parente regimini cœpit incumbere, optimi Principis specimen exhibens. Duxit in conjugem Urracam filiam Comitis Castellæ Ferdinandi Gonsalvi, quam in patris odium, eo quòd aliis fœderatus bellum Legionensibus indixit, à se Rex separavit, alteramque nomine Elviram substituit, quæ ei Veremundum edidit. Fato cessit D. Ordonius ad annos 955. quinquennium regno potitus ultra menses septem. Marian. cap. 6. & reliqui.

D. Sancius, Crassus ideo dictus, quia corporis mole ita gravabatur, ut cuique corporali exercitationi ineptus foret, primordiis sui principatus subditorum voluntates à se alienatas agnovit, haud paucis foventibus jus Ordonii filii D. Alfonso Monachi: quare ad annos 956. regni secundo, ad avunculum Regem Vasconix se recepit, ex quo adversarius totius ditionis, reluctante nemine, cœpit dominari, & cum Urraca per D. Ordonium Tertium rejecta nuptias inivit. D. Sancius verò Cordubam profectus, ut per Mauros medicos à nimia exoneraretur pinguedine, inde nedum corporis levamen, sed etiam suppetias adversus tyrannidem reportavit, cujus adventus præsciens D. Ordonius, propugnationis studio prætermisso, fuga sibi consulit pergens ad socerum Castellæ Comitem, à quo contemptus, conjugemque orbatus, ad Mauros transfugit, apud quos adjectam duxit vitam, & obiit. Planè D. Sancius statim ac adversarius recessit, libenter exceptus ad solium rediit. Sub hujus principatu, ad annos scilicet 965. Castella à Legionis Regibus,

B

qui-

- quibus jure feudi suberat, immunitatem omnimodam comparavit ex cessione D. Sancii pro immensa pecuniæ summa, quam Comiti Ferdinando Gonfálvo exsolvere tenebatur. Rex ex consorte Theresia Ramirum habuit. Comes quidam Gonfálvus nomine, ex Palatinis, pomum lethifere confectum Regi ministravit, quo sumpto mors ejus est triduo lapsa subsequuta anno 967. Sedit duodecim. *Marian. lib. 8. cap. 7. Garibay lib. 9. cap. 33. & reliqui, de quibus sup. nu. 56.*
- 62 D. Ramirus Tertius patri quinquennis successit. Galleci ab illo defecere, Duce D. Veremundo filio D. Ordonii Tertii, ac Regis fratre patruele, quem sibi Principem constituerunt, Sedemque Regalem Compostellæ pararunt, nec eos unquam Rex subigere valuit. Hic Urracam duxit, prolem reliquit nullam, decessit ad annos 982. regni decimo quinto. *Marian. lib. 8. cap. 8. Castill. de Reg. Goth. lib. 3. disc. 10. & alii sup. nu. 56.*
- 63 D. Veremundus Secundus, Podager cognominatus, de quo nuperrimè, ad totius regni possessionem jure pervenit, qui Sarracenorum ab incurfu Legionem propugnare diffusus, urbem Duci credidit, ac præmissis Reliquiis Sacrosanctis, Regumque cadaveribus ibi depositis, se Brigetum, sive Ovetum contulit. Illa expugnata barbaris cessit hostibus. Idem Rex leges Gothicas denuò roborari, ac in publicum edi præcepit, necnon sacros Canones pariter in foro sæculari vigere. Binas nuptias contraxit, primò cum Velasquita, quæ Christinam est enixa: secundò cum Elvira, ex qua Alfonso, Theresiamque genuit, nec illegitima sobole abstinuit. Podagra, quâ jam diu laborabat, confectus occubuit ad annos 999. principatus decimo septimo. *Marian. lib. 8. cap. 9. Roder. Tolet. de reb. Hisp. lib. 5. cap. 13. præter citatos num. 56.*
- 64 D. Alfonso Quintus infans sub tutela, ac educatione Comitis Galleciæ Melendi Gonfálvi, & ejus conjugis Majoris nomine, ex ultimo parentis elogio constitutus est, qui ætate jam provectus tutoris filiam Elviram conjugali vinculo sibi cœquavit. Brigetii generalia regni Comitum congregari statuit, ubi Gothicæ leges immutatae. Legionem urbem à Mauris funditus dirutam Rex ad solitum decorem restituit. Edidit præfata Regina Veremundum, ac Sanciam. Dum Rex Visuntium obsidione premeret, sagittâ percussus periit ad annos 1028. regni vigesimo nono. *Marian. lib. 8. cap. 10. Roder. Sanc. Histor. Hisp. part. 3. cap. 23. & alii supra congesti nu. 56.*
- 65 D. Veremundus Tertius ut clavum regiminis apprehendit, se nuptiis tradidit Theresiæ filiæ Sancii Castellæ Comitis, ex qua ortus Alfonso, qui in pueritia vitæ cursum peregit. Rex justitiæ studiosus admodum leges condidit æquas. D. Sancius Major, Valconiz Rex, qui etiam jure successionis Castellæ dominabatur, Legionensem ditionem acriter impetivit, quam ex parte subegit; unde vi tanta compulsus Rex pacem exorbitanti pretio comparavit. Convenit igitur, ut Sancia illius soror nuberet Ferdinando D. Sancii secundo genito, & quicquid bello proximo Legioni demptum fuerat, in dotem cederet conjugatæ. Idem Rex præfato filio Castellam regni cum dignitate contulit. D. Veremundus in animum revocans quæ in dedecus majestatis simularat, Ferdinando bel-
- lum indixit, qui à fratre Garfia jam Valconiz Rege auxiliares copias impetravit, quas cum suis educens, manus cum hoste affini conferere non formidavit. Inter præliandum D. Veremundus se in medias cohortes adversarii intrepidus conjecit, ut illum incurreret: at hasta transpunctus inopinatò, cecidit exanimis ad annos 1038. folio functus decennium. *Marian. lib. 8. cap. 12. cum seqq. & lib. 9. cap. 1. Joan. Valæus Chronici Hsp. anno 1020. & alii supra, num. 56.*
- D. Ferdinandus in Castellanis Regibus primus, in Legionensibus per conjugem Sanciam vigesimus quartus, & nulli secundus, verè immortalis gloriæ creditor fuit. Hic spretâ antiquitatis prærogativâ, Castellam Legioni in diplomatibus Regis præponi statuit: tum quia illud priùs regnum, quam hoc fuerat adeptus: tum quòd Castellæ proprietarius. Hic Magnus, Hispaniæque Imperator dici jure meruit. Sub hoc Hispania ab Imperio Romano prorsus fuit exempta per sententiam legitime Toleti prolata. Hic tot, tantisque virtutibus splenduit, ut in Legionensi Ecclesia certo die publicus illi cultus tribuatur. Ex præclara consorte procreavit Urracam, Sanctum, Elviram, Alfonso, & Garfiam. A B. Isidoro præmonitus, terrenum solium pro immortalis deseruit anno 1066. Principatus Legionis vigesimo septimo, Castellæ trigesimo primo, à morte scilicet parentis Sancii Regis, quæ evenit anno 1035. *Marian. lib. 8. cap. ult. & lib. 9. ex cap. 1. Alfonso à Carthag. in anacephalæosi Reg. Hisp. cap. 73. & reliqui supra, num. 56.*
- D. Sancius Ferdinandi primogenitus, cui pater decedens Castellam assignarat, ægrè ferens quod fratribus ac sororibus distribueretur ditio quam ad se indivisam jure spectare arbitrabatur, Alfonso Legionem, & Garfiam Galleciâ armis spoliavit, ac expulit: at non satiatus, à germana Urraca Zamoram extorquere conabatur, quam cum cives tradere detrectarent, milite cinxit, at proditoris operâ ibi percussus, è vita migravit anno 1073. regno potitus sexennium supra menses octo, ac viginti quinque dies. *Marian. lib. 9. cap. 7. cum seqq. & cæteri prælaudati supra, num. 56.*
- D. Alfonso Sextus fratris nece quicquid ille obtinuerat comparavit, ac hæreditariam monarchiam Toletò, ac aliis oppidis ex confinibus, quæ ab Arabum eripuit potestate, felici ampliavit eventu. Hinc Imperator appellari consuevit, tam propter ditionis amplitudinem, quam ob feuda, quæ illi Rex Iberiæ & alii ex Sarracenis non pauci eidem pendere tenebantur. Toletanam Basilicam juxta animi munificentiam mirabilem villarum, ac vicorum largitione ditavit, ac regia virtute sic excelluit, ut *Manus foraminatæ* (quicquid vulgus hallucinetur) dicatur. Sæpe nuptiarum solemnia repetiit, nempe cum Agnete, Constantia ex Gallia, quæ edidit Urracam; cum Maria, aliàs Elisabeth dicta, & ante Baptisma Zaida Benabet, Regis Hispalis filia, cujus natus Sancius, superflite patre bello periit: deinde cum Berta ex Tuscia, cum altera Elisabeth ex Gallia, cujus liberi Sancius & Elvira: tandem cum Beatrice. Præterea ex Semenæ concubitu duas genuit filias. Rex longæva senecta, ac ægritudinis prolixitate absumptus fato cessit ad an. 1109. cum sceptrum gestasset quadraginta tribus. *Marian. lib. 9. à cap. 6. Castill. de Reg. Goth. lib. 4. disc. 2. cum seqq. & alii supra, n. 56.*

- 69 D. Urraca parenti successit, quæ nupserat Raymundo, fratri Comitum Burgundiæ, ex quo conjugio ortus D. Alfonso: deinde Alfonso Aragoniæ Regi, quæ constante matrimonio, regni successio delata est: sed cum inter conjuges interna oriententur diffidia, consanguinitatis opposito impedimento, Rex à se Reginam sejunxit; regni tamen regimine abstinere renitebatur. Interim D. Alfonso Urracæ filius à vassallis in solium exaltatus, à genitrice juris regalis cessionem obtinuit, quæ deinde obiit ad annos 1126. decimo sexto Principatus, sicut plerisque videtur. Marian. *lib. 10. cap. 1. 8. 14.* Roder. Tolet. *de reb. Hisp. lib. 6. cap. 34. & lib. 7. à princ.* Roder. Sanc. *Hisp. part. 3. cap. 30.* Franc. Taraph. *de Regib. Hisp. anno 1106.* Alfonso Carthag. *in anacephalæosi Reg. Hisp. cap. 76.* Garibay *Hisp. lib. 11. cap. 26. cum seqq.* Castill. *de Regib. Goth. lib. 4. disc. 5.* Lucius Marin. *de reb. Hisp. lib. 7.*
- 70 D. Alfonso Urracæ Reginæ vir, inter cæteros ejus nominis Reges in hoc catalogo septimam sedem tenet juxta plures Historicos; verum omittitur ab aliis, ea forsitan ratione (ut Mariana *d. cap. 8.* existimant,) quod illorum matrimonium nullitatis vitio laboravit. Imperatoris titulo semetipsum condecoravit: Regem egit in dotali ditione partim vi, partim jure terdecim annos, ab exitu scilicet foci usque ad renunciationem uxoris, qua privignus in regnum successit, sicut ex computo temporis colligitur. In bello occubuit ad annos 1134. Marian. *lib. 10. cap. 15.* & alibi locis præcitat, de quo & cæteri nuperrimè memorati.
- 71 D. Alfonso Septimus Hispaniarum Imperator, adhuc genitrice Urraca superstite Compostellæ, illâ invitâ, etiam nondum annos pubertatis attigisset, Rex renunciatur solemniter, quod Regina cessione roboravit. In generalibus Comitibus Legionis habitis anno 1132. convenientibus Garzia Vasconicæ Rege, Berenguela uxore, ac Sancia sorore D. Alfonso, præter regni Proceres, stabilitum est, ut ipse nomine ac insignibus Imperatoris uteretur: quod decretum alio Pontificis Innocentii II. dicitur confirmatum. Primam coronam accepit Legionis, secundam Toleti, à quo civitas hæc Imperialis nuncupatur. Rex Sancio primogenito Castellam, Ferdinando Legionensem ditionem distribuit in tempus successionis. Duxit primum Beatricem, quæ absque prole decessit: secundò Berenguelam natam Comitum Barcinonensis, à qua Sancio, Ferdinandus, Elizabeth, & Sancia procreati: ultimò Ricam ex Germania sibi toro junxit, quæ edidit Ferdinandum alterum, Alfonso, ac Sanciam. Humanis tandem sublatum anno 1157. cum prope triginta quinque præclarum egisset Principem. Marian. *lib. 10. cap. 8. 12. 14. 16. & lib. 11. cap. 4.* & alii suprâ laudati *nu. 69.*
- 72 D. Sancio II. Castellæ Rex, æqua parentis voluntate contentus, se gratissimum Principem exhibuit, suorumque potius dilectione, quam majestate dominabatur; ideò cum decessit, sui desiderium reliquit, unde *Desideratus* nuncupatur. Ex Blanca filia Garziæ Regis Vasconicæ Alfonso genuit, qui quadrimus utroque parente orbatus superfuit. Sub tempus illius exordium sumit Ordo Militaris Calatravæ. Rex obiit anno 1158. unicum suprâ undecim dies solio sedit. Marian. *lib. 10. cap. 18. & lib. 11. à cap. 5.* Roderic. Tolet. *sup. lib. 7. à cap. 12.* D. de Faria Covar. *Enucl.*
- Garibay *lib. 12. cap. 10. 11.* Roder. Sanc. *part. 3. cap. 32.* & alii cumalati *sup. nu. 69.*
- D. Ferdinandus II. Legionis Rex, qui D. Alfonso nepotem ex fratre sub tutela ex paterno elogio servare debebat, intuitus quod Magnates Castellæ in perniciem publici status diffidebant, regnum cum exercitu ingressus maxima ex parte subegit, imò Regem infantem in suam redigere potestatem intendit. Bellum militari gloria gessit, Pacem Augustam expugnavit, condidit Mirobricam, focerum Alfonso I. Lusitanicæ Regem inter præliandum comprehendit. Sub illius Principatu institutus est Legio Divi Jacobi Militaris Ordo. Toro junxit sibi Urracam præfati Regis filiam, quam procreato Alfonso, repudio rejecit, cui substituit Theresiam natam Comitum Nunnii de Lara, eaque extincta, duxit Urracam filiam Lupii de Haro, quæ enixa Sancium & Garziam, Rex è vivis migravit ad annos 1188. regni trigesimo primo. Marian. *lib. 11. à cap. 5.* Castill. *lib. 4. disc. 5.* Mich. Rit. *de Reg. Hisp. lib. 3.* Alfonso Carthag. *sup. cap. 79.* & alii *ubi sup. n. 79.*
- D. Alfonso VIII. Castellæ Rex, parenti D. Sancio successit infans, ac civium Abulensium fide integerrima servatus. Expleto decimo quinto ætatis anno, gubernii pondus experiri cœpit. Hic memorandam ex Sarracenis victoriam reportavit, quæ vulgò, *de las Navas*, appellatur. Placentiam urbem construxit, Archiepiscopum Toletanum majorem Castellæ Cancellarium in perpetuum creavit. Nuptiis sibi copulavit Eleonoram Henrici II. Britannicæ Regis filiam, ex qua orti Berengaria, Blanca, Sancio, Urraca, Ferdinandus, Malfada, Constantia, Eleonora, Henricus, aliæque duæ genitæ, quarum nomina latent. Decessit Rex ad annos 1214. Principatus quinquagesimo tertio. Marian. *lib. 11. à cap. 7. & lib. 12. cap. 3.* Roder. Toletan. *lib. 7. cap. 15.* Garibay *lib. 12. ex cap. 12.* Roder. Sanc. *part. 3. cap. 34.* Rit. *ubi proximè,* & alii citati *sup. n. 69.*
- D. Alfonso IX. Legionis Rex Ferdinando genitori subrogatus, inter cætera quæ egregiè patravit, Norbam Cælaream, Hispaniæ *Alcantara*, ab Arabum eripuit potestate, quam Equitibus Calatravæ contulit, unde Ordo Militaris de Alcantara nomen, & primordia ducit. Rex Academiam, quæ hodie Salmanticæ fulget per D. Ferdinandum Sanctum translata, Palentiam instituit. Primò sibi in conjugem junxit Theresiam Sancii I. Lusitanicæ Regis filiam, à qua recessit invitus, procreatis jam Sancia, & Ferdinando, qui juvenis decessit: deinde secundas nuptias cum Berengaria filia Regis Castellæ Alfonso contraxit, quæ edidit Ferdinandum, Alfonso, Constantiam, ac Berengariam. Habuit etiam ex verito complexu Rodericum. Cessit mortalitati ad annos 1231. fedit circiter quadraginta tres. Marian. *lib. 11. cap. 17. & lib. 12. cap. 3. 7. & 13.* Roderic. Tolet. *lib. 7. cap. 24.* Roderic. Sanc. *part. 3. cap. 37.* Garibay *lib. 12. cap. 37.* Alfonso Carthag. *ubi proximè, cap. 81.* Cævall. *d. glos. 18. nu. 15. anno 1190.*
- D. Henricus I. Castellæ Rex, cui undecimum agenti annum regni successio delata est, à parente D. Alfonso VIII. commissus est tutelæ ac educationi germanæ Berengariæ, quæ licet egregiè supremam regiminis administrationem gereret, tamen tam gravi pondere se exoneravit, illud credens proceri D. Alvaro à Lara, apud quem summa residebat autoritas, quam

in ipsam D. Berengariam retorfit, cui Rege puero comite bellum indixit, cujus consilio & arbitrio Rex duxit consortem adhuc impubes Malfadam Regis Lusitanæ Alfonsi II. natam: quod conjugium propter consanguinitatem iudicio Ecclesiæ dirimi iustum. Cùm autem Rex Palentiam ingressus, in atrio Episcopalis ædis, quam habitabat, cum coætaneis Primoribus luderet, tegula de tecto delapsa eum lethaliter capite percussit: sic intra undecim dies brevis vitæ periodum clausit nondum decimumquartum annum egressus. Accidit ad annos 1217. cùm sedisset folio biennium supra menses novem. Marian. lib. 12. cap. 4. cum seqq. Castill. sup. lib. 4. disc. 5. Roder. Tolet. lib. 9. cap. 1. Roder. Sanc. sup. cap. 38. Mich. Rit. ubi suprad. Franc. Taraph. de Reg. Hisp. anno 1215. Alfonsi. Carthag. cap. 82. Luc. Marin. ubi proximè, Garib. lib. 12. cap. 38.

77 Subsequitur sanctus Rex D. Ferdinandus III. in quo iterum, & in perpetuum regnum Castellæ & Legionis ad unionem rediit; nam extincto Henrico, jure successit Berengaria, quæ ex Alfonso Legionis Rege D. Ferdinandum conceperat: hæc accersito statim filio dominium Castellæ concessit. Deinde anno 1231. decedente patre, D. Ferdinandus utrumque solium obtinuit, cessante hujusmodi ditionum disjunctione, quæ septuaginta tribus perstitit annis. Rex Hispalim, Cordubam, Mentosam, Turdetaniam cum oppidis penè innumeris subjugavit, septem Partitarum legum editioni sedulus incubuit, quæ sub tempus immediati successoris in lucem prodierunt. Senatam supremam Castellæ, duodecim selectis Consiliariis, instituit. Fulgidam Minervæ sedem Palentiâ Salmanticam revocavit. Emicuit Rex & animi & corporis à natura prærogativis, & inclytarum virtutum cumulo, quapropter sanctus communiter vocitabatur: hodie per Clementem VII. anno 1671. in Coelitum canonem, Hispaniâ exultante relatus veneratur, cujus natalitia Ecclesia recolit solemniter die vigesima nona Maji. Idem primariam Toleti Basilicam munificus construxit. Ex priore conjuge Beatrice, Philippi jam defuncti Imperatoris Germaniæ filia, suscepit Alfonsum, Federicum, Ferdinandum, Henricum, Philippum, Sancium, Emmanuelem, Eleonoram ac Berengariam. Ex posteriore, Joanna scilicet Comitis Piæaviensis nata, Ferdinandum, Eleonoram, atque Ludovicum. Denique Hispali Maji die trigesima anno 1252. evolavit ad æthera, diademate fructus annos triginta quatuor, menses undecim, dies viginti tres. Marian. lib. 12. ex cap. 7. & lib. 13. à princ. Castill. sup. lib. 4. disc. 6. Roder. Tolet. lib. 9. cap. 5. cum aliis, Garibay d. lib. 12. ex cap. 42. Roder. Sanc. cap. 39. Alfonsi. Carthag. cap. 83. Mich. Rit. ubi sup. Cævall. anno 1216. Taraph. ubi sup. anno 1217. Luc. Marin. d. lib. 7.

78 D. Alfonsus X. Rex Castellæ, ac Legionis, nomine Sapientis est, nec immerito, decoratus; tabulas enim astronomicas edidit, de rebus Hispaniæ volumen posteritati paravit, utile legum Partitarum opus perfectum promulgavit. A quibusdam Electoribus Germaniæ fuit Imperator dictus; sed frustra. Condidit villam, quæ Civitas Regalis nuncupatur. Publica instrumenta, quæ Latino sermone confici consueverant, Hispano exarari decrevit: Huic Gregorius Decimus decimarum portionem,

Tertias dictam in Hispania, donavit. Sancius secundogenitus à parente Rege deficiens, ditionem ex parte subegit. Ex Violante filia Aragoniæ Regis genuit Berengariam, Beatricem, Ferdinandum, Sancium, Petrum, Joannem, Didacum, Elizabeth, ac Eleonoram. Extra nuptialem torum vulgò quæsitos habuit Alfonsum, Ferdinandum, ac Beatricem. Hispali pensum naturæ reddidit ad annos 1284. triginta duobus post Principatus possessionem delibatis. Marian. lib. 13. à cap. 9. & lib. 14. ex princ. Castill. lib. 4. disc. 7. Roder. Sanc. part. 4. cap. 1. cum seqq. Alfonsi. Carthag. cap. 84. Mich. Rit. Cævall. Luc. Marin. ubi proximè, Garibay lib. 13. à princip. Hic autem Rex in procemio Partitarum Alfonsus IX. dicitur, licet decimo loco communiter ab Historicis collocetur: quod videtur ita scriptum, quia non computatur D. Alfonsus Ferdinandi II. filius, qui Castellæ solum est dominatus, & habita ratione Regum Legionis verum est, Sapientem Alfonsum nominam obtinere sedem.

D. Sancius IV. cognomine *Ferox*, exclusis nepotibus ex fratre Ferdinando majori natu, qui *de la Cerda* vocitatur, paternæ se ingessit dignitati. Is adhuc parente vivo, Procerum ope regia munera obiit, ditionem cum genitore partitus: nomen tamen Regis, quamdiu ille superfuit, constanti modestia rejecit. Ut autem ulurpatum Imperium in posteros transmitteret, aditu Infantibus Cerdis præcluso, decrevit quod Ferdinandus suus primogenitus anniculus in Comitibus generalibus in Principem, seu regni successorem jurejurando constitueretur. Rex expugnavit Tartessiam, Complutum insignis Academiæ splendore decoravit. Ex Maria filia Alfonsi Molinæ Domini præfatum Ferdinandum, Petrum, Philippum, Henricum ac Elizabeth procreavit, vitâ functus ad annos 1295. Toleti, sceptro potitus undecim cum diebus quatuor. Marian. lib. 14. cap. 2. 5. 7. cum aliis. Roder. Sanc. cap. 6. 7. Carthag. sup. cap. 85. Taraph. sup. anno 1287. Luc. Marin. Mich. Rit. Cævall. ubi proximè, Garibay lib. 13. cap. 17.

D. Ferdinandus IV. qui *Citatus* dicitur, impubes parenti successit, cujus tutela fuit genitrici credita. Rex jam ætate provectâ Constantiam duxit Dionisii Lusitanæ Regis filiam, intercedente Bonifacii VIII. Pontificis dispensatione propter consanguinitatis impedimentum, qui etiam Sancii parentis matrimonium eodem vitio laborans legitimum reddidit: quæ gratia licet non semel ab antecessoribus Monarchis postulata à nemine legitur impetrata. Accidit ut Rex duos Equites ultimo supplicio affici iusserit propter homicidii suspiciones, qui palam dum ad patibulum ducerentur, se criminis expertes protestati, Ferdinandum ad supernum Dei tribunal intra diem trigesimum vocavere, ac ultima præscripti termini die ille exanimis est repertus, unde vulgò appellatur, *Emplazado*. Ex consorte Alfonsum ac Eleonoram genuit: adhuc ætate legitimâ non delibatâ, decessit minor ad annos 1312. Sederat folio decem & septem, supra menses quatuor, dies decem & novem. Marian. lib. 13. à princip. Castill. lib. 4. disc. 8. & alii ex prælaudatis.

D. Alfonsus XI. vix primum ætatis annum excesserat, cùm Monarchiæ successio deferebatur, quem Regina avia Maria educandum suscepit: decimoquinto expleto anno imbecilles humeros oneri regiminis summi supposuit.

Mau-

Mauris stragem memorandam intulit in illo semper mirabili conflictu *del Salado*, juxta Tartessiam inito die trigesima Octobris ad annos 1340. Idem Ordinem Militarem *de la Vanda*, qui jam diu exolevit, introduxit, se Magistrum ejus constituens. Eidem primum vectigal vulgò *Alcavala*, pendi inchoavit ann. 1342. Sub tempus hoc orta est contentio quoad præcedentiam in Comitibus inter Toletum, ac Burgos, rectè per Regem ea forma, quæ nunc viget, decisa. Sulphurei pulveris usus in Hispania tunc coepit esse notus, Arabes enim in urbis Algeziræ propugnatione, illo Christianis obsidentibus offecere. Ab eadem tempestate Turcarum imperium coepit exordium. Rex toro sibi delegit Mariam genitam ab Alfonso IV. Lusitanæ Rege, quæ enixa Ferdinandum in infantia morte præventum, ac Petrum. Extra nuptialem torum ille vulgò quæsitivum Sancium, Henricum, Federicum, Ferdinandum atque Tellum. Humanis fuit sublatus dum Calpem oppidum milite cingeret ad annos 1350. Principatus trigesimo octavo. Marian. *lib. 15. cap. 12. & lib. 16. à princ.* Roder. Sanc. *part. 4. cap. 10. cum seqq.* Garib. *lib. 14. cap. 1. & alii jam memorati supra.*

82 D. Petrus crudelitatis cognomine notatus sextum decimum delibans annum parentis solium nanciscitur, & licet horrida facinora admiserit, non tamen defunt qui illius lævam nequitiam zelo justitiæ excusare conentur. Henricus frater vulgò quæsitivus Regem ad Galliam confugere coëgit, ac post varios fortunæ casus collatis signis prope Castrum de Montiel Rex superatus in illud se recepit, ubi cum foret obsessus, ut evaderet, se credit Beltrano Claquino, fratris Henrici Ducis, à quo deceptus in manus hostis incidit, & ab hoc inter luctandum, juvante Claquino, sicà peremptus. Duxit in conjugem Blancam filiam Petri Burgundiæ Ducis, quam lethali prosequutus est odio, utpote cui periniquè prius libertatem, ac tandem vitam admittit. Ex carnali commercio Mariæ à Padilla, & aliis similibus sobolem reliquit. Obiit ad annos 1369. Regni decimo nono five ut aliis placet, vigesimo primo. Marian. *lib. 16. ex cap. 15. & lib. 17. à princ.* Garibay *lib. 14. cap. 25. cum aliis.* Roderic. Sanc. *part. 4. cap. 14. cum seqq.* & alii congesti supra.

83 D. Henricus II. extincto fratre, facile ditionis totius imperium adipiscitur; nam odium occisi Regis acceptum effecit fratricidam: at Carmonia, ubi liberi, ac opes Petri servabantur, Henricum admittere renuebat, quæ tamen obsidione compressa succubuit. Vacante dominio Cantabriæ, illud Joanni primogenito contulit, ex quo nunquam à regali potestate segregari concessum est. Ipse Regia Prætoria seu Cancellarias instituit, ac Joannes I. ejus successor. Ex Joanna filia Joannis Emmanuelis, qui Bilbilis, Hispanè *Villena*, dominabatur, præfatum Joannem procreavit, & extra matrimonium Alfonso, Joannam, ac Eleonoram. An Rex naturaliter, aut veneficii Mauri cujusdam operâ decesserit, adhuc quæstionis est, cujus obitus contigit ad annos 1379. Sui Principatus decennium supra bimestre numeratur. Marian. *lib. 17. à cap. 13. & lib. 18. ex princip.* Garibay *lib. 15. cap. 1.* Roder. Sanc. *part. 4. cap. 19. præter antea laudatos.* Monter. *in præ. tract. 5.*

D. Joannes I. Burgis solemnè plausu in regali monasterio *de las Huelgas*, diademate decoratur. Idem habitis Segortiz generalibus Comitibus statuit, ut temporis computatio fieret à Christi Domini Nativitate, rejectâ Cæsaris erâ. Hunc insignem pietate Regem prædicant, tum constitutiones quas zelo divini cultus tulit, & habentur in *l. 2. 3. & 7. tit. 1. lib. 1. Recop.* tum sumptuosum opus *del Paular*, prope Segortiam, quod Chartusianis munificus condidit, & redditibus ditavit. Stabilivit itidem Congregationem, seu Ordinem Militarem, cujus Equites torquem auream, pendente ex ea columbæ effigie, ad collum gestabant: sed ipso decedente abolevit. Sub hoc tempus Comestabilis primus Castellæ est creatus D. Alfonso de Aragon, Comes Dianii, Marchio Bilbilis, aut Villena. Primo Rex sibi nexu matrimonii devinxit Eleonoram à Petro IV. Aragoniæ Rege procreatam, quæ Henricum peperit, ac Ferdinandum. Secundo Beatricem filiam Ferdinandi Regis Lusitanæ. Cum equum agitare Compluti, ab illo projectus extempore animam exhalavit anno 1390. cum imperasset undecim supra trimestre ac viginti dies. Marian. *lib. 18. ex cap. 3.* Castilk. *sup. d. lib. 4. disc. 9.* Garibay *lib. 15. cap. 20.* Roderic. Sanc. *part. 4. cap. 21. & cæteri sæpè laudati.*

D. Henricus III. *Infirmus* vulgò dictus, im-85 pubes Matriti post parentis obitum Rex renunciatur, & nondum pupillarem ætatem egressus, ante bimestre scilicet, regimini habenas Burgis comprehendit, & suo quidem munere exactissime functus esset, nisi adversa valetudo impedimento fuisset: tamen dum valuit, cunctis sedulus incubuit. Plures ejus constitutiones in Hispanarum legum compilatione recensentur. Ille magnanimitate pariter ac ingenio à Proceribus Burgis opes usurpatas extorsit. Hoc Rege Catabri Fortunatas insulas aggressi, Regem earum, & Reginam cum centum septuaginta insularibus in Hispaniam transportarunt. Ex Catharina filia Ducis de Alencastre Rex suscepit Joannem, Mariam, & Catharinam. Migravit è vivis ad annos 1407. cum Monarchiæ præfuisset sedecim supra bimestre, ac viginti unum dies. Marian. *lib. 18. ex cap. 15. & lib. 19. à princip.* Cast. *lib. ubi proxime,* Garibay *lib. 15. cap. 28.* Roderic. Sanc. *part. 4. cap. 23. & reliqui nuper memorati.*

D. Joannes II. vigesimum secundum ætatis86 mensem delibabat, cum parens mortem obiit: quapropter Primates unanimiter eximio Ferdinando infantis Regis patruo sceptrum deferendum arbitrabantur, ut pro animi præclaris dotibus clavum gubernii regeret: quod ille miranda frugalitate rejecit, ac studuit ut nepos publicâ lætitiâ Rex renunciaretur, cujus nomine ille se ponderi administrationis Principatus supposuit. Verùm Regina genitrice querelante, imperium iater eam & Ferdinandum limitibus præscriptis bipartitur, quod ille ad Aragoniæ successionem accersitus deseruit: deinceps Regina universæ carnis est ingressa viam, adhuc Rege impubere, qui retento regimine, cuncta tutorum arbitrio permisit ad annum usque 419. quo Matriti in Comitibus generalibus se ab eorum potestate jam pubes factus exemptum solemniter declaravit. Sub eo dissidia publicæ utilitati pernoscia inter Magnates pullularunt, quod ejusdem ineptitudini imputatur. Hac tamen tempestate parva est memoratu digna

Victoria in eo prælio, vulgò *de la Higuera* nuncupato. Quinque sub eo ex Fortunatis insulis Hispanicæ ditioni expughatæ accreverunt, ac politica rerum publicarum gubernatio reformata est ad annos 1423. Primum ex majoribus Collegiis in Hispaniæ utilem splendorem Salmanticæ B. Bartholomæi Apostoli patrocinio insignitum D. Didacus de Anaya ad annos 1420. instituit. Rex bis conjugii vinculo se innodavit: primum cum Maria Aragoniæ Regis filia, quæ in lucem dedit Catharinam, Eleonoram, & Henricum: secundò cum Elizabeth, cujus genitor fuit Joannes Infans Lusitaniæ, ex qua suscepit Elizabeth, ac Alfonso. Decessit tandem anno 1454. regni quadragesimo octavo, de quo Marian. *lib. 19. cap. 15. & 21. cum seq. lib. 20. ex cap. 9. lib. 21. cap. 1. 15. 16. & lib. 22. cap. 1. 2. 4. 6. 9. 12. cum seqq.* Garib. *lib. 16. à princ.* Roder. Sanc. *part. 4. cap. 26.* Castill. Taraph. Cæval. & reliqui citati, qui hujusmodi Regum seriem prosequuntur.

87 D. Henricus IV. *Liberalis* vocatus, de cujus inconstantia, socordia, ac ineptitudine satis apparet ex his, quæ Historiographi tradidere, & magis deceret silentio sepeliri. Majestas sub eo despectui ac ludibrio habebatur: Monarchia sine regimine seditionibus miserè nutabat: successio ejus fuit ambigua. Sub hoc tempus Calixtus III. anno 1457. primum Bullam Cruciatæ Regi in quadriennium pro vivis, ac defunctis concessit. Præterea ad annos 1473. introductum est, ut in Ecclesiis Cathedralibus duo residerent Canonici, unus Sacræ Theologiæ, & alter Jurisprudentiæ Professor. Post frequentem ac periculosam contentionem de successione Monarchiæ, ex communi Regis ac Optimatum placito Elizabeth ejus soror jurejurando Princeps renunciatur, ut fratre extincto succedat eo pacto, ut se nuptui non traderet, nisi impetrato Regis assensu. Illa nihilominus infcio fratre Pintia anno 1469. nupsit Ferdinando Regis Aragoniæ Joannis II. filio. Hinc exasperatus Henricus Joannam, constanti matrimonio ex Regina consorte natam, quæ ex adulterio concepta putabatur, ad scæptri futuram successionem designavit, ad quod Proceres juramenti religione constrinxit, sed frustra. Rex sibi nuptiali flexu copulavit Blancam Joannis Regis Vasconicæ filiam: quo conjugio ratione consanguinitatis soluto, Joannam subrogavit ab Eduardo Lusitaniæ Rege procreatam, cujus filia erat jam memorata Joanna. Rex de medio sublatus est ad annos 1475. Sedit viginti supra quadrimestre atque viginti duos dies. Marian. *lib. 22. cap. 15. 17. 18. lib. 23. cap. 4. 7. 13. 18. & lib. 24. cap. 1. 4.* Roderic. Sanc. *part. 4. ex cap. 36.* Alfons. Carthag. *anacephaleosis Reg. Hispan. cap. 93.* Castill. *de Rege Goth. lib. 4. disc. 10.* Garib. *lib. 17. à princip.* Mich. Rit. *de Reg. Hisp. lib. 3.* Franc. Taraph. *ead. argum. anno 1454.* Luc. Marian. *de reb. Hisp. lib. 7. cap. 1. in fin.* Cævall. *de cognit. per viam viol. gloss. 18. num. 15. anno 1454.* Nebriffens. *de reb. gest. Ferdin. & Elizabeth, decad. 1. lib. 1. ex cap. 1.*

Ibi: Cui negotio & Catholici Reges.

88 D. Ferdinandus V. Catholici cognomine insignitus, unâ cum D. Elizabeth ejus consorte, Castellæ ac Legionis Reges Henrici loco subrogantur, quibusdam adjectis conditionibus,

quæ viri potestatem, & auctoritatem quoad gubernii administrationem coarctarunt. Nec defuerunt Proceres dissentientes, qui Joannam ex Regina Henrici uxore natam præferri conarentur, unde bellum cruentum exarsit cum Alfonso V. Lusitaniæ Rege, qui cum præfata Joanna nuptias contraxit: at foedere inito, pacificus recessit Lusitanus, omni spe succedendi sublata. Inde Rex arma in Sarracenorum propulsationem convertit, cui decennium constanter incubuit, ac tandem Hispaniam à barbara tyrannide prorsus exemit ad annos 1492. Die Veneris sexta Januarii Rex, ac Regina ovariantes Granatam urbem, Christianis exultantibus, lustravere. Sub hoc augustissimo Principatu Colonus abditas ad Occidentem Indiarum plagas patefecit: Monarchiæ Neapolis regnum accessit: insula Tenerife expugnata succubuit: in Africæ oris cecit Mazalquivir. Ad hæc splendidum Fidei propugnaculum Sanctæ Inquisitionis Tribunal stabilitum est anno 1478. Innoc. III. ad annos 1478. dedit Regi, ac Reginæ post ejus obitum in administrationem dignitates Magistrorum Ordinum D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, quas deinceps Carolus V. in perpetuum successoribus impetravit. Præterea Alexander VI. tertias decimarum Castellæ, Legionis, ac Granatæ Regibus Hispaniæ concessit ad annos 1496. Sixtus IV. intuitu Belli Granatensis anno 1483. Cruciatæ Bullam expedit, quæ gratia ex tunc usque ad præsens continuò prorogata persistit. Rex Judæos eliminari præcepit: Regalem Audientiam instituit in Gallecia anno 1487. Supremum Prætorium à civitate Regia in Granatam transtulit. Quamplurimas tulit leges, præsertim Taurinas, quas in Comitibus generalibus Tauri promulgavit ad annos 1505. Academia Complutensis erecta est anno 1499. & majus Collegium constructum. Hæc omnia ante, aut paulò post obitum Reginæ evenerunt, quæ migravit è vita ad annos 1504. nam ex ejus ultima dispositione Rex regimen retinuit nomine Reginæ Joannæ absentis, quæ supervenit cum viro suo D. Philippo Archiduce in Hispaniam anno 1506. quare D. Ferdinandus in Arragoniam recessit: at Philippo vitam cum morte commutante brevi, propter viduæ Reginæ mentis vitium D. Ferdinandus, Procerum Hispaniæ precibus exoratus, gubernii ad munus iterum restituitur, ut Reginæ filia legitimus curator, ad annos 1507. qui denuò satis Sarracenos perterruit, expugnatis in Africa Oran, Tripoli, & Bugia anno 1508. præter castrum naturâ munitissimum del Peñon. Vasconiam, ejecto Rege D. Joanne de la Brit, Castellaniæ ditioni adjunxit. Ex conjugio Elizabeth Rex procreavit Joannam, Elizabeth, Joannem, Catharinam, atque Mariam. Extinctâ Reginâ Catholicâ: Rex ad secundas transivit nuptias, ductâ germanâ de Foix, ex Regio Galliarum Principium sanguine nepti ex filio Gastonis Comitibus de Foix. Tandem mortalitatis censum reddidit immortalis memoriæ Princeps die 23. Januarii, anno 1516. dominatus cum præclara consorte triginta, & nomine Joannæ filia circiter decennium, Marian. *lib. 24. cap. 4. cum seqq. usque ad lib. 30.* Nebriffensis *sup. decad. 1. lib. 3. & tract. integr.* Garibay *lib. 18. à princ.* Mich. Rit. *d. lib. 3. finem versus,* Franc. Taraph. *sup. anno 1477.* Luc. Marian. *de reb. Hispan. lib. 19. cum seqq.* Cævall. *sup. anno 1474.* Castill. *d. lib. 4. disc.*

dyf. 11. cum aliis. D. Ferdinandus in Regibus Legionis quadragesimus primus, in Castellanis vigesimus obiit anno octingentesimo, à quo progenitor Pelagius in Regem meruit exaltari, ut ex præmissis supra, ex num. 43. constat, licet apud Historicos nonnulla quoad tempus diversitas reperitur.

Ibi: Verum ex aliquot Hispaniarum Provinciiis.

- 89 Castellam cæteris Hispaniæ regionibus præcellere testatur Marian. *de reb. Hispan. lib. 1. cap. 4. ibi: Castella, quam ab arcium frequentia dictam putant, unaque regionum amplitudine, cæli clementia, soli bonitate, ingeniorum præstantia, divite cultu, ac quodam fertili & peculiari nitore reliquas Hispaniæ provincias faciliè superat, exterarum nulli concedit. Garib. Hist. Hisp. lib. 10. cap. 1. Roder. Sanc. eod. tract. part. 1. c. 18.*

Ibi: Castellam autem provinciam.

- 90 Castulo civitas quondam ex Hispaniæ primariis, Episcopali Sede decorata, ad ortum Bætis per Castalium condita, à Scipione Africano delata est, de qua Aliv. *de Punic. bell. lib. 1.*

Fulget præcipuis Parnassæ Castulo signis.

Joan. Vazæ. *Chron. cap. 20. cap. de Bætic. de script. Luc. Marian. de reb. Hisp. lib. 2. cap. de Bætic. prov. Joan. Gerundens. Paralipom. Hisp. lib. 1. cap. de urbib. quæ in Hisp. &c. & lib. 5. cap. de gent. Navar. Franc. Taraph. de Reg. Hisp. anno 619. Castulonensium populorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3. A Castulone Castellam vocari tradit Gerundens. ubi proximè, d. cap. de urbib. &c. Verum Castellam à castello dictam, propter eorum frequentiam in provincia ista, sentiunt Marian. sup. Luc. Marian. lib. 4. Garibay d. cap. 1.*

Ibi: Non ignari veterem Castellam.

- 91 Barduli Cantabriæ populi communiter vocantur Joann. Gerundens. *cap. de citer. Hisp. in princ. & d. lib. 1. cap. 1. de Hisp. termin. ibi: Ad Cantabros, seu Bardulos. Et iterum: Habent tamen Bastulos, seu Bardulos, quos Biscainos appellamus. Plinius lib. 4. cap. 22. Bardulos in Cantabria constituit: sed quondam Barduliam dictam, quæ hodie vetus Castella, asserit Vazæus d. cap. 20. ad fin.*

Ad Num. 2.

- 92 Temporalis jurisdictio, supremæque politica potestas ita definitur: *Est potestas naturaliter à Deo immediatè data mortalium communitati ad se gubernandum in rebus naturalibus, ut bene, beateque vivant secundum rationem naturalem. Navar. in cap. Novit. notab. 3. nu. 85. de judic. quam potestatem in Rebuspublicis residere quoad diu liberæ existunt, probat idem Navar. sup. num. 112. cum seqq. & num. 144. egregiè adversus Regem Angliæ Pat. Suar. de defens. Fid. lib. 3. cap. 2. d. nu. 5. Bobad. lib. 5. cap. 8. nu. 152. Antuñez de Reg. donat. part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 1. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 22. num. 9. Unde Kart. in l. Quidam consulebant, in fin. de re judic. docuit quod Respublica li-*

bera fungitur Regalibus. Alioqui si in populo ea non reperiretur potestas, per eundem in Principem nequiret transferri, argumento legis, Quod autem 5. de jurepatron. l. traditio 20. de acquir. rer. dom. l. Nemo plus juris 53. de reg. jur. Nec dubium est quin ipsam populus Romanus Imperatori contulerit, l. 1. de const. Princ. §. Sed & quod Principi, Inst. de jur. natur.

Cum Respublica supremam jurisdictionem 93 exercet, id gubernationis genus dicitur Democratia. Pat. Navar. d. cap. 2. nu. 8. Petr. Gregor. *de Repub. lib. 6. cap. 18. num. 15. Sander. de jurib. Monarch. Eccles. lib. 1. cap. 1.*

Ibi: Constituendum esse necessariò Gubernatorem.

Natura non determinat præcisè, ut per 94 unum gubernatorem suprema administretur jurisdictione, sed quod in cœtu politico hominum summa sit potestas per unum, vel plures exercita, cui singuli de communitate subdantur. Pat. Suar. *ubi proximè. Lumine tamen naturalis rationis faciliè percipitur quantum Reipublicæ expediat, ut per unicum Principem gubernetur, quod D. Covar. nos docet infra, sub vers. Hujus verò, ubi iterum de his, num. 104. & vers. Deinde illud, num. 97.*

Ibi: Homo animal est.

Homo sui naturam proclivis est ad societatem 95 præ cunctis irrationalibus, quæ gregatim conservantur; nam cum perfectiùs lumine rationis necessitatem, & utilitatem communitatis percipiat, illam avidiùs appetit, ac perquirat. Hinc homines ab incunabilis humani generis inter se societatem contraxerunt, primò naturalem & informem, deinde civilem ac politicam. Imò hodie barbari, & agrestes, instar ferarum sine sede errantes (de quibus apud Indos multitudo,) superiores agnoscunt, ac reverentur suos, quorum subjiuntur imperio: de quo Petr. Greg. *sup. lib. 1. cap. 2. nu. 6. & lib. 19. cap. 1. num. 7. & 8. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 8. num. 16. cum seqq. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 22. num. 1.*

Homo plurimis fertur ad civile consortium, 96 scilicet quia naturaliter est animal sociale politicum seu civile, ex Arist. *Politic. cap. 2. Exemplo quod in se, ac in cæteris rebus animatis & inanimatis præ oculis habet. Petr. Greg. lib. 1. cap. 1. num. 16. Affectu, propter eam cognationem, quam inter cunctos homines à primo parente natura constituit, l. 3. de just. & jur. Similitudine, similes enim cum similibus faciliè congregari solent. Eccles. cap. 13. vers. 19. Omne animal diligit simile sibi: sic & Omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad simile sibi conjungitur: & omnis homo simili sui sociabitur. Voluptate, juxta illud Psalmi 132. Ecce quàm suave, & quàm jucundum habitare fratres in unum. Unde Arist. *Ethic. lib. 1. cap. 11. ait: Idcirco ut plurimum quæ similia sunt, & genere inter se conjuncta, jucunda sunt, ut homo homini. Necessitate, qua potissimum ratione mortales ad socialem vitam compelluntur, ut simul juncti hostium & ferarum incurfus depellant, atque ærumnas mortalitatis sustineant. Ecclesiast. cap. 4. vers. 10. ibi: Si unus ceciderit, ab alio fulciatur. Væ soli, qui cum ceciderit, non habet sublevantem se. Et inferius, vers. 12. sic:**

Et si quisquam prævaluerit contra unum duo resistunt. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Observat Mairill. de Magistrat. præl. num. 5. Petr. Greg. lib. I. cap. I. num. 15. Navar. d. notab. 3. num. 94. Utilitate tandem, quam ex congregatione quisque participat. Ecclesiast. d. cap. 4. vers. 9. ibi: *Melius est ergo duos esse simul quàm unum, habent enim emolumentum societatis suæ.* Et vers. 11. sic: *Et si dormierint duo, fovebuntur mutuo: unus quomodo calefiet?* Sic Respublica definitur, ut sit communitas rerum, & vitæ ad benè, ac commodiùs vivendum. Petr. Greg. d. cap. I. num. 6. de quo latè Molin. de just. tract. 2. disp. 22. num. 8.

Verf. Deinde illud constitutissimum est.

- 97 Sicut natura homines deducit ad civilem societatem, ut vitam bonaque tueantur, ita suadet in communitate constituendum rectorem cum suprema potestate cui universi cives subjiciantur, ut ipsa consistere valeat. Proverb. cap. 11. vers. 14. ibi: *Ubi non est gubernator, corruiit populus.* De Principis necessitate pluribus distulit. Petr. Greg. lib. 3. cap. I. Cævall. de cognit. per viam violent. prælud. cap. 7. à nu. 6. Navar. d. notab. 3. nu. 107. Pat. Suar. sup. lib. 3. cap. I. num. 4. cum seqq. Mairill. ubi proximè, à num. 7. Sand. sup. d. cap. I. Oportet tamen ad Reipublicæ salutem, ut Princeps præficiatur idoneus, alioqui illa corruet, ac si Rectore careret. Ecclesiastici cap. 10. vers. 3. ibi: *Rex insipiens perdet populum suum.* Et Ecclesiast. cap. 10. vers. 16. sic: *Væ tibi terra, cujus Rex puer est.* Sic Deus minatur ruinam populo per Isaiam cap. 3. vers. 4. per hæc verba: *Et dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.* Observat Pat. Suar. num. 4. Cævall. num. 11. Non tamen absolute necessarium censetur ad communitatis incolumitatem ac consentientiam (licet magis expediat, ut inferius apparebit,) supremam potestatem penes unum Principem existere; sat est enim quod in corpore politico resideat apud Optimates, vel Magistratus, per quos exerceatur, prout animadvertit Pat. Suar. nu. 5.

Verf. Hujus verò civilis societatis.

- 98 Cum suprema civilis potestas in ipso hominum coetu consistat, ille Princeps erit legitimus ac Reipublicæ Rector, quem sibi populus constituerit, l. I. de constit. Princip. l. Quæ ratione 9. §. *Hæ quoque res, de acq. rer. dom.* Pat. Suar. d. lib. 3. cap. 2. à num. 10. Mairill. sup. à num. 31. Navar. d. notab. 3. nu. 94. & 145. Petr. Gregor. lib. 19. cap. I. num. 8. & lib. 7. cap. 14. cum seqq. Quod procedit non solum in Principe, qui per electionem ad regimen exaltatur, sed etiam quoad illum, qui per successionem vocatur; nam & hic à communitate immediate potestatem nanciscitur, non ex novo consensu, sed pacto quondam cum primo Rege inito, à quo originem trahit, ut à Pelagio Hispaniarum Monarchæ. Ita Pat. Suar. d. cap. 2. num. 19. inferens non valere Regem ea potestate privare successorem; ipse enim nihil tribuit, sed populus confert, etsi non liberè, propter contractam ab initio obligationem: de quo Pat. Suar. cap. 3. nu. 2. & 4. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 23. num. 9. & disp. 654. nu. 2.

Adeo verum est, communitatis consensu legitimum Principatum constitui, ut tyrannidis vel injustæ occupationis vitium purgetur, si populus in tyrannum, vel iniquum invasorem ultrò consentiat. Pat. Suar. d. cap. 2. num. 20. Navar. sup. notab. 3. nu. 151.

Rursus aliquando legitime comparatur Principatus, populo invito, veluti bello justo: imò sic quæsitæ potestas magis absoluta censetur, l. Naturalem §. ult. de acq. rer. dom. Pat. Suar. ubi proximè, Molin. disp. 23. nu. 6. 7. & 17.

Ibi: Saülem equidem, ejusque posteros.

Saüli in Israëlitas à Deo immediate supremam potestatem fuisse concessam fatentur Navar. d. not. 3. nu. 147. Mart. de jurisdict. part. 1. cap. 17. num. 14. Molin. d. disp. 23. num. 17. & alii communiter. Verùm Pat. Suar. d. lib. 3. cap. 3. num. 6. cum seqq. differens adversus Angliæ Regem, singulariter ex sacro contextu contrarium deducit, scilicet personæ designationem ad regnum à Deo immediate provenisse, à populo autem collationem potestatis per consensum; placuit enim quoad hoc universali rerum cunctarum Domino jus suum illibatam communitati relinquere, ut voluntariè se Saüli subjicerent, præluppositâ divinâ præelectione. Sic enim Deuteron. cap. 17. vers. 15. habetur: *Constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: constitues eum, quem Dominus Deus tuus elegerit, &c.* Et cap. 18. vers. 36. sic: *Ducet te Dominus, & Regem tuum, quem constitueris super te.* Verbum siquidem, *Constituere*, in sacris Litteris passim potestatem supremam tribuere significat. Ita Psalm. 44. vers. 17. patet, ibi: *Constitues eos Principes super omnem terram.* Et Exod. cap. 7. vers. 1. sic: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.*

Scire oportet, quod Samuël ut induceret populum ut in Saülem consentiret, media sortitione notam fecit divinam voluntatem. Reg. I. cap. 10. vers. 20. Petr. Gregor. lib. 7. cap. 14. num. 7.

Ibi: Ergo quælibet Respublica divinitus.

Frustrâ in Rebuspublicis resideret potestas, nisi constitueretur qui eam administraret, ut in simili inquit Consultus in l. 2. §. *Post originem, de origin. Juris.* Ideò naturali ratione homines sociali vinculo devincti impelluntur ad præficiendum Principem, Optimates, vel Magistratus communitati, juxta gubernii speciem, quæ magis sibi placuerit. Vide præmissa nuper, nu. 94. 97. ac ibi laudatos, necnon per Barbosa in collectan. ad cap. In apicibus, 7. quæst. I.

Qua ratione, & attento naturali jure, si Princeps Reipublicæ sibi subditæ Magistratum præponere omiserit, licebit communitati (etsi alias prohibeatur) interim Judicem constituere ac Rectorem, ut docet D. Covar. infra, cap. 4. nu. 3. ubi latius agendum.

Ita necesse est, quod communitas superiori subditæ potestati, ut nec Princeps, nec libera Respublica valeat vel unum civem ab ea subjectione prorsus eximere; naturali enim opponitur rationi, ac bono publico, quod aliquis de communitate sit, & quod eximatur à suprema jurisdictione, quæ in ea, aut in Principe reperitur. Navar. dict. not. 3. n. 119. & 166.

Ad Num. 3.

- 106 Romanus Populus ab Urbe condita sub Monarchico regimine floruit 244. annis : deinceps Tarquinio pulso, se supremæ potestati restituit, quam Consulibus, aliisque Magistratibus exercendam mandavit usque ad annum septingentesimum vigesimum nonum, quo imperium suum ac potestatem in Augustum transtulit, eo ac Norbano Consulibus; atque ita Respublica illa annos 485. libertate potita est, ut D. Covarruv. inferius insinuat. Verum enim verò nihil certi statui potest ob varietatem computationis temporum. Joannes siquidem Gerundensis Episcopus *Paralipomen. Hispaniar. lib. 10. cap. 1.* scribit ex Paulo Orofio, eadem die Augustum Romæ Imperatorem salutatum, quæ Magi in Bethlehem Christum Dominum infantem adorarunt.
- 107 Est quæstionis, quomodo Romanus populus suam Cæsari contulerit potestatem? Videtur nonnullis per communicationem duntaxat collata. Sic Duaren. *comment. lib. 1. titul. de constit. Princ. cap. 1.* Joan. Orosc. *in l. 1. num. 30. ff. eod. ubi refert alios.* Oppositum, nempe populum omninò se suprema abdicasse potestate, tenet Accurs. *in dict. l. 1. cui accedunt Anton. Fab. in ration. ad dict. leg. 1. ad fin. Bachovius in §. Sed & quod Principi, num. 2. Instit. de jure natur. ubi adversarios latè refutat. Antuñez de donat. Regum, part. 2. lib. 1. cap. 8. num. 1. & hæc omnium ferè communis est sententia, quæ posset cum priori in concordiam reduci, si asseratur Respublica in actu prorsus suprema jurisdictione destituta; non sic in habitu; quoniam Respublica Principi subdita, quoties aliter consistere, & conservari nequit, potestate quam transtulit, ad sui tutamen uti non prohibetur, quod jus nunquam creditur sibi auferre; imò nec volens posset, cujus exemplum habetur *suprà num. 105.* de Rectoris creatione. Similiter deficiente legitimo successore ex regia progenie, suprema potestas ad populum devolvitur. Molin. *de justit. & jur. tract. 5. disp. 3. num. 2.* Idem contigit si Princeps non servatis conditionibus, quibus imperium concessum est, potestate abutatur, quia Respublica naturali jure se tueri posset. Pat. Molin. *suprà tract. 2. disp. 23. num. 10.* Suprà tradita distinctio actualis & habitualis potestatis, est Cardin. Bellarmini, quam in Regem Angliæ sustinet Pat. Suar. *d. lib. 3. cap. 3. num. 3.* consentit Navar. *d. notab. 3. num. 10. cum seqq. & num. 119.**
- 110 Non tamen licebit communitati subditæ supremam usurpare potestatem, prætextu ineptitudinis, aut tyrannicæ gubernationis privando Regem Principatu, aut eum interficiendo, ut multis probat Petr. Greg. *de Repub. lib. 24. cap. 5. d. n. 17. & cap. 7. n. 7. ac n. 14.* ex Livio inquit, subditum populum contra Regem etiam tyrannicè se gerentem magis scutum, quam gladium esse sumpturum.
- 111 Pat. Suar. *d. lib. 3. cap. 2. num. 12.* singulariter observat, legem Regiam, quæ à populo Romano lata dicitur, non vim legis habere, sed pacti; quia cum communitas ipsa se Augusto per illam subdidisset, nequivit se proprio legali præcepto astringere, argumento legis: *Si quis in principio 22. de legat. 3. debet D. de Faria Covar. Enucl.*

enim reperiri penes Legislatorem publica auctoritas præcipiendi, Pat. Suar. *de legib. lib. 1. cap. 8. num. 3.* quam nemo in seipsum obtinet, & naturaliter implicat. Pactione autem se quisque astringere regulariter non prohibetur, *l. Sicut 5. C. de oblig. & act.* At Ant. Fab. *in ration. ad l. 1. ff. de constit. Princ. ad fin.* satisfacit asserens, populum per eam legem Imperatori singulos de communitate subjecisse, ac per consequens se abdicare à potestate quam in illis habebat. Obstat tamen quod Imperator non solum potestate fungitur vi legis illius in privatos, sed etiam in universam communitatem, quam potest jure suo plectere. Molin. *d. disp. 23. num. 8.*

Ibi: *Moris autem erat apud Romanos.*

Quæ populus Romanus ex consuetudine in legibus ferendis observaret, tradunt Alex. ab Alex. *dier. genial. lib. 6. cap. 23.* Connan. *comment. lib. 1. cap. 13.* fusè Rosin. *de Antiquit. Rom. lib. 8. cap. 2.*

De comitiis, & eorum differentia videndus Alex. ab Alex. *lib. 4. cap. 3.* Rosin. *sup. lib. 6. per tot.*

Ibi: *Romulus enim populo Romano.*

Romulum reservasse populo Romano legum ferendarum per curias potestatem constat ex lege Regia quadam, cujus hæc sunt verba: *Populus Magistratus creant, leges sciscunt, bella decernunt.* Quam refert, ac comprobat ex Halicarnasseo Rosin. *d. lib. 8. cap. 5. vers. De quinta,* consentit Alciat. *de offic. militarib. n. 2.* licet idem Rosinus adnotet, eam & alias leges Regias à Balduino in lucem editas, eruditus viris, præsertim Cujacio suspectas, ac commentitias videri Alex. ab Alex. *lib. 6. cap. 23.* asseverat, Romulum, ac subsequentes Reges Romanis leges tulisse, consulto Senatu, absque populi assensu; usumque rogandarum per comitia legum post ejectos Reges fuisse introductum, quod expressum legitur *in l. 2. §. 1. ff. de orig. Jur.* & ita leges quasdam & ipse curiatis ad populum tulit: tulerunt & sequentes Reges. Quas leges curiatis Consultus vocat, non quia per curias, sed quoniam ad eas fuere latæ, ut Alex. ab Alex. animadvertit. Suadetur hæc opinio ex decemvirali constitutione, quæ ita habet. *Jussus populi, & suffragia sunt: quodcunque postremum jussit, ratumque esto.* Quæ extat apud Rævard. *ad leg. XII. Tab. c. 1.* ac Rosin. *lib. 8. cap. fin. vers. Eas leges.* Tandem ea roboratur ratione, nam si sub Regibus leges populus conderet, illis exactis, in viridi observantia persisterent: sed quia à Regibus editæ, in odium ipsorum lege Tribunitia abrogari placuit, *d. l. 2. §. Exactis.* Accedit Rosin. *d. lib. 8. cap. ult. in princ.*

Ibi: *Atque ex hoc quidem in usu erant.*

Romulus à Reipublicæ primordiis unum sum populum in triplicem tribum digessit, quarum singulæ curias decem complectebantur. Deinde Tullius Hostilius classes quinque constituit ex civibus intra urbem incolentibus, quæ

quæ cunctæ ex centum nonaginta duabus centuriis constabant in æquali numero inter easdem classes distributis. Lapsu autem temporis, tribuum incrementæ frequentia, triginta quinque recensentur. De his Rosin. *lib. 6. cap. 2. 8. & 15. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 17.* ubi alios memorat Tiraquel. D. Covar. *variar. lib. 4. cap. 1. Jul. Labor. elucubr. tit. 1.*

- 115 Sciendum est, Comititia curiata, centuriata, & tributa sub idem tempus in usu fuisse apud Romanos; sed pro negotiorum qualitate cives per curias, centurias, vel tribus solebant congregari, diversoque ordine, modo, ac loco peragebatur concursus, ut latè ac distinctè exponit Rosin. *lib. 6. per tot. & lib. 8. cap. 3.*

Ibi: *Hæc verò lex Regia.*

- 116 Hæc minimè conveniunt legi 1. *de constit. Princip. & §. Sed & quod Principi, Inst. de jur. natur. gent. & civ.* Quod ea lege Regia contineretur, & qua forma imperium in Augustum transfret, latet. Illud videtur per eam constitutum, ut Imperator legibus solutus haberetur. Ant. Fab. *in ration. ad l. Princeps, ff. de legib. Bachov. in §. Sed & quod Principi, Inst. de jur. natur.* antea enim Reges pariter ac privati legibus tenebantur. Ant. Fab. *ibidem, Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 23. in princ.*

Ibi: *Cùm autem Augustus à Populo.*

- 117 Verum est, nonnullas leges tribunitia auctoritate deletas, in duodecim Tabulis usui fuisse restitutas. Cujac. *in d. l. 2. §. Exactis, verb. Omnes.* Rosin. laudatis Halicarnasseo, & Scaligero, *d. lib. 8. cap. 5. in fin.*

Ibi: *Ego verò etsi nequaquam.*

- 118 Ita sentiunt communiter Interpretes *in d. l. 1. & in d. §. Sed & quod Principi.* Nec obstat quod vocetur lex Regia, cùm nec à Rege, nec de regali potestate lata; quia hæc nova constitutio veteris legis regię nomen servavit, eo quòd in utraque de summa potestate Principis decidatur: & quemadmodum subrogatum naturam capit ejus, cujus loco subrogatur, *l. Si ex legati causa 23. cum vulgatis, ff. de verb. oblig. sic & nomen sortiri solet.* Unde testamenta tabulas appellamus, *tit. de his, quæ ante apert. tabul.* ac passim apud Consultos, quoniam olim ultima elogia tabulis consueverant scribi, quamquam earum usus aboleverit. Sic nuptam uxorem dicimus, etsi unctio in usu non sit, à qua uxoris nomen derivatur.

Ibi: *Addit & Dion. lib. 53.*

- 119 Hic annus septingentesimus vigesimus nonus fuit ab Urbe condita, ex Antonio Contio *in Fast. Consulat.* quo Augustus in Imperatorem elatus die sexta decima Aprilis. Rosin. *lib. 4. cap. 4. sub mense April.* quicquid ex Orosio supra tradidimus, *n. 108.*

Ibi: *Ipse quidem Augustus.*

- 120 Hæc extant apud Alciat. *de offic. militar. à n. 8.* Dicitur est per allusionem Augustus ab augenda Republica. Alciat. *lib. 9. Parerg. cap. 21. in*

fin. sed à populo ita vocitabatur, quod natura hominibus acceptior foret ac venerabilior. Petr. Greg. *de Repub. lib. 6. cap. 10. n. 8.* idè post obitum inter Deos meruit recenseri, ac consecrari. Rosin. *lib. 8. cap. 18.* ubi de forma consecrationis.

Ibi: *Imperatores consueviffe.*

Adde Rosin. *lib. 5. cap. 22. vers. Decennales, 121 & vers. Vicennalia, Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22.* & ibi Tiraquel. Fuerunt & Augustales ludi in Augusti honorem instituti. Rosin. *sup. cap. 20. in fin.* De multiplici ludorum hujusmodi differentia, & quomodo celebrari solebant, plura videas apud Rosin. *d. lib. 5. per tot. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 19.*

Ad Num. 4.

Ad Principatum in Republica libera nanciscendum legitimus est titulus ipsius communitatis consensus, sive intercedat immediatè per universi populi suffragia, sive per Optimates, quibus expressim, vel tacitè ex consuetudine jus Principis constituendi communitas concessit. Priori modo Romanorum Reges creati sunt ad Tarquinium usque Superbum exclusive. Petr. Greg. *lib. 7. cap. 15. num. 2.* Rosin. *lib. 6. cap. 3. vers. De Regibus.* Similiter Pelagius, necnon Garfias Semenens Navarræ Rex. Marian. *lib. 7. cap. 1. & lib. 8. cap. 1.* Posteriori Gothorum Reges, ut supra sæpè inculcatum, atque Pœnorum Magnates deligebantur. Petr. Greg. *d. cap. 15. num. 13. & num. 1.* ait seclusis ambitus cladibus, ac periculis, optimum esse medium ut Princeps Reipublicæ idoneus præficiatur. Sed & aliàs multifariam justè suprema potestas comparatur, velut jure sanguinis, vel hæreditario, pretio, sorte, contractu, bello, de quibus sigillatim Petr. Greg. *lib. 7. cap. 4. cum seqq. Pat. Suar. de defens. Fid. lib. 3. cap. 2. n. 19.*

Ibi: *Tametsi non negaverim olim Romæ.*

Consules centuriatis Comititiis per suffragia delegabantur Kalendis Januarii cujusque anni. Rosin. *de Antiquitat. Roman. lib. 4. cap. 5. vers. De Consulibus,* de quibus plura tradidit Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 3.* Si quis ex Consulibus intra annum, dum munere suoungebatur, decederet, aut aliàs amoveretur, solebat alter socium substituere, ut de Bruto, & Valerio testatur Livius *decad. 1. lib. 2. cap. 12.* quamquam per populum subrogationem istam fieri asserat. Alex. ab Alex.

Vers. *Reges verò & Principes.*

Principatus exordium à communi mortali parente Adamo provenit, cujus posterum tempore lapsu sub perfecta communitate congregati, naturali ratione monente sibi Reges constituere. Pat. Suar. *de defens. Fid. lib. 3. cap. 2. num. 19.* Pet. Gregor. *de Repub. lib. 19. cap. 1. num. 7.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 22. à n. 1.*

Vers.

Verf. Posterior conclusionis pars.

126 Sic in Hispania moribus obtinuit à Pelagio Rege, ut jure sanguinis successio Principatus deferretur, ut constat ex præmissis *suprà num. 43.* quod postea stabilitum in *l. 2. titulo 13. part. 2.* ubi Gregor. Lopez. Gothi Reges Hispaniarum suffragiis Prælatorum, ac Magnatum ad solium vocabantur, de quibus antea *ex n. 6.* At nonnulli filios ad Regiæ dignitatis societatem exaltarunt, qui ita absque electionis discrimine parentibus successerunt, ut Richaredus Leovigildo, Richimirus Suinthilæ, & alii. *Marian. lib. 7. ex cap. 3. in fin. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 1. à n. 14.* qui addit, eos Reges ad constituendos filios Principatus socios consensum à Prælati ac Proceribus postulasse: quod sanè apud Historicos minimè refertur, quos legerimus.

Verf. Verùm Aristoteles.

127 An magis expediat Rebuspublicis successione, vel electione summam potestatem deferri, frequenter controverti solet. Et magis receptum habetur, quod tutius, ac utilius est, ut sanguinis jure in Regno succedatur, de quo latè *Petr. Gregor. lib. 7. cap. 4. 6. & 15.*

Ad Num. 5.

128 Regimen Rerumpublicarum triplex agnoscitur. Si per unicum Principem suprema potestas exerceatur, dicitur Monarchia: si per plures, velut Optimates, aut Senatores, Aristocratia; si per ipsam communitatem, Democratia. *Petr. Greg. de Repub. lib. 5. cap. 1. n. 2. & Syntagm. lib. 47. cap. 15. n. 22. Pat. Suar. d. lib. 3. cap. 2. n. 7. & 8. Aymar. Riball. Hist. Jur. Civil. lib. 1. n. 2. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 23. n. 1. Navar. in cap. Novit, notab. 3. n. 167. de judic. Sander. de jurib. Monarch. Eccles. cap. 1. ubi quod hæ gubernii species solent degenerare, ac perverti, Monarchia in tyrannidem, Aristocratia in factiones, Democratia in plebejorum furorem ac tumultum. Ex illis Monarchia magis ad publicam utilitatem probatur. *Petr. Greg. de Repub. lib. 7. cap. 3. per tot. & Syntagm. d. cap. 15. d. n. 24. Simanch. de Catholic. Instit. tit. 45. n. 9. Molin. sup. n. 14. Navar. n. 168. Sander. lausissimè lib. 3. ex cap. 3. Pined. Monarch. Eccles. cap. 1. à §. 4. Homer. Iliad. lib. 2.**

Non bona multorum ditio, Rex imperet unus.

Adde præterea *Tiraquel. de primogenit. quest. 4. ex num. 22.* & plures, quos cumulat *Barbosa in collect. ad cap. In apibus, num. 3. 7. quest. 1.* Sicut autem Monarchia optima est Reipublicæ administratio, ita Democratia pessima. *Pat. Suar. ex Aristotele d. cap. 2. num. 8.* Adde legem 1. legem 7. *tit. 1. part. 1.* & ibi *Greg. Lop.*

Verf. Ægyptii primi omnium.

129 Ad annum centesimum trigessimum primum, ab orbis per diluvium interitu, Cham genitoris Noë jussu ad regionem incolendam profectus, prima Ægyptiæ Monarchiæ fundamenta jecisse fertur, cujus coætaneum fuit Babylo-
nicum Imperium: at jam præcesserat viginti
D. de Faria Covar. Enucl.

quatuor annos Principatus, quem Noë in Italia instituit. Ægyptii Dynastiam, monarchiam suam dixerunt: eà mundi plaga pro temporum varietate diversis nominibus vocatur, Ægyptus ab Ægypto Ramasse Danaï fratre; Osi-
na ab Osiri: quod profequitur *Pined. suprà lib. 1. cap. 23. §. 2. & 3.* Similiter & ipsa Reipublicæ Ægyptiorum administratio sæpe fuit mutata. *Petr. Greg. de Repub. lib. 20. cap. 1. n. 4. & 5.*

Ibi: Hoc equidem nomine illi appellabantur.

Pharao, id est *ferox*, ex D. Hieronymo: hoc nomine Ægyptii Reges quondam insigniri solebant, quod unà cum suprema dignitate fortiebantur, & hoc viguit ad Principatum usque *Ptolemæi Lagi*, qui ob res egregiè patratas sic fuit acceptus suis, ut qui eidem succedere, ipsius nomine decorarentur, pristino Pharaonis abolito. De his *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2. Joseph. Antiquit. lib. 8.*

Ad Num. 6.

Supremam potestatem à Deo Regibus fuisse collatam, multiplici ratione verum est, ut observat *Pater Suar. de defens. Fid. lib. 3. cap. 3. n. 12.* ideò eam conclusionem cuncti uniformiter complectuntur, ut *Cæval. de cognit. per viam viol. in proem. cap. 7. ex n. 17. Petr. Greg. sup. lib. 7. cap. 1. n. 3.* ubi ampliatur quoad improbos Principes. *Mastrill. lib. 1. cap. 1. n. 20. Gregor. Lop. in l. 5. gloss. 1. tit. 1. part. 2. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 26. n. 4. Navar. d. notab. 3. n. 147. Pat. Suar. lib. 3. cap. 1. num. 6.* ubi pluribus sacræ Scripturæ comprobatur testimoniis, asserens de fide esse, absolute loquendo. Adde legem 1. & 4. *tit. 1. part. 2. & in proem. l. 3. tit. 8. lib. 8. Recopil. l. 1. Cod. de vet. jur. enucl.*

Ibi: Hæc tamen intelligenda sunt.

Licet summa politica potestas à Deo procedat mediata, Principibus confertur ab ipso per communitatis voluntatem, quam divinitus sibi tributam immediate in delectum Monarcham transfert. *Navar. d. notab. 3. n. 147. Molin. sup. disp. 21. n. 14.* & alii apud *Pat. Suar. d. lib. 3. cap. 2. cum seq. qui cap. 2. n. 10.* plures cum D. *Covarruv. hic recenset, hancque sententiam adversus Angliæ Regem eximie suo more propugnat, quicquid Salgad. de Reg. protect. part. 1. cap. 1. prælud. 3.* opinetur asseverans, aliis laudatis, Reges à Deo immediate, à populo mediate capere potestatem. Verùm magis urget *lex 3. tit. 8. lib. 8. Recop. ibi: Ca tan grande es poder del Rey, que todas las cosas, y todos los derechos tiene sobresi: y el su poder no lo ha de los hombres, mas de Dios, cuyo lugar tiene en las cosas temporales.*

Hic durus videtur sermo, perpensis per D. *Covarr. & alios hucusque traditis: at excogitabam interpretationem, quâ Regis Alfonsi XI. ejus constitutionis conditoris, sententia posset inoffenso pede procedere, restricta tamen ad nostros Hispaniarum Monarchas, de quibus ibi duntaxat agi verosimile est, necnon ad alios, in quibus eadem specialitatis ratio versetur. Ideò enim dicitur, Reges à populis immediate*

recipere potestatem, quoniam ea prius residet à Deo immediatè penes communitatem, quæ ipsam in Principem consensu communi civium transfert, ut post D. Covar. docent Pat. Suar. *dict. lib. 3. cap. 2. à num. 5. ad 10.* & cæteri supra laudati. Ut autem illa potestas in humano cœtu consistat, opus est quod existat perfecta communitas, quæ perfectio ex eo oritur, quod homines ad societatem civilem & politicam congregentur. Probat. Pat. Suar. *de legib. lib. 3. cap. 2. num. 4. & cap. 3. num. 6.* Cum verò Pelagius ad culmen Majestatis Asturum suffragiis ascendit, nullatenus eorum cœtus eam perfectionem obtinebat; non enim conveniant, ut politicè in communitate viverent, aut novam Rempublicam constituerent; sed præ timore dispersi, à Pelagio ad bellum invitati, ut se tueri possent, concurrere; non ad beatè, commodèque vivendum, ut constat ex Historiographis supra cumulatis *num. 43.* quod est finis societatis politicæ: sed statim ac in Regem iidem consentire, perfecta est communitas, quia eo ipso quod se uni capiti subdiderunt, unum corpus cuncti constituere. Molin. *de justit. tract. 2. disp. 22. num. 9.* tuncque necessariò suprema desiderabatur potestas, quam cum communitas ex præmissis tribuere nequeat, quia ipsam non habet, Deus illam immediatè Regi Pelagio contulit, ut per eum velut jure primogenituræ ad posteros deferretur. Ex quibus deduci rectè poterit, Pelagium, cæterosque Hispaniarum Reges ab eo progenitos, à populo ad Principatum designatos, à Deo supremam potestatem fuisse adeptos, quemadmodum in nova Republica contingit; nam singuli se communitati subjiciunt, potestas autem divino beneficio immediatè conceditur.

¹³⁴ Scimus contra interpretationem istam sentire Victoriam, quem Molina refert *ubi proxime*, inquit enim, quod si homines congregari contingeret, non ad civilem ineundam societatem, sed ad finem diversum, & tunc Regem sibi deligerent, hic ab hominum cœtu immediatè, non à Deo caperet potestatem. Hæc equidem non probantur, tanti Doctoris pace, quia communitas antequam Principem elegeret, cum imperfecta foret, nullam potuit habere potestatem, ut ipsam transferret, quod ex præmissis liquet; nec aliquis plus transferre valet, quàm ipse habet, *l. Nemo plus 54. de reg. jur.* & est vulgare axioma, *Nemo dat quod non habet*: quod exornat Barbosa *axiom. 64. num. 1.* Cum enim sub idemmet tempus, & consensus populi ad civilem societatem, & electio Pelagii in Regem concurreret, nec momentum fuit, quo communitas perfecta, ut libera supremam potestatem adipisceretur, patet Pelagium supremam jurisdictionem à communitate non accepisse. Alio modo potest communitas Regi supremam tribuere potestatem scilicet per consensum partium, quod illa producat, quatenus singuli homines subjiciuntur unius Principis dominationi, & imperio. Verùm idem Victoria & reliqui omnes, qui sentiunt in Republica libera consistere supremam potestatem à Deo immediatè concessam, præcisè fatentur, consensum partium communitatis non valere talem tribuere potestatem, alioqui opus non esset, ut divinitus conferretur, si ex communi hominum se subjicientium voluntate posset resultare; quia singuli dum volunt societatem politicam contra-

here, se Reipublicæ, instar membrorum capiti, subdunt; & nihilominus summam jurisdictionem corpori politico nequaquam præstare, juxta communem veramque opinionem, possunt. Igitur eodem modo, cum nec populus, nec partes ejus Pelagio Regiam, ac supremam contulerint potestatem necessariò fatendum à Deo immediatè fluxisse, hominibus personam per suffragia designantibus. Sic non in meritò Legislator Alfonso dicere potuit, suam, ac cæterorum Hispaniæ Regum à Pelagio descendit potestatem non ab hominibus, sed à Deo procedere.

Ad Num. 7.

Obiter *sup. num. 126.* observavimus, Gothos ¹³⁵ Hispaniæ Reges ad Rodericum usque per electionem solum ascendisse, quod extra dubium est apud omnes, de quo testatur, adductis Toletanis Synodis, ac legibus *del Fuero Juzgo. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 2. num. 11.* Guier. *practic. lib. 3. q. 13. n. 39.* Robles de Sauced. *de represent. lib. 3. cap. 16. n. 1.* Molin. *de just. tract. 2. disput. 576. nu. 3.* Garc. *de expens. cap. 16. n. 37.* & testes sunt Historici congesti *sup. ex num. 6.*

Ibi: Sed & posterior pars.

Post Arabum invasionem, & Pelagium in ¹³⁶ Monarcham exaltatum, antiquato jure suffragii, quod penes proceres residebat, Hispaniarum dominium successione deferri cœpit, ut ex serie Historiarum facillè deprehenditur, & notant Cavall. *de cognit. per viam viol. gloss. 18. num. 13.* & omnes nuperrimè laudati, ex quibus Garcia ex Luca Tudensi transcriptam expendit Gothorum legem sub Pelagio latam, quæ cavebatur, quod si Rex Catholicus foret, filii ejus ordine primogenii succederent, ac masculorum defectu filia vocarentur: quod si Rex omninò decederet absque liberis, ad Optimates jus suffragii devolveretur, ut Principem constituerent: quam refert Palac. Rub. *in rubric. de donat. int. §. 69. num. 26.* Molin. *d. cap. 2. num. 12. vers. Quamvis autem*, ubi de fide talis statuti ambigit, quia in exemplaribus Lucæ Tudensis illam legem nunquam invenisset: at in additionibus *ad d. cap. 2.* ait D. Covarruviam illi codicem præfati Historiographi exhibuisse veterem, quo eadem lex continebatur, adjecta conditione, quod filia in Regno succedens ex consilio Magnatum viro ex nobilissimis nuberet.

Ibi: Nos item in hujus capituli conclusionem.

Ubi Principatus per successionem defertur ¹³⁷ jure sanguinis, primogenito in solidum cedit, cum ex sui natura divisionem non patiatur, *l. 2. tit. 15. p. 2.* Idem de dignitatibus inferioribus ac primogeniis probat Molin. *de primog. lib. 1. cap. 11.* Abulensis *in lib. 2. Paralipom. quæst. 27. 28.* Petr. Greg. *de Repub. lib. 7. cap. 5. nu. 6. & per tot.* Molin. *d. disp. 576. n. 5.* Peregrin. *conf. unic. de success. in Reg. dignit. n. 9. & de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 49.*

Si quis privatus filium suscipiat, ac Rex ¹³⁸ constitutus alios procreaverit, quoad regni successionem major natu præponendus erit. Greg.

Greg. Lop. in l. 2. gloss. 10. tit. 15. p. 2. Tiraquel. de jur. primogenit. quest. 31. num. 27. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 67. Molin. de primog. lib. 3. cap. 1. n. 3. Solorz. de jur. Indiar. lib. 2. cap. 17. n. 61. Molin. de just. tract. 2. disp. 624. n. 1. ubi quod ita moribus est receptum. Peregr. sup. num. 29.

139 Evenit ut primogenitus incapax ad regimen omnino reperitur, & quæri solet an eo remoto junior frater admitti debeat? de quo Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. à num. 7. Petr. Greg. sup. lib. 7. cap. 6. Pat. Molin. sup. disp. 620. cum seqq. Ant. Gom. num. 69. Tiraq. quest. 23. Greg. Lop. in d. l. 2. gloss. 17. Solorz. cap. 17. n. 81. & communiter distinguitur ita. Si ineptitudo est à nativitate, atque incapax filium idoneum habet, ipse parenti subrogatur, alioqui frater succedit. Si verò impedimentum ex accidenti superveniat, curator Regi dabitur.

140 Quid de geminis, si non appareat quis prior in lucem prodierit? Variè admodum sentiunt Interpretes, & plerisque placet, utrumque pro indiviso regno dominaturum: alii pulchriorem, aut robustiorem præferunt: alii electionem parenti, Optimatibus, vel populo tribuunt: alii denique forti committendum arbitrantur, de quo Tiraquel. sup. q. 17. Ant. Gom. n. 68. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 1. ex n. 19. Greg. Lop. in l. 12. gloss. 3. tit. 33. part. 7. Pat. Molin. disp. 624. n. 3. Sed ea quæstio apud nos decisa videtur, l. 12. tit. 33. p. 7. quâ prima opinio expressim comprobatur.

Ad Num. 8.

141 De foeminarum in Principatu successione affatim Petr. Gregor. de Republ. lib. 7. cap. 11. Tiraq. de jur. primog. q. 10. ubi recenset Regna, in quibus foeminae admittuntur ad thronum. Salicæ legis, quæ apud Gallos foemineum sexum à successione supremi regiminis excludit, meminere Petr. Greg. in calce d. cap. 11. Marian. de reb. Hisp. lib. 15. cap. 15. Joan. Ferrald. de jurib. & privileg. Reg. Franc. n. 44. Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. n. 27. Pat. Mol. de just. tract. 2. disp. 23. n. 4. Peregr. de jur. fsc. lib. 1. tit. 2. n. 49. qua constitutione masculi etiam ex foeminis remouentur. Petr. Gregor. d. lib. 7. cap. 16. num. 9. qui eam tuetur adversus nonnullos opinantes eam barbarie plenam, ac confictam recens à junioribus, non sub Pharamundo latam: quod notat Marian. sup. Exclusionem foeminarum ex lege Salica, everso Longobardorum Principatu, Carolus Magnus in Italia decrevit observari. Theat. vitæ hum. lit. L. pag. 57. & 71. ex Sigonio de Regno Ital. lib. 4.

Ibi: Ex quibus ipse censeo.

142 Unde præfata lex Salica nuncupetur, non constat: est tamen verosimile à Saliis conditoribus ita dictam esse. Salii enim sunt Germaniæ populi in ea regione, quæ Franconia vocitatur, cujus incolæ & Franci, & Salii dicuntur à fluvio Sala provinciam foecundante. Hi sub Pharamundo Rege, Gallorum quos propulsarunt, sedes usurpantes, nomen Franciæ comparatæ ditioni indiderunt. Videantur Marian. de reb. Hisp. lib. 5. cap. 1. Alcham. in Tacit. Alciat. disjunction. lib. 2. cap. 22. Theat. vitæ hum. ubi proximè.

Ad Num. 9.

Suprema potestas, omnisque jurisdictio temporalis in Castellana Republica penes Regem residet, à quo velut originario fonte in inferiores Proceres, aut Magistratus transfunditur, l. 1. l. 3. tit. 1. lib. 4. Recop. Greg. Lop. in l. 2. gloss. 7. tit. 1. p. 2. Pat. Molin. sup. tract. 5. disp. 3. n. 2. Bovad. polit. lib. 1. cap. 2. n. 19. & lib. 2. cap. 16. n. 73. Mairrill. de Magistr. lib. 1. cap. 4. à n. 14. Amat. resol. 65. n. 32. Matienz. in l. 1. gloss. 21. n. 2. tit. 10. lib. 5. recop. Salgad. de reg. protect. part. 1. cap. 1. prælud. 3. num. 114. Barbosa in collectan. ad cap. 1. n. 3. de constit. n. 6. Azeved. in l. 9. n. 2. tit. 9. lib. 3. Recop. & l. 1. n. 16. tit. 1. lib. 4. Antuñez cum multis de donat. Reg. part. 2. lib. 1. cap. 8. nu. 6. cum eqq. Mart. de jurisd. part. 1. cap. 25. num. 103. Quæ quidem potestas est omnino absoluta, non ut apud alios Principes reperitur, quibusdam partibus, & conditionibus ab origine Principatus coarctata, quibus stare præcisè tenentur, maximè quoties, sicut moris est, jurisjurandi religione observantiam spondent. Pat. Star. de defens. Fid. lib. 3. cap. 2. num. 18. & cap. 3. num. 4. Petr. Greg. sup. lib. 7. cap. 19. à num. 7. Molin. ubi proximè, & tract. 2. disput. 23. ex n. 6.

Ibi: Primum ex eis deducitur.

Quoniam Rex habet de jure suam intentionem fundatam, ut in sua ditione nullus jurisditionem, nisi ab eo concessam exerceat, potest compellere quemvis, sive Ecclesiasticum, sive laicum, qui in quasi possessione sit usus jurisditionis, ut legitimum titulum exhibeat, aut probet, alioqui eo jure privabitur, l. 2. 3. 7. tit. 1. lib. 4. l. 9. tit. 10. lib. 5. Recop. Gregor. Lop. in l. 9. gloss. 9. tit. 4. p. 5. ubi Hermos. num. 62. Pat. Mol. d. disp. 3. num. 4. & tract. 2. disp. 75. num. 10. Valalc. de jur. emphyteut. q. 8. num. 20. cum seqq. Bovad. cum pluribus d. cap. 16. num. 92. Azev. in l. 1. num. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. Luc. de Peña in l. 2. C. de fund. limitroph. Mairrill. sup. lib. 3. cap. 2. ex n. 11. Matienz. ubi nuper, num. 8. & gloss. 11. num. 3. ubi quod non restituitur spoliatus, nisi prius de titulo constet. Avil. in cap. Præ. ex n. 18. Antuñ. sup. part. 3. cap. 45. num. 21. 22. Hoc quod de tituli exhibitione asseruimus speciale est in Rege; nam quoad privatos, possessor ad id non tenetur. Observant Greg. Lop. Bovadill. & alii.

Ex eo autem quod in suprema potestate Regis, velut in sua origine tota regni includitur jurisdictio, provenit ut in villis, & oppidis Procerum idem valeat per suos Magistratus, seu Judices in prima instantia de causis emergentibus cognoscere: quod tamen non est in praxi, nisi præcedat Dominorum omissio, vel ex alia rationabili occasione, alias adversus æquitatem & rationem operabitur, l. 22. tit. 13. p. 2. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 23. p. 3. Bovad. d. cap. 16. num. 89. Matienz. in l. 1. gloss. 21. tit. 10. lib. 5. Recop. quod non jure devoluto procedit, sed ex amplitudine regis potestatis, quæ omnes inferiorum jurisditionis eminenter complectitur, nec illa se abdicare omnino censetur Princeps, quamvis oppidum cum mero & mixto imperio in subditos transferat, d. l. 18. Part. Quando legitime

timè Princeps valeat in terris Baronum jurisdictionem exercere, plenè docuit Mastril. *lib. 4. cap. 16. ex n. 42.*

Verf. Secundò hinc apparet.

- 146 Jurisdictio temporalis etiam cum mero & mixto imperio in Hispania per inferiores naturales Ecclesiasticos, vel Laicos privilegio Regis, aut legitima præscriptione comparatur, *l. 4. §. 5. tit. 3. lib. 1. l. 2. l. 7. tit. 1. lib. 4. l. 1. tit. 15. eod. lib. Recop. l. 6. tit. 29. p. 3. Matienz. in l. 1. gloss. 19. tit. 10. lib. 5. Recop. Mastril. lib. 1. cap. 19. n. 40. Gutier. Practic. lib. 1. q. 84. cum seqq. Molin. de just. tract. 2. disp. 75. n. 14. Avend. de exeq. mand. part. 1. cap. 4. ex n. 19. Greg. Lop. in d. l. 6. Part. gloss. 3. Barb. in collect. cap. Irrefragabili, n. 6. de offic. Ordinar. latè D. Covar. in cap. Possessor, part. 2. §. 3. à princ. de reg. jur. in 6. ubi quod & consuetudo jurisdictionem tribuit. Consentiant ex laudatis plures, Tufch. *lit. I. conclus. 545.**
- 147 Idem de regalibus dicendum, quæ similiter privilegio, præscriptione, sive consuetudine possunt comparari, excepta suprema potestate cognoscendi per querelam, vel appellationem, facultate cudendi monetam proprio nomine, ferendi leges generaliter observandas, & committendi causas appellatione remota, & si quæ alia sunt, quæ à regia dignitate abdicari non solent, nec privilegio concedi; hæc enim nec præscriptione per interiores queunt obtineri. Molin. *d. disp. 75. n. 15. D. Covar. ubi proximè, §. 2. n. 10. II. 12. Mastrill. lib. 1. cap. 13. cum seqq. &c. 19. Antuñez cum pluribus de donat. Reg. part. 3. cap. 45. num. 24. Avil. in capit. Prætor. cap. 1. verb. Nuestros, n. 11. Bellug. in Spec. Princ. rub. 22. à n. 10. Tondut. quæst. civil. cap. 25. à num. 16. Alfar. de offic. fisc. gloss. 20. à num. 48.*
- 148 Admonendi sumus, quoad præscriptionem desiderari immemorialis possessionis probationem quoties titulus non exhibetur, *l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. D. Covar. d. §. 3. num. 3. Mastr. d. cap. 19. num. 40. Gutier. sup. quæst. 84. n. 3. Azeved. in l. 1. num. 2. tit. 15. lib. 4. Recop.* Licet autem in hujusmodi præscriptione nec tituli exhibitione, nec allegatione opus sit, ut fert communis, ac docet D. Covar. *sup. part. 2. §. 5. num. 2. verf. Tertia conclusio. Barbof. in collect. ad cap. 1. nu. 10. de præscript. in 6. pluribus laudatis, & ibi probatur; tamen si edatur privilegii instrumentum vitio nullitatis laborans, non proderit longæva illa possessio, cessante legitimi tituli præsumptione. Mastrill. d. cap. 19. num. 28. Mascard. de probat. concl. 1372. num. 63. Salgád. part. 3. cap. 10. num. 285. Forma probandæ immemorialis traditur *l. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. quæ in præscriptione jurisdictionis adversus regiam observari jubetur l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. de qua D. Covar. d. §. 3. ex num. 7. qui num. 4. meminit clausulæ ultimæ dictæ legis l. quæ cavebatur, ut ad præscriptionem jurisdictionis in Principem quadragenaria proderet possessio: at in nova Hispanarum legum compilatione nihil tale reperitur insertum, quod advertit ibi Matienz. gloss. 19. num. 5.**
- 149 Cum autem titulus probatur, sufficiet quadraginta annorum possessio; nam hæc illi conjuncta effectus immemorialis producit, *cap. 1.*

de præscript. in 6. Unde si privilegium ritè confectum expressim tribuat jurisdictionem, non eget possessionis adminiculo: sed si dubium emergat quoad verborum intellectum, tunc possessio quadragenaria juvabit, *l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. ubi Matienz. gloss. 19. in princ. Azeved. ibidem, n. 33.*

In quæstionibus circa jurisdictionem, etsi 150 nomine Regis actio proponatur adversum Ecclesiasticos possidentes, cognitio ad Judices Regios spectat ex decreto Imperatoris Caroli V. in Ordinatio. Vallisoleti *lib. 1. tit. 1. quod notatur in remissionib. tit. 3. lib. 1. Recop.*

Ibi: Modò semper excepta apud Regem.

Inferior, sive Ecclesiasticus, sive Laicus, 151 nullo modo ita temporalem jurisdictionem valet adipisci, ut ab eo ad Regem per recursum non provocetur; hæc enim suprema potestas sic regie dignitati cohæret, ut ab ipsa avelli nequaquam possit, nec per ipsius Principis expressam concessionem, *l. 1. tit. 1. lib. 4. l. 1. tit. 15. lib. eod. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. l. 1. tit. 5. p. 2. l. 9. tit. 4. p. 5. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 12. tit. 13. p. 2. Pat. Molin. d. disp. 3. num. 3. Salgad. supra part. 1. cap. 2. num. 37. Mastrill. lib. 1. cap. 19. n. 1. Gutier. d. lib. 1. quæst. 88. Matienz. in l. 1. gloss. 10. tit. 10. lib. 5. Recop. Azeved. in l. 1. n. 36. tit. 15. lib. 4. Recop. Bovad. lib. 2. cap. 16. n. 87. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, num. 10. in fin. Petr. Greg. Syntagm. lib. 32. cap. 16. n. 6. ad fin. Hermol. in l. 9. gloss. 11. n. 64. tit. 4. p. 5. Antuñ. cum pluribus de donat. Reg. part. 2. lib. 1. cap. 8. & 9. qui latissimè probat, quidquid senserit contra Menchac. *illustr. cap. 82. n. 8.**

Verf. Tertiò deducitur.

Potest Rex privilegio concedere subditis jurisdictionem, merum, & mixtum imperium, *l. 1. tit. 15. lib. 4. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. l. 12. tit. 1. p. 2. l. 6. tit. 29. p. 3. Mol. de just. tract. 2. disp. 3. n. 3. Antuñ. de donat. reg. part. 1. lib. 1. cap. 8. n. 17. & alii laudati supra n. 148. & vide addita n. 149. Imò & regalia Princeps vassallis confert privilegio, excepta suprema jurisdictione, quam à se separare non valet, scilicet ne ad ipsum per querelam pareat aditus; hoc enim nullatenus concedere licet. Vide jura præallegata. Mastrill. *lib. 1. cap. 12. Antuñ. d. cap. 8. Avil. in capit. Prætor. cap. 1. verb. Nuestros, num. 3.**

Ad Num. 10.

Plura, & varia usque ad extremum capitis D. 153 Covar. expendit, quæ ut facilius percipi possint, per casus distinguere oportet cum Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præf. 97.*

Primus casus. Cum Rex transfert castrum, cui jurisdictionis est annexa, quia nulli civitati subicitur, quanquam de jurisdictione mentio nulla fiat, simplex concessa censetur. Est de jure communi receptissimum. Greg. Lop. *in l. 68. gloss. 8. tit. 18. p. 3. Menoch. d. præf. 97. num. 1. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 16. à num. 7. Matienz. in l. 1. gloss. 1. num. 24. tit. 10. lib. 5. Recop. Calp. Vallalc. in l. Imperium, num.*

num. 51. de jurisd. omn. judic. Longovall. ibi, n. 104. Hermos. in l. 9. gloss. 1. n. 41. tit. 4. p. 5. Villalob. antinom. Jur. lit. I, n. 261. Boer. decis. 50. n. 12. & alii apud eos. Contrarium nititur tueri Antuñ. de donat. Reg. part. 3. c. 44. à n. 5. Tusch. lit. C. concl. 122. n. 38. & concl. 124 per tot. qui inter Principem & privatum donantem distinguit. De mero imperio vide infra, num. 163.

154 De jure nostro regio expressim stabilitur l. 1. ad fin. tit. 10. lib. 5. Recop. ne concessio per Regem oppido, aliqua jurisdicção censeatur translata, nisi specialiter de illa mentio fiat : cujus constitutionis obliter hic D. Covar. notat Matienz. ubi proximè, n. 26. ejus meminere Greg. Lop. d. gloss. 8. ad fin. & in l. 12. gloss. 2. tit. 1. p. 2. ubi ampliat etiam si cum titulo Ducis, vel cujusque dignitatis oppidum concedatur. Bovad. lib. 2. cap. 16. n. 70. Gutier. pract. lib. 2. quæst. 131. Azeved. in d. l. 1. n. 34. Villal. antin. jur. lit. I, num. 261. Olan. concord. jur. lit. I, num. 86.

155 An præfata lex similiter observanda sit in inferioribus Dominis villam, vel castrum alienantibus? Affirmat Gutier. negat Villalob. uterque ubi proximè. Negativa autem est verior; nam ea constitutione specialia quoad regias largitiones, & alienationes inducta percipiuntur, quæ ad privatos trahi non debent, sed standum juri communi, argumento legis Præcipimus 32. C. de appellat. & quæ ibi Interpretes observant. Et quoad finem legis conservandæ jurisdicçãois, ratio alia est in Principe, ac in subditis castrum alienantibus. Vide Greg. Lop. in l. 68. gloss. 8. tit. 18. p. 3.

Verf. Decima conclusio.

156 Secundus proponitur casus, cum oppidum alienatum subest quoad jurisdicçãoem civitati alicui, tunc siquidem sub concessione oppidi Princeps nullam jurisdicçãoem etiam de jure communi comprehendere creditur. Mastrill. d. cap. 16. num. 9. Matienz. in d. l. 1. gloss. 21. num. 25. tit. 10. lib. 5. Recop. Menoch. de præf. lib. 3. præf. 97. num. 1. Gasp. Vallasc. ubi supra num. 54. Alciat. in l. Imperium, num. 103. de jurisd. omn. judic. Antuñ. d. cap. 44. Hermos. ubi sup. num. 41. Villalob. sup. num. 263. Canc. variar. part. 3. cap. 13. num. 27. & 28. & alii apud Menochium: quod de jure regio nequit in dubium revocari ex d. l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop.

Verf. Primum etenim.

Quoad hujus versiculi exordium vide præmissa ex n. 155.

Ibi: At de mero imperio, concessa jurisdicçãoe.

157 Tertius casus, cum castrum, quod civitati subjicitur, cum jurisdicçãoe Princeps alienat, de quo questionis est, num mixtum ac merum imperium concessum intelligatur. Haud pauci absque distinctione resolvunt affirmativè, quos congerit Antuñ. d. cap. 44. num. 13. Canc. sup. d. cap. 13. num. 153. Idem tenet D. Covar. de castro civitati annexo, licet subdubius, admonens quod attendantur privilegii verba. Sed & consuetudo, ac stylus conce-

dentis maximè inspiciendus, an sub nomine jurisdicçãois in rescriptis hujusmodi merum imperium complecti consueverit, argumento legis Labeo 7. §. Servius fatetur, ibi: Sententiam ejus qui legaverit, aspici oportere, in quam rationem ea solitus sit referre, ff. de suppellect. legat. Mastrill. lib. 4. cap. 16. n. 26. ubi d. n. 16. fusè disserit. Et cum de voluntate Regis appareat, nihil obsistet civitatis præjudicium; ipse enim in propria ditione, ut omnium jurisdicçãoum dominus, pro libito eas restringit, vel ampliat. Petr. Greg. de Repub. lib. 9. cap. 1. num. 35. Mastrill. lib. 1. cap. 27. num. 4. Unde in Hispania frequenter oppida à civitatibus regali privilegio eximuntur. Bovad. lib. 5. cap. 10. in princ.

Verum eodem casu retento, quoties consuetudo Principis, vel alia specialitatis ratio non concurrit, merum non censeari concessum in civitatis detrimentum sentiunt cum aliis Menoch. d. præf. 97. num. 33. Mastrill. supra num. 22.

Ibi: Etiam si is omnimodam.

Si Rex tribuat oppidum cum omnimoda jurisdicçãoe, aut alia clausula æquivalenti, merum imperium conferre existimabatur, etsi illud civitati, vel villæ subdatur. Menoch. num. 34. Vallasc. sup. num. 35. Barb. absolutè cum glossa in Clem. unic. num. 9. de for. compet. Adversantur tamen laudati per Mastrill. d. cap. 16. n. 17. qui ex n. 20. vers. Attamen glossa, recenset ex quibus conjecturis probetur merum imperium concedi sub jurisdicçãois appellatione.

Verf. Secundò, ubi conceditur.

Quartus casus, quando Rex donat castrum (cui jurisdicção inest,) cum jurisdicçãoe, etiam merum ac mixtum imperium largiri intelligitur, ut crebrior tenet sententia, teste Orosc. in l. Imperium, num. 78. de jurisd. omn. judic. & videre licet apud Menoch. d. præf. 97. n. 39. Mastrill. sup. cap. 16. ex num. 20. Matienz. in d. l. 1. gloss. 21. num. 28. tit. 10. lib. 5. Recop. Canc. var. lib. 3. cap. 13. num. 153. Tusch. lit. I, concl. 347. num. 33. Gasp. Vallasc. in d. l. Imperium, num. 51. Menchac. illustr. cap. 3. num. 9. Antuñ. de donat. Regis, part. 3. cap. 44. num. 13. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 2. tit. 4. p. 5. ubi Hermos. gloss. 1. num. 58. Cabed. part. 2. decis. 11. num. 3. Affl. et. ad consuetud. Sicil. q. 6. num. 4. At contra D. Covarruv. & sequaces docuere haud pauci, quos laudat Menoch. num. 21. & Mastrill. ex num. 16. & illis adstri-pulatur lex 9. tit. 4. p. 5. Omnes ferè utriusque opinionis autores indistinctè loquuntur, nec meminere discriminis inter castrum civitati subditum, vel exemptum. Adde Alciat. latissimè disputantem pro posteriori sententia in d. l. Imperium, ex num. 42. Rebuff. ibi, num. 12.

Verf. Tertiò constat.

Præmiserat D. Covar. sup. num. 10. vers. 161 Nona conclusio, quod concessio Castro nulli subdito civitati, jurisdicção cedit recipienti. Id ampliat in præfenti, ut nedum intelligatur de jurisdicçãoe simplici, sed etiam de mero imperio;

perio: cui sententiæ, ut veriori subscribit Mastrill. haud paucis congestis, *lib. 4. cap. 16. Cancr. d. cap. 13. nu. 24. Gail. lib. 2. observ. 62. n. 8. Menoch. d. præf. 97. n. 14.* præter alios, quorum meminimus *num. 155.* & ex adductis *num. seqq.* apparet, non procedere extensionem de jure nostro regio, sicut nec principalis conclusio; idemque in Sicilia observari juxta regni constitutiones testatur Mastril. *sup. num. 11.*

162 Hucusque tradita æquè in Regiis largitionibus, ac in alienatione ex causa onerosa procedunt, sicut de jure regio docent Matienz. *in l. 1. gloss. 21. num. 26. nu. 10. lib. 5. Recop. Hermol. sup. num. 42. Gutier. d. q. 131. vers. Jure nostro regio;* quamvis dissentire videatur Greg. Lop. *in l. 68. gloss. 8. in fin. tit. 18. p. 3.* Idem est de jure communi, cum scilicet jurisdictionis castro distracto per Principem cohæret. Menoch. *d. præf. 97. nu. 14. Fabian. de Mont. de empt. & vend. q. 6. num. 12. Tusch. lit. I, concl. 547. num. 6.* Semper tamen quid actum inspiciendum, & si lateat consuetudo est observanda, *l. Contractus 23. §. Semper in stipulationibus 34. de reg. jur. ac in dubiis adversus vendentem pronuntiabitur, l. Veteribus 39. de pact.*

163 Quanquam Principem oppidum ad maris oram etiam cum mero imperio in subditum transferre contingat, hujus tamen territorium intra littora coarctatur quantum est sagittæ jactus, quod ad usum publicum reservatum semper intelligitur; unde jurisdictionis inferioris Domini ad mare adjacens non trahitur, sed penes Principem residet. Bovad. *Politic. lib. 2. cap. 16. num. 217.* aliàs jurisdictionis Domini terræ mare adjacens comprehendit ad centum usque milliaria. Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 7. num. 12. Cæpol. de servit. rust. præd. cap. 26. num. 17. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 16. à num. 162. Cancr. sup. d. c. 13. num. 236.*

Ibi: *Quartd, & regulariter.*

164 Quintus casus, quando Rex absque castri translatione jurisdictionem exercendam confert veluti Magistratibus, quærique solet an merum imperium commissum censeatur? Affirmativè frequentius resolvitur, teste Menoch. *sup. num. 40. Mastril. lib. 5. cap. 5. num. 6. Alciat. in l. Imperium, ex num. 41. de jurisd. omn. judic.* Hier. Masc. *de jurisd. & imper. num. 26.* apud quos referuntur plures. Verum haud paucis videtur simplex tantum jurisdictionis concessa, ex Greg. Lop. *in l. 18. gloss. 4. tit. 4. l. 7. gloss. 1. tit. 18. part. 3. Mart. de jurisd. part. 1. cap. 8. num. 7. Orosc. in l. Imperium, num. 78. de juris. omn. judic. & aliis.* In qua ancipiti controversia plurimum judicantis arbitrio deferendum scripsit Menchac. *illustr. lib. 1. cap. 3. in fine,* oportebit quidem in primis verba concessionis perpendere, necnon circumstantias unde Principis mens valeat conjectari, quarum meminere Mastrill. Orosc. & Menchaca *ubi proximè.*

165 Rursus si cui merum committatur imperium, non ex hoc simplex jurisdictionis concessa censebitur, nisi quatenus ad exercitium imperii necessariò desideretur; hæc enim diversa sunt,

nec sub imperio jurisdictionis comprehenditur. Rebuff. *n. 15. Alciat. n. 5. Cujac. & alii in d. l. Imperium.*

Sextus casus, ubi dominus inferior castrum¹⁶⁶ quovis modo alteri confert, nulla jurisdictionis facta mentione, ita solet communiter distinguui. Aut jurisdictionis annexa est castro, & sequitur illud; aut cohæret personæ, & ab ea non discedit. Menoch. cum aliis *lib. 3. præf. 97. numero 43. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 32. Tusch. lit. C. concl. 116. num. 27. & lit. S, concl. 547. num. 7.* In dubio jurisdictionis præsumitur personæ cohærerere, illiusque intuitu concessa. Mastrill. *num. 33. Tusch. lit. C, concl. 112. num. 37. & lit. I, concl. 558. in fin. & d. concl. 116. num. 18.*

Utrum jurisdictione cum mero, & mixto¹⁶⁷ imperio per Principem concessa, censeatur quæsitæ facultas cognoscendi de appellationis causis, controversiæ est, de qua Mastrill. *d. cap. 16. num. 77. Bovad. d. cap. 16. ex nu. 76.* & nobis agendum cum D. Covar. *infra, sub c. 4. num. 25.* Quæ veniant Imperatore concedente civitatem cum mero, ac mixto imperio, plenè videas apud Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. ex num. 72.*

SUMMARIUM.

- 1 Concesso oppido cum jurisdictione, hæc extenditur ad augmentum illius.
- 2 Immunitate populi concessa potiuntur qui illi per augmentum accedunt.
- 3 Limitatur, & num. 4.
- 5 Augmentum rei venditæ post perfectum contractum ad emptorem spectat.
- 6 Augmentum rei legatæ an cedat legatario, & num. 9. & 11.
- 7 Exemptio, seu privilegium Principis quando ad augmentum extendatur, & n. 21. cum seqq.
- 8 Legatis indefinitè servis, vestibus aut equis, an debeantur qui sunt testatoris sub tempus testamenti, vel mortis?
- 10 Fundo legato, an ejus augmentum cedat legatario?
- 12 Communi fundo legato, quem testator habet pro indiviso, augmentum debetur legatario, & num. 13.
- 14 Si eo fundo legato testator partem socii acquirat, utrum totus fundus ad legatarium perveniat, & n. 15.
- 19 Fundo communi, quem pro diviso testator possidet, legato, num. recipiat augmentum ad legatarii commodum, & num. 20.
- 24 Principi non licet subditorum jus ledere, nisi publica exigente utilitate.
- 25 Concessa oppidi absolute jurisdictione, territorium ejus comprehensum intelligitur.

CAPUT II.

Ad Num. I.

I Concesso per Principem castro cum jurisdictione, mero & mixto imperio, si illud augetur habitantium numero, ædibusque constructis amplificetur, id augmentum cedit ei, cui principale subiacebit. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 3. tit. 4. p. 5. Garfias de expens. cap. 22. num. 31. August. Barbosa cum aliis in cap. quia circa, num. 10. in fin. de privil. & de Jur. Axiom. axiom. 34. num. 5. Did. Per. in l. 1. vers. His etiam, tit. lib. 3. Ordin. Augmentum enim est alicujus præexistentis rei superveniens accessio, ut pars illius sit. Medic. de legib. & statut. part. 4. quæst. 28. numero 1. idèd sui principalis, cui adhæret, naturam, conditionem, & qualitates omnino sequi debet, cap. Accessorium, de reg. jur. in 6. Giurb. in consuetud. Sen. 15. gloss. 3. part. 1. num. 3. Gratian. disceptat. cap. 446. num. 28. Medic. d. quæst. 28. num. 5. ubi limitat nisi forma immutetur principalis. Unde idem de augmento ac de principali judicandum. l. Si convenerit 18. §. Si nuda, de pignor. action. l. Etiam 8. C. de jur. dot. l. fin. C. de frum. urb. Constantin. lib. 11. Greg. L. p. in l. 8. gloss. 12. col. 2. ad fin. tit. 4. p. 5. Surd. decis. 88. num. 10. Albert. Brun. de augment. concl. 5. Menoch. lib. 4. præf. 189. numer. 157. Sarmient. Selectar. lib. 8. in l. Cum fundus, numer. 11. de legat. 2. & alii plures apud Barbos. de axiom. 34. num. 1. Præterea cum augmentum adjungitur principali, unum corpus, eademque res efficitur cum illo, quare diverso jure censeri non debet, cap. Quia circa 22. de privileg. l. Eum qui 23. de usucap. Barbosa cum plurimis axiom. 135. num. 7. Boër. decis. 50. num. 5.

Ibi: Quod si Imperator eximit castrum.

2 Castro immunitate concessa, quod illi accesserit eadem exemptione gaudebit Brun. concl. 5. numer. 8. & concl. 9. num. 2. Did. Per. in l. 1. vers. His etiam quinto, tit. 1. lib. 3. Ordin. Et regulariter omne privilegium competens principali, trahitur ad augmentum, d. cap. Quia circa, cap. Ex parte 27. de decim. Pet. Barb. in l. Divortio, in rubric. part. 3. num. 66. ff. sol. matrim. Brun. sup. d. concl. 9. per tot. Aug. Barb. axiom. 34. num. 5. 6. Cochier de jurid. O. din. in Exempt. part. 1. q. 97. num. 97. ubi quod exemptio ampliatur ex augmento exempti. Quæ observatu digna sunt ad l. 11. cum seqq. tit. 18. lib. 9. Recop. quibus indulgetur gabellæ remissio, vulgò Alcavala, nonnullis civitatibus & oppidis. Vide Boër. suprad.

Verf. Cæterum ni fallor.

3 Privilegium jurisdictionis, vel immunitatis restrictè ad certos limites concessum, extra illos non extenditur, ut augmentum completatur. Brun. de augment. concl. 8. in fin. Garf. ubi suprad. limitata namque causa limitatum producit effectum. Barbosa pluribus laudat. D. de Faria Covar, Enucl.

ris, axiom. 40. num. 19. de quo inferius iterum.

Quæ resolutio verificari poterit, si Rex jurisdictionem tribueret Magnati intra confinia designata, aut exemptionem castro concederet ad certum incolarum numerum; nam augmentum eo privilegio non continebitur. Aliud juris erit, cum Princeps concesserit quantitativam oppidi partem pro indiviso ad percipienda tributa; tunc enim pro rata donatario cedit augmentum, cum tantum juris in incremento competat, quantum in principali obtinebatur. Brun. con. luf. 17. num. 1. Boër. decis. 50. num. 20. Verùm si populus per familias inter diversos dominos partiretur, velut inter Principem & privatum, intrinsicum augmentum per prerogationem obveniens familiam sequetur, à qua processit, ad eumque duntaxat spectabit, cui ipsa obligit in divisione. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 3. tit. 4. part. 5. qui docet, si Rex castrum concedat, reservatis quibusdam familiis, quamquam limitata reservatio, sit recipere augmentum ex descendentibus ab eisdem familiis. Sed aliter dicendum de extrinseco incremento per habitatorum adjectionem aliunde venientium.

Quæ de augmento præmissimus, æquè procedunt in emptionis contractu, ita ut post illius perfectionem, etiam re non tradita, quicquid ei accesserit, ad emptorem attineat, l. 23. tit. 5. part. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 7. §. Cum autem, vers. Sed si post, Inst. de empt. Albert. Brun. de diminut. conclus. 6. num. 133. De augmento rei feudalis, aut emphyteuticæ, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 261. nu. 1. Mieres de major. part. 1. q. 10. num. 9. & 48. Garf. d. cap. 22. ex num. 40. Valasc. de jur. emphyteut. q. 16. Augmentum hypothecæ subicitur obligationi. Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 43. per tot. & lib. 4. quæst. 197.

Verf. Eadem ratione constat.

De intellectu legis: Cum fundus 10. de legat. 2. latè agit Garf. dict. cap. 22. ex num. 28. Sarmient. ubi suprad. Spin. de testam. gloss. 8. num. 36. ex quo communiter deducitur, quod augmentum rei legatæ à tempore conditi testamenti debetur legatario. Idem constat ex l. 37. tit. 9. p. 6. l. Prædia 27. §. fin. de fund. instruct. l. Peculium 65. de legat. 2. Menoch. lib. 4. præf. 127. num. 23. Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. ult. num. 16. Pat. Molin. de legitima, dict. tract. 2. disput. 194. num. 6. Merlin. lib. 5. tit. 3. q. 7. num. 24. Garf. d. cap. 22. num. 28. Cujac. ad l. Si ex toto, de legat. 1. quod limitatur cum à tertio, non à testatore, nec fortunæ casu procedit augmentum. Albert. Brun. omnino videndus de augmento concl. 15. numer. 29. Sed & in legatis conditionalibus cedit legatario, quod tempore impletæ conditionis rei legatæ adhærere reperitur. Virgin. Boccac. de interd. Uti possid. cap. 18. num. 55. Quod de legatis limitatis, videndus Garf. sup. num. 30. Brun. d. concl. 15. num. 6.

Verf. Primò siquidem observandum.

Cum Princeps indefinitè exemptionem, vel jurisdictionem concedit, extenditur ad augmentum territorii, aut populi, etiam inicio

incio concedente, ex regula tradita *suprà* num. 1. fecus ubi certis limitibus privilegium coarctatur, quia locus extensioni non est, ideo desideratur novus Principis assensus, qui colligitur ex eo quod aut territorium ampliaverit ipse, aut patiat populum exemptum auferre, ut tenuit Angelus, cujus meminit D. Covar. Tusch. lit. A, conclus. 555. nu. 3. Alb. Brun. de augment. conclus. 5. nu. 9. Boër. decis. 50. num. 5. quæ præsumptio excluditur quoties jus tertii ex ea ampliatione læderetur, quoniam Princeps nunquam creditur quicquam in alterius præjudicium disponere, vel largiri, cap. Super eo 15. ubi Glossa verb. *Intentionis*, de offic. delegat. l. 1. §. Si quis à Principe, ut quid in loc. publ. fiat, observant plures per me laudati Variar. lib. 1. c. 17. num. 140. de quo infra latius, num. 21. & 22.

Ad Num. 2.

8. In Legatis nihil refert quod adjiciatur pronomen possessivum, necne, ut inspiciatur tempus mortis, vel conditi testamenti; nam sive dicat testator, *Lego servos*, aut *servos meos*; illi præstabitur duntaxat, qui in illius dominio inveniebantur cum disponebat. Ita cum D. Covar. sentiunt Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 11. numer. 4. Sarmient. *suprà* num. 8. Castill. quotidian. l. b. 1. cap. 44. nu. 7. Garc. de expens. cap. 22. num. 33. Aliud dicendum videtur ex l. Quidam 7. de trit. vin. legat. l. Cum aurum 19. de aur. & arg. legat. Quibus deciditur, in legato indefinite concepto venire quod sub mortis tempus in bonis defuncti ex rebus legatis existit, ita ut si habens tres servos cum testabatur, ac deinceps alios acquisierit, servos indefinite relinquat, cuncti ad legatarium spectabunt, non sic pronome *Meum*, adjecto, cujus natura est dispositionem ad præsens coarctare: quod discrimen satis suadet Consultus in l. Si ita 7. de aur. & argent. legat. ac sustinet Menoch. lib. 4. præf. 127. num. 34. Cujac. in l. Servi electione, §. ult. de legat. 1. Aug. Barbofa de Diction. dict. 193. num. 4. de quo Pet. Pecch. de testam. conjug. cap. 14. num. 3. lib. 5. tom. 8. fuse agit, nec non Menoch. conf. 106. omnino videndi. In quo ancipiti sententiarum conflictu mentem testatoris oportet indagare, perpensis illius affectu, legati qualitate, ac legatarii conditione, sicque judicantis arbitrio deferendum, cum scilicet indefinita oratione servi, vestes, aut alia hujuscemodi relinquuntur absque pronome, *Meum*. Quid si pronomen idem futuro tempore adjungatur asserendo: *Lego servos, qui mei erunt*? Consule legem *Stichum* 6. de legat. 1. ubi Cujac. l. Nuper 85. de legat. 3. Menoch. d. præf. 127. in fin. Garf. ubi proximè, Monet. de commut. ultimar. volunt. cap. 6. nu. 184.

Verf. Tertio est omnino adnotandum.

9. Legatario debetur augmentum rei legatæ accedens, sive tota, sive pars ejus relicta sit, argumento legis quæ de tota 76. de rei vindicat. Sarmient. *sup.* num. 7. Albertus Brun. de augment. conclus. 15. verf. Quarto, prædicta. Petr.

Pecchius ubi proximè: & valet argumentum de toto ad partem. Barb. cum pluribus in loc. commun. loc. 114.

Verf. Quarto prænotatis accedit.

Fundo legato etiam cum pronome *Meum*,¹⁰ quicquid deinde illi facto testatoris, aut fortunæ beneficio accesserit, legatario debetur. Sarmient. *sup.* num. 7. Barbof. axiom. 34. numer. 9. Aliud juris erit, si à tertio proveniat augmentum, ut observat ibidem Sarmient. Albertus Brun. *sup.* conclus. 15. numer. 29. & regulare est in quovis legatæ rei augmento.

Hic admonendi sumus, quod licet tempus¹¹ testamenti inspiciatur in legato generali per adjectionem pronominis, vel alias ex voluntate testatoris, semper legatarius percipiet augmentum adhærens post testamentum rei ipsi legatæ. v. g. legat testator ædes suas, cum duas possideat; postea aliam quærit, & illas, quæ sibi erant tempore ultimi elogii, ampliavit: hoc casu etsi domus post testamentum comparata minime sub legato continueatur, augmentum tamen duarum ad legatarium pertinebit: quod si ad mortis tempus duntaxat supercesset domus in bonis testatoris, observanda erit regula legis: *Rem legatam* 18. de adimend. legat. juxta quæ accipi debet, quod Cujac. scripsit in l. Stichum, de legat. 1. nempe hujusmodi legatum non accipere augmentum, nec diminutionem: quod ita verum est; sed non excluditur, quod res ipsæ legatæ augmentum recipere valeant. Sarmient. *sup.* d. lib. 8. ad l. Cum fundus, num. 8. Garf. d. cap. 22. num. 33.

Ad Num. 3.

• Si habens fundum communem pro indiviso,¹² eundem non interto pronome *Meum*, reliquerit, augmentum quod ipsi accesserit legatario cum principali cedit: quod est limitandum ut *suprà*, numer. 10. de quo Sarmient. num. 7. & nu. 10. verf. Si legetur. Garf. nu. 31. Gregor. Lop. in l. 37. gloss. 1. tit. 9. p. 6. Petr. Pecchius ubi *suprà*.

Verf. Sexta igitur.

Idem juris erit ac in casu præcedenti, si testator dixerit, *Lego fundum meum*; nam quoad augmentum nihil interest pronominis possessivi expressio. Sarmient. num. 8. Garf. ubi proximè. Hæc dicta intelligas de incremento quod subjungitur fundo, ut ei subjiciatur, & ipsius pars fit: quando autem portiones æque principales sub dominio testatoris junguntur, mox D. Covar. nos docet quid respondendum.

Ad Num. 4.

Qui fundum communem pro indiviso possidens, eum absolute, aut partem ad se spectantem absque pronome *Meum*, legat, etsi à socio redimat portionem alteram, hæc legatario minime debetur. Duplex casus eadem resolutione deciditur; verum inter utrumque mul-

multum interest; nam cum partem expressim testator reliquit, manifesta est voluntas: at si indefinite fundus legetur, latet an voluerit etiam alienam comprehendere, & hac in specie plures adversus Dom. Covar. opinantur, partem focii redemptam legato cedere, de quo Greg. Lop. *sup. d. gloss. I. Ant. Gom. variar. lib. I. cap. fin. num. 15.* Albert. Brun. *de augm. conclus. 6. num. 1.* Petr. Pecch. *ubi proximè.* Alciat. *in l. Servi electione, §. ult. de legat. 1.* Cujac. *ibidem*, Joan. Garf. *de expens. cap. 22. nu. 31.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 194. num. 6.* Durant. *de art. testandi, tit. 6. caut. 4. tom. 8. part. I.* Sarmient. *Selectar. lib. 8. in l. Cum fundus, numer. 7. de legat. 2.* Et licet quoad dictæ legis *Cum fundus*, decisionem sententia D. Covar. omnino sit vera, quoniam augmentum, seu accessio nequit reperiri inter partes æquè principaliter unitas; aliunde tamen provenit, ut pars redempta per testatorem legatario debeat, cum fundus communis pro indiviso ab uno ex dominis absolute relinquitur, quod ex juris principiis deduci videtur. Etenim in comperto est, rei alienæ legatum subsistere, *l. 10. tit. 9. p. 6. l. Unum ex familia 67. §. Si rem, de leg. 2. l. Cum rem 10. C. eod.* Hinc quærebatur de fundo simpliciter legato alieno, in quo testator partem, seu jus habere non ignorabat, an totus, vel duntaxat quod ad legantem attinebat, comprehensum censeretur? Ac placuit hoc solum legato cedere, *l. Servi electione 15. §. fin. l. Si domus 71. §. ult. de legat. 1.* (quamquam adversus communem sentiat Alciat. *in d. l. Servi electione, §. fin.*) quod nititur juris præsumptione; non enim creditur velle testatorem hæredem onerare, ut rem alienam emat, cum voluntas ejus quomodolibet possit effectum liberalitatis sortiri, *d. l. Unum ex familia, §. Si rem, l. Si ita scriptum 14. de legat. 1. l. 1. de liberat. legat. Menoch. lib. 4. præf. 116. num. 23.* Cyriac. *tom. 2. controv. 283. num. 25.* Nunc ad rem: Fundo communi legato absque partis propriæ expressione, ambigi poterat de mente legantis, quoniam verba totum fundum complecti valent: quod dubium decideretur ad favorem hæredis ex præfata conjectura, ut scilicet pars testatoris sola deberetur. At hæc præsumptio cessat ex eo quod idem qui legavit, à locio partem emit, quo obscuram voluntatis suæ quæstionem exclusit, aperiens se de toto fundo, dum legaret, sensitse, & ut placitum adimpleretur suum absque hæredis gravamine, ad acquisitionem alienæ portionis processit. Nec mirum quod ea præsumptio prospiciens hæredi, per alteram elidatur, *d. l. 10. Partit. d. l. Cum rem 10. C. de legat. Alvar. de conjectur. ment. def. lib. 2. cap. 2. §. 1. numer. 6.* & regulariter una præsumptio alterâ tolli solet, *l. Divus 8. de restit. in integr. Menoch. de præf. lib. 1. q. 30. per tot. Marfil. cum aliis in l. 1. §. Divus, nu. 28. ad l. Cornel. de ficar. Præterea actus antecedens per subsequens declaratur, l. Si servus plurium 50. §. fin. de leg. 1. l. Quædam 16. de reb. dub. l. Si quis adulterii, 34. C. ad l. Jul. de adulter. Menoch. lib. 4. præf. 181. in fin. Surd. decis. 8. num. 21. Rojas de heretic. num. 38. tom. II. part. I.*

15 Ex quibus apparet, quam ratione sustineri potest ut juri consona opinio Interpretum communis, quæ docet, fundo communi pro D. de Faria Covar. Enucl.

indiviso ab alterutro domino absolute legato, si pars focii per testatorem redempta sit, totum legatario deberi. Imò idem respondendum videtur si testator eam portionem alienam emere hæredi jussit, causâ non expressâ, propter rationis paritatem. Sed si partis acquisitio, ac conjunctio proveniat, non datâ operâ, sed fortunæ eventu, ex titulo lucrativo, contraria D. Covar. sententia prorsus erit amplectenda; exploditur namque præsumptionis fundamentum, quæ pro advertariis supra perpendebatur, nec locus est legati augmento, quoties partes æquè principales uniri contingit, ut D. Covar. nos docet.

Ad Num. 5.

Tripliciter potest considerari legatum quoad 16 augmentum; nam si legetur res singularis, veluti prædium, quicquid per testatorem, aut casu accesserit, legatarii lucro cedit, *d. l. Cum fundus*, de quo *suprà num. 6.* Aut relinquitur quid universale plura corpora inter se separata uno colectivo nomine comprehendens, ut grex, peculium, familia, quæ si auferant à condito elogio ultimo, ovibus, vel rebus additis, legatarius cum incremento suo percipiet, *l. Lege 21. ubi Cujac. de legat. 1. l. Peculium 65. de legat. 2.* quod verum est licet testator dixerit, *Lego gregem meum*, non obstante lege *Si ita 7. de aur. & argent. legat.* ubi quæstio vertitur de legato generali vestis, vel auri, non de universali, in quo non censetur testator legasse singula capita, vel res, sed universale illud compositum ex distantibus corporibus, quod semper & augmenti commodum recipit, & diminutionis detrimentum patitur, *d. l. Grege, cum seq. l. 1. §. ult. de rei vendic. §. Si grex. Inst. de legat.* ubi Imperator quoad augmentum legati idem de grege, ac de ædibus statuit: sed legatis ædibus etiam cum pronomine *Meum*, columnæ deinceps adjectæ cedunt legatario, quod inficiabitur nemo, & diximus *sup. num. 10.* cum D. Covar. & aliis. Igitur si eodem modo grex sit relictus, capita quæ illi accesserint, legatarius percipiet.

Aut tandem legantur generaliter plura inter 17 se omnino distincta, nec sub universali nomine alicui corpori subjecta, ut servi, vestes, equi, & similia. Quando hæc relinquuntur cum pronomine *Meum*, duntaxat præstabuntur quæ erant in bonis testantis sub tempore conditi testamenti, ita ut si res illæ, cum moritur testator, numero increverint, ad legatarium non spectet augmentum, *d. l. Si ita, Menoch. lib. 4. præf. 127. num. 35. & conf. 106. num. 192.* Barbola *de Dict. usufr. dict. 189. num. 3.* apud quos plures reperies. Quid si legentur omnes vestes meæ? Hæc legatum ad mortis tempus referri scribit Menoch. *nu. 37. d. præf. 127.* de quo Barbola *dict. 241. nu. 12. cum seqq.* In generali tamen legato, etsi pronomine illud ad tempus testamenti coarctetur, non excluditur augmentum singulis rebus obveniens, veluti si vestibus legatis quid ornamentis causâ adjiciatur, aut servi fiant pretiosiores aliqua arte instructi: quod observat Sarmient. *Selectar. lib. 8. in l. Cum fundus, de legat. 2.* Similiter si vestibus legatis, & tempore extinctis, aliæ subrogentur, hæ legato cedent. Greg. Lop. *in l. 18. gloss. 2.*

D 2 in

in fin. tit. 9. p. 6. post Bart. in d. l. Si ita, Petr. Pecch. de testam. conjug. lib. 5. cap. 14. num. 3.

- 18 At quoties indefinitè ita dicitur, *Lego vestes, vel servos*, ardua existit controversia, de qua *sup. num. 8.*

Ad Num. 6.

Hic solùm traditur docendi modus, nihilque in re præmissis adjicitur, quod enucleatione indigeat.

Ibi: Quod si altera fundi pars.

- 19 Adde Gregor. Lop. in l. 37. gloss. 1. tit. 9. p. 6. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 194. num. 6. Tunc quidem pars pro diviso possessa fundi, si per testatorem acquiratur, ad legatarium alterius partis spectabit, cum apparuerit ideò redempta, ut legato cederet ex defuncti voluntate. Albert. Brun. & Bart. de augment. concl. 15. num. 8. quod conjecturæ demonstrabunt, veluti si sublati divisionis limitibus, partem redemptam servitio, ac commodiori usui legatæ applicuerit testator. Sarmient. *sup. num. 8.* nec sufficiet sola limitum remotio, sæpe etenim diversæ partes ita jungi solent, ut æquè principales persistant, nec uni altera accedat. Amat. *variar. part. 2. resol. 67. num. 63.* Et ut in specie ratio reddi possit cur empta pars potius cedat legatæ, ut eam augeat, quàm è contrà, nisi aliàs de voluntate defuncti constiterit, expedit in memoriam revocare adnotata *sup. num. 14.* quæ & præsentis casui forsitan possent adaptari, quando disponens usus est verbis, quibus utraque pars significaretur legata.

Ad Num. 7.

- 20 Fundi legati limites etsi testator exprimat, non ideo impeditur per accessionem augmentum, ac si nulla eorum mentio fieret. Aliud juris erit, si tot fundi jugera relinquuntur: verùm & tunc alluvione, aut fortunæ eventu quid jugeribus ipsis accedens legatarii commo- do cedit. Garf. de *expens. cap. 22. num. 30.* Alvarad. de *conject. ment. def. lib. 2. cap. 4. numer. 68.*

*Ibi: Nam & quoad dictam legem
Servi electione.*

- 21 De his *suprà numer. 7.* quibus addendum, quod jurisdictio territorii præscriptione obtenta, etiamsi limitibus circumclusa non ostendatur, in augmento exerceri nequibit, nisi Princeps permiserit, cujus beneficia latissimam recipiunt interpretationem, nisi tertio præjudicium inferatur, l. 3. de *constitut. Princip. cap. Olim 16. de verb. signif.* ubi Barbosa cum pluribus in *colleç. numer. 3.* ideò ex præsumpta concedentis liberalitate jurisdictio- nis simpliciter concessæ, inducitur ad augmentum ampliatio, ut D. Covar. nos edocet *sub vers. Primò siquidem.* Rursus in præscriptionibus stricta observatur interpretatio, quas odium, ac iniquitatem continere tradit ex multis Tusch. *lit. P. concl. 520. à numer. 8.* Barbosa de *jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 59.* Menoch.

lib. 6. præf. 33. numero 5. Tondut. *quæstion. benefical. part. 1. cap. 101. numer. 13. & 20.* Videtur tamen jurisdictio præscriptione quæsitâ amplianda, cum Princeps id sciens illius territorio quidquam ex liberalitate addiderit, tum propter latitudinem beneficii regalis, tum ex natura augmenti, quod juxta principale regulatur. Et quemadmodum jurisdictio limitata concessa extenditur ad augmentum territorii ex Principis assensu, ut D. Covar. hic tenet: sic jurisdictio per præscriptionem quæsitâ, etsi sui naturâ restricta intra confinia possessionis, aucto per Principem scientem territorio, ex ejus præsumpta voluntate censebitur ad augmentum ampliata. Aliud videtur dicendum ubi Princeps pretio interveniente agros in augmentum territorii conferat; cessat enim beneficium, ut latissimè interpretetur: ideo tam in præscripta jurisdictio- ne, quàm cum limitibus concessa extensioni locus denegabitur; quandoquidem Princeps in contractibus jure privati utitur regulariter ut dixi cum pluribus in *addit. ad D. Covar. variar. lib. 2. cap. 19. num. 32.* & legi contractus standum est ad unguem conventionibus servatis, l. *Legem 10. C. de pact. l. Contractus 24. l. Semper 34. de reg. jur.* Igitur nisi convenerit, ut agrorum emptor jurisdictio- nem ad additum territorium extendat, in eisdem Princeps suam retinebit; nam ut inferius asseretur, territorium absque jurisdictio- ne transferri non est insolitum.

Ad Num. 8.

Cum comparatis agris, castri territorium ²² augetur absque expresso, vel tacito Principis placito, jurisdictio certis circumclusa limitibus non extenditur ad augmentum, de quo *suprà num. 7.* At observare oportet, quod licet in regia donatione jurisdictio- nis exprimantur limites territorii, inde tamen non inferitur necessariò aliqua beneficii restrictio; etenim aliquando demonstrativè, aliquando taxativè limitum mentio fit, sive in donationibus, sive in contractibus: cum gratiâ demonstrationis adjiciuntur, non sunt impedimento, nec restringunt disceptationem, se perinde habetur, ac si adjecti non essent: quoties autem taxationis intuitu confinia recententur, limitata erit concessio, seu contractus juxta designatos terminos, de quo fuse Gratian. *disceptat. cap. 256. per tot.* ubi quando præsumatur expressio limitum demonstrativa, vel taxativa.

Ex quibus deducitur, quod si Princeps tri- ²³ buerit jurisdictio- nem castri cum territorio ejus, limitibus expressis, si demonstrationis gratiâ expressio fiat, non obierit quominus extendatur ad futurum augmentum, etiamsi illud Princeps ignoret. Sic restringenda venit D. Covar. doctrina *hïc, & sup. nu. 1. vers. Ceterùm ni fallor*, quæ quidem solùm obtinebit ubi limitum ad taxationem, & coarctationem mentio inferitur privilegio; tunc enim augmentum territorii ad jurisdictio- nem concessam non attingit, nisi Principis assensus saltem tacitus intercesserit: si verò ex verbis rescripti non liqueret mens concedentis, ad conjecturas accedere oportet, ut discernatur qualiter confinium expressio sit accipienda. Farinac. *decif. 73. numer. 1.* de quo *infra, cap. seq.* In dubio mentio limitum potius ad demonstrationem, quàm

quàm ad taxationem referri debet. Gratian. *disceptat. cap. 256. num. 20.* à quo in onerosis contractibus dissentit Molin. *de just. tract. 2. disp. 369. num. 3.*

Ibi : *Quod si alterius.*

- 24 Principi non licet, nisi ob publicam utilitatem, jus subditorum lædere, *l. 2. tit. 1. p. 2. l. 33. tit. 18. p. 3. l. Venditor 13. §. ult. commun. præd. Gregor. Lop. in d. l. 2. gloss. 22. D. Covar. var. lib. 3. cap. 6. num. 6. & ibi plures per me congesti.* Hinc eveniet, ut si Princeps in augmentum territorii villæ agros concesserit, in quibus privatus jurisdictionem obtinet, hic non prohibeatur eandem, sicut antea solebat, exercere; territorium enim recipit divisionem quoad jurisdictionem, & ejus usum. Hier. de Mont. *tract. de finib. regund. cap. 6. num. 11. tom. 3. p. 2.* Nec mirum, ut quis dominetur territorio quoad proprietatem, & alius quoad jurisdictionem. Idem Mont. *sup. cap. 11. num. 14. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 6. num. 6. 10. Antuñ. de donation. Reg. part. 3. cap. 44. num. 5.*

Verf. *Decimò præterea.*

- 24 Concessa urbis, seu villæ jurisdictione, ejus territorium comprehensum censetur, ut in illo exerceri possit; territorium etenim inest urbi, cujus est accessorium. Hier. de Mont. *sup. cap. 6. num. 9.* & ut tale suum sequitur principale: quamvis in privilegio mentio omittatur territorii. At cum urbs caret territorio, facultas juris dicendi intra ipsius ambitum restringetur, nec ad territorium aliquod ampliabitur; nam jurisdictio, ac territorium ita secernuntur, ut illa absque hoc, & hoc sine illa subsistere in quovis Domino valeat, ut ex Bart. & Baldo docet Antuñ. *ubi supra part. 2. lib. 1. cap. 7. num. 58.*

- 18 *Venditio ad mensuram imperfecta est, velut sub conditione.*
 19 *Cui exactori debeatur gabella de re vendita ad mensuram, si non administret idem tempore contractus, & mensuræ.*
 20 *Quid si pretium ex statuto assignatum varium existat, ibid.*
 21 *Mensura rei venditæ quo tempore adhibenda.*
 22 *Quorum expensis facienda.*
 24 *Venditionem partim ad mensuram, & partim ad corpus aliquando fieri contingit.*
 25 *De præfata venditionis effectibus, & numero 26.*
 29 *De venditione ad corpus, dicto modo, seu quantitate per vendentem, ut si dixerit, tot jugera fundo contineri, & numero seqq.*
 33 *Læso in pretio non competit actio, nisi dimidiam excedat læsio: at si hæc in rei, vel monetæ quantitate, vel qualitate contingat, pro quavis deceptione agere licebit.*
 34 *Quæ actio competat læso, quia agri mensor, vel cæterarum rerum falsum modum dixit, & quamdiu illa vivat.*
 35 *Lex Julianus, §. Si Titius. de act. empt. intelligitur, ac conciliatur cum lege. Qui fundum, de eviction.*
 36 *Rejicitur Fabri distinctio quædam inter mobilia, & immobilia quoad periculum rei venditæ, dum metitur.*
 37 *Lex Si in venditione, §. 1. de peric. & commod. rei vend. interpretatur, & num. seqq.*
 39 *Exponuntur lex 1. §. Sed & custodiam, de peric. & commod. rei vend. & lex 2. §. Custodiam, cum l. seq. eod. tit.*
 41 *Venditione contracta ad corpus, dicto modo jugerum, vel amphorarum, statim perficitur contractus, licet mensio desideretur.*
 42 *Non omnia, quæ de venditione sunt præmissa, conveniunt ultimis voluntatibus.*

SUMMARIUM.

- 1 *Multum interest scire, an venditio rerum, quæ appendi, numerari, aut metiri solent, ad mensuram, vel ad corpus celebretur, & quomodo dignoscatur, & num. seqq.*
 5 *Regulæ quæ in contractibus observari debent, in ultimis voluntatibus & aliis actibus locum habent.*
 6 *De effectibus & forma venditionis ad corpus, mensuram, & per aversionem, & num. 7. cum seqq.*
 10 *Voluntas contrahentium ubi latet, recurritur ad conjecturas, æquitate perpensa.*
 15 *Regulæ quæ traduntur, & effectus venditionis ad corpus, aut ad mensuram, quæ procedunt in mobilibus, & immobilibus.*
 16 *Vendita re ad mensuram, contrahentes ante mensuram à contractu recedere non valent, periculo penes venditorem interim permanente.*
 17 *Limitatur, & num. 20. & 23.*

CAPUT III.

Ad Num. 1.

Multum refert in alienatione rerum, quæ I
 appendi, metiri, aut numerari solent, inquirere utrum ad mensuram, vel ad corpus distractæ sint, propter juris diversos effectus, de quibus in *l. 23. cum seqq. tit. 5. p. 5. l. Quod sæpe 35. §. In his, de contr. empt. l. 2. C. de peric. & comm. rei vendit.* ut observant Gregor. Lop. in *l. 24. gloss. 2. d. tit. 5. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 367. num. 2.* Equidem ubi de contrahentium intentione constiterit, id quod convenit, servari opus erit, *l. Imperatores 71. de contr. emptione, l. Semper 35. de reg. jur. l. Legem 10. C. de pact. Molin. supra num. 5. Surd. decis. 257. nu. 7. Hermos. in addit. ad d. gloss. 2. nu. 17.* Nec de verborum proprietate curandum, si manifestè agnoscat voluntas, *l. Non aliter 69. de legat. 3.* huic enim illa debent deservire, ut dixi *variar. lib. 1. cap. 13. num. 24.*

- 2 At quoties latet quid inter contrahentes actum, ad verborum interpretationem recurrere cogimur, ex quibus mens proferentis percipitur, l. *Labeo* 7. §. *Idem Tubero*, de *supellect. legat.* Nec majus est mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum, ut ex Cassiodoro refert Menoch. *lib. 6. præf. 35. in princ.* Alvarad. de *conject. mens. defunct. lib. 4. cap. 2.*
- 3 Igitur si in hujusmodi rerum alienatione, corporis certi, simul & ponderis vel mensuræ mentio fiat, nec de voluntate contrahentium constet, frequenter ambigitur an ad corpus, vel ad mensuram fuerit contractum? Pro cujus ambiguitatis enucleatione permittitur aliquando mensuram rei venditæ contractibus inferi taxativè, ad limitandam corporis distractionem ad numerum, sive quantitatem expressam; aliquando demonstrativè, ad ostendendum quantum corpore alienato contineatur. Molin. *sup. num. 1. 3.* Pinell. *in l. 2. part. 3. cap. 2. numer. 7. C. de resc. vend.* Cagnol. *ibidem, num. 186.* Gratian. *discept. cap. 566. num. 8.* Addit. Molin. *d. num. 3.* Mensuram etiam exprimi, quasi modum rei, dum venditor asseverat tot jugera in prædio numerari, quæ præstare tenetur, probatur l. 2. de *act. empt.* Præterea traditur hæc regula communiter admittitur, ut si à corpore inchoetur conventio, ad id venditio facta censetur, & mensura stat demonstrativè, vel ut modus; si à mensura, ad illam referatur contractus, ac pro taxatione est. Utriusque exempla ex dicendis patebunt. Consulendi sunt Greg. Lop. *in l. 56. gloss. 3. tit. 18. p. 3. ac in d. l. 24. gloss. 2.* ubi Hermosill. *numer. 10. 18.* Mantic. de *iac. & amb. conv. lib. 4. tit. 17.* Molin. *num. 4.* Boër. *decis. 50. à num. 5.* Alvar. *lib. 2. cap. 4. ad fin.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de empt. resol. 5. num. 7. vers. Hæc conclusio.* Gratian. *discept. c. 256. num. 47.* Tusch. *lit. V, concl. 48. à num. 4.* Fachin. *controvers. lib. 2. cap. 27. in princ.* Anton. Faber *in ration. ad l. 2. de action. empt. Surd. decis. 64. num. 2.* Stracch. de *mercat. tit. de navib. part. 3. num. 5.*
- 4 Quæ quidem regula non ita perpetua habeatur, ut fallere nonnunquam non possit. Contingere enim solet, quod exordiente oratione à corpore, ad mensuram contrahitur, v. g. *Ex tali fundo decem jugera vendo.* Rursus incipiens conventio à mensura, censetur ad corpus, si quis decem jugerum fundum expressis limitibus distraxerit: quod observat Molin. *num. 4.* asserens potius ad sensum, quam ad collocationem verborum respiciendum; ideo hoc totum à conjecturis, ac judicantis arbitrio pendere scripsit Afflict. *decis. 68. num. 5.* Farinac. *decis. 73. num. 1.* Mantic. *num. 27.* Cald. de *empt. cap. 18. num. 4.* & infra per me iterum *num. 10.*

Verf. *Primò etenim.*

- 5 Eadem regula in omni alienationis genere etiam per ultimam voluntatem æquè procedit. Molin. *num. 1.* Cagnol. *in l. 2. num. 187. C. de resc. vend.* Surd. *sup. num. 1.* Sic præcitati, & alii Scribentes ea in diversis actibus indistinctè utuntur. Cagnol. in feudo: Surd. *decis. 257.* in permutatione: Capic. *decis. 14.* in emphyteusi: Alvarad. *d. cap. 4.* in meliora-

tionem: Fabian. de Mont. de *empt. quæst. 6. num. 21.* in legato: Tusch. *sup. ex num. 8.* in donatione, locatione, & adjudicatione.

Ad Num. 2.

Expenditur forma venditionis ad corpus, 6 ab illo inchoante oratione, ac in diversa mensura adjecta, videlicet: *Vendo hoc dolium vini, quod est triginta amphorarum, aureis quadraginta.* De quo nulla est controversia. Videantur Greg. Lop. *in d. l. 56. gloss. 3.* Pinel. *num. 6.* Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 16.* Molin. *num. 4.* Afflict. *sup. num. 1.* Sola ad *Constit. Sabaud. tit. de cens. solut. gloss. un. part. 1. num. 14.* Surd. *decis. 64. num. 1.* Trentacinq. *num. 7. vers. Secundus casus.* Cagnol. *num. 179.* Tusch. *num. 1.* Mantic. *num. 15.* Idem erit, licet fundus ita vendatur, tacitis limitibus, modò de quo convenerit appareat; alioquin contractus ad mensuram æstimabitur ob corporis incertitudinem, ut sentit D. Covar. in casu simili infra, *num. 3. vers. Quintus casus.* Molin. *ubi proximè,* ex qua conventionem totum corpus etiam ultra expressam mensuram in venditione venit: an cum augmento pretii, quæstionis est, de qua suo loco dicendum. Si verò res, quæ pondere, numero, aut mensura consistit, absque quantitatis mentione distrahat, velut si quis certum vini dolium viginti aureis vendiderit, venditio aversione fieri dicitur, vulgò à ojo, dicta, l. 25. *cit. 5. p. 5.* ubi Gregor. Lop. & Herm. l. *Qui officii 62. §. fin. de contr. empt. l. Si quis 4. §. Si aversione, de peric. & com. rei vend.* Stracch. *sup. tit. de assicurat. num. 8.* Parlador. *diff. 77.*

7 Solet evenire, ut venditio aversione contracta videatur, quæ verè reducitur ad mensuram, ut si emanantur decem dolia vini certa absque amphorarum quantitate, ad rationem aureorum viginti; nam si ex consuetudine quodlibet dolium certæ mensuræ esse deberet, ut in Hispalensi provincia ubi viginti quinque amphoras capit, si minus, aut plus invenitur (nisi exiguus sit excessus) resarciendum erit, aucto, vel diminuto pretio; nam contrahentes in pretii constitutione ad consuetam mensuram se retulere, etsi nihil expresserunt. Faciunt lex *Semper 35. de reg. jur.* lex *Si fundus 6. de evict.* caput *Cæterum 3. de donat.* consuetudo namque contractuum est interpres, Stracch. de *naut. fan. part. 3. num. 9.* Barbosa *collect. cap. Cùm dilectus, num. 8. de consuetud.*

Ad Num. 3.

8 Adjicitur exemplar venditionis ad mensuram, cum actus ab illa sumit exordium, v. g. *Vendo decem jugera ex prædio Mæviano:* aut, *Vendo viginti amphoras ex illo dolio:* quod, nemine discrepante, admittunt Greg. Lop. *in d. l. 24. gloss. 2.* Molin. *num. 4.* Mantic. *d. tit. 17. num. 14.* Sola *sup. num. 18.* Pinel. *num. 5.* Trentacinq. *num. 7.* Cagnol. *num. 178.* Tusch. *num. 30.* Barbosa *in collect. ad cap. Per tuas, num. 6. de donat.* Quod procedit etsi unicum assignetur pretium, non per jugera aut amphoras distributum. In emptione hac id solum venit, quod verbis comprehensum est: quare si plura in fundo existent jugera, aut in dolio amphoræ plures, permanent venditoris, nec tenetur ea emptori præstare, etiam

etiam aucto pretio, nisi modicus reperiatu
excessus, ut notant præfati DD. præfertim
Sola sup. Boër. decis. 50. num. 9. qui decis. 46.
num. 4. tenet, quod si dividendus sit fundus
inter emptorem, ac venditorem, servari de-
bet æqualitas quoad qualitatem, si alia jura
existant aliis uberiora. Discrimina inter
venditionem ad corpus, & ad mensuram, re-
censet Hermosil. in addit. ad gloss. 2. ex nu. 4.
l. 24. tit. 5. ac ex dicendis patefient.

Verf. Quarta species.

9 Alia formula venditionis expenditur, cum
scilicet initium est à corpore, interponitur
mensura, & adduntur confinia, in hunc mo-
dum: *Vendo fundum duodecim jugerum his li-
mitibus circumscriptum.* Quam conventionem
nonnulli ad mensuram existimant, differen-
tiam in eo constituentes, quod confinia post
mensuram collocentur. Ita Pinel. in l. 2. part.
3. cap. 2. num. 5. Cagnol. numer. 182. Boër.
decis. 50. num. 5. & alii apud Hermosil. ubi
proximè, num. 23. Verùm hujusmodi vendi-
tionem ad corpus esse sentiunt, & rectius,
cum D. Covar. Molin. ubi proximè, Mantic.
d. tit. 17. nu. 16. Trentacinq. dict. conclus. 5.
nu. 7. verf. Quartus & ultimus, cum seqq. Surd.
decis. 64. num. 5. Hermosill. num. 24.

Verf. Hæc verò.

10 Quoties ex verbis voluntas contrahentium
non constat, ad conjecturas accedere opus est.
Pinel. sup. num. 9. Hermosil. num. 18. & alii
laudati sup. num. 4. In primis ad pretii quan-
tatem attendere oportet, & in dubiis quod
magis æquitati consonum videatur, amplecti
debet: emptoris verò causa in ambiguis po-
rior habetur, l. Veteribus 40. de pact. ubi Gloss.
& DD. Fab. in ration. ad eam leg. 2. tit. 33.
P. 7.

Verf. Quintus casus.

11 Hæc conventio, *Vendo fundum decem jüge-
rum*, ubi in eadem oratione cum corpore men-
suræ sit mentio, ad mensuram facta quibus-
dam videtur, quos refert Surd. decis. 64. num. 2.
Aliis verò ad corpus: utrumque verum potest
esse sub distinctione à D. Covar. hic tradita;
nam si de quo fundo actum est, latitet, erit
ad mensuram contractus, nec ad corpus con-
trahere possibile est, nisi de certa specie con-
venerit: at si ex limitum, aut nominis ex-
pressionem, vel alias ostendatur fundus qui di-
strahitur, venditio ad corpus erit judicanda,
ut tenent, rejecta differentia, an in eadem,
vel diversa oratione mensura inferatur, Surd.
sup. in fin. princ. Molin. d. tract. 2. disp. 367.
numer. 4. Greg. Lop. in l. 56. gloss. 3. tit. 18.
p. 3. Pinel. sup. num. 6. Afflict. decis. 68. nu. 2.
Mantic. d. tit. 17. num. 17. Hermosil. num. 25.
Stracch. de mercat. tit. de navib. part. 3. nu. 6.
Trentac. d. resol. 5. nu. 7. verf. Secundus casus,
Boër. decis. 50. num. 6. Sola sup. num. 14.

12 Sed si quis partem prædii expressis limiti-
bus decem jugerum vendat, contractus cen-
sebitur ad mensuram; quia de corpore certo,
quod venditur, non apparet, etsi à re inci-
piat conventio. Trentacinq. ubi proximè, verf.

Tertius casus, & verf. Quartus & ultimus.
Sola num. 17.

Ad Num. 4.

Refutat D. Covar. sup. verf. Quintus casus, 13
opinionem distinguendum an mensuræ in ea-
dem vel diversa oratione mentio fiat: nunc
distinctionem eandem; quam in principali re
vendita improbat in accessorie distractis admit-
tit cum Paulo Castrensi, ita ut si unica ora-
tione corpus & mensura exprimentur, ad men-
suram; si in diversa, ad corpus conventio
censeatur, quod sequutus retulit Molin. d.
disp. 367. Tusch. lit. V, concl. 48. num. 27. At
Cujac. in l. 26. in fin. de act. empt. expressim
eam Castrensis differentiam rejicit omninò vi-
dendus pro interpretatione legis *Si venditor* 38.
legis penultimæ, §. fin. de act. empt. ubi &
alia jura ad rem conducentia expositione illu-
stravit. Faber similiter in ration. ad d. l. *Si
venditor*, omninò Castrensis fundamentum
evertit, docens ibi venditionem peculii ad cor-
pus celebratam, quare emptori præstandum
quicquid in illo reperiatu, etiam ultra decem,
non vi illius clausulæ, *Nec quicquam ademptu-
rum*, prout Cujacio placet; sed ex natura
contractus. Unde aperte sentit, quod cum à
corpore inchoatur cum mensuræ expressione in
eadem oratione, contrahitur ad corpus, alio-
qui non deberentur emptori, nisi decem,
quamquam plus in peculio foret. Sed Cui-
cius purat, peculium ad mensuram distractum,
idè nisi pactio intercederet de non detrahendo
quid de peculio (per quam totum alienari
constitit,) duntaxat decem præstarentur, non
quia in eadem oratione peculii quantitas fuit
adjecta, ut assererat Castrensis; sed quoniam
peculium non est corpus certum, & in quan-
titate consistit, quam pro libito dominus di-
minuit, vel auget: sic vendens peculium
decem, videtur cætera quæ supersunt adime-
re, sibi que retinere: quod pacto non ad-
mendi, in d. l. *Si venditor*, Consultus exclu-
dit, qua ratione integrum peculium, etsi de-
cem excedat, debetur emptori: qui est ve-
rus ac observandus intellectus ad eam deci-
sionem, quæ ita accepta minimè Castrensi
patrocinatur, & multò minus si ex Fabro
interpretetur, nec ulla ratio diversitatis,
quam tradit reddi potest, ut aliud accesso-
rio, & aliud in principali vendito respondeat.

Ad Num. 5.

In venditione ad mensuram quoad juris ef- 14
fectus idem est unicum pretium constitui pro
omnibus doliis, vel jugeribus, quæ emun-
tur, vel illud in singula separatim assignare,
nam per intellectum quantitas distribuitur.
At cum à corpore incipit contractus, & pre-
tium dividitur pro rebus sub illo contentis,
veluti si quis venderet fundum viginti jüge-
rum decem aureis in singula, hæc pretii di-
stributio tanti habetur momenti, ut ad men-
suram videatur conventio, quæ si unico pre-
tium fieret, proculdubio corpus censeretur.
Tamen venditor nequivit aliquid de fundo re-
servare quamvis plura agrimenfor inveniat,
sed cuncta emptori cedent aucto pretio pro
rata. Vide Molin. sup. num. 5. & 6. Hermosil.
in

in d. l. 24. gloss. 2. num. 24. tit. 5. p. 5. Trentacinq. d. resol. 5. num. 7. vers. Hæc conclusio. Surd. decis. 257. num. 4. Sola sup. num. 26. & 18. & alii apud Hermosil. num. 19.

Ad Num. 6.

- 15 Quicquid dicitur de re mobili vendita ad mensuram quoad periculum, quod est venditoris, ac perfectionem contractus, pariter in immobilibus obtinet, quod planè colligitur ex jam laudatis, qui in alienatione fundi exempla perhibent, & observant. *Gutier. de gabell. q. 79. num. 4. & pract. lib. 5. q. 95. nu. 16. Boër. decis. 183. numer. 8. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 4. tit. 17. num. 2. Laffart. de decim. vend. cap. 5. num. 28. Hermosil. in dict. l. 24. gloss. 1. num. 3. Vide infra, num. 36.*
- 16 Vendita ad mensuram re mobili, vel immobili, antequam mensura adhibeatur, à contractu resilire non permittitur contrahentibus, & interim periculum ad venditorem spectat, *l. 24. tit. 5. p. 5. ubi Gregor. Lop. gloss. 2. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 32. Molin. disp. 366. num. 5. Trentacinq. d. resol. 5. num. 3. Gutier. d. q. 79. numer. 6. Fab. in ration. ad l. Quod sepe, §. In his, de contr. empt. & in l. Julianus, §. Si Titius, de act. empt. Pichard. in §. Cum autem, num. 13. Inst. de empt. & vend. & alii plures apud Hermosil. in d. l. 24. gloss. 1. num. 1. Ideo periculum sustinet venditor, quia contractus censetur sub conditione, si res mensuretur, quam ipse habet, & in ipsius potestate est, ut adimpleatur, ac quamdiu differt, constituitur in mora. Nec imputari potest, (ut in venditione pura,) emptori cur pretium non offert, juxta legem *Julianus 14. §. Offerri, de act. empt. cum ante mentionem incertum sit, quantum præstare teneatur. Faber. in d. §. In his. Molin. disp. 366. num. 18. in fin.**
- 17 Unde si emptor interpellatus ad metiendum, non comparuerit, aut ad diem præscriptam non venerit, ex tunc rei ventitæ ob moram periculum subibit. *Molin. num. 9. Gutier. d. q. 75. num. 14. Ant. Gom. d. cap. 2. num. 32. Capic. decis. 14. num. 18.*
- 18 Veditio ad mensuram est imperfecta, quasi sub conditione mensurationis contracta. *Trentacinq. num. 1. Farin. decis. 688. num. 2. Mantic. de tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 17. num. 6. & 7. Afflict. decis. 399. num. 4. Surd. decis. 67. num. 12. Fab. ubi proximè. Pinel. in l. 2. part. 3. cap. 2. num. 7. Laffart. num. 26. Gutier. de gabell. q. 79. num. 3. Nihilominus contrahentes à conventionem recedere nequeunt. Larrea decis. 11. num. 11. Laffart. num. 29. Trentac. num. 2. Gutier. ubi proximè, num. 7. & d. q. 95. num. 15.*
- 19 Hinc provenit, ut si quis gabellæ reperiatur exactor sub contractus tempus, & aliter cum res metitur, non huic, sed illi solvi debeat. *Gutier. d. q. 79. numer. 5. Hermosil. d. gloss. 2. num. 8. Laffart. num. 30. Inde etiam est, ut si diversum sit pretium ex statuto tempore contractus, ac mensuræ, debebitur quod currebat cum contrahebatur. Larrea d. Granat. decis. 11. num. 12. Trentacinq. cum multis d. resol. 5. in fin.*

Ibi : Quæ quidem conclusio.

Si rem ad mensuram distractam, antequam 20 metiatur, emptor accipiat, periculum ad eum spectat. *Molin. disp. 366. num. 5. Trentacinq. num. 4. Larrea ubi proximè. Gutier. d. q. 95. num. 16. Mantic. num. 6. Hermosil. cum aliis d. gloss. 1. num. 4. ubi aliter sentientes refert. Sed si per constitutum facta interveniat traditio, adhuc periculum permanet vendentis. Gutier. ubi proximè, num. 17. Mantic. num. 3. Capic. sup. num. 8. Gratian. disceptat. c. 368. nu. 28. de quo fuse Ursil. ad Afflict. decis. 380. Utriusque resolutionis ratio nititur præmissis sup. nu. 16. nam periculum sequitur habentem in potestate rem mensurandam, cui mensuratio ut fiat, incumbit sollicitudo.*

Si intervenit pactum, ut res metiatur, non 21 assignato tempore, intra sexaginta dies mensura est adhibenda: ubi verò de mensura nihil actum est, jus mensurandi triginta annos permanet, *l. Quod si nolit. 31. §. Si quid inâ, de adilit. edict. Cagnol. in l. 1. nu. 191. C. de resc. vend. Trentacinq. num. 8. Sola ad Constit. Sabaud. tit. de censuum solut. gloss. un. part. 1. num. 28. Hermosil. cum aliis d. gloss. 2. nu. 51. Ex possessione emptoris per longum tempus mentionem factam præsumi, scripsit Theaur. decis. 185. sed negativam opinionem probat Gratian. sup. cap. 318. d. num. 31.*

Communis fert, mensurationis expensas ab 22 utroque contrahente solvendas esse per legem 4. §. Sed etsi mensor, fin. regund. Hermosil. ex pluribus numer. 47. Impugnat non immeritò *Sola sup. d. numer. 20. qui de forma mensurandi agit num. 22. 23. ac fultus Hermosil. ex nu. 40. ubi quid si alia servetur loco contractus, & traditionis ac mensurationis alia? Et receptus apparet, non hac, sed illa utendum. Sed pro adversariis, quos idem congeffit Hermosilla, facit lex Contraxisse 21. de obligat. & action. Præterea verisimile non est, id actum, ut mensurâ loci contractus metiretur vinum, vel oleum alibi tradendum: quapropter ita in concordiam redigi possent oppositæ sententiæ, ut prior vera habeatur quoties casu citra pactionem res vendita non in loco contractus traditur; tunc enim contrahentes de mensura alia cogitare nequibant, cessatque & textus adducti decisio, & ratio expensa. Posteriori locus erit, cum in diversum locum destinatur traditio. Hæc de mobilibus, nam quoad immobilia loci mensuram, ubi sita sunt, servandam esse plerisque placet, ut constat ex laudatis per Hermosillam.*

Ad Num. 7.

Licet corpus totum veniat in venditione, 23 veluti dolium vini, ad rationem certi pretii pro singulis amphoris, periculum est venditoris, donec res mensuretur; nam etsi à corpore incipiat contractus, ad mensuram tamen censetur celebratus, ut ex mox dicendis patebit. Unde Baldi sententia distinguuntis, utrum totum dolium, vel amphoræ vendantur ex illo quoad periculum, à cunctis rejicitur. *Molin. disp. 366. num. 5. Gutier. de gabell. quæst. 79. num. 9. Afflict. decis. 399. num. 6. Hermosil. num. 27. ubi pro utraque opinione cumulat Interpretes, Laffart. sup. ex num. 22. qui nu. 23. capit*

capit D. Covar. *hic*, quasi non callentem Bal-
di mentem; ille enim constituit discrimen inter
hæc, *Vendo dolium vini: & Vendo viginti am-
phoras vini ex eo dolio; & sic ab omnibus præ-
allegatis refertur. At D. Covar. ponit differen-
tiam ex Baldo in eo quod dicatur, totum dolium,
vel Dolium vendo: quæ quidem nullo modo
differunt; quando enim adjicitur pretium uni-
cum, erit venditio ad corpus; si ditribuatur
per amphoras, ad mensuram. Fab. in ration.
d. l. 1. de act. empt.*

Verf. Decimò ex his infertur.

24 Licet, ut ex præmissis constat, diversi
admodum sint effectus venditionis ad corpus,
vel ad mensuram; evenit tamen aliquando,
ut idem contractus partim ad mensuram, &
partim ad corpus censeatur initus, ut si quis
dixerit, *Vendo fundum Titianum his limitibus tri-
ginta jugerum pro decem nummis in singula. Ex
qua conventionem quicquid intra confinia demon-
strata reperitur, venditor tradere tenetur, aucto
pro rata pretio, etsi plura jugera supersint supra
triginta, quod proprium est venditionis ad cor-
pus. Rursus periculum fundi ante mensuratio-
nem sustinet venditor, ut in venditione ad men-
suram contingit, l. 24. titul. 5. p. 5. l. Quod
sape 35. §. In his, de act. empt. Nec mirum,
ut contrarii effectus ex placito contrahentium
jungantur, cum ex conventionem partium con-
tractus omnes legem accipere dignoscantur,
l. Contractus 24. de reg. jur. secundum quæ ven-
ditio, de qua agitur, quoad quid ad corpus
dici poterit, ad mensuram intelligi & appel-
lari debet. Molin. disp. 367. num. 6. Cagnol.
sup. num. 186. verf. Sed non est. Hermosil. num.
29. nam ut ex Saliceto tradit Cagn. num. 178.
attendere oportet, an à totalitate rei, vel à
mensura pretium formetur. Hinc communi-
ter placet, ut quoties pretium distributivè af-
signatur pro jugeribus singulis, aut amphoris
venditio sit ad mensuram, sive ab illa, sive
à corpore contractus inchoetur. Molin. num.
2. 5. Pinel. num. 4. Trentac. d. resol. 5. num.
7. verf. Quartus & ultimus, Surd. decis. 64.
num. 12. Anton. Gom. d. cap. 2. num. 16.
Aff. & decis. 68. num. 1. 2. Farinac. de-
cis. 688. num. 2. Gratian. sup. cap. 318.
num. 3.*

25 Diximus, venditione comprehendi ultra
modum expressum, quod continet corpus de-
monstratum, supplente emptore pretium; sed
ita accipi debet, si voluerit is ad cujus favo-
rem ita constitutum; ipse namque eligere po-
terit, vel quantitatem dictam duntaxat perci-
pere, vel prorsus à contractu resilire. Surd.
decis. 64. n. 18. Molin. dict. disput. 367. num.
11. Nec urget argumentum à correlativis, ut
sicut venditor cogitur expressum tradere, ita
& emptor pretium augere, juxta legem l. C.
de cupress. lib. 11. l. fin. de acceptilat. Barbo-
sa axiom. 61. non enim procedit, data ra-
tionis disparitate, Barbosa d. axiom. 61.
in fin. Everardus, in topic. loc. à correlativ.
Emptor namque nullum patitur incommo-
dum ex majori numero reperto; imò lu-
crum plus est pretii nomine recepturus, cui
imputandum cur minorem dixerit modum,
cum sciret, aut scire deberet rei suæ fami-
liaris vires, ac merita, l. quisquis 15. C.
de rescin. vendit. Emptor autem vendentis
D. de Faria Covar. Enucl.

fidem sequutus, detrimentum patitur, si
cogatur pecuniam quærere usuris, aut di-
stractione rerum suarum, ad pretii aug-
mentum exsolvendum, aut socium, seu
vicinum prædii habere, quod si sciret, for-
tè non emisset. Alias fraudi via daretur,
venditores namque conscii, ut facilius ad rei
emptionem inducerent, velint, nolint to-
tius fundi jugerum præstaturos, cui obviam
ire oportet, argumento legis *In fundo 39. de
rei vendic.*

Hæc ita temperanda sunt, ut si exces-
sus sit modicus, aut incommodum emptoris
nullum, aut parvum, nequeat à conven-
tis resilire, sed cogatur pro excessu pretium
pendere, vel jugera ad numerum expressum
accipere; de minimis enim non est cura, ut
D. Covar. statim docebit: nec delicatus em-
ptor audiendus, l. Servos 25. de pignor. action.
in quo judicis arbitrio locus erit.

Verf. Undecimò, statim.

Si ex fundo Titiano decem jugera ve-
nudentur, etsi plura intra ejus limites repe-
riantur, nullum jus emptori competit ad
illa, etiam oblato pro excessu pretio, exi-
genda; hic etiam peculiaris est effectus ven-
ditionis ad mensuram. Molin. disp. 567. num.
5. Trentacinq. sup. num. 7. verf. Primus est,
Cagnol. num. 185. Boër. decis. 50. num. 5.
Pinell. num. 7. & 18. Surd. decis. 64. num.
1. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. ampli-
at. 10. num. 110. Stracch. de mercat. tractat. de
naut. fen. part. 3. num. 6. Mant. de tacit.
& ambig. conv. lib. 4. tit. 17. num. 18. Her-
mosil. cum aliis num. 30. dictum est sup.
num. 18. ubi limitatur, nisi quod superest,
exiguum sit, quod venditor, pretio accep-
to, tradere ex æquitate tenebitur: nec de
minimis curandum, l. Si oleum 10. §. ult.
de dol. l. Res bona fide 54. de contr. empt.
Surd. sup. num. 6. Sola ac Boërius laudati d.
num. 8.

*Ibi: Id verò quod deficiat
mensuram.*

Si de jugeribus venditis deficiant aliqua, 28
pro rata de pretio detrahitur. Molin. num. 2.
Boër. num. 2. Scacc. ubi proximè, Hermosil.
num. 14. Cagnol. num. 190. cui probat, ex-
empto actionem dari ad pretii partem, non
ad interesse, nisi dolo venditor majorem quan-
tatem expresserit. Cujac. in l. Si duorum, de
act. empt. observat ex Paulo Sentent. l. b. 1. tit.
8. & lib. 2. tit. 16. venditorem, qui fraudu-
lenter majorem modum dixerit, in duplum te-
neri pro eo quod dixi.

*Ibi: Attamen si venditio fiat ad
corpus.*

Aliud est vendere ad mensuram, de quo 29
actum hucusque, & aliud modum dicere in
venditione ad corpus; nam etsi mensuratio
desideretur, ut constet, an tot jugera in fun-
do, aut tot amphoræ sint in dolio; vendi-
tio tamen est perfecta statim, & periculum
transit ad emptorem antequam res menatur;
& venditor tenetur, si minus reperitur
quàm dictum, l. 2. de action. empt. ubi Cujac.
E repetit,

repetit, quod in d. l. Si duorum, dixerat de duplo ob fraudem præstando. Fab. in ration. add. l. 2. Sed si plura existant, cedunt emptori, d. l. Si duorum, de quibus Molin. num. 3. & 7. Cagnol. num. 180. 185. 190. Boër. num. 6. Pinell. num. 9. Surd. ubi proximè, Anton. Gom. d. cap. 2. num. 16. qui, Boër. Cagnol. & alii apud Pinell. num. 8. sentiunt vendentem ad corpus, ad pretii partis restitutionem non astringi propter defectum jugerum, quæ in venditione fundi expressit. Sed aliter cum D. Covar. ac communi tenendum, nisi venditor jugera memoraret accidentaliter, non ad pretium constituendum, ut ait Molin. dict. num. 3. aut leviter, secundum Fulgosium, quem refert Pinell. num. 10. Neque enim verba, quæ jactantur, obligationem inducunt; sed quæ ita proferuntur, ut præstentur, l. Sciendum 19. §. Dictum, ibi: Ea autem sola dicta, sive promissa admittenda sunt, quæcumque sic dicuntur, ut præstentur; non ut jactentur, ff. de edilit. edict.

Ad Num. 8.

30 Si in venditione ad corpus, cum, scilicet unicum intervenit pretium, non per jugera, aut amphoras divisum, plura numerentur, quam dicta, omnia emptoris lucro cedunt absque pretii supplemento. Mantic. d. tit. 17. num. 18. Sola sup. num. 16. vers. Sicut, Trentacinq. d. resol. 5. num. 7. vers. Hæc conclusio, Anton. Gom. ubi proximè, Surd. decis. 64. num. 14. Boër. ubi sup. Cagnol. num. 186. Fachin. controvers. lib. 2. cap. 27. ad fin. vers. Sed posterior, Faber in ration. ad l. Si duorum, de act. empt. Cujac. lib. 2. quæstion. Pauli ad d. l. Si duorum. At adversus communem sentit Pinel. in l. 2. part. 3. cap. 2. num. 9. C. de rescind. vend. & Molin. d. disput. 367. num. 11. qui docuit, in utroque foro astringendum emptorem ad augendum pretium pro jugeribus, quæ ultra modum ductum invenit, nisi modicus sit excessus. Quoad conscientie judicium scimus, quoties læsio intercesserit, etiam intra dimidiam justii pretii, teneri emptorem ad augmentum illius, quantum bona fide putet convenientam quantitatem esse veram rei emptæ æstimationem, si postea aliud sibi constiterit, nisi materie parvitate excusetur, sicut ex pluribus diximus sup. variar. lib. 2. cap. 4. à num. 56. Unde si prædium, mensuratione adhibita apparuit quatuordecim jugerum, quod decem capere credebatur, & juxta æstimationem istam de pretio convenit, injustitia contractus dignoscitur, quæ aucto per emptorem pretio, debet rescindi.

31 In externo autem foro nulla actio venditori competere videtur, ut vult communis, quia nihil tradidit ultra id, quod convenit, totum scilicet prædium recepit, in quo nihil interest quot jugera reperiantur, modò intra limites præscriptos existant: nec numerum jugerum exprimere ad contractus substantiam spectat, à quibus pretium non formatur, sed à totalitate rei; expressioque quantitatis rei habetur ut accidens, cum absque illa venditio eodem modo perfecta subsisteret. Placuit tamen quod alleveratio venditoris ipsum astringeret ad præstandum quod expressit, ne de-

ciperetur emptor, si minorem modum per mensuram inveniret, l. 2. Si venditor 38. l. Si duorum 43. de act. empt. Hoc, quod in favorem emptoris jus induxit, non debet in eundem retorqueri, l. Quod favore 6. C. de legib. c. Quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6. ut propter mentionem jugerum idem teneatur ad supplendum pretium, ad quod alias minimè teneretur, qui quidem plus accepit, quam dictum, non plus quam emptum, cum corpus totum emisset. Præterea dum venditor affirmat decem jugera fundo contineri, non inficiatur plura in eo reperiri posse. Vide Fabr. in ration. ad præcitas leges, & Cujac. ibidem, sub titul. de action. empt. & lib. 2. quæst. Pauli ad d. l. Si duorum. Nec audiendus venditor si se deceptum queratur, quod sibi imputari debet, non emptori, ut advertit Faber in d. l. Si venditor. Hæc pro D. Covar. & omnium opinione, quæ limitanda venit, si læsio ultra dimidiam ex excessu jugerum resultet; non enim denegandum emptori auxilium legis 2. C. de resc. venditor. Sola ubi sup. num. 17. Pinel. ubi proximè. Sed si cui Molinæ sententia propter æquitatem placuerit, advertere oportet notata sup. num. 25.

Ibi: Quod si pretium sit pro singulis.

Quoties pretium assignatur pro unaquaque 32 amphora, quamquam totum dolium vendatur, expresso numero, quicquid plus, vel minus ex mensuratione apparuerit, pretio pro rata addi vel detrahi debet, ut si dolium viginti amphorarum vendatur aureis quadraginta duobus in singulas. In hac enim venditione, cum ad mensuram censeatur, etsi sonet ad corpus, sicut prædiximus num. 24. quid mirum si pretium omnino pro ratione mensuræ exsolvatur? Sic tenent Molin. disp. 366. num. 6. & disp. 367. num. 6. Cagnol. num. 186. Anton. Gom. ubi nuper. Surd. num. 12. Hermol. d. gloss. 2. num. 12. & alii laudati num. 24. in fin.

Vers. Decimotertiò ex prænotatis.

Ut læsus in pretio agere possit, necesse 33 est ut damnum justii pretii dimidiam excedat; tam ex parte venditoris, quam emptoris, cap. Cum dilecti 3. cap. Cum causa 6. de empt. & vend. l. 56. tit. 5. p. 5. l. 2. C. de rescind. vend. Vide Barbof. in collect. ad d. cap. Cum dilecti, & ad d. l. 2. ac Hermos. in d. l. 56. gloss. 4. & notata variar. lib. 2. cap. 3. num. 16. Quod si læsio in quantitate, vel qualitate rei venditæ contingat, etiam intra justii pretii dimidiam, ex empto dicto datur, l. 2. l. Si in qualitate 23. l. Si duorum 43. de action. empt. Barbof. in collect. ad cap. Per tuas, num. 7. de donat. Cujac. in d. l. Si in qualitate, & alii plures apud Barbof. in addit. ad d. l. 56. gloss. 9. num. 4. 5. & prænotavi d. cap. 4. num. 17. Idem juris erit, si venditor decipiatur in pretio convento, scilicet in qualitate, vel quantitate monetæ; nam aget pro quavis læsione, etiam nimia, ut suppleatur.

Ibi:

Ibi: Quod si mensor falsum modum.

84 Consule Fab. in ration. ad l. 1. & seqq. ff. si mensor fals. mod. dixer. Cujac. lib. 25. Pauli ad edict. ad l. 2. & 4. eod. tit. Ex quibus notandum, actionem in mensorem competere subdiariam, si is qui ex falsa renuntiatione lucrum percepit, solvendo non sit, l. Si duobus 6. §. 1. eod. tit. quæ perpetuò durat, l. Hæc actio 7. non tamen in hæredem mensoris conceditur, d. l. 6. in fin. quod ita accipiendum, ut Cujacius ibidem distinxit. Jus verè repetendæ mensurationis anni lapsu expirat, l. Qui gravatos 5. C. de censib. & consistor. lib. II. Hermos. ex aliis in d. l. 24. gloss. 2. num. 52. de quo cogitandum; nam cum actio perpetua sit, restringenda non est repetitio mensurationis, per quam falsitas modi dicti probetur, & præcitata lex in dissimili versatur specie.

Ad Num. 9.

35 De intellectu legis Julianus, §. Titius, de æ. empt. videndi Fab. in ration. Pinel. d. cap. 2. num. 10. Molin. disp. 367. num. 10. Cagnol. in l. 2. num. 176. C. de resc. vend. Trentac. variar. lib. 3. titul. de empt. resol. 5. num. 6. Pichard. in §. Cum autem, num. 13. Instit. de empt. & vendit. Cujac. in d. §. Si Titius. Constat igitur venditionem ad corpus fuisse celebratam, ideò quod per alluvionem accrevit fundo, ad emptorem attinebat: æquitate tamen suadente placuit id fluminis beneficium prodesse potius venditori bonæ fidei de damno vitando agenti, quam emptori lucrum captaturo, ut ait Cujacius. Sed opponi videtur lex Qui fundum 45. de eviccion. ubi eadem ratio æquitatis apparet, & aliud deciditur: at diversitas casuum in obscuro non est; nam in §. Si Titius, nihil emptori deest de corpore empto, imò id auctum recipit: at verò in l. qui fundum, licet numerus jugerum dictus tradatur, ad quod ibi venditionem esse contractam non ambigitur.

Ad Num. 10.

36 Legas Fab. in ration. pro interpretatione legis, Si in venditione 10. §. 1. de peric. & commod. rei vend. ubi singulariter distinguit res immobiles à mobilibus pendere, numero, vel mensura consistentibus, quando ad mensuram venduntur, ut in his donec mensurentur, periculum sit venditoris; in illis emptoris, nisi culpâ venditoris perierint, aut deteriorer fierent; tunc enim emptor ad interesse agere permittitur, lib. 1. §. Sed & custodiam, eodem titul. Faber igitur tenet in d. §. 1. fundum fuisse venditum ad mensuram, & periculum ad emptorem ante mensuram adhibitam spectare; unde quod casu perit, ipsius credere damno, qui integrum pretium exsolvere compelletur. Quæ interpretatio adversatur sententiæ communi, cujus meminit D. Covar. supra num. 6. ubi docuit nullum inter mobilia & immobilia quoad periculum, & perfectionem contractus ad mensuram reperiri discrimen, leg. sup. num. 15.
D. de Faria Covar. Enucle.

Ibi: Sed etsi textus in d. §. 1.

Traditur alius intellectus ad d. §. 1. ut 37 scilicet procedat in venditione ad mensuram, in qua ubi res fortuito perit, aut deterior fit, venditor integrum pretium exigit, nullaque actio emptori competit ad interesse, nam quod vulgò dicitur, periculum ante mensuram venditoris esse, subaudi debet si culpâ ipsius res vendita detrimentum patiatur, quo casu emptori ad interesse præstatur actio, d. lib. 1. §. Sed & custodiam. Sic in d. §. 1. quia fundi pars alluvione periit, emptori denegatur jus in venditorem agendi, licet pretium conventum persolvat.

Hæc interpretatio à præcedente Fabri in 38 eo differt duntaxat, quod generaliter admittit quod ille in immobilibus tantum: sed utraque pugnat contra mentem omnium, quos legerim, quia dum dicimus, periculum ad venditoris detrimentum cedere, non desideramus aliquam hujus culpam intervenire, cum sit de contractus natura (per eam rationem, quæ à me ex ipso Fabro redditur supra numero 16. & in re mobili, ac immobili pariformiter militat,) vendentis periculum fore, si res intereat ante mensuram, etsi omnis culpæ existat expers ad hoc ut pretium exigere nequeat: constat ex lib. Si per emptorem 5. de pericul. & commod. rei vend. juncta Glossa ultima in lib. 2. C. eod. titul. lib. 24. titul. 5. pag. 5. in quibus & aliis juribus nullum adest verbum de culpa, aut negligentia venditoris, quæ in specie dictæ legis 2. reperiri non potuit, quid enim imputabitur venditori, quod vinum acuerit? Attamen, nisi per emptorem stetisset, ne metiretur ad illum deteriorationis periculum spectare constituitur. Alioqui si extinctio, aut deterioratio rei venditæ ad mensuram, casu contingens, ante illam non foret vendentis, nullum daretur discrimen inter contractus ad corpus & ad mensuram celebratos, cum in illis, quanquam periculum ad emptorem pertineat, si intercedat mora in tradendo, aut culpa venditoris interveniat, ipse periculum sustinet, libro 23. libro 27. titul. 5. pag. 5. §. Cum autem Institut. de empt. & vend. Barbosa cum aliis in collect. ad lib. 1. num. 18. & 24. C. de peric. & commod. rei vend.

Non urget dicta lex 1. §. Sed & custodiam: 39 lex 2. §. Custod. cum l. seq. de peric. & commod. rei vend. quibus deciditur, venditorem ante mensuram ad custodiam rei teneri; nam si sibi perit, ut qui ab eo exigitur custodia? Sed dicendum est, ideò exigi, quia alias conveniri poterit ad interesse per emptorem, cui non impleto contractu per traditionem, duplex jux competit, vel ad pretii repetitionem aut retentionem, vel ad interesse, si res casu extinguitur ante mensuram, sibi pretium reservat; si culpâ vendentis, quantum sua interest consequitur. Quapropter Ulpianus, Cælius, & Paulus custodiam venditoris postulant, ne ad interesse damnetur, non pretio careat.

Quibus rejectis, mens Consulti l. Si in venditione, §. 1. ea est, ut si fundus ad mensuram distrahatur, & priusquam mensuretur, ex parte intereat, emptor ad interesse agere nequeat, quia venditori culpa imputanda non est de

E 2

dam-

damno, quod fortuito casu evenit, pretium vero non cogitur pendere, quia periculum fundi ad venditorem spectabat.

Ibi: *Raphaël tamen Fulgosius.*

41 Hic Fulgosii intellectus non videtur probabilitate carere, licet Consultus insinuet ad mensuram fundum venditum illis verbis: *Cum prius quam mensura fieret.* Sed si ille verus censetur, in comperto est, emptori ita partem prædii perire, ut integrè quantitatem pro toto fundo conventam debeat solvere; nam quoties, ut Fulgosius vult, quid ad corpus venditur, etiam dicto modo jugerum, aut numero amphorarum, statim perficitur contractus, periculumque ad emptorem pertinet ante mensuram, quæ non desideratur pro venditionis perfectione, sed ad dignoscendum, an deceptus sit emptor, si minus inveniatur quam dictum, ut agere adversus venditorem possit, d. l. 2. de *act. empt.*

Verf. *Hæc denique.*

42 Quamvis quæ de venditionis contractu traduntur, ad legata, donationes, privilegia, & alia possunt deservire, non tamen per omnia de contractibus ad ultimas voluntates, ac donationes procedit argumentum, ut observat Pinel. in l. 2. part. 3. capite 2. numero 15. Strach. de mercat. titul. de navib. part. 3. numero 6. & 12.

S U M M A R I U M.

- 1 Rex nequit inferiori domino talem conferre jurisdictionem, ut ab hoc non liceat vassallis provocare, aut per querelam regula subsidium implorare, & quare.
- 2 Ab Ecclesiasticis fungentibus temporali jurisdictione in Hispania, non ad superiorem Ecclesiasticam, sed ad Regem, seu ad Regia Prætoria provocatur.
- 3 Ampliatur, etsi uterque litigator consentiat.
- 4 Quo remedio utendum: si ille Ecclesiasticus appellationem non detulerit.
- 5 In omnibus se gerere debet ut laicus quoad temporalem jurisdictionem.
- 6 Sede vacante per Prælatum, qui præerat jurisdictioni temporali, hæc per Magistratus sæculares Regis jussu exercetur.
- 7 Ecclesiasticus ratione jurisdictionis temporalis, qua fungitur propriè, ac strictè vassallus Principis sæcularis censetur, etsi aliis illi non foret subditus, & num. 8.
- 9 Caput Romana, §. Debet de appell. in 6. intelligitur, & num. 10.
- 11 Omnis jurisdictione in Hispania sic ad Regem spectat, ut nulla sit populis, nisi ab illo concessa.
- 12 Populi quando, & quos Magistratus eligere possint, & num. 13. & 19.
- 14 Deficiente successore, cui legitime regnum

deferatur, electio Regis redit ad Magnates, & populum.

15 Mortuo Episcopo, sui Vicarii Generalis jurisdictione prorsus expirat.

16 Quid de Vicariis, seu Locumtenentibus Prætorum.

17 Quid de Magistratibus, quos Domini inferiores in propriis oppidis constituunt, cum hi decedunt.

20 Magistratibus unde salaria exhiberi debeant, & num. seq.

24 Rex ut omnis temporalis jurisdictionis absolutus dominus, de ea pro libito disponere valet.

25 Concessa per Principem inferiori jurisdictione cum mero & mixto imperio, an facultas cognoscendi de appellationibus intra territorium, translata censetur.

26 A iudicibus ordinariis per populum electis appellatur ad dominum ejus, & num. seq.

29 Jus cognoscendi de appellationis causis eodem modo acquiritur, ac jurisdictione quoad primam instantiam.

30 Jurisdictionem cognoscendi de appellationibus per substitutos exercere possunt Domini inferiores.

31 A iudice delegato Domini inferioris ad quem appellabitur, & num. 34. & 37.

32 A iudice subdelegato ad quem appellatur.

33 Ab Episcopi Vicario ad quem appellandum.

35 A delegato an provocetur ad delegatam.

36 A Vicario, seu Locumtenente Prætoris non appellatur ad istum.

38 Jure nostro Regis Regio ad Regem licet, omisso medio provocare.

39 Quid de Jure Canonico.

40 Quid de Jure Communi.

41 Ad Legatum de latere appellatur, omisso medio.

42 Appellatio, omisso medio, ubi non licet, nec ex partium consensu sustinetur.

43 Judex à quo tenetur semper deferre appellationi, omisso medio, & iudex ad quem, remittere causam ad tribunal, ad quod appellari debet, & quid jure communi.

44 Verbum Curia, multipliciter usurpatur.

45 De Regiis Prætoris Castellæ, eorumque institutione, remissive.

46 De multis cognoscitur in Cancellariis Indiarum, de quibus in Hispanis Prætoris cognoscere non licet.

47 Regia Hispaniæ Prætoria cur Cancellariæ nuncupentur, ac de Cancellarii dignitate.

C A P U T I V.

Ad Num. 1.

PRO hujus assertionis illustratione sufficiant prælibata supra capite 1. num. 149. & 153.

Ibi:

Ibi: *Et ideo impossibile quidem erit.*

Diximus *d. cap. 1. numero 106.* Leges Ordinamenti, quas hinc D. Covar. expendit, habentur in nova compilatione sic collocatæ, *lib. 1. titul. 1. lib. 1. titul. 15. lib. 4. Recop. lib. 1. tit. 10. lib. 5.*

Ibi: *Quapropter non poterit Rex.*

1 Consulas laudatos *d. numero 153.* Ratio potissima resolutionis videtur; nam Princeps dum supremam suscipit potestatem, oneribus illi annexis astringitur, *l. 1. ibi: Et, & in eum, de constit. Princ. juncta communi interpretatione, l. Secundum naturam 10. de reg. jur.* Cumque nihil ita Principatui cohæreat, ut subditos protegere, *cap. Regum officium, 23. quest. 5. lib. 2. ibi, Para ampararlos de fuerza, lib. 6. titul. 1. pag. 2. ad quod Rex jure divino, naturali, ac positivo tenetur, Salgad. de Reg. protect. part. 1. prelud. 3. ex num. 2. Avil. in cap. Præ. proem. verb. Regimiento, numero 2. Cæval. de cogn. per viam viol. gloss. 5. numero 27. quæ quidem protectio non versatur solum in depellendis hostium incurfibus, sed etiam in subveniendo subditis per injuriam potentium gravatis, l. 2. tit. 10. pag. 2. hæc cum ita sint, nequibit Princeps, nisi deposita regia dignitate, sese à principali eximere obligatione in præjudicium vassallorum, eos sic transferens in Dominum inferiorem, ut omnino aditus ad regale Auditorium præcludatur etsi iniquè ventur; quod jus subiectis tollere, nulli Majestati conceditur, ut asseruimus *sup. cap. 2. numero 24.* Inde provenit, ut licet Rex cætera regalia, quæ duntaxat commodum, vel auctoritatem dignitatis respiciunt, Proceribus soleat communicare, saltem ad vitam concedentis; jurisdictionem tamen prorsus independentem à superiori sua potestate nulli conferre, nec ad tempus valet, *l. 1. titul. 15. lib. 4. Recop. l. penult. titul. 15. pag. 2. l. 9. titul. 4. pag. 5. Avil. supra cap. 38. numero 8. Cabed. Lusit. decis. 40. numero 12. Avend. de exq. mand. cap. 5. numero 2. Antuñ. de donat. Reg. part. 2. libro 1. cap. 8. num. 16. & alii sup. cap. 1. num. 149.**

Ad Num. 2.

2 Quoties in Hispaniis Episcopus, vel alia Ecclesiastica persona temporali fungitur jurisdictione, ab eo est provocandum ad Regem seu suprema Auditoria, non ad Superiorem Ecclesiasticum, *l. 8. tit. 3. lib. 1. Recop. l. 9. tit. 4. part. 5. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. l. 3. cap. 25. num. 32. Cancer. variar. lib. 1. c. 12. ex nu. 88. Tondut. de prævent. judic. part. 1. cap. 29. num. 34. Antuñ. sup. part. 3. cap. 28. num. 103. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 96. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 2. d. num. 20. & lib. 3. cap. 15. num. 27. Paz in Praxi, tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 4. ad fin. Cur. Philip. part. 5. §. 1. num. 6. Azeved. in d. l. 8. Recop. & in l. 1. num. 41. tit. 1. lib. 4. Pichard. in Manuduct. part. 4. præcept. 8. num. 4. Barb. de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num.*

130. ubi aliis D. Fraff. *de Regio patron. Indiar. cap. 61. num. 58. Vide infra. num. 9.*

Quod ita procedit, ut nec de consensu litigantium Metropolitanus, vel alius Judex Ecclesiasticus valeat de ejusmodi causis per appellationem cognoscere: tum quia in secunda instantia non est locus jurisdictionis prorogationi, ut innumeris laudatis, docet Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 2. sect. 5. n. 1224. Avend. sup. cap. 6. num. 1. tum quoniam per provocationem de jurisdictione temporali ad spiritualem, & è contra, non datur transitus, cap. Si duobus 7. §. ult. de appellat. l. 3. tit. 1. lib. 4. Recop. Pichard. sup. num. 4. Cur. Philip. d. §. 1. num. 14. Imò appellatio ad Tribunal Ecclesiasticum erit prorsus inutilis, perinde ac si non foret interposita, argumento legis 18. in fin. tit. 23. p. 3.*

Unde si Episcopus in temporalibus Judex 4 non detulerit appellationi, opus non erit auxilium regis protectionis implorare, *ex l. 36. tit. 5. lib. 2. Recop. sed jure ordinario qui provocavit, supremum adibit Prætorium, ut de justitia causæ cognoscatur.*

Tandem Ecclesiastici omnes quoad exercitium 5 temporalis jurisdictionis se ut judices laicos omnino gerere debent, legibus regis observatis, remoto censurarum usu, ministris sæcularibus constitutis, *l. 8. tit. 3. lib. 1. Recop. cum seqq. Crespi observ. 101. num. 25. Greg. Lop. in l. 7. gloss. 2. tit. 9. part. 1. Antuñ. tom. 1. d. cap. 8. ex num. 37. Cancer. variar. part. 3. capite 13. numero 346. Idem apud Gallos stabilitum testatur Rebuff. ad Constit. Gall. titul. 3. tractat. ut Laici non conven. ad finem.*

Quoties vacat Sedes per obitum Prælati, 6 penes quem jurisdictio temporalis residebat, ea per Regem, ejusque Magistratus interim exercetur. *Bobad. libro 2. cap. 18. num. 93. vers. T aun en Sede vacante.*

Ibi: *Cujus idem ratio.*

De qua egimus *suprà capite 1. ex numero 145.*

Ibi: *Qua ratione habent Episcopi.*

Quanquam Ecclesiastici inter vassallos sæcularis Principis numerentur; tamen absque controversia non est, de quo Salgad. *sup. part. 1. c. 1. ex num. 57. Cævall. in prolog. num. 27. cum seqq.* Illud proculdubio verum apud omnes habetur, quod Prælati oppidorum Domini ex Regis concessione jurisdictionem obtinentes temporalem, propriè, ac strictè illius vassalli nuncupari, censerique debent intuitu subjectionis, quam tenentur agnoscere, *l. 1. tit. 25. l. 2. tit. 26. part. 4. Molin. de primog. l. 1. cap. 13. num. 48. Bobad. d. lib. cap. 17. num. 18. & 196. Barbosa ubi proximè.*

Nec mirum, siquidem frequenter ratione 8 officii, seu administrationis quis alienæ jurisdictionis, foroque non suo subicitur. Sic Ecclesiasticus in Senatum Regium assumptus, syndicatus judicio non eximitur. *Solorzan. cum aliis in Polit. lib. 5. cap. 10. Similiter Episcopus Rector civitatis constituit, quoad minus Regi subditur, Tusch. ex Abbate lit. A,*

E 3

concl.

conclu. 352. num. 26. ubi quod ab ea appellatur ad Principem: Regularis quoque administrans animarum curam, quoad beneficium Episcopo subest. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 11. ubi Barbosa num. 5.

Debet, quæ non solum complectitur feudum, sed etiam alium quemlibet titulum legitimum, per quem possit competere laicæ potestati jus cognoscendi de appellationibus ab Episcopo ut temporali Domino procedenti.

Ibi: Sed & in Gallia idem receptum.

Ad Num. 3.

Idem referunt Bobad. Azeved. & plures alii laudati suprà num. 2.

Ibi: Estat verò hac de re.

9 Pluribus videtur, ab Episcopo habente jurisdictionem temporalem, ad Metropolitanum de jure appellandum, ex cap. Romana 3. §. Debet, de appellat. in 6. ubi ita tenet Barbosa in collect. Paz & Azeved. Contrarium alii sustinent, ut videre est apud Mart. de jurisdic. part. 4. cap. 198. quos conguessit Antuñ. sup. d. cap. 8. num. 38. qui, & Azeved. ubi num. 2. suprà laudatur, de intellectu dicti §. Debet, egerunt, qui profectò nihil derogat jurisdictioni Principum sæcularium, cum ibi sermo sit de Episcopo talem jurisdictionem temporalem adipiscente, ut ad nullum superiorem laicum jure, vel consuetudine possit provocari, sicut exprimitur. Nec idè inanis censenda Pontificia decisio, valdè enim dubium videbatur, quod Metropolitanus sola spiritali jurisdictione fungens, de causis temporalibus per appellationem cognosceret adversus regulam nuper traditam, numero 3. Nec illius Tribunal Ecclesiasticum superius Episcopali haberi poterat, cum Episcopus ut Dominus temporalis processerat, cap. Si duobus 7. §. Denique, de appellat. Has igitur Juris ambiguitates Pontifex eo decreto sustulit, minime de præjudicio regis aut laicæ jurisdictionis cogitans.

10 Ex quibus deducitur apertissimè, textum in d. §. Debet, potius favere, quam opponi communi resolutioni, de qua sup. num. 3. nam in Hispaniis cuncti inferiores Domini, sive Ecclesiastici, sive laici, oppida possident, jurisdictioneque utuntur ex regia concessione, in qua semper intelligitur reservata suprema potestas tollendi injurias per eosdem Dominos vassallis illatas, quoties per appellationem ad Regale Auditorium legitime confugerint, ut evidenter cavetur l. 9. titul. 4. part. 5. ibi: Pero decimos que quando el Emperador, ò el Rey face donacion a Iglesia, ò a Orden, ò otra persona qualquier, assi como de villa ò castillo, &c. Et inferius; Salvo ende que las alzadas de aquel lugar deben ser para el Rey. Quod & moribus comprobatum agnoscitur, & hoc jus regium non infringitur, sed conservari jubetur in d. §. Debet, illis verbis: Nisi fortè consuetudine, aut privilegio, sive jure alio speciali sit appellandum ad alium.

Ibi: Etenim ubi Prælati Ecclesiastici.

11 Hanc distinctionem memorant Tusc. d. conclus. 352. numero 24. Bobadill. dict. cap. 17. num. 196. Azeved. & alii adducti sup. num. 3. Verùm nimis restringitur exceptio dicti §.

Omnimoda jurisdictio in Hispania ita penes Regem existit, ut nulla populi prorsus uti permittantur, nisi ex regali indulgentia, quapropter ad eundem spectat Magistratus præponere. Mastrill. de Magistrat. libro 1. cap. 1. à princ. Bobad. lib. 1. cap. 2. ex n. 17. Avil. in cap. 1. Prætor. nu. 1. Azeved. in l. 1. nu. 1. tit. 9. lib. 3. Recop. qua constitutione declaratur, ut jus creandi Magistratus possit inferioribus competere beneficio Regis, vel temporis præscriptione. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 12. numero 1. Sic & populi eligunt sibi annales Magistratus, vulgò Alcaldes ordinarios, de quibus in l. 1. & per tot. tit. 9. libro 3. Recop. necnon alios de la Hermandad nuncupatos, l. 1. titul. 13. lib. 8. Recop. quibus infra, num. 19.

Ibi: Quod si Rex ipse negligeret.

Omittente Rege præficere populis Magistratus, ipsi sibi Rectores interim possunt constituere. lib. 1. cap. 7. numero 16. Bobad. lib. 1. cap. 2. ex numero 24. Azeved. in l. 3. numero 8. titul. 5. lib. 3. Recop. Matienz. in l. 1. gloss. 21. num. 15. tit. 10. lib. 5. Recop. Parlad. quotidian. lib. 2. cap. 1. nu. 8. Luc. de Peña in l. Si quos, C. de decur. lib. 10. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 13. nu. 4. Cur. Philip. part. 1. §. 4. num. 29. ac prænotatur sup. cap. 1. num. 105. Huic enim facultati nunquam Respublica creditur cessisse, licet in Principem supremam transferat potestatem; imò nec expressa sustineretur renunciatio; inde etenim totius communitatis interitus proveniret, deficiente omnino qui & probos tueretur, & improbos coerceret, prout aliud agens observat Navar. in cap. Novit, notab. 3. num. 107. & faciunt tradita sup. cap. 1. num. 97. 109. & Domini vassalorum omnes in utroque foro tenentur per se, vel idoneos Magistratus justitiam ministrare, alioqui ad restitutionem damnorum astringuntur. Flor. Diaz, variar. lib. 1. quæst. 8. §. 1. num. 1.

Ibi: Qua equidem & illud probatur.

In Regnis, quæ jure sanguinis deferuntur, si nullus ex progenie regia supersit, qui juxta leges regni succedere valeat, electio devolvitur ad Magnates, & populum, ut sibi Principem constituent, l. 6. tit. 1. p. 2. ubi Greg. Lop. gloss. 3. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 3. num. 2. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, num. 4. Parlad. sup. num. 8. Tiraq. de jur. primog. quæst. 17. vers. Nona conclusio, numero 2. Avend. de exeq. mand. cap. 1. num. 8. Mench. illustr. lib. 1. cap. 22. num. 3. Bellug. Specul. Princ. tit. 14. §. Veniamus, num. 6. Cur. Philip. sup. num. 28. Bobad. lib. 1. cap. 2. num. 26. & lib. 3. cap. 8. num. 140. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. titul. 2. num. 68. Idem eveniret, si

si duo consanguinei ejusdem gradus ad successionem regni concurrerent. Greg. Lop. in l. 2. gloss. 16. ad fin. titul. 15. p. 2. Tiraquel. ubi proxime, vel si gemini nascantur successores, nec quis prior editus, discerni possit. Tiraq. quest. 17. in fine, ubi alii. Scribit Barb. in collect. ad cap. Vergentis, num. 3. de heret. post Azor. institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 12. num. 17. Quod si Pontifex Regem propter hæresim regno privaret, nec existat Catholicus successor, poterit subrogare quem elegerit. Hoc tamen satis dubium apparet ex iis, quæ idem Barbosa perpendit, ac docet in simili de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 1. num. 76.

Ad Num. 4.

15 Episcopo decedente, ejus Vicarii Generalis jurisdictio prorsus explicat, etiam quoad causas, de quibus cognoscere inceperat. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 6. Molin. sup. disp. 10. num. 2. 3. Bobad. lib. 1. cap. 2. num. 23. & lib. 3. cap. 8. num. 143. Barbosa pluribus laudatis, de potestat. Episc. tom. 2. alleg. 54. num. 151. Simili modo per excommunicationem Prælati, cap. 1. de offic. Vicar. in 6. ubi Barbosa, ac de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 15. num. 44. necnon si incidat in captivitatem Barbosa d. allegat. 54. num. 154. Sustineri tamen gesta per Vicarium ignarum obitus Episcopi, cum aliis tenet Barbosa ubi proxime. Aliud evenit in Vicario foraneo, vel alio delegato Episcopi; nam quoad cœpta negotia jurisdictio persistit. Molin. disput. 11. num. 2.

16 Quoad Vicarios seu Locumtenentes correctorum, idem de jure dicendum sentiunt Molin. sup. disp. 13. num. 4. Bobad. videndus d. cap. 8. ex num. 141. ubi plures, Paz in Prax. tom. 1. part. 1. temp. 1. num. 9. Cur. Phil. part. 1. §. 4. in fine, qui tamen testantur, in Hispaniis usu obtinuisse contrarium, scilicet ut Locumtenens Prætoris, alique ab eo creati Officiales, etiam post ipsius obitum in justitiæ administratione persistant, donec jussu regio aliud disponatur. Lex quæ hic adducitur, est in nova Recopilatione 7. titul. 5. lib. 3. Consule Molinam distinguentem inter civitatem cui inest jurisdictio, vel ea carentem, de primog. lib. 1. cap. 25. ex num. 7. quæ distinctio in Hispaniis nequit procedere; nam populis jurisdictio nulla est, ut asseruimus sup. num. 12. nisi præscriptione aliquis populus eam quæsierit. Flores Diaz variar. lib. 1. quest. 8. §. 1. num. 36.

17 Magistratus verò, quos Domini inferiores suis oppidis præficiunt, illorum morte jurisdictio privantur, quam tamen exercere poterunt interim dum successor alium subrogaverit, de quo Molin. ubi proxime, d. cap. 25. d. princ. qui nuper tradita utitur distinctione. Antuñ. de donat. Reg. part. 3. cap. 44. num. 43. Molin. de justit. & jur. tract. 5. disp. 12. ex num. 3. qui num. 5. rectè rem sub distinctione declarat; nam si possessor majoratus ministros constituat ad tempus consuetudine præscriptum, mors ejus non nocet electis; secus si ad libitum constituentis crearentur, vel ultra consuetum tempus.

Ibi: Illud verò libenter adjiciam.

De Prætorum origine, officio, nomine, 18 ac dignitate, videndus Bobad. lib. 1. c. 2. d. princ. Molin. d. tract. 5. disp. 13. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 2. ubi de correctoribus Indiarum.

Verf. Secundo erit prænotandum.

In Castellæ ditione populi ex Regis permissu, ac consuetudine quondam Magistratus municipales seligebant, vulgò Alcaldes ordinarios, qui à Rege confirmati ordinariam jurisdictionem nanciſcebantur, à quibus civitates, ac oppida regebantur, nomine ac jurisdictione Correctorum nondum introducta: deinceps, Rebuspublicis postulantibus, Correctores à Rege mitti cœperunt: adhuc tamen nonnullis in civitatibus, & Corrector, & electi Judices per decurionum collegium administrationi justitiæ incumbunt. Videas legem 3. titul. 5. legem 1. titul. 9. lib. 4. Recop. Bobad. d. cap. 2. num. 11. 26. & lib. 2. cap. 16. num. 71. Molin. d. disp. 15. in princ. Azeved. in d. l. 3. Recop. num. 6. Solorz. d. lib. 4. cap. 1. Non tamen omnibus populis eos Magistratus eligere licet, sed generaliter concessum habetur cunctis oppidis, quæ ex triginta saltem vicinis consistunt, ut duos judices annales constituent, qui ordinaria jurisdictione de criminibus in loco campeltri perpetratis cognoscant, de la hermandad Alcaldes nuncupatos, l. 1. titul. 13. lib. 8. Recop. Solorz. in Polit. lib. 5. cap. 1. Bobad. d. lib. 1. cap. 2. num. 30. Cur. Philip. part. 1. §. 2. n. 11. & obiter præmissimus num. 12.

Ad Num. 5.

Adde legem 1. & per tot. tit. 5. lib. 3. Recop. Bobad. & Molin. ubi proxime, Azeved. in d. l. 1. num. 9. Avil. in capit. Prætor. & nuperimè tradita numero proximo.

Ibi: Hi verò Rectores à Rege.

Stipendia Rectorum, qui per Regem mittuntur civitatibus, solvi jubentur ex bonis communitatis, quibus deficientibus per collectam cives ad contributionem adstringuntur, l. 5. titul. 5. lib. 3. Recop. ubi Azeved. observat Nobiles non contribuere. Bobad. lib. 5. cap. 4. num. 9. Aviles in cap. 1. Prætor. verb. Salario, num. 2. Gregor. Lop. in l. 2. gloss. 1. in fin. tit. 4. p. 3. Molin. d. disp. 13. num. 1. Orosc. in l. fin. num. 10. ff. de assessorib. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 37. num. 1. Flor. Diaz mox laudandus, ibi ex num. 13. Quæ constitutio in novo Indiarum orbe recepta non est. Solorzan. de Indiar. jur. tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 15. Qui in oppidis inferiorum dominorum serventur, tradit Molin. disp. 12. num. 2.

Ibi: Alioqui ubi Rex primam.

Magistratibus stipendia debentur jure communi ex ærario Principis qui eos constituit, nisi consuetudine, reddituum tenuitate vel alia rationabili causa hoc onus in populos transferatur. Gregor. Lop. Molin. Alvar. ubi

ubi proximè, Mastr. lib. 1. cap. 2. ex num. 17. Flor. Diaz variar. lib. 1. q. 8. num. 10. Antuñ. sup. part. 2. lib. 1. cap. 12. ex num. 45. Escal. Gazophylac. Reg. part. 2. lib. 1. cap. 12. in princ. Idem de inferioribus Dominis scripsit post alios Mastr. num. 30.

- 23 Licet Rex præponere Rectores populis teneantur propriis expensis, non tamen opus erit ad libitum subditorum huic muneri satisfieri, ideò cum in Hispania quondam provisum foret Rebuspublicis de justitiæ administratione per judices ordinarios, qui eligi consueverant, prout asseritur sup. num. 19. non erat cogendus Rex, postulantibus populis, Prætores concedere cum dispendio regii Ærarii, sed postulantium expensis, ut cavetur in l. 5. tit. 5. lib. 3. Recop. & observat Molin. & Mastr. ubi proximè.

Ibi: Duo tamen sunt in hac.

- 24 Hodie mittuntur non petiti Correctores ad civitates, & villas, ex quarum bonis salaria percipiunt, quod ex consuetudine consensu tacito populorum comprobata sustinetur. Adde Bobadill. in calce suæ Politicæ, ubi cunctos recenset, salaria correctorum, & unde solvantur ostendit.

Verf. In his verò civitatibus.

- 25 Rex intra limina sui domini omnium jurisdictionum absolutus est Dominus, quas pro arbitrio valet tollere, restringere, ac ampliare, ut cum plurimis docuit Salg. de retent. Bullar. p. 1. c. 14. ex num. 2. & adnotatur sup. c. 1. num. 159. ideò Correctores civitatibus etiam non petentibus præficit, licet municipales Magistratus eligendi facultate potiantur. Non sic Magnates, alique vassallorum Domini, nisi ex oppidorum voluntate, seu petitione, præscriptione, vel alio titulo. Bobad. lib. 2. cap. 16. num. 70. Larrea alleg. fisc. 70. num. 2. Azeved. in l. 1. num. 2. tit. 5. lib. 3. Recop. Antuñ. de donat. reg. part. 3. cap. 44. num. 28. Molin. disp. 12. num. 1. 2. Sed si Princeps subdito concesserit villam, ad quam Rectorem mittere solebat, eodem jure uti donatarius non prohibebitur, nec deterior fiet populi conditio: de quo cogita.

Ad Num. 6.

- 26 Obtinens à Principe jurisdictionem etiam cum mero ac mixto imperio, de causis appellationis, nisi concedatur expressim, nequit cognoscere. Est de jure verior ac frequentior sententia. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 77. Cancer. variar. lib. 3. cap. 13. à num. 244. Molin. d. disp. 12. num. 2. versic. In quibusdam, ad fin. Bobad. lib. 2. cap. 16. num. 76. ubi plures Azeved. in l. 1. num. 40. tit. 1. lib. 4. Recop. Mart. de jurisd. part. 4. cas. 198. num. 2. Sed apud nos Domini inferiores per appellationem à sententiis suorum judicum adiri possunt ex constitutione quadam Joannis II. Guadalaxaræ edita, cujus statim mentio fiet, ejus contextu expresso. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 23. p. 3. ubi quod in praxi servatur. Pichard. in manud. ad prax. part. 4. §. 8. num. 8. Avend. de exeq. mand. cap. 5. num. 2. vers. Et licet, Bobad. d. cap. 16. ex num. 77.

Contrarium, non obistente præfata lege, tenent Azeved. sup. num. 42. Molin. d. vers. In quibusdam, ad fin. Cur. Philip. part. 5. §. 1. num. 9. Aviles, etsi nil decidat, videndus in cap. 38. Prætor. verb. Ante nos, num. 3. qui in fine refert Palac. Rub. distinguentem inter Prætores Dominorum generalem, ac particularem, instar Vicarii Episcopi. Cancer. variar. part. 3. cap. 13. num. 249.

Ibi: Et probatur, quia cum idem sit Tribunal.

Hac paritate utuntur arguentes Azeved. Bobad. Avil. & alii.

Verf. Secunda conclusio.

A Magistratibus municipalibus, seu Alcal-²⁷des ordinarios, à populo electis, & à Domino oppidi confirmatis, ad ipsum provocatur. Ita sentiunt omnes nuper laudati, ut Molin. Bobad. Avil. Azeved. Cur. Phil. Hos judices ordinarios dum Domini confirmant, eis propriam jurisdictionem conferunt. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 12. num. 2. vers. In quibusdam. Imò ipsos eligere videntur, nam electionis actus confirmanti tribuitur. Glossa verb. Autoritate nostra, in cap. Apostolica, de præb. in 6. ubi Barbosa collect. num. 3. Larrea Granat. decis. 41. num. 15. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. gloss. 10. part. 1. num. 137. Antuñ. de donat. Reg. part. 3. cap. 44. num. 30.

Ibi: Quod non sit omnino idem Tribunal.

Etsi eadem sit jurisdictio, non est tamen²⁸ idem tribunal, superius namque habetur respectu ordinariorum judicum, quapropter ad dominum oppidi provocatur, ut de Episcopi Vicarii foraneo scripsit Pichard. d. part. 4. præc. 8. num. 2. Unde Domini nequeunt avocare causas pendentes coram judicibus hujusmodi in populis domini sui. Avend. de exeq. mand. cap. 5. num. 12. Illud etiam idem observat cap. 6. num. 2. quod licet Domini inferiores possunt de appellatione cognoscere, non tamen de nullitate sententiæ principaliter propofita.

Ad Num. 7.

Hanc legem de Guadalaxara præter rela-²⁹ros sup. num. 25. memorant Montalv. in Reptor. leg. regn. verb. Appellari potest. Bonifac. de peregrina verb. appell. quæst. 5. gloss. Omissis mediis, part. 1. Palac. Rub. de jure & obtent. regn. Navar. part. 2. §. 4. cujus seriem integram expendit Aviles ubi proximè. Verba autem, quæ faciunt ad rem, sunt hæc: Ordenamos y mandamos que quando los vezinos y moradores de los lugares de los Señorios se sintieren por agraviados de alguna sentencia que dieren el Alcalde, ó Alcaldes (en que el derecho otorga apelacion) que apelen para ante su Señor, ó para ante el su Lugarteniente, que oviere de oír sus apelaciones. Quæ constitutio condita apparet die vigesima secunda Aprilis, anno 1390. & à successoribus Regibus exequi jussa, teste Avilesio ubi supra: sed à nova Regiarum legum compilatione rejectum esse constat.

Verf.

Verf. Tertia conclusio.

29 Eisdem mediis, quibus jurisdictionem quaeri quoad primam causarum cognitionem asseruimus *sup. cap. 1. num. 148.* poterit quoad secundam instantiam comparari, neminique dubium videtur, quin Princeps valeat istam tribuere facultatem, suprema semper sibi reservata potestate. *Avend. sup. cap. 5. num. 2. verf. Et licet.* Imò ex generalitate & amplitudine verborum privilegii translata æstimabitur jurisdictione quoad appellationes, veluti si asseratur, quod donatarius valeat causas libere definire. *Mastrill. d. cap. 16. num. 80.*

Verf. Quarta conclusio.

30 Domini vassallorum, quibus jus est cognoscendi de appellationis causis, possunt per suos Vicarios ad id deputatos illud munus exercere, & ab his non ad ipsos Dominos, sed ad Regem provocatur. Ita cavetur præfata lege de Guadalaxara, ibi: *Y si de la sentencia del Señor ò del su Alcalde ò Alcades se sintiesen agraviados, que puedan apelar para ante nos, ò para ante nuestros Alcades.* *Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 23. p. 3. Avil. sup. verb. Ante nos. Mastril. d. cap. 16. num. 75. Gutier. Practic. lib. 1. quest. 42. in fin. Avend. d. cap. 6. num. 3. verf. Item in casibus. Bobad. lib. 2. cap. 19. num. 77. Azeved. in l. 1. num. 40. tit. 1. lib. 4. Recop. Cancr. var. part. 3. cap. 13. num. 244.*

Ad Num. 8.

31 Hæc apud nos nequaquam observari, testis est *Bobadil. d. cap. 16. num. 79.* sed causæ specialiter per Dominos inferiores committæ, per appellationem devolvuntur ad ipsos. Vide *sup. num. 25. in fin. & Cancr. variar. p. 3. cap. 13. num. 249.*

Ibi: *A delegato appellandum esse ad delegantem.*

32 Hæc juxta distinctionem capitis *Super questionum 27. §. Porro, de offic. deleg.* an scilicet delegans quid sibi reservaverit, saltem executionem, *cap. Si delegatus 7. eod. in 6. necne, quam observant Gregor. Lop. in l. 21. gloss. 1. tit. 23. p. 3. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 21. num. 5. 6. Barbosa in collect. ad d. cap. Super questionum, num. 7. & latè in d. cap. Si delegatus, d. num. 6. Scacc. de appellat. quest. 8. num. 32. Tusch. lit. A, concl. 352. num. 40. quam canonicam decisionem (solido nixam fundamento, de quo *Barbos. in d. cap. Si delegatus. Tondut. aliud agens de prævent. judic. part. 2. cap. 3. num. 4. & 5*) etiam de jure communi servandam esse asserunt præfati, & communiter docent Interpretes, teste *Barbosâ in d. cap. Si delegatus, num. 11.* Idem de jure nostro Regio tenet *Gregor. Lop. ubi proxime, non obstante dicta lege 21. Parnæ, quæ contra decidere videtur. Et hæc procedunt in delegato subdelegante.**

D. de Faria Covar. Enucl.

Ibi: *Huic rationi accedit elegans.*

De Vicariorum differentia videndus *Barbosâ 33 de potest. Episc. part. 3. allegat. 54. ex num. 18. & de jur. Eccles. lib. 1. cap. 15. num. 3. Molin. sup. d. tract. 5. disp. 10. Tusch. lit. V, concl. 183. & concl. 186.* Generalis ordinaria jurisdictione fungitur, idemque tribunal cum suo Episcopo censetur obtinere; ideo non appellatur à Vicario hoc ad Episcopum. Foraneus delegatus habetur, diverso inferiorique tribunali sedet; unde ab eo ad Episcopum jure appellatio procedit. *Tusch. ubi proxime, Molin. num. 1. & 4.* ubi quod consuetudo non valeret, ut à Generali Vicario ad Episcopum provocaretur. *Paz in prax. tom. 2. prælud. 3. num. 5. Pichard. manuduct. part. 4. præc. 8. num. 2. Cancr. d. cap. 13. num. 248. & 253.* *Barbosâ pluribus cumulatis, in collect. ad cap. 2. ex num. 8. de consuetud. & regulariter à delegato Episcopi ad eundem, non ad Metropolitanum appellatur, ut ex multis docet Barbosâ de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 7. nu. 69. & est regulare. Parlad. differ. 129. num. 14.*

Ibi: *Quam ob rem Joan. Lupus.*

Cujus sententiæ meminimus sup. num. 25.

Ibi: *Tertiò adversus.*

Contra Baldum tenet *Cujac. lib. 1. quest. Papin. in l. 5. ff. de offic. Proconsul. quem consulat. Vide infra num. 37.*

Verf. *His tamen utrunque.*

Fraudis ob suspicionem (quæ nunquam præsumitur) non est jus suum cuique aufferendum: verumtamen si constaret, quod Dominus aliquis vassallorum datâ operâ causas delegaret, ut ad se provocaretur in præjudicium regis jurisdictionis, tunc quidem ad ipsum nequiret appellari. Sic observatur in Episcopo delegante ad illudendam Metropolitanam jurisdictionem; nam à delegato ad hunc appellabitur, omisso suffraganeo delegante. *Marc. Anton. Genuens. in Pract. Archiep. Neap. cap. 70. nu. 7. verf. Limita secundò. Barbosâ d. cap. 7. num. 69.*

Verf. *Sed & Carolus.*

Jure Cæsareo non appellari à delegato ad delegantem, docent etiam *Cujac. lib. 1. quest. Papin. in l. 5. de offic. Proconsul. Fachin. controvers. lib. 1. cap. 78. Pichard. in manuduct. part. 4. præc. 8. num. 3. quod videtur accipiendum ac limitandum ex præmissis sup. num. 32.* Aliud sentiunt de iudicibus datis, à quibus addantes provocatur, *l. 1. §. 1. & seq. quis & quo appell. l. Imperatores 21. de appell.*

Ibi: *Nam si Præses Provinciæ.*

Indistinctè nostrates docent, à Correctorium Locumtenentibus ad illos provocare non licere. *Azeved. in l. 10. tit. 5. lib. 3. Recop. Cur. Philip. part. 5. §. 1. num. 9. & alii plures apud Bobad. lib. 1. cap. 12. num. 37. ubi limitat in appellatione ab interloquutoris.*

F

Verf.

Verf. Quod Verò ex Baldo.

- 37 A Vicario non esse appellandum ad illum, cujus vicem gerit, tenet Cujac. lib. 1. quæstion. Papin. in l. 5. ad med. de offic. Procons. & lib. 19. respons. ad l. 23. de appellas.

Ibi: Quamobrem fortassis.

Merito D. Covar. hæsitat, tum propter contrariam praxim, de qua Bobadilla testatur: tum propter objecta juris principia. Ubique quod consuetudo, optima legum interpretes introduxerit, servari oportebit.

Ad Num. 7.

- 38 Jure nostro Regio licet appellare, omisso inferiori Domino, vel Magistratu, ad quem immediatè causa appellationis spectat, ad Regem, seu Suprema Prætoria, l. 18. tit. 23. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 2. l. 1. tit. 1. l. 14. tit. 18. lib. 4. Recop. & utrobique Azeved. Avil. in c. Prætor. 38. verb. Ante nos, num. 1. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 16. num. 80. Gutier. pract. lib. 1. cap. 42. Pichard. supra part. 4. præc. 8. num. 8. Hermos. in l. 9. gloss. 11. num. 64. tit. 4. p. 5. Paz in Praxi tom. 1. part. 6. proem. num. 43. Villalob. antin. Jur. lit. A, num. 62. Cur. Philip. part. 5. §. 1. num. 8. quod limitandum videtur in appellatione à subdelegato, cui delegatus Principis causam commisit, reservata jurisdictionis parte, ad quem necessariò provocari debet, cap. Si delegatus 7. de offic. delegati, in 6. ubi Barbosa in collect. num. 12. Molin. sup. disp. 21. num. 6. Paz tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 4. Alia limitatio habetur in l. 4. tit. 24. p. 2. cujus meminit Gregor. Lop. in d. l. 18. gloss. 2. in fin. & Azev. in l. 1. num. 22. tit. 1. lib. 4. Recop.

Ibi: Idem enim ex Jure Pontificio.

- 39 Similiter Pontificiis functionibus ad Sedem Apostolicam, omisso medio, appellatio permittitur, cap. Si duobus 7. de appell. cap. ad Romanam 8. 2. quæst. 6. l. 5. tit. 5. p. 1. Scaccia de appellat. quæst. 7. num. 46. Cujac. in d. cap. Si duobus. Azeved. in l. 1. num. 21. tit. 1. lib. 4. Recop. Narbon. de appellat. à Vicario ad Episc. part. 2. fund. 1. num. 25. Marant. de ordin. judiciar. part. 6. cap. 7. de appellat. num. 369. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 9. num. 15. & alii plurimi apud Barbof. in collect. ad cap. Dilecti 66. num. 3. de appellat. & in cap. Quia circa, num. 25. de privileg. quem vide in d. cap. Si duobus, num. 2. Limitatur in sententia subdelegati, cui Papæ delegatus non in totum causam mandavit; nam ab illo est necessariò provocandum ad delegantem, d. cap. Si delegatus. ubi Barbosa num. 12. Scacc. ubi proxime, num. 63. 64. ubi ratio. Secundò limitatur in novo Indiarum orbe, quia non licet ad Sedem Apostolicam provocare; sed in hujusmodi regionibus causæ Ecclesiasticæ jubentur terminari ex Bulla Gregorii XIII. quam refert Solorz. sup. num. 12.

- 40 Jure autem Cæsareo Imperiale Auditorium per appellationem, omisso medio, adire non

permittitur, l. Imperatores 21. de appellation. Cujac. Pichard. ac Villalob. ubi proxime. Tusch. lit. A, concl. 352. num. 50. & concl. seq. in fin. Barbosa in collect. ad d. cap. Quia circa, nu. 24. Scacc. d. quæst. 7. num. 30. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 23. p. 3.

Ibi: Jure tamen Pontificio.

Ad legatum de latere poterit appellari, omisso medio. Tusch. d. concl. 352. num. 57. Pichard. de manduct. 4. præc. 8. num. 8. Cur. Philip. sup. §. 1. num. 3. Paz tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 4. Scacc. d. quæst. 7. num. 103. ubi aliæ limitationes ad resolutionem traditam sup. num. 38. Imò si appellatio ad Pontificem interponatur in partibus à sententia Legati, hic de justitia propria sententiæ cognosceret. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 13. num. 234. Scacc. sup. quæst. 17. limit. 2. num. 66.

Ibi: Quin & omisso medio.

Appellatio, omisso medio, quoties permissa non est, nullius momenti habetur, ita ut judex mediatus, ad quem pars provocavit, etiam altera non opponente, procedere non valeat. Sic sentit Pichard. d. præc. 8. num. 7. ratio est, quia in secunda instantia non datur prorogationi locus. Avend. de exec. mand. cap. 6. num. 1. Carleval. cum plurimis de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 7. sect. 5. num. 1224. Contrarium tamen tenent Gregor. Lop. in l. 18. gloss. 1. tit. 23. p. 3. Barbosa in cap. Dilecti 66. in fin. de appellat. Tusch. lit. A, conclus. 352. num. 56. Petr. Barbosa in l. 1. num. 166. ff. de judiciis. Carleval. sup. num. 1227. de quo Scacc. d. quæst. 7. num. 17. 26. & 105. ubi distinguit, ut Jure Canonico sustineatur appellatio, non Civili. Narbon. sup. p. 1. num. 166.

Quomocunque judex à quo tenetur appellationi, omisso medio deferre, & judex ad quem remittere causam ad tribunal immediatum, nisi ex partis appellatæ procedere valeat assensu. Azeved. in l. 7. num. 40. tit. 18. lib. 4. Recop. Pichard. d. præc. 8. num. 7. Cur. Philip. supra. Idem juris erit si appelletur ad judicem parem illi, qui sententiam tulit, l. 18. tit. 23. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 3. Villalob. antin. Jur. lit. A, num. 63. qui de jure communi inutilem prorsus hujusmodi appellationem advertunt: consentit Scacc. de appellat. quæst. 2. num. 9. & 13.

Ad Num. 10.

Curia verbum multifariam usurpatur, ut videre est apud Alex. ab Alex. dier. gen. cap. 16. ubi Tiraq. Briffon. de verb. signif. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. §. 1. à princ. Petr. Surd. conf. 311. num. 31. Antuñ. de donat. Reg. part. 2. lib. 1. cap. 24. num. 1. cum seqq. Boer. tract. magn. conf. addit. 2. à num. 167. Petr. Barbosa in l. 1. §. Legatis, num. 40. de judic. Camil. Borrel. in addit. ad Bellug. in specul. Princ. rubric. 1. verb. Curia. Nomine Curie comprehenduntur leucæ quinque in circuitu quæ ad ipsam spectant. Greg. Lop. in l. 27. gloss. 1. tit. 9. p. 2. Montaigne de Parlam. p. 1. num. 5.

Ibi:

Ibi: Sic denique quod Innocentius.

Consule Gonzal. ubi proximè. Mar. Alter. de censur. tom. 1. disp. 9. lib. 5. cap. 3. Betr. Barbof. sup. num. 37. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. à num. 387. & alios apud Barbof. in collect. ad cap. 2. num. 17. de præbend. in 6.

Ibi: Olim autem.

De his Variar. lib. 4. cap. 1. videnda quæ scriptissimus.

Verf. Caterùm Castellæ Rex.

- 45 De institutione, ac distinctione Prætoriorum hujusmodi Supremorum; Senatorum numero; causisque de quibus cognoscere possint, extat titulus 4. lib. 2. Recop. ac in l. 2. Curia nuncupantur, de quibus plures apud Solorz. de jur. Indiar. lib. 4. cap. 3. nu. 5. Paz in praxi, tempor. 1. ex num. 17. Monter. pract. tract. 5. in princ. Parlad. differ. 10.

Ibi: Quibusdam negotiis exceptis.

- 46 Multa recenset Solorz. supra ex numer. 17. observans ampliorem jurisdictionem concessam ob nimiam distantiam Cancellariis novi Indiarum orbis, quam Castellæ summis Prætoriiis. Alia negotia discet ex l. 2. l. 23. tit. 4. l. 22. l. 81. l. 83. tit. 5. lib. 2. Recop. & ex additis ad d. tit. 5. Adde Alfar. de offic. Fisc. gloss. 24.

Verf. Sed hæc Auditoria.

- 47 Suprema Castellæ Prætoria Cancellariæ vocitantur; nam litteræ quæ per illa expediuntur, sigillo signantur regali à ministro ad id deputato, qui Cancellarius dicitur à cancellando, seu scindendo quæ perperam collecta repererit, l. 6. tit. 15. p. 3. l. 5. cum sequent. tit. 15. lib. 2. Recop. In Castella magnus est Cancellarius Toletanus Præsul. De Cancellarii dignitate agit Greg. Lop. in l. 4. tit. 9. p. 2. Joan. Montaigne tract. de auctor. Magni Conc. num. 5. & 6. Chassan. in catalog. glor. mund. part. 7. confid. 7. Menoch. de arbitrar. cas. 68. numer. 7. 11. 19. Did. Per. in l. 1. tit. 4. lib. 2. Ord. Azor. Institut. moral. part. 2. lib. 8. cap. 36. quest. 1. in fin. Avend. in Diction. verb. Canciller. Matienz. Dialogi Relator. part. 2. cap. 4. ex num. 5.

SUMMARIUM.

- 1 Curia Principis omnibus subditis forus est communis, ut quisque ibi repertus possit conveniri.
 - 2 Roma hodiè cunctis Ecclesiasticis forus communis est, ac laicis qui in temporalibus Sedis Apostolicæ sunt subjecli.
 - 3 Locus ubi Prætorium Regium existit, est forus communis.
- In Rebus publicis liberis forus est communis, D. de Faria Covar. Enucl.

ubi residet supremum gubernium, ibid.

- 4 Conventus in Curia usque ad causæ definitionem causam prosequi compellitur.
 - 5 Roma quondam patria communis dicta, & quare.
 - 6 Reus num possit accusari apud Curiam pro crimine alibi patrato, & num. 7.
 - 8 Ex legatione, & aliis causis necessariis in Curia residentes nequeunt ut in foro communi conveniri.
 - 9 Idem erit, si ex causa justa, & probabili qui ad Curiam accesserit.
 - 10 Legati gaudent jure revocandi domum etiam adversus personas privilegiatas, quamquam per sordes munus legationis obtinuerint.
 - 11 Legatis præ cæteris similiter privilegiatis, que specialiter concedantur.
 - 12 Habens privilegium revocandi domum, dum est in Curia, poterit in proprio conveniri domicilio: sed si læsus probetur, restitutione juvabitur.
 - 13 Lex 4. tit. 3. p. 3. conciliatur cum lege 2. §. Omnes, de judic.
 - 14 Hujusmodi privilegiati, præter Legatum, in Curia ad iudicium vocari possunt ex contractibus extra provinciam sui domicilii celebratis; nisi ut viatores contraxerint.
 - 15 Legatus convenitur Romæ, si in Italia sub tempus legationis se obligaverit.
 - 16 Legatus, & similes in Curia respondere tenentur pro obligationibus contractis tempore residentia necessaria.
 - 17 Qui forum sortitur in loco contractus, ibi comparere in iudicio compellitur, etsi illuc ex causa necessaria pervenerit.
 - 18 Legati, & alii pariter privilegiati, si convenerint quemquam in iudicio, reconventioni subiacebunt: & utrum ex hoc quilibet in eos agenti respondere cogamur.
 - 19 Limitatur.
 - 20 Legati dum munere suo funguntur in Curia; nec propria negotia gerere possunt, nec litigare; nisi de Principis facultate.
 - 21 Legati, ac cæteri privilegiati post finitam legationem, vel causam necessariæ residentia, in Curia poterunt conveniri.
 - 22 Non tenentur juramentum in iudicio delatum suscipere, nec jurare.
- Si causa sit tempore peritura, compelluntur litem contestari: imò si ex suspensione iudicii jus actoris deterius fiat, utque ad definitivam in causa prosequi debent.

CAPUT V.

Curia Principis superiorem non recognoscentis, est frus omnibus subjectis communis, ut in ea quæque repertus possit conveniri, l. Necnon 28. §. Si cum, ex quibus caus. major. l. 11. in fin. tit. 7. lib. 6. Recop. ubi Azeved. Petr. Barbosa in l. 2. §. Legatis; num. 44. de judic. Anton. Fab. in ration. ad eundem text. Cujac. ad lib. 1. Digest. Salv. Julian. in l. Si legationis, de judic. & in cap. fin. de foro compet. Ant. de Mattheis tract. de prorogat. nu. 48. Duaren. ad tit. de judic. ubi d. for. compet. Parlador. different. 10. numer. 15. Alciat. disjunction. lib. 2. cap. 21. Cur. Philip. part. 3. §. 5. ad fin.

F 2

De

2 De Curia Romana agentes laudat plures August. Barbosa in *collect. ad cap. fin. nu. 1. de for. compet.* quibus addendi Petr. Barbosa, & Ant. de Matth. *ubi proximè*. Sed hodie Roma non est forus communis, nisi Ecclesiasticis, ac laicis qui subjiciuntur Ecclesie in temporalibus. Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 16. num. 24.* Petr. Barbosa *num. 32. & 41.* cui assentitur Aug. Barb. *ubi nuper*, qui ex illo capite conclusionem ad clericos coarctatam deducit, tametsi Cujac. in *dict. cap. fin.* docuerit, Romæ Christianum quemlibet jure conveniri.

3 Curia autem intelligitur, nedum ubi Pontifex, aut Princeps solium constituit, & habitationem, sed etiam locus in quo supremum residet Prætorium, seu Cancellaria, velut Pıntiana, ac Granatensis in Hispania, & quæ in novo Indiarum orbe consistunt. Petr. Barbosa *num. 39. 40.* Ant. de Matth. & Cur. Philip. *ubi proximè*. Idem juris servabitur in Rebuspublicis liberis, ut Venetiis & Genuæ. Petr. Barbosa *numer. 44.* Imò si quis intra quinque leucas, quæ Curie districtu & nomine comprehenduntur, ut prænotatur capite præcedenti, *num. 44.* reperiatur, ut illa poterit conveniri.

4 Cavendum est ab Ant. Fab. in *d. §. Si cum*, qui licet subdubius tradit, in Curia conventum non teneri, nisi ad litis contestationem, remissa in domicilium causæ disceptatione: quod & juri, & Interpretum omnium sententiæ opponitur apertissime, nec aliud ex textu in *d. §. Si cum*, potest inferri, perpensa, de qua loquitur, specie.

Ibi: *Quibus adjiciendum.*

5 Roma duplex distinguitur, anterior, & posterior, quæ Constantinopolis: illa de qua nobis sermo, pluribus egregiis nominibus insignitur, quæ congerit Glossa *verb. Anterior*, in *authent. ut Eccles. Romana cent. annor. &c.* Dicitur communis patria in *l. Roma 33. ad municipal. l. 21. de Prætor. & Quæst. C. Theodos.* Quapropter communis forus habetur, *l. 4. tit. 3. p. 3.* & quilibet in illa existens conventus judicium subterfugere vetatur, *l. Necnon 28. §. Si cum, ex quib. caus. major.* Ant. Fab. in *ration. ad d. l. 2. §. Legatis, §. Omnes, de judic. & in d. §. Si cum*, Glossa in *d. l. Roma*, Cujac. in *cap. fin. de for. compet. & in l. 2. §. Legatis, de judic.* Duaren. & alii laudati *sup. num. 1.* Petr. Barbosa *num. 10.* sua enim in patria quisque fortitur forum, *l. 32. tit. 2. part. 3.* ubi Gregor. Lop. *gloss. 4.* Petr. Barbosa *num. 1.* Anton. de Matth. *sup. num. 27.* Guaz. *de defens. reor. defens. 1. cap. 26. nu. 25.* Quæritur cur Roma communis patria dicta sit? Et ea reddi ratio solet, quod ex constitutione Imperatoris Antonini Pii omnes subditi Imperio Romano cives Romani sunt effecti, *l. In orbe Romano 17. de stat. homin. sic Alciat. dict. cap. 21.* Petr. Barbosa *num. 13.* & alii: quæ responsio displicet Vasconcel. *lib. 3. diversor. cap. 16. ex num. 1.* nec immeritò, tum quia ejus legis littera aliter habetur in Etruscis Pandectis; teste Alciato, in quibus legitur, *In urbe Roma*: tum etiam quia jus civitatis multifariam assequitur, non nativitate duntaxat, unde non concludit, Civis Romanus est:

Ergo Roma illi patria. Quare aptior fortè ratio videbitur, quod sicut Imperator subditorum omnium parens censebatur, *authent. Nec virum, quod ex dote, &c. §. fin. collat. 8.* ubi Glossa *verb. Dicimus.* Gregor. Lop. in *l. 2. gloss. 3. tit. 19. part. 2.* ita Roma cunctis patria censebatur: quam considerationem ac paritatem æquè in Curia cujusque Principis militare constat, ut patria communis subditis existat.

6 An in Curia reus accusari possit pro delictis alibi perpetratis, quæstionis est. Negare videtur D. Covar. *hic*, dum expressit, *In civilibus.* Idem apertè tenuit Petr. Barbosa in *dict. l. 2. §. Legatis, nu. 46. de judic.* per textum in *l. 15. tit. 1. part. 7.* qua traditur, ubi reus criminis conveniendus, & forus originis, sive patriæ non assignatur; unde infert, ut sicut in vera patria accusatio nequit exerceri, ita nec in Curia.

7 Oppositum verò perspicuè comprobatur ex *l. 10. tit. 7. lib. 6. Recop.* ubi privilegium tribuitur Procuratoribus per Respublicas missis ad Curiam comitorum causâ, ne civiliter, vel criminaliter vexentur sub muneris tempus pro contractibus, vel delictis antea commissis, pro quibus si alias accusari non possent, frustra indulgeretur quod jure communi omnibus concedebatur. Præterea verius est, quod repertus in patria accusationem evadere nequit pro scelere alibi patrato. D. Covarruv. *infra, cap. 11. num. 6.* Aug. Barb. in *collect. ad l. 1. num. 2. C. ubi de crim. agi oport.* Guazzin. *sup. d. cap. 26. in princ. & num. 25.* qui *dict. defens. 1. cap. 14.* fusè disserit, utrum judex ex officio procedere valeat: ac licet contra tenuerit, affirmativam tamen magis communem agnoscit. Imò idem Petr. Barb. in *l. Hæres absens, §. Proinde, art. de foro delicti*, docuit judicem originis post cceptum judicium non teneri reum remittere ad locum delicti admissi. Sic adversus Petr. Barbos. tenet Ant. de Matth. *tract. de prorog. num. 48.* etiam in criminalibus Curiam forum esse communem, si delinquens adsit. Ad dictam legem *15. Partit.* satisfit asserendo in ea agi de foro absoluto, in quo sive præsens, sive absens reus accusari permittitur: in patria sive origine in absentem criminofum nulla est jurisdictio, sicut nec in civilibus.

Ad Num. 1.

8 Præmissa regula, ut quisque in Curia sui Principis repertus, si civiliter, vel criminaliter conveniatur, respondere, ac litem suscipere debeat, exceptioni subjacet generali, scilicet nisi reus jure revocandi domum se tueatur, id est, privilegio revocandæ cognitionis ad locum domicilii, ut ait Ant. Fab. in *ration. ad l. 2. §. Legatis, de judic.* quod privilegium in primis jure communi tribuitur legationis munere fungentibus, cæterisque omnibus; qui ex causa necessaria in Curia reperiuntur. Exempla necessariæ residentie in præsentibus, de quibus fusè Petr. Barbosa in *d. §. Legatis, à num. 48.* Greg. Lop. in *l. 4. tit. 3. p. 3.* Duaren. & Ant. de Matth. *ubi proximè, nu. 48.* Ant. Fab. in *d. §. Legatis*, Cujac. in *d. §. Legatis*, & ad *lib. 1. Digestor. Salv. Julian. in l. Si*

Si legationis, de judic. Marian. Socin. in cap. fin. for. compet.

Ibi: Missum autem à municipio.

Addas Petr. Barbosa ubi proximè, ex numero 87.

Ibi: Competit & hoc jus, ut constat.

9 Idem privilegium communiter ampliatur ad illos, qui ex causa justa ac probabili Curiam adeunt. Gregor. Lop. & Ant. de Matth. ubi nuper. Anton. Fab. in d. l. Legatis, à quibus recedit Petr. Barbosa contrarium tuens ex numero 325.

10 Legati jure eodem juvantur, etsi per fordes, ac ambitionem munus legationis obtinuerint. Petr. Barbof. num. 66. Ant. de Matth. num. 48. vers. Redeundo. Idem juris erit, si à persona privilegiata conveniantur in Curia, ut à minore, vidua, vel milite. Ant. de Matth. num. 48. in princip. quod videtur temperandum quoad eas personas, quæ adversarios invitos ad Curiam trahere valent in prima instantia, de quibus infra, cap. proximo; frustra enim Legati, & similes jus revocandi domum allegarent, qui ad Curiam venire cogentur, domicilio relicto, ob agentium prærogativam. Faciunt tradita per Barbof. num. 112. tamen durante legatione à nemine poterunt conveniri, ne à muneris sui expeditione retrahantur.

Ad Num. 2.

11 Quamquam præfatum revocandi domum privilegium cunctis sit commune, qui ex causa necessaria, vel quasi ad Curiam accedunt, Legatis tamen, ne à negotiorum publicorum expeditione distrahantur, præ cæteris indulgetur tum quod conveniantur pro contractibus Romæ initis ante susceptam legationem, l. 2. §. Omnes, de judic. tum quod non teneantur cautionem præstare judicio sistendi, d. l. 2. §. Sed utrum, Azeved. in l. 10. tit. 7. lib. 6. Recop. Petr. Barbosa num. 264. licet in d. §. Sed utrum, & in l. 4. tit. 3. p. 3. generaliter caveatur, ut omnes, quibus est jus revocandi domum, nuda cautione, absque satisfactione judicio se sistere spondeant. Præcipuam, prioremque resolutionem tenent Petr. Barbof. num. 49. & 104. Cujac. in d. l. Si legationis, & in d. §. Legatis, Azeved. ubi proximè. Ant. Fab. in d. l. 2. §. Omnes, vers. Si ibi contraxerint. Ant. de Matth. d. tract. de prorog. num. 49. Similiter nec pro criminibus in Curia ante legationem patris acculari Legati permittuntur. Petr. Barbosa num. 105. Imò si lite jam contestata, legationis munus superveniat, judicium suspenditur. Idem Barb. num. 90. Nec interest utrum lis afferat muneris præjudicium, nam etsi facile expediri valeat, privilegio locus est: idem num. 58. Sed si judex sciens sententiam proferat in Legatum, etiam non allegantem privilegium, illa erit ipso jure nulla: secus si ignoret privilegium litigantis. Barbosa num. 74.

12 Non tamen ex hoc privilegio immunes sunt Legati, & similes, ne in proprio domi-

cilio, dum in Curia existunt, possint conveniri. Ant. de Matth. supra num. 48. Auxilium verò restitutionis in integrum Legatis, si læsi probentur, non denegabitur, quod absentibus causâ Reipublicæ competit, l. 1. l. 4. l. Legatis 8. ex quib. caus. major. Multis de causis privilegium istud denegatur, de quibus latè Ant. de Matth. sup. à num. 49. Duaren. ad tit. de judic. ubi de for. compet. Petr. Barbosa ex num. 124.

Adversus discrimen, de quo supra num. 31. 13 objicitur lex 4. tit. 3. p. 3. quatenus parificat Legatos, ac cæteros similiter privilegiatos, ut omnes conveniri queant in Curia pro contractibus ibi ante susceptum munus celebratis, quod expressim opponitur dictæ legi 2. §. Omnes, ex quo D. Covar. videtur jus commune corrigi per Regium Partitarum. At ut correctio excludatur, dici posset, ac differentia casus constitui: nam in dict. §. Omnes, sermo est de illo, qui cum in Curia existeret privatus, ante legationem commissam ibi contraxit, qui agenti respondere, jam suscepta legatione non cogitur: sed in d. l. 4. agitur de eo qui jam Legatus factus, officii exercendi causâ Curiam adivit; hic etenim etiam durante legatione, de jure communi non prohibetur conveniri pro obligationibus ibi contractis, d. §. Legatis. Et hoc quidem ex contextu regie constitutionis non obscure percipitur: ibi: *Pero por qualquiera destas maneras sobredichas que viniere à la Corte el demandado, si estando y vendiere, &c.* Ubi exprimitur causam adventus in Curiam fuisse legationem, unde nequivit in ea ante legationem susceptam contrahere; & aliud juris foret, si se obligaret in Curia nondum ad legationem constitutus, quod in d. §. Omnes, Consultus decidit.

Vers. Sed & omnes.

Obtinentes privilegium revocandi domum, 14 Legatis exceptis, jure conveniuntur in Curia ante necessariam residentia causam: si extra propriam provinciam contraxerint. Cujac. in dict. §. Legatis, Ant. de Matth. tract. de prorog. num. 49. vers. Unde capias, Anton. Fab. in l. 2. §. Item si extra, de judic. Petr. Barbosa in l. 2. §. Legatis, num. 108. eod. tit. Limitatur si tanquam viator contraxerit, quia non fortitur forum ratione contractus, nec potest extra domicilium conveniri, l. Hæres absens 19. §. Proinde, de judic. ubi Pet. Barbosa num. 49. Greg. Lop. in l. 32. gloss. 10. tit. 2. part. 3. Aug. Barbosa collect. cap. 1. §. Contractentes, de for. compet. in 6. Anton. Fab. in ration. ad d. §. Proinde, Ant. de Matth. ubi proximè, Carleval. de judic. disput. 2. q. 4. num. 237. ubi declarat, si contrahatur cum sciente advenam esse eum, cum quo contrahit, & ille sequatur fidem promittentis; alias pro rebus illicò ibi solvendis viator subicitur foro contractus. Vide pro prima, & principali conclusione laudatos quoad limitationem adjectam.

Verf. *Legatus autem.*

- 15 Legatus ex obligationibus intra Italiam contractis sub legationis tempus in Curia Conventus, privilegio revocandi domum minimè juvatur. Petr. Barbosa in d. §. *Legatis*, num. 131. Ant. de Matth. num. 49. Ant. Fab. in *ration. ad l. Cum furiosus*, §. *fin. de judic.* Quod restringitur si ut forensis in Italia contraxerit. Ant. de Matth. *ubi proximè.* Præterea Legatum de licentia Principis contrahentem, ubique, Romæ, seu in Curia convenire licebit etiam legatione persistente.

Ad Num. 3.

- 16 Legatus, vel alius similiter privilegiatus, si in Curia contrahat sub tempus necessariæ residentiæ, etiam ut advena, non valet suo se tueri privilegio; sed ibidem suis creditoribus respondere compellitur. Et quamvis contra sentiant Petr. Barbosa in l. 2. §. *Legatis*, numer. 282. cum *seqq.* Ant. de Matth. *tract. de prorogat. num. 47.* sententia tamen D. Covar. tenenda est, quoniam non alia ratione quicque in Curia repertus convenitur, nisi quia communis habetur patria: nec quicquam interest, an ut advena contraxerit, necne. Hinc est, ut cum privilegiatus jure revocandi domum non gaudeat, pro obligationibus tempore necessariæ occupationis contractis possit in Curia conveniri, quamquam ibi ratione contractus neutiquam forum sortiatur. Ex quibus apparet quoad rem, de qua nobis sermo est, nihil interesse utrum Legatus, vel alius privilegio simili gaudens contrahat in Curia hoc vel illo modo; nam & in cæteris non privilegiatis, si quis in Curia etiam ut forensis contraxerit, poterit ibidem conveniri, tamen si forum propter contractum minimè sortiatur, ut jam supra, num. 14. præmisimus, quia ut communi patria tenetur respondere.

Ibi: Quid ergo si contractus.

- 17 Qui contractus ratione alicubi potest conveniri non excusabitur, nec jure revocandi domum juvabitur, quantumvis ex causa necessaria ad locum accesserit: secus erit dicendum de originis foro; nam si ex necessitate in patriam venerit, ibi ad litigandum per creditores non constringetur. Ratio differentiarum in eo constituitur, quod ille forus à principio fuit voluntarius, & necessarius iste. Petr. Barbosa in d. §. *Legatis*, numero 357. & in l. *Hæres absens*, §. *Proinde*, numero 44. *de judic.*

Ibi: Hic equidem libenter.

De his actum supra, num. 16.

Ad Num. 4.

- 18 Si Legati aut alii privilegiati, non cessante munere, aut causâ residendi in Curia, ibi iudicio egerint, reconveniri poterunt. Illud quæstionis est, an respondere teneantur, si à quibuslibet suis creditoribus eos conveniri con-

tingat? Quæ controversia de jure communi procedit ex textu in l. 2. §. *Sed etsi agant*, ff. *de judic.* ibi: *Sed etsi agant, compelluntur se adversus omnes defendere.* De qua Petr. Barbosa in d. §. *Legatis*, à numer. 215. Ant. Fab. in *ration. ad d. §. Sed etsi agant.* Duaren. *ad tit. de judic.* ubi *de for. compet.* Ant. de Matth. *tract. de prorogat. num. 51. in princ. & verf. Septimò limitatur*, ubi pro opinionum concordia Legatos à cæteris privilegiatis distinguit. De nostro Jure Regio Partitarum aperta extat decisio in l. 4. tit. 3. p. 3. quæ reconventionem duntaxat contra Legatos, ac similes permittit.

Sed si Legati, & reliqui in iudicio compareant propriam prosequentes injuriam, velut damnum, vel violentiam sibi illatam resarciri postulant, tunc quidem locus reconventioni non præstabitur, d. §. *Sed etsi agant*, d. l. 4. *Partit.* Petr. Barbosa supra num. 229. Duaren. *ubi proximè.* Ant. Fab. in *ration. d. §. Sed etsi agant.* Ant. de Matth. d. num. 51. *vers. Nondò ubi prosequeretur.* Ad hæc si nomine alieno egerint dum legationis munere funguntur, proprio reconveniri vetantur. Ant. de Matth. d. num. 51. *vers. Septimò limitatur.* Tandem si quis adeat Curiam appellationis prosequendæ gratiâ, non reconvenitur ab appellato coram iudice ad quem. Greg. Lop. in d. l. 4. *gloss. 4.* Ant. de Matth. num. 48.

Est observandum quod Legatus dum munere suo fungitur, nulli alii negotio proprio vel alieno incumbere valet, nec libellum offerre, nec in iudicio agere, nisi Principis licentia intercedat, l. *Paulus 8. §. alt. l. Legatus 10. l. Is qui 15. de legation.* Ant. Fab. in d. §. *Sed etsi agant.* Petr. Barbosa in *eod. §. Legatis*, num. 123. Ant. de Matth. num. 51. & contrahens cum Principis facultate ubicunque, Romæ omninò respondere compellitur. Petr. Barbosa num. 131.

Legati & alii si post finitam legationem vel causam necessariam in Curia persistant, ibi ut quilibet conveniri poterunt: quod ita est accipiendum, ut aliquid temporis illis tribuatur à die extincti muneris ad comparanda quæ ad iter desiderantur. Petr. Barbosa num. 190. Ant. de Matth. num. 50.

Tandem addere libet, quod Legatus sicut iudicium suscipere non compellitur, ita nec jurare cogendus, si iudicialiter conveniatur, ut actionem excludat, l. *Sed etsi 28. §. I. de judic.* Duar. *ubi supra.* Ant. Fab. in *ration. ad d. §. I.* quod si actio ejus sit naturæ, ut temporis lapsu pereat, privilegiati litem contestari debent, dilato actionis exercitio, & ad domicilium remisso, d. l. *Sed etsi*, §. *Sed etsi dies*, Anton. Fab. in *ration. ad l. 2. §. In omnibus, de judic.* Duar. *suprà.* Petr. Barbosa num. 195. Imò si oporteat instantiam prosequi usque ad sententiam, privilegium revocandi domum cessabit. Barbosa num. 210. & hæc generaliter traduntur in d. §. *In omnibus*, ubi regula constituitur, ne privilegium creditoribus officiat, qui temporali nituntur actione. Consule Fabrum *ibi.* Hæc utique obtinebunt in cæteris, quibus competit revocandi domum privilegium.

SUM-

SUMMARIUM.

- 1 Non licet in prima instantia agere coram Principe, nec Judicibus Regii Prætorii, etiam ubi illud residet.
- 2 Excipiuntur casus aliqui de Curia dicti, de quibus remissivè.
- 3 Item causæ miserabilium personarum, & aliæ, si adversum potentes proponatur controversia.
- 4 Instantia prima cæpta in Cancellaria, in ea finire debet, etsi cesset privilegium, aut ratio propter quam causa fuit admissa.
- 5 Quid ex contrario, si causa pendente coram ordinario, litiganti privilegium superveniat.
- 6 Personæ miserabiles an valeant in laicos Ecclesiasticum adire Tribunal? & num. 8.
- 7 Quid de cæteris, si iudex secularis jus reddere omiserit.
- 9 Pupillus, & qui in utero est, eo gaudent privilegio, ut causas deferant in prima instantia ad suprema Prætoria.
- 10 Orphani eodem potiuntur privilegio, & qui tales censeantur, & num. 11.
- 12 Vidua, pupillus & alii similes præfato privilegio jvantur, tamen si divitiis affluant, & num. 13.
- 14 Pauperes audiuntur in prima instantia apud Cancellarias.
- 15 Qualis probatio paupertatis desideretur.
- 16 Paupertate laborans ex propria culpa, an excludatur ab illo privilegio.
- 17 Quæ maritum occidit, non gaudet viduitatis privilegiis.
- 18 Quis putetur pauper, ut præfato potiatur privilegio, & num. 19.
- 20 Persona miserabilis quis habeatur, ut hujusmodi privilegium obtineat, & num. 21.
- 22 Privilegiis intuitu paupertatis, ac pietatis concessis renunciatis nihil agit.
- 23 Quæ causæ deferantur in prima instantia per privilegiatos ad Curiam.
- 24 Advocati tenentur egenis patrocinari absque honorario.
- 25 Ad idem sunt ascripti iudices, procuratores, & tabelliones.
- 26 Quid si aliter fecerint, peccant, & restituere debent, si quid acceperint.
- 27 Dives an cogatur alimenta, & litis expensas exhibere adversario inopi, & n. 28. & 31.
- 29 Liberi agentes ad parentum hereditatem, an & quando alimenta, ac sumptus litis exigere valeant, & num. 30. 32. & 34.
- 33 Pro sententia præsumitur, licet ab ea provocetur.
- 35 Ut alimenta, & litis sumptus litiganti tribuantur, semper paupertatis probatio præcedit, & qualis sufficiat.
- 36 Paupertate utrinque probata, sumptuum litis, ac alimentorum cessat exactio.
- 37 Pauperi agenti ad quantitatem, aut rem singularem, num sumptus litis, & alimenta præstentur.
- 38 Pauper an teneatur ad restitutionem alimentorum, ac expensarum, quas litigans accepit, & num. 39.

- 40 Quantitas pro alimentis, & expensis iudicis arbitrio assignatur.
- 41 Cui præstatur litis sumptus, alimenta non denegantur: sed aliquando regula fallit.
- 42 Filio cum patre litiganti super filiatione, hic alimenta, & expensas exhibere compellitur.
- 43 Quod procedit, si filius aliunde non habeat.
- 44 Assignatio alimentorum, & expensarum nullum parit præjudicium quoad causam principalem.
- 45 Qui tanquam filius alimenta, & litis sumptus percepit, quamvis succumbat in causa, non tenetur ad restitutionem, & num. 46.

CAPUT VI.

N Emini regulariter licet omisso iudice inferiori competente, apud Principem, seu Cancellarias in prima instantia causas suas civiles, vel criminales agere, l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azeved. Castill. controvers. lib. 3. cap. 25. num. 8. in fin. Cujac. in paratit. ad tit. C. quando Imper. int. pupill. Trentacing. variar. lib. 2. tit. de citationib. resol. 2. numer. 4. Pichard. manuduct. ad præx. part. 1. §. 2. numer. 2. Paz præx. tom. 1. temp. 1. num. 19. Duaren. ad tit. de iudic. §. de for. comp. Monter. præx. tract. 5. in princ. Carleval. de iudic. lib. 1. disp. 2. num. 576. & 583. quod etiam observatur in civitatibus, ubi suprema resident prætoria, l. 21. tit. 5. lib. 2. Recop. Alioqui processus nullitatis defectu laborabit, quæ exceptio in quovis litis statu opponi permittitur. Paz d. temp. 1. in fin.

Ad Num. 1.

Plures sunt casus, Curie, vocitati, quia de illis Senatores in prima instantia cognoscunt, de quibus in l. 8. 9. 12. tit. 3. l. 5. tit. 13. lib. 4. l. 4. tit. 15. lib. 9. Recop. eosque recensent Gregor. Lop. in l. 5. gloss. 2. tit. 3. p. 3. Carrasc. tract. de casib. Cur. d. numer. 2. Azeved. in d. l. 8. & 9. Recop. Monter. ubi proximè. Cur. Philip. part. 1. §. 9. numer. 7. cum seqq. De illis, qui Curiam Principis sui juris persequendi gratiâ in prima instantia adire possunt juxta legem unicam, C. quand. Imperat. ut pupillus, vidua, miserabilesque personæ, ultra nostrates nuper laudatos, agit Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 65. num. 3. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 58. Gail. lib. 1. observ. 1. Duar. ubi suprâ. Afflic. decis. 257. Cujac. & Castill. ubi proximè. Didac. Perez in l. 1. verb. Pobres, tit. 1. lib. 3. Ordin. Amat. variq. part. 2. resol. 65. num. 51. Carol. de Tapia in conslit. Statuimus, de offic. magistr. judiciar. num. 20. Malcard. de prob. conclus. 1065. Escob. de ratiocin. cap. 7. ex numer. 56. Cancer. variar. lib. 2. cap. 2. d. princ. Barb. pluribus congestis in collect. ad d. l. unic. C. quand. Imperat. cui conveniunt lex 41. tit. 18. lex 20. tit. 23. part. 3. Salgad. Labyrinth. credit. p. 1. cap. 7. num. 45. Tondut. de præv. jud. p. 2. c. 59. num. 45.

Ibi:

Ibi: Nam praxis idem admisit.

- 3 Dubium non est, quin persona miserabilis causas suas deferre valeat ad Curiam, etiamsi adversarius non sit ex potentioribus, ut sentiunt omnes prælaudati; nam & cæteris non privilegiatis subvenitur, ut ad Curiam auxilium confugiant, quoties potentiam colligantium formidant. Discob. num. 61. Barbof. num. 22. Canc. num. 18. Mastrill. num. 166. Azeved. in d. l. 8. num. 2. Carlev. num. 629.
- 4 Licet causa cesset privilegii post coeptum apud Curiam iudicium, veluti si vidua nuptui se tradat, aut pauper hæreditate quæsitã detestatur, ibidem liti finis debet imponi. Mastril. num. 165. Barbofa num. 19. Tapia sup. num. 15. Amat. ubi proximè. Trentacinq. num. 15. Carlev. num. 618. Salg. sup. num. 83. & alii ab ipsis laudati.
- 5 Quid è contra si mota lite coram inferiori, privilegii causa superveniat? ut si uxor de viri licentia agens in iudicio illius obitu ad statum viduitatis deveniat, aut dives jam lite contestata, subito fortunæ casu pauper fiat. Et causam ad Curiam revocari posse, probat Cabed. Lusit. decisi. 24. & 25. ubi num. 8. id expressim decisum illius regni ordinamento testatur quoad pupillos, ac viduas. Verùm apud nos, qui absque fori declinatione coram inferiori comparens litigat, etsi casum Curiam habeat, amplius suo privilegio uti non valet. Carralc. sup. num. 64. D. Covar. infra, cap. proximo, num. 5. vers. Nond ubi lis. Azeved. in l. 8. num. 5. tit. 3. lib. 4. Recop. & in praxi receptum habetur, quamquam de jure communi contrarium haud paucis placeat, quos refert Barbofa d. collectan. num. 11. Advertere oportet, quod non obstante praxi nostra, posset Cabedi sustineri decisio; etenim qui privilegio gaudens illud contemnit, dignus est ut amplius eodem non juvetur, cui renunciasse censetur, argumento legis Quæritur 14. §. Si venditor, de adilit. edict. hoc autem imputari nequit ei, cui post litem coeptam privilegium calamitas tribuit, de quo latè Carlev. supra numero 635. cum seqq. Salgad. supra à numero 79.

Ibi: His & illud convenit.

- 6 Laici forte miserabiles adversus laicos agentes de rebus profanis, ob negligentiam iudicum sæcularium ad subsidium Tribunalis Ecclesiastici refugere permittuntur. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 66. numero 5. Marant. de ordin. iudic. part. 4. dist. 9. numero 195. Gregor. Lop. in l. 48. gloss. 8. tit. 6. p. 1. Did. Per. in l. 1. verb. Pobres, vers. Cum jam, tit. 1. lib. 3. Ordin. & alii per plures apud Bobad. Politic. lib. 2. cap. 17. numero 108. lit. D, & Barbof. in collect. ad cap. Ex tenore II. numero 3. de for. compet. Velasc. de privil. paup. part. 1. quæst. 52. numero 13. qui ita tenet etiam absque omissione iudicis laici. Verùm hæc in praxi non sunt admittenda, nisi ubi propter distantiam nimiam miserabili recursus ad superiorem iacium deficiat, ut observant Greg. Lop. & Bobad. imò nec in istis amplissimis Indiarum plagis id obtinuisse privilegium unquam percepi.

Non desunt qui opinentur, idem refugium omnibus fore commune, cum Iudex laicus notoriè justitiæ denegat administrationem: eos refert Barbofa in collect. ad cap. Licet suscepto, num. 2. de for. compet. Velasc. supra num. 12. quibus refragatur dicta lex 48. l. artit. Bobadilla, & alii communiter.

Verf. Imò & in hoc tractatu.

Pauperibus, cæterisque miserabilibus fori electionem competere, ut in quo maluerint, Ecclesiastico vel Sæculari, suum jus etiam in laicos persequi possint, communis docet opinio, pro qua sunt plures, quos in unum congerit Barbofa in collect. ad cap. Ex parte 15. num. 1. 6. 7. de for. compet. & Velasc. de privil. paup. quæst. 52. num. 13. qui ex num. 39. pro viribus contendit, id pauperum privilegium esse de jure regio omninò observandum, non obistente lege 10. tit. lib. 4. Recop. Apud nos oppositam sententiam praxis amplectitur, valdè enim cavendum, ne confusio jurisdictionum ansa præbeatur, cui pluribus Regiis Sanctionibus est prospectum, l. 5. tit. 3. lib. 1. l. 3. 4. 10. tit. 1. lib. 4. Recop. adnotant Molin. de primog. lib. 2. c. 15. num. 76. vers. Sed hæc opinio. Menoch. & B. bad. uti proximè. Azeved. in d. l. 10. Recop. num. 47. Castill. de aliment. cap. 6. num. 6. & num. 5. alios refert imple tamen unum excipit casum, scilicet si alimenta testamento pauperi relinquuntur, quod tamen satis est controversum, ut ibi apparet, ubi Meli. in addit. num. 2. cum Castillo tenet communem. Et præmissa praxis in Regiis Auditoriis Hispaniæ viget, licet pauper simul oppressus, sive spoliatus reperitur. Castill. num. 19. & 20. Eo tamen casu posset fallere, si iudex laicus abesset, & periculum immineret ex mora. Bobad. d. cap. 17. num. 109. & 110.

Ad Num. 2.

Adde Cujac. & Alciat. in l. Pupillus 239. de verb. signif. Pupillus dicitur à verbo Pupo, id est puero. Narbon. de etat. ad act. hum. req. ann. 7. q. 3. Is autem qui in utero est, licet appellatione pupilli non contineatur in favorabilibus, quia pro nato est, l. Qui in utero 7. de stat. hom. pupillus tamen censetur. Bald. cons. 458. in fin. Tusch. lit. P, conclus. 423. num. 5. Barbofa de appell. verb. jur. sign. appellat. 230. Unde qui nondum editus patrem amiserit, si ejus nomine agatur, gaudebit privilegio dictæ legis unicæ, G. quando Imperat. Thom. Valasc. alleg. 65. num. 13. tom. 1.

Orphanorum nomine etiam puberes intra vigesimum quintum annum continentur, si patre caruerint, l. Orphanotrophos 30. de sacros. Eccles. Cujac. in paratitl. ad tit. C. de Episcop. & Cleric. Joan. Corral. tract. de invent. num. 5. Similiter de jure nostro huerfano dicitur major quatuordecim annorum patre orbatus, ut in rubric. & l. 13. cum sequent. tit. 16. part. 6. Atque ita quicquid de jure communi sit, ex Regio nostro secundum propriam vocis significationem istud privilegium puberibus infra legitimam ætatem conceditur, cum leges Regiæ de illo agentes, verbo huerfano utantur, l. 5. tit. 3. l. 41. tit. 18. l. 20. tit. 23. part. 3. atque ita observatur. Gregor. Lop. in

in dict. l. 5. gloss. 4. ac in d. l. 41. gloss. 1. Escob. de ratioc. cap. 4. numer. 60. Carrasc. de casib. Cur. n. 17. Monter. Prax. tract. 5. cap. 1. num. 10. Villad. Polit. lib. 1. c. 1. num. 9. Cur. Philip. part. 1. §. 9. num. 12. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. nu. 532. 565. & 566. Orphanus intelligitur etiam qui genitricem habet, ut præcitati sentiunt, & omnes: aliud tamen sensit Didac. Per. in lib. 1. verb. Pobres, vers. Item est notandum, tit. 1. lib. 3. Ordin. Jure communi pupillus extra patriam potestatem constitutus quomodolibet, juvatur Imperiali constitutione, Barbosa in collect. ad l. unic. num. 33.

Idem jus tribuendum videtur orphano, qui patrem inutilem habet, velut captum apud hostes, absentem absque spe revertendi, vel perpetua ægritudine vexatum, argumento eorum, quæ de scæmina nupta inepto viro traduntur per DD. à Barbosa laudatos ubi proximè, num. 9. propter rationis identitatem, l. Illud 32. ad l. Aquil.

Ibi: *Obtinet tamen hoc privilegium.*

12 Vidua, atque orphanus, etsi divitiis affluant, à beneficio tamen miserabilibus indulto non removentur; nam adhuc in miserando versantur statu. Gregor. Lop. in d. l. 41. gloss. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 66. num. 4. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de citat. resol. num. 16. Azeved. in d. l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. num. 9. Didac. Per. sup. vers. Cum jam sit, & vers. Hinc dicit Angelus: Gail. lib. 1. observ. 1. num. 39. Carrasc. de casib. Cur. numero 4. quibus jungendi plures quos cumulat Barbosa d. collect. num. 20. Contra sentientes exhibent Trentacinq. & Mascard. necnon Valasc. d. quest. 52. numer. 35. omninò videndus, & Carlev. num. 511.

13 Quod ampliatur ad alias personas miserabiles, non pauperes. Didac. Per. versic. Item causa privilegii, Azeved. ubi proximè. Sed in praxi minimè receptum testatur Gregor. Lop. in d. l. 41. gloss. 2. in fin. de sensibus ac valedudinariis differens, quanquam hi in miserabilibus numerentur in dict. l. 41. lib. 20. tit. 23. part. 3. & communiter per Interpretes. Orphanus verò, qui veniam ætatis impetaverit, eo privilegio carebit. Carrasc. sup. ex numer. 22. Similiter qui rationes administratæ alibi tutelæ minor sibi reddi in Curia postulaverit, non audietur, sed ad locum administrationis remittetur. Escobar. de ratioc. lib. 1. capit. 7. numero 56. ubi limitat, Carlev. numero 651.

Vers. *Secundus subsequitur casus.*

14 Pauper in prima instantia auditur apud suprema Tribunalia, lib. 41. tit. 18. lib. 20. tit. 23. part. 3. ubi Gregor. Lop. & in lib. 5. gloss. 5. tit. 3. ead. Partit. Carrasc. numero 44. Didac. Per. ubi sup. verb. Pobres, Cur. Philip. d. §. 9. num. 11. Azeved. in d. lib. 8. Recop. vers. *T personas miserabiles*, Trentacinq. n. 32. Castill. controvers. lib. 3. capit. 25. numero 18. Monter. dict. cap. 1. n. 9. Velasc. sup. quest. 5. num. 16. Carlev. de judic. lib. 1. disputat. 2. num. 561.

D. de Faria Covar. Enucl.

Ibi: *Ad hunc verò effectum.*

Qualis probatio paupertatis desideretur, 15 ut locus sit privilegio dictæ legis unicæ, tradunt Castill. ubi proximè, Velasc. quest. 5. numero 16. Barbosa in dicto collect. numero 36. Azeved. in l. 8. numer. 16. Carrasc. numer. 227. vers. *Secundò declaratur*, Cur. Philip. dict. §. 9. in fin. Carlev. num. 563. Vide infra, num. 18.

Vers. *Sed si quis in paupertatem.*

Solet generaliter controversi, an pauper 16 effectus proprio crimine, vel culpa, gaudeat privilegiis, quæ miserationis gratiâ egenis jura concedunt? De quo cum D. Covar. actum in addit. variar. lib. 2. cap. 16. ex numero 87. ubi in favorem paupertatis resolvitur, nisi quis datâ operâ in inopiam labatur. Adde Velasc. quest. 54. per totum & num. 8. in specie dictæ legis unicæ D. Covarr. sententiam cum aliis amplectitur: idem tenet Barbosa ubi proximè, Azeved. in d. l. 7. ad fin. Dissentit Trentacinq. d. resol. 2. nu. 32. recedere non oportet quoad rem, de qua in præfenti, de quo Carlev. numero 616.

Ibi: *Quod si vidua maritum.*

Vidua quæ virum enecuit, aut ad necem 17 illius cooperata est, hoc, & aliis viduitatis prærogativis redditur indigna. Azeved. in l. 8. num. 11. tit. 3. lib. 4. Recop. Mexia in pragm. tax. pan. conclus. 1. num. 10. Barbosa sup. numero 23. Trentacinq. dict. resolut. 2. num. 16. vers. *Hæc conclusio*, in fin. Cur. Philip. nu. 13. Carlev. num. 559.

Ad Num. 3.

Pauper quis censeatur quoad hoc privile- 18 gium, apud nos videtur definitum, ut sit ille, qui tria milia marapetinorum in bonis non habet. Azeved. ubi proximè, numero 14. versic. *T personas miserabiles*, Monter. d. cap. 1. n. 16. Sed verius est hoc judicantis arbitrio relinqui. Gregor. Lop. in l. 20. gloss. 2. tit. 23. part. 3. Carrasc. de casib. Cur. num. 46. Didac. Perez in l. verb. Pobres, tit. 1. lib. 3. Ordin. Et regulare est, quoties quæritur an aliquis egestate laboret. Meli. in addit. ad Castill. de aliment. cap. 1. num. 13. Velasc. cum plurimis quest. 1. num. 75. Carleval. de judic. lib. 2. disputat. 2. num. 562. & diximus in addit. variar. lib. 2. cap. 6. num. 42. Sed quæ probatio paupertatis sufficiat, pro negotii qualitate Judex quoque arbitrabitur. Velasc. quest. 5. numero 50. quem consulere oportet ibi, ac in dict. quest. 1. si de paupertatis probatione agi contigerit; nam non semper eodem modo probanda, & in causis tenuis præjudicii sufficit communis existimatio. Gregor. Lopez, ubi proximè, Velasc. quest. 5. num. 32. ubi alii. Vide sup. num. 15.

An ille, qui nihil in bonis haber præter 19 alimenta sibi assignata, debeat pauperibus jungi, ut isto juret privilegio, quærit Carrasc. sup. num. 47. Et inficiatur, quia ipse pauper non est. Surd. de aliment. tit. 7. quest. 37. numero 7. nisi ita exigua sit alimentorum præscripta, ut alimentarius liberorum numero, vel alia ex causâ egere noscatur.

G

Vers.

Verf. relinquendum tamen est.

Ad Num. 4

20 Miserabilis persona æstimabitur, qui in statu fortunæ injuriâ versatur, ut naturaliter prudentium animos ad pietatem, & commiserationem inducat: hoc cum multis, variisque causis contingere soleat (nam si homo miseris repletur multis,) ideo definiti nequit quibus sit hoc privilegio intuitu miseracionis subveniendum. Plures recensere Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de citatione resol. 2. ex numero 25.* Didac. Perez ubi proximè; Carrasc. *sup. Masc. d. concl. 1065. num. 2.* Barbosa in *colleçt. ad d. l. unic.* sed tandem judicis arbitrio committitur, Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 66. n. 1.* Trentacinq. *num. 36. verf. Animadvertendum.* Didac. Perez *d. verb. Pobres, in fin.* Cancr. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 14.* Barbosa *numero 40.* ubi alii, Velasc. in *præfat. n. 1. quæst. 4. num. 77.* Carlev. *sup. numer. 529. & 560.*

21 Hoc autem arbitrium quoad statum miserabilium, ac paupertatis excluditur, quoties lege cautum reperitur quis miserabilis, pauperve sit quoad aliquos juris effectus. Gregor. Lop. in *l. 20. gloss. 2. tit. 23. part. 3.* Velasc. *d. quæst. 4. numer. 78.* Sicut in eadem lege regia inter miserabiles numeratur, qui ex prosperitate, affluentiaque divitiarum in infimam sortem infortunio dejectus miseram degit vitam, etsi alias pauper non putaretur: observat ibi Gregor. Lop. illud Boëtii, *Infelicissimum infortunii genus est, fuisse felicem.* Carrasc. *de casib. Cur. à num. 52.*

22 Privilegiis pauperum, ac miserabilium renuntiantes nihil agunt, quia contra bonos mores, ac pietatem est, ut non subleventur oppressi. Glossa *verb. Excedere, in l. unic. C. quand. Imperator, &c.* Trentacinq. *sup. numer. 37.* Cancr. *n. 30.* Castill. *controv. lib. 3. cap. 25. num. 7.* Velasc. *quæst. 47. num. 10. & in specie lib. post quæst. 55. n. 5.* August. Barbosa cum pluribus in *colleçt. ad d. l. unic. num. 41.* Carlev. *d. disp. 2. numer. 598. & 603. cum seqq.* Ac tacita renunciatio sustinetur, ut si pauper promittat se certo loco soluturum; nam ibi conveniri poterit. Petr. Barb. in *l. 1. art. 4. num. 69. de judic.* August. Barb. in *colleçt. ad cap. dilecti, de for. compet.*

23 Sunt nonnulli casus, in quibus non est locus privilegio dictæ legis unicæ, etsi personæ alias privilegiatæ existant: hi apud nos in praxi excipiuntur, causæ criminales, super debitis regalibus, exequitivæ, si apud inferiorem judicem absque fori declinatione per litis contestationem exceptæ, si non excedant quantitatem decem mille marapetinum, similiter si privilegiatus contra pariter privilegiatum contendat, de quibus Carrasc. *ex numero 71.* Monteros. *tract. 5. cap. 1. num. 11.* Cur. Philip. *part. 1. 9. numer. 15. 16.* August. Barbosa in *colleçt. ad d. l. unic. numer. 25. 29. 30.* Carlev. *sup. d. disput. 2. num. 596. 602. 630. & 649.* qui alias limitationes, pluresque ampliationes ad eam constitutionem concessit: eas itidem exhibet Trentacinq. *d. resol. 2.* Illud libet adjicere, quod si post inchoatum judicium non privilegiato litiganti privilegiatus succedat, causa ad Curiam revocari nequit. Cancr. *sup. numer. 27.* Barbosa *n. 13.* ubi alios Interpretes videndos laudavit.

Glossa *verb. Implorando, in cap. 1. de offic. 24 Ordinar.* docet Advocatis quondam de publico salaria fuisse constituta, quam reprobant D. Covar. *variar. lib. 3. cap. 14. num. 1.* Barbosa in *colleçt. ibi, n. 5.* Imò Neronis constitutione cautum fertur, ut Advocati, pullo interveniente honorario, litigantium clientelam susciperent, ut ex Alexand. observat Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 369.* quod jure ad pauperes restrictum est, cæteri namque mercedem advocacionis pendere cogebantur *l. 1. §. In honorariis, de variar. & extraord. cognit.* Trajanus ante omnes, Patronos de publico, stipendiis præstitis, pauperibus deputavit, quod in quavis Republica benè instituta servari oportet, ut cum D. Covar. adnotat Benincas. *de paupert. q. 1. num. 19.* inhumanum quippe foret, egenum cum divite in judicio contendentem, utili advocacionis juvamine destitui, aut id minis idoneum emendicatum quærere, *l. 1. §. Ait Prætor, de postuland.* cum inter litigantes quoad patrociniū omnimoda desideretur æqualitas, *l. Providendum 7. C. eod.* Unde apud nos stabilitum, ut Advocati pauperum expensis publicis designentur, & ubi desunt, quisque pro inopibus gratis patrocinari tenetur, ac per Judicem jure compelli poterit, *l. 6. tit. 6. par. 3. l. 16. tit. 16. lib. 2. Recop. Greg. Lop. in l. 16. gloss. 7. tit. 9. part. 2.* Menoch. *casu 369. à princip.* Salgad. *Labyrinthi p. 1. cap. fin. numer. 112.* Bovad. *Polit. lib. 3. cap. 13. num. 16.* Azeved. in *d. l. 16. Recop. Paz Prax. tom. 1. annot. 5. numer. 65.* Barbosa in *colleçt. ad cap. Ex litteris, num. 2. de offic. Ordin. Magistrat. lib. 5. cap. 8. in fin.* Menchac. *illustr. lib. 1. cap. 41. num. 3.* Pichard. in *§. Tam autem, n. 8. Instit. de inoffic. testam. Avil. in cap. 7. Prætor. gloss. An de llevar, numer. 3.* Flor. Diaz *variar. lib. 1. quæst. 8. §. 1. numer. 52.* Guazzin. *de defens. reor. in præfat. num. 5.* Velasc. *de privileg. paup. quæst. 28. num. 43.* ubi quod Advocati jurejurando promittunt, cum in supremis Auditoriis admittuntur, pauperes, viduas, & orphanos tueri, quod idem Velasc. fusè prosequitur. Clerici quoque, licet alias coram laico judice advocare prohibeantur, pauperum tamen causas agere possunt. Barbosa cum pluribus *de Jur. Eccles. tom. 2. lib. 1. cap. 40. numer. 86.* De salariis causidicorum, quæ quondam apud Romanos, & alias gentes præstari consueverunt, videndus latè Tiraquel. *de nobilitat. cap. 29.*

Quæ de Advocatis diximus, ad Procu-
ratores, Tabelliones, ac Judices, cum quid sportulorum nomine percipere licet, ampliantur. Velasc. *num. 41. 60. & 61.* Menchac. Guazzin. Benincas. & alii nuperrimè laudati. Jungas his quæ adnotantur in *addit. variar. lib. 3. cap. 14. num. 1.*

Ibi: Imò apud Gallos.

Idem tradit ex Baldo, & Guidone Papa Benincas. *de paupert. quæst. num. 11.*Ibi: Nam & in conscientia
judicio.Qui egenis litigantibus patrociniū, vel
ministerium proprium subtrahit, aut gratis
non

non exhibet, in foro interno peccati reus fit, & ad restitutionem ejus, quod acceperit, obligatur. *Benincas. de paup. quæst. 7. numer. 10. Azeved. in l. 16. num. 1. tit. 16. lib. 2. Recop. Guazzin. sup. num. 3. Boër. de inop. debit. cap. 12. num. 15. Flores Diaz ubi proximè, Velasc. d. quæst. 28. num. 41. & 44 cum seqq.*

Ad Num. 5.

- 27 Dives litigans non tenetur pauperi adversario actori intuitu egestatis alimenta, vel litis expensas ministrare. *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num. 22. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 110. in princ. Anton. Fabr. in ration. ad l. Si instituta, §. De inofficioso, de inoffic. testam. Boffius præx. tit. de aliment. uxor. præstand. n. 1. Gratian. disceptat. cap. 954. numer. 26. Paul. Meli. in addit. ad Castill. de aliment. cap. 1. n. 1. & decis. 116. num. 1. ubi plures, Lara in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, n. 4. de liber. agnosc. Simon. de Præx. de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 2. interpr. 2. numer. 28.*

Ibi: Idem ipse profiteor.

- 28 Præcedens conclusio communiter limitatur quoties cum paupertate actoris haud levis præsumptio boni juris concurrat; tunc enim alimenta, & litis sumptus reus dives exhibere cogetur. *Menochius ac Boffius ubi nuper, Surd. sup. quæst. 119. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæst. 12. numer. 5. Meli. ubi proximè, cum pluribus, Gratian. numer. 27. Velasc. de privileg. pauper. quæst. 39. numer. 24. 25. Castill. controvers. lib. 3. cap. 27. numer. 52. Lara num. 58. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. numer. 32. quem videas numer. 41.*

Verf. Constat sanè Jure Civili.

- 29 De intellectu legis *Si instituta, §. De inofficioso, de inoffic. testam.* agit *Menoch. sup. ex num. 4. Surd. quæst. 111. cum seqq. Lara & Boffius ubi proximè. Trentacinq. num. 32. Velasc. num. 22. Cujac. in d. l. Si instituta, Fabr. in ration. ad d. §. de inofficioso, & apud laudatos ampliationes, & limitationes ad eum textum reperies. Illud ex Trentacinq. & aliis observandum, filio alimenta, & litis sumptus esse præstandos dum agit ad alimenta, si in quasi possessione filiationis existat, aut aliam præsumptionem non elisam per alias pro se habeat. *Meli. d. cap. 1. num. 7. Molin. de primog. lib. 2. cap. 16. numer. 30.**

Ad Num. 6.

- 30 De his omnibus egerunt præcitati, & specialiter de nepotibus, aliisque descendentes, quibus litigantibus sumptus litis, & alimenta debentur, *ex d. §. De inofficioso, Menoch. sup. num. 15. Molin. num. 34. Dueñ. regul. 365. num. 5. Velasc. num. 22. De ascendentes Menoch. numer. 16. Surd. quæst. 111. numero 26. Dueñ. num. 6. Trentacinq. d. resol. 1. num. 40. De uxore Meli. d. cap. 1. num. 17. Boffius sup. Menoch. num. 18. Trentacinq. num. 37. Velasc. numer. 21.*

D. de Faria Covar. Enucl.

Ibi: Secus esse in extraneis.

Cunctis, ut prænotavimus supra num. 28. 31 litis expensæ debentur, paupertate cum bono jure agentis conjuncta, idemque de alimentis dicendum dum litigat pauper: sic his concurrentibus, fratri sunt alimenta & expensæ litis assignandæ. *Molin. d. cap. 16. num. 35. Menoch. d. q. 35. Dueñ. reg. 365. in fin. Surd. de aliment. quæst. 117. ex quibus aliqui, scilicet Trentacinq. & Dueñ. distinguunt, ut per D. Covar. hic: sed distinctione opus non esse, ex præmissis videtur.*

Verf. Secundùm quod Doctores.

Filio agenti ad patris hæreditatem, etiam 32 in prima instantia sumptus litis, & alimenta penduntur, modò præsumptione boni juris juvetur, atque ita sententia pro ipso lata non præcisè desideratur: nec obest decisio legis *Si instituta, §. De inofficioso ff. de inoffic. testam.* nam ibi exhæredationis nota in filium conjecturam producebat. Sic tenent *Menoch. sup. num. 4. Molin. num. 36. Boff. num. 2. Meli. num. 16. Leoncill. de privileg. pauper. privil. 22. num. 44. Gratian. dict. cap. 954. numer. 27. Trentacinq. num. 32. Velasc. num. 26. ubi quod regulare est quoties pauper hæc in judicio postulat.*

Ibi: Penes quos lata est examinatio.

Quamvis per appellationem judicatum ex- 33 tinguatur, *l. 1. §. ultim. ad Turpillian.* tamen illa pendente, pro sententia est præsumptio. *Anton. Fabr. in ration. ad d. l. Si instituta. §. De inofficioso, Menoch. lib. 2. præf. 67. à numero 36. Surd. sup. q. 120. num. 11.*

Ibi: An sit locus eidem responso.

De hac quæstione consulas laudatos *sup. 34 numer. 32.* & distinctionem hic traditam inter jus antiquum Digestorum, & novum, quam amplectitur *Menoch. d. quæst. 35. num. 4. Surd. q. 112. verf. Tertium requisitum,* ubi respondet etiam, quod *in d. §. De inofficioso,* ita evenit, ut proponitur casus; non tamen negatur, quod in prima instantia etiam subveniatur pauperi agenti, si alioqui apparuerit justam prosequi causam. *Surdus eadem q. 119.*

Verf. Tertio requiritur.

Paupertatis probatio omninò desideratur, 35 etiam in liberis, ut alimenta, litis expensas, donec quis litigat, consequantur. *Surd. q. 112. num. 1. Menoch. num. 1. Boffius sup. num. 1. Leoncill. dict. privileg. 22. num. 34. Gratian. numer. 28. Meli. dict. cap. 1. num. 10. ubi quod est concludenter probanda. Vide Velasc. quæst. 1. num. 18. Cævall. commun. q. 757. num. 20. qui tenet, unius testis depositionem sufficere. Sed à Melii opinione recedendum non est, cum regulariter paupertas saltem duorum testimonio sit probanda. *Velasc. d. q. 5. numer. 7.**

36 Sed si utrinque paupertas probetur, exhibitio sumptuum & alimentorum denegatur. Velasc. *quæst.* 39. *num.* 72. Meli. *num.* 4. Ant. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 349. *num.* 23. Gratian. *ubi proximè*, & alii quos ipsi referunt.

37 Quæstionis est, utrum hæc debeantur non solum agenti ad hæreditatem vel universitatem bonorum, sed etiam ad rem singularem, seu quantitatem? Inficiatur Surd. *sup. tit.* 1. *q.* 120. *num.* 14. Cost. *de port. rat. quæst.* 59. *numer.* 6. Leoncill. *nu.* 36. Ricciul. *de jur. person. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 6. Contra sentiunt Merlin. *de legitim. lib.* 5. *titul.* 3. *quæst.* 12. *num.* 8. Meli. *in addit. ad Castell. de aliment. cap.* 1. *num.* 5. & *allegat.* 113. *n.* 17. Velasc. *dict. quæst.* 39. *num.* 47. Et licet prior sententia longè sit communior, affirmativa tamen æquior videtur, ac eam decisionibus corroboratam testantur qui eam sustinent.

Ad Num. 7.

38 Similiter converti solet de restitutione quantitatis, quæ agenti inopi nomine alimentorum, ac litis sumptuum præstatur, si in judicio succubuerit, ac de cautione ab ipso per Judicem exigenda. Et ad utrumque teneri pauperem sentit Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 43. cautionemque sic concipiendam: *Ut accepta, nisi obtinuerit in causa, sic redditurus, quatenus ad id de jure asringatur.* Nam liberi, quibus alimenta pendente lite præstantur, immunes à restitutione existunt, etsi succumbant per diffinitivam. Molin. *ibi numer.* 40. ejusdem sententiæ est Lara *in l. Si quis à liberis, §. Si vel parens, n.* 54. *de agnosc. liber.* & alii, D. Covarruv. *in cap. in fin.*

39 Oppositum tamen esse receptius constat ex his, quæ tradit Velasc. *quæst.* 39. *numer.* 62. Menoch. *de præf. lib.* 1. *quæst.* 35. *numer.* 37. Surd. *sup. tit.* 1. *quæst.* 124. *num.* 4. Marefcot. *Variar. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 26. Merlin. *d. cap.* 12. *num.* 12. Trentacinq. *Variar. lib.* 1. *titul. de aliment. resol.* 1. *num.* 45. ubi quod cautio præstari jubeatur, si judex fraudem præsumserit. Sed si de ea apparuerit, semper erit restitutioni locus, argumento legis 1. §. *Interesse, ff. si mul. vent. nom.* Quid cum actor superat? Consulas Velasc. *num.* 65. Marefcot. *sup.*

Verf. Solet tamen dubitari.

40 Pro alimentis, sumptibusque litis quantitas pauperi litiganti tribuenda judicis arbitrio decernitur. Molin. *d. cap.* 16. *num.* 47. Menoch. *num.* 35. Meli. *d. cap.* 1. *numer.* 8. & *decif.* 116. *numer.* 2. Merlin. *d. cap.* 12. *in fin.* Lotter. *de re beneficiar. lib.* 2. *quæst.* 5. *nu.* 39. Leoncill. *de privileg.* 22. *num.* 63. Trentacinq. *num.* 46. Velasc. *quæst.* 39. *num.* 7. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 2. *gloss.* 2. *part.* 3. *d. num.* 65. Marefcot. *d. cap.* 83. *numer.* 12. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 23. *num.* 41.

41 Actum est promiscuè de alimentis ac litis expensis, quæ pauperi litiganti debentur; eadem est enim ratio, imò favorabilior est causa alimentorum, quam hujusmodi sumptuum. Surd. *tit.* 1. *q.* 119. & 120. *num.* 10. Verùm aliquando sumptus litis concedi debent litiganti, non autem alimenta, veluti si aliunde habuerit ad victum præcisè necessaria duntaxat;

huic namque subveniendum erit litis sumptibus, ne alias ipse, ejusque familia, subtrahatis ad litigandum alimentis, maximum patiantur incommodum, aut agens de avvocato gratis patrocinante animadvertit Flor. Diaz *variar. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 1. *numer.* 52. Ita temperandum est quod docet cum aliis Velasc. *quæst.* 39. *num.* 55. *ubi numer.* 48. probat litis sumptus non esse denegandos pauperibus, quanquam advocati & procuratores eorum sint deputati publicis expensis.

Ad Num. 8.

Filio contententi in judicio cum patre su- 42 per filiatione ad alimenta consequenda, vel alium effectum, interim alimenta, & litis sumptus assignantur à parente solvendi, summaria præcedente cognitione, sufficientique præsumptiones, unius testis omni exceptione majoris depositio, vel sola quasi possessio filiationis. Molin. *sup. numer.* 39. Castell. *de aliment. cap.* 4. *num.* 9. 10. ubi an desideretur libelli oblatio, litisque contestatio. Leoncill. *d. privileg.* 22. *num.* 15. Meli. *in addit. ad Castell. d. cap.* 4. *ex numer.* 13. Mascac. *de probat. concl.* 786. *num.* 10. Greg. Lop. *in l. ultim. gloss.* 3. *titulo* 19. *part.* 4. ubi quod non præstat jusjurandum filii nisi conjecturæ concurrant. Trentacinq. *variar. lib.* 1. *titul. de aliment. resol.* 1. *num.* 32. Cavall. *commun. quæst.* 757. *num.* 120. Menoch. *d. quæst.* 35. *numer.* 35. Surd. *quæst.* 120. *ex numero* 22.

Hæc alimenta, litisque expensæ, sicut & 43 cætera, quæ juris dispositione, & judicis officio liberis, aliisque debentur, non alias sunt præstanda, nisi aliunde habeant ut sibi valeant providere. Velasc. *quæst.* 39. *nu.* 50. Meli. *ubi pronuper, cap.* 19. *num.* 5. Marefcot. *sup. n.* 7. Trentacinq. *ubi proximè ad fin.* Surd. *quæst.* 112. *num.* 31. *vers.* *Addo quod si filius.*

Decretum de alimentis exhibendis filio, 44 vel alii pauperi litiganti, nihil in præjudicium causæ principalis operatur. Menoch. *d. quæst.* 35. *in fin.* Trentacinq. *num.* 47.

Ibi: Nam & alimentorum causa.

Distingue si pauperi debeantur, prout di- 45 stinguunt Castell. *de aliment. cap.* 6. *nu.* 7. Meli. *in addit. ad eum, cap.* 3. *num.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 115. *num.* 15. Tiraq. *de privileg. piæ caus.* *in præfat. num.* 21.

Ibi: Et sanè ubi hoc modo.

Qui à parente, dum litigat, filiatione quo- 46 modolibet probata alimenta, & litis sumptus percipit, quamvis in principali causa succumbat, minimè ad restitutionem illorum compelletur. Menoch. *d. quæst.* 35. *num.* 37. Molin. & alii laudati *sup. numer.* 38. 39. quod, nisi fraudem intervenisse constiterit, est verum, *ex l. 1. §. Interesse, ff. Si mulier. vent. nomin.* Hinc, juncta sententia D. Covar. tradita *num.* 7. colligitur discrimen constitui quoad hujus restitutionis obligationem inter filios, & extraneos, cujus meminit Molin. *d. cap.* 16. *num.* 41. Sed plerique docent, omnes ad ejusmodi restitutionem nequaquam esse restrictos, ut præmittitur *sup. num.* 39.

SUMMA-

SUMMARIUM.

- 1 Viduis castitatem observantibus privilegium competit revocandi causas suas in prima instantia ad Regia prætoria.
- 2 Turpiter se gerens vidua cunctis exuitur status privilegiis: quod declaratur num. 3.
- 4 Honestatis probatio præmitti debet, ut vidua eo privilegio potiatur, sed hæc fæminis illustribus apud nos ex stylo remittitur.
- 5 Quæ bona viduis ob turpitudinem auferantur, remissivè.
- 6 Viduæ non adimuntur bona, quæ à priore habuit viro, etsi post secundas nuptias luxuriosè deliquerit.
- 7 Fæminæ quæ nunquam nupsit semper honestè viventi, utrum præfatum viduarum privilegium conferatur, & num. 8.
- 9 Moniales eadem gaudent prærogativa litigantes.
- 10 Utrum ad meretrices extendatur.
- 11 Mulieri nuptæ viro absenti, vel aliàs inutili, sicut viduæ privilegium idem tribuitur.
- 12 Vidua, pupillus, miserabileque personæ alio juvantur privilegio, ne scilicet per alium privilegiatum extra domicilium possint conveniri, nisi per rescriptum derogetur expressim legi unicæ, C. quand. Imper. int. pup.
- 13 Ecclesiæ an competat jus trahendi proprias causas in prima instantia ad Curiam, & num. 15.
- 14 Spoliata per laicos, valet eos in foro Ecclesiastico convenire.
- 16 Utitur jure minoris, & pupilli.
- 17 Pauperum causæ ante omnes debent expediri.
- 18 Causæ minoris quantitatis non inducuntur per privilegiatos ad curiam in prima instantia.
- 19 Privilegiatus ut causas deferat ad Regia Prætoria, num in pariter privilegiatum eo jure uti permittatur, & num. 34.
- 20 Generaliter utrum privilegiatus in pariter privilegiatum suo juvetur privilegio, per plures casus explanatur, & numer. seqq.
- 23 Vidua an causam deferat ad Curiam adversus pariter privilegiatum.
- 27 Privilegium sic interpretatur, ut quid contra, vel præter jus commune operetur.
- 28 Privilegium quo res ad regulas juris communis revertitur, latè interpretatur.
- 29 De liberis ordinariis, quæ in Cancellariis expediuntur pro viduis, & aliis privilegiatis.
- 30 Privilegium de quo actum est, competit viduis, ac similibus, sive agant sive defendantur.
- 31 Viduæ, & alii privilegiati utrum in criminalibus gaudeant suo privilegio, & numero 32.
- 36 Privilegiatus per similem in domicilio conventus, ibi respondere compelletur.
- 37 Privilegiatus in Curia habitans, in Regio Prætorio nequit invitus conveniri.
- 38 Aliud est privilegium trahendi causas ad Curiam, & aliud ne quis extra proprium domicilium extrahatur.

- 39 Universitas populi potest apud Regia Prætoria convenire, ac conveniri, & numer. 41.
- 40 Domini vassallorum, & alii, qui magistratus constituunt, in prima instantia trahuntur ad Curiam.
- 42 Causa cæpta apud inferiorem, non avocatur per Curiam ob litigantis privilegium. Quid si minor restitui postulet, qui licem est contestatus, ibid.
- 43 Causa communis privilegiato, & aliis trahitur ad Curiam quoad omnes.
- 44 Privilegiatus, qui velut venditor ad iudicium accedit, quod cum emptore agitur, nequit causam in prima instantia ad Regium Prætorium deferre. Idem est de hærede qui prosequitur instantiam cum antecessore inchoatam, ibid.

CAPUT VII.

Ad Num. 1.

Vidua eo gaudet privilegio, ut quo ad primam instantiam litigans, Curiam Principis valeat adire. Tusch. lit. V, conclus. 203. n. 1. Velasc. de privil. pauper. part. 1. quæst. 52. numero 35. Tondut. de prævent. judic. part. 2. cap. 59. numero 45. Aug. Barbosa in collect. numero 2. ad l. univ. C. quand. Imper. int. pupill. & alii plures, quos recensuimus supra cap. prox. numero 2. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. à numero 225. Sed illud ita demùm indulgetur viduis, si status honestate decorentur. Gregor. Lop. in l. 5. gloss. 2. titul. 3. part. 3. Tusch. numer. 2. Azeved. in l. 8. n. 11. titul. 3. lib. 4. Recop. Cancer. variar. libro 2. cap. 2. n. 8. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 65. numero 31. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de citationib. resal. 2. numero 16. vers. Hæc conclusio, ad fin. Surd. de aliment. titul. 7. quæst. 24. numero 17. Did. Perez in lib. 1. verb. Pobres, vers. Quod intelligendum, titul. 1. lib. 3. Ordin. Cur. Philip. part. 1. §. 9. numero 13. Monterol. in pract. part. 1. tract. 5. cap. 1. numero 11. Barbosa cum aliis numero 24. licet contra sentiat Carleval. numero 554.

Non solum vidua ob turpitudinem illâ prærogativâ destituitur, sed etiam cæteris omnibus, quæ viduitatis intuitu conceduntur. Tusch. Barbosa, Surd. Trentac. ubi pronuper, Matienz. in l. 5. gloss. 8. numer. 13. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Tiraq. de Nobilit. cap. 18. n. 13. Marquard. tract. de cælib. t. Sacerd. non abrogand. cap. 12. n. 4. & 21. Nec vidua dici meretur, quæ impudicitiam honorem status denigrat; viduam etenim non efficit habitus, sed honestas, l. Decreto 15. & ibi Glossa, C. ex quib. caus. infam. irrog. Marquard. supr. num. 2. & non solum in moribus, sed & in veltibus honestas viduitatis est servanda. Theat. vitæ hum. lit. V, verb. Viduæ, §. Viduitatis ornamenta, vers. Cæterum summum.

Quæ temperanda veniunt, si vidua semel sui corporis copiam fragilitate sexus fecerit, ut videtur Surdo d. quæst. 24. numero 20. Matienz. supr. ex num. 7. & aliis apud eos. Similiter vidua, quæ olim lapsa respuit, vitamque degit honestam, beneficio Imperiali indigna non est. Trentacinq. d. vers. hæc conclusio, ad finem.

4 Ut viduis id privilegium tribuatur, opus est honestatis probatione: sed apud Suprema Hispaniæ Prætoria in gratiam illustrium foeminarum urbana viget praxis, ut quoties vidua generis, aut opum nitore corruscans, hoc privilegium sibi competere ut decernatur expostulat, illiçò nullâ de moribus informatione susceptâ concedatur. Monteros. *diçl. cap. 1. num. 7.*

Ibi: *Quibus & alia ferè.*

5 Quæ auferantur viduæ viventi luxuriosè, tradunt latè Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 90. à numero 4.* Anton. Gom. *in l. 14. Tauri, numero 17.* Surdus *sup. ex nu. 17.* Marquard. *d. cap. 12. numero 3.* Matienz. *d. gloss. 8. de quo lex 5. titul. 9. lib. 5. Recop. lex 3. titul. 12. pag. 4.* De dote communiter placet per turpitudinem non amitti. Matienz. *numero 10.* Menoch. *lib. 5. præf. 32. numero 21.* Molin. *suprà num. 9.* Acoſta *in cap. Si pater, part. 1. verb. Legavit, numero 44. de testam. Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. num. 55.* Petr. Barbosa *in l. 2. part. 1. in princ. à num. 65. ff. solut. matr.*

6 Quod autem dicitur de privatione bonorum, quam vidua patitur propter turpitudinem, accipi ita debet, ut si ad secundas convolaverit nuptias, ac deinceps in corpus suum peccaverit, nequaquam amittat quæ intuitu prioris matrimonii comparaverit; non enim primo consorti injuriam censetur irrogare Molin. *d. disp. 90. numer. 3.* Merlin. *de leg. lib. 4. tit. 2. q. 6. numer. 11.*

Ad Num. 2.

7 Foemina honesta, quæ calibem duxit ab infantia vitam, fruitur prærogativa diçtæ constitutionis, ut sentiunt Greg. Lop. *in l. 5. gloss. 2. tit. 3. pag. 3.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de citation. resol. 2. numer. 16. vers. Hæc conclusio,* Carleval. *d. disp. 2. num. 533. & plures alii apud Barbosa in collect. nu. 7. ad l. unic. C. quand. Imperat. int.* Sed D. Covar. accedentes oppositum sustinent Castill. *controverf. lib. 3. cap. 25. num. 16.* Gail. *lib. 1. observat. 1. num. 44.* Carrasc. *de casib. Cur. numero 70.* qui apud nos sic receptum testatur, tametsi hujusmodi foeminis omnia viduarum privilegia competere scripserit Alciat. *in l. Mulier, §. Viduam, numer. 24. de verb. signif.*

Verf. Cæterùm quia.

8 Sententiam cui adhæsi, limitat Præses noster, si qua mulier jam grandæva coelebs persistat, pudicitia observatrix, cui adinstar viduæ subveniendum præfato beneficio. Consentunt Carrasc. & Gail. *ubi proximè.* Quod quidem in divite satis dubium videtur, cum & in verè viduis haud pauci id non admittant: nec miserationis rationem allequor in illa, quæ ultrò in coelibatus libertate moratur, cum condigno viro nubere valuerit. Aliud juris erit quoties nobilis foemina, etsi pauperie non opprimatur, nequit tamen facultatum tenuitate juxta suam conditionem conjugem intervenire, quam in miserabilibus merito recenset Didac. Perez *in l. 1. verb. Pobres, vers. Item puella, titul. 1. lib. 3. Ordin.*

9 Quibus privilegiatis foeminis sunt jungendæ moniales, ut miseratione dignæ, utpote quæ

à familia segregatæ, ac communi commercio, clausæ intra claustra tenentur. Cabed. *Lust. decis. 54. ex num. 8.*

Quamquam in foeminis ad fruendum ejusmodi beneficio pudicitia observatio desideretur, ut ex præmissis liquet; non tamen desunt, qui id meretricibus tribuendum scripserunt, ut Barbosa *in d. collect. num. 10.* Velasc. *de priv. paup. q. 54. numero 9.* Carleval. *suprà numero 574. & alii, quos referunt.* Sed quamam juridica ratione, me præterit omninò; nam etsi propter animæ periculum, & infamiam miserimæ æstimentur, non ideò tamen ex improbitate, in qua ultroneæ versantur, commodum privilegii reportabunt, quod jura non sinunt, *l. Ita demùm 36. de arbitr. l. Si ab hostibus 11. §. 1. ff. solut. matrim. cap. Intelleximus 7. de judic. Argel. de legitim. contradiçt. quæst. 4. art. 2. numero 64.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. numero 68.* Barbosa *axiom. 143. numero 3.* Alioquin facinorosi, atque criminibus irretiti inter privilegiatos ex ea constitutione venirent numerandi quoniam in miserando jacent statu, de quibus in simili casu ita ratiocinatur Did. Per. *d. verb. Pobres, vers. Item miserabiles.* Nec rectè arguit Velascus de paupere ex proprio scelere ad meretricem, inter quos patens diversitatis ratio reperitur; ille enim, etsi maximè velit, ab inopiæ miseria sese eximere non valet, nec illi poenitentia prodest: meretrix verò à sua turpitudine, & commiserationis causa poterit resiliire: unde huic egestate laboranti legis auxilium videtur deferendum.

Verf. Est & in eodem tractatu.

Mulier viro inutili nupta ob captivitatem, exilium, aliamve rationem, prærogativa præfata constitutionis ut vidua juvabitur. Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. numero 540.* Azeved. *in l. 8. numero 10. titul. 3. lib. 4. Recop. Trentac. sup. vers. Hæc conclusio,* Gail. *numero 44.* Carrasc. *numero 67.* Cur. Philip. *part. 1. §. 9. numero 13.* Did. Per. *sup. vers. Sed cum jam, Mexia in pragmat. tax. pan. fund. 10. part. 2. numero 23.* Barbosa *d. collect. numero 9.* Cancer. *Variar. lib. 2. cap. 2. numero 9.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 65. numero 19.* Estque regulare, ut quoad omnia privilegia viduitatis, uxor viri inutilis vidua reputetur. Gratian. *discept. cap. 666. numero 9.* Bovad. *Polit. lib. 1. cap. 11. numero 7.* Tiraquell. *de legib. connubial. l. 6. numero 12.* Petr. Barb. *in l. 1. part. 1. numero 47. ff. solut. matrim.* Palac. Rub. *in cap. Per vestras, §. 1. notab. 2. numero 12. de donat. int.* Thom. Aëtius *tract. de lud. schaccor. quæst. 8. numero 42.* Aug. Barbosa cum aliis *in collect. numero 11. ad cap. Inter corporalia, de elect.* Imò & viduæ appellatione comprehenditur. Alciat. *suprà, num. 30.* Sic Ecclesia, cujus Prælatu omninò ineptus, vidua nuncupatur. Bovad. & Aëtius *ubi pronuper, Carrasc. numero 69.*

Verf. Habent præterea.

Vidua, pupillus, reliquique miserabiles alterum nanciscuntur privilegium, ut à proprio domicilio extrahi non possint, ut in Curia, vel coram alio judice in prima instantia pulsati respondeant, etiamsi actor in alios jure, rescripto,

rescripto, vel privilegio ea facultate uti permittatur, nisi expressim Imperiali constitutioni derogetur. *Castill. dict. cap. 25. num. 17. Cancer. nu. 24. Ant. Thesaur. Pedemont. decis. 177. num. 12. Azeved. num. 8. Cabed. Lusit. decis. 54. num. 10. 11. Thom. Valasc. num. 59. Trentac. d. resol. 2. ex num. 1. Marant. de ord. judicior. p. 4. dist. 9. num. 193. Barbosa in collect. ad d. l. unic. num. 3. ubi alii, Carleval. sup. num. 576. Salgad. Labyrinth. credit. part. 1. c. 7. n. 48. 49. Masfrill. decis. 137. à n. 28.*

Ad Num. 3.

- 13 Ecclesiæ competere privilegium legis unicæ, C. quand. Imperat. int. docuerunt *Castill. contr. lib. 3. cap. 25. num. 30. Mart. de jurisd. part. 4. cent. 1. cas. 49. Thesaur. sup. d. decis. 177. num. 9. Carleval. de judic. tom. 2. disp. 2. à num. 585. Cur. Phil. part. 1. §. 9. num. 10. Monteros. pract. tract. 5. cap. 1. num. 4. Barbosa cum pluribus in collect. ad d. l. unic. num. 38. & obiter adnotavimus Variar. lib. 1. cap. 4. num. 12. quod jure non probari constat juxta constitutionem dictæ legis unicæ; nam Imperator illis solum personis consultum voluit, quæ ad misericordiam naturaliter movent. Ecclesia autem ad religiosam pietatem inducit, sed non est miseratione digna, nisi inopiâ laboret, violentum patiatur spolium, aut Prælato careat, vel inutili oneretur; nam tunc vidua reputabitur, ut prænotatur *suprà, num. 11. in fine. Ita sentit Cancer. variar. lib. 1. cap. 2. num. 15. Vide inf. numero 15.**

Ibi: Idcirco Ecclesia potest eligere.

- 14 Ecclesia per vim, vel dolum spoliata à laïco, Ecclesiasticum, aut Sæculare Tribunal pro restitutione adire poterit. *Bovad. Polit. lib. 2. cap. 17. num. 37. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 16. à princ. Paz in prax. tom. 2. prælud. 2. num. 19. Bernard. Diaz in Praxi, cap. 90. nu. 1. ubi Salced. in addit. lit. A. vers. Apud Hispanos, Tusch. lit. I, concl. 446. nu. 31. Parlad. different. 9. §. 2. num. 1. Cur. Philip. part. 3. §. 2. num. 7. Idem juris erit quoties laïcus infert Clerico injuriam, ut tenent plures apud Barbof. in collect. num. 3. ad cap. Cum sit generale, de for. compet.*

Ibi: At in hoc Castellæ Regno.

- 15 Apud nostra suprema Prætoria usu receptum habemus, ut quævis Ecclesia, sive Hospitale in prima instantia audiatur, secundum decisionem dictæ legis unica, cujus praxis meminit Valasc. *de privil. paup. q. 52. num. 33. Trentac. Variar. lib. 2. tit. 2. de citat. resol. 2. Carlev. sup. num. 585. & 630. Cur. Philip. part. 1. §. 9. num. 10. Monteros. ubi proximè, qui id ampliant ad Confraternitates, Collegia, & Universitates. Illud quidem est æqua ratione inductum, cum Jure nostro plures sint Curia casus, non ob miserationem, sed ob personarum qualitatem, l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. in quibus meritò Ecclesia recenseri deberet, cum summa ratio pro Religione faciat, l. Sunt personæ 43. de religios. & sumpt. funer.*

Ibi: Hoc enim usu.

Pragmatica hæc est lex 12. tit. 2. lib. 1. Recop. Consule Azeved. *ibi.*

Ibi: Habuit verò quelibet.

Ecclesia jure minoris, sive pupilli utitur, 16 *l. ult. titul. finali, pag. 6. ubi Gregor. Lop. gloss. 1. Glossa in l. Libertos 8. C. de excusat. tutor. Mart. d. cas. 49. numer. 14. 15. Barbosa cum pluribus de Jur. Ecclesiast. tom. 2. lib. 2. cap. 13. num. 8.*

Verf. His accedit.

Pauperum causæ prius per judices sunt expediendæ, etsi tempore posteriores, l. 27. tit. 5. lib. 2. l. 17. tit. 2. lib. 3. Recop. Bovadil. lib. 2. cap. 2. num. 62. 63. Velasc. *sup. q. 55. num. 9. Did. Perez in l. 13. verb. E de las personas, tit. 3. lib. 2. Ordinam. Barbosa in collect. ad cap. In primis, 2. q. 1. Medic. tract. de casib. fortuit. part. 2. q. 4. num. 14. Benincas. tract. de paupert. q. 4. num. 9.*

Verf. Hoc tamen privilegium.

Causa nulla per privilegiatum potest in prima instantia ad Curiam introduci, nisi ejus valor ad summam decem mille marapetinarum ascendat, ut obiter prænotatur *sup. cap. proximo, num. 23. nam Cæsar noster Carolus V. anno 1534. ita constituit, aucta sex mille marapetinarum quantitate, l. 11. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azeved. & in l. 9. ejusd. titul. num. 13. Carrasc. sup. num. 66. Monteros. nu. 11. Cur. Philip. d. §. 9. num. 15. Barb. in d. collect. ad l. unic. nu. 30. ubi quod in singulis regnis præscripta est quantitas, ut infra illam casibus Curia locus non sit. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. nu. 620. Unde in Cancellariis novi orbis propter opulentiam ampliari oportet summam lege regia definitam, ut animadvertit Autor Curia Philip. ubi proximè, qui eam ad sexaginta mille marapetinos extendit: mihi verò magis placet, ut Senatorum arbitrio decidatur, ut aliud agens tenet Carrasc. num. 217. nam & generaliter quæ sit modica quantitas, judicantis arbitrio committitur. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 52. num. 11. & casu 145. n. 4.*

De hac quæstione agit Gregor. Lop. *in l. 5. 19 gloss. 2. versùs finem, tit. 3. part. 3. Carrasc. de casib. Cur. num. 65. & 92. cum seqq. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de citat. resol. 2. num. 18. Caravita tit. 288. nu. 3. Affiè. in const. Statuimus, nu. 24. Thesaur. Pedemont. decis. 177. Azeved. in l. 9. numer. 7. tit. 3. lib. 4. Recop. & alii, quos exhibet Barbosa collect. n. 29. ad l. unic. C. quand. Imperat. & diximus *sup. cap. prox. n. 23. Ex quibus cum D. Covar. tenendum, quod privilegiatus juxta dictam constitutionem adversùs pariter privilegiatum audiri non debet. Carleval. cum aliis sup. num. 633.**

Ibi: Quod pariter privilegiatus.

L. Assiduis 12. §. Duabus, C. qui prior. cap. 20 *Auditus 3. de in integ. restit. ubi Barbosa collect. numer. 6. haud paucos congerit, ex quibus, & aliis juribus venit in axioma, ut privilegiatus contra pariter privilegiatum non gaudeat suo privilegio: id inter cætera recensuit Barbosa axiom. 190. ipsiusque meminerunt Ant. Fab. in ration. ad l. Verùm, §. fin. de minor. Tondut. de prævent. judiciali, part. 2. cap. 59. num. 40. Leotard. de usur. quæst. 52. num. 16.*

Verùm

- 21 Verùm ea regula nonnunquam fallere solet, ut ex dicendis apparebit, ac videre licet apud Greg. Lop. in lib. 4. gloss. I. titul. II. pag. 6. Tusch. lit. P, conclus. 760. Barbosa d. axiom. 190. ex numero 2. Tiraq. de privil. pie caus. priv. 26. numero 4. cum sequent. Mandos. de privileg. ad instar, quæst. 10. à numero 2. Sfort. Odd. de restit. in integ. quæst. 18. art. 4.

Verf. Præsertim hoc ipsum.

- 22 Privilegiatus in specie suo jure uti non prohibetur adversus privilegiatum in genere. D. Covar. in regul. Possessor, part. 2. §. 2. numero 4. Surd. de aliment. titul. 8. privileg. 18. numero 7. & privileg. 61, numero 13. Simoncel. tract. de decret. titul. 5. inspect. I. numero 3. Mangil. de imputat. quæst. 18. numero 25. & quæst. 120. numero 12. Tiraquel. ubi proximè, numero 5. Sfort. Odd. num. 34. Mandos. numero 4. Secus si uterque privilegium obtineat in specie. Greg. Lop. in l. 4. gloss. I. titul. II. pag. 6.

Verf. Primus etenim casus.

- 23 Greg. Lop. in l. 5. gloss. 2. in fin. in ea est opinione, ut vidua agens in pupillum, vel alias personas miserabiles, privilegio suo uti valeat favore sexus. Sed contrà tenet Carrasc. de cas. Cur. ex n. 92. Imò Franch. Neapolit. decis. 188. hanc quæstionem vanam reputavit propter identitatem privilegii. Consultas à Barbosa laudatos in collect. ad d. l. unic. numero 29.

Verf. Primò, quia Bartolus.

- 24 Ubi privilegium non est idem, ac ex diversa causa conceditur, potentius prævalet, ut eo privilegiatus in privilegiatum juvetur. Tondut. de prævent. judic. part. 2. quæst. 59. numero 44. 45. Afflic. decis. 56. Mandos. supra numero 2. Idem evenit si quis duplici privilegio muniatur. Barbosa d. axiom. 190. numero 2. Duo enim vincula vincunt unum, l. penult. C. de adoption. Garc. de nobil. gloss. 6. numero 56. Menoch. conf. 176. numero 26.

Verf. Secundò, quia uterque.

- 25 Qui agit de damno vitando, fungitur suo privilegio contra pariter privilegiatum de lucro capiendo certantem, l. Verùm II. §. fin. de minor. l. fin. ex quibus caus. major. D. Covar. & Mandos. ubi proximè Tiraquellus d. privil. 26. nu. 6. Barbosa cum pluribus num. 3.

Verf. Tertio constat.

Adde Greg. Lop. in l. 5. gloss. 2. ad fin. titul. 3. pag. 3. ad finem Carrasc. sup. à numero 92.

Verf. Quarto, si res.

- 26 Sic conquassatis utrinque privilegiis, res ad jus commune reducitur; nam uterque in actu contraria inter se obtinent privilegia, ad quæ faciunt tradita per Fabrum in ration. ad l. fin. ex quib. caus. major.

Verf. Quintò, esset equidem.

- 27 Privilegium ita debet interpretari, ut quid præter, vel contra jus commune indul-

geat, alioqui prorsus foret inutile, l. I. C. de thesaur. lib. 10. cap. ult. ad fin. 25. quæst. I. ibi: Neque enim privilegia alicui concederentur, si præter generalem legem nulli aliquid speciale indulgeretur. Observat post alios Barbosa in collect. ad capit. in his, numeris 2. de purgat. canonic.

Verf. Sextò, idem probatur.

Favorabile est, ac ampliatione juven- dum privilegium, per quod res ad terminos juris communis revertitur. Castill. de tertiis cap. 15. numero 40. Tiraq. de primogen. quæst. 24. numero 5. Gutier. de juram. confirmat. part. I. cap. 29. numero 4. Sanch. de matrim. libro I. disput. 12. numero 2. Everard. loc. à ratione legis largà, numero 29. Surd. de aliment. titul. 2. quæst. 15. numero 193. Ex quibus colligitur, quod in lege, sive privilegio, aut quavis dispositione amplectenda est interpretatio, quæ ad jus commune reducatur dispositum.

Ad Num. 5.

De his literis, quæ viduarum favore expediti consueverunt juxta legem unicam sæpe jam memoratam, differit Monteros. Practic. tract. 5. cap. I. numero II. Cur. Philip. part. I. §. 9. numero 15. Carrasc. numero 64. qui numero 66. observat eas litteras, quas vulgò Provision ordinaria, dicimus, nedum viduis, sed & cæteris similiter privilegiatis miserabilibus concedit: idemque tradidit Autor Curie Philippicæ.

Ibi: At si conveniantur, ac vocentur.

Beneficium præfatæ constitutionis competit privilegiatis, sive agant, sive conveniantur; utroque enim casu illis litigantibus Curie patet aditus. Azeved. in lib. 8. numero 5. 6. titul. 3. lib. 4. Recop. Carrasc. sup. numero 71. Tondut. d. cap. 59. numero 45. Trentacinq. variar. lib. 2. titul. de citationib. resolut. 2. numero 5. Monteros. ubi pronuper, Cur. Philip. supra numero 14. Carleval. supra numero 525. Salgad. Labyrinth. credit. pag. 1. cap. 2. §. 2. numero 35.

Ibi: Nihilominus literæ.

Quos casus obiter recensuimus supra cap. proximo, numero 23.

Ibi: Tertius ubi causa.

Contrarium de jure communi docent frequentissimè DD. Trentacinq. Varior. lib. 2. tit. de citation. resolut. 2. n. II. ubi alii. Azeved. sup. num. 5. Barbosa cum pluribus in collect. ad d. l. unic. numero II.

Ibi: Si causa criminalis.

Intellige si privilegiatus accusetur, vel per inquisitionem in eum procedatur; secus si ipse accuset; nam in Curia admittitur. Carrasc. numero 71. Jure autem communi indistinctè quoad causas criminales privilegiatus apud Curiam auditur. Trentac. num. 13. Barbosa numero 21. ubi alii Carleval. d. disp. 2. numero 592.

Sextus

- 33 Sextus additur casus in causis executivis, ut prænotatur *sup. cap. prox. num. 23.* de cuius praxi Carrasc. latè, omninò videndus à nu.80. Alius item habetur in *l. I. cap. 12. tit. 13. lib. 3. Recopil. in causis mercatorum, de quibus Consulatus iudices cognoscunt. Azeved. in l. I. num. 42. tit. I. & in l. 8. num. 11. tit. 3. lib. 4. Recop.*

Verf. Octavò hanc interpretationem.

- 34 Communis sententia fert, quod privilegiatus ex *d. l. unic.* non utitur privilegio suo contra pariter privilegiatum, ut videre est apud laudatos *suprà num. 19. & 13.*

Verf. Secundus tandem casus.

Aliud videtur Gregorio Lop. in *l. 5. gloss. 2. tit. 3. pag. 3.* quem refert, ac refutat Carrasc. *de casib. Cur. ex num. 93.*

Verf. Tertius erit casus.

Ita patet ex præmissis, & tenent laudati *sup. num. 19. & per Barbof. in collect. ad d. l. unic. num. 29.*

Verf. Quartus casus.

- 35 Consule quos retulimus *suprà num. 19.* nec quoad fori privilegium procedit distinctio, de qua *suprà nu. 25.* quod in restitutione, aliisque causis obtinet.

Verf. Quintus deducitur.

- 36 Si privilegiatus similem conveniat in proprio domicilio, reus apud suprema Prætoria non audietur in prima instantia; conquassantur enim privilegia, & jus commune debet observari, ut notant præcitati Interpretes *sup. num. 19. 20.* Sic locus est axiomati, quod privilegiatum non utitur suo privilegio.

Verf. Sextò deinde.

- 37 Privilegio hoc munitus quanquam in Curia domicilium habeat, nequit in supremo Prætorio invitus conveniri, sed ad iudices inferiores causa est remittenda. Trentacinq. *suprà d. resol. 2. num. 8.* prænotavimus *suprà, cap. prox. num. 1.* etenim qui duplici foro ex privilegio potitur, eligere potest quem maluerit, ut respondeat: quod si à jure communi multiplicitas fori proveniat reo, actori electio competit, ut cum D. Covar. tradidimus in *addit. variar. lib. I. cap. 18. nu. 39. & 40.* ubi plures.

Verf. Septimò: ubi quis.

- 38 Hæc ita; nam actor habet privilegium in specie, & actu; reus verò in genere, ac habitu, secundum prænotata *nu. 25.* Exemplum deduci poterit ex *l. 9. tit. 3. lib. 4. Recop.* ubi enumerantur plures, qui ad Curiam causas suas deferre in prima instantia possunt, non tamen gaudent privilegio, ne ex proprio domicilio ad litigandum extrahantur.

D. de Faria Covar. Enuch.

Verf. Octavò, si alicujus castri.

Sciendum est, populi communitatem gaudere privilegio; ut ad Curiam adversarios quoad primam instantiam vocare queant, quoniam sub illa miserabiles continentur personæ. Menoch. *de arbitr. lib. I. cas. 66. n. 23.* Trentacinq. *d. resol. 2. nu. 35.* Caravita *tit. 219. nu. 3.* Barbosa *collect. ad d. l. unic. nu. 39.* Monteros. *pract. tract. 5. cap. 1. nu. 2.* Cur. Philip. *part. I. §. 9. nu. 10.* Carleval. *de judic. lib. I. disp. 2. num. 586. & 592.* Rursus contra communitatem ipsam cuique casus Curie datur propter potentiam & susceptionem iudicium, quos eligere decurionum collegium solet. Monter. & Cur. Philip. *ubi proximè.*

Præterea vassallorum Domini ad Curiam in prima instantia venire compelluntur, ut qui sint ex potentioribus, & qui Magistratus in proprio territorio præficiunt: nec subterfugere supremi Prætorii iudicium permittuntur, etsi pupillus, vidua, vel alias privilegiatus existat. Carrasc. *suprà num. 100.* Monter. *num. 5.* Cur. Philip. *ubi proximè.* Unde si Concilium civitatis Dominum ejus convenerit in Curia, ibi respondere tenebitur, nec aliquo privilegio se excusare valebit.

Ibi: Ipsa verò communitas.

Contrarium videbatur respondendum ex præmissis; nam populi universitas potitur privilegio dictæ legis unicæ, ne ex proprio domicilio educatur ad lites, ut cæteri miserabiles. Barbosa *suprà num. 35.* Praxis nihilominus id non admittit, ratione perpensa, de qua *suprà numero 39. in fin.*

Verf. Nondò, ubi lis esset.

Post inchoatum, lite contestata, iudicium apud iudicem inferiorem, jure nostro Curie aditus privilegiatis ex dicta lege unica clauditur. Alfar. *de offic. Fisc. gloss. 16. n. 24.* Carlev. *sup. nu. 601.* & jam præmonuimus *cap. prox. n. 32.* Sed si minor, qui contestatus est, restitui postulerit erroris prætextu, minimè audiendum esse hîc docemur. Obstat tamen quod auxilium restitutionis non est minoribus subtrahendum, nisi jure cautum reperiat. Maresc. *variar. lib. 2. cap. 98. nu. 6.* Cyriac. *lib. 2. controv. 268. n. 28.* Sfort. Odd. *de restit. in integ. part. I. quest. 15. arc. 6. nu. 44.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 13. n. 65.* Gutier. *Pract. lib. 2. quest. 88. ad fin. & lib. 3. quest. 21. nu. 4.* Nec omisso privilegii ceteri debet modici præjudicii, quandoquidem illud specialiter jura miserabilibus indulgent, ne litibus vexentur iniquè apud iudices inferiores; quod eo vel maxime observandum, quia juri communi consonat, sicut ex aliis adnotavimus obiter *suprà nu. 31.* Sic tenet Carleval. *nu. 602.*

Verf. Solet autem dubitari, fin.

Si lis, de qua controvertitur, privilegiato, & aliis communis existat, & individua, non privilegiatus beneficio Imperialis Constitutionis per participationem juvatur: secus si commodè divisionem recipiat, de quo fusè Carrasc. *de casib. Cur. ex num. 22.* Greg. Lop.

H in

- in l. 5. gloss. 4. tit. 2. part. 3. Trentacinq. d. resol. 2. num. 9. Cancef. *Variar. lib. 2. cap. 2. num. 28.* Cathill. *controvers. lib. 3. cap. 25. n. 29.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. q. 4. nu. 45.* Barbosa in *colleçt. ad dict. l. unic. num. 17.* Carleval. num. 626.
- 44 Libet præmissis annectere, quod si vidua, vel alius privilegiatus accedat ut author laudatus ad tuendum emptorem, cui de eviçtione teneretur, nequibit causam ad Curiam revocare, ex *dict. l. unic. C. quand. Imper. Ita Amat. variar. part. 2. resol. 86. nu. 66.* Muscatel. in *praxi, p. 3. partis 1. princip. num. 4.* Similiter si lite cum non privilegiato inchoata, ei privilegiatus successerit, non valebit causam ad Curiam trahere. Carleval. cum pluribus *de judic. lib. 1. disput. 2. num. 625. & 626.* & asseruimus *sup. cap. proximo, num. 23. in fin. Petr. Barbosa in l. Hæres absens, in princ. num. 159. de judic.*
- 26 *Publicum instrumentum, ac cætera, quæ apud nos paratam habent exequutionem, etiam in foro Ecclesiastico merentur eandem: non tamen eadem forma exequendi in utroque foro observatur, num. 29.*
- 27 *Judex sæcularis si aliquando in clericum jure procedat, non exequitur per se sententiam, sed exequutionem Ecclesiastico remittit.*
- 28 *Clericus hæres sæcularis defuncti quo in foro conveniri debeat.*
- 30 *Pænæ stabilitæ in eos, qui non jure clericos ad forum sæculare trahere intendunt.*

C A P U T VIII.

Ad Num. 1.

Insinuatio, seu publicatio testamenti à laico conditi, in quo est clericus hæres institutus, coram defuncti judice fieri debet, non coram Ecclesiastico, l. 15. tit. 4. lib. 5. *Recop. ubi Azev. nu. 7. Matienz. ibidem, gloss. 2. Petr. Barbosa in l. Hæres absens, in princ. nu. 190. de judic. Bobadill. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 168. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. nu. 332. Molin. de just. & jure, tract. 2. disp. 250. Pichard. mantuduct. ad prax. part. 2. præcept. 4. num. Curia Philip. part. 1. §. 5. num. 30. Paz prax. tom. 2. prælud. 2. num. 42. ubi quod alias hæres hæreditate privatur, sicut idem obinuisse testatur, licet hæc adversentur conclusioni quoad jus commune. Tusch. lit. I. concl. 345. & alii.*

Rursus laicus hæres clerici pro insinuatione testamenti sæculare Tribunal adire tenetur. Gutier. *Practic. lib. 2. quæst. 48.* Tell. *Fernand. in l. 3. Tauri num. 11. Azeved. sup. num. 9. Carleval. ubi proximè, Petr. Barbosa num. 190. & 197. qui duo ultimi in ea resistent opinione, ut semper insinuatio sit peragenda in foro sæculari, etsi clericus succedat clerico: tum quia in illo cautius publica instrumenta servantur, tum ne testatoris dispositio celetur, quod facilius in Tribunalibus Ecclesiasticis potest contingere: de quo tamen consulas Molin. Gutier. *ubi pronuper, Cur. Philipp. num. 26. & 28.* Sed si quis ad pias causas testetur, Ecclesiasticus Judex erit competens ad insinuationem. D. Covar. in *cap. Si heredes, num. 3. de testam. Molin. ubi supra Cur. Philip. num. 26.* Quando insinuatione sit opus, & qua forma expedienda, tradit Ant. Gom. in *l. 3. Tauri, nu. 4.**

Præmissæ quæstioni affinis est illa de judice competenti ad inventarii confectionem, cum Clericus laicum instituit, vel è contra: de quo varia extant placita, ut videre est apud Phanut. *de inventar. part. 3. num. 25.* Franc. Marc. *part. 1. decis. 1060. num. 4.* Roland. à Valle *de confection. inventar. quæst. 17.* Cur. Philip. *sup. num. 30.* Carleval. *d. disp. 2. d. num. 133.* Petr. Barbosa *num. 177. cum seqq.* Gutier. *d. lib. 2. quæst. 49.* ex quibus Carlev. & Barbosa consequenter idem de inventario, ac de insinuatione sentiunt, ut scilicet confectione ad sæcularem judicem spectat.

Ad Num. 2.

Cœptum cum laico reo judicium per litis contestationem ejus hæres Clericus prosequi apud eundem judicem tenetur, explosa fori declina-

S U M M A R I U M.

- 1 Si Clericus laicum, vel è contra, hæredem instituerit, an coram Ecclesiastico, aut Sæculari insinuatio testamenti fieri debeat? & num. 2.
- 3 Quid de inventario bonorum hæreditatis.
- 4 Clericus hæres laici ceptam cum testatore instantiam in foro sæculari prosequi tenetur.
- 5 Clericus venditor litigaturus pro defensione emptoris laici, fori privilegio uti non poterit.
- 6 Aliud in fisco vendente qui causam ad proprios judices advocat, & num. 8.
- 7 Ampliatur ad eminentem à fisco.
- 9 Fiscus sive agat, sive conveniatur, omnes causas desert ad proprium, ac peculiare forum.
- 10 Clericus ut principalis suscipiens, causam super propria re contra tertium motam, declinatoria fori se tueri potest.
- 11 Ampliatur doctrina tradita num. 5.
- 12 Ecclesia venditrix ut emptorem in judicio tueatur laicum, in foro sæculari debet comparere.
- 13 Ecclesia, aut Clericus agens in laicum, si reconveniatur, in foro sæculari respondere tenebitur.
- 14 Ecclesia si laico successerit, inchoatum cum antecessore judicium in foro sæculari peragere debet.
- 15 Ecclesia non gaudet omnibus fisci privilegiis.
- 16 Fiscus causam pendentem cum illo, cui succedit, ad suos judices evocat: & utrum instantia transeat in fisco.
- 17 Ampliatur doctrina tradita num. 4.
- 18 Clericus hæres laici an conveniatur per creditores defuncti in foro sæculari, & nu. 19.
- 20 De intellectu legis 57. titul. 6. pag. 1. remissivè.
- 21 Quod attinet ad forum, idem observatur in laico hærede clerici, ac in clerico hærede laici.
- 22 Agens adversus jacentem hæreditatem, forum defuncti sequitur, non hæredis.
- 23 Clericus hæres laici ex actione reali in defunctum convenitur coram Ecclesiastico.
- 24 Exequisitivè agi non potest in foro sæculari adversus clericum ut hæredem laici.
- 25 Lex Principis sæcularis pro bono communi condita, etiam Ecclesiasticos astringit.

declinatoria. Greg. Lop. in l. 57. gloss. 6. tit. 6. p. 1. Castill. *controvers. lib. 3. cap. 25. num. 49.* Petr. Barb. *sup. à num. 129.* Carleval. *nu. 309.* Bobad. *d. cap. 18. num. 165.* Gail. *lib. 1. observ. 37. num. 8.* Paz. *d. præl. 2. num. 40.* Tondut. *de prævent. judic. pag. 1. cap. 30. ex nu. 51. & p. 2. cap. 12. nu. 52.* Aug. Barb. *de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. num. 102.* ubi plurimi, *Parlad. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 10.* Amat. *variar. resol. 86. nu. 60.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. C, nu. 103.* Olan. *concord. jur. lit. C, nu. 28.* Avendañ. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 1. num. 33.* Salgad. *de retent. Bullar. part. 2. cap. 12. num. 32.* Simili modo si laicus clerico successerit post motam litem, coram Ecclesiastico causam peragere constringetur. Carleval. *num. 319.* Tondut. *sup. part. 2. cap. 30. nu. 50.* Cujus resolutionis extensionem reperies infra, *nu. 17.*

Ad Num. 3.

- 5 Clericus venditor, ut emptorem laicum super re vendita conventum tueatur, nequit causam ex sæculari deducere foro. Greg. Lop. in l. 57. gloss. 6. tit. 6. p. 1. Petr. Barbosa in l. *Venditor, num. 139.* de *judic. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. nu. 39.* Bobad. *d. cap. 18. num. 169.* Hermos. in l. 33. gloss. 1. *num. 17. tit. 5. pag. 5.* Guzm. *de evict. q. 7. per tot. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 13. nu. 51.* Amat. *sup. num. 62.* Aug. Barb. in d. c. 13. *nu. 116. & 118.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. dispus. 380. num. 15.* Fachin. *controv. lib. 2. cap. 37. vers. Communis est,* Tondut. *de præv. judic. part. 1. cap. 20. nu. 19.* Vide *nu. 11.*

Ibi: *Tametsi contrariam sententiam.*

Pro qua plures apud Petr. Barbof. Guzm. & Aug. Barb. Sed prior ut receptor, ita & verior est, ideoque amplectendam sentio.

Ibi: *Ad similitudinem Fisci.*

- 6 Fiscus causam suscitatum adversus illum, qui emit ab ipso, ut defendat, ad proprios judices advocat. Cancer. *variar. lib. 2. cap. 16. num. 44.* Tondut. *d. cap. 20. num. 21.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 7. tit. 1. num. 9.* Alfar. *de offic. fiscal. gloss. 16. num. 24.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. nu. 703.* ubi pluribus recens, de praxi Castellæ, ac Neapolis testificatur, *Farinac. fragment. lit. F, num. 183.* Guzm. *de evict. quæst. 8. per totam.* Mangil. *cod. tract. quæst. 6. à num. 16.* Duaren. *ad tit. de judic. cap. de for. compet. in fin.* Cavalcan. *lib. 1. decis. 8.* Hermos. in d. l. 33. gloss. 1. *n. 19.* & ibi alii.

- 7 Imò emptor ipse, vel alius à Fisco causam habens, eo gaudet privilegio, ut ad fiscales judices, opposita declinatoria, conventus refugiat; quandoquidem de jure, ac præjudicio fisci discutitur. Peregrin. *sup. nu. 3.* Hermos. *num. 19.* Alfar. *gloss. 34. num. 69.* Verùm si fisci procurator patiatu judicium cum emptore peragi, ipso tuente, processus absque nullitatis obice sustinebitur, quem judex confecerit ordinarius. Peregrin. *num. 5.* Tondut. *ubi proximè.*

D. de Faria Covar. *Enucl.*

Sed adversus præcipuam resolutionem, scilicet fiscum venditorem fori privilegio non juvari, sentiunt Barbosa *sup. in d. l. Venditor, ex nu. 151.* de quo fuse differit, & alii, quos refert Hermos. *num. 20.* qui distinctione adhibita, inter se pugnantes sententias nititur concordare; sed absolute communiore, ac praxi oportet adhærere. Adde Aug. Barb. *de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 39. num. 120.*

Ibi: *Aut nihil refert Fisci privilegium.*

Fisco omnem suam causam, sive agat, sive conveniatur, ad proprium, & speciale forum revocare conceditur, l. 2. C. *si advers. fisc. l. 2. & per tot. C. ubi caus. fiscal. l. 3. C. de jur. fisc. lib. 10.* Carleval. *d. disp. 2. nu. 698.* Guzm. *sup. quæst. 8. num. 8.* Alfar. *gloss. 16. num. 23. & 24.* Salgad. *Labyrinth. cred. p. 1. cap. 7. num. 15.* qui plures cumulant: hoc autem singulare admodum privilegium nullibi ad Clericos invenitur extensum. Petr. Barbosa in d. l. *Venditor, num. 149.* præsertim cum privilegia potius sint restringenda, quam amplianda. Tondut. *de præv. judic. part. 1. cap. 20. num. 22.*

Ibi: *Nam hisce verbis non concedis Specul.*

Adhibenda est distinctio cum Petr. Barbosa *10 ubi proximè, nu. 144.* etenim si clericus compareat in judicio sicut author laudatus ad auxiliandum emptori, qui jus in re obtinet, & ab illo causam habet, cessat fori privilegium: non sic quando ut principalis accedit, ut propriam rem defendat, quæ existit penes suum colonum, vel inquilinum, qui ab actore lite vexatur; tunc siquidem ad forum Ecclesiasticum causa erit remittenda. Cancer. *variar. lib. 2. cap. 13. num. 64.* Guzm. *de evict. quæst. 7. num. 9.* Caldas *de emption. & vendit. cap. 31. nu. 84.* Amat. *variar. part. 2. resol. 86. nu. 72.* Capic. *decis. 197. nu. 4.* Mynsing. *lib. 2. observat. 58. ex nu. 2.* Aug. Barb. cum aliis *de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. num. 119.* Tond. *d. cap. 20. num. 14.*

Ibi: *Idemque erit, etiamsi lis nondum.*

Clericus venditor nequit causam contra emptorem laicum ad Ecclesiasticum tribunal introducere, etiam ante inchoatum judicium, quod in se suscipere intendit veluti si oblato coram sæculari iudice per actorem libello contra emptorem, illic clericus ante citationem compareat, postulans in se judicium, remoto principali reo, transferri, ut apud Ecclesiasticum conveniatur: hoc inquam, admittendum non erit; nam etsi jure verum sit, quod author laudatus valeat judicium nondum cæptum cum emptore in se suscipere, id tamen procedit si nullum inde detrimentum agenti subsequatur, quod haud leve sentiet laicus, si translata in clericum causa, in foro alieno Ecclesiastico litigare compelleretur: ex quibus resolutionem præmissam cum pluribus tenet Petr. Barb. in l. *Venditor, n. 140. cum seqq.* de quo videndi item Hermos. in l. 33. gloss. 1. *à nu. 2. tit. 5. part. 5.* Amat. *variar. part. 2. resol. 86. n. 64.* qui *nu. 69.* observat, idem de venditore laico dicendum, si clericus emptor lite pulsetur; nam causa in foro Ecclesiastico discutietur.

H 2

Ibi:

Ibi: *Idemque ipse cenſeo.*

- 12 Quæ de clerico hucusque prænotavimus, æque in Eccleſia venditrice ſunt obſervanda; emptorem enim ſæcularem apud ejus judicem debet tueri. Petr. Barb. *ſup. num. 160.* Guzm. *de evict. q. 7. n. 18.* Carol. de Graſſ. *de effectib. clericat. effect. 1. num. 165.* Hermoſill. *num. 18.* Cagnol. *in dict. l. venditor, nu. 19.* Amat. cum pluribus *d. reſol. 86. nu. 68.*

Verſ. *Hinc ergo conſtat.*

- 13 Videas laudatos *ſup. num. 5.* & quod hic docemur, etiam in cauſa reconventionis obtinet adverſum Eccleſiam, vel clericum, ut cum aliis ampliatur Amat. *d. reſol. 86. nu. 60.*

Verſ. *Hæc autem verba.*

De quorum intellectu acriter inter noſtrates diſceptatur, ut ex mox adnotandis apparebit.

Verſ. *Verùm contraria opinio.*

Pro qua haud paucos memorat Petr. Barb. *in d. l. Hæres abſens, in princip. n. 133.* Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. nu. 312.*

Ibi: *Quam in Eccleſia, & monaſterio procedere.*

- 14 Eccleſia ſi hæres exiſtat læici, litem cum antecellore cœptam ad forum Eccleſiaſticum trahere non valet, ut quamplurimos referens, nec adverſariorum oblitus ſuſtinet Amat. *variar. p. 2. reſol. 86. & n. 60.* ad reconventionem extendit.

Ibi: *Nec eſt neceſſaria argumentatio.*

- 15 Licet aliqui ſenſerint, Eccleſiam cunctis fiſci privilegiis gaudere, quos congerit Aug. Barboſa *de jur. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 13. nu. 2.* verius tamen eſt hoc perpetuum non fore, ſiquidem multa ſunt Fiſci privilegia, quæ Eccleſiis non competunt. Alfar. *de offic. Fiſc. gloſſ. 9. nu. 10. & gloſſ. 20. n. 46.* Greg. Lop. *in l. 19. gloſſ. 5. tit. 8. p. 5.*

Ibi: *Siquidem licet Fiſcus.*

- 16 Fiſcus cauſam inchoatam cum illo, cui ſuccedit, ad proprios judices revocat. Guzm. *de evict. q. 8. nu. 12.* Sed an tranſeat inſtantia in Fiſcum ſuccedentem, diſceptatur, & communiter diſtingui ſolet; nam ſi ut hæres bona occupat, inſtantia in illum tranſfertur; ſi verò ex conſiſcatione, aut alia cauſa perit, tunc denudò cum Fiſci procuratore agendum, de quo latè Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. nu. 316. & 712.* Petr. Barb. *in l. Hæres abſens, in princip. num. 140.* *de judic. Fachin. controverſ. lib. 2. cap. 38. verſ. Quod autem dicitur de Fiſco, Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæ. 7. nu. 123.* Amat. *variar. part. 2. reſol. 86. num. 71.* Auguſt. Barboſa *de Jur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 39. numero 102.* ubi quod ſufficiet antecelloris citatio. Alfar. *de offic. Fiſc. gloſſ. 16. num. 24.* qui ait nunquam te viſiſſe Fiſcum hæredem. Sed Princeps inſtitui ſolet, in quo hæc ſimili-

ter obſervanda, *l. 3. cum aliis, C. de teſtam.* Utrum ſecunda inſtantia evaneſcat, Fiſco bona litigantis occupante? diſputat Carleval. *affir- mat num. 714.*

Ibi: *His omnibus ipſe.*

Ampliatur conſuſio tradita ſuprà, *num. 4.* 17 ut procedat etiam ante litis conteſtationem, modò defunctus fuerit citatus. Saſgad. cum pluribus *de retent. Bullar. p. 2. cap. 12. nu. 31.* Petr. Barb. *ubi proximè nu. 143.* Gail. *lib. 1. obſervat. 37. nu. 9.* Carleval. *ſup. nu. 309.* Aug. Barb. aſſentitur de Fiſco agens, pronuper laudatus, licèt contrà tenuerit Mynſinger. *cent. 3. obſerv. 45.* Cur. Philip. *part. 1. §. 5. num. 19.* Lis enim inchoata, & pendere dicitur ex quo reus legitime ad judicium vocatur. *Clement. 2. ut lit. pendent.* Petr. Barboſa *in l. Si quis poſtea- quam, à num. 22. de judic. Paz prax. annot. 1. num. 35. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ. 202. nu. 4. & 7.*

Ad Num. 4

Clericus hæres læici à creditoribus defuncti 18 lite pulſatus, niſi Eccleſiaſtico in foro, ſi actione personali, vel mixta conveniatur, con- teſtari non cogitur. Greg. Lop. *in l. 57. gloſſ. 5. tit. 6. p. 1.* Petr. Barb. *in d. l. Hæres abſens, princ. à num. 166.* Azeved. *in l. 15. n. 6. tit. 4. lib. 5. Recop.* Carleval. *de diſp. 2. nu. 101.* Parlad. *quotidian. lib. 2. fin. part. 2. §. 1. à num. 8.* Gail. *lib. 1. obſervat. 37. nu. 11.* Gratian. *diſ- ceptat. cap. 16. nu. 32.* & alii plures apud Carleval. & Barboſa.

Ibi: *Fuere tamen apud veteres.*

Sed & neoterici Interpretes huic accedere 19 opinioni, præſertim noſtrates, ut Olan. *con- cord. Jur. lit. C, nu. 28. & 29.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. C, num. 81.* præter alios, quos recensuit Carleval. *nu. 303.* eamque diſpu- tans tuetur Petr. Barboſa *ex n. 104.* etſi tandem communi oppoſitæ adhæreat.

Verſ. *Hanc literam ſenſim agnoſcunt,*

Legis 57. *tit. 6. p. 1.* frequenter Hiſpani 20 Scriptores meminere, ut Petr. Barboſa *ubi pro- ximè.* Greg. Lop. *in gloſſ. 5. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. nu. 164.* Avend. *de exeq. mandat. lib. 1. cap. 1. nu. 33.* Olan. *Concord. Jur. lit. C, nu. 28.* Villalob. *Ærar. comm. opinion. lit. C, nu. 103.* Parlad. *quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. n. 8. cum ſeqq.* Pichard. *manud. ad prax. part. 2. præ- cept. 4. nu. 7.* ex quibus Olanus ait, non aptari intellectum à Gregorio Lopezio excogitatum verbis conſtitutionis, atque ideo contrà tenet reddens fundamenta, quibus ita legum condi- tores decreverunt. At uſus forenſis, ac noſtri Interpretes eam interpretationem comproba- runt, ut advertit Parladorus: etenim optima le- gum eſt interpres praxis & conſuetudo, *l. Si de interpretatione, ff. de legib.*

Quæ de clerico hærede læici prænotavimus, 21 pariter è converſo oportet obſervari quoad lai- cum clerici ſucceſſorem, qui coram Eccleſiaſtico conveniri nequibit, niſi cœpto cum teſta- tore judicio. Carleval. *de judic. lib. 1. diſp. 2. n. 319.* ubi alii.

Sed

22 Sed si adversus jacentem hæreditatem agendum sit, quoad forum inspiciatur defuncti persona, quem repræsentat; non hæredis. *Caëval. nu. 322.*

Verf. Quarta conclusio.

23 Clericus hæres laici petitione hæreditatis, aliave actione personali, vel reali conventus ex persona defuncti, quanquam super re hæreditaria lis moveatur, non cogitur coram sæculari judice, ut litiget, comparere, nisi judicio cum antecessore incepto. *Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. n. 164. ubi multi, Mart. de jurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 125. Guzm. de evict. quest. 7. n. 35. Paz praxis tom. 2. præl. 2. n. 40. Aug. Barbosa cum aliis de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 106. Gratian. disceptat. cap. 141. nu. 16. Farinac. prax. q. 8. nu. 21. Azeved. in l. 10. n. 30. tit. 1. lib. 4. Recop. Non desunt tamen qui aliter sentiunt, quos exhibet Bobad. & Guzm. ubi proximè, Petr. Barbosa nu. 104. & alter Barbosa. Prior tamen sententia in praxi servanda.*

Ad Num. 5.

24 Exequutio contra Clericum laici hæredem ex obligatione defuncti in foro Ecclesiastico debet expediri, *Pichard. manuduct. ad prax. part. 2. præc. 4. n. 7. Parlad. d. §. 1. n. 8. Paz sup. tom. 2. part. 3. cap. unic. num. 1. Didac. Per. in l. 4. verf. Intellige tamen, tit. 8. lib. 3. Ordinam. Guzm. de evict. cap. 7. nu. 34. Quod verum est, nisi ante mortem testatoris via exequutiva expediri cœperit, Paz ubi proximè, Anton. Galles. tract. ad formul. obligat. Cameral. part. 2. q. 2. à nu. 2. Et sic intelligendum existimo, ut non sufficiat exequutivi mandati judicis auctoritate confectio, nisi pignora capiantur, vel reo notorium fiat, ut si præceptum de solvendo intimeretur, ut fieri prius solet illustribus viris.*

Ibi: Nihilominus veram esse opinor.

25 Lex Principis sæcularis pro communi utilitate condita etiam Ecclesiasticos ligat, saltem vi directiva, & in conscientie judicio, modò libertati Ecclesiasticæ, aut Juri Canonico non adversetur, nec de personis, aut bonis clericorum expressim quid statuatur. *Pat. Suar. fusè ac luculenter de legib. lib. 3. cap. 24. nu. 6. 10. & per totum Bobad. lib. 2. cap. 17. nu. 195. verf. Deben assi mismo, & cap. 18. cum plurimis, nu. 245. Didac. Perez ubi suprà, verf. Utrum autem clericos, Salgad. de Reg. protection. part. 1. cap. 2. §. 3. nu. 17. 18. & fufius part. 1. cap. 1. prælud. 3. à nu. 64. Gutier. practicar. lib. 2. q. ult. num. 3. Sarmient. Select. lib. 7. cap. 13. nu. 1. Rendin. de majest. Princip. verb. Non solum armis decoratam, part. 2. à num. 166. Matienz. in l. 7. gloss. 2. cum seqq. tit. 11. lib. 5. Recop. Morla. Empor. Jur. part. 1. tit. 1. de legib. q. fin. nu. 9. & 14. & tit. 2. de jurisdict. quest. 12. in fin. Quæ quidem leges in foro Ecclesiastico debent observari. *Morla d. q. 12. nu. 13. Salgad. d. §. 3. nu. 17. Bobad. d. n. 195. & alii ex prælaudatis, quicquid scripserit Mart. de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 1. & casu 19. Adde Aug. Barb. in collect. ad cap. Quæ in Ecclesiasticarum, nu. 4. de constitutionib.**

Ibi: Etiam adversus clericos vim habet.

Publicum instrumentum, cæteraque quibus 26 jure regio via exequutiva competit, eandem vim in foro Ecclesiastico, ac in singulari debent obtinere. *Bobadill. dict. verf. Deben assi mismo, Paz sup. d. cap. unic. 1. nu. 1. Cur. Philipp. part. 2. §. 1. in fin. Ant. Canar. de exequut. instrum. quest. 22. Castill. in l. 70. Tauri, Didac. Per. in l. 4. gloss. 1. verf. Utrum autem contra clericos, tit. 8. lib. 3. Ordin. Parlador. quotidianar. lib. 2. cap. fin. §. 11. nu. 28. Pareja de instr. edit. tit. 1. resol. 3. §. 5. nu. 120. Vela dissertat. 23. nu. 86. nam sicut clerici regis juvantur legibus in laicos, ita & eisdem subijci tenentur in suo foro. *Matienz. & Didac. Perez.**

Ibi: His accedit.

Regulariter observatur, ut quoties sæcularis 27 judex licitè procedit in clericum, realem sententie exequutionem per se non faciat, sed ad Ecclesiasticum remittat. *Amat. variar. part. 2. resol. 86. num. 60. Tondut. de prævent. judic. part. 2. cap. 12. num. 33. Hodiern. in addit. ad Surd. decis. 10. num. 19. Guzm. de evict. q. 8. nu. 35. qui de praxi testatur.*

Verf. Fortassis in casu & specie.

Huic sententie assentiuntur Avil. in cap. 16. 28 *Prætor. n. 66. præmissa scilicet citatione, Olan. conclus. jur. littera C, num. 29. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. C, n. 103. dum legem regiam Partitarum sic intelligunt, ut clericus hæres in sæculari foro defuncti possit conveniri. Sed oppositum ut receptus sustinendum.*

Illud tandem oportet admonere; quod ta- 29 meti in foro Ecclesiastico adversus clericos exequutivè procedatur, sicut prænotatum relinquitur, non servatur tamen eadem forma ac in Regiis Tribunalibus, diversimodeque expediri solet, juxta praxim cujusque dicecesis. *Paz prax. to. 2. part. 3. cap. unic. n. 1. 2. ubi stylum Salmanticensis Episcopatus refert. Avil. ubi proximè, n. 65.*

Sunt poenæ in eos, qui clericos perperam 30 ad sæculare forum trahere contendunt, stabilitæ. *Tondut. de prævent. judic. part. 1. cap. 20. n. 4. Aug. Barbosa in cap. inolita 11. q. 1. ubi quod causæ jacturam, & excommunicationis poenam, sive clericus sit, sive laicus, debet sustinere. Juuex tamen sæcularis, qui de jure in clericum cognoscit, non tenetur ab Ecclesiastico inhibitus in causa supersedere. *Amat. variar. part. 2. resol. 86. nu. 70.**

Quod sup. num. 13. obtinet insinuavi, hio 31 inculcare placet, nempe clericum agentem in laicum, si reconveniatur, in foro sæculari ad respondendum compelli, *l. 57. tit. 6. part. 1. ubi Gregor. Lop. gloss. 4. Tondut. de prævent. judic. p. 2. c. 58. nu. 12. Barbosa cum plurimis de jur. Eccles. lib. 1. c. 35. §. 2. nu. 137. ubi latissime, etsi dissentiant alii, quos refert Mart. de jurisdict. casu 107. num. 2. qui consuetudini standum opinatur. Ei accedit Afflic. decis. 173. nu. 3. Communis sententia sic est amplianda, ut non liceat clericis renunciare actioni deductæ, & ab inchoato judicio sive adversarii assensu resilire. *Tondut. sup. n. 13. Mart. n. 14. Ursil. ad Afflic. d. decis. 173. n. 4. Barbosa cum aliis, nu. 140.**

H 3

Huic

32 Huic affinis est quæstio, an scilicet clericus agens possessorio adversus laicum, debeat super proprietate in foro eodem sæculari litigare? Affirmat Barbosa ubi proximè, nu. 138. Tondut. sup. num. 15. vers. Alii vers. Fonta. decis. 345. Contrà sentiunt Mart. sup. part. 2. cap. 39. num. 17. 18. Mastrill. decis. 286. nu. 15. & alii apud Fontan. nu. 9. gloss. in cap. fin. de judic. & hoc verius videtur, saltem ubi peracto judicio possessorio, petitorium deducitur. Consulas Tond. part. 1. cap. 12. nu. 15. ubi distinguit ita.

S U M M A R I U M.

- 1 Regius Castellæ Senatus de quibus causis in prima instantia cognoscat, & n. 2.
- 3 Avocatio causarum definitur.
- 4 Principi liberum est causas omnes coram suis Magistratibus pendentes avocare.
- 5 Idem potest Pontifex quoad causas Ecclesiasticæ jurisdictionis.
- 6 Rex non evocat causas à Dominis inferioribus, nec ab eorum iudicibus absque speciali ratione.
- 7 Quisque valet causas avocare à iudice, quem inde penderet constituit.
- 8 Rex avocare causas pro libito potest ab illis, quibus jurisdictionem in officium, seu administrationem contulit; secus si in majoratum, aut feudum.
- 9 Expediit ne Princeps causas à suis Magistratibus evocare absque ulla ratione.
- 10 Avocatio litis pendentes non tenet, si Princeps avocans litis pendentiam ignoret.
- 11 Episcopus à suis Vicariis causas avocatur. Sed hoc limitatur n. 13.
- 12 Non avocatur pendentes coram Archidiacono.
- 14 Metropolitanus nequit avocare à suffraganeo, etiam præcedente omissione, & n. 15.
- 16 Dum visitat, Pontificalia exercere prohibetur in diœcesi suffraganei.
- 17 Diœcesani suffraganei Episcopi nullo modo ad Metropolitanum confugere permittuntur, nisi per appellationem.
- 18 Domini vassallorum an valeant causas evocare à iudicibus ordinariis sui territorii, & n. 23. cum seqq.
- 19 Regii Prætorii, seu Cancellariæ Iudices non avocant causas ab inferioribus, nisi in casibus Curie, & antequam lis contestetur.
- 20 Causæ pendentes in Cancellariis an per Regem soleant avocari.
- 21 Regius Senatus Castellæ num causas avocet inscio Rege.
- 22 Utrum Legato de latere, vel Nuntio liceat ab Ecclesiasticis avocare.
- 25 Prætores civitatum à Locum tenentibus causas avocant.
- 26 Principis delegatus quando possit à subdelegato causam avocare.
- 27 Iudex ordinarius causam quam delegavit, poterit avocare.
- 28 Cujus Tribunalis Notarius in causa avocata conficiat acta.
- 29 Avocatio duplex est, tacita, & expressa.
- 30 Causa semel Curiam ingressa, inde non exit, nisi ex Pontificis commissione, & nu. 32. & 33.
- 31 In Beneficiis quoties Pontifex manus apponit, etsi provisio careat effectu, non revertitur jus conferendi ad Ordinarium.
- 34 Si appelletur ad Sedem Apostolicam à sententia interlocutoria, & non jure appellatum pronuncietur, an causa remittatur ad inferiorem.
- 35 Si Princeps causam appellationis ab interlocutoria delegaverit, simul & principalem, si delegatus perperam provocatum proferat, an valeat in negotio principali procedere, & n. 36.
- 38 Delegatus ad secundam instantiam, si revocet sententiam inferioris, absque novo mandato poterit in causa principali procedere.
- 39 Iudex ordinarius, revocata sententia interlocutoria inferioris, à qua provocatum est, causam retinet decidendam super principali.
- 40 Causa per appellationem ab interlocutoria ad Curiam delata, solet Princeps jubere, ut omisso judicio appellationis, de Principali ibidem cognoscatur.
- 41 Nullus præter Principem id facere valet, nisi de partium consensu.
- 42 De effectu avocationis cum decreto irritante.
- 43 Avocatio cum decreto irritante suos non operatur effectus ad partis preces expedita, si precator ea uti noluerit.
- 44 Actus nullus ex dispositione legis subsistit ex assensu ejus, cujus favore nullitas est inducta.
- 45 Lex cum clausula irritante non reddit actus nullos ante sufficientem ejus promulgationem perfectos.
- 46 Lex sufficienter promulgata, etiam ignorantes astringit, quod declaratur.
- 47 An obliget scientes antequam promulgetur.
- 48 Lex cum clausula irritante an ipsum legislatorem liget.
- 49 Avocatio motu proprio an reddat irrita quæ inferior ignarus gesserit à die expeditionis, & n. 50.
- 51 Jurisdictio semel radicata, etsi per superiorem revocetur, quæ dum ignorat, iudex inferior egerit, sustinetur.
- 52 Vicarius Episcopi validè exercet suam jurisdictionem jam extinctam, si eum lateat extinctio.
- 53 Revocatio jurisdictionis motu proprio non facit cassos actus, quos iudex inscius edidit.
- 54 Gesta per procuratorem an sustinenda.
- 55 Avocatio causæ motu proprio impedit progressum inferioris ad ulteriora, undecumque revocationis notitiam perceperit.
- 56 Avocatio motu proprio differt ab ea quæ ad extinguendam interim inferioris jurisdictionem.
- 57 Quid si in eodem avocationis rescripto apponatur clausula, Motu proprio, & simul constet preces partis intervenisse.
- 58 Advocatio ad partis supplicationem non admittit jurisdictionem inferiori, nisi ei litteræ intimentur.
- 59 Principis delegatus ad certam causam, licet sciat alii eandem commissam, supersedere non tenetur antequam illi rescriptum notum legitime fiat.
- 60 Proreges, Præsides, Prætores, & alii quibus est ordinaria jurisdictio, eam jure exercent scienter sibi successorem electum, usque ad hujus adventum, actualemque muneris possessionem.

CAPUT IX.

1 **S**upremi Castellæ Senatus Consilarii de omnibus causis in prima instantia cognoscere valent, de quibus idem Rex, exceptis quibusdam, quæ Regiæ Majestatis judicio privativè relinquuntur, l. 22. tit. 4. lib. 2. Recop. Paz prax. tom. I. temp. I. n. 15. qui latè prosequitur recensens quæ spectent ad cognitionem judicum, qui in Cancellariis, & aliis Regalibus Auditoriis Hispaniæ resident: de quo etiam Monter. *practic. tract. 5. per totum.* Sunt plura supremo Senatui reservata, quæ in Cancellariis expediri vetantur, ut prænotatur *suprà*, cap. 4. nu. 46. ubi quod in novi orbis Regiis Prætoriis.

2 Rursus nonnullæ lites à supremo Senatu ad Cancellarias remitti jubentur, ut Casus Curix, l. II. tit. 5. lib. 2. Recop. concursus creditorum ad bona majoratus, ut habetur in *remission. ad tit. 2. lib. 2. Recop.* aliæ itidem causæ referuntur l. 21. eod. tit. 4.

Ad Num. I.

3 Item avocationis definitionem diminutam agnoscit Tondut. *de prævent. judicial. part. I. cap. 7. n. 5.* ita deficientes: *Est litis pendens, vel quæ pendere debebat coram inferiore, ad Principem, aut superiorem absque provocatione facta translatio*, adjectis verbis, *quæ pendere debeat*; quia avocatio non solum fit de causis pendentibus, sed etiam de nondum inchoatis, quæ ad tribunal inferius spectant. Dicendum est tamen, D. Covarruv. de avocatione agere presè sumpta; nam propriè non avocatur causa antequam radiceatur apud inferiorem, cum privatio habitum præsupponat, l. Titio *ususfructus 95. de condit. & demonstr. l. Decem 117. de verb. oblig. Aug. Barbosa cum plurimis axiom. 199.* Nec causa dici verè potest antequam lis pendere incipiat, deducto in iudicio jure actoris. Paz *d. to. I. annot. 2. n. 2. Parlad. different. 136. n. 2. Tondut. sup. cap. 30. nu. 13.* Unde licet vulgò avocatio nuncupetur, cum superior inhibet inferiori, nec de causa examinanda cognoscat, quæ nondum pendet, in lata significatione, ac impropria verbum id usurpatur.

Verf. Hoc jus avocandi.

4 Supremis Principibus liberum est causas vel ceptas coram quibuscunque suis Magistratibus avocare, ut per se de illis cognoscant, aut aliiis delegent judicandas. Mastrill. *de Magistratib. lib. 3. cap. 4. nu. 248.* Salgad. *de retent. bullar. part. 2. cap. 31. n. 86.* Petr. Barbosa in l. *Si quis posteaquam, n. 17. de judic. Cancr. variar. lib. 3. cap. 10. n. 8.* Aug. Barbosa in *collect. ad cap. Ut nostrum, n. 2. & cap. Ut debitus, nu. 20. de appellat. Avendañ. de exequend. mandat. p. 2. cap. 19. n. 2. verf. Rex verò Azev. in l. 32. tit. 4. lib. 3. Recop. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 16. n. 100.* Marta *de juri'dict. part. I. c. 43. nu. 7.* ac plurimi apud Salgadum.

5 Quod utique in summo Ecclesiæ Præsule adnotarunt Cardin. Tusch. *lit. A, concl. 561.* Salgad. *sup. cap. 6. n. 15.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. A, nu. 269.* Cabed. *part. 2. decis. 85. n. 4.* Bobad. *ubi proximè, Avend. sup. cap. 5. n. 12. verf. Solus enim Papa, Aug. Barbola cum pluribus de potest. Episc. part. 3. allegat. 81. n. 18.*

6 At Rex non avocat causas à Proceribus, seu Baronibus subditis, nec à Judicibus, quos illi in propriis dominiis constituunt, nisi negligentia ipsorum, aliave justa causa id suadeat, & urgeat. Tondut. *sup. part. I. cap. II. nu. 14.* Azeved. *in l. I. ex num. 32. tit. I. lib. 4. Recop. Mastril. ubi proximè, à num. 35. & lib. 4. cap. 16. num. 60.* Cabed. *sup. nu. 3.* Quicquid senserit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præf. 18. num. 7.* & Bobad. *ubi proximè.* Faciunt per me tradita *sup. cap. I. num. 47.* In casibus verò Curix avocatio permittitur à tribunali inferioris Domini ad Cancellariam jvari privilegio postulare. Mastrill. *d. cap. 16. nu. 233.* Avend. *part. 2. cap. 5. num. II. verf. Dixi autem, Bobad. sup.* Quod quidem apud nos contingere nequit, nisi ante litem motam, ex præmissis *sup. cap. 6. num. 23. & cap. 7. num. 42.*

Ibi: *Is etenim, qui liberè judicare jussit.*

7 Non tantum Princeps, sed & quisque, qui Magistratum independenter constituit, aut judicare præcepit; jus avocandi consequitur, lib. 21. tit. 4. p. 3. ubi Gregor. Lop. *gloss. I. Tondut. part. 2. cap. 63. nu. 10. II. Avil. in cap. I. Prætor. n. 42. verf. Sed an potest. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 16. n. 100. verf. El primero es. Salgad. de Reg. protection. part. I. cap. 7. n. 42. Avendañ. de exeq. mandat. part. I. cap. 19. n. 2. verf. Et est ratio; Ant. Fab. in ration. ad d. I. judicium solvitur, de judic.*

8 Nec pugnant hæc cum prænotatis *sup. n. 6.* nam etsi omnis jurisdictio intra ditionem à Rege tanquam ab unico fonte in inferiores Dominos diffundatur, quam liberè concessit à principio, ut dixi *suprà*, cap. I. nu. 145. ipse tamen Rex hanc sibi legem imposuit, ne in prima instantia propriam jurisditionem in vassallis inferiorum Procerum exerceret, nisi justa subsistente ratione, ut ait Avendañ. *d. cap. 5. num. II. verf. Dixi autem.* Unde rectè distingui solet inter jurisditionem à Principe concessam in administrationem, seu officium; vel in feudum, sive majoratum, ut scilicet in priori casu avocatio sit libera, non in posteriori. Mastrill. *de Magistrat. lib. 3. cap. 2. n. 37. cum seqq. Tondut. de prævent. judic. part. I. cap. II. nu. 14.* quæ autem sint causæ justæ, ut Rex in prima instantia causas avocet à Domino inferiore, recenset plenè Mastrill. *lib. 4. cap. 16. ex nu. 214.*

Ibi: *Princeps igitur avocare poterit.*

9 Licet autem Princeps valeat pro libito causas à suis Magistratibus evocare, Paul. de Caltr. *in authent. Qua in provincia, C. ubi de crimin. agi oport. & conf. 318. num. 2.* Mart. *de jurisdict. part. 1. cap. 33. num. 101.* Avend. *sup. part. I. cap. 19. num. 2. verf. Rex verò, Bobad. d. cap. 16. num. 100.* expedit tamen ne absque rationabili causa Princeps avocatione utatur, cedit etenim in ludibrium ordinariæ jurisditionis, judicum contumeliam, ac litigantium detrimentum, ut animadvertunt Mastrill. *d. lib. 3. cap. 4. ex num. 251.* Ponte *de potest. Proreg. tit. de abundant. civitat. §. I. num. 16. & decis. 36. nu. 12.* Tondut. *part. I. cap. 7. num. 7.* Carol. de Tapia *decis. I. à num. 12.* Azeved. *in lib. 32. titul. 4. lib. 3. Recop. Salgad.*

Salgad. *de retent. Bullar. part.2. cap.31. n.90.*
 Scaccia *de judic. lib.1. cap.66. ex num.11.*
 Causæ autem legitimæ ad avocationem sunt utilitas publica, gravitas negotii, & judicis suspicio. Tondut. *part.2. cap.36. n.2.* Scacc. *ubi proximè*, Rebuff. *ad conslit. Regni, tom.1. tit. de evocation. in præfat. nu.57.*

- 10 Ut autem avocatio litis pendentis coram inferiori subsistat, necesse est quod Princeps litis pendentiam non ignoret; nec in dubio præsumitur scientia, nisi exprimatur in rescripto. Salgad. *ubi proximè, ex nu.87. ad 92.* Carol. *de Tapia n.8.* Octav. Vestrius *Pract. Cur. Rom. lib.3. cap.9. nu.5.* Aug. Barbosa *in collect. ad cap. Ut debitus, nu.20. de appellat.* Menoch. *de arbitr. lib.2. ca.202. num.4.* Etenim gravior infertur injuria judici jam de casu cognoscenti, & jus commune læditur, *l. ubi acceptum 30. de judic.* quapropter difficilius avocatur causa jam cœpta. Tondut. *d. cap.36. nu.4.* Cyriac. *controv.515. nu.6.* Semperque evocatio causarum ut odiosa restringi debet. Castill. *de tertius, cap.41. nu.124.* Salgad. *nu.93.* Azeved. *ubi proximè*, & in dubio non præsumitur. Lancelot. *de attent. cap.10. nu.40.*

Verf. Primò hinc deducitur.

- 11 Episcopo licet causas pendentes, vel in futurum tractandas coram suo Vicario Generali prohibito, avocare. Avend. *de exeq. mand. part.1. cap.5. nu.12. verf. Solus enim Papa*, Bobad. *d. cap.16. n.100.* Tondut. *sup. part.2. cap.1. n.21.* Curia Philip. *part.1. §.9. num.3.* Idem juris est quoad vicarium foraneum. Jacob. Sbrotz. *tract. de Vicar. Episc. lib.3. quæst.39. n.1. & quæst.40. nu.32.* Tondut. *nu.35.* Prælati namque sicut liberè Vicarium eligit, ita ad nutum amovet, etiamsi ille Pontificia confirmetur autoritate. August. Barbosa cum aliis *de potest. Episc. part.3. alleg.54. nu.145. & 154. verf. Illud. hinc Bobad. lib.1. cap.16. nu.9.*
- 12 Inde est, ut quanquam Archidiaconus Vicarius Episcopi censeatur quoad causas, de quibus cognoscere permittitur, Barb. *de jur. univ. Eccles. lib.1. cap.24. n.34. & 35.* quia tamen jure illi jurisdictio defertur, *cap.1. ubi Barbosa n.2. de offic. Archidiacon. & de potest. Episc. part.3. alleg.54. n.17.* ab ipso Prælati jam inchoatam causam avocare nequit. Tondut. *de præv. judic. part.2. cap.36. nu.13.*
- 13 Præterea cum Vicarius Generalis ex delegatione Pontificis ut talis in causa procedit, Episcopus avocare eam prohibetur, & si indirectè valeat ejusdem cognitionem impedire, ipsum à munere removens. Tondut. *part.2. cap.1. d. n.48.* ac *question. beneficiar. part.2. cap.4. §.1. n.12.* Garc. *de Benefic. part.6. cap.1. nu.19.* Sbrotz. *tract. de Vic. Episc. quæst.135. & 136.*

Ad Num. 2.

- 14 Archiepiscopus causam pendentem, aut quæ pendere debet coram suffraganeo, avocare prohibetur, ex Trident. *sess.24. de reform. cap.20.* ubi etiam Nuntiis, ac Legatis de latere interdicitur, extatque declaratio Sacræ Congregationis apud Salgad. *de retent. Bullar. part.2. cap.5. §.2. num.5.* Tondut. *de præv. judic. part.2. cap.36. num.13.* Aug. Barbosa *de potest. Episcop. part.3. alleg.126. num.7.* & *in collect. ad cap. Pastoralis, nu.2. de offic.*

Ordinar. Nec Metropolitanus potest jurisdictionem in subditos suffraganeorum exercere, nisi per appellationem, vel in causis aliis jure permissis, de quibus Barbosa *de potest. Episc. part.1. tit.4. num.3. cum seqq. & de jur. Eccles. lib.1. cap.7. ex num.5.* Solorz. *de jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.6. d. num.31.* atque ita nec de partium consensu jus inter illos dicere valet, & consequenter nec causas avocare, *l.15. tit.5. part.1.* Solorzan. *num.29.* Paz. *prax. tom.1. præl.1. d. num.14.* Barbosa *d. tit.4. num.2. & d. cap.7. num.51.* Sanch. *de matrim. lib.7. disp.100. num.9.* Salgad. *d. cap.5. nu.1.* Tondut. *d. part.2. cap.8. num.3.* apud quos quamplurimi.

Imò nec propter negligentiam Episcopi Metropolitanus causam avocare permittitur, nec inter ejusce subditos jurisdictione uti, nisi interposito appellationis auxilio, ut latè adversus alios probat August. Barbosa *d. alleg.126. d. num.8.*

Ibi: His accedit Glossa.

Archiepiscopus etiam inter visitandum non valet, nec suis subditis, nec suffraganei, in cujus diocesi existit, Ordines conferre, aut aliis exercere Pontificalia, nisi de proprii Prælati consensu. Barbosa *d. cap.7. num.92. & 132.* ac *in collect. ad cap.1. nu.6. de offic. Ordinar. in 6. Machad. tract. de perfect. confessor. tom.2. lib.4. part.7. tract.1. docum.4. num.6.*

Ibi: Præsertim concludit ad hoc.

Diocesani suffraganei adire nequeunt Archiepiscopi Auditorium per simplicem querelam, nec agere de utilitate sententiæ principaliter, quibus solum per appellationem aditus patet, Sanchez *ubi proximè.* Barb. *de jur. Eccles. lib.1. cap.7. num.67.* Marc. Anton. Genuens. *prax. Archiep. Neap. cap.70. num.7. verf. Limita quartò*, Scac. *de appellat. q.19. remed.1. conclus.6. num.85.* quod obtinet adhuc data Episcopi negligentia. Barbos. *d. alleg.126. num.14. & 85. in collect. ad cap.1. num.5. de offic. Legat.*

Ibi: Sic denique Dux, Marchio.

Hæc prænotavi *sup. cap.4. num.27. & ibi laudatis addas Tondut. de præv. judic. part.2. cap.46. num.16. & veniunt limitanda ex Bobad. lib.2. cap.16. num.100. verf. El primero, cum seqq.* Maximè si judices ordinarii de negligentia arguantur; tunc enim Dominus oppidi per querelam poterit adiri, ut causam vocet, de quo inferius *nu.24.*

Ad Num. 3.

Ad Regias Hispaniæ Cancellarias, quæ Iberiæ, ac Pintiæ consistunt, nulla potest causa ab inferiore Tribunali evocari, nisi sit de casibus Curia, & hæc antequam coram Ordinis judicibus inchoentur; quia superioribus supremi Prætorii cognitio in prima instantia regulariter interdicitur, *l.21. tit.5. lib.2. Recop. Paz Prax. tom.1. temp. nu.19.* Azev. *in l.12. tit.5. lib.2. Recopil.* ubi quod nec per simplicem querelam, nec de nullitate principaliter agens quis auditur in illis Curis.

Quan-

20 Quamquam contingat per Supremos Principes causas pendentes in Cancellariis, seu Parliamentis avocari, ut de Imperatore, & Gallix Rege testantur quos refert Tondut. *de præv. jud. p. 2. c. 36. nu. 14.* apud nos tamen non admittitur talis avocatio, nisi servetur in rescripto forma legis 23. *tit. 5. lib. 2. Recop. & legis 7. & 8. tit. 14. lib. 4. ejusdem Recop.*

Ibi: *Qui idem esse censet.*

21 Supremi Senatus Consiliariis vetita est, Rege inconsulto, causarum avocatio, *l. 4. tit. 2. lib. 3. Ord. quæ in nova Regiarum legum compilatione deest*; sed & litteras incitativas non facillè expediendas ad judices inferiores, cavetur *l. 32. tit. 4. lib. 2. Recop.* ubi Azeved. Nihilominus supremo Senatui avocatio permessa videtur *ex l. 22. tit. 4. lib. 2. Recop.* notat Bobad. *Polit. l. 2. cap. 16. num. 100.*

Verf. *Quartò hinc.*

22 Nuntiis Sedis Apostolicæ, ac Legatis de Latere non licet ab Ordinariis causas avocare. Trid. *sess. 24. de refor. cap. 20.* ubi August. Barbosa late in remission. *ad Conc. & de potest. Episc. alleg. 81. part. 3. Salgad. de retent. Bullar. p. 2. c. 5. §. 2. nu. 5. & de Reg. protecht. p. 2. cap. 17. nu. 2. Paz prax. t. 2. præl. ult. à princ. Grat. disc. c. 837. n. 15. Vivian. prax. jurispatr. part. 1. l. 7. cap. 3. n. 8. & plurimi apud Barbof. excipiunt in ipso decreto, si præcesserit Ordinarii omiffio. Similiter causa poterit avocari Pontificis rescripto, ejusdem propria manu subscripto, non aliàs. Præterea avocationi locus dabitur communi assensu Ordinarii, ac utriusque litigantis. Barbosa *d. cap. 20. nu. 2. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. c. 3. §. unic. à nu. 5.* De Auditore Cameræ ardua existit controversia, num causas avocare valeat ex cameræ obligatione procedentes? de quo Barbof. *in d. cap. 20. in Concil. n. 4. & d. alleg. 81. n. 16. Salgad. d. c. 3. n. 20. Flores Diaz var. quæst. 12.**

Ad Num. 4.

23 Dux, Marchio, Comes, & alii quilibet vassallorum Domini jurisdictionem in oppidis obtinentes, nequeunt evocare causas coram judicibus ordinariis sui territorii pendentes. Bobad. *d. cap. 16. n. 100. Azev. in l. 45. à n. 3. tit. 4. lib. 3. Recop. Cur. Philip. part. 1. §. 9. nu. 3. Tondut. de præv. judic. part. 2. c. 36. nu. 11.* ubi regulam tradit, quod ille duntaxat valet avocare, qui per se solum constituit judicem. Vide *sup. c. 4. n. 27.*

24 Quod fallit si judex Ordinarius per dominum jurisdictionis, vel ejus judicem requisitus, justitiæ administrationem omiserit. Bobad. *ubi prox. verf. El segundo caso.* Cur. Philip *sup. num. 5. Avend. de exeq. mand. part. 1. c. 5. nu. 12. verf. Judices tamen.* Ex contrario nec illis Magnatibus, eorumque Vicariis permittitur causas coram se pendentes ad judices ordinarios remittere, ut eas etiam invitati desinant. Azev. *sup. n. 3. & 7. Bobad. d. num. 10. in fin. Cur. Philip. num. 4.*

Ibi: *Nisi quibusdam in locis.*

Hujusce consuetudinis meminere Bobad. *d. c. 16. num. 101. Cur. Philip. ubi proximè.*

Ibi: *Quod si Dux, Marchio, vel Comes.*

25 Hucusque actum de judicibus oppidorum, vulgò *Alcades ordinarios*, qui à conventu Decurionum electi per Dominum confirmantur: verum si alicubi, non præmissa electione, ipse Dux, *D. de Faria Covar. Enucl.*

ve' Marchio hos judices absque populi dependentia præponat, ipse ab illis causas avocare, aut ad eos retinentes remittere non prohibetur. Avendann. *sup. part. 1. c. 19. n. 2. verf. Et est ratio, Aviles in c. 1. Prætor. nu. 42. verf. Sed an potest, Bobad. num. 100. verf. El primero estando, Azev. in l. 45. nu. 8. Cur. Philip. num. 3. Tondut. ubi proximè.*

Sic civitatum Prætores causas à suis Locumtenentibus avocant. Avil. *ubi proximè, Cur. Phil. part. 1. §. 9. nu. 3. Avend. sup. part. 1. cap. 3. nu. 3. verf. Sextò deducitur, Bobad. l. 1. c. 12. n. 46. Azev. in l. 10. nu. 5. tit. 5. lib. 3. Recop.* Justam tamen causam præcedere oportet, ut admonent Bobadilla, Azevedus, & Avilesius. Sed si ex delegatione alterius Locumtenens de causa cognoscat, cessat avocatio. Bobad. *ibidem.*

Delegatum autem Principis à subdelegato causam committam avocare posse, re integra, non dubitatur, at postquam lis cœpit discuti, ita distinguendum ut si delegatus nihil jurisdictionis in commissione reservaret, avocare non valeat, aliàs sic, *l. 21. tit. 4. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 1. qui subdit non permitti, nisi Principi causam avocare, ut alteri deleget: de quibus late Tondut. sup. part. 2. per tot.*

De judice ordinario non ambigitur, quin indistinctè valeat avocare, *d. l. 21. Partit. & Greg. Lop. ubi prox. l. Judicium solvitur, 58. de judic. ubi Ant. Fab. in ration. docet non de delegato, sed de judice dato consultum agere; cui non nisi post litem contestatam causa mandari poterat. Semper ut avocatio fiat, expedit quod justa causa interveniat, quam & in Principe desiderari observavimus *sup. n. 9. & generaliter Tondut. part. 1. c. 7. num. 7.* tamen ab avocatorio decreto appellans non auditur. Salgad. *de reg. protecht. part. 3. c. 13. à num. 52.**

Cujus Tribunalis notarius scribere debeat in causa advocata, disputat Tondut. *de Præv. judic. part. 1. c. 7. & part. 2. c. 36.* resolvens quod si avocetur causa nondum inchoata; notarius superioris acta conficiet; si jam cœpta, inferioris.

Verf. *His equidem prænotatis.*

Avocatio fieri solet tacitè, vel expressim. Tanta dicitur quoties, nulla mentione avocationis facta, superior de causa cognoscere incipit, vel alii examinandum committit. Expressa, cum decretum avocatorium, seu inhibitorium intervenit, aut in rescripto commissionis alteri factæ clausula avocationis inseritur. Avend. *de exeq. mand. part. 1. c. 19. nu. 2. verf. Et est ratio. Vivian. prax. jurispatr. lib. 14. c. 1. p. 76. 77. Tondut. d. c. 7. num. 17. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. c. 22. num. 4. Lancellot. de attentat. c. 10. n. 9. & 13. Tusch. lit. A, concl. 561. n. 1.*

Ad Num. 5.

Causa semel ad Curiam quomodolibet delata, & curialis effecta, nunquam inde exire potest, nec reddit ad Ordinarium, nisi ex Pontificis delegatione. Tusch. *ubi prox. num. 4. Barbosa in collect. ad c. Ut nostrum. num. 3. de appellat. & in c. Pastoralis, num. 12. de offic. Ordinar. Lancellot. sup. num. 4. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 7. n. 28. Riccius collect. decis. part. 5. collectum. 1451. verf. Infertur quintò, Bern. Diaz reg. 262.*

Idem in Beneficiis contingit, nam per manus appositionem Papæ ita manent affecta, ut licet gratia non sortiatur effectum, Ordinario veteratur ad collationem procedere. Garcia de Benefic.

part. 5. cap. 1. §. 2. numero 138. Aug. Barb. in collect. ad cap. Ut nostrum, n. 5. de his quæ fiunt à major. part. Capit. Æneas de Falconib. tract. de reservat. Benefic. q. 4. effect. 5. nu. 1. Vivian. d. cap. 1. num. 66. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. c. 22. num. 1. & alii apud Barbof.

Ibi: Quod si Papa semel delegaverit.

- 32 Hanc sententiam pro viribus tuetur Salgad. d. part. 2. cap. 12. à nu. 45. ubi probat, extincta Pontificia delegatione, Ordinaria jurisdictionem ipso jure sulcitari.

Verf. Quin & illud.

- 33 Provocatione interposita ab interlocutoria sententia ad Romanam Curiam, quamquam malè appellatum pronuncietur, causa non devolvitur ad judicem à quo, sed retinetur. Lancellot. sup. d. cap. 10. num. 5. Pet. Barbofa in l. 1. art. 1. n. 33. de judic. Tusch. lit. A, Aug. Barbofa in collect. ad cap. Ut debitus, n. 9. de appellat. Gratian. discept. cap. 6. n. 7. Beroi. quæstion. familiar. 12. num. 22. verf. At de stylo.

Verf. Prima conclusio.

- 34 De jure appellatio ab interlocutoria si perperam interposita proferatur, causa ad inferiorem redire debet, ut super principali procedat, l. 27. tit. 23. p. 3. l. 7. tit. 17. lib. 4. Recop. ubi Azev. Tusch. lit. A, concl. 371. n. 2. Cujac. in cap. Ut debitus, de appellat. Paz Prax. tom. 2. part. 5. cap. unic. n. 20. Lancellot. sup. n. 5. Cur. Philip. part. 5. §. 3. n. 11. Surd. decis. 175. nu. 3. Mandos. tract. de inhibet. quæst. 36. Sed si à definitiva sit provocatum, quæ meruit confirmari, sententiam exequitur confirmans judex. Sed aliud de jure nostro videtur dicendum ex d. l. 27. Partit. & l. 6. tit. 17. lib. 4. Recop. ubi Azeved. à num. 3. Pichard. manu duct. ad prax. part. 4. §. 24. per tot. Marant. de ordin. judicior. part. 6. act. 3. n. 6. ubi quod deserta appellatione, judex à quo de jure communi ad executionem procedet.

Verf. Secunda conclusio.

- 35 Causa appellationis ab interlocutoria cum negotio principali accessoriè commissa, ita intelligitur, ut si injustè appellatum judex pronunciet, non valeat ulterius procedere ad principale. Surd. decis. 176. per tot. qui sic Mantuanum Senatam observare testatur. Aug. Barb. collect. ad cap. Causam quæ, nu. 2. de rescript. Vant. tract. nullit. ex defect. jurisdictionis, n. 65. quia subintelligitur sub tacita conditione causa principalis commissa, si rectè fuerit provocatum, prout de jure constituitur, cui Princeps non præsumitur derogasse, nisi ex rescripti contextu id appareat, ut inquit Vantius. Nec in dubio admittenda avocatio, quæ ut odiosa præsumi non debet. Lancellot. de attendat. cap. 10. nu. 40.

Ibi: Tametsi Francus.

Hujus contrariæ opinionis fundamenta expendit Surd. decis. 175. num. 2. 9.

Verf. Tertia conclusio.

- 36 Si Princeps causam appellationis ab interlo-

quatoria sic delegaverit, *Committo tibi appellationis causam, & negotium principale*; licet delegatus perperam provocatum declaret, poterit tamen de principali cognoscere. Discrimen inter hanc & proximam conclusionem in eo versatur, quod Princeps verbo *cum*, vel *&*, fuerit usus; hoc enim principaliter æquè unit, illud accessoriè conjungit, ut per Barbof. tract. de Diction. usufreq. di. 75. & 110. ubi de natura, & differentiis earum satis. Sed videtur non tantum deferri oportere verborum cortici, ac discrimini, ut à juris principiis recedatur. Et quamvis Surd. d. decis. 175. hac de re latissimè disseruerit, utriusque sententiæ rationibus exhibitis, hujusce tamen verborum differentię non recordatur. Ad hæc cum hominis dispositio semper juri conformis præsumatur, l. *Heredes mei* 57. §. *Cum ita, ad Trebellian.* Bart. in l. *Gallus*, §. 1. de lib. & posthum. Menoch. lib. 4. præf. 21. nu. 21. quod maximè procedit in Principe, qui omnia jura in scrinio pectoris censetur habere, cap. 1. de conslit. in 6. ejus rescripta secundum Jus exaudiri debent, non ut legis observationem solvant. Glossa verbo *Fuerat inserenda*, in cap. *Causam quæ, de rescript.* ubi Barbofa in collect. n. 2. & in cap. *Ecclesia vestra, de elect.* Sic explota distinctione dictionum, magis placet, delegationem causæ appellationis super articulo, & negotii principalis simul, non tribuere jurisdictionem principali in causa, nisi injustè appellatum pronuncietur. Surd. decis. 175. num. 9. & 10. Gratian. disceptat. cap. 6. à princ. Erit tamen standum praxi Curie Pontificis, vel cujusque Principis, si per eam delegationem omni modo causæ avocatio, ac principalis commissio indistinctè inducatur: consuetudo namque privilegia, & scripturas interpretatur Barbofa in collect. ad cap. *Cum dilectus*, n. 7. de consuetud.

Verf. Quarta conclusio.

Conjunctim hæc accipio juxta immediatam 37 tertiam conclusionem, de qua jam quid dicendum, præmisimus. Disjunctim, seu divisim, cum in diversa oratione aut rescripto causa principalis delegatur, quo casu avocatio illius præsumitur, sive malè, sive benè fuerit provocatum ut servatum apud Senatam Mantuæ testatur Surd. d. decis. 175. n. 9. & 10.

Verf. Quinta conclusio.

Judex delegatus ad causam appellationis ab 38 interlocutoria, si rectè provocatum decidat, poterit absque novo mandato de negotio principali cognoscere. Surd. ubi proximè, n. 9. Barbofa in collect. ad cap. ex tenore, n. 6. de for. compet. Mich. Grass. tom. 1. commun. opin. lib. 22. n. 64. Azeved. in l. 7. num. 13. tit. 17. lib. 4. Recop. Gratian. discept. c. 6. nu. 4. Ex quo argumentum desumitur haud leve adversus prænotata pronuper, u. 35. 36. ut videre est apud Surdum ubi proximè; nam si ex sola delegatione causæ appellationis ab interlocutoria competit delegatio facultas procedendi in principali, si rectè fuerit provocatum, quod operabitur expressa commissio principalis causæ, nisi revocatio concedatur, etsi malè appellatum decidatur. At Gratianus ex Felino satisfacit, afferens admonitionem ut operetur, sufficere, maximè cum possit meritò dubitari.

Ibi:

Ibi: Nam in ordinario iudice.

39 Judex ex jurisdictione ordinaria de appellatione ad interlocutoria cognoscens, si bene appellatum pronunciet, causam principalem retinet decidendam, l. 27. tit. 23. p. 3. l. 7. tit. 17. lib. 4. Recop. & ibi Azeved. n. 12. Tusch. lit. A, concl. 371. n. 2. Paz prax. tom. 2. part. 5. cap. unic. n. 19. Cur. Philip. part. 5. §. 3. n. 11.

Verf. Quibus equidem prenotatis.

40 De hujusmodi praxi agunt laudati sup. n. 33. quæ adversatur dictis n. 34.

Ibi: Quod si causa appellationis.

Hoc est contra quintam conclusionem nuper traditam.

Ad Num. 6.

Princeps ad Curiam si causa deferatur per appellationem ab interlocutoria, ad partis supplicationem, potest, & solet præcipere, ut omisso provocationis articulo, de negotio principali cognoscatur, modò precator jurejurando asseveret, quod veretur, quod justitia sibi per inferiorem non administrabitur. Petr. Barb. in l. 1. art. 1. n. 24. de judic. Gratian. sup. d. cap. 6. n. 9. 10. Aug. Barbosa collect. ad cap. Ut Debitus, n. 9. de appellat. & cap. 1. n. 4. eod. tit. in 6. Surd. decis. 175. n. 10.

Ibi: Quod minimè licet judici inferiori.

41 Speciale est in supremo Principe, quod immediate præmissimus; ut observant ibi laudati: at nullus inferior appellationis iudex id agere permittitur, nisi ex illis sit, qui possunt per querelam adiri, ac partium accedat consensus, vel saltem solius appellati. Gratian. d. cap. 6. ex num. 13. Tusch. d. concl. 371. num. 4. cum seqq. Bern. Græv. in pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 136. n. 1. Surd. decis. 175. n. 11. Sed cum D. Covarru. hinc tenet Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 47. memb. 3. n. 9. cum seqq. Aug. Barbosa in collect. ad cap. 1. n. 3. de for. compet. in 6.

Verf. Hinc denique.

De avocationis differentia actum est supra, num. 29. De ejus effectibus mox agendum.

Ad Num. 7.

42 Avocatio causæ cum decreto irritanti, sive motu proprio, sive ad supplicationem partis, efficit ut quæ postea iudex inferior inscius avocationis in iudicio egerit, ipso jure nullitatis vitio evanescant. Lancellot. de attent. cap. 10. n. 27. Tusch. lit. A, concl. 562. num. 3. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. A, num. 271. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 38. num. 122. Gratian. dissectat. cap. 18. n. 45. Vivian. prax. jurispatron. lib. 13. cap. 8. n. 170. & 174. de quo decreto, ejusque effectibus latè August. Barbosa tract. de claus. usufrequent. claus. 40. num. 7. cum seqq. Tusch. lit. D, concl. 117. Marefcot. d. cap. 38. Salgad. de Reg. protecl. p. 3. cap. 10. d. num. 62. Decreto irritanti nullus, qui Princeps supremus non existat, uti poterit, ut suos producat effectus. Tusch. nu. 19. & 22. & alii jam laudati. D. de Faria Covar. Enucl.

Ibi: Quod si is, cujus causa.

Avocatio ad partis postulationem expedita cum decreto irritanti, non vitiat quod postea actum fuerit, si ea uti noluerit qui impetravit. Hanc conclusionem (etsi controversiâ non careat, ut videre licet apud Ant. Gabr. commun. opin. lib. 6. tit. de claus. concl. 3. n. 17. ubi etiam oppositæ sententiæ cumulat sequaces,) sustinent Cardin. Tusch. lit. D, concl. 117. n. 8. 10. Aug. Barbosa d. claus. 40. num. 33. Rebuff. tract. de nominat. quæst. 14. n. 152. Lancellot. sup. cap. 31. n. 93. Sarmient. de reddit. Eccles. lib. 1. cap. 2. n. 20. Ant. Gab. d. concl. 3. n. 25. Marefcot. d. cap. 38. n. 25. Caputaq. part. 1. decis. 249. n. 1. nam decretum illud eandem recipit conditionem tacitam, quæ avocationis inest, si precator ipsa uti voluerit. Lancellot. sup. limit. 30. num. 40. quia deficiente nihil valet operari. Vivian. sup. n. 173. Marefcot. n. 31. Præterea cum decretum sit accessorium dispositioni, cui adjicitur. Tusch. d. concl. 117. num. 10. 23. quoties locus non est principali, ipsum nullos effectus producere poterit. Salgad. de retent. Bullar. p. 2. cap. 34. n. 132. Redoan. de reb. Eccles. non alien. rubric. 21. nu. 79. & 80. Avocatio autem nisi intimetur, iudicis manus non ligat. Lancellot. sup. cap. 10. num. 33. & alii communiter inferius laudandi. Igitur nec decretum irritans actus contrarios irritos reddet. Aliud juris est in Beneficiis; nam etsi persona, cui Papa Beneficium confert, non utatur gratiæ rescripto, manent tamen ligatæ inferioris manus. Tusch. lit. D, concl. 115. n. 3.

Ibi: Quo in loco probare conatus sum.

Ex consensu illius, cujus solùm favore nullitas actus introducta, ille viribus subsistit, quamquam fiat adversus legem, vel rescriptum Principis, l. Non eo minus 14. C. de procurat. Salg. sup. cap. 17. n. 48. Sarmient. ubi proximè, Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 21. in fin. Aug. Barbosa collect. ad cap. Ut super, §. Possessiones, n. 7. de reb. Eccles. Surd. de aliment. tit. 8. priv. 56. n. 80. & 81. Vela dissertat. 14. num. 34. & 37. Cancr. variar. part. 1. cap. 13. & ex num. 86. Mantia. de tacit. convent. lib. n. 4. tit. 20. num. 61. Nec nullitas opponi potest in eum, cujus gratiâ decernitur, aliàs in ejusdem retorqueretur detrimentum, si fortè tibi expediat quod vitiosè actum est, ut prenotatur per me variar. lib. 1. cap. 20. n. 17. & lib. 2. cap. 16. n. 64.

Ibi: Eadem voluntas præsumenda.

Lex cum clausula irritante non ligat, nec actus contrarios nullos efficit, qui præcesserunt antequam sufficienter promulgetur, id est, priusquam prætereat tempus duorum mensium, vel aliud à legislatore præscriptum, quo lapsò, cunctos subditos vel ignorantes tenet, & quoad nullitatem actuum, & quoad pœnam. Suarez de legib. lib. 3. cap. 18. n. 7. & 8. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 70. n. 3. Tusch. lit. D, concl. 117. n. 23. Gregor. Lop. in l. 20. gloss. 1. tit. 1. p. 1. Azev. in l. 1. n. 7. tit. 1. lib. 2. Recop. Barbosa collect. ad cap. 2. n. 9. de constit. In rescripto autem speciali à die data decretum irritans operatur. Ratio diversitatis consistit in eo, quod ut accessorium

facit naturam ejus, cui adhæret Marefcot. *sup. n. 26. vers. Sed quamvis*. Et sicut lex non obligat ante publicationem, ita nec decretum ligat: quod in rescriptis cessat, quæ eam solemnitatem non exigunt pro forma, ut astringant: Tusch. *lit. D. concl. 116. n. 4. & seq. n. 23. & per tot.*

46 Licet autem post promulgationem legis ignorantibus ligentur & quoad pœnam, & quoad actus nullitatem, *l. 2. tit. 1. lib. 2. Recop.* illa tamen est remittenda, si de ignorantia invincibili probabiliter doceatur. Suar. Molin. & Azeved. *ubi proximè*: actuum tamen nullitas non ideo evitabitur, ad quod ignorantia illa non proderit. Molin. *d. disp. 70. n. 2.* Sed si Princeps expressim actus irritaret à die conditæ legis, corruerent facti ante promulgationem. Azeved. *in d. l. 1. n. 7.* & apud nos regulariter lex obligat à publicationis die, *l. 6. 8. tit. 15. lib. 5. Recop.* nisi certum tempus exprimat, *l. 44. tit. 25. lib. 4. Recop.* quod ab arbitrio pendet Legislatoris. Suar. *lib. 3. cap. 18. num. 8.* qui docet, Principi non licere subjectos cogere ad legis observantiam ante tempus, quod ad sufficientem promulgationem necessario desideretur, *tract. de legib. lib. 3. cap. 17. num. 3.*

47 Quæri solet, an lex obliget scientes ante tempus per Legislatorem, vel à jure ad promulgationem sufficientem assignatum? Affirmat Greg. Lop. *in l. 20. gloss. 1. tit. 1. p. 1.* Negat Suar. *d. lib. 3. cap. 18. num. 8.* quia præsumitur Princeps nolle ante tempus illud subditos adstringere, quod æquitate nititur, ut sicut post promulgationem ignari ligantur, sic ante illam conscii non obligentur. Pro utraque sententia refert plures Barbosa *collect. ad cap. 2. nu. 9. de constitutionibus.*

48 Tanta est vis decreti irritantis, ut discentiatur apud Interpretes, num Pontificem, aut Reges ipsos constringat? De quo Marefc. *Variar. lib. 2. cap. 38. ex num. 33.*

Verf. Secunda conclusio.

49 Avocationis rescriptum cum clausula motus proprii, reddit à die datæ acta per inferiorem etiam illius ignarum irrita. Gratian. *discept. cap. 18. num. 45.* Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. A, n. 270.* Tusch. *lit. A, concl. 562. n. 1.* estque communis, teste Lancellot. *de attent. cap. 10. num. 30. vers. Secundò limita.*

Ibi: Sed & falsam esse.

50 Hæc sententia, cui assentitur contra præmissam D. Covar. ex eo etiam fulciri potest, quod clausula, *Motu proprio*, nihil valet contra mentem, ac præsumptam Principis voluntatem. Selva. *de Benefic. part. 3. quæst. 11. n. 41.* Hier. Gig. *de pension. quæst. 9. n. 6.* Barbosa cum aliis *de claus. ufufreq. claus. 79. n. 50.* Si enim Princeps vellet eos actus irritos fieri à die datæ, id exprimeretur in rescripto, argumento capituli *Inter corporalia, de translat. Episc. l. unic. §. Sin autem ad deficientis, C. de act. tollend.* Tiraq. *in l. Si unquam, verb. Libertis, num. 3. C. de rev. donat.* Barbosa *in collect. ad idem cap. n. 14.* ubi plures. Facit etiam regula legis *Quoties 13. de reb. dub.* ut scilicet in dubiis pro actus validitate respondeatur.

Ibi: Cùm nullibi in jure tantus.

Ut videre est apud Barbof. *d. claus. 79.* ubi cunctos ejusce clausulæ effectus recensens, hujus non meminit.

Ibi: Jurisdictio etenim semel data.

Jurisdictio quæsitæ, per revocationem non 51 expirat, & interim gesta sustinentur, modò judex mandatum superioris ignoret. Greg. Lop. *in l. 21. gloss. 1. tit. 4. p. 3.* Barbosa *collect. ad cap. 2. n. 4. de offic. deleg. Gratian. discept. cap. 8. n. 43.* Tusch. *lit. R. concl. 324. à princip.* Ant. Fab. *ration. ad l. Si fortè, de offic. Præs. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 30. num. 11.* Quod limitat Greg. Lop. *sup.* si jurisdictio nondum sit radicata, velut si delegans decesserit, re integra; nam etsi delegatum obitus lateat, tamen per eum facta habentur irrita, de quo consulendus Sanch. *d. lib. 3. disp. 22. ex num. 55. ad 59.*

Ibi: Collationem Beneficii factam.

Collatio Beneficii, & alii jurisdictionis actus 52 viribus consistunt, quos Vicarius exercet ignarus mortis, revocationis, excommunicationis, vel alterius causæ extinguentis Prælati, sive suam jurisdictionem. Glossa *verb. Ad illum, in cap. Auditis, de procurat.* Lancellot. *sup. cap. 10. n. 22.* Gratian. *discept. cap. 18. n. 48.* Barbosa *de potest. Episc. allegat. 54. à num. 152. part. 3.* Jacob. Sbrotz. *de Vicar. Episc. lib. 3. quæst. 136. n. 9.* Flamin. *de resignat. Beneficior. lib. 7. q. 24. n. 33.* Sanch. *d. disp. 22. num. 59. & disp. 30. n. 11.* quò loci probat sustineri acta per Vicarium scientem jurisdictione carere, si communis error existat, & apud omnes mors, vel aliud impedimentum penitus ignoretur, *ex l. Barbarius, de offic. Prætor.*

Verf. Igitur ex prædictis illud superest.

Revocatio jurisdictionis etiam motu proprio 53 nequaquam facit irritum à judice postea confectum absque illius notitia, ut ex prænotatis aperte deducitur. Verùm si propter crimen à jure aliquis jurisdictione privetur, exinde actus jurisdictionales irriti censentur. Gratian. *d. cap. 18. n. 47.* quod limitatur si occultum sit, propter communem errorem, publicamque utilitatem. Sanch. cum pluribus *d. disp. 22. n. 56.*

Ad Num. 8.

Quæstionis est, num valeant gesta post re- 54 vocatum mandatum, si procurator mutatam domini voluntatem ignoret? Magisque communiter in affirmativam sententiam ab Interpretibus itum est, ac tenet Cujac. *in l. Fundi venditor. de acq. possess.* exceptis quibusdam casibus lege decisus, ut matrimonio, dominiique translatione, quæ post revocationem, etiam inscio procuratore, non subsistunt: & rursus renunciatio beneficii sustinetur *ex Clement. unic. de renunciation.* Hæc plenè tradit Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 11. n. 6.* Gratian. *discept. cap. 18. n. 39. cum seqq.* Hinc quæsitum est, an Pontifici decisio de renunciatione agens: observari debeat in præsentatione ad beneficia, ut si procurator præsentet inficius revocationis mandati, collatio teneat? Negativè resolvit Paulus Castrensis, cui adhæret Vivian. *prax. jurispart. lib. 5. cap. 6. n. 28.* assentitur. Christoph. Roffiniac. *tract. de Benefic. cap. 24. à princ.* qui num. 11. ait, specialiter ita cautum in renunciatione, ne Prælati decipiantur: quæ quidem ratio pariter in præsentatione reperitur ut cum D. Covarruvias adversus Castrensem teneamus validam fore ejusmodi præsentationem, admittit vera opinione prælibata de gestis post revocationem mandari. Quid

Quid cum per epistolam, vel nuntium illud jubetur, quod ante executionem retractatur, docet Sanch. d. disput. II. num. 7. Greg. Lop. in l. 23. gloss. I. tit. 5. part. 3. Molin. de just. tract. 2. disp. 263. num. 2.

Verf. Tertia conclusio.

- 55 Avocatio cum clausula, *Motu proprio*, ligat inferioris manus statim ac ad ejus notitiam quomodocunque pervenerit, nec intimatione opus est. Ab hac conclusione sunt laudati *sup. num. 49.* & quotquot sentiunt, eam clausulam ignorantes astringi, atque expressim Tusch. lit. A, *conclus. 562. num. 1.*
- 56 Ex quo, & aliis jam prælibatis apparet, quænam differentia in rescriptis avocatorii versetur; etenim quoties avocatio ad preces cujusque forma ordinaria expeditur, judex inferior etiam illius conficiens jure procedit, quoad sibi præsentetur, Tusch. *ubi proxime, num. 3.* Lancellot. *de attentat. cap. 10. num. 33. 34. & infra, nu. 58.* Sed si adjiciatur decretum irritans, etiam ignari judicis ligantur manus, secundum tradita *sup. num. 42. & 43.* Præterea cum clausula, *Motu proprio*, inseritur, notitia undecunque habita nocet processui postea confecto, ut pronuper adnotatur numero proximo. An avocatio valeat post causam instructam, docet Lancellot. *sup. num. 16. cum seqq.* Tusch. lit. A, *concl. 561. num. 5.* ubi quod non tenet, nisi derogetur regulæ.
- 57 Sed quæri poterit opportunè, si fortè avocatorium concedatur rescriptum cum clausula, *Motu proprio*, ad partis supplicationem, cujus mentio in litteris fiat, ut contingere solet, Constant. Roger. *de legis potent. part. 3. num. 62.* Petr. And. Gamban. *de autor. legat. de later. lib. 3. num. 61.* an tunc sufficiat notitia aliunde quæsitæ, vel intimatio desideretur, ut inferior nulliter ulterius progrediatur? Et cum eisdem Interpretibus respondetur, non impediri effectus præfatæ clausulæ, eo quod preces intervenerint litigantis. Sic, intimato rescripto, acta omnia corruent à die, qua avocatio ad aures judicantis undecunque pervenit.

Verf. Quarta conclusio.

- 58 Avocatio causæ expressa, vel tacita ad Partis supplicationem non impedit inferioris jurisdictionem, nisi illi intimetur rescriptum; ideo quamquam aliunde notitiam avocationis habeat, validè interim procedit. Barbosa latè *collect. in. ad cap. Audita, num. 3. de restit. spoliis.* Lancellot. *d. cap. 10. num. 33. & limit. 30. nu. 40.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. A, nu. 272.* Tusch. *d. concl. 562. nu. 3.* faciunt prænotata *sub. n. 43.* At apud Curiam indistinctè observatur, ut quicquid post avocationem inferior egerit, irritum habeatur, ut testatur Lancellot. *dict. cap. 10. num. 35.*

Verf. Quinta conclusio.

- 59 Delegatus Principis ad causam, etsi agnoscat alii postea commissam non tenetur supersedere, sed validè ad ulteriora progreditur, usquedum rescriptum sibi notum fiat. Barbosa cum aliis *ubi proxime.*
- 60 Similiter Proreges, Provinciarum Præsides, & alii Magistratus, quibus jurisdicatio ordinaria conceditur, etsi sibi constet successorem à Principe electum, suo munere fungi non desinunt usque ad eventum, actualemque possessio-

nem subrogati, ut plenè, præmissa disputatione resolvit Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 11. & Politic. lib. 5. cap. 14.* qui jura, & DD. refert: quod obiter & D. Covar. attigit. *sup. hoc cap. nu. 7. vers. Secunda conclusio, post medium.*

SUMMARIUM.

- 1 *Judices sibi invicem auxilium impartiri tenentur.*
- 2 *Judex Ecclesiasticus prohibetur procedere ad executionem contra laicos, sed debet auxilium secularis brachii implorare, & nu. 11.*
- 3 *An delegatus, vel exequutor Ecclesiasticus auxilium exigere valeat, & num. 4.*
- 5 *Utrum Ecclesiasticus priusquam auxilium postulet, uti censuris teneatur.*
- 6 *Judex laicus non permittitur propria auctoritate exequi sententiam in Clericum, sed Ecclesiastico remittit executionem.*
- 7 *Ecclesiasticus potest compellere censuris judicem laicum, ut auxilium exhibeat.*
- 8 *Ecclesiastico denegante auxilium in Clericos, recurritur ad Metropolitanum, ut ipsum compellat.*
- 9 *Regulariter ut auxilium judex impartiat, opus est ut sibi de justificatione sententiæ constet ex actis.*
- 10 *Judex laicus censuris affectus ob auxilium denegatum, quo remedio sit usus.*
- 12 *Laicus captus per Judicem laicum ad requisitionem Ecclesiasticam, quo in carcere custodiendus.*
- 13 *Num valeat consuetudo, ut Ecclesiasticus per se procedat ad executionem in laicos.*
- 14 *Judex Ecclesiasticus in criminalibus an reos laicos propria auctoritate capere valeat, & nu. 16.*
- 15 *Nequit laicum criminis reum, si civiliter tantum agatur, per se capere.*
- 17 *Capit propria auctoritate Clericos sibi subditos.*
- 18 *Postulat auxilium in Clericos resistentes.*
- 19 *An possit Episcopus armatam familiam habere.*
- 20 *Laicus Judex per alium monitus requisitoriis litteris exequi tenetur.*
- 21 *Contrahens si reperiat in loco contractus, ibi convenitur: quod ampliatur, num. 28.*
- 22 *Judex contractus loci quid discernere valeat in debitorem absentem, & num. 25.*
- 23 *De primo, & secundo decreto, ac de ejus effectibus remissivè.*
- 24 *Intellectus ad caput Romana, s. Contrahentes, de for. comp. remissivè.*
- 26 *Regulariter debitor ex contractu non remittitur ad locum judicii.*
- 27 *Remittitur administrator ad locum administrationis, ut rationes reddat.*
- 29 *In loco destinatæ solutionis forum sortitur promissor.*
- 30 *Declaratur hoc, & num. 31.*
- 33 *Renunciatio fori privilegio uti non potest privilegio ejus, quod jure communi sibi competit.*
- 34 *Clericus nequit, nisi de licentia Episcopi, suo foro expressè renunciare.*
- 35 *Potest tacitè contrahens in diocesi non sua.*
- 36 *Jurans comparere in loco contractus, aut solutionis, etiam absens poterit ibi conveniri.*
- 37 *Secus cum absque juramento id promisit in loco contractus.*
- 38 *Utrum promittens comparere in loco solutionis, ibi absens jure conveniatur.*
- 39 *Quid si spondeat certo die, & loco solvere.*

- 40 Qui promissit alio loco solvere, an sortiatur forum etiam ubi contraxit & num. 41.
- 42 Judex in civilibus utrum possit citare reum in territorio alieno.
- 44 In criminalibus an valeat capere delinquentem.
- 45 Exequutio petita in absentem per litteras requisitorias ad judicem loci, ubi reus existit, sortitur effectum.
- 46 Judex an possit exequi sententiam ab alio latam absque litteris requisitoriis.
- 47 Judex ut exequatur litteras requisitorias, per superiorem compellitur.
- 48 Debitor ex usu forensi non remittitur, sed contra eum ut absentem proceditur.
- 49 Expenditur lex I. de eo quod cert. loc. ad tradita sup. num. 39.

CAPUT X.

I Accidit frequenter, ut Judex, sive Ecclesiasticus, sive sæcularis, jure, vel injuria impediatur executioni mandare quod justè decernit, ut ex mox tradendis apparebit: quapropter publicè interest; tum ne delicta impunita persistant, tum ut jus suum unicuique tribuatur, quod Magistratus vel diversi fori ad rectam justitiæ administrationem mutuo inter se foveantur auxilio, ad quod tenentur quoties fuerit legitime postulatum. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 186. Azeved. in l. 14. nu. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. Paz prax. tom. 2. proem. n. 1. Barb. collect. cap. Dilecto, nu. 10. de sent. excom. in 6.

Ad Num. 1.

2 Judex Ecclesiasticus, qui jure sententiam fert in laicum, nequit in ejus persona, aut bonis executionem facere, sed debet ad sæcularem recurrere potestatem, cui damnatus subjicitur: alioqui acriter plectitur, ex l. 14. § 15. tit. 1. lib. 4. Recop. Menoch. de arbitr. cas. 452. num. 4. Azeved. in d. l. 14. nu. 2. Card. Tulch. lit. B, concl. 152. num. 1. Parlad. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 2. numer. 2. Paz sup. tom. 2. prælud. 2. num. 54. Pichard. manu duct. ad prax. part. 2. præcept. 4. nu. 39. Gratian. disceptat. c. 66. num. 8. Garcia de Nobilit. gloss. 9. num. 53. vers. Sexta conclusio. Redin. de Majest. Princ. verb. Non armis solum decoratam, part. 2. num. 141. Francisc. Leo Thesaur. fori Eccles. p. 1. c. 1. nu. 16. Farin. prax. q. 97. ex num. 81. part. 3. Aug. Barbosa in collect. ad cap. 1. nu. 7. de offic. Ordin. Bobad. sup. nu. 107. Avil. in cap. 2. Præter. verb. Juntaran, numer. 10. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. ll. 37. num. 8. Didac. Per. in l. 4. tit. 1. l. 3. Ordin. D. Frasso de Reg. patronat. Indiar. cap. 86. num. 17. & alii infra, n. 11. Ecclesiasticus etiam in Clericos non obsequentes Brachio sæculari juvatur, l. 59. in fin. tit. 6. p. 1. Mart. de Fano tract. de auxil. num. 2. & alii ex jam laudatis; sed diversimodè, ut videre licet infra, n. 9. § 18.

Ibi: Hæc verò Archidiaconi opinio.

3 Etiam judici delegato licet ejusmodi auxilium invocare, etsi in litteris id non permittatur expressim. Navar. in cap. Cum contingat, remed. I. à num. 1. de rescript. Tulch. sup. nu. 6. Azev. in d. l. 15. Recop. nu. 3. Facinac. sup. num. 86. Redin. nu. 159. Villalob. Arar. commun. opin. lit. I, nu. 162. Aviles in cap. 20. Prætor. verb. Usurpan, nu. 27. Bern. Græv. ad pract. Camer. Imper. lib. 1. conclus. 115. Bobad. numer. 179.

Mart. de jurisdic. part. 1. cap. 50. num. 25. Gratian. num. 7. Ludov. Rodolphin. tract. de Brach. sæcul. n. 30. Menoch. de resin. possess. remed. 3. num. 360. Exequutor itidem auxilium valet implorare. Avev. ubi prox. Navar. in d. cap. Cum contingat, remed. 2. qui etiam delegatus, omisso recurso ad Ordinarium Ecclesiasticum, ad Magistratum sæcularem pro auxilio poterit confugere: etsi aliquibus placeat, prius Ecclesiasticum auxilium implorandum. Bobad. ubi prox.

Rursus delegatus si familiam habeat armatam, tenetur auxilium impartiri. Mandos. ad reg. 14. Cancell. q. 1. in fine, Gratian. num. 9. qui alios refert. At delegatum non valere Brachium Regium postulare, nisi in rescripto ea tribuatur facultas, tuetur enixè Mart. de Fan. de auxil. implor. d. n. 3. & sic in praxi apud Curiam servari refert Gratian. ubi nuper.

Ut Ecclesiasticus exigere queat auxilium, præcedere debent censuræ, quibus contemptis, ad subsidium Brachii sæcularis devenitur, ut sentiunt Parlad. Avil. Pichard. ubi prax. Paz num. 18. Mart. de Fan. nu. 2. Redin. nu. 142. Franc. Molin. de Brach. sæcul. Ecclesiast. præst. cap. 3. numero 28. & alii communiter, quos congerit Barbosa in cap. Ut officium, n. 8. de hæret. At quod prætermisso excommunicationis remedio, possit per Ecclesiasticum auxilium postulari, tenent Bobad. sup. num. 169. de praxi testatus, Salced. ad Bern. Diaz, prax. cap. 164. num. 5. edition. novissima, Segura Daval. Director. Judic. Eccles. part. 2. cap. 13. numer. 34. Tulch. lit. A, concl. 125. num. 5. qui præmittit num. 4. post decretum Trid. sess. 25. de refor. cap. 3. non utendum censuris, nisi in ultimum subsidium, etiam prius Brachii sæcularis auxilio implorato.

Vers. Eadem ratione judex.

Similiter Judex Ecclesiasticus adiri poterit, ut exequatur sententiam à laico Magistratu in Clericum prolatam, aut legis, vel statuti poenam extorqueat: quam executionem judex sæcularis expedire vetatur, Salgad. de Reg. protect. p. 1. cap. 6. num. 34. Barb. collect. ad cap. quoniam, nu. 6. de offic. Ordin. Azeved. in l. 5. n. 10. tit. 1. § in l. 11. nu. 5. tit. 3. lib. 1. Recop. Mart. de Fan. sup. ex num. 17. Avil. in cap. 20. Præter. verb. Usurpan. n. 21. 22. Villal. sup. n. 165. Bobad. d. cap. 17. n. 130. tom. 2. proem. nu. 4.

Ibi: Qua in re illud discrimen.

Judex Ecclesiasticus laicum non exhibentem auxilium ritè, ac rectè imploratum censuris ad id compellere valet, Salgad. numer. 35. Didac. Per. in l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. Farinac. prax. part. 3. q. 97. nu. 82. Diana resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 120. Avil. sup. nu. 21. Villalob. nu. 165. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 10. n. 13. vers. Octavo, Barbosa in collect. ad cap. 2. n. 8. de maledic. Paz nu. 5. Rodolphin. sup. nu. 45. Bobad. d. lib. 2. cap. 17. num. 80. § 182. Mart. part. 1. cap. 52. nu. 1. Cur. Philip. part. 2. §. 12. nu. 14. Cancer. variar. p. 3. cap. 19. nu. 17. Non semper idem judex, qui auxilium exposcitur, excommunicationis poenam neganti Magistratui valet irrogare; nam si illud petat delegatus, vel ordinarius carens jurisdictione in excommunicandum, opus erit ut recurrat ad ejus proprium Episcopum seu judicem diocætanum, ut ipsum constringat. Aviles num. 23. Bobad. numer. 182. Judex

8 Judex verò laicus non potest per se Ecclesiasticum cogere, ut auxilium præstet, sed oportet, appellatione intercedente ad Metropolitanum, ut compellat, recurrere. Salgad. Bobad. Villalob. Avil. *ubi proximè*, Paz num. 4. Azev. in l. 15. n. 10. tit. 1. l. 4. Recop. 5. Prænotatum discrimen inter Judicem Ecclesiasticum, ac sæcularem, cui auxilium denegatur, observare Avil. nu. 22. Paz *ibidem*, Curia Philip. part. 3. §. 11. nu. 9. Carleval. de jud. l. 1. disp. 2. num. 40. quem vide.

9 Regulariter ad exhibendum auxilium desideratur, ut judici exhibituro constet de sententiæ, aut mandati justificatione per acta. Fallit in crimine hæreseos & aliis merè spiritualibus causis, de quibus laicus judex cognoscere prohibetur. Tusch. lit. B, concl. 125. ex n. 14. Parl. d. part. 2. §. 2. n. 4. & 6. Pichard. manud. ad prax. p. 2. præc. 4. n. 40. & 41. Did. Per. in d. l. 4. Ordin. Bobad. sup. n. 171. cum seqq. Cur. Phil. *ubi prox.* Paz. n. 6. Azev. in d. l. 15. Rec. ex n. 4. Avil. in cap. 2. Prætor nu. 11. & cap. 20. n. 20. & alii apud me in addit. variar. l. 1. cap. 1. nu. 43. & 44. Quid liceat inquirere judici laico cum reus traditur in causa hæresis, tradidit Bobad. num. 172. Sed si detrectet exequi absque legitima ratione, arbitrariè punietur, quod generaliter docuit Menoch. de arbitr. casu 452. nu. 3. quod in usu non fore nisi in causa hæresis, advertit Bobad. nu. 80. & 81.

10 Quoties laicus judex propter auxilium non impartitum ab Ordinario Ecclesiastico censuris coërcetur, Cancellariam per viam violentiæ debet adire, observans quæ monent Azeved. in d. l. 15. nu. 11. & Bobad. sup. nu. 182. Cancer. d. cap. 19. num. 15.

Ad Num. 2.

11 Judex Ecclesiasticus, etiamsi jure in laicos procedere aliquando permittatur, nunquam tamen ad executionem in persona, vel bonis valet accedere, sed auxilium sæcularis competentis tenetur exigere. Azev. latè cum aliis in l. 14. ex nu. 2. tit. 1. l. 4. Recop. Franc. Marc. decis. 448. Bobad. Polit. l. 2. cap. 17. nu. 167. Mich. Grass. comm. opin. c. 8. nu. 8. Didac. Per. in l. 4. tit. 1. l. 3. Ord. Decian. tract. crim. l. 4. c. 17. nu. 15. Cur. Philip. part. 3. §. 11. nu. 9. Bellug. Specul. Princ. rubr. 12. §. Quædam, n. 97. Gutier. Pract. lib. 1. q. 45. Jul. Clar. l. 5. §. fin. q. 37. nu. 8. Parlador. quest. quotid. lib. 2. c. fin. part. 2. §. 2. nu. 1. Aviles in c. Prætor, n. 12. & c. 20. nu. 15. cum seqq. Paz prax. tom. 2. præl. 2. nu. 54. Contrarium fusè nititur probare Mart. de jurisdic. part. 2. c. 29. per tot. Excipitur reus hæresis, cujus personam, & bona, Ecclesiasticus capit judex propria familia & autoritate. Bobad. nu. 171. Azeved. nu. 13. Villadieg. de hæretic. quest. II. num. 3. Vide sup. num. 2.

Ibi: In carcerem proprium mittere.

12 De quo Bobad. d. c. 71. nu. 187. ubi disputat, num laicus, si per suum judicem capiatur, ad requisitionem Ecclesiastici sit detinendus in carcere hujus, qui auxilium exhibuit, aut qui postulavit? Et licet pro Ecclesiastica jurisdictione stet communis, tamen ipse Bobadilla nihil decedit, sed relinquit cogitandum.

Verf. Primum ubi consuetudine.

13 Legitima consuetudine vigente, poterit Judex

Ecclesiasticus, quoties de laicorum causis cognoscit, eos propria autoritate in carcerem detrudere, & bona in executionem capere. Est tamen de hac resolutione ingens apud nostrates controversia, attenta dispositione Juris Regii in l. 14. & 15. tit. 1. l. 4. Recop. Consulas Azeved. in ead. l. 14. à num. 7. Bobad. nu. 170. & 177. Paz. d. præl. 2. nu. 55. Avil. in c. 2. Prætor. verb. Juntaran, ex nu. 11. Cur. Philip. *ubi prox.* qui alios referunt: ex quibus Bobad. resolvit, sustinendam hujusmodi consuetudinem, ubi post leges Regias fuerit legitime præscripta, ut de Diocesi Salmanticensi Paz, ac de Placentina Azev. testatur. Verùm haud paucis videtur, id de jure Ecclesiasticis Judicibus competere, ex Trident. sess. 25. de reformat. c. 3. Card. Tusch. lit. B, concl. 125. ex n. 4. Aug. Barbosa in remission. ad Concil. eo c. nu. 28. qui plures recenset.

Verf. Secundò, quoties Judex.

De jure cum Ecclesiasticus judex in criminali causa contra laicos procedit, eos in vincula autoritate propria conjicere non prohibetur. Ita sentiunt laudati à Barbosa *ubi proximè*, ac ipse in cap. attendendum, 17. q. 4. & in cap. Contra idolorum, 26. q. 5. Paz sup. num. 56. Azeved. nu. 11. Contrà tenet Bobad. nu. 170. excepto hæresis crimine, illique jungendi relati supra n. 11. dum indistinctè eam facultatem Judicibus Ecclesiasticis denegant, qua in re consuetudini stare oportebit, argumento legis *Si de interpretatione 37. de leg.* Sic judices Ecclesiastici, & Interpretes, quod de hæresi dictum est supra nu. 11. in fine, ad similia scelera extendunt in praxi Azeved. *ubi proximè*; Bobadill. num. 173.

Verf. Tertiò, illud erit.

Judex Ecclesiasticus in causis civilibus, & criminalibus civiliter agitatis, nequit in laicos exequi, sententiam, quam juridicè tulit, nisi implorato laicæ jurisdictionis auxilio. l. 4. tit. 1. lib. 4. Ordin. l. 14. & 15. tit. 1. l. 4. Recop. tenent recensenti sup. n. 11. quicquid alii sentiant, quorum memini n. 13. in fin. qui à Barbosa adducuntur.

Sed non facile investigari potest ratio discriminis inter causas civiles, ac criminales, quoad rem, de qua agitur; nam quæ communiter traditur, scilicet Episcopus non esse territorium, æquè militat in utroque causarum genere; cumque præfatæ constitutionis non distinxerint, nec nobis distinguere licebit, l. De pretio 10. de publ. in rem act. cum aliis, quæ cumulat Barbosa axiom. 136. nu. 4. Nec urget decisio Concil. in d. cap. 3. ubi promiscuè tribuitur Judicibus Ecclesiasticis facultas capiendi reos clericos, & laicos; sed per suos, vel alienos ministros. Sic singula singulis reddi debent, videlicet ut Ecclesiasticus reos carceri subjiciat propria autoritate; sæculares verò per auxilium Brachii sæcularis, prout de jure magis receptum est. Ex quibus dicendum, id servari oportere, quod praxis ubilibet introduxerit.

Verf. Quartò, non est prætermittendum.

Judex Ecclesiasticus ad capturam Clerici sibi subjecti nullo eget sæcularis Magistratus auxilio, l. 59. in fin. tit. 6. part. 1. Aug. Barbosa in collect. ad cap. Cum Episcopus, num. 9. 10. de offic. Ordin. in 6. Azeved. in d. l. 14. Recop. num. 5. Avil. d. cap. 20. Prætor. num. 14. Bobad. sup. num. 167. Jul. Clar. d. q. 37. num. 8. in fin. Paz

Paz tom. 2. part. 5. cap. unic. n. 17. ubi quod observandum antequam ad Clerici capturam perveniatur. Cardin. Tusch. lit. C, conclus. 86. Cur. Philip. part. 3. §. 11. n. 9. Clericus tamen ob æs alienum, nisi ex delicto perveniat, nec carceri, nec excommunicationi subjicitur, ut observavi addit. variar. lib. 1. cap. n. 64. & quibus Clericis id competat privilegium, n. 66. Episcopus in clericos propriæ Diœcesis ideo & ad capturam procedit, & carcerem habere debet, quia in illos merum obtinet imperium. Barbosa de potest. Episc. allegat. 107. num. 20. Mart. de jurisdic. part. 2. cap. 29. num. 7.

Ibi: Nisi eo casu, quo ejus potestas.

- 18 Judex Ecclesiasticus solet auxilium invocare contra clericos subditos ad capturam personæ, vel bonorum, cum scilicet veretur, aut experitur resistentiam: quod laicus judex tenetur ministrare, l. 59. in fin. tit. 6. p. 1. Nec opus erit, ut huic exhibeatur processus causæ, ut de justificatione sibi liqueat, aut traditur sup. n. 9. nam illud verum est, cum auxilium postulatur per judicem, qui propria autoritate exequi sententiam non valet. Aliud juris est, si solum ex defectu armatæ familiæ, judex alienæ juvamen petierit, sicut in præsentis contingit, cum impartitor nullam jurisdictionem exercent, sed duntaxat satellites accommodet. Bobad. lib. 2. c. 17. nu. 177. Paz sup. tom. 2. proœm. n. 9. & 10. Quod limitatur si notoriè de iniquitate judicis postulantis auxilium constet, cui cooperari non licet. Gloss. verb. Et si sciat, versùs finem, in cap. Pastoralis, §. Quia verò, de offic. judic. delegat.

Ibi: Etiam si alioqui soleat disputari.

- 19 Ambiguæ admodum quæstionis est, an Episcopis liceat armatam familiam habere, de qua Mart. cap. 29. d. n. 7. Barbosa pro utraque sententia plures congestit. d. allegat. 107. n. 1. & seq.

Verf. Sed & apud judices.

- 20 Inter Magistratus ac Judices sæculares usus est litterarum, quas requisitorias vocant, quibus annuere debet requisitus, ut sententiam, vel decretum requirentis exequatur, l. Properandum 12. §. Sin autem reus, C. de judic. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 9. num. 4. Paz tom. 1. part. 5. cap. 2. num. 6. Pichard. manu duct. ad prax. part. 2. præcept. 4. num. 30. & 31. Carleval. de judic. lib. 1. d. sp. 2. n. 26. Barbosa collect. ad cap. Postulasti, n. 10. de for. compet. Jul. Clar. sup. q. 96. n. 9. Cur. Philip. part. 2. §. 12. n. 2. Parlador. dict. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 7. Bobad. lib. 2. cap. 13. num. 69. ubi quod plectitur judex si non exequatur. Paz num. 10. & 11. & de aliis remediis, quibus uti licet, Carleval. ex num. 38.

Ad Num. 3.

- 21 In loco contractus forum fortiri contrahentem, nemini dubium est, at ibi nisi adsit, conveniri non poterit, Tusch. lit. F, concl. 438. n. 1. Tondut. de prævent. judic. part. 1. cap. 10. n. 80. Pichard. n. 3. Paz n. 7. Barbosa collect. ad cap. Romana, n. 13. de for. compet. & ad cap. fin. nu. 7. eod. tit. in 6. Amat. variar. part. 1. resol. 33. n. 8. Carleval. n. 160. & 218. Gregor. Lop. in l. 32. gloss. 10. tit. 2. part. 2. & exprobant lex 8. tit. 9. part. 1. lex Hæres absens, §. Proinde, de judic.

ubi latissimè Petr. Barbosa. Judex tamen ejus loci procedere non prohibetur, etiam absente reo, si aliqua ejus bona reperiantur ibidem, Tusch. & Amat. ubi proximè, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de solution. resol. 26. num. 27. Cyriac. controverf. cap. 318. num. 21. Tondut. sup. cap. 18. num. 12. Carleval. num. 220.

Ad Num. 4.

Licet judex loci contractus nequeat in absentem reum procedere, ut invitus trahatur ad judicium, non tamen prohibetur missionem bonorum ejus decernere ibi, vel in aliena jurisdictione constitutorum, nisi responsurus compareat, de quo omninò videndus Carleval. d. disp. 2. à num. 220. Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, §. 1. num. 8. cum seqq. notant DD. in cap. Romana, §. Contrahentes, de for. compet. quos refert Aug. Barbosa in collect. ibi, num. 1. & 12. Tusch. lit. F, concl. 438. num. 14. Trentacinq. ubi proximè. Hinc inferendum, quod si reo nullibi bona existant, & ipse absit à loco contractus, judici illius nulla competit jurisdictione. Carleval. num. 228. At si judex, ubi extant bona, exequi detrectet requisitorias litteras ad citationem rei, poterit qui jurisdictioni præest in loco contractus procedere tanquam in absentem, bonaque distrahere, aut creditoribus in solutum dare. Tusch. ubi proximè, Carleval. n. 41. verf. Tertio Bartolus, vel mittere proprium nuntium, ut reum citet in alieno territorio, Carleval. n. 41. Sed prius reprobatur Petr. Barb. in l. Hæres absens, §. 1. n. 35. de judic.

De primo, ac secundo decreto, eorumque expeditione, ac effectibus, fusè Tusch. lit. D, concl. III. cum seqq. & lit. M, à concl. 283. Paz pax. tom. 2. cap. unic. ex num. 17. Guid. Papa tract. de prim. & sec. decret. Jacob. Belvis. & Guid. de Suzar. eod. tractat. Pichard. in §. Summa, cap. 3. & 4. Instit. de interdicit.

Pro intellectu capituli Romana, §. Contrahentes, ultra ejus Interpretes, quos laudat Aug. Barbosa in collect. num. 1. legendi Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 220. cum seqq. Petr. Barbosa in d. l. hæres absens, §. 1. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. D, num. 68. Gail. Practicar. lib. 1. observat. 56.

Ibi: Idemque erit quoad secundum decretum.

Judex loci contractus nullo modo valet mittere creditorem in possessionem bonorum debitoris ex secundo decreto, sive citatus non compareat; sive latitet, ne citetur. Carleval. num. 221. Petr. Barbosa num. 18. & 104. Gail. num. 4. cum seqq. Villalob. sup. Ex quibus asserendum, quod judex loci contractus, absente debitore nihil agere potest, nisi possessionem dare ex primo decreto bonorum, quæ sunt in propria, vel aliena jurisdictione ad debitorem attententia, juxta distinctionem casuum, quam constituit Carleval. n. 220. & explicat num. seqq.

Verf. Tertio subinfertur.

In contractibus regulariter non est locus re-26 missioni debitoris ad eum locum ubi contraxit, sive bona ibi habuerit, sive non. Carleval. n. 218. Petr. Barbosa num. 118. Morla Empor. Jur. part. 1. tit. 2. q. 20. n. 16. verf. Sed nihilominus, Gregor. Lop. in l. 32. gloss. 10. verf. Quarto l. m. ta. tit. 2. p. 3. Parlador. sup. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 2. in fin. Avil. in cap. 27. Prætor. n. 16. Amat.

Amat. d. resol. 33. n. 15. Villalob. ubi proximè, Peregrin. de fideicom. art. 53. num. 7. Gutier. de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. num. 1. Tusch. lit. R, concl. 152. num. 36. Paz tom. 1. part. 5. cap. 2. n. 8. Ant. Baveriæ tract. de virtut. juram. num. 56. Petr. Antibol. tract. de munerib. n. 15. Quid de jure Regio ex l. 1. tit. 16. lib. 8. Recop. docent præcitati nostrates, & Avendañ. de exeq. mand. part. 2. cap. 7. n. 9. Montalv. in l. 1. tit. 17. lib. 8. Ordin. Carleval. n. 233. ubi latè.

Verf. Quartò, illud præmissi.

27 Quamquam in civilibus remissio non fiat, Cardin. Tusch. d. concl. 152. in fin. Antibol. ubi proximè; ille tamen qui bona Reipublicæ, vel privati administravit, cogitur, ut rationes reddat, in loco administrationis comparere. Gregor. Lop. in d. l. 32. gloss. ult. Aug. Barbosa in collect. ad l. 1. C. de ratiocin. Avil. d. cap. 27. verbo Entreguen, n. 22. Surd. de aliment. tit. 1. q. 47. num. 9. Olvald. ad Donell. lib. 16. cap. 15. lit. K, Escob. de ratiocin. cap. 7. nu. 6. Morla d. q. 20. n. 18. verf. Sunt tamen, Carleval. sup. disp. 2. num. 168. Petr. Barbosa in d. §. 1. num. 72. Vide quæ observat Surdus de administratore, qui paratus ad ratiocinia, in loco administrationis non admittitur, an redire illuc teneatur, atque cujus expensis. Utrum privilegiatus ex l. unic. C. quand. Imperat. possit compellere administratorem, ut Curia rationes reddat, tradit Escobar sup. d. cap. 7. ex num. 56. & præmissi sup. cap. 6. num. 13.

Ad Num. 5.

28 Qui jurisdictioni loci contractus se expressim submitit, proprio foro renuncians, ibi etiam absens convenitur, & ad judicem ibi competentem remittendus. Tusch. lit. F, conclus. 442. n. 9. & 11. Avil. ubi proximè, n. 19. Morl. n. 18. verf. Secundus casus, Pichard. Manud. ad prax. part. 2. præcept. 4. num. 3. Villalob. ubi sup. lit. D, num. 68. Parlad. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 8. Amat. Variar. resol. 33. num. 14. Gutier. de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. num. 4. Orosi. in l. 1. n. 6. ff. si quis in jus vocat. Bern. Diaz. reg. 642. Cæpoll. caut. 70. Carleval. sup. n. 1251. Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. n. 224. de judic. & in l. Hæres absens, §. 1. num. 43. eod. tit. & numer. 46. remissionem non admittit.

Verf. Sextò subdeducitur.

29 Quoties contrahens alium locum assignat ad solutionem, in eo forum sortitur perinde ac si ibi contraheret, l. 32. tit. 2. part. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 11. Tusch. lit. F, concl. 442. n. 1. Cujac. in cap. Significasti, de for. compet. Aug. Barbosa in collectan. num. 8. ad cap. Dilecti, eod. tit. Amat. variar. resol. 33. num. 6. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de solution. resol. 26. num. 5. Carleval. n. 248. Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, §. Proinde, n. 58. adde legem 20. verf. Orosi mandamos que en quanto, tit. 21. lib. 4. Recop. l. 8. tit. 8. p. 1. Tunc quidem in loco contractus forum non sortitur, nisi in ipso actu contrahendi promittitur alibi solvere: fecus cum ex intervallo, quo casu foro forus adjicitur. Petrus Barbosa nu. 50. Tusch. lit. F, concl. 438. D. de Faria Covar. Enucl.

num. 17. & 18. Trentacinq. num. 260. legendus ex num. 284.

Sed in hujusce foro non aliter poterit promissor conveniri, nisi in loco destinatae solutionis adfuerit, Tusch. concl. 442. num. 1. Trentac. num. 12. Amat. num. 7. Carleval. num. 262. Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, §. 1. n. 40. Quod limitatur si contrahens proprio foro renunciet, quia etiam absens convenietur ubi spondit solvere. Tusch. num. 2. Gutier. de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. nu. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 36. num. 12. Menoch. eod. tractat. lib. 6. præf. 6. num. 7. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. D, num. 68. Paz prax. tom. 3. part. 5. cap. 2. num. 3. Carleval. num. 1251.

Observat Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, §. 1. num. 45. quod ut contrahens possit inveniri in loco contractus, aut destinatae solutionis, sufficit fori proprii renunciatio absque submissione aliqua; nam absens comparere cogitur. Quid si ad eadem loca accedat, non ultrò, sed ex causa necessaria. Idem docet in eadem lege, §. Proinde, d. num. 41. resolvens ibi conventum declinatoria non juvari.

Ibi: In his enim Castellæ regnis.

Hæc pragmatica in novissima legum re- gni editione est lex 20. tit. 21. lib. 4. Recopil. de qua Paz d. cap. 2. ex num. 12. Cur. Philip. part. 1. §. 12. d. num. 9. Carleval. num. 1054. Parlad. Villalob. Pichard. Morl. ubi sup.

Verf. Septimò, ut semel.

Quamquam renuncians privilegiis suis, non cenetur renunciare quod jure communi sibi competit, Bald. in l. Generaliter, §. His, C. de secund. nupt. Sebastian. Monticul. tract. de invent. præfat. num. 119. Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, in princ. num. 91. Attamen quoties contrahens renunciat fori privilegio, intelligitur renunciasse quod & de jure communi sortitur. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 6. num. 7. Alciat. in sim. tract. reg. 3. præf. 36. num. 12. Etenim cum ea sit contrahentium mens, ut promissor nulla prorsus fori exceptione juvetur, parum interest ut quislibet verbis exprimatur, quæ sensui, ac intentioni deservire debent, cap. Humanae, 22. q. 5. & dixi in addit. variar. lib. 1. cap. 13. num. 24.

Verf. Octavò, ab eadem radice.

Clericus absque Episcopi sui licentia requirit expressim suo foro renunciare, se alienæ jurisdictioni Ecclesiasticæ subjiciens. Tusch. lit. C, concl. 387. num. 3. Cujac. in cap. significasti, de for. compet. ubi Aug. Barbosa in collect. num. 7. qui rationem inquirit, Tondut. de prævent. judic. part. 2. cap. 35. numero 33. Avil. in cap. 27. Prætor. verb. Entreguen, n. 21. Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. num. 132. & in l. Hæres absens, §. 1. num. 59. de judic. Carlev. d. disp. 2. num. 1075. Villalob. Ærar. comm. opinion. lit. D, num. 68. Capyc. decis. 9. n. 13. Quod

Quod limitatur in clerico nec Ordines, nec Beneficium habente ab Episcopo diœcesis ubi residet, qui poterit alterius Prælati jurisdictioni se submittere. *Tusch. sup. num. 6.*

Verf. Nonò, ex proximè traditis.

- 35 Clericus contrahens absque sui Episcopi assensu, si promittat extra diœcesim propriam solvere, forum sortitur in loco destinatae solutionis. Idemque est de loco ubi contraxit, *Petr. Barbosa in l. 1. art. 3. à num. 222. & in Hæres absens, §. 1. num. 60. de judic. Villalob. ubi proximè, Tusch. lit. F, concl. 442. num. 7. Carleval. num. 1083. & num. 1087. quid de clerico in minoribus. Imò si clericus renuntiet proprio foro, ibi etiam absens conveniri potest. Petr. Barbosa n. 224.*

Ad Num. 6.

- 36 Promittens, præstito juramento, se in loco contractus, vel destinatae solutionis comparere, ibi etiam absens ad iudicium trahi jure poterit. *Tusch. lit. F, concl. 442. num. 4. Avil. ubi nuper, num. 19. Seraphin. de privil. juram. privil. 105. num. 3. Villalob. ubi proximè, Gutier. de jur. confirm. part. 3. cap. 16. num. 6. Morla Empor. Jur. part. 1. tit. 2. quæst. 20. num. 18. verf. Quartus casus, Bern. Diaz reg. 642. lim. 2. Carlev. de judic. lib. 1. disput. 2. num. 271. licet dubius, Ant. Baveriæ de virtut. juram. num. 56.*

Verf. Undecimò ex his.

- 37 Quamvis promittat aliquis, se in loco contractus, ut respondeat, compariturum: modo juramentum, aut renunciatio fori non interveniat, nequit ibi conveniri, nisi præsens. *Tusch. lit. F, Petr. Barbosa in d. l. Hæres absens, §. 1. num. 51. & num. 53. quod in Lusitania aliter ex Constitutione Regia servatur. Carleval. num. 1250.*

Verf. Duodecimò, ubi quis.

- 38 Ubi quis se astrinxit ad solvendum certo loco, ibique sui copiam facere absens jure ad iudicium vocari permittitur, ac erit remittendus. *Gutier. de juram. confirmat. part. 3. cap. 16. nu. 3. Bern. Diaz sup. limit. 3. Montalv. in l. 1. tit. 17. lib. 8. Ordin. Molin. de Brach. secular. lib. 2. cap. 31. Avil. in cap. 27. Prætor. verb. Entreguen, num. 18. Morl. ubi proximè, verf. Tertius casus, omittis pluribus, quos refert Carleval. num. 266. ipse tamen contra tenet num. 268. ac mihi quidem absconditur ratio discriminis inter hanc, & immediatam conclusionem; cur enim aliud juris in loco contractus, & aliud in loco destinatae solutionis, cum utrumque forum à pari procedat, ut reus, nisi adsit, conveniri nequeat, sicut jam præmissum relinquatur. Vide in capitis calce.*

Verf. Decimotertiò idem erit.

- 39 Qui promisit quantitatem, vel rem certo loco, & tempore, velut nundinarum præstare, ibi in jus vocabitur, & absens adducetur ad iudicem ibidem competentem. *Tusch. lit. F, concl. 442. num. 3. Gutier. d. quæst. 16. in fin.*

*Molin. sup. cap. 32. Bern. Diaz limit. 15. & alii apud Carleval. num. 267. qui hanc, & præcedentem conclusionem merito impugnat; etenim quoad istam, patet opponi communi, scilicet quod contrahens non possit conveniri in loco destinatae solutionis, nisi reperiatur ibidem, de qua *sup. num. 30.* siquidem regulariter in obligationibus dies ad solutionem adjicitur, aut jure subintelligitur, si in alium locum contractus implementum conferatur, *l. Continuus 137. §. Cum ita, de verb. oblig.* Igitur admissa hac sententia, nunquam evenire poterit, ut reus absens non conveniatur in loco destinatae solutionis, cum semper res, ac dies cum loco solutionis exprimatur, de quo infra, *num. 49.**

Non omittere propalare quid sentiam de illa apud Scribentes recepta opinione, videlicet quod collata solutione in locum alium, promissor non sortiatur forum, nec præsens possit conveniri ubi contractum est, ut prænotatur *sup. num. 29.* nam veniã tantæ auctoritatis Interpretum, dicendum videtur, utrobique forum sortiri reum, si debito tempore non exsolvat in loco præscripto. Hoc mihi expressim probat Venulejus in *decis. §. Cum ita*, ibi: *Eqque transacto (nempe tempore) quamvis Romæ remanserit, nec possit Ephesi pecuniam dare, nihilominus ei rectè condicetur, vel quia per ipsum stetit, quominus Ephesi daret, &c.* ubi *Glossa verb. Condicetur*, ait posse Romæ debitorem conveniri.

Nec satisfacit qui responderit, reum Romæ conveniri, non quia locus contractus, sed quod patria communis, secundum notata *sup. cap. 5. num. 5.* cum idem sit in quovis oppido, ubi contractus celebretur, *l. Eum qui 43. de judic. l. Si duo 16. §. 1. de constit. pec. l. 1. de eo quod cert. loc.* quibus deciditur, reum qui certo loco, & die dare promissit, post moram quocunque in loco posse conveniri. Et licet aliqui existiment, id intelligendum de foro aliàs idoneo veluti domicilii, *ex l. Hæres absens, §. fin. de judic. verius tamen alii, ut Anton. Fab. in ration. ad d. l. 1.* sentiunt indistinctè tenentes, debitorem ubique conveniendum, si adsit, de quibus *Glossa verb. Quocunque loco, in d. §. 1. & in d. l. 1. verb. Ad suam*: etenim ut reus domicilii loco teneretur iudicium suscipere, opus non erat perpendere æquitatem, quam agnoscit Consultus *in d. l. 1.* nec utilem actionem concedere; quandoquidem domicilii forus cum omnibus jure concurrat. *Carleval. cum aliis de judic. lib. 1. disputat. 2. num. 7.*

Verum tamen ea jura accipiuntur strictè de loco, ubi aliàs forum sortitur debitor, non excluditur locus contractus; nam quamvis sub pacto de solvendo in alio, includatur tacita renunciatio fori contractus, ut ajunt laudati *sup. num. 29. in fine*, creditor tamen non astringitur ad observandam talem renunciationem: quoniam debitor conventioni non stetit de solvendo ubi spondit die præfinita; ideo jure suo uti non prohibetur, argumento capitis *Frustra 75. de reg. jur. in 6.* cum vulgatis, quæ congerit *Barbosa axiom. 98. num. 7.* Ex quibus deducitur, quod si hic debitor, mora commissa per lapsum diei, reperiatur in loco contractus, ibidem poterit conveniri.

Ad

Ad Num. 7.

42 Ubi iudex loci contractus debet reum ad iudicium citare in alieno territorio existentem, id non valet propria autoritate expedire, sed per litteras auxiliares, seu requisitorias, etiam si uterque iudex eidem Principi subiciatur. Rebuff. tom. 3. ad leg. Gall. art. 1. gloss. num. 2. Paz prax. tom. 1. part. 5. cap. 2. num. 9. Bapt. Costa de remed. subsidiar. rem 16. d. numero 7. Cur. Philip. part. 1. §. 12. num. 14. Morla Empor. Jur. part. 1. tit. 2. q. 20. num. 18. vers. Tertius casus, Camil. Borel. Sum. decision. tit. 44. de citat. num. 62. Avil. in cap. 27. Prætor. verb. Entreguen, num. 19. vers. 19. vers. Et nota practicam. Villalob. Erar. commun. opinion. lit. D, num. 68. qui docent verbalem citationem extra territorium facere iudicibus non licere, & alii infra num. seq. in fin. videndi.

43 Contrarium apud nos cavetur. l. 7. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azeved. l. 5. tit. 2. lib. 3. Ordin. Didac. Perez in l. 1. gloss. 1. vers. Quæro tertio, tit. 2. lib. 3. Ordin. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 5. tit. 1. part. 7. Tusch. lit. C, concl. 241. num. 4. Cævall. commun. q. 59. ubi quod priorem opinionem praxis observat. Carleval. d. disp. 2. ex num. 16. plenissime differit, ac num. 27. resolvit, hanc sententiam veriore de iure, usu tamen priorem receptam, & omnino servandam. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 31. num. 20. Petr. Barbosa in l. Heres absens, §. 1. ex num. 80. de iudic. quos consulat.

44 In reali autem citatione procul dubio requisitoria littera desiderantur, ut reus in aliena iurisdictione possit apprehendi. Carleval. num. 25. Farinac. prax. q. 7. num. 40. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 9. nu. 4. ubi Ayllon. in addit. plures cumulat, & ita observatur, ut si iudex insequutus reum fugitivum, alienum ingrediatur territorium, non valeat eum propria autoritate capere, sed auxilio Magistratus illius iurisdictionis; & si de facto delinquentem comprehenderit, ipsum exhibere debet, ut sibi legitime remissio fiat. Anton. Gom. num. 5. Carleval. num. 750. Bobadill. Polit. lib. 2. cap. 13. num. 66. & 67. qui & contra sentientes refert. Avil. in cap. 1. Prætor. num. 6. ubi de poena iurisdictionem exercentis in territorio non suo.

Ibi: Eadem ratione si contractus.

45 Si ex publico instrumento coram iudice domicilii in absentem executio postuletur, vel in loco loci contractus, quando licet, litteris requisitoriis est utendum ad Magistratum loci ubi reus commoratur, ut executionem expediat. Anton. Gomez. d. nu. 4. Parlad. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 2. §. 1. num. 7. Paz prax. tom. 1. p. 5. cap. 2. num. 5. Pichard. manud. ad prax. part. 2. præc. 4. num. 5. & 47. vers. Non obstat. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. 2. q. 20. d. princ. Avil. ubi proxime, Villalob. d. num. 68. Ut autem requisitus iudex exequi teneatur, necesse erit ut litteris inferatur instrumentum, ex quo petitur executio. Pichard. ac Parlador. ibidem, Cur. Philip. part. 2. §. 12. num. 13. Carleval. num. 26. ubi quæ solemnitas in huiusmodi litteris adhibenda. Rodrig. de execution. cap. 2. n. 10. Molin. de Brach. secular. lib. 2. cap. 24.

D. de Faria Covar. Enucl.

An sine litteris requisitoriis iudex rei possit exequi sententiam ab altero Magistratu in illum latam, disputat Morla d. quest. 20. per totum; in negativam propendens: sed contra edocet Greg. Lop. in d. l. gloss. 4. tit. 27. p. 3. Gratian. discept. cap. 389. num. 2. cum pluribus. De publico instrumento cum clausula guarentigia, ut exequi possit ubi reus fuerit repertus, tenet idem Morla num. 7. & ita in usu est apud nos, cum ex stylo Tabellionum adjiciatur clausula submissionis generalis cum proprii fori renunciatione, ut observat Pichard. dict. præc. 4. ex num. 2.

Ibi: Quod si Iudex requisitus.

Iudex legitime per litteras hortatorias requisitus ab altero ejusdem fori secularis, nisi executioni operam det, per superiorem compellitur. Carleval. d. disp. 2. num. 39. August. Barbosa collect. ad cap. Nullus, num. 4. de iure patron. Paz sup. d. cap. 2. num. 10. & 11. Villalob. ubi proxime, Avil. d. vers. Et nota practicam, & ad interesse parti læsæ tenetur, quod in syndicatu extorquebitur. Carleval. & Avil. ibidem, Gratian. discept. cap. 398. nu. 1. Quid ultra agendum in iudicem, qui renuit hæc litteras expedire, aut executioni mandare, fuse docet Carleval. ex d. num. 39.

Frequenter de remissione debitorum hucusque: verum ab usu forensi recessisse videtur, quod rei debendi ab uno Tribunali transmittantur ad aliud, excepto fugitivo; sed causa ut in absentem examinatur, bonis curatore constituto: vel per litteras requisitorias moneatur iudex loci ubi residet reus, ut ad executionem sententiæ, vel instrumenti procedat. Observat Petr. Barbosa in d. l. Heres absens, §. 1. num. 46. Morl. dict. quest. 20. num. 18. vers. Secundus casus.

Addere libet id quod obiter supra insinua- vi num. 39. nempe non esse cum remittendum ad locum destinatae solutionis, qui certa die dare promisit, quanquam id non adimpleret: pro quo expendo legem l. de eo qui cert. loc. qua aperte assertum probatur, ubi in eadem specie respondet Consultus, dandam creditori utilem actionem, ut ubicunque debitorem conveniat, hanc subjungens rationem, quia data opera, vel casu reus non accederet ad locum destinatae solutionis, ut possit conveniri. Unde evidenter deducitur, non esse locum remissioni; etenim si invitum trahi ad iudicium liceret, nihil interesset, quod ipse pervenire illuc detraxerit, nec opus erit extraordinario auxilio actionis utilis, existente ordinario remissionis, l. causæ 17. de minor.

S U M M A R I U M.

- 1 Iudex potest exequi litteras requisitorias, sciens imitationis tempore requirentem obijisse, aut aliis iurisdictione: quod ampliat. num. 11.
- 2 Aliud juris est in delegato.
- 3 Quid de iudice dato.

K 2

4 Man.

- 4 *Mandatum ex causa necessaria num obitu mandantis expiret, & n. 5.*
- 6 *Gratia consistit, licet concedens ante rescripti expeditionem decedat.*
- 7 *Quæ gerit procurator inscius revocationis mandati, sustinetur: quod limitatur numero 9.*
- 8 *Differentia inter procuratorem, & simplicem mandatarium.*
- 10 *Officialis, cui judex executionem mandati commisit, etsi iste moriatur, poterit ad illam procedere.*
- 12 *Jurisdictione delegato concessa dignitatis nomine, quamvis delegans obeat, re integra, illa non perit, nisi dignitas ipsa supprimatur.*
- 13 *Successor judicis requisiti tenetur exequi litteras ad antecessorem directas.*
- 14 *Reus sortitur forum in loco delicti, ut ibi puniri possit.*
- 15 *Aliquando ex uno crimine delinquens diversis in locis forum sortitur.*
- 16 *Ex quasi delicto sortitur quis forum, sed non fit remissio rei, num. 20.*
- 17 *Reus expedit ut puniatur ubi deliquit, ideo illuc remitti debet, & num. 19.*
- 18 *Quoad forum anime nullus subjicitur Parocho loci ubi peccat.*
- 21 *Si quis bis deliquerit in diversis territoriis, & capiatur in uno, judex non tenetur requisitus reum remittere antequam ipsum penis officiat pro crimine intra suam jurisdictionem patrato.*
- 22 *Ob nimiam distantiam delinquentis cessat remissio.*
- 23 *Reus an subjiciatur judici loci delicti, amisso sui fori privilegio, & num. 24.*
- 25 *Regularem habentem curam animarum coercet Episcopus, si ille in officio deliquerit, & quid si extra claustra.*
- 26 *Caput Cum capella, de privileg. intelligitur.*
- 27 *De intellectu legis Cum tabernam, de pignor. & num. 28.*
- 29 *Nullus judex tenetur reum ad locum delicti remittere, nisi per litteras requisitorias exoratus.*
- 30 *Judex requisitus, etsi aliis in reum nullam obtineat jurisdictionem, eum capere ad remissionem potest.*
- 31 *Delinquens quibus in locis possit accusari, & plecti.*
- 32 *Judex domicilii, vel originis, qui in causa prevenit, procedens contra delinquentem, utrum ante sententiam, vel post cogatur requisitus reum ad locum delicti remittere, & num. 36. & 37.*
- 33 *Judex domicilii an valeat ex officio procedere in eum, qui in alio territorio delictum patravit, & num. 34.*
- 35 *Quid de giudice loci, ubi diu delinquens inhabitavit.*
- 38 *Per capturam rei an censeatur causa preventa, ut remissioni locus non sit, & numero 39.*
- 40 *Vagabundus delinquens ubique accusari, & puniri potest: sed remitti debet, giudice exigente, & ad locum delicti.*
- 41 *In levibus delictis remissio rei locum non habet.*
- 42 *Leve delictum quale censeatur.*
- 43 *De forma litterarum, quæ requisitorie nuncupantur.*
- 44 *Fur apprehensus cum re furtiva, quam in alio territorio surripuit, à quo giudice puniendus.*
- 45 *A Curia Romana Reus ad locum delicti non remittitur.*
- 46 *Remissio non admittitur delinquentis de regno unius Principis ad regnum alterius.*
- 47 *Ampliatur.*
- 48 *Princeps solus ex urbanitate potest delinquentem remittere ad regnum extraneum, ut puniatur.*
- 49 *Judex requisitus per litteras subsidiales non acquirit in reum jurisdictionem ad penam irrogandam, sed ad capturam & remissionem.*
- 50 *Consuetudo non remittendi ut res, debitas lunt penas, an jure subsistat, & num. 51.*
- 52 *De fugitivo, qui deliquit, ac de ejus missione ad locum delicti, & num. 53.*
- 54 *Superior ad inferiorem utrum remittere teneatur.*
- 55 *Ex cujus bonis sumptus remissionis rei exsolvendi.*
- 56 *Cum delinquente acta contra eum judex debet mittere.*
- 57 *Hæreticus ubicunque punitur, & plures judices adversus eum simul procedere possunt.*
- 58 *Hæreticus si legitime petatur, ad locum delicti remittitur.*

CAPUT XI.

Ad Num. 1.

Judex exequi potest, ac debet litteras requisitorias, quanquam sciat intimationis, seu receptionis tempore requirentem defunctum, vel alias jurisdictione carere. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 6. num. 66. Tondut. de prevent. judic. part. 2. cap. 2. num. 17. & ampliatur infra, num. 11.

Nec obstat, quod delegatus, re integra, nequit de causa sibi mandata cognoscere. cessante jurisdictione delegantis, l. 21. tit. 4. p. 3. l. Et quia 6. de jurisdic. omn. judic. inter quem ac judicem requisitum illud versatur discrimen, nam hic nomine alieno jurisdictionem incipit exercere, cum nihil proprium habeat, l. 1. §. Qui mandatam, de offic. ejus cui mand. est jurisdic. quapropter extincta in delegante jurisdictione, ipsius nomine quicquam agere non valebit, observat Cujac. in d. l. Et quia. Requisite verò judex propria utitur jurisdictione, quæ in illo temper supponitur, c. Romana, §. Contrahentes, de for. comp. in 6. ibi: Loci dicentis ad denunciationem ipsorum: & l. Propterandum, §. Sin autem reus, ibi: Sive per relationem ad majorem, C. de judic. idè casus requisitis non impedit mandati executionem.

In cujus corroborationem docet Cujac. ubi proxime, judicem datum non prohiberi causam commissam definire, licet re integra, qui eum dedit, obeat, aut sit à Magistratu remotus, quia per mandatum judex constituitur independens à jurisdictione dantis, ex quo ad judicem requisitum arguere licet, ut arguit Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 17. num. 12. de quo Oluald. ad Donel. lib. 17. cap. 26.

Est

- in d. l. 15. gloss. 1. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 1. num. 87. Tondut. de prevent. jud. part. 2. cap. 11. num. 16. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 12. Guazzin. de defens. reor. defens. 1. cap. 26. Farin. num. 1. prax. 9. 7. nu. 1. Aug. Barbosa collect. ad cap. Postulasti, nu. 2. de for. compet. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 17. numer. 1. Carleval. sup. d. disp. 2. numer. 716. Cujac. in cap. fin. de for. compet. Pet. Barbosa in l. Heres absens; §. Proinde, art. de for. delict. nu. 2. & 9. de judic. Novar. de elect. for. sess. 2. qu. 2. & alii plurimi apud August. Barbof. Carleval. Quod forum ut potissimum, cæteris prævalet. Greg. Lop. sup. Carleval. nu. 782.*
- 15 Aliquando evenit, ut pro uno, eodemque crimine quis diversis in locis forum fortitur, quod multifariam potest exemplificari, veluti si existens in uno territorio, missâ sagittâ eum occidat, qui in altero reperitur; nam utrobique accusari, ac plecti potest, pœna tamen non multiplicatur, sed qui prævenit iudex de causa cognoscet, ac plectet delinquentem, de quo Salgad. de Reg. protect. p. 2. cap. 10. num. 63. August. Barb. collect. ad cap. Postulasti, nu. 6. & 7. de for. compet. latè Carleval. d. disp. 2. ex num. 727. ubi plures, Guazz n. d. defens. 1. cap. 17. num. 77. Jul. Clar. Sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 38. ex num. 7. Azeved. in l. 1. num. 74. tit. 16. lib. 8. Recop.
- 16 Forum quoque fortitur quis ex quasi delicto, ubi sic egit perperam. Pet. Barbosa in d. l. Heres absens, §. 1. nu. 5. Carleval. nu. 718. Vide infra, nu. 20.

Ibi: *Primum enim maxime congruit.*

- 17 Scandalum quod patitur Respublica atrocitate facinorum, supplicii formidabili repræsentatione oportet pugnari, nec pœna alibi inflicta pariter præstat ad terrorem, strictius enim per aspectum, quam per auditum res humanæ mortalium cordibus infiguntur, §. fin. & ibi Glossa verb. *Per aures*, Istit. de gradib. cognat. Hinc usu receptum in grassatoribus, & aliis ex enormibus maleficiis capite damnatis, ut membra eorum locis publicis, in quibus deliquerunt, affigantur: sic restricta severæ animadversionis memoria pravos coercet, ne iniquorum repetant vestigia. De aliis rationibus ad sortiendum forum in delicti loco, latè Carleval. num. 802. Peguera decis. 66. Franc. Molinus de Brach. secul. cap. 4. num. 1. Azev. in l. 1. ex num. 63. tit. 16. lib. 8. Recop.

Ad Num. 4

- 18 Quoad animæ iudicium nemo sparocho illo loci ubi adinstitit scelus, se pœnetur. Pat. Suar. lud patefacere in confessio. sect. 1. numero 18. in 3. part. tom. 4. quæst. 38. numero 5. Dueñas Jus. Civ. regut. 378. limit. 1. Petrus Barbosa ubi proxime, numero 65. Navarr. in capit. Placuit, numero 63. de penit. dist. 6. Carleval. cum aliis numero 784. Azeved. num. 39.

Verf. *Secundò, illud est.*

- 19 Reus ut debitas pœnas luit, præmissa iudiciali cognitione, ad locum delicti debet

transportari, l. 1. & 2. titul. 16. libro 8. Recop. l. 18. titul. 1. pag. 7. l. Non dubium 11. §. 1. de custod. reor. D. Covar. variar. lib. 2. cap. 20. numero 15. vers. *Vicesimo octavo*, Gregorius Lop. in decis. l. 18. Partit. gloss. 1. Tulkhus litera R, conclus. 152. numero 45. Petrus Barbola, supra numero 66. Fachin. controverf. libro 9. cap. 21. Carleval. d. disp. 2. n. 801. Clar. num. 19. Villalob. Ærar. commun. opinion. littera R, numero 34. Augustinus Barbosa, in collect. ad cap. 1. numero 3. de raptor. Azeved. in l. 1. num. 13. titul. 16. libro 8. Recop. & dixi d. cap. 20. libro 2. variar. numero 189.

Licet autem, ut præmittitur supra, numero 16. fortitur forum ex quasi delicto, remissio tamen fieri non debet, cum in levibus delictis denegetur, ut asseretur infra, numero 41.

Si reus capiatur in loco delicti, & remitti petatur per iudicem alterius territorii, ubi etiam ante crimen perpetrarat, non est remissioni locus, nisi prius iudex requisitus causam absolvat, & sententia executioni mandetur. Azev. ex numero 14. Guazz. num. 66. ubi requisita ad remissionem congerit Clar. num. 26. Farinac. quæst. 7. num. 40. Carleval. cum pluribus numero 815. Petrus Barbosa in l. Titia, numero 55. solut. matrimon. Molinus sup. cap. 48. numero 1.

Ad hæc remissio denegatur propter nimiam regionum distantiam, velut per iudicem novi orbis petatur ab Hispano Magistratu, Azeved. num. 57. Carleval. ex aliis num. 863. quamvis testetur aliter decitum à Supremo Indiarum S natu in causa adulterii, instante accusatore; nam reus remitti iustus est ad Peruvium. Similiter observandum, cum suspicio urget in iudicem requirentem, quod in justitiæ administratione deficiet. Carleval. num. 862. Decian. d. libro 4. cap. 19. numero 24. Guaz. supra numero 69.

Ad Num. 5.

Qui exemptionis fori privilegio gaudet, non subjicitur iudici ordinario ad certum limitem, patavit, nisi privilegium concessum appareat. seu territorium res. ad. cap. 1. num. 3. de Aug. Barbosa sed contrarium receptus, ut privileg. in. gium, et si universale sit, & absque scilicet remittatur propter delictum, ut in eo solutatus puniri possit, cap. Dilectis 17. de pr. compet. Tulch. lit. E, conclus. 244. num. 3. & conclus. 565. à num. 8. Cabed. Lusitan. decis. 68. num. 7. part. 2. Azeved. in l. 1. num. 116. cum seqq. tit. 16. lib. 8. Recop. Jul. Clar. sup. q. 35. numer. 24. Petr. Barbosa de foro contractus agens, l. 2. §. Legatis, num. 114. de judic. Est quidem P. Aug. res, pro cuius enodatione consulendus Aug. res, pro cuius test. Episcop. part. 3. allegat. 321. pla de po. ubi plures casus distinguit, ac resolvit. Quamquam privilegio fori privetur delinquens, ut præmissum est cum communi, non ideo tamen subjicitur extraneæ jurisdictioni, atque ita Clericus non subjicitur Magistratui laico loci ubi deliquit. Cujac. in cap. Delicti, de for. compt. Aug. Barbosa ubi proxime num. 7.

Ibi:

Ibi: *Poffet tamen Panormitani
sententia.*

- 25 Regulares etfi ordinaria jurisdictione exempti, quoties curam animarum fufcipiunt, ratione administrationis, & quoad illam Epifcopi potestati fubduntur. Trident. *feff. 25. de Regular. cap. II. cap. Quoniam 21. de privileg. l. 26. tit. 7. part. I.* Tufch. *d. concl. 244. num. 5.* Aug. Barbofa *ubi proximè, alleg. 74. num. 20.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 17. num. II. & 47.* Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 32. num. 122. & 134.* Tondut. *quæftion. benefical. cap. 42. num. I.* Greg. Lop. *in d. l. 26. gloss. 4. & dixi fup. cap. 4. num. 8.* Idem de jure dicendum, fi religiofus extra monasterium crimen admiferit, non frangens fui Ordinis regulam, quia ab Epifcopo puniri poterit Dioecesis, in qua deliquerit, nifi speciale privilegium obfiftat. Barbofa *d. allegat. 123. num. 6.* qui rectè monet *in cap. I. num. 3. de privileg.* maximè privilegiorum verba infpicienda elfe.

Ibi: *Obiter tamen erit expendendus.*

- 26 Pro intellectu capituli *Cùm capella 16. de privileg.* confulas Aug. Barbof. *in collect. ibi, & quos ipfe refert. Solorz. d. cap. 17. num. 48.* cujus decisionis ea redditur ratio, quia privilegium contra jus commune, & ordinariam jurisdictionem restringi debet, ut lædat quanto minus poffit. Gregor. Lop. *in l. 19. gloss. I. titul. 18. p. 3.* Carleval. *d. disp. 2. num. 307.* Mel. *de induc. debitor. q. ult. num. 31.* & alii, quos laudavi *in addit. variar. libro I. cap. 17. numero 137.*

Ibi: *Hinc sanè aperitur.*

- 27 Planè Bartoli distinctio non probatur ex allegatis juribus, ut ex illis apparet; nam in specie legis *Cùm tabernam, de pignori.* erat taberna aliena, ut ibi obfervat Glossa: quare in illa fubfiftere obligatio nequibat, ut Consultus infinuat, atque ita necessariò venerunt merces, ut propriæ contrahentis, in obligatione: Sed fi taberna ad debitorem attineret, unà cum mercibus obligaretur, ut Bartolus docet, aliud fentiens, fi hoc casu taberna legaretur, quia merces non cederent legato, fed folum tabernæ ædificium, cùm effet testatoris. Ratio differentiz ex eo provenit, quia in contractibus ambigua conventio in eum interpretatur, qui potuit apertius, distinctiusque fuam exprimere voluntatem, ne aliàs aliter contrahens decipiat, *l. Veteribus 40. de pact. & ibi Fab. in ratiõ. Gloss. in l. Semper in obscuris, de reg. jur. nec quemquam latet, debitorem assignaturum bona propria, quæ hypothecæ fubmittit. Hinc fub generali bonorum hypotheca futura quoque obligata cõsentur, quia de quibus fenserit, non diltinxit debitor, l. fin. C. quæ res pign. oblig. poff. l. 5. tit. 13. part. 5.* ubi Greg. Lop. *gloss. 5.* Merlin. *de pignori. lib. I. q. II. numer. 14.* Hevia Bolañ. *commer. ter. lib. 2. c. 3. numero 4.*
- 28 In legatis autem, ubi dubium emergit, minimum præftatur, *l. semper in obscuris 9. & ibi Rævard. de reg. jur. l. Si ita fit 14. de legat. I.*

l. Nummis 73. de legat. 3. quia præfumat testator hæredem ut magis dilectum ab injuncto onere quoad poffit relevare, *l. Unum ex familia 69. §. Si rem, de legat. 2. l. I. de liber. legat. l. Cùm alienam 10. C. de legat. Cyriac. lib. 2. contr. 283. num. 25.* Menoch. *conf. 395. num. 86.* Surd. *conf. 7. num. 56.* Unde fi quis decedens pannorum tabernam testamento relinqueret, cum etiam ædificii dominus exifteret, merces legatario non cederent, ftricta voluntatis interpretatione admiffa, ut Bartolo videtur: Quod fi taberna ad alium attineret, ut in casu dictæ legis *Cùm tabernam*, merces duntaxat deberentur; atque ita nulla est inter legatum, & hypothecam in hujusmodi specie differentia, quoniam cùm quis rem legat, in qua partem habeat, eam tantum ut propriam relinquare intelligitur, non alienam, *l. Servi electione 15. §. fin. l. Si domus 71. §. ult. de legatis I.*

Ibi: *Quaridò erit animadvertendum.*

Nullus judex reum ad locum delicti mittere²⁹ astringitur, nisi requifitoriis literis excitetur. Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. I. num. 87.* Fachin. *controvers. lib. 9. cap. 20. verf. Respondeo.* Farinac. *prax. q. 7. n. 38.* Cævall. *commun. cont. comm. quæst. 678. nu. 19.* Guaz. *de defenf. reor. defenf. I. cap. 17. numer. I.* Tondut. *de prævent. judic. part. 2. cap. II. num. II.* Carleval. *de judic. lib. I. tit. I. disp. 2. num. 826.* Azeved. *in l. I. num. 35. tit. 16. lib. 8. Recop.* Nec per epistolam monitus à jud. ce loci delicti ad remissionem compelleretur: ex urbanitate autem amittere licebit. Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 19. num. I.* Tufch. *lit. R, concl. 152. num. 9.* Guaz. Tondut. & Azeved. *ubi proximè,* ad quod nulla petitio delideratur: à qua remissione voluntaria cavendum fuadet Carlevalius adnotans limitationem præmitæ regulæ *ex l. 13. tit. 13. lib. 8. Recop.* qua judices, vulgò *Alcaldes de la hermandad*, jubentur absque requifitoriis literis reos ad ordinarios Magistratus remittere statim ac cognoverint, cautam ad fuam jurisdictionem non pertinere, Azeved. *in l. 2. num. 9. titul. 13. lib. 8. Recop. & in l. I. número 37.*

Ad Num. 6.

Judex legitimè requisitus, tametsi aliàs in³⁰ reum nullam obtineat jurisdictionem, potest, ac debet ipsum capere, atque remittere, *l. I. tit. 16. lib. 8. Recop.* ubi Azeved. *nu. 20.* Carleval. *fup. num. 20. & 819.* Clar. *d. quæst. 38. num. 22.* Franch. *decif. 37. numer. 2.* Barbofa *in l. Hæres absens, §. Proinde, art. de for. delict. num. 81. de jud. Boss. Prax. tit. de for. compet. numer. 52.* Fachin. *d. l. 9. cap. 22. in fin.* quidquid fentiant nonnulli, quos retulit Carleval. *num. 820.* quibus accedit Guazzin. cum aliis *num. 3.* Illud autem non procedit in iudice incapace requisito, veluti fi remittendus fit clericus, quem sæcularis Magistratus capere ad remissionem non valebit. Fachin. *verf. Ego iis consentio, Guaz. num. 82.* Præterea nec ex urbanitate criminofum remittere judex permittitur absque requifitoriis literis, cùm jurisdictione caret in illo. Carleval. *num. 826.*

Verf.

Verf. *Sextò in hoc tractatu.*

31 Delinquens subjicitur foro delicti, originis, ac domicili, ut accusari, & pœnis possit affici, Petr. Barbosa *ubi proximè*, num. 9. Aug. Barbosa *collect. ad cap. Postulasti num. 2. de for. compet.* Carlev. num. 809. quorum primum potentius est cæteris. Azeved. num. 26. Carlev. *ubi proximè*, ita ut iudex originis, vel domicili teneatur rerum, si petatur, ad locum commissi delicti remittere. Carlev. cum plurimis num. 804. Azeved. num. 24. Est observandum, in loco originis reum nec accusari, nec plecti de consuetudine posse. Petr. Barbosa *sup. num. 38.* Thesaur. Pedemontana *decis. 90. in fin.* ubi alii, & colligitur *ex l. 15. tit. 1. pag. 7.* in qua fori ejusce nulla fit mentio.

Quæri igitur solet, si iudex domicili, postquam causam rei capti propriam definierit sententiam, literas requisitorias recipiat, ut ad locum delicti damnatum, ut ibi meritas luat pœnas, remittat, an obsequi teneatur? Negant Decian. *d. c. 19. num. 12.* Guaz. *sup. c. 17. num. 32.* Petr. Barbosa *in d. §. Proinde, art. de for. delict. num. 114.* Farin. *prax. quæst. 7. num. 24.* Molina *de Brach. sæcul. cap. 42. num. 15.* Carleval. cum pluribus *d. disp. 2. num. 812.* Mastrill. *decis. 147. ex num. 12.* Avil. *in c. 27. Prætor. verb. Entreguen, num. 7.* Ant. de Mathes *tract. de prorog. jurisdict. num. 75. verf. Quindò fallit, Greg. Lop. in l. 1. gloss. 2. tit. 29. p. 7. Vide inf. num. 41.*

32 Quid si reus absolvatur per iudicem domicili, ac postea remitti petatur ad locum delicti? Et videtur talis adhibenda distinctio, ut si definitivè fuerit absolutus, remitti non debeat, quia cum de innocentia ejus semel in iudicio constiterit, nequit iterum pro eodem crimine molestari, ut per D. Covar. *Variar. lib. 2. cap. 10. ubi dixi in addit. num. 2.* Sed si absolutio procedat ab instantia, sive observatione iudicii remissioni locus erit; nam reus non liberatur omninò, sed manet subjectus, ut ex novis probationibus possit damnari. D. Covar. *numer. 1. & laudati per me d. c. 10. num. 8. & maximè cum verosimile sit, quod in loco delicti testes faciliùs inveniantur, propter quorum defectum sic meruit absolvi, sicut ait D. Covar. hoc cap. numero 3.*

Verf. *His equidem Autoribus suffragatur.*

33 Nam iudex domicili, vel originis valeat procedere, ac animadvertere in subditum delinquentem extra proprium territorium, controversi solet. Et quidem receptum habetur, ut si uterque locus subjiçiat eisdem Principi, & pars læsa accuset, valebit ejusmodi iudex cognoscere, ac punire: de quo latissimè Carleval. *d. disp. 2. ex num. 736.* Pet. Barb. *in l. Hæres absens, §. Proinde, art. de for. delict. à num. 27. & num. 128.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 1. num. 14. à princip.* Sed per inquisitionem minimè ei licebit, quam distinctionem probat ex pluribus Guaz. *numer. 5. verf. Pro conciliatione*, ac pro utraque sententia Autores ipse refert, ac Carleval. *num. 736. & 739.* quibus jungas Tondut. *de prævent. judic. part. 2. cap. II. num. 4.* Greg. Lop. *in l. 15. gloss. 5. titul. 1. p. 7.* Cyriacus *controvers. 399. numer.*

II. August. Barbosa *collect. ad cap. I. in fin. de raptor.*

At Carleval. *num. 743. cum seq. æquissimè 34* sic resolvit, quod si reus extra territorium delinquens non enormiter, sed ex aliquo accidenti impulsus, in loco domicili, vel originis honestè, ac rectè se gerat, perperam operabitur Magistratus in eum per inquisitionem procedens. Aliud respondendum si facinorosus variis irretitus criminibus alibi commissis, ad domicilium, vel patriam confugiat, ex quo Republicæ scandalum generetur, timerique possit, ut maleficia ibi repetat. Sic honestè viventem ob præteritum crimen non fore inquisitione vexandum, scripsit Petr. Barb. *sup. num. 35.* Pro qua distinctione faciunt lex *Qui cum natu 14. §. Libertus, de bonis libertor.* Ibi: *Ignoscendum est ei, qui voluit se ulcisci provocatus: & lex Si adulterium 38. §. Imperatores, ad leg. Jul. de adulter.* ibi: *Difficillimum enim est justum dolorem temperare.* Et quod ejus ultimum assertum facit lex *Quisquis. §. Filii verò, C. ad leg. Jul. Majest.* ibi: *Paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur: & l. Non omnes 5. §. A Barbaris, de re militar.* Ex quibus deducitur à Magistratus arbitrio pendere, an procedendum per inquisitionem in subditum, qui extra jurisdictionis limites facinus perpetravit.

Quod dictum est de iudice domicili, venit 35 ampliandum ad iudicem loci, ubi quis decennio habuit habitationem; nam pro delictis sub id tempus admissis, etiam extra territorium puniri potest. Greg. Lop. *in l. 15. gloss. fin. tit. 1. part. 7.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 1. num. 87.* Farin. *prax. quæst. 7. num. 5.* August. Barbosa *in collect. ad cap. Postulasti, num. 3. de for. compet.* Licet autem quis accusari possit ubi majorem bonorum portionem habet, *d. l. 15. Partit.* ubi Greg. Lop. *gloss. 6.* Cur. Phil. *part. 3. §. 5. num. 3.* iudicem tamen ejus loci ad inquisitionem pro delicto alibi commissio procedere non posse verius videtur, cessante ratione quam in loco domicili, vel habitationis militare perpenditur. Similiter contingit in iudice, cujus jurisdictionis partium consensu prorogatur, veluti si reus, ubi nullum forum sortitur repertus accusetur, ac ultrò litem contestetur, cui deinceps non licet declinatoria uti, *d. l. 15. & ibi Greg. Lop.*

Verf. *Quamobrem opinor.*

Iudex domicili, sive alius competens, si in 36 causa prævenit ad instantiam accusatoris, incipiens de causa cognoscere, etsi requiratur, non cogitur reum ad locum delicti remittere. Sic quamplurimi tenent, quos cumulat Carleval. *num. 805.* Aug. Barbosa *in cap. Postulasti, num. 9. de for. compet.* Guaz. *d. defens. 1. cap. 17. num. 34.* qui etiam tenet, per inquisitionem procedendo non teneri ad remissionem, quando prævenit. Alii distinguunt inter iudicium accusationis, & inquisitionem, ut in illo sit locus remissioni, non in isto. Azeved. *in d. l. 1. Recop. num. 24. & alii apud Carleval. num. 806.* ipse tamen *ex num. 807.* fuisse tuetur, remissionem omninò faciendam quomodolibet iudex domicili procedat, non obstante præventionem: quod quidem jure verius videtur, & de hoc est legendus Greg. Lop. *in l. 1. gloss. 2. ad fin. tit. 29. pag. 7.*

Licet

37 Licet præventio, ut pluribus placet, remissionem impediatur, id limitatur nisi affectata, & fraudulenta noscatur, veluti si reus fatigaret, vel ejus fautores, ut judex domicilii de crimine cognosceret, ad effugiendam judicis loci delicti retributionem. Greg. Lop. ubi proximè. Bossius in praxi, tit. de for. compet. n. 80. Guaz. defens. I. cap. 9. numer. 17. & 31. Tondut. de prævent. judic. p. 2. cap. II. n. 8. Alias limitationes exhibet Greg. Lop. ubi nuper.

38 Illud observandum, per summariam informationem, quæ capturæ rei præmitti solet, præventionem non induci. Tondut. d. c. II. numer. 8. & licet aliis per realem citationem præventa causa dicatur, ut latè per Guaz. d. c. 9. numer. 13. ubi alii: tamen per capturam rei judex domicilii non censetur prævenisse, ne teneatur remittere ad delicti locum, si requiratur, ut insinuat D. Covar. sup. numer. 6. vers. His equidem, dum postulat, quod judex de causa cognoscere incipiat. Aug. Barbosa collect. ad Clem. Pastoralis, num. 16. de re judic. Tondut. ubi nuper, numer. 7. qui ait difficiliorem reddi remissionem post capturam, imò penitus impediri tradit Tusch. lit. R, conclus. 152. n. 72. Azeved. in l. I. numer. 24. & 38. tit. 16. lib. 8. Recop.

Verf. Contraria sententia placuit.

39 Sed & aliis haud paucis videtur judex domicilii etiam post sententiam teneri damnatum ad locum delicti, si petatur, remittere, quos congerit Carleval. de judic. lib. I. disp. 2. num. 811. de quo Gregor. Lop. in l. I. gloss. 2. tit. 29. part. 7. Qui contra sentiunt, laudantur supra, num. 31. vers. Quæri igitur, quorum opinio acceptior est, ac verior. Vide supra numer. 31.

Ad Num. 7.

40 Vagabundus ubicunque repertus plecti potest: sed si judex loci delicti reum petierit, ut puniat, remitti debebit. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 531. numer. 3. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 24. Decian. sup. lib. 4. cap. 13. n. 7. & cap. 19. numer. 12. Azeved. numer. 33. Didac. Per. in l. 2. gloss. 2. vers. Quæro ulterius, tit. 14. lib. 8. Ordin. Foller. in constitut. capitaneor. numer. 26. Avil. in cap. 27. Prætor. verb. Entre-guen, numer. 15. & alii apud Carleval. sup. n. 817. Contrarium, scilicet remissioni locum non fore, opinatur Tusch. d. conclus. 152. numer. 41. Guazzin. d. cap. 17. numer. 4. & alii, quos idem refert, & Carleval. numer. 817. Sed Petr. Barbosa cum Avendaño in d. l. Heres absens, §. Proinde, tit. de for. delict. resolvit, quod si pars inisset pro remissione, fieri debet, aliàs non. Verior tamen est prior, ac communitatis sententia.

Verf. Octavo, remissioni.

41 In delictis levibus remissio non admittitur. Gregor. Lop. ubi proximè. Tusch. n. 53. Jul. Clar. sentent. lib. 5. §. fin. q. 38. numer. 23. Vilalob. Arar. commun. opinion. lit. R, numer. 36. Guaz. d. cap. 17. ex numer. II. Dueñ. reg. 378. limit. 3. Tondut. d. cap. II. numer. 7. Farin. quest. 7. n. 36. Decian. d. lib. 4. cap. 19. numer. 5. D. de Faria Covar. Enucl.

Petr. Barbosa num. 104. Carleval. numer. 853. Azeved. numer. 39. Aug. Barbosa ubi proximè. De jurè tamen decisum videtur, ut ex quovis delicto sit remissioni locus, ex l. I. tit. 29. p. 7. ut adnotant Gregor. Lop. ibi, gloss. 2. in fin. Carleval. numer. 854. Petr. Barbosa numer. 105. Didac. Perez in l. 2. tit. 17. lib. 8. Ordin. de quo subdubius agit Gregorius Lopezius: & quidem verba legis præfatam limitationem possunt recipere, etsi generalitatem præ se ferant, cessant etenim in levi delicto præcipuæ rationes, ex quibus remissionem fieri oportet; atque evenire posset, ut magis gravaretur reus in sui remissione, propter expensas, & incommoda, quam in ipsa delicti pœna. Sic tenet Azeved. numer. 6. Idem dicendum erit de criminibus etiam gravissimis, si civiliter duntaxat agatur. Azeved. Clarus, & alii jam laudati.

Leve delictum hoc in tractatu illud cense-
tur, ex quo pœna corporalis irrogari non potest, ut adnotant pro proxima resolutione præcitati. Quid si pœna exilii veniat imponenda? Sub distinctione respondendum; nam cum aliquis exulare extra regnum, vel in arctissimum præsidium potest, remissioni locus dabitur, quoniam corporali pœnæ æquiparatur: secus cum exilium ab urbe imponitur, seu provincia, sicut aliud agens distinxit Bovad. Polit. lib. 5. cap. I. n. 128.

Ad Num. 8.

Requisitoria litteræ, ut ad executionem
astringant requisitum, ita sunt conficiendæ, ut per illas constet de corpore delicti, de jurisdictione requirentis quoad causam illam, ac de culpa resultanti ex summaria informatione (quæ debet inseri,) adversus reum qui remitti petitur. Carleval. de judic. lib. I. disp. 2. num. 26. & 777. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 19. n. 15. Guaz. de defens. reor. defens. I. cap. 17. numer. 4. Avil. in cap. 27. Prætor. verb. Entre-guen, numer. 8. Did. Per. in l. 2. vers. Quæri potest, tit. 17. lib. 8. Ordin. Bovad. sup. lib. 2. cap. 13. numer. 69. Azeved. in d. l. I. Recop. numer. 40. Avendaño de exequend. mand. part. 2. cap. 7. numer. 8. quanquam opus non esset, quod talis informatio mutatur, sed judici requirenti fidem esse adhibendam, scripserit Petr. Barbosa in l. Heres absens, §. Proinde, art. de for. delict. nu. 77. de judic. Ad judicem requisitum examen literarum spectat, cognitionem verò causæ nullam habere potest. Anton. Gom. Variar. lib. 3. cap. I. n. 87. Clar. d. quest. 38. numer. 19. Guaz. d. cap. 17. n. 8.

Ad Num. 9.

Fur qui rem uno loco surreptam in alium
transportat, & ibidem cum ipsa apprehenditur, ad locum commissi furti remitti debet. Carleval. numer. 726. Bovad. sup. numer. 73. Did. Per. in d. l. 2. Ordin. vers. Quæri etiam potest. Azeved. numer. 32. qui limitat si dominus rei furem accuset ubi captus est; nam cessabit remissio, ex l. 4. tit. 14. p. 7. de quo fusè Gregor. Lop. ibi, gloss. I. & dixi in addit. variar. lib. 2. cap. 20. numer. 190. & quod fur necessario remittendus sit ad locum delicti, sentiunt quotquot docent, furem etiam cum re furtiva comprehensum, quam in alio territorio surripuit,

puir, non posse in loco apprehensionis pleâi, de qua controversia Decian. *sup. lib. 4. cap. 13. num. 4. & cap. 17. num. 15.* Guaz. *defens. 1. cap. 15. per tot.* Carleval. *d. disp. 2. num. 720.* Farin. *prax. quæst. 7. numer. 7.* Caball. *quæst. erim. cas. 163. à princ.* Bovad. *d. cap. 13. num. 72. & 73.* Clar. *quæst. 38. numer. 16.* Bossius *prax. tit. de furt. num. 18.* ac receptius est contra Bartolum, quod fur pleâi non possit criminaliter: non sic ubi civiliter agitur ad restitutionem rei cum duplo vel quadruplo, ut per Gregor. Lop. *ubi proximè.*

Verf. Undecimò erit præterea.

- 45 A Romana Curia reus ad nullum iudicem extra illam remittitur, quod etiam observarunt Card. Tusch. *lit. R, concl. 152. num. 13.* Clar. *sup. num. 25.* Decian. *d. lib. 4. cap. 19. nu. 25.* Azeved. *num. 44.*

Ad Num. 10.

- 46 Communis est omnium sententia, non fieri remissionem delinquentium quoties iudex requirens, ac requisitus diversis Principibus subiunguntur, & ita consuetudine apud omnes gentes obtinuit, de quo Decian. *d. cap. 19. ex numer. 10.* Petr. Barbosa *d. art. de for. delict. num. 131. cum seqq.* Caball. *cas. 161. à nu. 14. & cas. 162. à numer. 9.* Carlev. *d. disp. 2. ex numer. 827.* Gregor. Lop. *in l. 18. gloss. 4. tit. 1. p. 7.* ubi probatur, Guaz. *d. defens. 1. cap. 17. numer. 23.* cum aliis, Farinac. *d. quæst. 7. ex numer. 25.* Clar. *sup. num. 21.* Salgad. *de retent. Bullar. cap. 27. nu. 65.* Tondut. *de præv. judic. part. 2. cap. 11. numer. 13.* Azeved. *numer. 12.* Solent tamen inter confines principatus convenire, ut delinquentes invicem remittantur, quod servare Magistratus omninò debent. Guaz. *numer. 5.* Carleval. *num. 832.* Sed inferior iudex, ut remittat, Principem, vel ejus Locumtenentem in regno tenetur consulere. Tondut. *num. 21.* Clar. *numer. 22.* Tusch. *nu. 61. & 62.*
- 47 Ampliatur proxima conclusio, ut etiam inter regna uni Monarchæ subiecta non exercentur remissio, cum scilicet principaliter uniuntur, ut Aragonia, & Castella: secus si accessorie, ut novus Indiarum orbis, & Hispania. Carleval. *num. 829.* qui ampliaciones alias & limitationes recenset, inter quas eam omittit non placet, quod omnes Judices Ecclesiastici etiam absque regionum distinctione ad remissionem reorum, quoties jure petitur, astringuntur. Carleval. *numer. 828.* Petr. Barbosa *numer. 134.*

Ibi: Remissio non est in præcepto.

- 48 Ex urbanitate reus ex uno regno ad aliud diversi domini remittitur puniendus, sed non per alium nisi ipsum Principem, aut ejus vice gerentem. Clar. *ubi proximè.* Carleval. *num. 831.*

Ibi: Ea vero lex.

- 49 Quamvis iudex non acquiescat requisitorii literis, non ideo tamen plus jurisdictionis in reo sibi comparat, quam alias obtinebat;

nam si incompetens iudex (ut fieri potest), requiratur, nec obtemperet, nequaquam reum punire valebit. Nec propter capturam prorogatur jurisdictionis, nisi accusatus consentiat, declinatoria prætermittitur, l. 15. tit. 1. part. 7. Neque reus sortitur forum regulariter, nisi in loco delicti, originis, vel domicilii. Carleval. *num. 840.* quare accusari, aut puniri nequibit alio loco, quamvis ibi reperitur. Petr. Barbosa *num. 8.* Idemque D. Covar. paulò inferius agnoscit.

Verf. Validam esse consuetudinem.

Consuetudinem denegandæ remissionis reorum ex diversa Principis ditione, probant Interpretes, qui ejusdem meminere laudati supra *num. 46.* nec est ideo damnanda, quia delinquentes impunitate foventur; alioqui azyla cuncta sacra, vel profana, iniqua putarentur; tueri namque profugos est Majestatis decus: & quid indignius regali clementiâ, quam cruentæ tradere vindictæ, qui alieni imperii præsidio propriam salutem crediderunt: nec eos pleâere decebat, imò nec licebat, qui in distincto dominio deliquerunt, nullâ injuriâ illatâ illi, in quo profugi resident. Præterea non est prorsus à pœna immunis, qui alienus à patria, parentibus, cognatis, ac amicis vitam infelicem degere cogitur. Carleval. *num. 847. & 849.*

Ejusmodi autem consuetudinem, si fortè inter territoria unius regni vigeret, ita ut iudex qui punire non valeret, ad remissionem rei non teneretur, reprobant nonnulli, quia sic delicta manent impunita. Tusch. *d. concl. 152. num. 22.* Clar. *sup. numer. 21.* Decian. *num. 18.* Azeved. *num. 49.* qui de jure nostro Regio indubitatum existimat. Nihilominus pro tuenda consuetudine, si alicubi viguisset, dici posset, non tolli jus partis læsæ omninò, nec delinquentium impediri supplicium, cum pateat aditus ad Principem, qui remissionem fieri jubebit: nec suprema hæc jurisdictionis consuetudine, aut quovis alio modo excludi poterit, de quo supra, *cap. 1. num. 153.* Faciunt quæ tradit Carlev. *num. 847.*

Ibi: Attamen est animadvertendum.

De vagabundo actum est supra, *num. 40.* sed profugus non est vagabundus. Carleval. *d. disp. 2. num. 852.* Quid si in oppido territorii, ad quod refugit, incolatum suum constituat? prout animadvertit Petr. Barbosa *d. tit. de for. delict. nu. 19.* Præterea vagabundus post delictum se conferens ad regnum aliud, ibi puniri non potest, nec remitti. Carleval. *n. 834. 839. & 849.*

Ibi: Nemo enim inficiabitur.

Quod fugitivus delinquens, cum non remittatur ex regno extraneo, debeat in eo pœnis meritis affici, tenuit cum D. Covar. hic, Petr. Barbosa *ubi proximè, numero 145.* Restius tamen cum pluribus contra fusè docet Carleval. *dict. disp. 2. ex numero 839.* Posset meritò nostri Præsidis assertio sustineri, utpote quæ plurimum æquitatis præ se ferat, si pars

si pars læsa civiliter ageret ad damni illati satisfactionem, vel rei usurpatæ restitutionem; nam foret audienda, nulli enim patrocinatur auxilium, ut aliena retineat injustè.

Verf. Decimotertiò, illud ab
iisdem.

54 Vulgò jaçtatur, superiorem judicem non remittere ad inferiorem delinquentes. Guazzin. d. defens. I. cap. 17. num. 30. Tusch. lit. R, concl. 152. num. 11. Carleval. num. 855. Petr. Barbosa in l. Hæres absens, §. Proinde, art. de for. delict. num. 106. Tondut. d. cap. II. num. 15. Baiard. addit. ad Clar. quest. 38. num. 71. Farin. prax. quest. 7. n. 33. Azeved. in l. I. numer. 50. tit. 16. lib. 8. Recopil. qui, Farin. Tondut. Carleval. Guazzin. ac Baiard. cum D. Covar. id admittunt, si judex ita superior sit, ut causam avocare possit, vel retinere aliàs remittere ad tribunal inferius compelletur: & cum superior inferiori remittit, habet cognitionem de justitia subsidialium literarum. Tusch. num. 6.

Ad Num. 11.

55 Cujus expensis transmittendus sit delinquens, de jure communi non constat, diversæ namque sententiæ reperiuntur, ut videre licet apud Decian. d. cap. 19. num. 19. Guaz. num. 80. Caravita tit. 235. ex numer. 13. Petr. Barbosa ex num. 88. Farin. num. 39. Carleval. dict. disp. 2. num. 865. ubi resolvit quod si remissio fiat instante accusatore, ipse expensas persolvere tenetur, aliàs ex publico præstandas à judice requirente. Extat regia decisio in l. 3. tit. 16. lib. 8. Recopil. qua statuitur, ut ex substantia delinquentis sumptus subministrantur, ob cujus defectum accusator sustinet onus, qui si solvendo non sit, publicâ pecuniâ oppidi ubi reus capitur, remissionis expensæ fiunt. Adnotant Azeved. ibi, num. 8. Carleval. ubi proximè. Petr. Barbosa num. 90. Idem quoad jus commune probant Decianus, Caravita, Molinus ac Farinacius apud Carlevallium.

56 Unâ cum delinquente remittere est opus acta per remittentem confecta, non originalia, sed transumpta; quia licet requirens eis stare non teneatur, aliqualem tamen informationem important. Azeved. ubi proximè, & in l. 16. num. 3. tit. 25. lib. 4. Recop. Guaz. d. cap. 17. numer. 84. & 85. qui tamen distinguit.

Ad Num. 12.

57 Hæresis reus ubicunque comprehensus jure punitur, quanquam in eo loco minimè deliquerit. Decian. sup. lib. 4. cap. 19. num. 23. Duesi. regul. 378. limit. 7. Altar. de offic. fisc. gloss. 20. num. 293. Farinac. num. 17. Carleval. num. 845. Molin. de Bruch. sæcular. cap. 44. num. 7. Azeved. in d. l. I. num. 41. Imò non obstante præventionis exceptione, in hæreticum pro eodem crimine plures judices procedere simul permittitur. Carleval. num. 903. Aug. Barbosa collect. ad cap. Per hoc, num. 14. de hæretic. in 6. Clar. d. lib. 5. Sentent. §. Hæresis, num. 6. ubi quod judices debent concurrere, ut ferant sententiam,
D. de Faria Covar. Enoch

Sed si legitimè petatur hæreticum remitti ad locum delicti, fieri debet remissio ex quacunque orbis parte, non habita regnorum distinctione. Guaz. d. defens. I. cap. 17. num. 36. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 33. Baiard. ad Clar. quest. 38. num. 37.

S U M M A R I U M.

- 1 Petitio hæreditatis definitur.
- 2 Est judicium universale.
- 3 Dari solet etiam pro re singulari.
- 4 Est actio in rem, quæ & mixta vocatur.
- 5 De forma libelli in ea actione.
- 6 Petitio hæreditatis contra quos competat.
- 7 Datur in eum, qui successit possidenti pro hærede, aut pro possessore.
- 8 Debitor hæreditarius negans actorem heredem, hac actione non convenitur.
- 9 Successor universalis in possidentem titulo non agit petitione hæreditatis, sed rei vindicatione.
- 10 Utrum petitio hæreditatis cum rei vindicatione possit cumulari.
- 11 Hæreditatis petitio non excluditur tempore, nisi triennali.
- 12 Eliditur per legitimam rei hæreditariæ usucapionem.
- 13 Hac actione nemo tenetur, nisi possideat, aut dolo desierit possidere, & num. 31.
- 14 De remedio possessio legis finalis, C. de edict. D. Adriani tollend.
- 15 Possidens titulo quæsito post testatoris mortem, an ea actione conveniatur, & num. 16. 17. & 24.
- 18 Emptor hæreditatis utrum eadem actione possit conveniri, & num. 26. & 32.
- 19 Agens ex lege finali, C. de edict. D. Adriani tollend. non est legitimus contradictor, qui post obitum testatoris titulum comparavit.
- 20 Habens titulum putativum cum errore facti, an conveniri possit petitione hæreditatis, & num. seqq.
- 23 Possidens cum titulo putativo ex juris errore, hæreditatis petitione tenetur.
- 24 Titulus quæsitus lite pendente, non prodest possessori, ut hæreditatis petitionem evitet.
- 27 Licet hæres agat ad rem singularem, potest judex damnare possessorem, ut quacunque ex hæreditate retinet, restituat.
- 28 Qui semel rei hæreditariæ possessionem nanciscitur, etsi ab illa cadat, nequibit uti petitione hæreditatis.
- 29 Actio hujusmodi solum datur pro ea parte, qua agens existit hæres.
- 30 Datur fideicommissario universali etiam in heredem.
- 32 Titulo singulari possidens, tamen actione ista non conveniatur, adhuc mala fide interveniente, secus tamen erit in possidente cum titulo universali veluti in emptore hæreditatis.

CAPUT XII.

Ad Num. 1.

I DE petitione hæreditatis tractatum ejus definitio antecedere debet, quæ talis est: *Est actio civilis, universalis in rem petitorii judicii, bonæ fidei, qua quis petit se hæredem declarari, hæreditatemque jure ad se pertinentem, ab eo qui pro hærede, vel pro possessore possidet, sibi restitui.* Quam tradunt, ac exponunt Pichard. in §. *Actionum*, q. 30. num. 3. cum seqq. *Inst. de action.* Wesembec. *paratitl. tit. de hæredit. petit.* à num. 3. Aliter definitur, ut sit *Actio in rem universalis, & bonæ fidei, pro repetenda hæreditate, rebusque ejus, successori competens.* Petr. Greg. *Syntagmat. jur. lib. 46. cap. 7. n. 4.*

2 Ex qua definitione constat, judicium hoc esse universale; nam agitur ad hæreditatem, quæ universalitatem continet, *l. Nihil aliud 24. de verb. sign. l. Hæreditas 63. de regul. jur.* adnotant Greg. Lop. in *l. 4. gloss. 2. tit. 14. p. 6.* Card. Tusch. *practic. conclus. lit. P, concl. 34. numer. 1.* Cujac. in *l. Licet, de hæredit. petit.* Ant. Fab. in *ration. ibidem*, Pichard. *num. 4.* Wesembec. *nu. 5.* Ant. Gom. in *l. 45. Tauri*, num. 153. Petr. Greg. *nu. 8.* Osuald. *ad Donell. lib. 19. cap. 12.*

3 Objici solet, quod hujusmodi actione petitur res singularis etiam minima, *l. Regulariter 9. cum seq. ff. hoc tit. & ultra ea*, quæ excogitarunt Cujac. & Fab. *eisdem locis*, Pichard. *num. 6.* Wesembec. *n. 6.* dici poterit, quod id judicium universale censetur, in quo agitur ex titulo apto ad plura vindicanda sub colectivo nomine comprehensa, velut de dote, Ant. Gom. *ubi proximè.* Nec refert si aliquando universali actione res singularis petatur, ut si tota hæreditas ad rem unicam reducatur. Argel. *de acquir. possess. quest. 8. art. 23. num. 9.* etenim hoc provenit per accidens ex defectu materiæ, per quod natura actionis non immutatur. Sic vulgò fertur apud Dialecticos: Verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem. Rursus licet emptor, vel donatarius ad plures res emptas, aut donatas actionem instituat, judicium universale non erit, non enim inspicitur quod petitur, sed quo ex titulo. Osuald. *suprà.*

4 Petitio hæreditatis verè actio in rem est. Pichard. *sup. num. 7.* Achilles Personal. *tract. de petit. hæredit. num. 633.* Petr. Greg. *num. 2.* Marant. *de ordin. judicior. part. 4. dist. 3. num. 61.* August. Barbosa *collect. ad l. Hæreditatis, ex num. 3. C. de petit. hæred.* Vocatur tamen mixta, quia in eam veniunt personales præstationes eorum, quæ nunquam in hæreditate extiterunt, ut pecunia exacta ab hæreditariis debitoribus, & ab emptoribus rerum hæreditariarum. Cujac. in *paratitl. ad tit. ff. de hæredit. petit. & in l. 1. eod.* Tusch. *suprà conclus. 33.* Donell. *commentar. lib. 19. cap. 12.* Fab. *ration. ad l. Sed etsi, §. Petitio hæreditatis, de hæredit. petit.* Osuald. *ad Donell. d. cap. 12.*

Ibi: *Qua ratione satis est.*

5 Quomodo concipi debeat libellus in actione ista, habetur apud Paz expressa forma, *Prax.*

tom. 3. cap. 6. Tusch. lit. P, concl. 28. Ant. Gom. sup. num. 165. Pichard. numer. 33. Wesembec. num. 12. Personal. num. 549. cum seqq. Nec erit opus exprimere bona sigillatim, quæ petuntur, sed generaliter postulare, hæredem declarari, damnarique adversarium, ut restituat actori quicquid ex hæreditate possidet: quod tamen verificari potest dum judicium pendet, vel post sententiam in executione; etenim jure in hac actione generaliter pronunciare permittitur judex damnans reum ad restitutionem omnium, quæ ex Titii hæreditate retinet. Paz *numer. 5.* Wesembec. *numer. 8.* Tusch. *concl. 32. numer. 15.* Vantius *de nullis. ex defect. process. numer. 106.* Personal. *numer. 772.* An explicari debeat in libello successorum esse ex testamento, vel ab intestato, disputat Personalis *d. numer. 550.* qui resolvit, libellum absque distinctione ista conceptum sustinendum, nisi reus excipiat, quod successio- nis causa debet declarari, de quo Osuald. *sup. d. cap. 12.*

Ad Num. 2.

Petitio hæreditatis adversus titulo possidentem non competit; sed in eum qui pro hærede, aut pro possessore possidet, id est qui cum non sit successor, quasi talis rem detinet, & qui nullam legitimam possessionis causam habens, usurpat, ut prædo, *l. Hæreditatis 7. C. hoc tit. l. Hæreditatem 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript.* Tusch. *concl. 30. d. princ.* Gregor. Lop. in *l. fin. gloss. 1. tit. 14. p. 6.* Ant. Gom. *n. 158.* Argel. *de acq. possess. quest. 1. art. 5. n. 16.* Aug. Barbosa in *collect. ad d. l. hæreditatis, numer. 7.* Menoch. *de adipisc. remed. 1. nu. 57. & 61.* Faber. *ration. ad l. Regulariter, hoc tit.* Cujac. in *l. Nec ullam, ad fin. eod.* Petr. Gregor. *suprà num. 12.* Paz *num. 9.* Pichard. *numer. 34.* Mynsinger. in §. *Actionum, num. 112.* *Inst. de action.* Personal. *num. 724.* Parlad. *rer. quotidian. lib. 1. c. 1. §. 11. num. 9.* Titulus autem accipitur, ut ad domini translationem sit habilis. Osuald. *ubi suprà.* Ant. Gom. Personalis, & cæteri.

Quæ conclusio observanda non est in eo, **7** qui successit possidenti pro hærede, aut pro possessore; nam etsi legitimo titulo ipse res, quas ab antecessore habuit, possideat, petitione hæreditatis tenetur propter defuncti vitium, quod ex identitate personarum translatum nocet, *l. Neratius 14. cum l. seq. hoc tit.* facit lex *2. de verb. oblig.* ibi: *Non enim ex persona hæredum natura obligationis immutatur.* Glossa in *d. l. Neratius*, & ibidem Faber in *ration.* Greg. Lop. *ubi proximè.* Personal. *num. 750.* Osuald. *dict. cap. 12. ad fin.* quidquid distinxerit Ant. Gom. in *l. 45. Tauri*, n. 162.

Hæreditarius debitor inficiens actorem defuncto creditori successisse, hæreditatis petitione non convenitur, *l. Si debitor 42. hoc tit.* ubi Fab. Pichard. *d. q. 30. ex n. 28.*

Ibi: *Et alibi passim Juris Civilis Interpretes.*

Videas de hac ratione Gregor. Lop. in *l. fin. gloss. 1. tit. 14. part. 6.* Ant. Gom. *sup. nu. 158.* & cæteros, qui recensentur *num. 6.*

Verf.

Verf. Erit equidem ex prænotatis.

9 Successor universalis, quanquam titulo munitum, si petitione hæreditatis convenire non valeat, aget rei vindicatione, probans antecessoris dominium: at in illo universali iudicio fat erit si doceat, rem de qua agitur, in hæreditate fuisse relictam quavis ratione, veluti locationis, depositi, vel commodati, l. *Et non tantum* 19. hoc tit. Gregor. Lop. ubi proxime. Ant. Gom. n. 159. Pichard. numer. 33. Ant. Fab. ration. ad d. l. *Non tantum*. Cujac. lib. 20. Paul. ad edict. in ead. l. *Et non tantum*. Tusch. lit. P, conclus. 32. num. 18. Quod est verum, si periculum immineat agenti solvendi rei usurpatæ æstimationem. Ant. Fab. *ibidem*, Cujac. ubi proxime. Personal. ex num. 710.

10 Utrum iudicium petitionis hæreditatis accumulari possit cum rei vindicatione? & quid si agens illa universali actione probet sui antecessoris dominium? Vide apud Ant. Gom. ubi proxime. Tusch. concl. 29. ex nu. 8. Personal. à num. 559.

Ibi: Extat & aliud.

11 Hæres agens rei vindicatione in possidentem titulo res, quas ex hæreditate fuisse contendit, ita demum obtinebit, si per tempus ad usucapionem requisitum possidens eas non acquisierit: at actio petitionis hæreditatis non excluditur nisi triennali præscriptione, l. *Hæreditatem* 4. C. in quib. caus. cess. long. temp. l. fin. tit. 14. part. 6. ubi Greg. Lop. gloss. 1. Molin. de iust. & jur. tract. 2. disput. 246. numer. 14. Menoch. d. remed. 1. n. 57. Donell. ubi supra. Argel. de acq. possess. q. 1. art. 5. num. 16. Petr. Greg. d. lib. 46. cap. 7. num. 20. Achil. Person. de petit. heredit. ex num. 27. Aug. Barbosa in collect. ad l. *Hæreditatem*, nu. 4. C. de pet. heredit. Tusch. concl. 29. num. 20. & concl. 30. num. 25. Parlad. sup. dict. §. 11. numer. 9. Osuald. ad Donel. sup.

12 Illud observatu dignum videtur, quod si hæres petitionem hæreditatis proponat in possidentem cum titulo, excludetur si excipiatur de possessione legitima per tempus, quod ad usucapiendum regulariter desideratur. Argel. ubi proxime, numer. 17. Personal. num. 727. cum aliis. Sed occurrit implicatio; nam si petitio hæreditatis non datur in possidentem titulo, ut prædixi num. 6. quomodo conventus ea actione tueri se poterit usucapionis exceptione, in qua omnino titulus desideratur? princip. Inst. de usucap. & ibi Pichard. rubric. num. 4. Sed animadvertendum, esse nonnullos casus, in quibus eadem actio in possidentem titulo potest exerceri, quos refert Achil. Person. sup. ex num. 747. Vide alium num. 7. & infra num. 21. ubi de possidente cum titulo putativo, & facti errore, qui secundum plures convenitur petitione hæreditatis, quamvis usucapere possit.

Verf. Tersid, hinc apparet.

13 Consule laudatos supra num. 6. & observa petitionem hæreditatis supponere in reo possessionem, aut quod dolo desit possidere, alioqui ea actione nullus convenitur. Tusch. concl. 30. num. 42. & III. Pichard. in §. *Actionum*, q. 30. num. 27. Inst. de action. Personal. n. 712.

Unde qui non possidet, etsi rem apud se detineat, conveniri nequibit: at si non aperiat cuius nomine possidet, quia proprio præsumitur possidere, ejusmodi actione tenetur. Personal. n. 714. Vide nu. 31. infra.

Ad Num. 3.

De remedio adipiscendæ possessionis ex l. ult. 14. C. de edict. Divi Adr. tollend. affatim Menoch. eod. tract. remed. 4. Argel. de acquir. possess. ex l. fin. & de legit. contradict. extantque Regiæ Constitutiones in l. 2. cum seqq. tit. 14. p. 6. ubi Gregor. Lop. l. 3. tit. 13. lib. 4. Recop. & Azeved. ibi, Ant. Gom. in l. 45. Tauri, à num. 134.

Communem resolutionem traditam supra, 15 num. 6. restringunt haud pauci, ut non procedat in possessore qui titulum post mortem ejus, de cuius hæreditatis bonis controvertitur, acquisivit: quæ limitatio licet communiter recepta, teste Tusch. lit. P, conclus. 30. num. 4. displicet nostro Præsidi, Greg. Lop. in l. fin. gloss. 1. tit. 14. p. 6. Anton. Gom. supra num. 163. Tusch. ubi proxime, num. 3. Achil. Person. tract. de petit. heredit. num. 754. Azeved. in d. l. 3. nu. 5. Osuald. ad Donel. lib. 19. cap. 12. Pro quarum opinionum concordia allerunt aliqui distinguentes, quod si titulus quæretur ab illo, & procedat qui petitione hæreditatis conveniri posset, tunc prior obtimeat sententia; sed si conventus, etiam mortuo domino hæreditatis, emerit ab habente titulum, ex quo agentem ea actione repelleret, nequibit ad hoc vocari iudicium, ut appositè docet Greg. Lop. in l. fin. gloss. 1. tit. 14. p. 6. Tusch. concl. 30. num. 5. Personal. cum aliis num. 756. Osuald. supra.

Sed prætermissa ejusmodi distinctione, verum videtur quod D. Covar. nos edocet; nam jura in l. *Hæreditatis*, C. hoc tit. & in l. *Hæreditatem*, C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript. & communiter Interpretes abique temporis discrimine tradunt, munitum titulo hæreditatis petitione non astringi, atque ita nec nobis distinguere licet, l. *De pretio* 10. cum vulgatis, de Public. in rem. act. Aug. Barbosa axiom. 136. numer. 4. Præterea titulum allegans quovis tempore adeptum, potiori juri innititur, quam hæres, nedum ex actuali possessione, quæ supponitur, sed etiam quia probat dominii, aut saltem usucapiendi causam specialiter respectu rei individua: non sic hæres, qui licet declaretur dominus hæreditatis, non inde sequitur, dominium sibi fore omnium quæ continentur sub illa. Donel. ubi sup. Osuald. d. cap. 12. ideò prævalere debet qui titulo speciali fulcitur, cum specialia generalibus derogent. Barbosa fuse axiom. 107. à princ. Osuald. *ibidem*.

Hæc licet ita sint, suam restrictionem accipiunt; nam si quis emerit rem fraudulenter venditam ab eo, qui petitione hæreditatis poterat conveniri, ut id iudicium subterfugiat, & ipse particeps doli convincatur, ea actione tenebitur. Personal. tract. de petit. heredit. num. 756. verf. *Alii dixere*. Facit lex. Qui autem 6. §. *Hoc edictum*, quæ in fraud. cred.

L 3

Ibi:

Ibi: *Ex quo deducitur discrimen.*

18. Emptor hæreditatis utili hac actione convenitur, cum scilicet aut venditor non reperitur, aut pretio exiguo emptum est, l. *Etiam* 15. §. 1. *hoc tit.* Glossa verb. *Teneatur, in fin. C. de inoffic. testam.* Tusch. *concl.* 30. n. 100. Achil. *Person. num.* 748. Sed dissentit Fab. *in ration. ad d. l. Etiam*, latissimè impugnans eam decisionem, cujus litteram corruptam arguit, ut solet.

Ibi: *Quæ tamen ex eo non placet.*

Videas *Personalib. ex numer.* 725. ac tradita *Jap. num.* 12.

Ibi: *Quamobrem ipse aliter accipio.*

19. Est magis receptum, quod agenti *ex l. fin. C. de edict. Divi Adr. toll.* non est legitimus contradictor possessor cum titulo, quem post mortem prædefuncti obtinuit; imò ad rei restitutionem compelletur. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. num. 604. Argel. latè *de legitimo contradict. quæst.* 7. art. 1. *per tot.* & iterum art. 3. d. num. 81. quod limitatur si possessor in continenti de dominio sui auctoris probaverit. Menoch. *numer.* 605. Sed de hoc remedio possessorio ad petitionem hæreditatis non semper arguere licet, cum inter utrumque plura adnotentur discrimina, ut observat Ant. Gom. *sup. num.* 167. maximè quod unum iudicium sit petitorium, alterum possessorium, in quo caula prioris possessionis magis attenditur: quam differentiam quoad rem, de qua agimus, admittit Azeved. *in l. 3. num. 3. tit. 13. lib. 4. Recopilat.*

Ad Num. 4.

20. Error facti tripliciter contingere solet, scilicet circa existentiam, validitatem, & iustitiam contractus. Quoad primum, si quis putet se emisse, cum verè nunquam emeret, hic si iustam erroris causam habeat, usucapiet, l. *Quod vulgò* 11. ff. *pro emptor.* non alias, §. *Error, Inst. de usucap.* D. Covarruv. *in regul. Possessor,* §. 8. num. 2. *vers. Quartum huic rei.* Sed si ante impletam usucapionem hæreditatis petitione pulsetur, succumbet, cum titulum exhibere non valeat. Quoad ultimum, cum aliquis emit à non domino, ad quem rem pertinere credebat, sicut usucapere poterit, ita & petitionem hæreditatis rejiciet, §. *Si quis à non domino, Inst. de rer. divis. d. l. Hæreditatis, d. l. Hæreditatem.* Circa secundum, errat contrahens, qui à furioso emit, quem mentis compotem existimabat: nec dubium existit, quia usucapiat, l. 2. §. *Si à furioso, ff. pro emptor.* D. Covarruv. *in reg. Possessor,* §. 7. num. 6. *vers. Præsertim ex his.* Cujac. *in l. Nec ullam, §. 1. de hæred. petit.* Fab. *ibidem.* Sed an excludat agentem petitione hæreditatis, quæstionis est, de qua D. Covarruvias hîc.

21. Negant sentientes, verum titulum desiderari, nec putativum sufficere, Ant. Gom. *in d. l. 45. Tauri, numer.* 160. Pichard. *in §. Actionum, q. 30. num.* 26. *Inst. de action. Personal. cum aliis num.* 726. Affirmant cum D.

Covar. Greg. Lop. Cujac. & Fab. *ubi proxime.* Tusch. *lit. P, conclus.* 30. *numer.* 50. & 85. Osuald. *suprà.*

Licet hæc posterior sententia quoad juris dispositionem tot, & tantis fulcita rationibus appareat, in praxi tamen prior amplectenda videtur; nam si deducta actione petitionis hæreditatis inter litigandum error, tituli que nullitas patefit, reus in mala fide constitutus incipiet pro possessore possidere, atque ita debet res hæredi auctori restituere, cum ille titulus putativus ad non titulum reducatur, ut in simili tradit Tusch. *d. conclus.* 30. *num.* 9. & 10. Et sicut superveniente mala fide, interrumpitur usucapio, ita exclusio petitionis hæreditatis perit, nec titulus apparens, seu putativus prodest quoties in continenti constat de ipsius nullitate. Argel. *de legitimo contradict. q. 2. numer.* 184. Facit lex *Etiam* 15. §. *Sed si quis, ff. hoc tit.* ubi possessor hæreditatis cum titulo, quanquam conveniri non posset, nihilominus quoniam de mala fide rei, & bono jure auctoris apparuit in iudicio, subsequuta est condemnatio. Extat præterea resolutio Ant. Fab. *in ration. ad l. Si hæreditatem, hoc tit.* ubi docuit, quod si hæres vocaverit ad iudicium huiusmodi eum qui nihil ex hæreditate possidet, etsi actionem ineptè instituerit, ut dixi *suprà, num.* 13. tamen si lite pendente quid ex illa incipiat possidere, id restituere compelletur. Ex quibus deducitur, possessorem cum titulo putativo, si ista conveniatur actione, ad restitutionem ejus, quod possidet, damnandum esse.

Hucusque prælibata minimè locum obtinent in errore juris, qui nec ad usucapionem, nec ad exclusionem petitionis hæreditatis præstat, l. *Nunquam* 31. *de usucap. l. 2. §. Si à pupillo, pro emptor.* D. Covarruv. *in regul. Possessor,* §. 7. num. 6. Pichard. *in §. Error, num. 2. Inst. de usucap.* Achil. *Person. tract. de petit. hæredit. num.* 732. Donel. *d. lib.* 19. *cap.* 12.

Ad Num. 5.

Cum conventus petitione hæreditatis al-²⁴ legat se titulo possidere, quem post mortem antecessoris ejus, qui agit, acquisivit, controvertitur an excludat adversarii intentionem? Sunt qui negant, quia fraus præsumitur in acquisitione intervenisse, & est communis opinio, ut præmissi *num.* 15. pro qua nonnullos laudat Achil. *Personal. num.* 756. Contrariam sustinent quos idem *Personalib. num.* 756. Osualdus, & ego *d. num.* 15. congestimus: perlegas ibi tradita, & *numer. seqq.* quibus accedit decisio legis *Etiam* §. *Sed si quis, hoc tit.* nam emptor hæreditatis non tenetur actione ista, nec ambigi potest, quin titulus ille fuerit post mortem comparatus, cum viventis hæreditas vendi non possit, l. 1. *de hæred. vel action. vend. l. 13. tit. 5. part. 5.* ubi Hermos. *gloss. 5. à princ.* Similis est textus in §. *Quid si quis,* ejusdem legis: & quamvis utroque casu emptor actione utili teneatur, non provenit ex eo, quod titulum adipisceretur, mortuo hæreditatis domino, sed ex specialibus causis, quæ exprimuntur. Ratio præsumptæ fraudis non urget, quo-

quoniam hac actione non magis tenetur qui possidet, quam qui dolo desit possidere, d. l. *Etiam*, §. *Item si quis*. D. Covar. *hic*, Personal. *ubi proximè*, Osuald. *sup. d. cap. 12.*

Ibi : Nam & opinio Bartoli.

- 25 Titulus post litem ceptam quæsitus non prodest reo ad elidendam actionem petitionis hæreditatis. Gregor. Lop. *in d. gloss. I. Personal. sup. num. 759. vers. Non obstat*, & num. 765. Anton. Gom. l. 45. *Tauri*, n. 159. *vers. Præterea adde*. Card. Tusch. *lit. P, concl. 30. num. 124. Osuald. ad Donel. lib. 19. cap. 12.* quod limitatur si reus in continenti dominium auctoris probaverit. Ant. Gom. *ibidem*, Personal. n. 767. Osuald. *ubi proximè*.

Ibi : Datur siquidem frequenter.

- 26 Contra hæreditatis emptorem, sive bonæ, sive malæ fidei, ejusmodi actionem non dari, pluribus contendit Ant. Fab. *in ration. ad d. l. Nullam*, §. *Quid si quis*, & *in l. Quod si in diem*, §. *Idem scribit*, ff. *hoc tit.*

Ad Num. 6.

- 27 Etsi agens in libello unius rei ex hæreditate restitutionem postulet, reus damnari poterit, ut quæcunque retinet ex bonis defuncti, reddat hæredi. Ant. Gom. *sup. num. 165. Cujac. in l. Si Hæreditatem, hoc tit. Fab. in ration. ibidem.* Contrarium tenet, & probat Achil. Personal. *tract. de petit. hæreditat. numer. 556. & 557.* Pro priori sententia facit ratio legis *Etiam 19. §. Quid si quis*, ibi: *Ne singulis judiciis vexetur*, ff. *Hoc tit.* & utilitas litium extinguendarum, *cap. Finem litibus 5. de dol. l. Propterandum 12. C. de judiciis.*
- 28 Libet admonere, quod petitio hæreditatis denegatur illi, qui semel possessionem eorum, quæ sibi restitui intendit, quæsiit, quanquam ab illa cadere quomodolibet contingat. Tusch. *lit. P, concl. 30. num. 29. & 43. & concl. 31. numer. 12. Welsembec. in paratit. ad hunc tit. num. 9. Argel. de acquir. possess. quæst. 8. art. 3. num. 14. Achil. Personal. sup. nu. 722. Pichard. in §. Actionum, quæst. 30. n. 23. Inst. de action. Ant. Gom. numer. 164. Osuald. *suprà lib. 19. cap. 12.**
- 29 Præterea petitio hæreditatis competit pro ea parte, qua aliquis hæres existit: unde pro dimidia, seu semisse succedens, à possessore totum, quod retinet, exigere non valebit, sed pro quota hæreditatis, l. l. §. l. ff. *Si pars hæredit. petat.* Ant. Gom. *suprà numero 155. Ant. Fab. in ration. ad d. §. l. quod ita est*, etsi res minima, aut quantitas exigua possideatur, actorque multò plus ex hæreditate percipere debeat.
- 30 Hæc actio datur fideicommissario universali, nedum in alios, sed etiam contra hæredem ipsum, si quid ex bonis hæreditariis restitutioni subjectis retinuerit. Argel. *de acquir. possess. q. 8. art. 3. num. 14.* Filio in legitima, vel aliqua ejus portione instituto conceditur petitio hæreditatis, non solum pro parte, pro qua hæres existit, sed etiam pro legitimæ supplemento. Merlin. *de legitima, lib. 5. tit. 4. q. 4. per tot.* Sed contra sentit Personal. *sup.*

num. 709. ubi limitat: prior tamen opinio verior videtur, & favorabilior pro legitima consequenda.

Affertum est *sup. num. 13.* petitionem hæreditatis non dari in eum, qui non possidet: quod ita intelligi oportet, ut detentator conveniri non possit, ut ibi subjicitur. Verùm sæpe contingit, ut qui nihil ex hæreditate possidet, ea vexetur actione, ut qui dolo desit possidere, vel qui se hæredem dicit, & agentem successorem inficiatur, qui hoc judicio damnatus tenebitur restituere quicquid ex ea hæreditate quandocunque perceperit. Ant. Fab. *ration. ad l. Si hæreditatem, hoc tit. Osuald. ad Donel. lib. 19. cap. 12.*

Quamvis titulo singulari nixus, etiam si malæ fidei possessor existat, hac actione non teneatur, Ant. Fab. *in l. Nec ullam*, §. *Quid si quis*, l. *Quod si in diem*, §. *Idem scribit*, hoc tit. consentit Osuald. *ubi proximè*; attamen qui universalem titulum allegat, velut emptor hæreditatis, sæpe ob malam fidem, aliasque causas utili petitione hæreditatis astringitur, d. l. *Nec ullam*, §. *Quid si quis*, §. *Sed si quis*, §. *Item si quis*, hoc tit. quæ aliàs est lex *Etiam*: quicquid Faber id discrimen excludere contendat. Sed hoc ita, quoniam potentius est jus obtinentis titulum singularem, quam universalem. Osuald. *ubi proximè*, ac dixi num. 16. Præterea cessat ratio dicti §. *Quid si quis*, ne scilicet pro singulis vexetur: quod in possessore singulari præcaveri necesse non est, ideoque hac actione non tenetur.

S U M M A R I U M.

- 1 Quibus modis tertius accedat ad iudicium, quod inter alios consistit.
- 2 Veniens ut litigantem coadjuvet, causam suscipit in statu, quo existit illa.
- 3 Sententia nec proferri, nec exequi potest in tertium liti adfidentem.
- 4 Venditor comparens ut emptorem tueatur, causam prosequitur prout ipsam invenit.
- 5 Adfidentis liti pro suo interesse, valet allegare, ac probare quæ principalis litigator omisit.
- 6 Quid si terminus probatorius jam quoad principalem præterierit.
- 7 Venditor, cui lis mota emptori non denunciatur, non tenetur de evictione, & quoties non tenetur, liti intervenire non permittitur.
- 8 Licet venditori à principio iudicium, quod in emptorem dirigebatur, ut principalem assumere, sed non excludet emptorem, ne adfidentis ceu tertius controversie.
- 9 Sententia in hæredem officit legatariis, etiam litem ignorantibus.
- 10 Possunt liti interesse, si de viribus testamenti controversatur, ubi legata perirent, si adversus hæredem pronunciaretur, & num. 11.
- 12 Res inter alios acta aliis neque prodest, neque nocet regulariter.
- 13 In adulterii crimine sententia absolutoria liberat complicem, quem damnatoria non lædet.

- 14 *Res inter alios acta operatur præsumptionem, & qualem, n. 15.*
 16 *Testes, & acta inter alios præsumptionem producunt quoad alios.*
 17 *Sententia in contumacem nulli tertio parit præjudicium.*
 18 *Cum principalis, & legitimus contradictor litigat, res judicata nocet omnibus, quorum jus ab illo pendebat.*
 19 *Sententia super filiatione inter patrem, & filium jus facit quoad omnes ex illa linea.*
 20 *Si cum patre non sit controversia, res judicata quoad alios facit duntaxat præsumptionem.*
 21 *Sententia adversus heredem non afficit coheredem.*
 22 *Res judicata super statu, seu qualitate personæ aliis nocet, & prodest, & numer. seqq.*
 25 *Sententia nunquam aliis nocet, si perfunctoriè causa defendatur.*
 27 *De actionibus præjudicialibus, remissivè.*
 28 *Qui lite mota, se liberum, aut ingenuum probaverit, talis pronunciari debet, tametsi adversarius judicio non interfuit.*
 29 *Sententia his verbis enunciata, Servum Titii non videri, cujus sit effectus.*
 30 *Res judicata circa ætatem jus facit quoad omnes.*
 31 *Sententia in primogenii possessorem officit cunctis ad illud vocatis.*
 32 *Possunt vocati ejusmodi assistere liti.*
 33 *Sententia contra gravatum restituere generat præjudicium fideicommissario.*
 34 *Citatione opus non est illorum, quibus sententia secundario, ac per consequentiam nocere potest.*
 35 *Cum aliquis sciens non prohibet ne alius de jure ipsius in judicio contendat, sententia non prohibenti nocebit.*
 36 *De intellectu legis, sæpe, de re judic. pluribus distinctis casibus latissimè agitur, & numer. seqq. ad 44.*
 45 *Lectio Florentina ejus textus defenditur.*
 46 *Pignus unde dictum, ac quomodo ab hypotheca distinguatur.*
 47 *Sententia adversum libertum, aut servum quando domino, vel patrono, præjudicet, & numer. 49. & 50.*
 51 *Sententia in subditum an superiori noceat.*
 52 *De intellectu capitis Cum super, de re judic. & numer. 53.*
 54 *Utilis est citatio eorum, quorum interest, ut sententia illis præjudicet.*
 55 *Sententia in heredem num possit nocere legatariis, si ille ex fide causam non defendent.*
 56 *Regulariter res inter alios acta favorabilis eis prodest, quibus damnosa noceret. Verùm hæc regula nonnunquam solet fallere.*
 57 *Si quis actus nullus pronunciatur, veluti testamentum, sententia jus facit generaliter quoad omnes.*

CAPUT XIII.

I **D**upliciter accedere quisque potest ad iudicium, quod inter alios exercetur, aut proprium deducens ut principalis jus, aut ad fovendam causam alterutrius litigan-

tis, quia sua interest ne succumbat is quem coadjuvare intendit. Card. Tusch. *pract. conclus. lit. I, concl. 83. numer. 1. 17.* Azeved. in *l. 3. numer. 16. 19. tit. 8. lib. 4. Recop. Carley. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. numer. 18.* Ursil. *ad Afflict. decis. 147. in princ. Gail. lib. 1. observat. 69.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. I, num. 21. 22.* Cancer. *variar. lib. 2. cap. 16. à princ.* Salgad. *cum pluribus de retent. Bullar. part. 2. cap. 13. num. 2.* Marefcot. *variar. lib. 1. cap. 20. ex num. 13.* Hermos. in *l. 33. gloss. 3. à num. 5. tit. 5. p. 5.* Scaccia *de appellat. quæst. 17. lim. 6. memb. 4. num. 49.* Ad dignoscendum an quis principaliter, vel accessorie veniat, talem regulam oportet observari, ut si res judicata noceret tertio comparenti, censeatur juris litigantis adjutor: quod si non officeret, principalis. Ita Salgad. *num. 8.* Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 40. numer. 1.*

Ad Num. 1.

Qui intervenit, ut litigantis jus tueatur in 2
 iudicio, causam prosequi tenetur in eo statu, quo eam reperit. Tusch. *sup. nu. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 18. num. 2.* Aug. Barbosa *collect. ad cap. fin. num. 6. ut lit. pend. in 6. & in Clement. Constitutionem, num. 3. de election. Cabed. part. 2. decis. 97. nu. 14.* Cancer. *sup. lib. 3. cap. 16. num. 131. & 595.* Surd. *decis. 60. num. 6. & decis. 147. numer. 6.* Gail. *d. lib. 1. observat. 71. num. 1. & alii per plures apud Salgad. d. cap. 13. num. 45. cum seqq.* etenim tertius hic in iudicio accessorium se habet, ideo statum causæ immutare non valet, cum principali non liceat: nec rei, vel actoris vicem gerit, nec cum eo causa agitari dicitur. Greg. Lop. in *l. 7. gloss. 3. tit. 23. p. 3.*

Præterea sententia in hujusmodi tertium di- 3
 rigi, aut exequi non poterit. Petr. Barbosa in *l. Venditor, numer. 102. de judic.* Hermos. cum aliis *sup. num. 23. 26.* Nec valet ex proprio privilegio causam ad aliud revocare Tribunal. Gail. *d. observat. 71. num. 2.* Petr. Barbosa *num. 100.* Ant. Fab. in *ration. ad l. Venditor, de judic. Amat. variar. resolut. 86. numer. 63.* & ibi plures: quæ quidem obtinent etiam in illo, qui potuit causam à principio, antequam inchoaretur, suscipere, ut venditor. Salgad. *sup. numer. 57.* Hermos. *d. gloss. 3. numer. 3. & 5. vers. Et admittitur ad causam.*

Ibi: Igitur quoties venditor.

Venditor assistens liti cum emptore penden- 4
 ti, causam fovet in eo statu, quo existit. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 39. vers. Quod tamen, Giurba decis. 8.* Guzman. *de eviction. quæst. 6. ex num. 8.* Petr. Barbosa *suprà num. 119.* Hermos. cum multis *d. num. 5. vers. Et admittitur, nec privilegii exemptione juvatur, ut forum declinet, quanquam Ecclesiasticus. Ant. Gom. ubi proximè. Amat. d. resol. 86. n. 68. ac dixi sup. cap. 8. num. 5.*

Vers. Primum, ex his colligitur.

Assistens tertius liti pro suo interesse poterit 5
 allegare & probare quæ principalis litigator omiserat. Petr. Barbosa in *l. Venditor, num. 120.* Cujac. in *l. Si suspecta, ff. de inoffic. testam. Aug.*

Aug. Barbosa in cap. 2. num. 9. de procurator. in 6. Gail. d. observat. 71. num. 1. Guzm. d. quest. 6. num. 36. Hermos. num. 14. Villalob. sup. lit. T, num. 21. Ayllon. addit. ad Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 40. vers. Itaque si post finitam, Afflict. decis. 235.

Ad Num. 2.

6 Nemini dubium est, quin tertius coadjuvans litigantem, possit testes intra terminum probatorium producere. Ant. Gom. in l. 40. Tauri, num. 73. Cujac. & cæteri pronuper laudati. Illud autem in controversiam revocatur, an idem liceat termino elapso, sive post attestationum publicationem, cum scilicet tertius antea nullam litis notitiam obtinuerat? Affirmativa placuit Cancer. sup. lib. 1. cap. 3. num. 66. Ursill. cum Afflict. decis. 235. num. 2. Hermos. d. glos. 3. num. 12. Trentac. variar. lib. 2. tit. de judic. resol. 16. num. 9. Negativa Pet. Barbosa in d. l. venditor, numero 124. Cabed. decis. 96. num. 15. Azeved. in d. l. 3. Recop. num. 16. Tusch. ead. conclus. 83. numer. 11. Gutier. Pract. lib. 1. quest. 66. num. 1. à qua deviare non oportet, nisi tertius Reipublicæ causâ abfuerit, vel alia ratione restitutionis beneficium impetraret ex clausula generali, qua majoribus ætate subvenitur, l. 1. & 2. per tot. ff. ex quib. caus. major. sicut minori hoc casu conceditur, ut cum D. Covar. infra, cap. proximo, sub nu. 3. comprobabitur.

Ibi: Cujus rei exemplum traditur in venditore.

7 Hoc autem exemplum adaptari nequit, nisi venditor remiserit emptori obligationem litis denunciandæ, vel in aliis casibus, de quibus Hermos. in l. 32. gloss. 3. ex num. 76. tit. 5. part. 5. etenim regulariter ille de evictione non tenetur, nisi hic de lite mota ipsum certiore faciat, l. 2. tit. 5. part. 5. ubi Hermos. gloss. 3. art. 1. num. 1. jura cumulat, & Interpretes. Quod ita verum est, ut scientia litis aliunde quæsitâ non noceat ei, qui vendidit. Hermos. cum pluribus num. 2. Nec audietur venditor, si non sua interfit lis, de qua agitur, quia de evictione non teneatur; etenim tertius nunquam admittitur, ut liti assistat, nisi de proprio interesse constiterit. Tusch. d. conclus. 83. num. 22. Afflict. decis. 235. & ibi Ursill. num. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 18. num. 3. Garcia de nobilit. gloss. 40. nu. 7. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. nu. 99. Cancer. lib. 2. cap. 16. à n. 31. & alii apud Barbof. collect. ad cap. Veniens 38. de testibus. Trentac. supra num. 10. idque in continenti, ac summarie probandum. Cancer. & alii.

Ibi: Nec poterat venditor emptorem.

8 Etsi venditor possit à principio ante iudicium coeptum in se causam assumere, Pet. Barbosa in l. venditor, ex num. 109. de judic. lajè Hermos. in l. 33. gloss. 3. à nu. 2. tit. 5. part. 5. non valebit excludere emptorem, cum jam mota lite ut tertius comparet; nec emptori ab instantia resilire permittitur. Pet. D. de Faria Covar. Enoch.

Barb. sup. num. 104. Sed si venditor novandi animo præveniens ante litem motam causam suscipiat, ita ut emptor nequaquam vexari possit, ut fieri potest, Hermos. ubi proxime, Petr. Barbosa num. 109. emptor ejus interesse cessante, à iudicio repellitur ex proxime præmissis num. præcedenti.

Ad Num. 3.

9 Sententia adversus hæredem pronunciata de viribus testamenti contententem, legatariis, & fideicommissariis, etiam litis insciis præjudicat, l. 20. tit. 22. part. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 24. Tusch. lit. S, conclus. 174. nu. 25. Petr. Barbosa num. 170. Peregrin. de fideicommiss. art. 53. ex num. 40. Ursil. sup. decis. 396. num. 6. Villalob. comm. opin. lit. S, num. 74. Aug. Barbosa cum aliis in cap. Cum super, num. 25. de re judic. Salgad. nu. 312. Donel. lib. 27. cap. 1. Cujac. & Fab. in l. Si suspecta, de inoffic. testam. qui docent, transactionem hæredis legatariis non obesse: nec sententia in unum ex legatariis ex defectu testamenti aliis nocet, l. 1. de except. rei judic. Cujac. in l. Si servus plurium, ff. de legat. 1. Salgad. de reg. protect. p. 4. c. 8. num. 23.

Ibi: Idem erit in legatariis.

10 Legatarii ubi controvertitur cum hærede instituto super validitate testamenti, liti assistere pro suo interesse permittuntur, l. 7. tit. 23. part. 3. Tusch. lit. T, conclus. 83. num. 16. Cujac. in l. Si suspecta, de offic. testam. Ant. Fab. in ration. ibidem, Phanuc. tract. de inventar. part. 5. num. 35. Donell. commentar. lib. 28. cap. 6. Quod si legatarii non compareant in protectionem causæ, hæresque testamentum perfunctorie, vel per collusionem tuitus succubuerit, sententia non officiet legatariis, qui poterunt aut causam iterum agere, ut cum D. Covar. infra asseretur, num. 25. aut ab hærede, fraude probata, actione in factum relicta per testatorem judicialiter extorquere Cujac. ubi nuper.

Hæc verum habent, si intendatur nullitas testamenti ex defectu solemnitatis, sive falsitatis suspicione, aliave causa simili, quia legata perirent, hærede superato: non sic cum ob præteritionem, vel exhæredationem liberorum contra testamentum contenditur; nam etsi hæres superato evadat, legata præstantur, l. fin. tit. 8. part. 6. authent. Ex causa, C. de liber. præterit. ideo legatarii assistere liti nequibunt, cum sua nihil interfit, ex dictis sup. num. 7. ut observat Greg. Lop. in l. 20. gloss. 23. tit. 22. l. gloss. 2. tit. 23. part. 3.

Ad Num. 4.

12 Res inter alios iudicata regulariter tertio nec prodesse, nec officere solet, cap. Quamvis 25. de re judic. l. 20. tit. 22. part. 3. tit. C, res int. alios act. Greg. Lop. in d. l. 20. gloss. 2. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. ex n. 19. Alciat. in l. 2. num. 59. C. de edend. Tiraq. tractat. res int. al. act. ex num. 2. Menoch. de arbitr. casu 140. in prin. Merlin. de pignor.

M

gnor. lib. 5. q. 39. nu. 1. Cujac. in d. c. Quamvis, Fab. ration. ad l. Si superatus de pignor. Donel. lib. 27. cap. 1. Vivian. prax. jurispatron. lib. 11. cap. 9. num. 24. & alii plurimi, quos congerit, juribus adductis, axiom. 199. nu. 11. Aug. Barbof.

- 13 Aliquando contingit, ut sententia profit tertio cui nocere non posset, ut in crimine adulterii, l. 21. titul. 22. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 5. l. 9. titul. 17. p. 7. l. Denunciaste 17. §. fin. ad leg. Jul. de adulter. Tusch. litter. S, concl. 174. nu. 112. quod restringendum juxta legem Adulter. 19. §. Si eo tempore, ad l. Jul. de adult. & exponit Gregor. Lop. Alius est casus de agente ad servitutem fundo communi debitam, d. l. 21. Partit. At regulariter sententia quibus prodest, nocet, & è contrario. D. Covar. infr. num. 5. Tusch. num. 111. Vide Salgad. num. 350. Tiraq. nu. 59.
- 14 Res judicata inter alios, quanquam non omnino noceat tertio, præsumptionem in ipsum operatur. Tusch. num. 91. 94. 95. Tiraquel. sup. num. 55. Menoch. num. 5. Aug. Barbofa collect. ad cap. Cum super. num. 11. de re judic. Craveta tract. de antiquitat. tempor. part. 2. nu. 48. Otalor. de Nobilitat. gloss. 25. num. 8. Surd. de aliment. titul. 1. quæst. 126. num. 12. ubi quod assignatio alimentorum producit præsumptionem ad causam filiationis; etenim præsumitur pro sententia, & judice, quod jure processerit. Menoch. lib. 2. præsumpt. 67. per tot. Tusch. littera S, conclus. 176. num. 55.
- 15 Quam præsumptionem pariat res inter alios acta, quæritur: & triplex existit sententia. Qualemqualem, levemque conjecturam induci sentiunt quidam: alii semiplenam probationem: alii cum D. Covar. id judicantis arbitrio relinquunt, ut Menoch. d. cas. 140. nu. 6. Alciat. in d. l. 2. num. 64 & 65. quod usque ad semiplenam probationem extendi posse asseverant: at Craveta distinxit, ut in antiquis semiplenam probationem operetur, in recentioribus levem conjecturam. Tusch. supra conclus. 176. nu. 55. de quo Cancer. variar. p. 2. cap. 16. num. 53.
- 16 Quæ de sententia prænotata relinquuntur, ad probationes, & acta causæ inter alios agitata ante finitum judicium ampliari debent; nam & hæc præsumptionem operatur. Tusch. conclus. 176. num. 35. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 647. num. 4. Alciat. ubi proximè, Aug. Barbofa supra num. 10. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 301. ubi plures, pro arbitratorum laudo nulla est præsumptio. Tusch. num. 55.
- 17 Sententiæ inter alios latae præjudicium cessabit quoad alios, si in absentem proferatur, quia potius ob contumaciam, quam ex bono jure superantis processisse intelligitur. Tusch. sup. conclus. 174. num. 71. & 72. Cravet. num. 42. Menoch. libr. 2. præf. 70. nu. 1. 11. & per tot. D. Covar. infr. num. 5. vers. Hæc sanè ratio. Cancer. num. 115. quod limitatur, si ex probationibus, ac processu de justitia sententia constiterit. Menoch. cum aliis nu. 15. Hermos. cum aliis in 36. quæst. 6. num. 2. 8. titul. 5. p. 5. Tondut. quæst. Benefic. libro 1. cap. 37. num. 16.

Ad Num. 5.

Res inter quosdam judicata, sæpe aliis 18 prodesse, ac nocere solet, cum scilicet litigat legitimus contradictor, à quo jus cæterorum pendet, l. 20. titul. 22. p. 5. Molin. sup. d. disp. 647. nu. 2. Card. Tusch. lit. S, conclus. 174. per tot. August. Barbofa in cap. Cum super, num. 12. cum seqq. de re judic. Tiraq. tract. res int. ad act. à num. 5. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 1. num. 90. & in l. 40. Tauri, num. 73. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. ex num. 310. qui plures recentent casus. Donel. libro 27. cap. 1.

Ibi: Probat hanc conclusionem.

Sententia in filiationis causa cum parenti 19 pronunciata prodest, ac nocet omnibus ex linea & cognatione litigantium, etiam si nullam litis notitiam habuerint, d. l. 20. Partit. ubi Greg. Lop. gloss. 22. qui ampliat ad matrem, Tiraquel. num. 63. Tusch. num. 49. Mascard. de probat. conclus. 794. num. 1. Donel. libr. 27. cap. 1. Cancer. variar. p. 2. cap. 16. num. 48. Hæc, & similia, de quibus mox agendum, intelligi ita oportet, ut de causa in judicio ordinario tractetur, non si summarie ad aliquem effectum, velut ad alimentorum præstationem. Tusch. lit. S, concl. 174. num. 14. ubi de nobilitate: ad præsumptionem tamen proderit, de quo sup. nu. 14.

Ibi: Quod si lis acta non fuerit cum parte.

Licet sententia super filiatione non cum parente 20 agendo prolata aliis non profit, vel noceat; præsumptio tamen oritur ex illa secundum nota num. 14. observat ex Cotta Aug. Barbofa in collect. ad d. cap. Cum super, numero 24. Quod si quis pronuncietur civis Mediolanensis, ea sententia suffragabitur fratribus ex eodem parente.

Sententia lata in unum ex hæredibus, cæ 21 teris non infert præjudicium. Tusch. conclus. 174. num. 10. Molin. d. disp. 647. num. 2. Merlin. de pignor. libr. 5. q. 40. num. 2. Peregryn. de fideicom. art. 53. num. 40. Franch. decis. 523. num. 16. & decis. 524. num. 1. Ozalch. decis. 156. nu. 17. Salgad. d. cap. 8. num. 23. l. 20. tit. 22. part. 3. l. Si cum uno 22. de except. rei judic. Sed limitatur favore libertatis, ac in individuis, l. Judicatae 29. eod. tit. Tusch. num. 11. Nec scientia litis nocebit cohæredi. Donel. lib. 27. cap. 1.

Ibi: Quorum resolutio in hoc etiam tendit.

Quoad jus publicum attinet, velut in popularibus 22 actionibus, aut si controvertatur, an quis sit habilis ad munera Reipublicæ, vel astrictus ad contributionem, sententia cuncti de communitate, ac descendentes litigantis nocet, atque prodest. Tusch. sup. num. 1. Salgad. d. cap. 8. num. 323. Tiraquel. sup. nu. 62. Roch. de Curt. tract. de statut. faciend. sect. 8. num. 13. Aug. Barbofa ubi proximè, num. 14. & 29. Donel. sup.

Ibi:

Ibi: *Idem erit in causa.*

23 Ubi quis legitimè natus, vel spurius pronuntiatur, sententia jus facit quoad alios. Tiraquel. *tract. res int. al. act. num. 63.* Cancer. *suprà licèt aliud senserit Mascard. de probat. concl. 794. nu. 2.* Idem est in aliis causis, quæ personæ ad statum spectant, ut si quis filiusfamilias, Nobilis, aut Clericus in iudicio ordinario declaratur. Molin. *d. disp. 647. nu. 2.* Tiraquel. *num. 54.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 8. num. 3.*

Ibi: *Erit & hujusce conclusionis.*

24 Sententia circa statum pronunciata de libertate, vel ingenuitate, litigante legitimo, ac principali contradicte, quoad alios jus facit. Greg. Lop. *in l. 20. gloss. 3. titul. 22. part. 3.* Tusch. *d. conclus. 174. num. 14. & 50.* Aug. Barbosa recentis pluribus *in collect. ad cap. Cùm super, num. 18. de re judic. Donel. libro 27. cap. 1. in fin. Tondut. quæstion. Benef. libr. 1. c. 37. num. 15.* Cancer. *ubi proximè.*

Ibi: *Hæc sanè ratio.*

25 De his *sup. num. 17.* Præterea res inter alios iudicata ita demùm aliis nocere valet, si superatus bona fide pro viribus causæ incumbat; nam si collusio, aut malitia interveniat, eâ probatâ, iudicium iterum suscitabitur. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 647. num. 5.* Salgad. *de Reg. protect. part. 4. cap. 8. ex num. 332.* Surd. *de aliment. titul. 9. q. 42. num. 32.* Merlin. *sup. d. lib. 5. q. 39. num. 17.* Hermof. *in l. 32. gloss. 3. à num. 59. titul. 5. part. 5.* Scacc. *de re judic. gloss. 14. q. 12. num. 47. & 122. cum seqq.* Aug. Barbosa *in d. cap. Cùm super, num. 29.* Donel. *lib. 27. cap. 1. Canc. d. cap. 16. num. 118.* Idem erit si constet de defidia, & omissionè, et si fraus absit. Garc. *sup. d. gloss. 40. num. 9.* ubi plures, & alii ex præcitat. Similiter si sententia nulla per Principem confirmetur. Vant. *de nullit. tit. quis poss. dic. de nullit. num. 26.*

Verf. *Primùm etenim constat.*

Confulas laudatos *suprà num. 24.*

Verf. *Secundò apparet.*

26 Adde Greg. Lop. *in l. 20. gloss. 18. titul. 22. part. 3.* & limita ex *dict. l. & glossa*, ubi dominus, vel patronus conscius litis pendentis cum servo, vel liberto, tacuit, quoniam illi sententia nocebit, de quo *infra, num. 49. & 50.*

Verf. *Tertiò colligitur.*

Hujus distinctionis nullus ex iis, quos præmanibus habui, meminit sed promiscuè de libertate, ac ingenuitate differunt.

Verf. *Primùm etenim illud.*

27 De hujusmodi actionibus præjudicialibus agunt Pichard. Oynotomus, & alii Interpretes. *D. de Faria Covar. Enucl.*

tes in §. *Præjudiciales, Inst. de actionibus*: quare præjudiciales appellentur, latè examinat Rævard. *de præjudic. lib. 1. cap. 12. de forma libelli, Paz prax. tom. 3. cap. 3. §. 1. & 2.* Ut in his res iudicata jus faciat quoad omnes, sex requisita refert Vivian. *de jurepatr. lib. 11. cap. 9. num. 25.*

Verf. *Tertiò constat.*

Si reus, cui controversia status movetur, auctore non comparente se liberum, aut ingenuum liquidò probaverit, talis debet per iudicem pronuciari, quod & in cæteris causis observatur, *l. 9. tit. 22. p. 3. l. Properandum, §. Et si quidem, C. de judic.* quæ sententia quoad alios faciet jus, ex traditis *suprà num. 17. in fin.*

Verf. *Quartò, mihi jure verum.*

Sententia lata sub forma illa, *Servum Titii non videri*, de qua *in l. Divi, §. 1. de liber. caus. definitiva* censetur: ideo Glossa ibi, *verb. Videri*, & D. Covar. *hîc*, docent non licere victo iterum ita absolutum super statu vexare: quod liceret, si reus ab instantia absolveretur, *l. 9. titul. 22. p. 3. ex qua si absit actor, & terminus probatorius designetur*, utrinque nulla probatione facta, reus debet definitivè absolvi; alioqui ab observatione Judicii tantum, *d. §. Et si quidem*. Unde inferitur, quod *in d. l. Divi, §. 1.* vel terminus concessus est ad probandum, vel favore libertatis placuit quod definitivè reus absolveretur sub illis verbis, *Titii servum non videri*, ne in causa tanti præjudicii ab eodem iudicium repetatur: aliis verò ea sententia non nocet, sicut noceret si ingenuus declararetur; nam quoad omnes jus faceret, ut insinuat Consultus *ibi*: nec hæc res captionem ullam habet, & docent Glossa *ibidem*, & D. Covar. *hîc*, secundum tradita *sup. num. 24.* cum ingenuus pronuciari nemo possit, nisi de matre libera natus legitimis probationibus appareret, quo casu sententia in absentem prolata aliis nocere solet, de quo *sup. num. 17. in fin.*

Verf. *Quintò, colligitur ex prænotatis.*

Sententiam latam circa ætatem alicujus, vel luti cum declaratur major, vel minor, aut certæ ætatis ad aliquem actum requisitæ, jus quoad alios facere observat Tusch. *lit. S, conclus. 174. nu. 48. & 51.* Cancer. *variar. p. 2. cap. 16. nu. 17.* Etenim hoc statum personæ respicere videtur, in quo sententia aliis nocere, & officere solet: dixi *sup. nu. 16.*

Ad Num. 6.

Sententia in primogenii possessorem cunctis nocet ad illud vocatis, nec opus est ut citentur ad litem. Greg. Lop. *in l. 20. gloss. 4. titul. 22. p. 3.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 8. num. 4.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 647. num. 2.* Ant. Gom. *in l. 40. Tauri, num. 73.* Salgad. *de Reg. protectione. part. 4. cap. 8. num. 312.* Mier. *de majorat. part. 4. q. 14. à princip.* Pinel. *in l. 1. part. 3. nu. 43.* C. *de bon. matern.* Aug. Barbosa *collectan. ad cap.*

cap. *Cum super*, num. 13. de re judic. Suar. allegat. 27. num. 3. Parlador. *quodidian. lib. 2. cap. fin. part. 3. §. 9. num. 22.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. A, num. 49.* Cancer. *suprà num. 110.* Hoc fallit si litigans causam iniquè fraude, vel desidia tueatur; nam si de culpa possessoris constet, successor ad litem repetendam admittitur. Cald. Pereyra de *empt. cap. 31. num. 9.* Greg. Lop. Pat. Molin. Aug. Barbosa, & alii prælaudati, & est regulare, ut prænotatur *suprà num. 25.* Scientia litis non desideratur.

- 31 Poterit etiam vocatus adistere liti, etiam invito litigante majoratus possessore. Anton. Gom. d. num. 73. in fin. quod universaliter cuique tertio pro suo interesse permittitur. Garc. de *Nobilit. gloss. 40. num. 7.* & appellare, ut per Cancer. num. III. & II2.

Ibi: *Quorum ea est concors sententia.*

- 32 Sententia adversus hæredem, vel alium restituere gravatum præjudicium generat etiam infcio litis substituto. Greg. Lop. in l. 20. gloss. 4. tit. 22. p. 3. & in l. 10. gloss. 3. col. 2. ad fin. tit. 26. p. 4. Ant. Gom. ubi proximè, Tusch. lit. S, conclus. 174. nu. 21. Tiraquel. tractat. res int. alleg. act. num. 5. Salgad. ubi pronuper.

Ibi: *Hoc ipsum constat.*

- 33 Citatio fieri non debet, ut sententia noceat eis, ad quos causa principaliter non spectat, etsi per consequentiam detrimentum sustineant. Salgad. *sup. num. 310. & 311.* Tiraquel. tract. res int. al. act. num. 5. Paz *prax. tom. I. temp. 3. num. 39.* apud quos plurimi Cancer. *sup. num. 100.*

Ibi: *Igitur eisdem nocere debet sententia.*

Hoc regulariter, sed nonnunquam fallit, ut præmittitur *sup. num. 13.*

Verf. *Sunt verò qui censent.*

- 34 Quod vocatis ad majoratum sententia contra possidentem non noceat, nisi citentur, communem, ac tenendam opinionem inquit Villalob. *sup. lit. A, num. 50.* pro qua nonnullos laudat Cancer. num. 99. Sed opposita verior est, ac praxi recepta.

Ad Num. 7.

- 35 Cùm quis sciens non prohibet, ne alius de jure ipsius in judicio contendat, sibi præjudicat, illique sententia nocet ex tacito consensu. Salgad. *sup. d. cap. 8. num. 327.* Donel. *libr. 27. cap. I.* & quasi mandare intelligitur, l. *Semper qui non prohibet* 61. de reg. jur. cap. *Qui tacet* 43. eod. tit. in 6. Glossa verb. *Tacendo, in cap. Nonne* 5. de præsumpt. Aug. Barbosa *axiom. 217. num. I.* Nec dolo caret tacens hic, ut adversarius duplicem litigandi molestiam super eadem re, si vicerit, experiatur, bisque periculo litis se exponat, cujus eventus dubius, l. *Quod debetur* 52. de *pecul.*

Verf. *Sed in specie traditur exemplum.*

Utraque lectio, tam Pisana, quàm Florentina verum habet. Salgad. d. c. 8. num. 328. & 333. Merlin. de *pignor. lib. 5. quæst. 39. per tot.* & Florentinam ab omnibus receptam testatur Cujac. *observat. lib. 12. cap. 25.* quanquam D. Covar. eam rejiciat infrà, sub verf. *Cæterùm.* Donel. *lib. 27. cap. I.* Ut autem in re adeo lubrica, & inextricabili perspicuè differere valeam, plures casus distinguere oportet, Merlino duce.

Sit primus, cùm debitor jam judicio de re superato eam pignori tradit, tunc sententia præcedens creditori vel infcio oberit, l. 20. tit. 22. p. 3. l. *Si superatus* 3. §. I. de *pignor. l. Si mater* II. in fin. l. *Judicata* 29. de *except. rei judic.* & ibi Glossa verb. *Præcesserat*, Greg. Lop. in d. l. 20. gloss. 8. *Surd. decis. 256. num. 6.* Merlin. *sup. num. 2.* Ant. Fab. in *ration. ad l. Si superatus*, Scaccia de *re judic. gloss. 14. quæst. 12. num. 28.* Secundus, si pendente lite, res litigiosa detur in pignus: nam sententia in debitorem prolata nocebit creditori ignaro judicii. Ant. Faber *ubi proximè.*

Tertius, si jam pignore constituto, debitor de eo conventus superetur, res judicata inferet præjudicium creditori, modò litis conscius probetur, l. 20. tit. 22. p. 3. l. *Sæpe* 63. de *re judic.* juxta Pisanam litteram, D. Covar. infrà, verf. *Ex quibus apparet*; Greg. Lop. *ubi proximè*, Merlin. num. 4. Aug. Barbosa *collect. ad cap. Cùm super*, num. 20. de *re judic.* *Surd. ubi sup. Scacc. d. quæst. 12. num. 63. & 130.* Quartus, post obligatam rem debitor si egerit adversus tertium rei vindicatione: ac succumbat, quia reus legitimè probaverit dominium rei pignoratæ ad se pertinere, tunc quidem creditor sciens litem motam, ex sententia sentiet detrimentum. Merlin. cum aliis num. 6. Scacc. num. 18. cum seq. assentitur D. Covar. *ubi proximè.*

Quintus, si in eadem specie debitor à causa ceciderit, non ex bono jure rei, sed quia ipse defecit in probatione domini, unde reus meruit absolvi, sententia nullo modo adhuc scienti creditori officiet, d. l. *Si superatus, in princ. de pignor.* Merlin. cum aliis num. 7. Negusant. de *pignor. part. 6. memb. 3. num. 40.* Scacc. num. 24. Nec scientia litis exceptionem rei judicatæ producit in creditorem, qui diverso jure venit, nec tenetur probare dominium debitoris, sed quod pignus foret in illius bonis sub obligationis tempus, quod dominium bonitarium vocatur. Ant. Fab. in d. l. *Si superatus*, Merlin. num. 14. & 15. D. Covar. *hic, verf. Primum equidem.* De quo est lex 18. tit. 13. p. 5. ubi Greg. Lop. *fusè gloss. I.* qua aliud cavetur, nisi accipiatur de actione hypothecaria, & quod Faber docet de Salviano interdicto. Sic taciturnitas creditoris non operatur consensum in litem ad sui præjudicium, cùm sciat, adhuc superato debitore, jus pignoris illæsum persistere, l. *Sicut* 8. §. *Non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvit.*

Discri-

40 Discriminis ratio inter hunc casum, & proximum præcedentem in obscuro non est, etenim in illo cum probatur dominium tertii, jus creditoris penitus evanescit, qui contra hunc tertium verum dominum à debitorum causam non habentem, hypothecaria experiri prohibetur, cum in re aliena pignus consistere non possit, *l. 1. §. de pignor. l. 7. tit. 13. part. 5.* ubi Gregor. Lop. *gloss. 4.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 2. num. 1.* In secundo autem casu, etsi reus absolvatur, qui possidet ex defectu probationis dominii, non ideo dominus constituitur per sententiam, solumque exceptionem rei judicatæ consequitur in actorem, & alios, qui de ipsius dominio iterum contendere conentur: at creditor non rei vindicatione, sed Salviano interdicto juvatur, in quo, ut prænotatur, dominium debitoris probare opus non est, *d. l. Si superatus.*

41 D. Covarru. *hic num. 7. vers. Ex quibus apparet*, ab ultimo casu videtur dissentire, dum indistincte docuit, sententiam in debitorem, scienti creditori nocere, & interpretatur dictam legem *Si superatus*, in creditore litem ignorante. Hinc intellectus præterquam quod divinatorius apparet, rejicitur ex Consulti verbis, qui expressit decidendi rationem, scilicet quia diverso jure venit, & cum quis alia actione agit, quæ in judicium deducta non est, scientia non præjudicat, *l. 20. in princip. tit. 22. part. 3.* ubi Gregor. Lop. *gloss.* Merlin. *d. quest. 39. num. 14.*

42 Sextus casus juxta Florentinam litteram constituitur in creditore ad judicium pro pignore vocato, qui si sciente litem debitore, causam super dominio agens succubuerit, res judicata afficiet damno debitorem, *l. Sæpe 63. de re judicat.* prout habetur in Florentinis Pandectis. Tiraquel. *tract. res int. al. act. num. 56.* Scaccia *d. q. 12. num. 19.* Salgad. *d. cap. 8. num. 328.* Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 39. num. 8.* Gregor. Lop. *in d. l. 20. Partit. gloss. 8. ad fin.* Oppositum tenet Covarru. *hic, vers. Cæterum adversus.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. littera A, num. 57.*

43 Septimus, quando creditor agit in rei pignori datæ possessorem, & iste absolvitur, quoniam se dominum legitime comprobavit, sententia debitori litis non ignaro nocebit, *d. l. Sæpe* Merlin. *num. 9.* Negusant. *d. memb. 3. num. 42.* Scacc. *d. quest. 12. numer. 27.* Tiraq. *ubi proximè.* Similiter hæc resolutio est contra Covarru. Desiderant aliqui, ut videre licet apud Merlin. quod debitor nedum litem, sed etiam de dominio quæstionem agitari cognoscat, quod necesse non videtur; etenim ex quo sibi constat de judicio super pignore, invigilare debet, ac inquirere num de rei proprietate disceptetur, sibi que propriam desidiam imputet; nam jura vigilantibus subvenire consueverunt, *l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. creditor. cum aliis, quæ cumulat Barbosa axiom. 227.*

44 Octavus, quando creditor actoris partes sustinens in possessorem agit, & succumbit ex eo quod nequivit probare rem in bonis debitoris extitisse tempore contractæ obligationis, reo dominium non probante; tunc

siquidem debitor, etsi litis conscius, sententiæ minimè gravabitur. Negusant. *ubi proximè,* Merlin. *num. 13.* sentiunt D. Covarru. & Villalob. *ubi nuper.* Nonus & ultimus adjicitur de creditore hypothecario, qui rem obligatam non recipit; nam licet hic actoris personam gerens in tertium, cesserit quomodolibet, sententia tamen nullum debitori etiam scienti litem, afferet præjudicium. Idemque erit, si hic creditor agnoverit per debitorem causam de proprietate tractari, cui sententia utique non nocebit. D. Covarr. *hic vers. Ex quibus apparet,* Greg. Lop. *in l. 20. gloss. 8. tit. 22. p. 3.* Negusant. *sup. num. 39. vers. Tertio limita,* Merlin. *d. q. 39. nu. 16.*

Vers. Cæterum, ibi. Quam opinionem ipse veriore.

Videas supra tradita *num. 36.* Sed sustinendo cum communi lectionem Florentinam, satisfieri poterit rationibus in eam per D. Covarru. perpensis. Ad primam respondetur, quod debitor valet creditorem de dominio pignoris litigantem à judicio repellere, si eum indemnem quoad jus pignoris reddat, cum jam ipsius nihil intersit eventus judicii. Ad secundam, quod etsi ad creditorem principaliter attineat pignoris defensio respectu possessionis, & cautionis, Gregor. Lop. *d. gloss. 8. in fin.* tamen quoad dominii quæstionem debitori præcipue incumbit litis cura, qui majus detrimentum, nisi res auferatur, sentiet, cum & ad æs alienum astrictus maneat. Tertium non urget, cum Florentina lectio maximè recepta noscatur, ut præmissi *num. 36.* & ex hucusque traditis satis comprobatur.

Vers. Ex quibus apparet, ibi: Ea verò est intelligenda.

Adde notata jam *num. 44.* Pignus dicitur 46 à pugno & proprie accipitur pro re mobili, quæ creditori traditur cautionis causâ, *l. 1. tit. 13. p. 5. l. plebs 237. §. Pignus, de verb. signific.* ubi Alciat. Merlin. *de pignor. lib. 1. quest. 1. ex num. 1.* Sed verbum latè sumptum immobilia itidem comprehendit, quorum possessio in creditorem transit, *d. l. 1. Partit. Alciat. sup.* Merlin. *num. 6.* Differt ab hypotheca, etenim hæc vox usurpatur pro re obligata creditori mobili, quæ penes debitorem permanet: quoad actionem, ac juris effectus nulla inter pignus & hypothecam differentia dignoscitur, *l. Si rem alienam 9. §. Non tantum de pignor. action. l. Res hypothecæ 5. in fin. de pignor.* Merlin. *quest. 2. d. num. 3.* Anton. Fab. *in ration. ad l. Contrahitur 4. eod. tit.*

Ibi: Tandem in summa.

Tria simul existere opus est, ut res inter 47 alios judicata tertio nocere possit, litis scientiam, quod causæ defensio ad eum principaliter spectet, & quod idem jus, quod tertio competit, in judicium litigans deduxerit, *cap. penult. de re judic. lib. 20. tit. 22. p. 3. l. Si superatus 3. de pignor. l. Sæpe 63. de re judicat. l. Judicata 29. §. fin. de except. rei judic.*

judic. Merlin. sup. lib. 5. quæst. 39. nu. 14. 15. & quæst. 40. num. 6. Fab. ration. ad d. Si superatus, Donel. lib. 27. cap. I. Cancer. variar. part. 3. c. 27. nu. 553. & 554. videndus.

Ad Num. 8.

De intellectu capitis *Quamvis 25. de re judic. consulas Cujacium, & alios quos ibi congerit August. Barbosa in collectan.*

Verf. Superest nunc hinc adnotare.

- 48 Sententia adversus libertum prolata in causa status, patrono litis conficio infert præjudicium. Gregor. Lop. in l. 20. gloss. 20. tit. 22. p. 3. Donel. lib. 27. cap. I. ad fin. Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. A, num. 52. Videas num. seqq.*

Ad Num. 9.

- 49 Possit hic triplex casus distingui. Primus, si servus Titii, qui pro libero gerebatur, litiget cum alio, qui se dominum illius asseverat; tuncque sententia Titio scienti nocet, *d. l. 20. Part.* quia illi principaliter causæ tuitio incumbet, cum de dominio proprii servi ageretur. Secundus, cum liberto Caji controversia movetur ab actore intendente se patronum pronunciari, de quo idem juris est, *d. l. 20. ubi Gregor. Lop. gloss. 20. def. nio* etenim ad Cajum principaliter attingebat; liberti enim parum, aut nihil interest, hunc vel illum patronum agnoscere. Et hæc in status judicio specialiter procedunt, nam in aliis causis aliter in dictæ legis regie initio deciditur; ideo traditur, in controversia status sententiam aliis prodesse, vel officere, ut prænotavi *sup. nu. 24.*

- 50 Tertius, quando, Sempronii libertum in servitutem revocari per alium intenditur, sententia adhuc conficio patrono minimè nocet, quoniam causæ, & libertatis defensio præcipuè ad libertum pertinebat, de cuius majori præjudicio dilceptabatur, *l. Principaliter 19. C. de liber. caus. cui conveniunt rationes, quas D. Covar. expendit, nec casus iste lege regia deciditur, ut ex contextu patet.*

Ibi: Sententia lata contra subditum.

- 51 Cujus distinctionis meminit Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. A, num. 13. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 38. num. 33. Barbosa collect. cap. Cum super, num. 27. de re judic.* Sed præfata lex regia indistinctè decidit, ut sententia in subditum noceat superiori, & in serie totius textus sermo habetur de præjudicio quoad proprietatem, & sentit ita Gregor. Lop. *d. gloss. 20.*

Verf. Ceterum, quod domino.

- 52 De interpretatione capitis *Cum super 17. de re judic.* videndus Cujac. *ibi Aug. Barbosa in collect. qui plures refert. Placet quidem D. Covar. existimatio, quod Ovetensis Episcopus minimè possidebit: & illa clausula, Ne fiat ei præjudicium circa possessionem, ita accipi de-*

bet, ut Auriensis Antistes non mittatur in possessionem, ne ex ea Ovetensi inferatur incommodum, etiam non possidenti, propter commodum possessionis; nam si ipse actoris partes sustinens, de proprietate non probaret, Auriensis absolveretur, etsi de jure suo non doceret, *l. 28. tit. 2. p. 3. Retinenda, verf. Commodum, Inst. de Interdict.* Etque verosimile, quod si Ovetensis possideret, cum eo causa discuteretur, aut idem in se iudicium multò susciperet.

Est observandum, in eo textu nullam fieri ⁵³ de litis scientia mentionem ante sententiam, ideo Ovetensi Episcopo sententia non nocet, nec quoad proprietatem, nec quoad possessionem, quam ille non habebat: sed quia non appellavit, sententia executioni mandatur adversus victum monasterium, quoad nulli subiacebat: nec sententia sufficit, quæ omnino probari debuit ex parte Auriensis Præfulis, *cap. Præsumitur ignorantia 47. de reg. jur. in 6. ubi August. Barbosa cum pluribus, Menoch. lib. 4. præf. 116. nu. 35. Tusch. lit. S, concl. 176. num. 74.*

Verf. Sæpe constitutum est.

Litteram hujus textus mendis scaturientem veræ lectioni restituit Cujac. *observat. lib. 12. cap. 25. de quo etiam Donel. lib. 27. cap. I.*

Verf. Hinc denique constat.

Utilis est citatio eorum, quorum interest, ⁵⁴ ut sententia eis inter alios pronunciata nocere valeat absque scientia litis probatione. Tusch. *lit. S, conclus. 176. à princip.* An sententia exequi possit in tertium, qui possidet, citatione præcedente, latè tradit Gregor. Lop. *in l. 20. gloss. 2. tit. 22. p. 4.*

Ibi: Mihi verò is non placet.

Possit tamen Castrensis, & Alexandri opi- ⁵⁵ nio sustineri quibusdam concurrentibus circumstantiis. Prima, citationem fieri ad petitionem litigantis contra hæredem. Secunda, quod nulla interveniat collusio. Tertia, legatariis constituisse de fraude, vel desidia hæredis. Quarta, quod ea notitia ad eos pervenerit tempore opportuno, ut possent causam plene tutari; nihil enim imputari potest victori, qui legatarios citari studuit, ut causæ adfuerent: imò ipsis, qui fraudulentò, aut decisio hæredi litem agitandam deseruerunt argumento *§. Præterea, Institut. quib. mod. re contr. oblig.* Nec legatariis via præcluditur, ut jus suum persequantur, vel interposita appellatione, *l. Si perlusorio 14. de appellat. vel adversus hæredem agendo, ut dixi sup. num. 10.*

His adjiciendum duxi, in hoc tractatu ⁵⁶ duplicem regulam vulgò constitui, nempe sententiam inter alios latam illis nocere, quibus prodesset contraria: rursus eis prodesse, quibus noceret, D. Covar. *sup. numero 6. & dixi numer. 13.* Prior quidem perpetuò est vera; posterior non utiq̃de, ac præter notata *eod. numero 13.* animadvertere oportet, quod

quod quotiescunque res inter alios iudicata solum tertio scienti litem officit, ipsi ignorant prodest sententia; quem non læderet. Sic si libertus Lucii conveniatur à Sejo, qui se ejus patronum asserit, inscioque Lucio sententia proferatur pro Sejo, nullum illi præjudicium generatur; sed si libertus favorem sententiam reportaverit, se ea Lucius tuebitur, si Sejus de jurepatronatus cum ipso contendere tentet. Similiter de creditore litigante super pignore dicendum, & aliis, de quibus in l. 20. tit. 22. p. 3. l. Sæpe 63. de re judic. Alius reperitur casus, quo sententia prodest favorabilis, cui contraria non officeret, in l. 21. tit. 23. p. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. 2. & 3. de quo consulas Salgad. ac Tiraquel. laudatos sup. num. 13.

Præterea si feratur sententia, quâ aliquis actus, veluti testamentum, nullus pronuncietur, quoad omnes jus facit, modo legitimo contradictore lis discutatur. Tusch. lit. S, concl. 176. num. 51. Cancer. variar. part. 3. cap. 17. num. 401.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia in beneficii possessorem ex defectu juris conferendi nocet ei qui contulit, scienti litem agitari quoad quasi possessionem duntaxat.
- 2 Idem juris est de electoribus, ac patronis.
- 3 Objicitur opinio contraria, & exponitur caput Cum olim, de caus. possess. & propter. & num. seqq.
- 8 Quasi possessio juris præsentandi, eligendi atque conferendi per unicuique actum cum effectu acquiritur.
- 9 Præsentatus à possessore jurispatronatus præfertur per verum patronum.
- 10 Sententia in patronum, collatorem, aut electores lata utrum præjudicium inferat Beneficii possessori, & num. seqq.
- 14 Minor, & alii similiter privilegiari ad iudicium venientes, ut litigantem foveant, poterunt testes producere post publicationem, impetrata in integrum restitutione.
- 15 Intra quantum temporis id beneficium de jure regio liceat postulare.
- 16 De comparente in iudicio seu principali ad utriusque litigantis exclusionem, qui fusc egerint.
- 17 Hinc non tenetur instantiam ceptam prosequi, sed novam potest instruere.
- 18 Utrum iudex, comparente ejusmodi tertio ut principali, debeat supersedere in priore iudicio, donec posterius perficiatur, sententiamque pronunciet.
- 19 Si iudex in priore instantia procedens damnet conventum ad rei restitutionem, quomodo huic consultare, ne iterum vexetur.
- 20 Quid si post rem iudicatam tertius ut principalis supervenit ad litigandum.
- 21 Tertio patienti, ut alius de jure illius in iudicio contendat, quando sententia noceat.
- 22 Quoties duobus insolidum jus aliquod competit, si unus illud in iudicio deducens, superetur, alteri sententia præjudicium parit.

CAPUT XIV.

Ad Num. 1.

Sententia lata ex defectu juris conferendi adversus beneficii possessorem nocet liti conscio collatori quoad possessionem duntaxat. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. nu. 329. Aug. Barbosa collect. cap. Cum olim, nu. 4. de caus. possess. & propriet. qui alios referunt. Villalob. Erar. commun. opinion. lit. A, num. 54.

Ibi: Idem sit dicendum contra electum.

Præfata conclusio similiter procedit in præsentato, vel electo superato. Salgad. nu. 330. & 331. Vivian. prax. jurispatr. lib. II. cap. 9. num. 21. Mieres de majorat. part. 3. quest. 15. nu. 11. Villalob. ubi proximè, Barbosa collect. cap. Cupientes, num. 31. de elect. in 6.

Ibi: Quam rationem aded falsam esse.

Contra communem D. Covar. nititur probare, nec circa possessionem præjudicium inferri collatori patrono, aut electoribus ex sententia institutum, electum, vel præsentatum, quoad jus illis competens, quanquam de illo litem motam agnoscant: quod referunt Barbosa collect. d. cap. Cum olim, num. 4. Villalob. ubi proximè, Salgad. num. 333. ubi quod noster Præses communem impugnat, sed non meminit Scaccie de appellat. quest. 17. limit. 6. memb. 4. num. 57. vers. Quamvis, qui etiam à communi recessit. Et quidem infirmari non licet, quin in d. cap. Cum olim. sententia quoad possessionem nocuerit Canonicis, cum jus proprietatis reservetur eisdem; alioqui si sententia in eos nullum operaretur effectum, frustranea existeret reservatio; sat enim foret exprimere absolute, Res inter alios acta aliis non nocet, quo prorsus Canonicorum jus relinqueretur illatum, ut cum Episcopo possent etiam de possessione litigare.

Ad Num. 2.

Pro intellectu dicti capituli Cum olim, supponere oportet, quod Canonici petitorio egerunt adversus Archidiaconum intendentes ad se jus conferendæ illius dignitatis pertinere: ipse verò, ommissa proprietatis quæstione, Episcopum in quasi possessione conferendi extitisse apertissimis docuit probationibus, ut in textu refertur, ideo pro decisum est; nam hoc sufficit possidenti, etiamsi quoad proprietatem Canonici intentionem suam liquidò probaverint. Barbosa cum pluribus in collect. ibi, num. 3. manente causa super proprietate indecisa: nec acta cum Archidiacono quoad jus conferendi officere valuerunt Episcopo, vel liti non ignaro; quoniam Archidiaconus illud non tuebatur; nec ipso se juvavit, sed tantum possessione conferendi: quapropter obtinuit, jure proprietatis Canonicis reservato: de quo pronunciatum non est, ac dictum quod res inter alios acta aliis non nocet. Quoad possessionem autem sicut Canonicis

nocuit, ita & Episcopo noceret, si in Archidiaconum sententia ferretur, cum regulare sit, ut illis noceat quibus prodest, & è converso, sicut prænotatur supra, cap. prox. nu. 23. cui subscribent quotquot communem opinionem sustinent laudati sup. num. 1.

5 Nec urget objectio D. Covar. quæ nititur iis, quæ ipse tradidit sup. cap. proximo, nu. 7. vers. *Ceterum adversus*, de debitore sciente super dominio pignoris per creditorem litigari: quo argumento utuntur communis sectatores, ut advertit Salgad. sup. num. 333. nam sicut ibidem præmissi, receptius, ac verius censetur, quod debitori præjudicat sententia in creditorem prolata; & quanquam ad possessionem Archidiaconum defensio suæ dignitatis principaliter spectet, æquè ad Episcopum attingebat suam tutari conferendi possessionem, ut in futurum vacante dignitate, eam posset conferre.

6 Unde non immeritò quæri posset, si Archidiaconus non allegaret Episcopi possessionem, sed jus conferendi quoad proprietatem, & super ea pronunciaretur, an sententia Episcopo noceret, aut prodesset qui de jure suo litem non ignoravit? Qui sanè casus nequaquam definitur per Pontificem in d. cap. *Cum olim*, ubi super proprietate nihil decisum apparet, nec ex illo communis probatur, quæ præjudicium circa proprietatem non admittit, ut dixi nu. 1. & 2. cum sententia nulla intercesserit quoad ejus conferendi, sed quoad possessionem tantummodo.

7 Pro affirmativa urget exemplum debitoris scientis quæstionem de dominio cum creditore haberi: nec mihi liquet differentię ratio inter possessionem, ac proprietatem, ut in illa noceat tertio sententia, quæ in hac non noceret: nec satisfiet si respondeatur, majoris esse præjudicii in proprietatis controversia; quia in hoc tractatu id non attendi solet, nec possessio parum interest, cum hæc satis sit ad beneficiorum collationem, seu præsentationem, sicuti ex dicendis apparebit, & obiter insinuavi. Hæc expendere libuit, ut aliis cogitandi ansam exhiberem, nec contra communem, ac venerandum doctrinã Præsidem eximium quicquam statuam.

Verf. *Tertium imò.*

Hæc adverfantur communi resolutioni, ac nuper traditis.

Ibi: *Acquiritur enim quasi possessio.*

8 Quasi possessio eligendi, conferendi, aut præsentandi in provisione Beneficiorum quæritur unico actu, qui ad effectum omninò pervenit, Vivian. sup. lib. 5. cap. 4. num. 29. D. Covarr. reg. possessor. part. 2. princ. numero 6. Barbosa collect. cap. consultationibus, num. 6. de jurepatr. Gratian. disceptat. cap. 577. num. 22. Nicol. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 5. num. 56. Mascard. de probat. concl. 173. numero 8. Joan. Garc. de expens. cap. 9. numero 47. ac plures alii apud Barbosam & Vivian. Præter possessionem plura alia desiderantur, ut patronatus jure quis uti possit præsentans ad beneficium, quæ memorat Vivian.

ex num. 30. Gratian. d. cap. 577. per tot. Barbosa collect. cap. Quærelam. num. 14. cum seqq. de election.

Ibi: *Potissimum, quod præsentatus ab eo.*

Si concurrat præsentatus à possessore jurif- patronatus cum præsentato per verum patronum, interim dum causa super proprietate non deciditur, ille præfertur, instituique debet. Vivian. dict. cap. 4. num. 20. latè agens ex num. 10. Valer. Reginald. prax. fori penitent. lib. 30. tract. 3. nu. 344. Gutier. Practicar. lib. 3. cap. 42. ex num. 40. Barbosa cum aliis collect. cap. Consultationibus, num. 3. de jurepatr. Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 10. num. 3.

Verf. *Nunc verò maximè.*

Sententia in electores, patronum, vel col- latorem non nocet etiam conscio litis electo, præsentato, vel instituto, ut à Beneficio removeatur. Tusch. lit. S, conclus. 176. nu. 49. Aliud tenent Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 332. ubi alii, Vivian. sup. lib. II. cap. 9. nu. 21. Villalob. in Ærar. comm. opin. lit. A, num. 54.

Sed subsistere oportet, nam sententia super proprietate lata in patronum, & similes Beneficii possessori non præjudicat, nec excludi poterit, si legitimè sit præsentatus à possidente jus patronatus; cum præsentatio fructus juris ejus censeatur, qui, maximè consumpti, bonæ fidei possessori cedunt, l. 9. tit. 15. part. ubi Gregor. Lop. gloss. fin. Barbosa cum aliis collect. cap. *Cum olim*, numero 3. de caus. possess. & cap. Consultationibus, de jurepatr. ubi latè, Gutier. sup. Gratian. dict. cap. 577. num. 9. de quo casu controversia non est.

Quoties verò lis movetur contra patronum, & alios, quia præsentare nequibat ex defectu possessionis, bonæ fidei, vel ex alio juris impedimento, tunc quidem probata actoris intentione, Clericus à Beneficio repellitur. Gregor. Lop. in dict. l. 9. gloss. 8. Gratian. ubi proximè, Barbosa d. cap. Consultationibus, in fin. Menoch. conf. 80. num. 116. quicquid scripserit contra Vivian. lib. 5. cap. 4. num. 3. 4. Hac igitur in specie locum habet conclusio tradita num. 10. & cum communi tenendum, quod sententia noceat beneficio litis pendens cum collatore, aut patrono conscio, instar creditoris, qui patitur debitorem super pignore, juxta legem 20. tit. 22. part. 1. legem Sape 63. de re judic. Etenim sicut ad creditorem principaliter spectat tueri pignus, sic ad beneficiarium defensio Beneficii; & dum patitur de jure suo per patronum, vel collatorem in judicio agere, sit locus regulæ præfatorum jurum, ut scientibus noceat res inter alios judicata, ut sentiunt laudati sup. num. 10.

Hæc veniunt limitanda quoties alicui ratione dignitatis, vel muneris publici collatio, vel præsentatio competit; nam etsi hic cum verè non existeret Episcopus, aut Magistratus, mala fide præsentet, vel conferat,

ac de usurpata dignitate convincatur; non ideo tamen privari debent Clerici beneficiis, quæ per illos obtinere, nam propter communem errorem utilitatis publicæ causâ cuncta de jure sustinentur, l. Barbarius 3. de offic. Prætor. & quæ ibi notantur; Aug. Barbosa in d. cap. Consultationibus, numero 2. vers. Non obstat, Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 22. num. 59. de Jure Regio extat lex 4. tit. 4. part. 3. lex 8. tit. 9. lib. 4. Recop.

Ad Num. 3.

- 14 Minor, aut quisque similiter privilegiatus accedens, ut liti pendenti inter alios pro suo interesse adsistat, etiam post publicatas attestations testes producere permittitur, impetrata in integrum restitutione. Petr. Barbosa in l. Venditor, num. 125. & 172. de judic. Caballin. de eviction. §. 2. num. 123. Cabed. decis. 97. in fin. part. 2. Cald. Pereyra de emp. cap. 31. numero 81. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. 11. num. 5. Ursill. ad Affl. decis. 15. numero 1. Hermos. in l. 33. gloss. 3. num. 10. tit. 5. part. 5. Otor. de Nobilit. part. 2. part. 3. princip. cap. 9. numer. 1. Mier. de majorat. part. 4. q. 14. num. 18. Giurba decis. 1. num. 45. Gutier. Practicar. lib. 1. q. 66. vers. Sed nihilominus, Cancer. variar. p. 2. cap. 16. numero 12. etli contrâ opinetur Azeved. in l. 3. num. 16. tit. 8. lib. 4. Recopil. & Affl. decis. 15. in fin. in judicis arbitrio relinquat.

Ibi: Et fortassis hæc restitutio erit petenda.

- 15 Ejusmodi restitutio de Jure Regio postulari debet intrâ quindecim dies à quo publicatio facta est, ut cum D. Covar. censet Gutier. sup. num. 3. sed aliud in praxi receptum testatur Otorora, cui accedit Parlador. qui dissensus conciliari fortè possit ita, ut prior sententia procedat cum minor, elapso restitutionis termino, comparet, cum antea litis pendentis notitiam habuerit: posterior si cum primùm agnovit de suo præjudicio tractari, ad defensionem profiliit; nam tempus hoc lege præscriptum est minoribus, qui litigant, & sic scientibus, ut jure, & privilegio suo gaudere, ac potiri valeant, quibus propriam negligentiam nocere oportet: in tertio autem ignaro nihil est, quod eidem imputetur, & in hoc versari potest judicantis arbitrium, ut Affl. videtur ubi proximè.

Ibi: An tertius defensor, cui vel ignorant.

De hoc statim subjicitur exemplum de principali comparente in judicio, ut jus litigantis foveat, & tueatur, num. 17.

Vers. Hactenus de tertio.

- 16 De perveniente ad judicium inter alios cœptum, ut principali utrumque litigantem exclusuro, latè cum pluribus Salgad. de retent. Bullar. p. 2. cap. 13. à num. 3. Castill. controvers. tom. 2. cap. 9. num. 1. Cancer. Variar. lib. 3. cap. 16. numero 7. Fachin. controversiar. libro 1. cap. 5.

D. de Faria Covar. Enucl.

Ibi: Et tunc non tenetur hæc tertius.

Tertius ille ut principalis ad judicium accedens, non cogitur causam in statu, quo reperitur, allumere; sed denuò de jure suo docere poterit, nec acta inter alios ipsi nocebunt. Cancer. sup. d. cap. 16. num. 7. Hermos. in l. 36. gloss. 6. num. 13. tit. 5. p. 5. Cur. Philipp. part. 2. §. 26. num. 12. Salgad. cum aliis cap. 13. num. 3. præter laudatos sup. hoc cap. num. 1. Quod si hic tertius elegerit alterutrius contendentis adsistere causæ, ommissa facultate principaliter litigandi, astringetur litem in statu, quo existit, suscipere, sicut quisque alius, qui jus alienum pro suo interesse tuetur. Salgad. num. 62.

Ad Num. 4.

Controvertitur utrum si tertius ad exclusionem utriusque litigantis superveniat, judex superfedere debeat in pendenti causa, donec recentior mota definiatur. Affirmat Castill. ubi proximè, vers. Constituo, Ursill. ad Affl. decis. 235. num. 3. & alii apud Salgad. numero 12. ac Giurba decis. 1. num. 33. Negant plerique cum Præfule nostro, ut Salgad. num. 13. cum seqq. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. 1. resol. 16. numer. 6. Ant. Fab. ration. ad l. Is à quo 57. de rei vindic. Cancer. ubi proximè, vers. Secus tamen, Fachin. controvers. libro 1. cap. 5. Giurb. d. decis. 1. Marescot. variar. lib. 2. cap. 121. numer. 3. Hermos. ubi nuper, Barbosa collect. cap. Cum super, numer. 4. de re judic. Dueñas regul. 274. Greg. Lop. in l. 6. gloss. 2. tit. 10. p. 3. & alii quos refert Salgad. sup. numer. 18. & de Reg. præsecl. part. 4. cap. 8. num. 67.

Quoties autem sententia in priori judicio fertur, reusque damnatur ut rem actori reddat, pendente lite cum tertio principaliter, victo consulitur præstita per victorem cautione de indemnitate, si tertius victoriam reportaverit, l. Is à quo 57. de rei vindic. l. penult. ff. de petit. hæredit. l. 6. tit. 10. p. 3. ex qua deducitur, victorem nedum teneri rem restituere, si victus per tertium iterum superetur, sed etiam causam, ipsumque litigantem defendere, ibi: Que le defienda del otro: nec immeritò, absurdum enim videtur, ut superatus propriis sumptibus, ac molestiâ litiget, cum jam sua nihil intersit victoria. Observant Salgad. num. 11. Cancer. num. 75. Ant. Fab. & alii ex prælaudatis proximo.

Sed si post sententiam, quæ in rem judicatum transivit, tertius compareat, victorem ad cavendum judex non coget; tutius tamen operabitur, & rectè: si cautio ut præstetur præcipiat. Cancer. num. 76. & 77. Quid juris si omittatur cautio, cum præitari opus sit? Consultas Fabrum ubi pronuper.

Non semel prænotavi, tertio nocere sententiam inter alios prolatam, cui principaliter causæ incumbit defensio: sed ita est accipiendum, si litigans proprio nomine contendat, aut ex mandato tertii, sive eodem præsentente de jure suo controversi: at si litigator nomine tertii absque ipsius mandato, aut præsentia

N condemna-

condemnatoria nullum pariet tertio huic præjudicium. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 8. num. 273. Cancer. variar. part. 2. cap. 16. numero 51.

- 22 Præterea quamquam sententia non præjudicet illis, qui æqualiter, ac independenter jus obtinent, velut si superetur hæres, aut legatarius; nam cohæredi, vel collegatario sententia non officit, ut præmissum relinquatur: id tamen fallit quoties duobus, pluribusve jus in solidum competit; etenim si qui prior jus in iudicium deduxit, superetur, alius agere prohibetur, nisi provocationis utatur auxilio. Sic contingit in duobus reis credendis, & in collegatariis re conjunctis. Salgad. d. cap. 8. ex num. 353. ac in duobus reis debendis, l. 20. titul. 22. p. 3.

S U M M A R I U M.

- 1 A sententia inter alios prolata tertio, cujus interest, licet appellare.
- 2 Non admittitur sic appellans, nisi sua interesse probaverit.
- 3 Ob alenum interesse tertius non auditur, si appellet: quod limitatur.
- 4 Appellans quando teneatur causas exprimere.
- 5 Fatalia appellationis à quo die computentur.
- 6 Quid quoad tertium appellantem pro suo interesse, & num. seqq.
- 9 Utrum sententia per injuriam in hæredem lata noceat legatariis?
- 10 Tertius superveniens potest appellare antequam principalis.
- 11 Etsi tertius prior appellet, si deinceps principalis provocet, hic talis liti intererit, cui ille adstare non prohibetur.
- 12 Si tertio solo provocante, sententiam revocari contingat, non profit principali.
- 13 Litigans superatus nullo modo obviare potest ne tertius, cujus interest, appellet, suspensa sententiæ executione.
- 14 Tertius nequit adversus tres sententias conformes appellare: quod declaratur numero 49. & 50.
- 15 Legatarii an possint provocare à sententia in hæredem prolata postquam fatalia præterierint.
- 16 Venditor num valeat appellare à sententia in emptorem pronunciata, quando huic non licet? & num. seqq.
- 19 Venditor, & alius quisque tertius utrum audiatur appellans post sententiæ executionem in principalem? & num. 20.
- 21 Minor an restitui possit, ut à tribus sententiis conformibus appellet?
- 23 Restituitur ut appellet post terminum appellationi præfixum, à sententia lata in eum, cui ipse vendidit.
- 24 Clausula, Appellatione remota, an comprehendat tertium pro suo interesse provocantem? & num. 34. cum seqq.
- 25 Servus ad Ordines sacros promotus, sciente, ac non refragante domino, libertatem acquiritur abique juris patronatus gravamine.
- 26 Collatio Beneficii juris patronatus quando sine assensu patroni justineatur, & num. 33.

27 De interpretatione clausulæ, Remota appellatione, ac de intellectu capit. Super eo, de offic. deleg. remissivè.

28 Tacens an consentire censeatur? & num. seqq.

30 Sententiæ de nullitate semper opponi potest, etsi non appelletur ab illa, cum ex defectu jurisdictionis procedit.

36 Clausula, Appellatione remota, ita restringi debet, ut tertium provocantem non rejiciat, cujus appellatoni iudex inferior deferre tenetur, & num. 37.

38 Non obistente clausula, Appellatione remota, provocare licebit quoties delegatus fines mandati transgreditur.

39 Res efficitur litigiosa, vel per litis contestationem, vel per citationem.

40 Res non fit litigiosa per actionem hypothecariam, agente creditore.

41 Rei litigiosæ alienatio jure non subsistit.

42 Sententia in venditorem rei litigiosæ exequitur contra emptorem etiam litigii ignarum.

43 Quamquam res litigiosa non sit, cum in fraudem iudicii quod pendet alienatur, sententia in alienantem lata exequitur contra possessorem litis conscium.

44 Expenditur exemplum de vendente rem petitam post citationem priusquam litem contestetur.

45 Adjicitur aliud de debitore alienante rem obligatam, dum creditor agit hypothecaria.

46 Tertius possessor contra quem exequitur sententia inter alios pronunciata, ab ea poterit appellare intra tempus, quo principalis superatus audiretur.

His quibus sententia inter alios prolata non nocet, nisi litis conscius, permittitur appellare infra legitimum tempus, à quo notitiam perceperint, ibidem.

47 Sententibus quando noceat res inter alios iudicata.

48 Nec quoad devolutivum effectum tertio appellans auditur.

49 Tertius, cujus interest provocare potest, etsi principalis prohibetur.

51 Quando tres sententiæ conformes censeantur, ne liceat appellare.

52 Contra tres sententias conformes non suspensa executione, de nullitate dicere licet, sed non appellare, & quare.

53 Tertio opponente nullitatem adversus tres conformes sententias, an executio differatur?

54 Tertius, omissa appellatione, de nullitate dicere valet.

Cui appellatio prohibetur, potest dicere de nullitate, ibidem.

55 Tertius de nullitate agens si succubuerit, per appellationem auditur intra legitimum tempus, quod non labitur causâ nullitatis pendente.

C A P U T X V.

Ad Num. I.

A Sententia inter alios lata tertio, cujus interest, provocare permittitur. Gregor. Lop. in l. 4. gloss. 2. titul. 23. part. 3. Salgad. de retentione Bullar. p. 2. cap. 13. numero 68. Pichard. manud. ad prax. part. 4. §.

4. §. 1. numero 2. & 9. *Cancer. variar. part. 1. cap. 17. numero 57. & part. 2. cap. 16. d. numero 54. Marefcot. variar. libro 1. cap. 14. num. 20. Azeved. in l. 3. num. 19. tit. 8. lib. 5. Recop. Lancellot. de attentat. cap. 12. ampliat. 14. à princip. Vantius de nullit. titul. quis poss. dic. de nullit. numero 26. Cujac. in l. Si suspectu, de inoffic. testam. Scaccia de appellat. q. 5. num. 71. & alii apud Aug. Barbof. collect. cap. Super eo, num. 6. de offic. delegat. Sufficitque qualequale præjudicium, veluti quod provenit ex sententia in alium, quando tertio non nocet, de quo *suprà* cap. 13. numero 14. notant Tiraq. tract. Res ins. alios act. num. 55. Scacc. num. 73. & num. 73. limitat si sola spe nitatur tertius.*

2. Ut autem tertius admittatur appellans, causam exprimere debet, propter quam sua interest ne sententia transeat in rem judicatam, quam summarie, saltem semiplene, probare constringitur. Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de judic. resol. 16. numero 12. Salgad. de Reg. prosect. part. 4. cap. 8. num. 158. Lancell. sup. numer. 24. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. T, numer. 23. Petr. Greg. Syntagm. lib. 50. cap. 2. numer. 39. Barbosa collect. cap. Romana, numero 15. de appellat. in 6. Scacc. sup. q. 17. lim. 6. memb. 4. ex numer. 106. & numero 108. vers. Declara, ampliat quoad effectum devolutivum tantum. Licet autem causa libello non inseratur, appellatio subsistit, modo intra tempora appellantis præscripta coram iudice à quo exprimitur. Marant. *de ordin. judic. part. 6. art. 2. numer. 154. vers. Unum tamen scias.**

3. Nulli licet ob alienum interesse ad refugium appellationis convolare. Petr. Gregor. *ubi proximè*, Guid. de Zozaria tract. *de ordin. judic. tit. quand. appell. fit, num. 117. Humanitatis tamen intuitu cuique patet aditus ad provocandum pro reis ad supplicium damnatis, etiam renitentibus ipsis, l. Addictos 7. C. de Episcop. audient. l. Addictos 29. C. de appellat. l. Non tantum 6. ff. eod. l. 6. tit. 23. part. 3. Glossa verbo Humanitatis, in d. l. Non tantum, Petr. Greg. *sup. libr. 31. cap. 38. numero 7. Pichard. d. §. 1. num. 3. ubi limitat, quin servus nequit pro damnato appellare. Guazzin. de defens. reor. def. 36. cap. 2. num. 1. 2. potest dici interesse extranei appellantis versari; nam species lucri est beneficii consequi debitorem, l. Pignore 56. §. 1. ff. de furt.**

4. Regula est, ut appellans à definitiva non teneatur causam exprimere: idem est si vim definitivæ interloquutoria sententia obtinuerit, alioqui provocatio ab interloquutoria causæ expressionem desiderat. Marant. *sup. num. 153. & 175. Paz Prax. tom. 1. part. 6. proem. numero 34. & 35. Pichard. dict. part. 4. §. 11. numero 3. & 10. ubi distinguit, ac rationem reddit.*

Ad Num. 2.

5. De iure communi controversitur, an appellationis legitimum tempus à die latæ sententiæ, vel à quo appellaturus notitiam habuerit, computetur; Haud pauci à sententiæ pronuntiatione computandum existimant, ut videre licet apud Guazzin. *d. defens. 36. cap. 1. d. princip. Scacc. q. 12. ex numero 1. & num. 49. quibus D. de Faria Covar. Euucl.*

favet expressum lex 22. tit. 23. part. 3. Plures à die notitiæ cum D. Covar. numerandum opinantur, ut Gregor. Lop. *in l. 2. gloss. 16. in 33. part. 3. Azeved. in l. 2. num. 51. tit. 17. l. 2. numero 63. titul. 18. lib. 4. Recop. Didac. Petr. in l. 1. ad fin. tit. 16. lib. 3. Ordin. Paz ubi sup. num. 14. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de appellat. resol. 7. num. 3. Mascard. de probas. concl. 120. num. 2. Marant. de ordin. judic. p. 6. art. 2. num. 215. Gratian. disceptat. cap. 161. num. 4. Donel. lib. 28. cap. 6. Pichard. d. part. 4. §. 10. num. 3. & alii, quos congestit Barbosa collect. cap. concertationi, num. 5. de appellat. ex quibus Donel. distinxit, an victus adfuerit prolationi sententiæ, necne? Aliter Scacc. ut personaliter citatus à die sententiæ intra decem debeat provocare: quod si non citetur ad sententiam à quo notitiam obtinuerit. Apud nos decisum est, quod fatalia appellationis non currant, nisi à notificatione sententiæ, quæ per notarium intimatur; nec scientia aliunde habita sufficit, ut praxis observat per legem 1. titul. 18. libro 4. Recopil. Pichard. *manud. part. 1. §. 14. per totum.**

6. Qua communi opinione retenta, disputatur an ipsa procedat in tertio, qui pro suo interesse intendit à sententia inter alios lata provocare, ita ut quamvis in rem judicatam transeat quoad principalem, qui intra tempus legitimum dimisit appellare, ille non excludatur, modo appellationem interponat intra decennium, à quo scientiam latæ sententiæ habuerit. V. g. hæredi scripto de nullitate testamenti superato nota sententia fit, nec infra decem dies appellavit: deinde legatarius, ad cuius notitiam sententia antea non pervenerat, appellaturus comparet, hunc audiendum D. m. Covar. docet, ac probat, cui assentiuntur Gregor. Lop. *in l. 4. gloss. 1. titul. 23. p. 3. Pichel. in l. 1. part. 3. numero 50. vers. Limita tertio, C. de bon. matern. Cancer. variar. part. 1. cap. 17. numero 57. Sacc. sup. quest. 12. num. 75. vers. Declara se timè, & num. 154. cum seq. & quest. 17. lim. 6. memb. 4. numero 95. vers. Declara ulterius, Petr. Barbosa in l. Venditor. numero 173. de judic. Didac. Per. in l. 1. tit. 17. lib. 4. Ordin. Vantius de nullit. tit. quis. poss. dic. de null. qui duo de nullitate agunt, à quibus quoad hoc, etsi subdubius, dissentit Azeved. *in l. 2. num. 45. titul. 17. libr. 4. Re.op. Pro qua sententia est lex 2. ad fin. ibi: Fasta diez dias desde el dia que lo suviere, tit. 23 p. 3.**

7. Sunt tamen alii, quibus aliud placet existimantibus, vel quod terminus tertio computatur à die sententiæ, vel à notitia principalis, ita ut tandiu illi, quamdiu isti liceat provocare, ut videre licet apud Scacciam *quest. 5. numero 36. Hermol. in l. 36. gloss. 6. numer. 10. & 16. cum aliis, tit. 5. p. 5. ubi de venditore, de quo idem tenet D. C. varruv. infra, num. 4. Sed sustinendo communem, cui Præsul noster subscribit generaliter, ad ulteriora progredimur.*

8. Cui non refragatur constitutissimum principium juris, quod tertius, de quo nobis est sermo, etiam ignarus litis læditur sententia inter alios lata, & causam assumere tenetur in statu quo existit respectu principalis; nam id verum habet cum pendenti liti ut adistat pro suo interesse, tertius admittitur tanquam accessorius, ac ideo sequitur principalem. Non sic

si superatus appellationem omittens, causam prorsus deseruerit; quæ nullo in statu persistit, prima instantia perempta, sed tertius ut principalis causam assumit, litem gerit velut actor, novam instantiam instituit, ideo appellare valet, etsi victus lapsu temporis excludatur: nec ei infcio debet nocere sententia quoad jus appellandi, quod independenter ab alio lege illi defertur, quamvis quoad illa, quæ per principalem inter litigandum geruntur, aliud jure caveatur.

Ibi: *Hæc enim sunt Jurisconsulti verba.*

- 9 *Legem Si servus plurium* 53. §. 1. *de legat. 1.* egregiè interpretatur Cujac. ibi, & *observat. lib. 16. cap. 32.* qui dempta negatione, cum D. Covarruv. tenet, sententiam in hæredem per injuriam prolatam nocere legatariis. His jus appellandi competit *ex l. 7. tit. 23. p. 3.* Verùm non temerè sustineri posset contrarium exemplo venditoris, qui de evictione non tenetur, nec læditur sententiâ per iniquitatem judicis in emptorem latâ, ut prædocuit D. Covar. *variar. libro 3. cap. 17. numero 10.* cui consentiunt plures apud Hermos. *in l. 36. gloss. 12. num. 2. tit. 5. p. 5. per d. l. 36. l. Emptor 8. l. Si non injuria 15. C. de eviction..*

Verf. Hinc colligitur, posse quandoque.

- 10 Hæc vera sunt, admittâ Alexandri opinione. Vide tradita supra, *ex num. 6.* Illud est in comperto, tertio licere appellationem interponere priusquam principali, nec hujus exclusio ut præcedat est opus.

Ibi: *Tametsi appellant postea.*

- 11 Quamquam tertius in appellatione prævenit, si deinceps victus provocaverit, ut principalis hic instantiam prosequetur, ille verò liti adistere non prohibebitur, *l. 7. tit. 23. p. 3. Scacc. de appell. quæst. 5. num. 35.* atque etiam causam in se assumere, si eam superatus deseruerit, quod regulariter tertio permittitur. Carleval. *de judic. tom. 2. libro 1. disp. 3. num. 5.*
- 12 Appellatio tertii prodest principali, si interponatur intra tempus, quo hic provocare posset; alioqui etsi tertius victoriam reportet, nullum commodum sentiet principalis. Lancel. *de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 14. numero 26. Cancer. variar. part. 2. cap. 16. num. 55.* sed quovis tempore prodesse tenet post Gail. *lib. 1. observ. 122. numero 7. Scacc. de appellat. quæst. 12. num. 77.*
- 13 Superatus nequit impedire tertii appellationem, à qua desistere non tenetur, quamquam principalis transigat, aut suæ appellationi renunciet. Scacc. *sup. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. num. 44. & 45.*

Ad Num. 3.

- 14 Non licet tertio ad appellationis subsidium subterfugere, nec enim adversus tres sententias conformes recursus adest aliquis, *Clemens. 1.*

de re judic. l. unic. C. ne lic. tert. provoc. l. 25. tit. 23. part. 3. l. 5. tit. 17. l. 2. tit. 19. lib. 4. Recopil. quibus cavetur, ut nec supplicare permittatur: latè Salgad. de reg. protect. part. 3. cap. 16. per tot. Azeved. in eisdem regis constitutionibus Recopilationis, Aug. Barbosa collect. d. Clem. 1. in fin. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 1. per tot. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de appellat. resol. 16.

Quæ quidem regula ampliatur, ut nec tertius, cui sententia inter alios lata præjudicat, valeat tertio provocare, licet ipse in secunda, vel tertia instantia compareat, & antea nunquam appellaverit, sed principalis. Sic legatarii, substituti, ad majoratum vocati, quibus sententia vel ignaris nocet, tertio provocare vetantur. Cancer. *dict. cap. 16. num. 52. vers. Quando principalis, & num. 94. Lancell. d. ampliat. 14. numero 22. Scacc. ubi proximè, numero 17. & quæst. 5. numero 36.*

Utrum legatarius audiatur appellans, cum principalis non valeat ob fatalium lapsum? ambigitur. Affirmat D. Covar. *hic, quem sequitur Scacc. q. 12. num. 155. Legas tradita sup. num. 6. cum seqq.*

Ad Num. 4.

Extra controversiam est, quod nec venditor, sicut nec alius tertius similis, valet provocare, ubi principalis prohibetur, ut præmissi pronuper. Illud autem disputatur, si principalis non excludatur autoritate trium sententiarum conformium, sed quoniam fatalia appellationis præterierunt, an venditor admittatur appellans intra decem dies, à quo idem de sententia certior factus est; Affirmant Fachin. *controversiar. libro 11. capite quinto, Ursill. ad Afflic. decis. 15. numero 3. Guzman. de evict. q. 12. numero 26. Tiraquel. tract. res int. al. num. 28. Scaccia de appellat. quæst. 5. numero 3. junctâ quæst. 17. limit. 1. numero 63. & limit. 6. memb. 4. num. 47. præter alios, refert Hermos. in l. 36. gloss. 6. num. 10. & 11. tit. 5. part. 5. Petr. Barbosa in l. venditor, num. 174. (ubi distinguit) de judic.*

Rursum haud pauci cum nostro Præsidente negativam amplexi sunt, velut Giurba *decis. 8. num. 32. Caballin. de eviction. §. 3. num. 145. Gratian. decis. 149. numer. 14. Honded. conf. 25. à num. 23. l. 1. Hermos. sup. num. 13. ubi & alii.*

Mihi ut ingenuè loquar, magis prior arridet opinio ex traditis *num. 8.* nullâ inter venditores & alios, quibus ignaris dicitur sententia nocere, quoad appellationis terminum differentiâ constitutâ; etenim cum illis sicut istis indistinctè pro suo interesse leges provocare permittantur, cur potius in venditore, quam in cæteris tempus appellationis restringetur? Nec mens acquiescit rationibus, quas D. Covar. ad tuendum id discrimen inter legatarium, & venditorem expendit paulò inferius.

Quæret aliquis, an quæ nuperrimè de venditore, ac paulò antè de cæteris similibus *numero 6.* prædixi, procedant ad impediendam executionem duntaxat, non verò post rei judicatæ executionem? Et quidem Interpretes id communiter non explicuerunt, ac Petr. Barb. *in d. l. Venditor, num. 173. & Cancer. variar. part. 2. cap. 16. numero 113. apertè sentiunt, etiam*

etiam post executionem tertii appellationi deferendum infra decem dies, à quo sententiæ conscius est actus, dum prorogant facultatem provocandi in longissima tempora, cum sententiæ executio postquam in rem judicatam transiit, citissime solet expediri.

- 20 Quicquid illi, sive alii tenuerint, videtur dicendum, quod ubi sententia in rem judicatam respectu principalis translata executioni traditur, audiri nullatenus debet tertius, licet antea sententiam ignoraret, alioqui diuturnæ admodum lites redderentur, quas velociter extinguere oportet, *cap. Finem litibus 5. de dol. & contum.* ubi cum pluribus Barb. in *collect.* Greg. Lop. ad rem in *l. 20. gloss. 4. versu fin. tit. 22. part. 3.* Præterea maximum victori subsequeretur incommodum, si post longa temporis curricula causa prætextu ignorantie suscitetur, cum fortè rem vendicatam distraxerit, vel melioramentis auxerit, propter quæ minoribus restitutio merito denegatur, *l. Quod si minor 25. §. Scævola, ff. de minor.* Unde conciliari poterunt inter se adversariæ sententiæ, quarum memini supra, *num. 6. 16. & 17.*

Ibi: *Nec in hoc casu venditor minor.*

- 21 An minor restituatur adversus tres sententiæ conformes, ut iterum valeat provocare, fusè examinat Scacc. *de appellat. q. 19. remed. 2. à num. 95.* qui negativè resolvit.

Ibi: *Non obiter paulò ante diximus.*

- 22 Vide præmissa supra *num. 18.* & hoc discrimen inter venditorem & legatarium rejiciunt Fachinæus, & cum eo laudati supra, *num. 16.*

Ibi: *Tametsi ubi venditor sit minor.*

- 23 Si venditor minor propter lapsum termini ad provocandum de jure appellare vetetur, restitutionis beneficio erit audiendus. Hermos. in *l. 36. gloss. 6. num. 17. tit. 5. p. 5.* Scacc. *sup. quest. 19. remed. 2. num. 3. & per totum,* Flor. Diaz. *variar. lib. 1. quest. 5. num. 6.* Gregor. Lop. in *l. 1. gloss. 3. tit. 25. p. 3.* Azeved. in *l. 1. ex num. 31. tit. 18. lib. 4. Recop.* Garcia de *Nobilitat. gloss. 6. §. 1. num. 51.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 14. numero 5. vers. Undecimò infertur,* apud quos discutitur, an minor se læsum ostendere debeat ex sententia, ut restituatur ad appellandum. Et quamvis Greg. Lop. distinxerit inter reum, & actorem communiter receptum dignoscitur, ut læsionis non desideretur probatio: in casu de quo agimus, constare oportet, quod venditor ad evictionem astrictus existit, alioqui non restituatur, sicut intra tempus legitimum non audiretur appellans, cum sua non intersit: observavi supra, *cap. 13. numero 7.* Restitutus debet provocare, ex quo sibi constet de concessa restitutione infra decem dies, vel quinque apud nos. Scacc. *de appell. quest. 19. num. 80,* ubi alii.

Ad Num. 5.

Clausula, *Appellatione remota,* restringitur ad litigantes principales, nec impedit quominus tertius pro suo interesse valeat provocare. Tusch. *pract. conclus. lit. A, concl. 400. num. 16.* Marant. *de ordin. judic. part. 6. art. 2. numero 339.* Lancelot. *de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 14. num. 6. & 7.* Gutier. *Practic. lib. 1. quest. 118. num. 2.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quest. 9. num. 3.* Scacc. *de appellat. quest. 17. limit. 6. memb. 4. num. 42.* Aug. Barbosa cum multis tract. *de claus. 9. num. 5. & 26.*

Cujus clausulæ de effectibus fusè agit Barbosa ubi nuper, qui *num. 15.* observat, non prohiberi appellationem justam, ac legitimam, nisi causa Cardinali delegetur. Et *num. 21.* quod regulariter licet provocare, si de injustitia constet ex actis. Gutierrez. *d. lib. 1. quest. 120. à num. 3.* Petr. Barbosa in *l. peremptorem, num. 26. cum seqq. de judic.*

Verf. *Quod si ex adverso.*

De intellectu capituli Super eo, de offic. delegat. videndus Aug. Barbosa in *collectan.* & alii, quos ipse refert.

Ibi: *Ubi probatur, valere ordinacionem servi.*

Servus si ad sacros Ordines promoveatur, sciente, & non contradicente domino, liber fit, & jurepatronatus immunis, *cap. Miramur 7. de serv. non ordin. l. 18. tit. 6. p. 1. l. 6. tit. 22. p. 4.* Aug. Barbosa *collectan. d. cap. num. 3. de servit. non ordin.* Azor. *Institut. moral. part. 1. libro 1. capit. 4. vers. Item si servus,* Marian. Socin. *tract. de oblation. libell. 11. num. 10.* Quid si dominus contradicat, aut ignoret, habetur in *d. l. 6.* Quid si ad Episcopatum servus elevetur, *ibidem,* ac in *l. 65. tit. 5. p. 1.* Quod si Religionem ingrediatur, ac professionem emiserit, *cap. si Servus, 54. distinct. 1. 6. tit. 7. p. 1.* August. Barbosa *collect. cap. Si quis incognitus, 17. quest. 2.*

Ibi: *Ad idem tendit elegans.*

Si Episcopus intra tempus ad præsentandum jure constitutum absque præsentatione, patrono conscio, & non contradicente, Beneficium contulerit, collatio subsistit. Idem juris erit, si patrono ignaro clericus instituatur, modò patronus, postquam conscius collationis fiat, non reclamet, quia ex tacito contentu, vel expresso superveniente, tenet facta institutio; sed reclamatio fieri debet infra quadrimestre, vel semestre, quod patronis, ut præsentent, conceditur. Barbosa *collect. cap. Illud, in fin. de jurepatron. Vivian. prax. jurispatronat. lib. 11. cap. 3. num. 8. lib. 12. cap. 5. à num. 8. & lib. 14. cap. 3. num. 48. & 49.*

Verf. *Cæterum, lector candide.*

Resolvit D. Covarru. institutionem factam à delegato nullius esse momenti, etiam conscio, ac tacente Episcopo, ad quem spectabat jus conferendi de quo Interpretes laudati per Barbofam *collect. cap. Super eo, num. 1. de offic. delegat.*

Verf. Deinde constat in his.

- 28 Ex scientia, & taciturnitate non inducitur consensus ad ea, quæ grave generant tacenti præjudicium, l. *Invitum* 4. de *servitut. urban. præd.* l. *Cajus* 39. de *pignor. action.* l. 23. tit. 34. p. 7. *Tusch. lit. T, concl. 3. à princip.* *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss. 8. à numer.* 5. *Surd. decis.* 302. num. 3. *Gratian. disceptat. cap.* 36. num. 20. & 21. *Sanch. de matrim. lib. 1. disp.* 5. num. 4. *Fachin. controvers. lib. 8. cap.* 64. *vers. Tertius est*, *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst.* 109. num. 54. *Angel. de acquir. possess. quæst.* 3. art. 5. num. 17. *Barbosa latè axiom.* 217. nu. 3. *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 42. num. 10. & 24. & lib. 6. *præs.* 99. *per totum.*
- 29 Cui accedit, quod tacens non videtur consentire, quoties ex actu, qui geritur proprium minimè jus lædi cognoscit, l. *Sicut* 8. §. *Non videtur*, ff. *quib. mod. pign. vel hypoth. solvit.* *Merlin. cum pluribus sup. numero* 51. Unde cum Episcopus in casu dicti capituli *Super eo*, non ignoraret ex institutione delegati nulla propter defectum potestatis, sibi non adimi facultatem ejusdem Beneficii conferendi, non quia tacuit, consensisse intelligitur.

Verf. Huic rationi & alia.

- 30 Ita verum est, quod sententia nulla ex defectu jurisdictionis non convalescit, omitta appellatione, ut de tali nullitate liceat opponere, etiam post tempus ad agendum de illa regulariter lege præscriptum. *Azedus* haud paucis laudatis in l. 2. num. 26. tit. 17. lib. 4. *Recopil.* *Barbosa collect. Clem. unic. de sequestr. possess. & fruct.* *Scacc. de appellat. q.* 19. *remed.* 1. num. 59. *Guazzin. de defension. reor. defens.* 36. cap. 20. num. 2. *vers. Et de nullitate.*

Verf. Huic verò conclusioni.

- 31 Taciturnitas pro consensu habetur in favorabilibus causis, ut Ecclesiæ, libertatis, pupilli, fisci, & multò magis Religionis argumento legis *Sunt personæ* 13. in *fin. de religiof. & sumpt. funer.* *Tusch. sup. de concl.* 3. à num. 18. *Alfar. de offic. Fiscal. gloss.* 18. num. 29. & 30. *Merlin. d. q.* 109. num. 60. *cum seqq.* *Barbosa axiom.* 217. num. 5. *Menoch. d. præf.* 99. à num. 29.

Verf. Tertio, quia qui potest.

- 32 Qui prohibere potest, si præfens taceat, consentire præsumitur: quod probat, & pluribus illustrat exemplis *Menoch. lib. 6. præf.* 99. num. 15. ac observant plures apud *Barbosam dict. axiom.* 217. in *fin.*

Ibi: Quod si institutio facta sit.

- 33 Si Episcopus bona fide putans Beneficium jure conferre posse, ut si devolutum absque patroni assensu illud contulerit, patrono intra legitimum tempus conquerente collatio irrita

efficietur. *Vivian. prax. jurispatron. lib. 12. cap.* 6. à num. 13.

Tandem post diffusam disceptationem D. 34 *Covarru. adversus communem*, de qua num. 24. tenet clausulam *Appellatione remota*, ob stare nedum litigantibus, sed etiam tertio, cui vel ignaro litis sententia nocet, nisi aliqua speciali ratione appellandi facultas denegetur litigantibus. Sic cum Cardinali causa delegatur, appellatione prohibita, nec tertio licebit provocare, qui rectè pronunciasse præsumitur. l. 1. *vers. Credidit enim Princeps*, de *offic. Præfelli Prætor.* Faciunt tradita per *Barbosam, clausul.* 9. num. 15. *vers. Restringe tamen.* Idem juris erit si natura causæ celeritatem desideret, juxta legem *quisquis*, C. *quor. appellat. non recip.* l. *fin. C. de edict. Divi Adr. toll.* Rursus si ob litigantium morosam calumniam, aliamve causam ea inferatur clausula, tertius beneficio provocationis non carebit, ne ex alieno facto gravamen subeat, c. *Non debet* 22. de *reg. jur.* in 6. ubi *Barbosa in collect.* de quo latè cum *D. Covarru. Variar. lib. 2. cap.* 8. & num. 6. jura & Interpretes recensentur. Illud libet obiter repetere, quod prohibitio appellationis utrique litiganti communis est, quamquam unius odio adhibeatur: prædixi *dict. lib. 2. cap.* 12. num. 36.

Extra hos casus, ac similes, qui præ se 35 ferunt specialitatis rationem controversiæ locus relinquatur, an præfata clausula tertium procantem excludat? In affirmativam pergit noster Præles ex adductis per ipsum fundamentis: at pro negativa faciunt ultima verba dicti capituli *Super eo*, ibi: *Quia non illis, sed paribus, inter quas causa commissa est, appellationis remedium est sublatum.* Præterea cum appellationis remotio in odiosis numerari debeat, utpote quæ defensionis auferat facultatem, eam restringi oportet, prout eam restringunt plures apud *Barbosam, claus.* 9. num. 15. & *Salgad. de regia protect. part. 3. cap.* 6. ex num. 74. *Lancellot. de attent. cap.* 12. *limit.* 5. num. 39. qui eam ad frivolum, & inutilem provocationem duntaxat referunt, nec legitime provocantibus obest, ut illis videtur.

Tandem cum non apparet de causa rationa- 36 bili ad impediendam litigantibus provocationem, præsumenda erit clausula, *Appellatione remota*, de notariorum stylo (si *Lancelloto sup. num.* 40. credimus) vel supplicantis molestis precibus adjecta; solent enim Principes importunitate vexati deneganda concedere; l. 1. C. de *petition. sublat. lib.* 10. cap. ult. de *rescript. in* 6. *Gregor. Lop. in l.* 29. *gloss.* 3. tit. 18. p. 3. quamobrem coarctari debet præfata clausula, ne tertium appellare cupientem rejiciat, ut communiter placet.

Ex quibus ad praxim inferitur, quod quic- 37 quid de jure sit, judex tenebitur, non obistente præfata clausula, deferre tertii appellationi, cum propter communis sententiæ auctoritatem, & rationes pro eadem perpenas in dubio versetur, in quo appellatio decet admitti. *Scacc. de appellat. quæst.* 17. num. ubi alii, & ampliat num. 64. etiam appellatio regulariter sit vetita, cum propter circumstantias ambigitur. *Guaz. de defens. reor. defens.* 36. cap. 3. num. 3. *Salgad. sup. part. 1. cap. 2. §. 3. num.* 31. qui plurimos cumulat.

Quibus

38 Quibus addendum quoad intellectum dicti capitis *Super eo*, quod delegatus modum mandati excessit, & quoad excessum clausula, *Appellatione remota*, non obstat provocanti, etiam qui litigat, quia intelligitur intra commissionis limites. Sic à mero exequutore, si excedat, provocatur, etsi alias appellare non liceat ab illo, *l. Ab exequutore 4. ubi notatur, ff. de appellat.*

Ad Num. 6.

39 Res litigiosa efficitur, si actione reali petatur de dominio, vel quasi, utili, seu directo, agendo per solam rei citationem: quod si actione personali, velut ex empto ad ipsam rem agitur, litis contestatione opus erit, ut vitium litigiosi ip'a contrahat. Gregor. Lop. in *l. 13. gloss. 1. & 2. tit. 7. part. 3. Trentacinq. fusè variar. lib. 2. tit. de judic. resol. 17. à princip. Pichard. manud. ad prax. part. 2. §. 2. num. 9. Farinac. fragment. lit. L, ex num. 234. Cacheran. decis. 144. Tondut. quæst. benefic. part. 2. cap. 3. §. 3. num. 37. Lancelot. de attent. cap. 4. num. 482. cum seqq. Tapat. variar. titul. 145. Tusch. littera L, conclus. 386. per totum. Cujac. novell. 112. de litigios. Surd. decis. 172. num. 3. Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 18. à numero 3. Guid. Pap. decis. 337. Barbosa collect. cap. 1. ex num. 2. de confirmat. utili, vel inutil. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. disp. 11. num. 2. quicquid contra scripserit Cancer. part. 2. cap. 12. num. 4. asserens actione personali nunquam rem fieri, litigiosam.*

Ibi: Posterior verò autoritas.

40 Res in litigiosis non habetur, etsi creditor actione hypothecaria ad illam in judicio contendat. Gregor. Lop. in *l. 17. gloss. 2. tit. 7. part. 3. Cancer. sup. num. 10. Cacheran. num. 7. Merlin. lib. 4. quæst. 165. Trentacinq. num. 7. ubi quod actio hypothecaria redditur litigiosa, lite contestata. Tusch. num. 28. Cujac. ubi proximè, etsi aliud senserit Carleval. ubi nuper. Poterit tamen creditor, adepta victoria litis agere in emptorem, nulla executione præmissa in bonis debitoris, *l. 14. in fin. tit. 13. part. 5. quando incurrat vitium litigiosi in cautis executivis, disputat Merlin. d. q. 18. per totum. Res de cujus possessione tantum lis geritur, litigiosa non censetur. Tondut. ubi proximè, Cancer. sup. num. 12. Barbosa numero 5. & 6. quæ concurrere debent ut res incidat in vitium litigiosi, tradit Trentacinq. num. 19. Vide inferius num. 45.**

Ad Num. 7.

41 Rei litigiosæ alienatio etiam in litis ignarum jure irrita habetur, poenâ int alienantem, ac recipientem scienter stabilitâ, *l. 2. C. de litigios. l. 13. tit. 7. part. 3. ubi Gregor. Lop. Cujac ad tit. C. eod. tit. Trentacinq. num. 39. ubi de effectibus litigiosis. Aug. Barbosa num. 8. Tusch. lit. L, concl. 371. num. 1. Cancer. num. 14. Merlin. sup. lib. 2. q. 38. num. 3. Pichard. d. §. 2. numero 8. Mantuc. decis. 7. numero 4. Thesaur. forens. quæstione 55. lib. 3. Sed valet alienatio collata in tempus, quo lis extinguatur. Cancer. variar. part. 1. cap. 1. numero 14.*

Deinde res litigiosa obligari non potest. Merlin. ubi proximè, num. 1. Cancer. sup. part. 2. cap. 12. num. 46. Barbosa d. collect. num. 10. nec locari ad longum tempus. Barbosa num. 27. Cancer. num. 47.

Præmissa regula multifariam ampliari, & limitari solet. Cancer. ex nu. 48. Trentacinq. nu. 20. cum seqq. Barbosa à num. 9. Tusch. lit. L, conclus. 586. per totum, latissimè de ea agunt.

Quibus prælibatis asseverandum est, quod 42 sententia adversus venditorem rei litigiosæ executioni mandatur contra emptorem, etiam litis inscium. Greg. Lop. in *l. 13. gloss. 3. tit. 7. p. 2. Cancer. d. cap. 12. num. 17. cum seqq. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de judic. resol. 17. numero 49. & 51. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. num. 933. & tom. 2. disp. 11. num. 2. Pichard. manuduct. ad prax. parte 2. §. 2. numero 8. & 9. Amat. variar. resol. 45. num. 17. Cur. Philip. part. 2. §. 9. numero 10. Citationem emptoris possidentis præmittendam sententiæ Cancer. num. 25. Carleval. d. disp. 2. numero 934. Amat. cum pluribus num. 16. Si emptor sit clericus, ad ejus forum executio debet remitti. Carlev. d. disp. 11. num. 2.*

Verf. Sed & generaliter.

Quamvis res litigiosa non fiat, si de ea in 43 judicio controversetur, alienatio subsistit, ac venditore superato, executio competit in emptorem, qui litis pendentiam non ignoravit, de quo latè Merlin. lib. 1. quæst. 18. per totum. Trentacinq. d. re. ol. 17. nu. 54. verf. Prima est, alioqui revocatoria agendum, ut iidem cum aliis docent.

Verf. Imò ex hac opinione.

Ex præmissa modò observatione inferitur, 44 quod si venditor ab emptore conventus, ut rem tradat, post citationem, antequam litem contestetur, ipsam alienet, etsi nondum fuerit litigiosa; tamen supremo venditore, executio fit adversus tertium possessorem, qui litis conscius rem acquisivit, quia alienatio in fraudem judicii celebratur. Quod si possessor ignorabat litem, revocatoria utendum. Gregor. Lop. in *d. l. 13. gloss. 3. ad fin. Trentacinq. numer. 52. Merlin. & Cur. Phil. ubi proximè, Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 14. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. A, num. 142. Pichard. d. §. 2. numero 10. Carleval. d. disp. 11. num. 2.*

Verf. Sed si actione personali actum sit.

Adde Gregor. Lop. ubi proximè, & Merlin. d. disp. 18. per totum, ubi latè disputat, num actione personali res fiat litigiosa. Scacc. sup. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 94. verf. Sublimita declarando, ubi quod agitur revocatoria. Paz tom. 1. p. 4. cap. 1. num. 50.

Verf. Hinc etenim deducitur.

Constat per hypothecariam actionem in judicio deductam non fieri rem obligatam litigiosam, nec alienari p' tle, ut notatur num. 40. at si pendente lite, debitor hypothecam in alium transferat, & succumbat, executio sententia 45

tia tradetur contra possessorem, l. 14. in fine tit. 13. part. 5. Trentacing. d. resol. 17. num. 52. ubi alii, Carleval. ubi proximè, qui litigiosi vitium intervenire opinatur. Quod limitatur si res distrahatur, ut aliis creditoribus satisfiat, & constet de numeratione pretii; tunc enim emptor vexari nequibit ullo modo. Greg. Lop. in d. l. 14. gloss. ult. Amat. variar. resol. 94. concl. 18. ubi de pignore judiciali.

Verf. Illud verò libenter ad-
diderim.

- 46 Tertius possessor, in quem executio fiat, quia in fraudem iudicii rem conscius litis comparavit, appellare permittitur intra tempus, quo posset superatus. Lancell. de assent. part. 2. cap. 12. ampliat. 14. num. 20. Scacc. sup. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. num. 92. verf. Ampliat. secundò, ubi quod hæc appellatio non impedit executionem, quod displicet, nam si appellatum fuerit infra terminum præscriptum ad provocandum victo à sententia, hæc exequi nequibit adversus tertium, sicut nec contra principalem, quamdiu appellabilis existit, cum adhuc exequibilis non existat, atque ita provocante tertio possessore, impediatur iudicati executio donec secunda instantia terminetur.

Ad Num. 8.

- 47 Hucusque de tertio, cui ex natura causæ res inter alios acta etiam litis ignaro præjudicat: modò agendum de illis, quibus scientibus tantum noceret inter alios lata sententia: his velut cæteris, quorum interest, appellatio permittitur intra decem, seu quinque dies; vel alium legitimum tempus lege præfinitum, à quo sententiæ notitiam habuerunt, secundum prænotata supra, numero 2. & 6. cum seqq. Scacc. ubi proximè, verf. Declara ulterius, Cancer. d. cap. 16. num. 58.
- 48 Illud observari oportet, tunc officere sententiam scienti, qui poterat causam assumere, repulso litigante, quando hic nomine proprio causam tuetur. Aliud juris erit, si litiget nomine ejus tertii, ad quem causæ defensio principaliter spectabat; tunc siquidem illi tertio res iudicata non nocebit, etsi litem geri non ignoret, nisi ipse mandaverit, aut præfens patiatur in iudicio de jure suo per alium disceptari, quia mandasse intelligitur. Salgad. de reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 272. Cancer. sup. part. 2. cap. 16. num. 5.

Ibi: Quid autem ubi condemnatus.

- 49 Præmissum est sup. num. 14. non audiri, qui tertio intendit in eadem causa provocare contra tres conformes sententias, ut præter ibi laudatos tradit Guazz. de defens. reor. defens. 36. cap. 30. in fin. & defens. 37. cap. 1. per totum. Illa prohibitio impedit appellantis ad unum etiam quoad devolutivum effectum. Scaccia sup. d. 4. 17. lim. 1. num. 13.
- 50 Regulariter tertio pro suo interesse appellare conceditur, etiam si principalis prohibeatur. Scacc. d. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. nu-

num. 47. quod multipliciter limitat ex numero 89. & inter cæteras limitationes hujus meminit; ut scilicet tertius non audiatur post binam sententiam conformem, si ante conclusum in causa tertiæ instantiæ litis notitiam obtinuit; nam si postea scientiam litis acquisierit, ei non obest quod inter alios actum est, cum nec consenserit, ut de jure suo controverteretur per litigantem, nec tenetur assumere causam in statu, quo existat. Scacc. num. 99. cum seqq. Cancer. num. 94. & 95. Lancell. sup. part. 2. cap. 12. ampliat. 14. numero 22. Trentacing. variar. libro 2. titul. de appellat. resol. 16. num. 15. & 16. Aliud videtur dicendum in tertio, cui inscio nocet sententia, cum teneatur causam prosequi in statu, quo est respectu principalis, ut prælaudati sentiunt.

Ibi: His non temerè præmissis.

Qui ante tertiam sententiam in præmissis 51 casu, etiam post conclusum in causa agnovit de jure suo per alium litigari, debet protestari, nec ex ultima sententia sibi præjudicium generetur, alioqui tertio appellans non erit audiendus: cui consentit etiam subditus Scaccia num. 10. in fin. Mihi quidem ommissio protestationis sufficiens non videtur, ut tantum præjudicium producat tacenti, ex adnotatis supra, num. 28. maxime cum jam progressum ad ulteriora, conclusione facta, impedire non valeat.

Ad Num. 9.

Quando censeantur tres sententiæ conformes, tradiderunt latè Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 16. Guazz. de defens. reor. defens. 37. cap. 1. Scacc. d. quæst. 17. limit. 1. à num. 20. In dubiis declarandum, non esse sententias conformes, ut appellationi locus fiat, observat Scacc. numer. 18. & super declaratione licet appellare. Scacc. numer. 49.

Decisio Clementinæ I. de re judic. cavet 53 ne impediatur executio trium sententiarum conformium, etsi de nullitate opponatur: ubi Aug. Barbosa in collect. Interpretes ejus congerit, & limitationes recenset. Non tamen tollitur facultas dicendi de nullitate, non retardata executione. Scacc. num. 59. & 61. Aliud in appellatione contingit, quæ nec post executionem ad effectum devolutivum admittitur, ut prænotatur supra, num. 48. Ratio discriminis in obscuro non est, etenim per appellationem cognoscitur de justificatione sententiæ, quæ ita præsumitur ex conformitate triplicis decisionis, ut tertia provocatio ut clausula, ac frivola rejiciatur. Scacc. num. 14. verf. Secus est: at cum agitur de nullitate, iudex non cognoscit de justitia sententiæ, sed de validitate, ac substantialibus iudicii requisitis, Scacc. num. 56.

Eadem Pontificia constitutio restringitur, 54 ne procedat quoad tertium qui poterit opponens de nullitate impedire executionem trium sententiarum. Scacc. d. limitat. 6. memb. 4. num. 66. Anton. Gabr. commun. opinion. tit. de execut. re judic. conclus. 1. numero 19. 20. Cancer. variar. part. 2. cap. 16. à numero 85. Mich.

Mich. Graff. tom. 2. comm. opinion. lib. 7. tit. 16. num. 115. vers. *Secundò limita*, Barbosa collect. d. Clem. num. 3. In quo D. Covar. utitur distinctione, quam præmiserat numero præcedenti de appellatione, an scilicet tertius causam ignoraverit agitari, necne, antequam in causa concluderetur. Hoc tamen interest inter appellantes, ac de nullitate opponentem, quod ille omninò excluditur, hic admittitur, sed executionem sententiæ minimè impedire valebit, quando ante conclusum in causa de lite certiorum factum esse constat, ut D. Covar. rectè docet, quæ colliguntur ex observatis supra, num. 52.

Ibi: *Verum. si tertius appellare potuisset.*

55 Tertius omittens appellationis auxilium sibi competens, non prohibetur de nullitate sententiæ dicere; nam hæc remedia inter se distinguuntur, nec unum pendet ex sui natura ab altero. Sic apud nos licet quis intra quinque dies non provocet, & ideo amplius non audiatur appellans; tamen usque ad sexaginta nullitatem objicere permittitur, l. 2. tit. 17. l. 1. tit. 18. lib. 4. Recop. Inde etiam procedit, ut sublata appellandi facultate, jus dicendi de nullitate non censeatur ademptum. Cancer. *variar. part. 3. cap. 18. num. 23.* Guazz. *de defens. reor. defens. 36. cap. 19. num. 7.* Scacc. *de appellat. quæst. 19. remed. 1. à princ.* quod non procedit si nullitas proponatur accessorie ad appellationem, quia si provocatio veter, de nullitate eo modo dicere non licet. Cancer num. 24. Scacc. num. 14. ita ut appellatio non admittatur prohibita, quamvis permissæ nullitatis actioni jungatur: imò potius utraque repellitur, quia principalis, id est appellatio, interdicitur, argumento capitis *Accessorium*, cum vulgatis, *de regul. jur. in 6.*

56 Illud oportet addere, quod si tertius intra tempora appellationis de nullitate agens succubuerit, regredi non vetatur ad provocandum ab eadem sententia; etenim fatalia appellationis non labuntur, dum super nullitate discutitur. Pichard. *manuduct. ad. prax. part. 1. §. 13. num. 3.* Paz cum aliis tom. 1. part. 1. temp. 12. num. 9.

S U M M A R I U M.

- 1 Citatio eorum, quorum interest, efficit ut ipsi sententia inter alios lata noccat, quibus aliter non noceret: quod limitatur si alio jure venerint.
- 2 Tertius cui sententia inter alios non officit, dupliciter valet executionem impedire.
- 3 Tertius intendens executionem suspendi, debet summarie de jure suo statim docere juxta commune jus: & qualis ad hoc probatio sufficiat, num. 9.
- 4 Quid de Jure nostro Regio, & num. 6.
- 5 Tertius se opponens executioni sententiæ, si succubuerit, poterit de jure communi iterum via ordinaria experiri; secus de jure regio.
- 7 Appellatio tertii quoad effectum d. voluntivum an admittatur absque aliqua probatione juris appellantis?

D. de Faria Covar. Enucl.

- 8 Executio non suspenditur per oppositionem tertii, quoties calumniosa, & fraudulenta præsumitur.
- 9 Fraudis suspicioni locus non est, ubi tertius intentionem suam plenè probaverit.
- 10 Tertii oppositores sunt in triplici differentia, & quando singuli impediunt executionem.
- 11 Si duo rei vindicatione egerint in solidum contra possessorem, quomodo judex procedere debeat ad executionem. Ubi qui prior vice-rit, quam cautionem præstet, ut rem accipiat, num. 13.
- 12 Tertius se opponens post rem judicatam, non suspendit executionem, nec cautione opus est.
- 13 Limitatur.
- 14 Quid si duo in solidum rem petant, quæ à nemine possidetur, an suspendatur executio prioris sententiæ pro uno ex actoribus?
- 15 Quid si tertius possideat, & n. 17. & 18.
- 16 Quid si creditore petente executionem ex actione personali, tertius se opponat, dominium, vel possessionem allegans.
- 19 Si tertius solum allegat possessionem, agnoscens dominium ad victum spectare, non retardatur executio.
- 21 Ut quisque tertius executionem impediatur seu possessor, habere debet in actu possessionem, nec præstat jus ad illam adipiscendam.
- 22 Merus executor quas exceptiones admittere possit, ac debeat?
- 23 Quæ de tertio oppositore contra sententiæ executionem prænotantur, similiter procedunt in oppositore in publicum instrumentum, quod illam puratam affert.
- 24 Instrumentum publicum puratam habens executionem, contra tertium exequi non potest.
- 25 De tertio oppositore in creditorum concursu ad bona debitoris ere alieno gravati, qui solvendo non est, & num. 26.

C A P U T XVI.

Sermo nobis est de tertio, cui etiam litis conscio res inter alios acta non nocet, nisi quoad qualequale præjudicium ex præsumptione, & autoritate rei judicatæ resultans, ut observatur *sup. cap. 13. num. 14.* ejus exempla habentur in l. 2. tit. 22. p. 3. Istis autem si ad iudicium citatione pulsentur, sententia parit præjudicium, & si comparere neglexerint, nisi alio jure veniant, non eo, de quo controversum est, tunc quidem nullatenus per citationem lædi possunt. Greg. Lop. in d. l. 20. gloss. 2. Cancer. *variar. part. 2. cap. 16. à num. 61.* Salgad. *de reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 362.*

Ad Num. 1.

Tertius, de quo agitur, bifariam valet executionem sententiæ inter alios pronunciatæ evitare, vel interposita appellatione, vel opposita exceptione juris, quod res inter alios acta aliis nocere non permittitur. Cancer. num. 56. Scaccia *de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. num. 69.* Et licet videatur huic denegandum esse provocationis beneficium, cum sua non intersit retractari sententiam, quæ illi non nocuit, ex traditis supra, cap. 13. num. 2.

O tamen

tamen ideo conceditur, quia patitur detrimentum ex præsumptione, ut jam præmissi. Præterea si res victori tradatur, fieri aliquando potest deterior conditio tertii, aut ob adversarii ampliorem potentiam, aut alia ratione. Scacc. num. 74. & 83. Cancer. num. 74. Salgad. num. 78.

9 Nulli regulariter licet se ingerere liti, quæ inter alios discutitur, nisi sua interesse prædocerit. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 39. col. 7. vers. advertendum. tamen.* Cancer. *sup. num. 31.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 18. in princ. & prædixi cap. 13. num. 7. & cap. 14. num. 2.* Sic quoties aliquis intendit executionem sententiæ inter alios latæ suspendere, probare tenetur incontinenti, seu intra tempus breve à iudice præfinitum, jus quo nititur, ut executioni se opponat, l. 3. tit. 27. p. 3. l. à Divo Pio 15. §. Si super rebus, vers. Sed sciendum, de re judic. Salgad. *sup. num. 99.* Scacc. num. 68. Cancer. num. 64. Paz. *in praxi, tom. 1. cap. 4. num. 2.* Carleval. *de judic. tom. 2. disp. 8. num. 11.* Amat. *variar. resol. 94. num. 5.* Gratian. *disceptat. cap. 439. num. 21.* Barbosa *collect. cap. Veniens 38. num. 10. de testib. Argel. de legitimo contra. lib. 7. num. 5.* Azeved. *in l. 41. tit. 4. lib. 3. Recop. Ant. Gom. ubi proximè.* Intra quantum temporis tertius de jure suo docere debeat, judicantis arbitrio committitur. Menoch. num. 5. Cancer. num. 33.

4 Apud nos hæc res aliter se habet; nam comparantur tertio oppositore, executioni suspenditur, & cum eo (non ut quondam de jure communi summation) via ordinaria agitur, & plenariè cognoscitur de causa oppositionis, quâ absolutâ, prosequitur in executivo iudicio, l. 41. tit. 4. lib. 3. Recop. per quam ita in praxi observari testantur Paz, & Cancer. *ubi proximè Parlador quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. num. 59.* Salgad. *sup. part. 2. cap. 7. num. 127.* Pichard. *manuduct. ad prax. part. 2. §. 15. num. 2.* Cur. Philip. *part. 2. §. 26. num. 3.* Azeved. *in d. l. 41. Recop. Carleval. ubi sup. & disp. 12. num. 5.*

5 Unde provenit, ut licet de jure communi tertius se opponens executioni, si succubuerit, possit iterum via ordinaria in victorem experiri, nostro tamen Regio minimè audiat. Cancer num. 82. Salgad. num. 364.

Ibi: Ut sufficiat semiplena probatio.

6 De jure communi, ne ad ulteriora in executione progrediatur, opus non est, ut tertius plena probatione de jure suo doceat, cum semiplena sufficiat. Cavall. *tract. de cognit. per viam viol. q. 16. num. 16.* Ant. Gom. *ubi supra.* Gratian. num. 22. Amat. cum. aliis num. 8. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. num. 68. & 106.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de judic. resol. 16. num. 10.* ubi quod per juramentum, vel conjecturas probatio admittitur apparens. Nostrates oppositionem recipiunt per libellum cum juramento calumniæ, ac juris tertii allegatione, qui deinceps id probare termino ordinario constringitur, quicquid contra senserit Gutier. *Præct. lib. 1. quæst. 114. versus fin.* dum ait, aliquo modo de jure tertii statim constare oportere, de quo laudati supra, num. 4.

Ibi: Satis erit causam in ipso appellationis libello.

7 Tertius appellans, non ut sententiæ executionem impediatur, sed ad effectum devolutivum duntaxat, non habet necesse causam, ob quam sua interest, probare, quam lat est ut libello provocationis exprimat: cui refragatur Scac. num. 108. nam etiam ad effectum devolutivum aliqualis probatio interesse in tertio desideratur, ex præmissis ab eodem Scaccia *ex num. 106. & à me sup. num. 3.* Sed D. Covar. sententia procederet, si appellans fuisset citatus, etsi causæ non adfuerit, aut si juramentum libello intereretur, vel aliàs appareret verosimiliter de præjudicio tertii: alioqui non teneretur iudex deferre appellationi, nisi legitimatâ personâ provocantis.

Ad Num. 2.

8 Tertius se opponens executioni audientis non est, quoties de calumnia illius suspicio emerferit. Scac. *sup. num. 77. & 87. vers. Limita primò A'oyl. Ricc. collect. Decision. part. 1. collect. 188. Castell. in l. 64. Tauri, num. 96.* Cald. Petr. *in l. Si curatorem, verb. Per quod, num. 27. C. de integr. restit. Parlador. sup. dist. §. 11. num. 60.* Barbosa *collect. cap. Suscitata, num. 4. de in integr. restit. Cancer. d. cap. 16. num. 27. & generaliter omnis dilatio de calumnia suspecta rejici debet; iudicem tamen credulum nimis esse non expedit, ut fraudem præsumat, ut per Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. à num. 325.* Carleval. *de judic. tom. 2. disput. 12. num. 16.* ubi plures.*

9 Præmissæ resolutioni non erit locus quoties tertius se opponens, plenè de jure suo statim doceat; etenim per legitimam probationem omnis calumniæ præsumptio cessat, si incontinenti offeratur. Cancer. num. 24. Barbosa *collect. cap. Interposita, num. 4. de appellat. Scacc. supra q. 11. num. 98. q. 17. limit. 4. num. 16. vers. Declara nunc, & limit. 6. memb. 7. num. 133. vers. Confirmatur secundò.* Etenim cum do bono jure tertii verè, ac plenariè constet, iudex omninò superfedere debet, nec præsumere potest, quod oppositio sit fraudulenta, non quia tertii interfit; sed ut victorem vexet, aut victum tueatur, cum aliud plenè probatum reperitur. Ubi autem semiplena, & qualisqualis exhibeatur probatio incontinenti, quæ sat est ad suspendendam executionem, ex traditis supra num. 6. tunc iudex ex conjecturis fraudis æstimabit, an prosequi, vel suspendi oporteat executionem.

Vers. Sed est tertius docere velit.

10 Hi, quos Tertius vulgò nuncupamus, sunt in triplici differentia, ut constat ex l. Sape, de re judic. l. 20. tit. 22. p. 3. Igitur si tertius, cui sententia nullatenus etiam scienti officere valet, plenam incontinenti offerat probationem, præcisè suspenditur executio. Rursus si similiter se opponat tertius qui & ignarus litis sententiâ læditur, in executione superfedendum non est. At si compareat ille, cui

cui nocet sententia, cum litem agitari prænovit, & non aliter, tunc distinguere opus est; nam si ignoravit causam agi, obstabit executioni; si scivit, repellatur. Quæ sunt accipienda cessante provocationis auxilio, juxta quam distinctionem procedit communis opinio, quæ docet, tertium litis conscius non admitti ad impediendam sententiæ executionem, de qua Scacc. d. q. 17. limit. 6. memb. 4. num. 59. & 75. cum seqq. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 121. num. 7. Aug. Barbosa cum aliis collect. cap. Veniens 38. num. 2. de testib. Cævall. de cognit. per viam viol. q. 16. num. 12.

Ad Num. 3.

11 Quoties possessor à duobus in solidum rei vindicatione pulsatur, prius iudicium minime suspenditur, sed qui primùm victor evaserit, rem percipiet, præstita cautione de eadem reddenda, indemnique victo servando, ab altero superetur: quæ prænotantur supra, cap. 14. num. 18. & 19. ac ibi laudatis adijunge Scacciam ubi proximè, num. 82. Fachin. controv. lib. 1. cap. 5. Carleval. de judic. tom. 2. disp. 12. num. 13. Dueñas reg. 274. Aug. Barbosa collect. cap. Cum super, num. 4. de re judic. Oluald. ad Donel. lib. 20. cap. 7. lit. L. Petr. Barbosa in l. Si alienam, num. 15. ff. solut. matrim. & alios plures apud Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 13. num. 18. ac de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 67.

Ibi: Quo fit, ut si post sententiam latam.

12 Præmissa obtinent, cum pendente lite etiam post sententiam, secundus comparet actor: quod si cum jam in rem judicatam transferit, tertius superveniat, ut executio suspendatur, audiendus non erit; imò nec cautio præstari decet. Salgad. d. cap. 13. num. 16. & cap. 8. num. 68. Scacc. num. 78. Petr. Barbosa & Oluald. ubi proximè, Cancer. variar. part. 2. cap. 16. num. 76. rationem discriminis reddunt iidem, maximè Salgad. d. cap. 8. num. 70. Et hic primus est casus, quem D. Covarruv. proponit, cum scilicet agitur actione reali, & possessio est penes litigantem victum: tuncque executio per oppositionem neutiquam impeditur, ut constat ex jam laudatis, & Azevedo statim laudando.

Ibi: Quod si tertius hic executio-
nem velit, &c.

13 Quamquam tertius post rem judicatam superveniat, si tamen alleget, sua plurimum interesse, ne res victori tradatur absque cautione, propter suspicionem fraudis, egestatem, aut nimiam potentiam, audiri debet, atque si iudici visum fuerit, cavere jubebit. Scaccia num. 83. Cancer. num. 77. Salgad. d. cap. 8. num. 74. qui observat cavendum fore tertio comparenti post sententiam, quæ nondum in rem judicatam transferat. Quomodo cavere victor debeat, docet Anton. Fab. in rasion. l. Is à quo, de rei vendic. ut idoneus nuda promissione suspectus, vel pauper satisfatione. Sed in hoc judicantis arbitrium versabitur. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 140. num. 2.

D. de Faria Covar. Enucl.

Verf. Secundus casus.

Accedit secundus casus; cum scilicet res, 14 quæ per executionem est tradenda, vacat nemine possidente, veluti si ad hæreditatem jacentem pertineat, & si tertius in continenti de jure suo docuerit, calumniæ suspicione non urgente, iudex superfedere tenetur. Scaccia cum aliis num. 74. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 14. num. 14. & 56. Cancer num. 73. Salgad. de Reg. protect. part. 4. cap. 8. num. 76. Aliud sustinet Argel. de legit. contradict. quæst. 5. art. 2. ex num. 26.

Verf. Tertia solet tradi species.

Tertius subsequitur casus, si contradictor 15 possideat: & quidem probata in continenti possessione, executio remorabitur. Azeved. in l. 6. num. 8. tit. 17. lib. 4. Recop. latissimè amplians & restringens. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. à num. 52. Cancer. d. lib. 2. cap. 16. ex num. 68. Parlad. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. num. 58. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 121. num. 1. Valasc. consult. 55. num. 1. part. 1. Aug. Barbosa collect. cap. Veniens 38. num. 2. de testib. Salgad. d. cap. 8. num. 32. & 81. Cævall. tract. de cognit. per viam viol. quæst. 19. à princip. quod ita verum est, ut etiam executionem triplicis sententiæ conformis tertius possessor evitet. Barbosa ubi proximè, & collect. cap. Cum super, num. 6. de re judic. Scacc. sup. num. 52. Marefcot. num. 2. Azeved. ubi pronuper: sufficitque ad eum effectum civilis tantum possessio, vel per constituti clausulam comparata. Salgad. d. cap. 8. numero 110. & 114. apud quem, ac Scacciam plenam rei cognitionem percipies.

Ad Num. 4.

Quartus tandem, & ultimus casus adest, 16 cum creditor actione personali contendit, ut quantitatem debitam persequatur, cui erit legitimus contradictor, ut executio suspendatur, quisquis in continenti se dominum, vel possessorem rei, quæ capi ad solutionem intenditur, ostenderit. Salgad. d. cap. 8. num. 60. Scacc. num. 85. Cancer. num. 66. Cur. Philip. part. 2. §. 26. num. 10. Parlad. sup. d. §. 11. num. 56. Paz Prax. tom. 1. part. 4. num. 2. Azeved. ubi supra. Cævall. d. quæst. 16. num. 15. Nostrates observant, de jure regio, & communi stylo non desiderari, quod in continenti possessio, vel dominium probetur; nam oppositione tertii admittitur, proceditur viâ ordinariâ, ordinariusque terminus probatorius conceditur. Paz, & Parlad. ubi proximè. Gutier. Practic. lib. 1. quæst. 114. Pichard. manu duct. part. 2. §. 15. num. 2. quæ oppositio admittitur, ac impedit executionem etiam post ultimam additionis sententiam, & sic praxi receptum testis est Paz ubi nuper. Sed nullâ præmissâ cognitione, si sibi videatur, poterit iudex omissis bonis, de quibus controversia movetur, ad alia capienda debitoris transfredi Gregor. Lop. in l. 3. gloss. 11. tit. 27. p. 3. l. A Divo Pio, l. Si super rebus, de re judic.

O 2

Verf.

Verf. *Sed hinc distinctioni.*

- 17 Ubi constat de possessione tertii, qui se opposuit, sententia executioni mandatur absque præjudicio possessionis, cujus effectus est, ut victor succedat in jus, & actionem, quæ superato competebat, & eadem experiri poterit viâ ordinariâ adversus possidentem, qui privati sua possessione nequibit summarie, quamvis victor in continenti probat victi dominium. Vide Salgad. Scacc. & Cancer. *ubi proxime*. Hoc apud nos procul dubio observabitur, cum semper cum tertio ordinariâ viâ agatur, & plenarie jura partium discutiantur, sicut prænotatur numero præcedenti.

Verf. *Primum, ubi contradictor.*

- 18 Quoties tertius possessorem se probat, dominium allegans, ut executionem impediatur, victori incumbit probatio dominii debitoris. Cancer. *numero 67. & 68. Scacc. d. limitat. 6. memb. 4. numero 85. Salgad. numero 94.* qui & duas conclusiones subsequentes, in quibus idem est juris, comprobarunt, & Cævall. *d. quæst. 16. numero 16. Salgad. d. cap. 8. numero 87.*

Verf. *Quartum, tribus bis.*

- 19 Hæc quæ hac conclusione, & quinta exprimuntur, de jure nostro, & praxi nequeunt observari, cum plenario judicio agatur cum tertio oppositore. Adde Cancer. *d. cap. 16. num. 78.*

Verf. *Sextum, majorem dubitationem.*

- 20 Si tertius, qui se opponit, agnoscat dominium ad victum spectare, nec justam causam possessionis, quam obtinet, ostendat, in eum executio procedet. Cancer. *variar. part. 2. cap. 16. num. 80. Salgad. de Reg. protecl. part. 4. cap. 8. num. 95. & 360.* ubi quod non prodest tertio fraudulenta possessio. Pichard. *suprà part. 2. §. 2. num. 11.*

Verf. *Octavo hic colligitur.*

Sequitur Cancer. *num. 82.*

Verf. *Decimo, ex his constat.*

- 21 Non impedit executionem tertius, qui non habet actualem possessionem rei, quæ petitur, sed jus duntaxat ad eam adipiscendam. Cancer. *dict. cap. 16. num. 92.*

Ad Num. 5.

- 22 Merus executor tenetur admittere oppositionem tertii, & super ea pronunciare. Salgad. *part. 4. cap. 6. num. 75. Cancer. part. 2. cap. 2. num. 267. Azeved. in l. 6. num. 7. tit. 17. lib. 4. Recopil. Cur Philip. part. 2. §. 16. num. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 38. num. 8. Peguera decis. 138. Joseph. Ludovis. decis. 26. num. 15. Cævall. tract. de cognit. per viam violent. quæst. 19. ex num. 42.* Similiter exceptionem falsitatis, vel nullitatis excipiet, ut ad

judicem mandantem remittat decisionem. Idem *num. 50. Azeved. ubi proxime, de quo fusè Salgad. d. cap. 6. per tot.*

Verf. *Postremo illud.*

Idem observat Azeved. *num. 8.* & in praxi servatur, ut videre licet apud Practicos nostrates præcitatos *suprà, num. 4. & 19.*

Verf. *Hæc denique obtinent.*

Quæ de oppositione tertii adversus sententiam sunt præmissa, pariter locum habent in publicis instrumentis, quibus lege parata tribuitur executio. Cancer. *suprà part. 2. cap. 16. num. 67. Cævall. dict. quæst. 16. in princip.* nullum enim quoad executionem inter hæc versatur discrimen. Cancer. *ibidem. Menoch. lib. 3. præf. 13. numer. 10.* & Interpretes promiscuè de illis verba agere solent, sicut ex laudatis *suprà, numer. 4.* constabit, ut ex Pichard. *p. 2. §. 2. numer. 6. Paz tom. 1. part. 4. cap. 4. numer. 3.*

Ibi: *Sed an instrumenta.*

Licet ex lege, vel statuto instrumenta publica paratam obtineant executionem, in tertium tamen exequi non permittuntur. Gu-tier. *præf. lib. 1. quæst. 114. Cævall. supra d. quæst. 16. per tot. Salgad. d. cap. 8. num. 85. Azeved. in l. fin. num. 12. tit. 21. lib. 4. Rocop. Amat. variar. resolut. 13. num. 33. Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 41. num. 13. Pichard. ubi proxime. Parlador. d. cap. fin. part. 4. §. 5. num. 1.* Qui duo fusè tradunt, quando in tertium executioni sit locus. Paz *d. part. 4. cap. 1. num. 50.*

Est aliud oppositionis genus in foro frequentissimæ, quoties debitor qui solvendo non est, executivè convenitur, & tertius se opponit, non dominium, vel possessionem rei pro executione captæ, sed se jure potiorum creditorem asserens, ut sibi prius quam alteri ex distractione bonorum persolvatur: quo casu apud nos praxis obtinuit, ut sopitâ executionis viâ ordinariâ, inter creditores de prælatione disceptetur: quo peracto judicio, executio ad effectum perducitur, ac juxta prælationis sententiam æs alienum exsolvitur. Salgad. *de Reg. protecl. part. 4. cap. 8. num. 65.* ubi plures, Carleval. *fusè de judic. tom. 2. disp. 12. per totum.* & alii *suprà memorati, num. 4.*

Sunt tamen qui sentiunt, executionem non impediri, sed primo, qui executionem petit, solvendum: quos laudat Carleval. *num. 10.* Aliis videtur executivâ viâ procedendum usque ad subhastationem, pecuniaque sequestranda interim donec super prælatione pronuncietur, ut creditoribus suo ordine ex sententia satisfiat. Sic docuerunt Gregor. Lop. *in l. 11. gloss. 1. tit. 14. p. 5.* & alii, quos refert, ac sequitur Carleval. *num. 17.* Quicquid de jure sit, usus forensis nostratum *ex l. 41. tit. 4. lib. 3. Recopil.* inductus multum æquitatis præ se ferre videtur, ut temperata viâ executivæ violenta celeritate, miseris ære alieno oneratis temporis angustia relaxentur, ut vel pecuniam quærere valeant, vel à creditoribus inducias impetrent: quod sæpe contingit,

tingit, quo evitant ingens dispendium, quod suis bonis sub hasta divenditis experiuntur. Benè verum est, nonnunquam debitores ea benignitate abuti, objicientes suppositos creditores, ut exequutionem suspendant, cui cautum judicem obviam ire oportebit, quod mihi conjudici in Supremo Prætorio evenisse recorder.

CAPUT XVII.

AD hæc, quæ velut præludia traduntur, & ad totius capituli enucleationem consulendi Menoch. *de retin. possess. remed. ult. Paz. tract. de tenuit. cap. 2. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 2. Ant. Gom. in l. 45. Tauri, num. 226. Matienz. de stylo Cancellar. tit. 3. cap. 1. §. 27. gloss. 4. Molin. de primogen. lib. 3. 13. Constant. Roger. tract. de remed. possessor. num. 15. Canc. var. part. 3. cap. 14. Plot. in l. Si quando, à num. 107. C. de in lit. jurand. Marefcot. var. lib. 1. cap. 11. Virgin. de Boccacis de interdict. Uti possidetis, cap. 20. Salgad. de Reg. protecl. part. 3. cap. 13. ex num. 2. ubi plures. Molin. de justit. & jur. tract. 2. disput. 638. num. 19.*

SUMMARIUM.

- 1 De interdicto, quod de interim vocatur, qui egerint, recensentur.
- 2 Hoc interdictum spectat ad possessoria remedia adipiscenda, retinenda, ac recuperanda.
- 3 Propriè appellatur interdictum, & de vocis etymologia.
- 4 Sententia est interlocutoria, quæ in eo judicio profertur.
- 5 Eam judex qui tulit, non valet revocare.
- 6 Quod interdictum est præparationem ad judicium principale possessorium, & ante hoc inchoatum exerceri potest.
- 7 Utrum competat solum possidenti?
- 8 Desiderat causæ summariam cognitionem, & judex potest ex officio procedere.
- 9 Sufficit semiplena probatio.
- 10 Testes in hoc judicio summarissimo examinati an prosint quoad principale, & è contra?
- 11 Non fit probationum publicatio, nec observantur alia solemnia judiciorum.
- 12 Non restituatur minor. & num. 33.
- 13 In judiciis aliis possessoriis non denegatur restitutio, & quid in tenuta.
- 14 In eo interdicto non objiciuntur repulsæ testibus. Aliud in possessoriis judiciis servatur, num. 19.
- 15 Ex eo non datur aliqua possessio, sed mera detentatio.
- 16 Filio litiganti in patrem super alimentis, ea interim dum lis pendet, assignari solent.
- 17 Supplicare an liceat, & num. 31.
- 18 De instrumenti editi falsitate objectio non auditur: quod limitatur.
20. In judicio tenuta an repulsæ in testes admittantur?
- 21 Hoc interdictum an simile judicio tenuta?
- 22 Utrum possit concurrere idem interdictum cum tenuta?
- 23 Competit detentatori, vel naturaliter possidenti.
- 24 Utrum ex eo interdicto manutenendus qui habet contra se juris præsumptionem? & num. seqq.
- 29 Si uterque litigans probet se possedisse litis motæ tempore, superabit qui de antiquiore possessione docuerit.
- 30 Manutentio ex hoc interdicto an cesset, prolata in causâ principali sententia in detentatorem, à qua ipse provocavit?
- 33 Dicere in hoc judicio de nullitate non licet, nec conceditur privilegiatis restitutio.
34. Agens interdicto hujusmodi quid probare debeat.

Ad Num. 1.

De differentiis hujus interdicti, quod de interim vocant nostrates, ac Uti possidetis, latè Matienz. *suprà num. 19. Menoch. num. 11. Paz num. 10.* sciendum est hujusmodi summarissimum interdictum à judicis officio procedens commune fore omnibus possessorii remediis adipiscendæ, retinendæ, ac recuperandæ, ut constat ex Menochio, qui in suo tripartito de possessione tractatu, caput triplex ultimo loco collocat de hujusce remedio agens. Observat Salgad. *sup. cap. 12. num. 9. Molin. dict. cap. 13. num. 70. & 71. Scaccia d. memb. 2. num. 9. vers. Hoc possessorium.* Virgin. de Boccac. num. 11. nam sicut pro retinenda possessione, ita pro adipiscenda, & recuperanda possunt contententes ad arma devenire, cui judicis auctoritate obviam ire oportet.

Ibi: Cujus equidem praxis origo.

Hæc prosequitur, ac refert Anton. Gom. *ubi suprà. Menoch. à num. 12.*

Ibi: Quod si propriam vim hujus interlocutionis.

De etymologia verbi, *Interdictum*, non constat, de qua præter Pichard. Mynsinger. Oynotom. & cæteros Institutionum Expolitores in §. 1. *Inst. de interdict. Ouald. ad Donel. lib. 20. cap. 2. lit. M. Cujac. ad tit. Inst. de actionib. in princ. Corral. in l. penult. num. 2. ff. de servitut. Petr. Barbosa in l. Qui prior, num. 7. de judic. Alciat. in l. 1. num. 43. de novi oper. nunciat.* Ex quibus deducitur, nostrum possessorium remedium rectè interdictum nuncupari, cum prohibitorium sit, interim, ac inter duos dictum. De interdictis, & quomodo ab edictis distinguantur, videndus Cujac. *observat. lib. 5. cap. 17. Alciat. lib. 3. parerg. cap. 15. fusè Pichard. rubric. Inst. de interdict.*

Ad Num. 2.

Decretum quoddam in judicio hoc summarissimo profertur inter sententias interlocutorias recensetur, cum nec quoad proprietatem, nec quoad possessionem quicquam definit.

Cancer. *sup. d. cap. 14. num. 37.* Menoch. *d. remed. ult. num. 46.* Aug. Barbosa *collect. cap. Cum venissent, num. 6. de institut.* Trantacing. *variar. lib. 3. tit. de probat. resol. 12. num. 4.* Ant. Gom. *in l. 45. Tauri, num. 226. ad med.* Scacc. *sup. d. lim. 6. memb. 2. num. 2. vers. Secundò quia, Salgad. ubi proxime. Valasc. consult. 79. num. 17.* Bernard. Græv. *ad. pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 7. consid. 1. num. 1.* qua forma concipi debeat interloquutoria, tradit Menoch. *num. 4.*

- 5 Non tamen poterit iudex interloquutoriam eam revocare, quod in aliis permittitur, *ex l. Quod iussit 14. de re judic. Menoch. num. 56.* Scacc. *num. 5.* qui limitat *num. 7.* si decretum nulla præmissa causæ cognitione pronuncietur; nam tunc poterit retractari.

Verf. Quo fit, ut hoc interdictum.

- 6 Hoc interdictum, quod est præparatorium ad iudicium plenarium possessionis, intervenire poterit priusquam lis principalis inchoetur. Cancer *num. 4.* Ant. Gom. Menoch. Constant. Roger. & alii laudati *num. 1.* Imò etsi solummodò super proprietate disceptetur, erit huic interdicto locus. Ant. Gom. *in d. l. 45. Tauri, num. 226. in fin.* Quid apud nos dum pendet lis de tenuta majoratus, quod est iudicium possessorium, *l. 10. tit. 7. lib. 5. Recop.* an huiusce interdicto agi possit? Negat Molin. *d. cap. 13. num. 71.* addens quod si scandalum immineat, Consilarii manutentione, vel sequestro providebunt, de quo infra, *num. 22.*

Ad Num. 3.

- 7 Quamquam remedium istud proponi possit ab eo, qui non possidet, cum agitur de interdicto adipiscendæ, vel recuperandæ, ut prænotatur supra, *num. 2.* at D. Covar. sub hoc capite duntaxat de retinenda possessione differit, idè hîc docet, opus esse quod probetur possessio, ut manutentio ex hoc interdicto agenti concedatur; alioqui si se spoliatum queratur, repellatur qui alio remedio interim uti debet, de quo Menoch. *de recup. remed. ult.* Sic conclusionem probant idem Menoch. *de retinend. remed. ult. num. 14. 15. & 29.* Salgad. *d. cap. 12. num. 3.* Trentacing. & alii cumulati supra, *num. 1.*

Ad Num. 4.

- 8 Summaria causæ cognitio desideratur in hoc iudicio possessorio. Menoch. *ubi proxime, num. 33.* Salgad. & Trentac. *ubi supra.* Scacc. *d. q. 17. lim. 6. memb. 2. num. 4.* Anton. Gom. *num. 226.* Constant. Roger. *num. 15.* Paz *de tenuit. cap. 3. num. 26.* Virgin. de Boccac. *d. cap. 20. num. 8.* nec requiritur ordo iudicialis, velut libelli oblatio, contestatio litis, aut conclusio causæ: Salgad. *num. 3.* Trentac. *num. 4.* Menoch. *num. 27.* Boccac. *num. 17.* Citatio autem omittenda non est. Menoch. *num. 31. & 33.* Boccac. *num. 8.* Cancer. *part. 1. respons. jur. ex num. 4.* Sed si super actuali possessione apprehendenda rixa, seu scandalum timeatur, iudex ex officio procedere debet, ut possessionem tradat, vel rem sequestro committat. Scacc. *num. 1. & 11.* Virgin. de Boccac. *num. 22.* Ant. Gom. & Roger. *ubi supra.*

Ibi: Nos eadem vivimur cautela.

Quam praxim probat Menoch. *num. 33. & 9 num. 34.* subiungit, levem sufficere probationem, vel femiplenam, quod præter ibi laudatos tenent Matienz. *de styl. Cancellar. tit. 3. cap. 1. §. 27. gloss. 4. num. 19.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 112. num. 22.* Aug. Barb. *collect. cap. in omni negotio, num. 18. de testib. ubi plures.* Paz *de tenuit. cap. 31. num. 28.* Salgad. *de Reg. protecl. p. 3. cap. 12. num. 20.*

Verf. Quartum ex præmissis.

Testes in huiusmodi summario iudicio deponentes, si reproducantur in plenario, fidem faciunt absque novo examine, seu ratificatione: quoniam si pendente lite principali tulerint testimonium, absque reproductione probant quoad hoc interdictum. Quæ vera sunt quando plenariè, ac parte citata fuerunt interrogati. Molin. *de primog. lib. 3. cap. 13. num. 21.* Menoch. *de retin. remed. ult. num. 38.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 637.* Rursus an probationes iudicii plenarii possessionis, vel proprietatis ad hoc summarium profint, docet Menoch. *num. 37.* qui *num. 39.* cum aliis tenet, iudicem posse fidem adhibere dictis testium sine iuramento.

Verf. Quintum, est præterea.

In his causis non est opus probationum publicatione, quæ ut aliæ solemnitatis iudicii prætermitti solent, de quibus supra *num. 8.* Menoch. supra *num. 40.* Molin. *d. lib. 3. cap. 13. num. 67.* ubi quod aliud cum de tenuta primogenii controvertitur. Paz *d. cap. 2. num. 27.*

Verf. Sextum, accedit ad hæc.

Minor non restituitur eo interdicto agens adversus omittam probationem, & generaliter restitutio illi denegatur in hoc summarissimo iudicio. Menoch. *num. 54.* Molin. *num. 63.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 8.* Benintend. *decis 76. num. 8.* Molin. *d. tract. 2. disp. 638. num. 9.* Contard. *in l. unic. limit. 8. num. 22. C. Si de momentan. possess.* Azeved. *in l. 3. num. 27. tit. 8. lib. 4 Recop.* Gutier. *practic. lib. 2. q. 88.* Paz *cap. 2. num. 28.*

Ibi: Tamen si minor læsus in iudicio possessorio.

Quoties de possessione principaliter agitur, minor beneficio gaudet restitutionis. Scaccia *sup. q. 19. remed. 2. num. 2. & n. 8. cum seqq.* Molin. *d. cap. 13. num. 64.* Azeved. *ubi proxime.* Gutier. *d. quæst. 88.* Molin. *d. disp. 638. num. 9. vers. Tota difficultas.* Paz *ubi proxime, cap. 3. num. 5.* Utrum in iudicio tenuitæ minor restituatur, disputat Molin. *d. num. 64.* qui licet in negativam propensus videatur, tandem relinquit cogitandum, subdens regia declaratione rem indigere: at Molina alter Theologus affirmativam rectè probat, quæ in praxi observanda, cum in dubiis auxilium restitutionis minoribus concedi debeat. Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 98. numer. 6.* Cyriac.

Cyriac. tom. 2. controvers. 268. num. 28. Sfort. Odd. de restit. part. 1. quest. 15. art. 6. num. 44. Gutier. pract. lib. 3. q. 31. num. 4.

Verf. Septimò est in eadem questione.

- 14 Præterea in causis hujusmodi non obijciuntur defectus testibus ad eorum reprobationem. Molin. d. cap. 13. num. 66. Menoch. num. 41. Ursill. ad Afflic. decis. 351. num. 2. Molin. d. disp. 638. num. 9. verf. Molina ubi supra. Paz. d. cap. 2. num. 29. Farin. de testib. q. 62. num. 195. quod regulare est in summariis causis, nisi irreparabilis læsio subsequeretur. Azeved. in l. 1. num. 43. tit. 8. lib. 4. Recopil. Rebuff. ad Constitut. Gallie, tom. 3. tit. de reprob. test. art. 1. num. 14. Paz in praxi, tom. 1. temp. 9. num. 25. Marant. de ordin. judicior. part. 6. tit. de testium repuls. num. 19. Aug. Barbosa collect. cap. Veniens 38. num. 6. de testib. Ursill. supra num. 1. Farinac. num. 193. Vide Menoch. de arbit. lib. 1. cas. 32.

Ibi: Sed quis debet esse in possessione, lite pendente

- 15 Per interdictum de interim, non decernitur cuiquam vera possessio, sed solum declaratur, quis in deterioratione bonorum existere debeat, dum de principali causa controversia definitur. Scacc. d. q. 19. remed. 2. concl. 2. num. 17. verf. Quia respondeo. Matienz. in l. 9. gloss. 1. num. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Menoch. de remed. ultim. num. 11. Paz de tenuit. cap. 2. num. 15. 16. & cap. 3. num. 12.

Ibi: Ex quo ipse libenter infero.

- 16 Dum filius cum parente in judicio plenario contendit super filiatione, ut ab illo alimenta percipiat, solet peti, ut interim dum lis pendet, filius litigans per patrem alatur, ad quod summaria probatio recipitur de filiatione, cujus meminit D. Covar. sup. cap. 6. Surd. de aliment. tit. 1. q. 112. In hac igitur summaria cognitione testium repulsæ non admittuntur. Roman. singul. 388. Ursill. ubi proximè. Aliud est in principali causa super alimentis. Farinac. de testib. q. 62. num. 205.

Verf. Octavo, ad hujus rei.

- 17 Observat hæc D. Covar. quod etsi in hoc remedio soleat admitti supplicatio, non tamen terminus in secunda instantia ad probandum conceditur, ex stylo Regii Tribunalis, Granatensis scilicet Cancellariæ, quem refert Menoch. de retinend. remed. ult. num. 33. & immeritò Præsulem nostrum impugnat, probans in hoc judicio supplicationi locum fore, quod non inficiatur, imò affirmat D. Covar. hæc, adde Paz d. cap. 2. num. 30. Gutier. Canonic. lib. 1. q. 34. num. III.

Verf. Nonò, ubi ad hujus interdicti.

- 18 Non licet contra instrumenta nec de falsitate dicere, si aliqua in hoc exhibeantur judicio.

Molin. d. cap. 13. num. 68. Menoch. num. 43. Molin. d. disput. 638. num. 9. verf. Molina ubi supra Ratio est, quia hæc altiore exigunt indaginem, quæ in hujusmodi causis rejicitur. Paz d. cap. 2. num. 31. Unde si brevi possit falsitatis suspicio investigari, de ea cognoscetur. Uterque Molina ibidem.

Verf. Quod si ageretur.

Licet omnis causa super possessione summaria censeatur, Marant. de ordin. judic. part. 4. dist. 6. num. 46. tamen in illis repulsæ testium obijci, ac probari possunt. Barbosa collect. cap. Præsentium, num. 4. de testib. in 6. Paz cap. 3. num. 4. Molin. d. num. 9. Farin. d. q. 62. num. 202. nam cum defensio sit, auferenda non est etiam in judiciis summariis. Afflic. decis. 351. num. 3. nec leve detrimentum ceteri debet possessionis amissio, propter commodum ejus, §. Retinendæ, verf. Commodum, Instit. de interd. Paz cap. 20. num. 7. & quæ tradit. d. cap. 3. à num. 3. Parlad. differ. 137. num. 20. & lib. 1. quotid. cap. 9. à num. 1.

Ex quo videtur resolvi posse, quæ in dubium revocant nostrates, an scilicet in summario tenuræ judicio objectiones contra testes, & instrumenta admittantur, cum ex l. 10. tit. 7. lib. 5. Recop. possessionis causa per illud penitus terminetur, & solum de proprietate liceat agere: nihilominus Molin. d. cap. 13. locis præcitatis, nihil resolvit, quem sequitur alter Molina ubi proximè, de quo etiam Gutier. Practicar. lib. 2. q. 88. Mihi quidem semper placebit D. Covar. doctrina, ut in tenuræ controversiis de justitia litigantium (ob grave admodum præjudicium, cum lites super primogeniis diuturnæ regulariter fiant) exactissimè cognoscatur, idcirco hoc munus universo Consilio Regio reservatur, ut cuncti Senatores ad decisionem concurrant, l. fin. tit. 19. lib. 4. Recopilat. Videas infra num. 33.

Ad Num. 5.

Interdictum Interim, competit civiliter possidenti tantum, modò alius in actuali possessione non reperiatur. Menoch. de retin. remed. ult. num. 16. & 17.

Verf. Ego verò, Ibi: Quod erit ibidem observandum.

Ex l. 45. Tauri, non solum civilis, sed etiam naturalis possessio jure ipso in legitimum transfertur successorem majoratus: sed cum sæpe contingat, ut duo, vel plures se in successione potiores esse intendant, ex quo jurgia oriri possent dum super apprehensione bonorum contenderent, lite super proprietate pendente; ideò lege cautum est, ac introductum, ut in summarissimo judicio de tenuta dicto, de possessione haberetur cognitio, & qui potior jure videretur, actualem teneret interim possessionem, reservato ejus plenario judicio, simul & proprietatis, l. 9. tit. 7. lib. 5. Recopilat. Deinceps hujus judicii natura sic immutata est, ut tenuræ sententiâ judicium possessorium prorsus definiatur, jure tantum proprietatis reservato, lib. 10. eod. tit. l. fin. tit. 19. lib. 4. Recopilat.

Ex

Ex quibus liquet, quondam tenutz judicium nostro interdicto fuisse perfimile, ut probat Paz de tenut. cap. 2. à num. 25. hodie non utique, cum de possessione lis vertatur in causis tenutz, de qua iterum agere non licet, de quibus præter Paz speciali tractatu. Molin. de primog. lib. 3. cap. 19. Anton. Gom. in l. 45. Tauri. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 637. Matienz. & Azeved. in d. l. 9. & 10. Recop.

- 22 Quæritur utrum hodie, cum judicium tenutz sit possessorium, in quo de possessione principaliter agitur, locus sit interdicto de interim præparatorio, ut declaretur quis in possessione esse debeat, dum super proprietate pronunciatur, cum eo tempore litigantes possint ad arma proficere super bonorum occupatione? Negat Molin. d. cap. 13. num. 71. quem sequitur alter Molin. dist. 638. num. 10. asserens, per supremum Consilium adhibendam esse providentiam, ne litigantes in scandalum labantur, vel data actuali possessione ei, qui meliori jure niti videatur, vel sequestro, aut administratione bonorum decreta: de quo Paz sup. cap. 2. num. 24. qui contra tenentes refert. & cap. 9. à num. 3.

Verf. Sic sanè quicquid Massuerus.

- 23 Interdicto de interim, etiam detentator judicatur. Menoch. de retin. remed. ult. num. 18. Virgin. de Boccac. tract. de interd. uti possid. cap. 2. num. 85. Paz sup. cap. 9. num. 4. Valasc. consult. 79. num. 11. Sic. & naturaliter possidentem manutenendum docet Menoch. cum aliis num. 16.

Ad Num. 6.

- 24 Controvertitur an manuteneri debeat ex hoc interdicto possessor, qui adversus se habet juris præsumptionem? De quo Menoch. supra à num. 21. Gutier. practic. lib. 3. quæst. 19. à num. 11. Azeved. cum pluribus in l. 2. num. 2. tit. 1. lib. 4. Recop. Avil. in cap. 1. Prætor. gloss. 1. num. 18. Palac. Rub. in cap. Per vestras, num. 46. de donat. int. Tusch. lit. M, concl. 79. Argel. de acquir. possess. quæst. 3. art. 4. ex num. 25. Marefcot. fusè variat. lib. 1. cap. 11. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 16. num. 17. Mart. de jurisdict. part. 2. c. 5. Pro cuius resolutione nonnullos casus D. Covar. distinguit.

Verf. Primum, ubi de juribus?

- 25 Quoties privatus castra, jurisdictionem, vectigalia, vel similia, quæ ad Principem jure communi spectant, occupat, aut exercet, cogi poterit ut de titulo possessionis doceat in promptu, alioqui juribus regiis privari debet. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 9. tit. 4. p. 5. Marefc. sup. num. 37. Menoch. num. 24. Mart. num. 15. Gutier. à num. 15. Azeved. num. 2. & alii plures, quos recensui supra, cap. 1. num. 146.

Verf. Secundò oportet.

- 26 Ad justificandam possessionem in casu præcedenti sufficit titulus præsumptus, vel apparens, nisi ex ipso nullitas constiterit. Gutier. num. 8. Marefcot. num. 24. & 59. Mart. num. 32.

Verf. Tertio, quoties contra.

Præsumptio juris non vehemens adversus possidentem non impedit manutentionis beneficium. Gutier. num. 14. Menoch. ubi proximè. Marefcot. num. 19. & 45.

Verf. Quarto, non sic respondendum.

Si vehemens juris præsumptio, & quæ publica nititur autoritate, urgeat adversus possidentem, hic manutenendus non erit. Menoch. num. 24. Marefcot. num. 39. Virgin. de Boccacis de interd. uti possid. cap. 20. num. 6.

Verf. Duodecimò, meritò in hac.

Si uterque litigans se possidisse litis motæ tempore probet, qui de antiquiori docuerit possessione, quoad hoc interdictum potior habebitur; nam regulariter prior prævalet possessio, ac posterior clandestina & turbativa creditur, donec de titulo constet. Menoch. de recup. rem. 15. num. 69. & de retinend. rem. 3. num. 725. Barbosa ex pluribus collect. cap. Licet causam, num. 12. de probation. Gam. decis. 54. Mascard. de probation. conclus. 1195. per tot.

Aliqua non prætermittenda præmissis subjungere placet. Primum, quamdiu hujus interdicti effectus, ac manutentio perseveret? Et sententiam latam super principali possessorio, cessare etiam si ab illa provocatio interponatur, resolvit Salgad. de Reg. procecl. part. 3. cap. 12. num. 119. Menoch. de retinend. remed. ultim. num. 58. cum seqq. quod de jure communi planè procedit, quo appellatione in possessorii plenariis non operatur suspensivum effectum, ut ait Menoch. num. 60. at cum Jure Canonico, & nostro Regio quoad utrumque effectum in ejusmodi causis admittatur appellatio, videatur dicendum, existentem in possessione ex interdicto de interim, non esse spoliandum quamdiu sententiæ in possessorio plenario per appellationem, vel supplicationem, aut in integrum restitutionem executio suspensa est, prout Menochius non obscure insinuat. Consulas Cancr. variat. p. 3. cap. 14. à num. 12. Gutier. Canonic. lib. 1. tr. 34. num. 113.

Secundò adnotandum quod omni jure appellatio interdicatur, etiam quoad devolutivum effectum à manutentionis decreto in hoc summariissimo judicio. Salgad. de Reg. procecl. part. 3. cap. 12. num. 60. 61. & 80. Menoch. sup. num. 48. cum seqq. Scaccia. de appellation. quæst. 17. memb. 2. à princ. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 638. num. 10. Paz de tenut. cap. 12. num. 6. Trentacing. variat. lib. 2. tit. de appell. resol. 15. num. 4. & 5. Idem de supplicatione dicendum cum Molina ibidem, ac Menoch. num. 53. etenim ubi illa prohibetur, hæc admitti non debet, nisi appellationem propter judicium præcellentiam vetari contingat. Did. Per. in l. 8. verb. Supplicar., tit. 4. lib. 2. Ordin. Azeved. in l. 1. num. 2. tit. 19. lib. 4. Recop. Pichard. manuuct. ad prax. part. 1. §. 23. num. 3. At D. Covar. sup. num. 4. verf. Octavo ad bujus rei, refert in Granatenfi Prætorio aliud observari, imò in tota Hispania usq.

usu receptum, asseverat Joan. Carl. de Nobilit. gloss. 1. §. 2. numer. 5. Gutier. Canonic. lib. 1. q. 34. numer. 112. Monter. in pract. tract. 5. cap. 7. numer. 5. Olim quoque in summario possessorio remedio, vulgò de tenuta, apud supremum Consilium supplicans audiebatur, l. 9. tit. 7. lib. 2. Recop. quod interdicto interrim est perfimile. Paz cap. 2. ex numero 21. quamvis hodie contrarium induxerit lex finalis, tit. 19. lib. 4. Recop.

32 Tertiò, nec de nullitate dicere licet. Menoch. numer. 51. Scacc. q. 19. concl. 2. num. 17. Nec minor, aliufve privilegiatus adversus hujusmodi decretum restitutionis auxilio juvabitur. Menoch. numer. 49. Paz d. cap. 2. num. 28.

Ibi: Nam in corporalibus fat est.

33 Agens hoc interdicto suam possessionem probare astringitur de tempore litis motæ, perturbationisve per adversarium illatæ, vel proximo contestationi. Menoch. de retinend. remed. 3. numero 556. Paz de tenuit. cap. 2. num. 20.

SUMMARIUM.

- 1 Testis qualis esse debeat, & quis omni exceptione major censeatur.
- 2 Infamia juris notatus à testimonio prorsus removetur, & quæ illa sit.
- 3 Infamia facti definitur.
- 4 Hac infamia affectus quando in testem admitti possit, & quanta fides illi adhibenda.
- 5 Infamia canonica quæ dicatur.
- 6 Laicus contra clericum in criminalibus an possit testificari, & num. 7.
- 8 Inimici testimonium non admittitur: quod declaratur, num. 9. & 10.
- 11 Inimicus reconciliatus utrum sit testis habilis.
- 12 Lex Athletæ, §. Dat remissionem, de excusat. tutor. expenditur, ac enodatur.
- 13 Cives, & alii de universitate quando pro ea rectè producantur in testes, & quantam fidem faciant, & num. 14.
- 15 De defectibus, qui in iudicio adversum testes obijciuntur, remissivè.
- 16 De praxi ad opponendos ejusmodi defectus.
- 17 Si opponatur quid testi, ne deponat in probatione, quomodo iudex procedere debeat.
- 18 In secunda instantia admittuntur litigantes ad probationem defectuum in testes productos in ipsa: & quid de examinatis in prima, & num. 19. & 20.
- 21 Testes in secunda instantia producere non licet de eisdem articulis, aut directò contrariis.
- 22 Limitatur multifariam, ad num. 29.
- 30 Testes num teneantur respondere, atque jurare circa defectus, seu crimina, quæ obijciuntur eisdem?
- 31 De interrogationibus, quæ in omni testimonio apud nos prætermittuntur, ac generales legis vocantur.

D. de Faria Covar. Enucl.

32 Si iudex perperam procedens roget testem de crimine, vel infamia, quæ illi imputatur, ac ipse fateatur, hujusmodi confessio operabitur ad exclusionem testimonii, aut fidem minuendam.

33 Utrum ille non legitimè interrogatus possit jurans celare veritatem?

34 Testis falsò deponens coram iudice non suo, qualiter, & quando per eum puniri possit, ex num. 24. ad 32. & ad num. 42.

43 Si Ecclesiasticus procedat in clericum, qui in foro sæculari testificans pejeravit, nequibit inhibere iudici laico, ne in causa principali procedat, donec iudicium super perjurio absolvatur.

44 Iudex laicus potest procedere ad detectionem falsitatis, quam clericus testis coram eo admisit, quatenus ad causæ principalis expeditionem opus sit.

CAPUT XVIII.

TESTES ab omni labe criminis, infamiæ, atque suspicionis exemptos esse oportet, cap. Constitutum 3. quest. 5. cap. Si testes 4. quest. 3. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 12. numer. 15. Tusch. Practicar. lit. P, concl. 191. num. 30. Aug. Barbofa collect. cap. Testimonium, num. 2. de testib. Azeved. in l. 9. n. 103. tit. 17. lib. 4. Recop. Mascard. de probat. concl. 5. num. 18. & concl. 464. & concl. 1357. Joan. Crot. tract. de testib. à princip. In testibus sunt perpendenda ætas legitima, qualitas status, & personæ conditio. Medic. de definitionib. defin. 12. num. 2. Ille igitur omni exceptione major habetur, cui objici nihil potest, quod illi fidem auferat, aut diminuât. D. Covar. de matrim. part. 2. cap. 8. §. 12. numer. 17. & 18. Cancer. variar. part. 1. cap. 20. num. 87. Mascard. conclus. 6. numer. 70. & hæc qualitas in quolibet præsumitur, donec aliud appareat. Farinac. in Praxi, de falsit. quest. 158. num. 99. Cancer. part. 1. cap. 6. num. 68. attamen si pro forma lex ad aliquem actum desideret testes exceptione omni majores, id probare est opus, ut præfati cum aliis tenent.

Ad Num. 1.

Est infamia triplex, juris, facti, & canonica, qua testes notari possunt. Crot. suprâ cap. 3. ex num. 14. Juris infamia definitur, quod est lætæ dignitatis status moribus, ac legibus reprobatus. Tusch. lit. I, concl. 107. num. 1. Cardof. in praxi judic. verb. Infamia, num. 1. Farinac. de testib. quest. 56. numer. 1. sicut deducitur ex l. Cognitionem 5. §. 1. de var. & extraord. cognit. qui hac alpergitur macula profus à testimonio ferendo repellitur, l. 8. tit. 16. part. 3. Tusch. num. 3. Cancer. h. 91. d. cap. 20. Crot. n. 20. Greg. Lop. in d. l. 8. Azeved. sup. Cujac. ad tit. de testib. cogend. in fin. Guazzin. de defensione reor. def. 19. cap. 10. num. 3. Jul. Clar. sentent. lib. 5. cap. fin. q. 24. num. 13. Mascard. d. conclus. 1357. numer. 5. Sed nec facit indicium. Barbofa de potest. Episc. part. 2. alleg. 43. num. 25. Hujusmodi testes, etiam nemine opponente, iudex repellit. Crot. numer. 24. Ant. Gom. d. cap. 12. numer. 22. Sanch. Consil. Moral. lib. 5. cap. 5. P dub.

dub. 6. num. 3. Mascard. ubi proximè, num. 12. Farinac. quæst. 62. num. 192. Facit lex Quos prohibet 7. de postuland. Et licet testis inhabilis, aut suspecti fides roboretur per contestem egregiæ existimationis, ita ut plenè probet, Ant. Gom. nu. 21. vers. Item adde. Farinac. num. 328. Mascard. nu. 7. id tamen non procedit in laborante juris infamia. Crot. num. 21. Cancer. d. cap. 20. numer. 91. Mascard. ubi proximè. Farinac. num. 340. De infamia juris, ac ejus effectibus, atque differentiis, latè Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 31. c. 29. Farinac. Crot. Barbosa, Mascard. ubi nuper laudati.

- 3 Facti infamia est apud graves ac honestos viros læsa existimatio. Tusch. lit. I, concl. 107. num. 10. Morl. Empor. Jur. lib. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 23. num. 11. Barbosa d. alleg. 43. num. 17. Crot. sup. numer. 15. Sanch. d. lib. 6. cap. 3. dub. 4. ubi ait quæ concurrere debeant, ut infamia facti incurratur, scilicet ut sit communis opinio, ut voce per plures in vulgus prodierit, ut sit apud bonos & graves viros, ut à probabili suspitione proveniat. De differentiis inter utramque infamiam agit Barbosa ex num. 18.

Vers. Hec enim est facti infamia.

- 4 Infamiã facti notatus non censetur testis idoneus, ideo in causis criminalibus, matrimonialibus, ac arduis civilibus non admittitur. Greg. Lop. in l. 8. gloss. 2. tit. 16. p. 3. Tusch. lit. T, conclus. 209. Crot. de testib. d. cap. 3. d. num. 30. Mascard. de probat. concl. 738. numer. 1. & 3. Jul. Clar. d. quæst. 24. num. 13. Farinac. de testib. quæst. 56. nu. 107. 109. & 115. Idem erit in causa criminali civiliter intentata. Crot. numer. 32. licet alii contra, Farinac. numer. 119. Nec infamis in sui similem testificari conceditur, latè Morla d. quæst. 23. per tot. Farinac. num. 44. Quamquam regulariter in civilibus hujusmodi infamia non repellat, Farinac. numer. 100. sed integra fides testi non adhibetur. Mascard. sup. n. 20. Farinac. n. 112.

- 5 Additur tertia species infamiæ, quæ canonica dicitur, quam contrahit quisque peccati lethalis reus, quamdiu in crimine perseverat, quæ etiam à testimonio repellit. Crot. nu. 17. & 38. cum seqq. Morla num. 10. Azeved. in l. 2. numer. 5. tit. 8. lib. 4. Recop. Farinac. d. quæst. 56. num. 282. & 283. Infamia occulta etiam juris, testem non reddit inhabilem. Paz de tenuit. cap. 40. numer. 10. Farinac. nu. 86. Azeved. in l. 7. num. 13. tit. 9. lib. 3. Recop.

Ad Num. 2.

- 6 Scire oportet, laicum in criminalibus non recipi in testem adversus clericum etiam primæ Tonsuræ, nisi in criminibus notoriis, vel exceptis, aut si aliter veritas indagari non possit, de quo Farinac. de testib. q. 61. à nu. 98. Barbosa collect. cap. de cætero, de testib. ubi plures, Crot. d. cap. 3. num. 54. cum seqq. Mascard. concl. 1359. ex n. 44.

- 7 Ubi laicus deponere permittitur in clericum, ambigi solet, an corpore sic vitiat, ut ad Ordines sacros promoveri non possint, excludi debeant à testimonio ferendo? Affirmant, nisi Pontificis auctoritate, Didac. Per. in l. 1.

colum. 14. vers. Irregulares, tit. 3. lib. 1. Ordin. Barbosa sup. num. 5. Bernard. Diaz prax. cap. 131. num. 4. Cur. Philip. p. 3. §. 10. num. 3. Quam sententiam D. Covar. impugnat: dici tamen posset, quod voluerit Pontifex, nullum testem esse recipiendum contra Presbyteros, qui saltem aptitudine in eorum numero recenferi nequiret.

Ad Num. 3.

Nemo idoneus testis est in causa inimici, 8
l. Si quis testibus 16. C. de testib. l. 13. l. 22. tit. 16. p. 3. cap. Meminimus 13. de accusat. cap. accusatores 3. q. 5. & ibi Glossa, Greg. Lop. in d. l. 22. gloss. 2. & 3. Farinac. quæst. 53. ex num. 3. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 62. num. 14. Larrea allegat. fisc. 48. numer. 37. Escob. de purit. sanguinitas. part. 1. quæst. 12. Sanch. Consilior. Moral. lib. 6. cap. 5. dub. 14. num. 9. Mantic. de conject. ultimar. voluntat. lib. 12. tit. 5. numer. 4. Tusch. lit. I, conclus. 149.

Inimicus capitalis nullo in crimine etiam 9
læsæ majestatis ad testificandum admittitur, cap. Per tuas, el primero, de simon. l. 13. tit. 16. p. 3. Gregor. Lop. in d. l. 13. gloss. 2. Tusch. supra numer. 18. Mascard. concl. 1114. nu. 7. & 8. Anton. Gom. Farinac. & alii pronuper laudati, & per Barbof. in d. cap. Per tuas, num. 2. Nec per torturam suspicio purgatur, Farinac. supra numer. 10. Bossius prax. tit. de inquisit. num. 52. Guazzin. de defens. reor. defens. 19. cap. ultim. numer. 8. Ex quibus causis capitalis inimicitia præsumatur, tradit lex 22. tit. 16. p. 3. Farinac. quæst. 49. à princip. qua affectus nec ad inquirendum deponere valet, quanquam cæteri inhabiles sufficient. Bossius supra numer. 3. & 52.

Leviore autem inimicitia, tametsi testem 10
non omninò repellat, fidem tamen pro arbitrio judicis attenuat, l. 6. tit. 33. p. 7. Greg. Lop. in d. l. 22. gloss. 2. Tusch. & Ant. Gom. ubi proximè. Avendañ. de exeq. mandas. part. 2. cap. 5. num. 6. vers. Quod jure. Farinac. d. quæst. 53. num. 51. & 54. An credendum sit producto in testimonium, si profiteatur se inimicum ejus, in quem producit, tradit Bossius supra tit. de opposit. cont. test. n. 64. qui affirmativè resolvit, cessante fraude, & nisi ex intervallo post depositionem id patefaciat.

Ibi: Quæ quidem suspicio minimè tollitur.

Recens inimici reconciliatio non prodest, 11
ut ad testificandum admittatur in reconciliationem: secus si jam diu præcesserit. Farinac. d. quæst. 53. num. 58. & 59. Crot. d. cap. 3. num. 111. Ant. Gom. d. nu. 14. vers. Limita tamen. Jul. Clar. supra q. 24. num. 6. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 28. num. 8. Mascard. concl. 657. num. 47. & 48. Tusch. lit. I, concl. 149. num. 20. Possent tamen post reconciliationem brevi tot, ac tanta veræ charitatis, & amicitiae opera invicem inter reconciliatos exhiberi, ut omnis odii suspicio penitus extirpetur, veluti (quod frequenter contingit,) cum familiaræ pacis stabilindæ gratiâ per nuptias affinitate junguntur, in quo judicantis arbitrio locus erit.

Ibi:

Ibi: Cui objicitur textus in
l. Athleta.

Ad Num. 5.

12 Hujus loci cum elogio meminit Menochius ubi proximè, & quidem lex, quæ objicitur, parum urgere videtur ex rationis diversitate; etenim aliud est, falsò deponere in inimicum; & aliud liberos curæ inimici committere, ut ipse administratione tutelæ oneretur. Illud quotidie dolentes experimur: hoc per raro evenire solet, cum munus tuendi filios magis dilecto amico parens credere præsumatur, ut notatur in l. Duo sunt Titii 30. de testam. tutel. de qua Cujac. lib. 6. question. Pauli; ideo cum majus periculum verteretur in admitendo reconciliato ad testificandum, majorem oportuit adhiberi cautelam, l. 1. §. Sed si quis, de Carbon. edict. ita ut ad excludendam suspicionem falsi testimonii antiqua, & firma reconciliatio desideretur; ad elidendam verò fraudem in datione tutoris recens sufficiat, cujus conjecturæ locus non datur, ubi alia rationabiliter capi potest. Sic quoties inimico nondum reconciliato parens tutelam filiorum consignat, prava mens in testatore præsumitur, unde tutor excusatione juvatur, l. Athleta, §. Dat remissionem, de excusat. tutor.

Ad Num. 4.

13 Cives, oppidani, alique de universitate pro eadem rectè producuntur in testes, si de communi utilitate controvertatur, nec ex litis eventu proprium, privatumque commodum sint percepturi. Gregor. Lop. in l. 18. gloss. 6. tit. 16. part. 3. Mascard. concl. 295. numer. 19. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 106. nu. 4. & 13. Farinac. de testib. quest. 60. num. 453. & 495. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. T, num. 107. & 108. Bovad. Politic. lib. 3. cap. 8. numer. 96. ubi de decurionibus, Did. Per. in l. 22. tit. 11. lib. 4. Ordin. Afflic. decis. 400. num. 1. 2. Barbosa collect. cap. Insuper, num. 2. & 6. de testib. ubi plures. Sed si ex lite tam exiguum sit, quod in utilitatem privatorum cadere possit, ut verosimiliter propter id pejorare non videantur, judicantis arbitrio recipi non prohibentur in testes. Gregor. Lop. ubi proximè. Joan. Garc. de Nobil. gloss. 25. nu. 6. Barbosa ubi proximè. In criminalibus causis, ac civilibus arduis testimonium civis, vel similis pro sua universitate non admittitur. Farinac. num. 508. 521. & 522. Menoch. nu. 17. Quando causa ad universitatem, vel ad singulos attinere censeatur, pluribus docet Farinac. ex num. 498. qui latissimè disserit numer. 450. cum seqq.

Ibi: Quin & ipse admonendum.

14 His qui pro sua universitate testimonium ferunt, etsi nullum sperent commodum, plenè non creditur, propter affectionem. Gregor. Lop. suprà. Barbosa num. 5. Farinac. num. 456. Bovadill. num. 79. Ursill. ad Afflic. decis. 400. num. 2. etsi Menoch. num. 8. & 9. opinetur, integram fidem eisdem adhibendam esse pro personarum qualitate, juxta judicantis arbitrium.

D. de Faria Covar. Enucl.

De repulsis, quæ testibus in judicio produ- 15
ctis objiciuntur, & quâ formâ, & tempore, videndus Pichard. manu duct. ad prax. part. 1. §. 9. numer. 3. & part. 3. §. 3. numer. 29. Paz prax. tom. 1. temp. 9. Azeved. in l. 1. tit. 8. lib. 4. Recopil. Marant. de ordin. judicior. part. 6. act. 13. à princip. Cur. Phil. p. part. 1. §. 16. numer. 30. Monteros. pract. tract. 2. Guier. Practicar. lib. 1. quest. 64. Bossius praxis tit. de opposit. contr. test. in princip.

Ex quibus constat, quod facta probationum 16
publicatione, opponuntur adversus testes defectus, ad quod jure communi nullus terminus præfinitus habetur, sed usquedum sit in causa conclusum objicere licet, & judex ad probationem pro arbitrio tempus decernit. Apud nos à die intimatæ publicationis intra sex partibus objicere contra testes permittitur, quibus elapsis, nec minor per restitutionem opponens auditur, deinde ad defectuum probationem terminum arbitrariè judex concedit, qui excedere nequit dimidiam ejus, qui ad causam principalem fuit assignatus: sit testificationum publicatio, sed repulsæ contra reprobatorios testes non recipiuntur: si aliquis ex litigantibus possit petere restitutionem adversum omis- sam probationem in causa principali, testes non examinantur, nisi post quindecim dies à facta publicatione; quia hoc tempus duntaxat privilegiatis tribuitur ad præfatam restitutionem postulandam, l. 1. 2. & per tot. tit. 8. lib. 4. Recop. & nostrates pronuper recens ob- servarunt.

Quod si dum probatio super principali age- 17
batur, aliquid in testem ad illius exclusionem opponatur, si in continenti de defectu constet, illicò rejicitur; sed si altiore requirat inda- ginem, testimonium recipitur, reservata proba- tione repulsæ in tempus post publicationem. Menoch. lib. 2. præsumpt. 47. numer. 7. Azeved. in l. 1. num. 4. tit. 8. lib. 4. Recop.

Verf. Ego verò illud.

Quamvis in appellationis judicio terminus 18
concedatur ad probandos testium defectus, ne- quibunt tamen probari contra productos in prima instantia. Avendañ. de exequend. man- dat. p. 2. cap. 5. nu. 29. Guier. suprà num. 2. Didac. Per. in l. 1. ad fin. tit. 4. lib. 3. ordin. Azeved. in d. l. 1. numer. 5. & in l. 4. in fin. tit. 9. lib. 4. Recop. Cur. Philip. part. 5. §. 3. numer. 5. Paz suprà num. 7. Marant. num. 13. Ursill. ad Afflic. decis. 266. num. 1. & 2.

Verf. Deinde scio.

De jure objectiones contra testes primæ in- 19
stantiæ in secunda admitti non solent, ut vi- dere est apud proximè laudatos: sed aliud in Granatensi Cancellaria observari, modò in ipso appellationis libello repulsæ exprimantur, D. Covarruvias asseverat, cujus praxis meminere Paz ubi proximè. Azeved. in d. l. 1. numer. 9. qui sic obtinuisse non semel Placentiæ testatur, Pichard. suprà part. 1. §. 9. in fin. quod etiam de jure procedit, cum judex à quo repullas rejicit, aut testes super illis examinare omisit.

P 2

Gu-

Gutier. *d. quæst.* 64. num. 3. Cur. Philip. *ubi proximè*, num. 8. & alii (quos non sequitur,) apud Azeved. num. 8. Idem juris erit, si pars defectum testis pendente prima instantia ignorabat. Avendañ. *resp.* 21. numer. 4. Gutier. num. 4.

- 20 Poterit etiam in appellationis instantia opponi de falsitate, aut corruptione testium, qui in prima deposuerunt. Afflic. cum Ursil. *ubi proximè*. Azeved. num. 6. Gutier. num. 3. Marant. Avend. Didac. Per. & alii *ubi supra*. Greg. Lop. *in l.* 37. *gloss.* 4. *tit.* 16. *part.* 3.

Ad Num. 6.

- 21 Testes nequeunt admitti per appellationis iudicem super eisdem articulis, vel directò contrariis, de quibus in prima instantia probatio facta constiterit, *l.* 4. *tit.* 9. *lib.* 4. *Recop.* *ubi* Azeved. num. 2. Gutier. *Practic.* *lib.* 1. *quæst.* 71. *Viv. commun. opin. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 10. num. 307. Joan. Garf. *de Nobilit. gloss.* 46. numer. 2. Cened. *ad Decretal. collect.* 27. numer. 3. Pichard. *manud. ad prax.* p. 4. §. 19. num. 5. Did. Per. *in l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Villalob. *Ærar. commun. opin. lit.* T, n. 182. Barbosa *collect.* *Clement.* 2. num. 3. *de testibus.* Mascard. *de probat. concl.* 5. num. 46. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 20. num. 28. Farinac. *suprà quæst.* 75. num. 75. & 302. *cum seqq.* Scaccia *de appellat. quæst.* 11. nu. 106. Olan. *concord. jur. lit.* T, num. 23. Jul. Clar. *cap. fin. quæst.* 61. numer. 2. Cur. Philip. *part.* 5. §. 3. n. 4. An hæc de jure communi procedant, absque controversia non est, de qua Farinac. *ex num.* 306.

Ibi: Qua in re illud est.

- 22 Quæ conclusio minimè locum obtinet quæstiones in prima instantia testes non sunt interrogati super articulis deductis; tunc enim de eisdem, vel directò contrariis iudex appellationis probationem admittet. Gutier. *suprà num.* 2. Azeved. num. 15. Didac. Per. Olan. Curia Philip. *ubi proximè*. Paz *prax. tom.* 1. p. 6. *cap.* 1. num. 19. Matienz. *dialog. relator. part.* 3. *cap.* 49. *in princip.* & *cap.* 51. *in fin.*

- 23 Præterea, si in secunda instantia producat testis, qui in prima deponere non potuit propter absentiam, vel partis ignorantiam, si hoc litigans juramento asseruerit, examinari debet super eodem articulo, vel directè contrario, *l.* 39. *tit.* 16. p. 3. *ubi* Gregor. Lop. Matienz. *d. cap.* 49. numer. 3. Gutier. *d. quæst.* 71. *in fin.* Joan. Garc. *de Nobilit. gloss.* 46. num. 1. Barbosa *collect.* *cap. Fraternalitatis*, n. 4. *de testib.* Amad. Roder. *in prax. de form. examin. process.* *cap.* 8. numer. 7. In quo tamen cavendum, ne pejerandi occasio & litigantibus, & corruptis testibus exhibeatur; ideo iudex ex circumstantiis arbitrabitur, an testis admittendus, necne, ut admonet Joan. Garf. *suprà numero* 12. & 13. Azeved. *in d. l.* 4. *numero* 3.

- 24 Similiter quoties utraque pars se offert ad probandum super eisdem articulis, testes admittuntur. Paz, & Cur. Philip. *ubi proximè*. Minor, Ecclesia per restitutionis beneficium testes hujuscemodi possunt producere: iidem *ubi supra*. Matienz. *part.* 3. *cap.* 51. *limit.* 37.

Alfar. *de offic. fisc. gloss.* 16. num. 194. *ubi* de Fisco. Plures alias limitationes patitur regula posita superius, nu. 21. de quibus fuse Matienz. *cap.* 46. *cum seqq.* Ant. Gab. *commun. lib.* 1. *tit. de testib. concl.* 21. Farinacius, & Scaccia ibi laudati.

Est notandum, quod si publicatis attestatio- 25 nibus super repulsis testium, omnes, aut plerique inhabiles, aut suspecti apparuerint, non prohibebitur litigans in causa appellationis super eisdem articulis alios testes producere. Ita post Rebuffum sentit Azeved. *in l.* 1. num. 44. *tit.* 8. *lib.* 4. *Recop.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *cas.* 34. num. 15.

Illud revocatur in dubium, quando testes in 26 prima instantia producti, se nescire, vel non recordari responderunt, an in secunda ad probationem ejusdem articuli alii recipi possint? Affirmant Gutier. *Practic. lib.* 1. q. 71. nu. 4. Azeved. *in l.* 4. nu. 16. *tit.* 9. *lib.* 4. *Recopil.* at Matienz. *dialog. relator. part.* 3. *cap.* 47. num. 5. post discussam quæstionem contra sentit, quod verius videtur, quia testis functus est officio suo, & pars sibi imputet, qui talem in testimonium produxit. Prior tamen opinio jure sustineretur, si testis ante præstitum juramentum, ut se à testificando eximeret, id iudici asseveraverit, ac ideo non deposuit.

Verf. Illud verò solet à quibusdam.

Utrum eadem regula tradita numer. 21. pro- 27 cedat in causa nobilitatis, disceptatur, & in Granatensi Senatu in hujusmodi judiciis testes admitti in gradu appellationis super eisdem articulis, aut directò contrariis, refert D. Covarruvias. Idem de Pintiana Cancellaria testatur Otor. *de Nobilit. cap.* 3. numer. 2. Joan. Garf. *latè agens eod. tract. gloss.* 46. num. 4. Azeved. *suprà num.* 10.

Ibi: In causa verò matrimoniali.

In causis matrimonialibus testes admittun- 28 tur super eisdem articulis in secunda instantia. Joan. Garf. *suprà num.* 2. Matienz. *cap.* 49. num. 10. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *cas.* 34. num. 7. Barbosa *collect.* *cap. Series*, num. 2. *de testib.* Farinac. *quæst.* 75. num. 383. *cum seqq.* Idem generaliter verum est quoties animæ periculum vertitur. Matienz. *ibidem*. Farinac. num. 404. Ant. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit. de testib. concl.* 21. num. 70. & 71.

Ibi: Atque item in causa criminali.

Similiter in causa criminali, saltem pro reo 29 in iudicio appellationis testes super eisdem articulis produci permittitur. Farinac. *cum pluribus d. quæst.* 75. à num. 407. Cancer. *variar. part.* 1. *cap.* 20. num. 43. & 44. Matienz. *d. cap.* 49. numer. 11. Cur. Philip. *part.* 5. §. 3. num. 4. Greg. Lop. *in l.* 37. *gloss.* 3. *tit.* 16. p. 3. Azeved. *in d. l.* 4. num. 3. *ubi* quod & adversus reum testis ex legitima causa admittitur. Hinc rectè infertur ad causam nobilitatis, in qua de honore controvertitur, qui honestis hominibus vitâ charior est, *l. Isti quidem*, §. *penult. ff. quod met. caus.* de quo per me *variar. lib.* 1. *cap.* 3. num. 76.

Ad

Ad Num. 7.

- 30 Testis dum judiciali subicitur examini, non est interrogandus de defectibus, qui illi objiciuntur ad repulsam, si crimen, vel turpitudinem contineant: nec interrogatus cogitur respondere. Farinac. *de testib. quest. 73. à num. 53.* Azeved. *in l. 2. num. 14. cum seqq. tit. 8. lib. 4. Recop.* Barbosa *collect. cap. Cum causam, num. 3. de testib.* Villalob. *antinom. jur. lit. T, num. 162.* de quo sunt varix sententix, ut videre licet apud Azeved. & Farinac. De aliis objectionibus, quæ absque dedecore testem inhabilem, aut minus idoneum efficiunt, fateri tenetur interrogatus veritatem. Farinac. cum aliis *num. 70.* Azeved. *num. 22.* Villalob. *ubi proximè.* Similiter observatur in recusatione judicum superiorum de Consilio, vel Cancellaria, qui tenentur positionibus respondere ad causæ legitimæ recusationis probationem, modò honor, aut existimatio ex confessione non lædatur, *l. 7. tit. 10. lib. 2. Recop.*
- 31 Jure nostro Regio omnes testes interrogantur de quibusdam defectibus, & hæc interrogatio de generalibus vulgò nuncupatur, inter quos ille ignominiosus recensetur, an sit dono corruptus, *l. 6. tit. 8. lib. 4. Recop.*

Ibi: *Quod si nihilominus fuerit interrogatus.*

- 32 Si testis perperam de proprio crimine, vel turpitudine rogatus, crimen, vel defectum turpem fateatur, qui eum inhabilem reddat, à testificationis munere removebitur. Azeved. *num. 23.* Farinac. ex aliis *num. 67.*

Ibi: *Hæc verò hujusce questionis.*

- 33 Consulas quamplures, quos cumulavi *Variar. lib. 1. cap. 2. numer. 4.* qui docent, non legitimè in judicio interrogatum posse usum abstractione judicem interrogantem illudere. Verum jam ab hac sententia omninò cavendum, quia cum aliis pluribus est damnata decreto S. Congregationis Sanctæ Inquisitionis, anno 1679. sub N. S. P. Innocentio XI.

Ad Num. 8.

- 34 Judex ordinarius, apud quem, dum de causa cognoscit, perjurium, aut falsitatem quomodolibet aliquis admiserit, sic delinquentem punire permittitur, quamvis alias in ipsum nullam jurisdictionem obtineat. Gregor. Lop. *in l. ult. gloss. 3. tit. 16. part. 3.* Marant. *de ordin. judicior. part. 6. art. 13. num. 2.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. quest. 38. num. 13.* Bossius *prax. tit. de falsit. num. 103.* Mart. *de jurisdict. part. 4. cas. 128. n. 5.* Avil. *in cap. 48. Prætor. gloss. Qualesquier Juezes, num. 1.* Fachin. *controvers. lib. 9. cap. 26.*
- 35 Sed si judex alterius mandato testem examinaverit, poterit plectere pejerantem: quod si omiserit, à judice de causa principali cognoscente punietur. Gregor. Lop. *ubi proximè.* Azeved. *in l. 1. num. 101. tit. 8. lib. 4. Recop.* etsi aliud senserit quoad judicem mandatarium, Avik *ubi nuper, vers. Sed contra istum.*

Falsi reus ab ejusmodi judice poena ordinaria erit puniendus: at si judex causarum criminalium cognitionem nullam habuerit, reum ad proprium ejus judicem remittet plectendum. Gregor. Lop. *ubi proximè.* Fachin. *d. cap. 26. in fin.* quod de jure communi controvertitur circa poenæ ordinariæ irrogationem, sicut videre licet apud Jul. Clar. *ubi suprâ.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 313.* ubi distinguit, an per accusationem, vel inquisitionem procedatur. Tusch. *lit. T, concl. 50. num. 12.*

Ibi: *Etiamsi sit Judex delegatus.*

Quoad judicem delegatum triplex reperitur 37 sententia. Prima est quod nullus delegatus coercere poterit quem reum falsitatis apud se commissæ repererit, quam de jure regio tenuit Gregor. Lop. *d. gloss. 3.* Secunda opposita, quod omnis delegatus potest coercere, modò causarum criminalium notione non careat. Hinc cum D. Covar. sustinet Fachin. *d. cap. 26. vers. Rectè igitur.* Barbosa *collect. cap. Super his, num. 2. de pen.* Tertia distinguit inter delegatum à Principe, & ab inferiore, ut ille punire valeat pro arbitrio extra ordinem, ille nullo modo. Jul. Clar. & Bossius *ubi suprâ.* Avil. *vers. Sed si est.* Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 16. num. 136. & cap. fin. 80. & alii communiter.*

Licet autem quis extraordinariam poenam 38 subeat, non ideo tamen eximitur ab ordinaria, si apud competentem judicem accusatio legitimè instituat. Bossius *d. tit. de falsitate, numer. 104.* aliud tenet Menoch. *d. cas. 313. numer. 5.* In quo plurimum judicantis arbitrio deferendum, inspecta poenæ impositæ gravitate, ac qualitate criminis & causæ, in qua falsum admissum. His de jure Regio locus non est; nam aut judex ordinariam poenam injungit, aut reum puniendum proprio foro remittit, ut prænotatur suprâ *num. 36.*

Judex coram quo testis falso deposuit, 39 eum punire valet, dum lis pendet in qua pejeratum est, etiam ex officio; ea verò finita non utique, nisi per accusationem. Bossius *num. 105.* Hucusque præmissa nedum de teste pejerante, sed etiam de alio quovis falsitatem in judicio committente, sunt accipienda. Videas Menoch. *de arbitr. cas. 310. 311. & 313. & alios nuper laudatos.*

Ibi: *Sed & locus erit huic opinioni.*

Privilegio fori munitus si falsum admiserit 40 in judicio, à judice causæ, eo non obstante, plectetur. Gutier. *Practicar. lib. 1. quest. 24. nu. 1. in fin. vers. Non obstat, Avil. in cap. 48. Prætor. num. 5.* Fachin. *controvers. lib. 9. cap. 26. vers. Rectè igitur.*

Ibi: *Modò testis non sit clericus.*

Si clericus in crimen falsi inciderit apud 41 judicem laicum, ab ipso puniri non poterit. Greg. Lop. *in l. fin. gloss. 3. tit. 16. part. 3.* Morla *Emp. Jur. part. 1. tit. 2. in prælud. n. 154.* Padill. *in l. Transigere, numer. 112. C. de transact.*

transact. Urfill. *ad Afflict. decis.* 230. num. 1. Gutier. *d. quæst.* 24. *per tot.* Fachin. *suprà cap.* 27. Roland. *à Valle conf.* 12. numer. 48. Azeved. *in l. I.* num. 97. tit. 16. lib. 8. Recop. Jul. Clar. *d. quæst.* 38. num. 14. Avil. *suprà nu.* 5. Scappia *de jur. non script. lib. I. cap. II. num. I.* Barbosa *collect. cap. Super his, nu. 2. de pen.* (rejeçta sententia existimantium, clericum per judicem laicum poenâ pecuniariâ affici posse, de qua Gutier. Fachin. & alii ex præcitat,) Bovadill. *Polii. lib. 2. cap. 18. num. 91.* Parlador. *differ. 9. §. I. numer. 3.*

Verf. Sed & hac in re.

- 42 Rursus si laicus de falso coram Judice Ecclesiastico convincatur, ab eo, vel à suo seculari puniri poterit, data inter ipsos præventionem. Gutier. *suprà numer. 4.* Avil. *d. gloss. Qualesquier juezes, num. 5. verf. Sed si laicus, Azeved. suprà nu. 100.* Jul. Clar. *d. quæst.* 38. num. 15. Parlador. *differens. 9. §. I. numer. 28.* quod limitat quamdiu lis pendet principalis; nam postea Ecclesiasticus procedere in delinquentem nequit. Bovadill. *suprà cap. 17. num. 47.* Sed cum perjurium mixti sit fori, ut prænotavi *variar. lib. 2. cap. 10. num. 36.* Ecclesiasticus procedere poterit, nisi præventionem impediatur.

Verf. Illud verò existimo.

- 43 Cum clericus falso deposuit coram judice seculari, & Ecclesiasticus in illum ad punitionem procedit, hic non poterit inhibere, ne ille ad ulteriora progrediatur in causa principali, donec super falsitate pronuncietur. Gutier. *d. quæst.* 24. n. 3. Bovadill. *sup. num. 91.* Farinac. *in praxi, tit. de inquisit. quæst. 8. n. 26. verf. Limitando.*

Ibi: Quin & ipse judex laicus.

- 44 Quanquam laicus judex prohibeatur clericum perjurum plectere, procedere tamen poterit super falsitate, quatenus fuerit opus ad causam principalem Gutier. *ubi proximè.* Bovadill. *suprà.* Bernard. Diaz *in praxi, cap. 93. nu. 4.* Azeved. *in l. I. num. 99. tit. 16. lib. 8. Recopil. Cur. Philip. part. 3. §. 3. num. 4.*

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenti verbi etymologia, & significatus.
- 2 Instrumentum quatenus est scriptura ad probationem, dividitur, & num. 3.
- 4 Cujuslibet actus triplex confici potest ejusdem contextus instrumentum.
- 5 Authenticum instrumentum quod dicatur.
- 6 Protocolium, seu registrum quomodo apud nos, & apud externos conficiatur.
- 7 Si huic originale non conveniat, cui standum.
- 8 Tabellio legis nostræ regie poena afficitur, qui non relicto registro, publicum instrumentum edidit.
- 9 Originale quod dicatur instrumentum.
- 10 Tabellio prohibetur præter originale, aliud transumptum ex protocollo extrahere: quod limitatur.

11 Publico instrumento an fides adhibeatur, cum protocollum non reperiatur.

12 Ex contrario, quid si originale parti traditum non appareat, an protocollum per se faciat fidem?

13 Qui originale in judicio producit, protocollum edere, parte petente compelleretur, si penes ipsum sit, vel esse præsumatur: sed si juramento asseveret, non habere protocollum, cessabit compulsio, purgata præsumptione.

Qui originale in judicio productum à se recipit, exemplo apud acta relicto, cogi poterit, ut illud exhibeat, si pars adversa id postulet, ut ipsius falsitas ex aspectu detegatur, ibid.

14 Tabellio qui non exhibet protocollum, an possit torqueri.

15 Utrum exemplar ab exemplo distinguatur?

16 De tabellionis officio, & an sit vile, remissivè.

17 Resolvitur negativè.

18 Intelligitur, & explanatur lex Non aliter, de adopt. ubi tabelliones servos publicos fore, probari videtur.

19 Principis ministri, quos Secretarios vulgò nuncupamus, sunt in dignitate, à qua infames remoti sunt.

20 Infamis an possit creari tabellio? & numer. seqq.

24 Si Princeps sciens infami munus Secretarii, aut Tabellionis conferat, censetur dispensare.

25 Infamia juris privas notatum exercitio tabellionatus.

26 Hæc infamia etiam quæstas dignitates, & munera admittit.

27 Dum infamia est occulta, quicquid tabellio gesserit, sustinetur.

28 Facta per personam publicam inhabilem, quando propter errorem communem subsistat.

29 Infamia facti non aufert tabellioni sui muneris usum.

30 Infamia facti solum impedit ad dignitates aditum; sed juris etiam obtentas tollit.

31 In tabellionem eligi non debet facti infami notatus, sed electus sustinetur.

Tabelliones apud nos antequam recipiantur, quæ probare teneantur, ibid.

32 Spurius an possit esse tabellio?

33 Tabellionatus nec aufert, nec confert nobilitatem quoad contributionem plebeiorum.

Nobilis genere non solvit tributum ignobilium in Hispania propter officium vile, ibid.

34 Procuratoris munus an vile, qui si nobilitate sanguinis decoretur, non subditur collectæ plebeiorum.

35 Utrum possit infamis tale munus exercere?

36 Clericis an munus tabellionatus interdictum? & ad num. 43.

44 Utrum instrumentum à tabellione clerico in Sacris conditum jure subsistat? & numer. seqq.

47 Regulares à tabellionatus exercitio profus remoti sunt, sicut nec arbitri constitui possunt.

48 Tabellio etiam post emissâ Religionis vota non prohibetur edere instrumenta publica, de quibus antea fuerat rogatus.

- 49 Si instrumento producto, ejus autor negetur esse tabellio, quid producens probare teneatur.
- 50 De comprobatione instrumenti, quæ observatur ut illud fidem faciat in partibus remotis.
- 51 Arguens de falsitate instrumentum, id probare debet: & quare aliud hinc, & aliud cum asseveratur non esse tabellio, qui illud confecit.
- 53 Facultas creandi tabelliones ad quos præter Principem spectet de jure nostro regio, & communi, ad num. 58.
- 59 Tabelliones instituti ab inferioribus Dominis prohibentur munus suum exercere extra territorium instituentium.
- 60 Notarii Apostolici, & alii Ecclesiastici, An possint de rebus temporalibus instrumenta conficere? & num. 61.
- 62 Instrumenta per notarios facta, etsi suslineantur, paratam apud nos executionem non habent.
- 63 Notarii Imperiales prohibentur sub pœnis ex jure Regio munus suum exercere.
- 64 Non licet tabellioni protocollum perfectum de partium consensu lacerare.

CAPUT XIX.

- 1 Instrumentum ab instruendo originem ducit, & licet alias latissime usurpetur, tamen quoad probationis tractatum completitur non solum scripturas, sed etiam testes, confessionem, & cætera, per quæ judex & causa instrui solet: strictè tamen, ac ex communi usu loquendi ad scripturas refertur, l. 1. de fide instrument. l. Notionum 99. §. Instrumentorum, de verb. signif. ubi Alciat. num. 17. Cujac. paratitl. ad tit. ff. de fid. instrument. Wesembec. ibidem, nu. 1. Duaren. ad eund. tit. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrument. in princip. numer. 2. Ant. de Canar. tract. de execut. instrument. nu. 73. Lanfranc. de fid. instrument. nu. 1. Barbosa collect. ad tit. C. de fid. instrument. num. 1. Osuald. ad Donel. lib. 25. cap. 7. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resol. 2. num. 3. & 11.
- 2 Instrumentum multifariam dividitur. In primis in publicum, & privatum, l. 1. tit. 18. part. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 1. Duaren. suprâ. Osuald. cap. 8. Morl. numer. 5. Wesembec. num. 2. Lanfranc. num. 4. Publicum instrumentum est solemnis, ac rectè ordinata scriptura per manum authenticæ personæ confecta ad rei gestæ memoriam. Morl. ubi proximè. Ant. Canar. nu. 74. Aliter Wesembec. suprâ num. 1. in fin. Pareja num. 8. & 22. Scaccia de judic. lib. 2. cap. 11. num. 2168.
- 3 Præterea instrumentum aliud publicum est, & authenticum aliud: hoc Principis, Episcopi, Ducis, aut alterius simili dignitate fulgentis autoritate, ac sigillo perficitur: illud per tabellionem juris solemnitate servata fit, d. l. 1. & ibi Gregor. Lop. gloss. 1. Parlador. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 11. n. 10. at omnia instrumenta publica appellantur authentica, Tusch. pract. concl. lit. O, concl. 201. num. 7. Wesembec. num. 2. versùs fin. Pareja resol. 3. §. 2. numer. 56. & alii. Quæ sint authentica instrumenta, tradunt Gregor. Lop. & Wesemb. num. 4. Pareja ubi suprâ.

Ad Num. 1.

Cujusvis actus, seu contractus triplex scriptura confici potest, scilicet protocollum, originale, & exemplum. Primum est, quod penes tabellionem servatur, & primò perficitur: secundum, quod ex eo extrahitur, & parti traditur: tertium, quod ab originali legitime sumitur, l. 114. tit. 18. l. 9. tit. 19. p. 3. l. 13. & 16. tit. 25. lib. 4. Recop. Greg. Lop. in d. l. 9. gloss. 1. Tusch. d. concl. 201. Wesemb. suprâ. Azeved. in l. 22. ex num. 1. tit. 25. lib. 4. Recop. Cur. Philip. part. 1. §. 17. num. 31. Parlador. suprâ §. 12. à numer. 15. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quest. 1. num. 9. Hæc instrumenta, originale, authenticum, ac exemplar dixit Glossa verb. Indice, in l. 2. de fid. instrum.

Ibi: Qua ratione authenticum significat.

Per authenticum intelligimus instrumentum certam fidem, & indubitatam auctoritatem obtinens absque alieno adminiculo. Gregor. Lop. in l. 1. gloss. 1. tit. 18. part. 3. Barbosa collect. cap. 1. nu. 5. de fid. instrum. Parlador. d. §. 12. num. 12. Lanfranc. suprâ num. 4. ubi de publico, Morla suprâ. Dicitur authenticum ab auctoritate conficientium, proprioque sigillo signantium, ut deducitur ex l. 1. l. 114. tit. 18. p. 3.

Ad Num. 2.

Protocollum simplici l, scribendum monet Ant. Nebriffens. in suo Diction. ab Italis Bastardellus, à nobis Registrum nuncupatur: id apud nos non compendio, sed extensive cum omnibus clausulis, & partium subscriptione fieri debet, signum verò tabellionis non adjicitur, l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopilat. exteri substantialia actus in bastardello describunt, deinde in codice instrumentum plene perficiunt, ex quo originale transcribunt. De protocollo fit mentio in l. 12. 13. 16. & aliis, tit. 25. lib. 4. Recop. l. 9. tit. 19. p. 3. Tusch. d. concl. 201. Mascard. de probat. concl. 1244. Wesembec. num. 1. Par. de Put. de reassumpt. instrument. in princip. & rubric. 25. n. 1. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 47. cap. 42. à num. 5. Cujac. in auth. de tabellion. seu instrum. collat. 4. Menoch. de arbitr. casu 187. à princip. Nostri tabelliones instrumentum, antequam partes discedant, omnino absolvere in registro jubentur, nihilque deinceps detrahere, vel supplere possunt, alioqui pœnæ stabilitæ subduntur, quanquam id de jure communi liceret, d. l. 13. Recop. ubi Azeved. num. 22. 23. quo exteri, sicut præmissi, utuntur, eisque nostrates perperam adversus legem imitantur, ut Azevedus adnotat, ac experimento percipimus, de quo fusè Pareja sup. resol. 3. §. 1. à princ.

Huic primæ, matricique scripturæ stabitur, si authenticum instrumentum ab illa extractum discordet. Petr. Greg. suprâ num. 9. Lanfranc. de fid. instrument. num. 18. Mascard. cum aliis concl. 1244. num. 2. 3. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 93. num. 2. Pareja num. 48.

Verf.

Verf. *De his, Ibi: Unde tenetur
Tabellio.*

- 8 Tabelliones protocolla conficere, ac servare astringuntur, alioqui pœnis subjiciuntur statutis *l. 12. l. 16. tit. 25. lib. 4. Recop. Gregor. Lop. in l. 9. tit. 19. p. 3. Didac. Per. in verf. Est sextò, tit. 5. lib. 2. Ordin. Morl. ubi suprâ. Azeved. in d. l. 12. Recop. num. 1. 2. ubi quod tenebitur ad interesse parti, qui illud non exhibuerit. Petr. Gregor. ubi proximè. Carrasc. in Recopil. cap. 11. numer. 10. quid si tabellio jussus exhibere respondeat protocollum non confecisse, aut illud lacerasse? tradit Azeved. num. 4. Hinc est, ut si post extractam originalem scripturam ex protocollo, ac traditam ei, cujus interest, illud casu perierit, tabellio agere permittatur, ut sibi originale exhibeatur, & ex illo exemplum assumat, ut id, si opus fuerit, edatur. Alciat. in *l. Procurator, nu. 20. ff. de edend.**

Ad Num. 3.

De hoc paulò inferiùs agendum, *num. 11. & ibi laudati consulendi.*

Ibi: Originalis est proculdubio.

- 9 Originale vocitatur instrumentum, quod ex protocollo desumitur, juxta communem loquendi usum. *Wesembec. in paratit. ad tit. de fid. instrument. num. 1. ad fin. Cur. Philip. part. 1. §. 17. num. 1. Pareja d. resol. 3. §. 2. num. 1. Verùm registrum etiam originale dicitur. Tusch. lit. O, concl. 201. & 202. Parlad. d. cap. fin. part. 1. §. 12. num. 15. Azeved. in l. 17. num. 2. tit. 25. lib. 4. Recop. & alii frequenter. Sic utrumque originale dixit idem Azeved. in l. 3. num. 20. tit. 5. lib. 4. Recop.*

Ibi: Et ideo tabellio, qui semel dedit.

- 10 Postquam tabellio semel instrumentum parti, solemnitate servata, confectum tradiderit, prohibetur etiam ex justa causa aliud transumptum ex protocollo præstare, quod verum est, si ex multiplicitate exemplorum possit alicui præjudicium generari, *l. 17. tit. 25. lib. 4. Recopil. l. 10. tit. 19. p. 3. ubi Gregor. Lop. Azeved. in d. l. 17. Didac. Per. in l. 2. verf. Decimosextò, tit. 5. lib. 2. Ordin. Morl. Emp. Jur. p. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 1. numer. 9. Monterost Practic. tract. 7. tit. Como el escribano puede dar una escritura dos vezes. Etenim ubi opus est secundum extrahi originale quod alicui nocere potest, præcedere debet jussus judicis, parte præcitata. Sed licet hæc deficient, instrumentum faciet fidem. Pareja *sup. num. 61. sub §. 1.**

Verf. *Primum ubi non est.*

- 11 Si appareat originale instrumentum, nec protocollum à quo transcriptum, reperitur, illi fides adhibetur. *Greg. Lop. in l. 9. gloss. 1. tit. 19. p. 3. Tusch. lit. O, concl. 202. num. 10. Azeved. in l. 12. à numer. 6. tit. 25. lib. 4. Recopilat. Lanfranc. de fid. instrument. num. 17. Cancer. Variar. part. 3. cap. 3. num. 234. Fachin. controv. lib. 11. c. 38. Morl.*

*num. 10. Et paratam exequutionem obtinet fuse Carrasc. in recopilat. cap. 11. nu. 5. cum seqq. apud quem ex num. 11. quando excusetur à pœna tabellio, qui absque protocollo authenticam scripturam confecit. Ait Gregor. Lop. quod si instrumentum non sit antiquum, & in illo partium subscriptio non extet, suspectum censendum est ex defectu protocolli. Accedit Mascard. de probat. concl. 1261. num. 5. Morl. ubi nuper. Quod si cum aliis concurrerit conjecturis, non proderit instrumentum, sicut absolute scripsit Villalob. in *Ærario commun. opinion. lit. I, numero 113. Joan. de Grassis tract. de substantial. procur. §. 4. numero 2.**

Rursus protocollum per se fidem facit in *12* judicio, etiam si desit authenticum originale. *Petr. Gregor. Syntagm. lib. 47. cap. 42. num. 5. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 12. num. 17. ubi alii, Lanfranc. de fid. instrument. num. 17. Illud tamen apud nos paratam exequutionem non mereri, tenent Parlador. ubi nuper. Ant. Canar. de exequution. instrument. num. 77. Opus itaque erit, ex registro authenticam deduci scripturam juxta juris formam, ut eâ productâ in judicio exequutive procedatur, alioqui viâ ordinariâ agendum, de quo consulas Pareja *suprà tit. 1. resol. 3. §. 1. num. 32. & ibi laudatos, Menoch. d. cas. 187. num. 4.**

Verf. *Tertium constat.*

Si quis instrumentum publicum in judicio *13* exhibuerit, cujus matrix, seu protocollum apud eum est, aut esse præsumitur, cogi poterit ad instantiam adversarii illud edere. *Barbosa collect. cap. Si perpetuus, n. 2. de fid. instrum. Similiter eum producitur originale, ac parte postulante id redditur, exemplo in actis relicto, si de falsitate arguatur, compellitur ad iterum edendum, ut ex ipsius inspectione veritas possit indagari. Cancer. Variar. part. 1. cap. 19. num. 26. & 28. Barbosa collect. l. fin. num. 4. C. de fid. instrum. Azeved. in l. 3. num. 18. tit. 5. lib. 4. Recop. Trentac. Variar. lib. 2. tit. de fid. instr. resol. 9. à num. 1. sed si non exhibeatur, fide carebit exemplum. Barbosa ex aliis ibi. Sed priore casu ab exhibitione ob præsumptionem liberabitur, si juraverit, penes se protocollum non existere, *l. fin. C. de fide instrument. Cancer. ubi proximè. Trentacinq. num. 2. in fin.**

Verf. *Quintò & illud.*

Si tabellio jussus non edat protocollum *14* scripturæ, quam tradidit, & aliàs fraudis urgeat suspicio, torqueri jure poterit. *Greg. Lop. in l. 9. gloss. 1. tit. 19. p. 3. Azeved. in l. 12. num. 5. tit. 25. lib. 4. Recop. Did. Per. in l. 2. verf. Quod ita verum, tit. 5. lib. 2. ordin. Lanfranc. de fid. instrum. numer. 18. quod limitat in tabellione illæfæ existimationis Did. Perez, & gravitas negotii, de quo agitur, attendenda.*

Ad Num. 4.

Exemplar ab exemplo distinguitur: illud *15* pro originali, hoc pro transumpto usurpatur, *l. 1. §. Si quis in duobus, de bonor. possess. secund. tab. & ibi glossa verb. Exemplaribus.*
Ant.

Ant. Nebriffens. in suo diction. vocabul. utriusq. jur. Alciat. in l. Procurator, num. 23. & 40. ff. de edend. Paul. Leont. tract. de substitut. tit. de exemplari, nu. 7. Verum aliud constat ex cap. I. de fid. instrum. Glossa in l. 2. verb. Indice, ff. eod. Quapropter dicendum videtur, quod prioris asserti, & Bartoli distinctio procedat ex verborum proprietate. Sed ex usu loquendi aliquando exemplar accipitur pro instrumento, quod ex originali transcribitur.

Ad Num. 5.

Verf. His tandem prenotatis.

16 De tabellionis officio, & utrum sit vile, videndus Greg. Lop. in princ. tit. 19. p. 3. Montalv. in l. 1. verb. Porque los Jurados, tit. 18. lib. 1. for. Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 47. cap. 41. nu. 4. Palac. Rub. in cap. per vestras, rubric. notab. 3. §. 10. nu. 7. de donat. int. Paz in Prax. annotat. ult. de tabellion. ex num. 4. Joan. de Platea, in l. Universos, C. de decurionib. lib. 10. Bobad. Politic. lib. 3. cap. 14. num. 40. cum seqq. Didac. Per. in l. 2. verb. Tertio etiam quero, tit. 5. lib. 2. Ordin. Azeved. in l. 7. num. 16. tit. 9. lib. 3. Recop. Quis sit tabellio & quomodo nuncupetur in jure, tradit Azev. in l. 2. num. 2. & 27. tit. 25. lib. 4. Recop. Joan. de Grassis tract. de substantialib. procurat. §. Et mei notarii, Paz. num. 1.

17 Ex quibus colligere licet, quod etsi passim hoc munus vile vocitetur, ut videre est apud Mart. de jurisdic. part. 4. casu 116. num. 18. Mastrill. decis. 159. num. 3. & alios ex jam laudatis; verius tamen est, tabelliones in vilibus non recensendos, ut cum D. Covar. docent Azeved. d. num. 16. Paz supra Gutier. Practicar. lib. 1. q. 137. nu. 15. & alii plures; imò ratione officii debent honore affici. Ecclesiastici cap. 10. vers. 5. ibi: Et super faciem scribæ imponet honorem suum. Et ita deciditur l. 14. tit. 19. p. 3. Fatendum est tamen, tabellionibus ad dignitates aliquas, & honores interdictum esse ascensum, l. Universos, C. de Decurionib. lib. 10. Sic ipsi, eorumque filii à militaribus nostris Ordinibus excluduntur. Bobad. d. cap. 14. num. 43. Simili modo in novo orbe Commendas Indorum obtinere prohibentur. Solorz. Politic. Indian. lib. 3. cap. 6. Leont. tract. de confirmaciones reales, cap. 10. num. 21.

Ibi: Tabelliones servos esse publicos.

18 De intellectu legis Non aliter 18. de adoption. quatenus videtur probare, tabelliones servos publicos fore, agit Ant. Fab. in ration. ibi, Connan. comment. lib. 2. cap. 2. num. 2. Pichard. ad tit. Inst. de adoption. in princ. nu. 9. Matienz. in l. 2. gloss. 4. num. 5. in fin. tit. 16. lib. 5. Recop. Bobad. d. cap. 14. num. 41. Ant. Govean. libro 2. lection. cap. 10. Tiraquel. de jur. constit. part. 3. limit. 30. num. 40. & 41. Gutier. d. quest. 137. num. 17. Est igitur duplex interpretatio, una est communis theoreticorum, ut scilicet sermo non sit de tabellione, sed de servo vero Reipublicæ, qui pro pupillis, absentibus, ac similibus, qui per se non poterant, stipulabatur, cujus rei gratiâ publica

D. de Faria Covar. Enuch.

existebant mancipia. Alia inter Practicos recepta, ut Confultus de tabellionibus egerit, quos servos publicos dixit, non quia verè in servitute morarentur, sed propter similitudinem; nam sicut per servos stipulantes dominis obligatio acquiritur, sic & per tabelliones cuique de populo stipulari licebat, nec quemquam latet, de jure communi alteri neminem stipulari permissum, nisi ipsius potestati subjiatur, l. Stipulatio ista 38. §. Alteri, de verb. oblig. §. Alteri, Inst. de inutilib. stipulat. de quo Parlador. differ. 45. ex nu. 5.

Verf. Prima conclusio.

Principis Secretarii, de quibus in l. 1. C. de 19 proxim. sacror. scrinior. lib. 12. l. 7. tit. 9. p. 2. l. 1. cum aliis, tit. 19. p. 3. tit. 18. lib. 2. Recop. cum dignitate fulgeant, l. 1. l. 8. C. eod. tit. l. 1. C. de mandat. Princ. Greg. Lop. in l. 1. gloss. 2. tit. 19. p. 3. Petr. Gregor. sup. lib. 31. cap. 19. num. 11. Did. Per. in l. 2. verb. Tertio etiam quero, tit. 5. lib. 2. ordin. Bobad. sup. nu. 43. Azeved. ad tit. 18. lib. 2. Recop. infamiâ notati eligi nequibunt. Paz prax. annot. ult. de tabellion. nu. 8. Bald. de Perusio tract. de Tabellion. num. 66. Villalob. Erar. com. opin. lit. N, num. 32. Nec enim infamibus januz ad dignitates panduntur, cap. Infamibus 87. de reg. jur. in 6. l. Neque famosis 2. C. de dignitatib. lib. 12. De hujusmodi Secretariis plenè Pet. Greg. sup. lib. 47. cap. 41.

Verf. Secunda conclusio.

De istis tabellionibus agitur in l. 2. & aliis, 20 tit. 19. p. 3. ac sub tit. 19. & 20. lib. 2. Recopilat. Igitur tabellio infamis creari non potest, ut munus suum in Principis Curia exercent, cum honore sit dignus, l. 14. tit. 19. p. 3. quod patet ex l. 2. eod. tit. Nam si lex bonam famam desiderat in tabellionibus civitatum, & oppidorum, imò & in ordinariis, vulgò Regiis nuncupatis, l. 1. tit. 25. lib. 5. Recopilat. à fortiori infamis repellitur à ministerio, quod est superioris ordinis; argumento legis Què indignus 4. de Senatoribus & quod tabellio infamis esse non possit, indistinctè docuere Greg. Lop. in d. l. 2. gloss. 5. Bobadill. Polit. lib. 2. cap. 16. num. 96. Azeved. in l. 7. num. 17. tit. 9. lib. 3. Recopil. Paz sup. num. 9. Bald. de Perus. ex nu. 65. Gut. d. q. 137. nu. 23.

Ibi: Non enim licet infamibus.

Infamibus adire Curiam, ubi Princeps degit, 21 interdicitur, l. 2. §. Ignominia, de his qui not. infam. l. Milites 14. §. Missionem, ff. de re milit. Glossa verb. Arguentur, in l. 3. C. eod. tit. Ant. Fab. in ration. ad §. Ignominia, Petr. Greg. Syntagmat. libr. 31. cap. 29. n. 11. Avil. in cap. 3. Prætor. verb. Procuratores, nu. 24. Suspicio in milite ignominia missio specialiter id constitutum ex l. 3. ibi: Præterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur. C. de re milit. lib. 12. ubi Ant. Fab. supra legendum advertit, arcentur; nulla enim reperitur lex, quæ aliis infamia notatis ingressum Curie interdicit, nisi militibus ignominiosè dimissis, eo fortassis ne à Principe quicquam remunerationis pro eo, quod militarunt impetrare contingat.

Q

Verf.

Verf. Tertia conclusio.

- 22 De tabellionibus oppidorum fit mentio in l. 1. & 2. & aliis, tit. 19. p. 3. ac tit. 25. lib. 4. Recop. hoc munus per infames exerceri non posse, cavetur expressim in d. l. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 5. Paz sup. num. 5. & 9. & alii laudati num. 20.

Verf. Quarta conclusio.

- 23 Tabelliones non deputati ad aliquam civitatem vel oppidum, quos vulgò regios appellamus, eorumque mentio fit in l. 1. tit. 25. lib. 4. Recop. eligi vetantur juris infamiã laborantes, d. l. 1. Paz ubi supra num. 9. & alii recensiti num. 20. Imò ab omni improbitatis macula immunes esse oportet, quapropter cum ad Consilium Regium examinandi accedant, præ se ferre debent litteras testimoniales, per quas à Magistratu loci approbantur, l. 3. titul. 25. lib. 4. Recop. Azeved. in l. 7. num. 18. tit. 9. lib. 3. Recop.
- 24 Sed si Princeps non ignarus infamem in secretarium, aut tabellionem elegerit, tacite censetur dispensare, ut dignitatem, vel munus valeat exercere, ut in simili ex pluribus observat Barbosa de potestat. Episcop. allegat. 43. in fine.

Verf. Quinta conclusio.

- 25 Infamia juris tabellioni superveniens sic eum inhabilem reddit, ut amplius jam suo munere fungi non valeat, l. 1. tit. 25. lib. 4. Recop. l. unic. C. de infamib. lib. 10. Bald. de Perus. tract. de tabellion. ex num. 64. Greg. Lop. in l. 118. gloss. 7. tit. 18. p. 3. ubi quod nequit jure jurando approbare instrumentum, quod ab eodem conditum negatur. Nec fides adhibebitur instrumento, quod confecerit; non tamen prohibetur scripturas perficere, de quibus ante infamiam fuerat rogatus, ut de damnato de falsitate docet Did. Per. in l. 1. tit. 18. lib. 2. Ordin.
- 26 Ratio est, quoniam infamia juris non solum impedit ad dignitates, vel munera publica ingressum; etiam à jam quæsitis repellit, capit. Inter dilectos II. de excessib. Prælator. l. 7. tit. 6. part. 7. ubi Greg. Lop. gloss. 1. l. Infamia 8. C. de decurion. lib. 10. Tiraquellus de Nobilit. cap. 8. nu. 7. Garf. de benefic. part. 7. cap. 8. num. 33. Pet. Barbosa in l. Cum prætor, §. fin. numero 182. de judic. Sanch. in præcept. Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 28. num. 27. Azev. in l. 7. num. 11. tit. 9. lib. 3. Recop. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. n. 10. Aug. Barbosa d. allegat. 43. n. 19.

Ibi: Quoties infamia juris est publica.

- 27 Dum infamia juris publica non est, tabellio ea affectus, si aliqua confecerit instrumenta, viribus subsistent, fidemque obtinebunt. Villal. Ærar. com. opin. lit. N, nu. 33. Contrarium tamen tam de infami, quam de excommunicato tuetur Bald. de Perus. ubi sup. ex num. 70. Sed communiter est receptum, ut qui propter infamiam: vel aliam causam à suo munere removetur, dum atet,

quicquid gesserit ob publicam utilitatem, errorumque communem sustinetur, l. 4. tit. 4. p. 3. l. 8. tit. 9. lib. 3. Recop. Greg. Lop. in l. 21. gloss. 6. tit. 4. part. 1. Sanch. fusè de matrim. lib. 3. disp. 22. à num. 55. & disp. 30. numer. 11. fusè de tabellione Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 3. & de teste infami assertum est supra, cap. prox. num. 5.

Verf. Hinc deducitur.

Doctrina nuper tradita de subsistentia gestorum propter errorem communem, & utilitatem, restringitur ut locum non habeat, cum nulla intercessit superioris autoritas; nam si quis se judicem, vel tabellionem fingeret, nullum titulum habens, quicquid hic egerit, non sustinebitur, sed patefacto errore, irrita fient. Aliud est cum aliquis verè ab habente potestatem eligitur ad munus, quod propter infamiam, aliudve impedimentum exercere vetatur; tunc quidem communis error prodest ad gestorum validitatem. Tiraq. de legib. connubial. gloss. 8. num. 145. Orosc. in l. Barbarius, de offic. Prætor. Azeved. in l. 7. num. 15. tit. 9. lib. 3. Recop. Idem erit si quis munere privatus exercent.

Verf. Sexta conclusio.

Infamia facti à suo munere tabellionem non rejicit, ideo instrumenta per illum confecta sustinentur, Villal. sup. num. 34: etsi de eorum fide nonnihil detrahatur. Obstat lex l. 1. titul. 25. lib. Recop. quæ desiderat, tabellionem bonæ famæ existere, ut suo munere fungi possit: quod his repetitur. Et juxta communem loquendi stylum non dicitur bonæ famæ, qui apud bonos, & graves viros ob turpitudinem læsam habet existimationem, ut infamia facti notatus. Nec satisfacit dicere de infamia juris actum, id enim superflue exprimeretur, cum jure ab exercitio removeatur. Poterit tamen responderi, ibi sermonem esse de bona fama quoad tabellionatus ministerium, ne sit de falsitate suspectus.

Ibi: Quod infamia facti non privat.

Hoc discrimen versatur inter infamiam juris & facti. Illa privat etiam muneribus obtentis, hæc solum impedit obtinenda. Greg. Lop. in l. 7. gloss. 1. tit. 6. p. 7. Petr. Barb. in l. cum Prætor, §. fin. num. 182. & 193. de judic. Garfia de benefic. part. 7. cap. 8. nu. 33. 36. & 37. Campanil. Divers. Jur. Canon. rubr. 18. num. 5. Aug. Barb. cum aliis de potest. Episcop. alleg. 43. nu. 19.

Verf. Septima conclusio.

Tabellio non est creandus, qui infamia facti ex turpitudine procedenti laborat: creatus tamen removeri non debet. Paz d. annor. de tabellion. nu. 8. & sic indistinctè tabelliones bonæ famæ eligendos esse cavetur, l. 2. tit. 19. p. 3. ideo cum ad examen accedunt, adducere debent litteras testimoniales Magistratus oppidi, apud quem probatio fit de moribus, vita, & genere examinandi. Azeved. in l. 2. num. 2. tit. 25. lib. 4. Recop.

Recop. Greg. Lop. in l. 4. gloss. 4. titul. 19. part. 3. Nec princeps hujusmodi infamem conficius turpitudinis eligens, tollere valet facti infamiam, quanquam quæ juris est delere possit. *August. Barbosa cum aliis d. allegat. 43. num. 120.*

Ad Num. 6.

- 32 Spurius eligi potest in tabellionem: quod in extrajudicialibus procul dubio procedit, sed in judicialibus aliqui inficiantur: de quo *Cardin. Tusch. lit. N, concl. 69. num. 3. & littera S, concl. 415. nu. 37. Crot. tract. de testib. part. 4. num. 73. & ibi Moncad. in addit. num. 165. Roland. à Valle conf. 87. lib. 3.*

Ad Num. 7.

- 33 Tabelliones genere nobiles non coguntur plebeiorum tributum pendere, *Gutier. Practic. lib. I. quest. 173. Azeved. in l. 3. num. 12. tit. 1. l. 6. Recop. quicquid scripserit Tusch. d. concl. 69. num. 12. nam etsi per usum officii vilis quis nobilitatis prærogativis exuatur, Did. Per. in l. 9. vers. No viven por oficios, tit. 1. lib. 4. Ordin. Otor. de Nobilit. p. 4. cap. 7. num. 1. Tiraq. sim. tract. cap. 27. in princ. tabellionatus tamen vile ministerium non est, ut D. Covar. suprà prædocuit, cui accedunt plures laudati nu. 16. etsi haud pauci contra fenserint, veluti *Tusch. d. concl. 69. num. 1. Tiraq. sup. cap. 13. num. 9. Avil. in cap. 3. Prætor. verb. Procuradores, num. 5. Quod officium sit vile, ex regionis reputatione ac consuetudine judicandum. Tiraquel. sup. cap. 34. Id comperitum est apud nos, officium nullo modo tabellionem eximere à contributione plebeiorum, si fuerit ignobilis, l. 28. tit. 14. lib. 6. Recop. Gutier. sup. num. 2. licet aliud quondam alicubi de consuetudine servaretur, l. 11. tit. 25. lib. 4. Recop. Did. Per. in l. 2. vers. Tertid etiam quero, tit. 5. lib. 2. Ordin. Sic hoc munus nec tribuit, nec adimit contribuendi exemptionem. Imò in Hispania nostra exercitium etiam vilissimi officii non aufert stirpe nobili immunitatem à collecta plebeiorum. *Gutier. d. quest. 137. num. 21. Otor. sup. part. 2. cap. 3. num. 7. & cap. 5. num. 15. Azeved. in l. 3. num. 11. tit. 1. lib. 6. Recop. Narbon. in l. 14. gloss. 1. num. 46. titul. 2. lib. 6. Recop. Girond. de explicat. privilegior. num. 831. Garcia de nobil. gloss. 1. §. 1. num. 57. & 58. Baëza de inop. debit. cap. 16. d. num. 33.***

Ibi: Sed & idem respondendum de Procureatore.

- 34 Procurator nobilitate præditus plebeiorum collectæ non subicitur. *Paz in Praxi, annotat. 4. de procurat. nu. 47. Gutier. sup. nu. 23. Procuratoris officium vile communiter censetur, imò vilissimum id dixit Tiraquel. de nobilit. c. 30. ubi latè contendit, per ipsius usum nobilitatis privilegia perire; sed nostratibus receptissima habetur distinctio D. Covar. hic, ut scilicet munus hujusmodi vile non sit, cum in Curia Principis, summisque Prætoris exercetur: secus si alibi. *Paz ubi proximè, d. nu. 43. Avil. in cap. 3. Prætor. verb. Procuradores, ex nu. 2. Didac. Per. in l. 1. verb. Quero secundò, D. de Faria Covar. Enucl.**

tit. 11. lib. 2. Ordin. Bobad. Politic. lib. 1. cap. 16. nu. 42. & ibi glossa lit. C, Petr. Greg. Syntagm. lib. 49. cap. 4. nu. 5. Clericus adhuc in foro Ecclesiastico, & causa non profana procurator existere prohibetur. Aug. Barbosa de jure Ecclesiastic. lib. 1. cap. 40. num. 85.

Ex præfato procuratorum discrimine decidi potest, an infamis ad hoc officium admittendus sit; enim Jure Canonico repellitur, *cap. Infamis, 3. quest. 7. & ibi Glossa: non sic jure communi & civili, Tusch. lit. P, concl. 811. num. 10. Petr. Greg. Syntagm. lib. 31. cap. 29. num. 11. August. Barbosa collect. cap. Cum deputati, nu. 4. de judic. Paz. d. annot. 4. nu. 47. Unde infamis in Curia procuratoris munere fungi prohibebitur, non in civitatibus, vel aliis locis. *Avil. num. 24.**

Ad Num. 8.

De his egit fusè *Aug. Barbosa de Jure Eccles. lib. 1. cap. 40. ex num. 9. qui cum pluribus docet, Clericis munus Tabellionatus interdictum esse, quod cavetur l. 10. titul. 3. lib. 1. l. 20. tit. 25. lib. 4. Recop. & ubique Azeved. l. 45. tit. 6. p. 1. & ibi Gregor. Lop. gloss. 8. & 9. l. 15. tit. 18. lib. 2. Ordinam. quibus jungendè Paz sup. annotat. ult. de tabellion. num. 10. Marta de jurisdic. part. 4. casu 116. num. 8. & ita verum est, ut si tabellio ad sacros ascenderit Ordines, à suo munere debeat abstinere.*

Verf. Prima conclusio.

Clerico in sacris, etiam Beneficium Ecclesiasticum obtinenti tabellionatus munus in Romana Curia non est veritum. *Farinac. fragm. verb. Clericus, num. 237. verf. Et idem, Salzed. ad Bern. Diaz. in practic. cap. 59. lit. B, August. Barbosa sup. nu. 96. & collect. cap. Sicut, num. 7. ne cleric. vel monach. ubi alii Villalob. Ærar. com. opin. lit. N, num. 29.*

Verf. Secunda conclusio.

Clericus sacris insignitus Ordinibus, etsi careat Ecclesiastico Beneficio, nequit tabellionatum exercere adhuc in Tribunalibus fori sui. *Gregor. Lop. in d. l. 45. Partit. gloss. fin. Tusch. lit. N, conclus. 71. num. 1. Azeved. in d. l. 10. Recop. Bern. Diaz sup. cap. 53. Didac. Per. in l. 15. tit. 18. lib. 2. Ordin. Barbosa cum aliis d. cap. 40. num. 91. & d. collect. cap. Sicut, num. 2. quidquid alii fenserint, ut videre est apud *Greg. Lop. sup. Mastrill. decis. 159. n. 7. Villalob. ubi proximè.**

Consuetudine tamen licere poterit Clericis in Sacris tabellionatu fungi. *Farinac. nu. 229. Franc. Marc. decis. 194. num. 7. Barbosa in d. cap. 40. nu. 102. Sed & in Concilio provinciali Compostellano cautum reperitur, ut unus notarius in Sacris, ubi plures deservierint, constitui possit pro singulis Tribunalibus Ecclesiasticis, & ita in ulu foro testatur *Azeved. ubi proximè. Et in causa hæresis notariatus ministerio Clericus licitè operam dabit, ad quod & poterit compelli, cap. officium, §. Ad conscribendas, de hæretic. in 6. Farinac. sup. num. 228. Mastrill. ubi proximè, Barbosa d. cap. 40. num. 94.**

40 Præterea, si clericus tanta premeretur inopia, ut non habeat unde se alere possit, licebit illi in quavis Ecclesiastica Curia notariatum exercere. Barbosa ex aliis *d. cap. 40. num. 97.*

Ibi: *Quorum sensentia vera erit.*

41 Sunt qui opinentur, non interdici clericis in sacris notariatus ministerio vacare in foro Ecclesiastico circa causas spirituales, quos refert Barbosa *collect. d. cap. Sicut, num. 10.* quod limitat Farinac. *nu. 227.* si Clericus Ecclesiastico Beneficio potiatur.

Verf. *Tertia conclusio.*

42 Clericus beneficiarius minoribus tantum Ordinibus initiatus, à tabellionatus munere debet abstinere, modò congruam ex illo percipiat. Greg. Lop. *in d. l. 45. gloss. 8. tit. 6. p. 1.* Didac. Per. *in l. II. verb. Ni abogado, tit. 3. lib. 1. Ordin.* Barbosa cum aliis *de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 40. num. 93.* Azeved. *ubi proximè, Villalob. num. 29.* & hujusmodi clericus per usum ejus muneris Ordinibus, ac Beneficio censetur renunciasse. Mart. *de jurisdict. part. 4. cas. 116. in fin.* Conclusio limitatur ex traditis supra de clerico in Sacris, *num. 37-39. & 41.*

Verf. *Quarta conclusio.*

43 Clericus in minoribus Ecclesiastico carens Beneficio, tabellionatus incumbere etiam in foro sæculari non vetatur. Hæc apertissime deducuntur ex legibus regiis, quæ sunt supra, *num. 36.* quibus expressim de Clerico in Sacris fit mentio, ex quo aliis non esse prohibitum constat, & ita observant Farinacius *fragm. verb. Clericus, nu. 233.* Mastrill. *d. decis. 159. num. 6.* Barbosa *ubi proximè, num. 98.* Azeved. *in l. 20. num. 2. tit. 25. lib. 4. Recop.* Didac. Per. *ubi sup. Villalob. num. 31.*

Verf. *Quod si Sacerdos.*

44 Si quis in Sacris constitutus, cum sit tabellio, publicum instrumentum confecerit, suam obtinebit istud fidem, & authoritatem, nisi prius per superiorem exercitium prohibeatur; nam tunc erit irritum. Tusch. *lit. N, concl. 71. num. 2.* Flamin. *de resignat. Benefic. lib. 4. quæst. 9. num. 22.* Franc. Marc. *decis. 194.* Mart. *sup. num. 16.* Mastrill. *decis. 159. num. 9.* Bern. Diaz *in practic. cap. 58.* ubi Salced. Barbosa *d. cap. 40. num. 99.* Villalob. *sup. num. 30.* Verum potest, ac debet instrumenta perficere, de quibus ante susceptos Ordines fuerat rogatus. Gregor. Lop. *in d. l. 45. gloss. 9. & in l. 28. gloss. 7. tit. II, p. 5.* Bern. Diaz *cap. 61. num. 3.* Tusch. *num. 7.* Sanch. *in præcept. Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 13. nu. 49.* Barb. *nu. 100.*

45 Apud nos in sæcularibus prætoriis ei instrumento per Clericum condito fides nulla adhiberetur; nam inter laicos Clericis in Sacris instrumenta conficere sub pœna nullitatis prohibetur, *l. 15. tit. 18. lib. 2. Ordin. l. 20. tit. 25. l. 4. Recop.* ubi id observat Azev. Villal. *sup.*

De rebus spiritualibus, ac Ecclesiasticis instrumenta conficere tabellioni Sacerdoti permissitur, ut ex pluribus tradidit Barbosa *numero 101.*

Verf. *Monachus verò.*

Regulares etiam nullis Ordinibus Ecclesiasticis decorati tabellionatus muneri operam dare vetantur, & si quæ coniderint instrumenta; fidem non merentur, *l. 10. tit. 3. lib. 1. Recop.* ubi Azeved. Greg. Lop. *in l. 28. gloss. 7. tit. II. p. 5.* Paz *in praxi, annot. ult. de tabellion. num. 10.* Didac. Per. *in l. 15. tit. 18. lib. 2. Ordin.* Tusch. *d. conclus. 71. num. 6.* sicut nec procuratoris officio uti possunt. Joan. de Grassis *tract. de subst. procur. verf. Dominos Andream, num. 7.* & id verum existimo etiam antequam professionis emisit vota. Nec arbiter electus ante ingressum, poterit causam laudo definire. Greg. Lop. *in l. 4. gloss. 6. tit. 4. part. 3.* Azeved. *in l. 7. num. 19. tit. 9. lib. 3. Recop.*

Ibi: *Monachus an possit post professionem.*

Regularis post professionem, sicut & Clericus post Ordines sacros poterit perficere cœpta negotia, ac de illis edere publicum instrumentum, ut observatur supra, *num. 44.*

Ad *Num. 9.*

Ibi: *Qua ratione forensi usu apud Regia Tribunalia.*

Si objiciatur adversus instrumentum in judicio productum, tabellionem non esse ejus authorem, qui produxit, tenetur probare saltem quasi possessionem, & quod publicè munus suum tabellionatus ille exercet. Tusch. *lit. N, conclus. 94. num. 1.* Greg. Lop. *in l. 115. gloss. 4. tit. 18. part. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 1098. num. 14. & 21.* Azeved. *in l. 1. num. 137. tit. 21. lib. 4. Recop.* Didac. Per. *in l. 2. verf. Decimò accedat, tit. 5. lib. 2. Ordin.* Villalob. *Ærar. commun. opin. littera N, num. 17. & 18.* Olan. *concord. jur. lit. I, num. 22.* Pareja *de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 34.* Est de jure communi controversum (si instrumentum antiquum non existat, de quo Parej. *d. num. 35.*) utrùm probatio hæc sufficiat de quasi possessione tabellionis, vel debeat per titulum, vel testes probari? De quo Mascard. *ubi proximè, d. num. 14. & conclus. 707. num. 6. & 7.* Bald. de Perus. *tract. de tabellion. ex num. 22.* Villal. & Olan. *ubi nuper. Parlad. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 12. d. nu. 11.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. N, nu. 18.*

Cum instrumentum publicum in remotam transportatur regionem, ut ibi fidem faciat, id comprobatur infra signum trina tabellionum subscriptione, aut eis deficientibus, Magistratus loci autoritate, qui testatur eum, à quo confecta fuit scriptura, publicum existere tabellionem, seu publicè munus suum exercere, fidemque per ipsum gestis adhiberi: atque ita probata quasi possessione, ubi producitur instrumentum alia probatione

tionem opus non est. *Parlad. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. I. §. num. II. num. 17.* Azeved. *ubi proximè, num. 138.* Mascard. *concl. 1098. num. 31.* Pareja *nu. 51.*

Ibi: *Ac ubi contra publicum instrumentum.*

51 Qui instrumento exhibito in iudicio de falsitate opponit, id probare constringitur. Menoch. *lib. 1. præf. 99. num. 16.* Mascard. *conclus. 744. nu. 1.* Tusch. *lit. I, conclus. 43. num. 4.* saltemque tribus testibus probari debet. Tusch. *concl. 46. num. 6.* Mascard. *concl. 741. num. 2.* quod regulare; unusquisque enim, sive actor, sive reus, suæ intentionis fundamentum probare tenetur, ut ex plurimis tradidi in *addit. lib. 2. variar. cap. 6. num. 10.* Sed cur aliud, si notarius se inficietur instrumenti conditorem, ut nuper asserui. Ratio, quoniam publicum instrumentum, ex cuius inspectione nullum vitium percipitur, maximam pro se assequitur præsumptionem. Menoch. *sup. num. 13.* Tusch. *d. concl. 43. num. 1.* Mascard. *conclus. 906. num. 1. 4. & 6.* Pareja *sup. tit. I. resol. 3. §. 2. nu. 8.* cuius effectus est, ut onus probationis incumbat adversario, ut dixi *d. cap. 6. num. 11.* At cum quis instrumentum producit, fundat suam intentionem in fide tabellionis, ac publica auctoritate, à qua tota vis scripturæ pendet. Menoch. *lib. 5. præf. nu. 4.* ideò tabellionem authorem esse probare astringitur. Mascard. *d. concl. 906. num. 2.* & laudati supra, *nu. 49.* Etenim nulla suadetur conjectura, quod ille sit tabellio, ut producens à probationis necessitate exoneretur, quandoquidem hæc sit qualitas accidentalis, quæ non præsumitur, nisi probetur. Menoch. *lib. 2. præf. 46. nu. 18.* & *præf. 78. num. 2.* sicut clericatus, nobilitas, & similia accidentalia, quæ probaturus est qui se fundat in illis. Menoch. *lib. 6. præf. 6. à principio & præsumpt. 76. num. 1.* Mascard. *conclus. 302. numero 7.* Villalob. *num. 17.*

Ibi: *Prior hujus argumentationis.*

52 Pugna existit inter scribentes, an instrumenta condita à non tabellione, qui communiter talis putabatur, viribus subsistant, ut videre licet apud Mascard. *concl. 1908. num. 24. 25.* qui negantium sententiæ ut veræ, ac magis communi subscribit: sed distingui solet, ut supra, *num. 28.*

Verf. *Authoritas autem publica.*

53 *Authoritas creandi tabelliones inter regalia supremi Principis numeratur.* Menoch. *lib. 2. præf. 78. num. 8.* Gregor. Lop. *in l. 3. gloss. 2. tit. 19. p. 3.* Tondut. *de prævent. judic. part. I. cap. 4. num. 6.* Petr. Barbosa *in l. 1. art. 4. nu. 38. de judic. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 2. num. 12.* Azeved. *in l. 2. tit. 2. lib. 7. Recop. Tusch. lit. N, conclus. 70. num. 1.* Avendañ. *de exeq. mandat. part. I. cap. 10. num. 10.* Paz *in praxi, annot. ultim. de tabellion. num. 13.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 16. num. 46.* Bald. *de Perusio tract. de tabellion. à num. 4.* Pareja *sup. tit. resol. 9. num. 4.*

De Proregibus standum erit regni consuetudini, ac regiis facultatibus, nam in Sicilia Prorex tabelliones constituit. Mastrill. *de Magistrat. lib. 5. c. 6. num. 273.* In novo Indiarum orbe id Proregibus prohibetur. Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 10. num. 22.*

Ibi: *Et an Duces, Comites, Marchiones.*

Hi Magnates, & alii vassallorum Domini privilegio, vel præscriptione solent in proprio territorio tabelliones creare. Bobad. *d. cap. 16. num. 43.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 25. nu. 17.* Azeved. *in princ. ex nu. 10. tit. 25. lib. 2. Recop. Paz ubi proximè, à numero 14.* Avendañ. *sup. num. 2.* & consuetudine generaliter receptum est. Bobad. *ibidem.*

56 Simili modo jus quibusdam populorum universitatibus competit, *l. 2. tit. 2. lib. 7. Recop. ubi Azevedus, Avendañ. sup. nu. 13. vers. Es cum universitatibus.*

57 Qui hac facultate quadraginta annis usus fuerit, quoad possessorium obtinebit, sed in proprietatis iudicio immemorialis erit probanda, *l. 4. tit. 2. lib. 7. ubi Azeved. Greg. Lop. in l. 3. gloss. 2. tit. 2. p. 3.* etsi dissentiat Avendañ. *nu. 2.* opinatus quadragenariam ad utrumque sufficere.

58 De jure communi quisquis jurisdictionem in proprio territorio obtinebat, poterat tabelliones in illo eligere, quæ facultas coarctatur ad acta judicialia, *l. 3. tit. 19. p. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 7.* Novissima recopilationis constitutione præcipitur, ne quis tabellionatus munere uti valeat, nisi prius examini subiciatur, & regio Castellæ Consilio approbationem impetraverit, *l. 2. tit. 25. lib. 4. Recopil. & ibi Azeved. Paz d. annotat. ult. de tabellion. num. 16.*

59 Tabelliones ab inferioribus Dominis creati nequibunt suo munere fungi extra territorium illorum, nisi specialiter privilegio, consuetudine, aut præscriptione obtinuerint, ut ubicunque valeat exercere, *l. 3. in fine, tit. 19. p. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. 8.* nullus enim potest uti eo officio extra jurisdictionem illius, à quo creatur. Azeved. *in d. l. 9. num. 2. tit. 1. 19. num. 1. tit. 25. lib. 4. Recopil. de quo Orosc. in Omnia, num. 15. de offic. Præfect. Urb. Burg. de Paz in l. 3. Tauri, num. 1061.*

Verf. *Sed & de Apostolicis.*

60 Notarii Ecclesiastici, etiam Apostolici, apud nos nequeunt inter laicos instrumenta publica conficere, quæ nullius erunt momenti, & transgressoribus poenæ irrogantur, *l. 9. tit. 1. l. 19. tit. 25. lib. 4. Recop. & utrobique Azeved. Cancer. variar. part. 3. cap. 2. num. 232.* Parlad. *quotidian. lib. 2. cap. fin. part. I. §. 12. num. 9.* Cur. Philip. *part. I. §. 17. num. 29.* Urfill. *ad Afflic. decis. 145. num. 1.* ubi de Neapoli, Did. Per. *in l. 2. vers. Eleganter, tit. 5. lib. 2. Ordin. quamvis de jure communi Apostolicis Notariis licitum esse instrumenta condere, ex Rebuffo scripserit Didac. Per. in l. 6. tit. 3. lib. 1. Ordin.*

- 61 Sed deficientibus omninò tabellionibus, non prohiberi notarios instrumenta conficere, tenent Did. Per. ubi proximè, Orosc. in l. I. num. 16. de offic. Præf. urb. Cancer. d. num. 232. vers. Ad hæc, à quibus discedit Azeved. in d. l. 19. ad fin. nec immeritò.
- 62 Nec instrumenta per notarios confecta, ubi licet, paratam merentur exequutionem, veluti in locatione decimarum, ut adnotat Azeved. in d. l. num. 8. tit. 25. lib. 4. Recop.
- 63 De notariis Imperialibus habetur expressa prohibitio, ne quis eo munere fungi audeat, poenâ in ipsum stabilitâ, l. 21. tit. 25. lib. 4. Recop. lib. 26. tit. 3. lib. 1. Ordinar. Didac. Per. in d. l. 2. vers. Eleganter.
- 64 Addere libet, quod Tabellioni non permittitur lacerare protocollum perfectum de consensu partium, si à conventis recesserint. Pareja ex aliis de instrument. edit. tit. 1. resol. 3. §. 1. num. 55.
- 65 Præmissimus suprà cum D. Covarru. instrumentum originale fide non carere, quamvis protocollum non inveniatur; quod latè impugnat Pareja d. §. 1. ex num. 25. opinatus non esse adhibendam fidem, nisi amissio registri legitimè probetur per illum, cui custodia incumbat: in quo nititur l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop. quâ irrita redduntur instrumenta, si protocollum non præcedat. Deinde opponit, quod esset superflua registrarum servandorum exacta cura, si absque illis publicæ scripturæ fidem mererentur. Sed facilis offertur solutio, nam aliud est protocollum non confici, & aliud non inveniri; illud ex lege vitiat instrumentum, hoc non utique. Ad secundum respondetur, ad alios plures effectus protocollum deservire, ut ad extrahendum aliud originale, si extractum pereat; ad tollendum dubium, si occurrat quoad contenta in originali, & ad similia. Igitur quoties nulla adest falsitatis suspicio, nec de illa agitur, non erit fide indignum instrumentum ex eo solùm, quod protocollum non reperitur, alioqui non esset originale, & authenticum, sed exemplum, cap. 1. de fid. instrument. cum alterius adminiculo indigeat: ut assertum est suprà, num. 5. Nec ommissio tabellionis in servando registro nocere debet parti, cujus interest, nec facilis est amissionis probatio, cum soleat ab ignavis famulis lacerari, clam surripi, vel etiam à muribus absumi.

SUMMARIUM.

- 1 De invocatione nominis divini in publicis instrumentis præmittenda, & num. 2.
- 3 Nomen Pontificis, aut Principis secularis exprimendum, necnon annus Pontificatus, vel Principatus, ac de aliis solemnibus jure communi, & nostro regio, remissivè.
- 4 De anno indictionis inferendo.
- 5 Annorum computatio ab aliquo memorabili eventu inchoari solet.
- 6 Annus conditi instrumenti si omittatur, illud erit irritum omni jure.
- 7 Quid hodie in Hispania.
- 8 Dies quoque, & mensis adscribendus pro forma substantiali.
- 9 Locus, scilicet oppidum, adjiciendus, & an domus.

- 10 Tertium præsentia desideratur: sed an subscriptio.
- 11 Quot testes adhibendi, & num. 12.
- 13 Subscriptionem partium utrum opus sit.
- 14 Tabellio num. subscribere, signareque debeat, & num. 15.
- 16 De solemnitate papyri sigillatæ, quæ in Hispania observatur.
- 17 Tabellio ut agnoscat contrahentes, est opus.
- 18 Quot testes valeant fidem publici instrumenti infringere, & num. seqq.
- 21 Instrumentum ut probet in judicio, qualiter producendum.
- 22 Productum ante litem contestatam, an reproduci necesse sit.
- 23 Usurus unico capite instrumenti plura complectentis, num. totam scripturam judici, & parti exhibere cogatur, & num. 24.
- 25 Utrum transumptum, quod adversario datur, diem confessionis instrumenti continere debeat, aut possit.
- 26 Producentis instrumentum diversa continens capitula, ut uno utatur, quâ cautelâ se tueri possit, ne in cæteris præjudicium reportet.
- 27 Producenti instrumentum non licet illud, invito adversario, retrahere.
- 28 Instrumenta in judicio quando produci debeant, & num. seqq.
- 35 Procurator quando jurare valeat, quod instrumentum fuit de novo repertum, ut producat postquam in causa conclusum est.
- 37 Publica scriptura nedum facit fidem inter ipsos negotium gerentes, sed & quoad omnes: exequutionem tamen paratam non obtinet, nisi contra expressos in ipsa eorumque successores.

CAPUT XX.

Ad Num. 1.

Regia privilegia à Domini nomine exordium sumere debere, cavetur l. 2. tit. 18. part. 3. In publicis instrumentis per tabellionem conficiendis id non desideratur, nec recensetur inter cæteras solemnitates quas tacuit lex 54. eod. tit. Est de jure communi controversum, an hujus sacræ invocationis defectus irritum reddat publicum instrumentum, quia potius de honestate, quàm de necessitate Dei nomen præponi solet? Gregor. Lop. in d. l. 2. gloss. 2. Joan. de Grassis tract. de substantialibus procurat. requis. 1. num. 4. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. I, num. III. Osuald. ad Donel. lib. 25. cap. 8. lit. P, Marquard. tract. de Judæis, cap. 10. ex num. 1. ubi latè, de quo Pareja de instrum. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 2. num. 57.

Apud nos ex stylo Divinum nomen in testamentorum confessione, & aliis præmittitur. Monteros. in Pract. tract. de los testamentos, Pareja num. 63. Sed et si prætermittetur, non ideo corrueret utimum elogium, cum hæc observatio ex pia honestate procedat: cujus rei argumentum ex eo sumitur, quia Anton. Gom. & alii Taurinarum legum Interpretes in l. 3. Matienz. & Azeved. in l. 4. lib. 4. Recop. qui de solemnibus testamenti ex professo disserunt, hujus invocationis obliviscuntur, & ita tenet Pareja ubi proximè.

Verf.

Verf. Secundò, nomen Imperatoris.

3 Instrumento publico adscribendum est nomen Pontificis, Imperatoris, Regis, vel alterius supremi Principis intra cujus ditionem conditur, & adnotandus annus Pontificatus, Imperii, aut Principatus, alioqui nullam fidem assequeretur, nisi aliud usu sit receptum, ut apud nos Tusch. *Pract. conclus. lit. I, conclus. 244. num. 26. 28. & 57.* Cujac. *in novell. ut præponat. nom. Imper. Morl. Empor. Jur. part. I. tit. de fid. instrument. q. 9. nu. 10.* Pareja *sup.* Quæ adhiberi debeant, ut instrumentum publicum de jure communi subsistat, tradidit Bart. *in l. Si quis ex argentariis, §. Si initium, ff. de edend. Pannormitan. in cap. I. de fid. instrument. Donellus & Osuald. in d. cap. 8. Lanfranc. tractat. de instrument. fid. De jure nostro regio Pareja de instrum. edit. tom. I. tit. I. resol. 3. §. 2. à num. 57. Parlad. quotidian. lib. 2. cap. 20. Avendañ. ad titul. de las excepciones, nu. 24. Azeved. in l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop. qua constitutione forma præscribitur. An in accusatione nomen Principis exprimi opus sit, docet Gregor. Lop. *in l. 14. gloss. 3. tit. I. p. 7.* qui testatur de consuetudine servari: sed jam in Hispania recessit ab Aula secundum memoratam constitutionem, quæ hanc inter cæteras accusationis solemnitates non recenset.*

Verf. De Indictione.

4 Annum indictionis currentis adjici in instrumento publico oportet, ut valeat, nisi consuetudine aliud servetur. Tusch. *de ordin. judic. part. 6. tit. de product. instrument. nu. 41.* Pareja *ubi proximè, nu. 17. & 64.* Lanfranc. *sup. nu. 10.* ubi idem de errore circa indictionis annum. De indictionibus egimus *Variar. lib. I. cap. 12. d. nu. 16.* in unaquaque populus Romanus tributa in hunc modum pendere cogebatur: post primum quinquennium solvebatur ferrum ad arma fabricanda, post ultimum, Imperatori aurum. *Glossa in authent. ut præpon. nom. Imper.*

Ad Num. 2.

5 Ubique gentium habita est juris ratio, sumpto initio ab aliquo memorando eventu. Sic Christiani à Nativitate, vel Incarnatione D. N. Jesu Christi annos dinumerant, de quo *dict. cap. 12. d. princip.*

6 Inter cætera, quæ ad validitatem publici instrumenti omni jure, Canonico, communi, ac Regio necessariò desiderantur, annus consecutionis recensetur, qui nisi exprimat, illud prorsus fide carebit, *l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopil. ubi Azeved. num. 16. Gregor. Lop. in l. III. tit. 18. part. 3. Anton. Gom. in l. 3. Tauri, num. 42. in fin. Tusch. lit. I, conclus. 244. num. 12. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. 20. num. 1. Morla Empor. jur. part. I. tit. de fid. instrument. quest. 3. num. 13. Matienz. in l. 2. gloss. 7. nu. 8. tit. 3. lib. 5. Recop. Lanfranc. tractat. de instrument. fid. nu. 8. Paz in prax. annot. ultim. de tabellion. nu. 26. Aug. Barbosa collect. cap. Quoniam contra, nu. 18. de probas. ubi alii, Cur. Philip. part. I. §. 17. nu. 29. Parej. sup.*

7 Hodie in Hispania, ubi usus papyri sigillatæ seryatur, non videtur irritum fieri publi-

cum instrumentum ex defectu expressionis anni, cum in ipsa papyro sub regio sigillo impressus reperiatur; etenim annis singulis distribuitur tabellionibus papyri hujusmodi quantitas, ut in illa instrumenta publica conficiant pro anno currenti, pro quo tantum potest deservire: quæ sub acerrimis pœnis præcipiuntur ultra nullitatem, *l. 44. tit. 25. lib. 4. Recop.* nam cum finis anni inferendi sit, ut de certo tempore constet, ea forma per æquipollens poterit adimpleri. *Marescot. variar. lib. I. cap. 20. num. 86.*

Verf. Quartò, eadem ratione.

8 Similiter opus est diei, & mensis, quo instrumentum conditur, mentionem fieri, ut viribus subsistat, *d. l. 13. Recop. l. 2. l. 54. tit. 18. p. 3. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 44. nu. 1. Villalob. Ærar. commun. lit. I, num. 112. Garcia de Nobil. gloss. 4. num. 32. Pareja ubi nuper, & alii omnes nuper cumulati nu. 6.* Horam verò adicere necesse non est, quanquam utile. *Gregor. Lop. in l. 54. gloss. 2. tit. 18. p. 3. Parlador. d. cap. 20. nu. 9. Barbosa ex aliis ubi proximè; nam si duæ appareant scripturæ ejusdem diei, præfertur horam habens, sicut ex pluribus observavimus Variar. lib. I. cap. 16. nu. 16. & tenet cum aliis Salgad. Labyrinth. cred. p. 2. cap. 4. nu. 166.* Dies apponi debet, quo instrumentum perficitur, etsi alio inchoetur, *Greg. Lop. ubi proximè: vel uterque, Tusch. d. concl. 244. nu. 17.* Si noctu fiat, sat erit diem exprimere, *Azeved. in d. l. 13. Recop. nu. 15.* Quando, & quomodo valeat corrigere errorem in his commissum, tradit *Tusch. ex nu. 18. Lanfranc. sup. num. 25. Did. Per. in l. 2. verf. Nond etiam, tit. 5. lib. 2. Ordin.* In privatis scripturis omisio temporis nullitatem non inducit. *Azeved. Parlador. Morl. Alfar. & alii ubi sup. nu. 6.* Sed si in originali authentico dies deficiat, qui in protocollo reperitur, instrumentum subsistet. *Lanfranc. de fid. instrument. nu. 43. & quando dies expressus in uno, censetur repetitus in aliis, docet num. 47.*

Ad Num. 3.

9 Præter tempus, etiam locus in instrumento publico adnotari debet ex omni jure, *l. 54. tit. 18. p. 3. d. l. 13. Recop: Gregor. Lop. in d. l. 54. gloss. 4. Alfar. sup. gloss. 43. num. 2. Marescot. variar. lib. 2. cap. 121. num. 34. Matienz. d. gloss. 7. num. 8. Barbosa cum aliis ubi proximè, num. 37: & cap. 3. num. 12. de appellat. in 6. Villalob. sup. num. 114. Azeved. in d. l. 13. num. 19. Cald. Pereyr. de emption. cap. 15. num. 9. Parlador. d. cap. 20. num. 11. Marant. de ordin. judic. tit. de product. instrum. num. 93. Gratian. decis. 286. Pareja d. nu. 57.* Unde si abrasio, vel emenda apparuerit, ubi loci fit mentio, fides instrumenti deficiet, *l. III. tit. 18. p. 3. ibi: O en el nome del lugar do fue fecha.* Domum autem designare opus non est, quanquam *d. l. 13.* exigi videatur, quæ alternativè loquitur, & accipi poterit; cum extra oppidum in fundo, aut æde campestri conditur instrumentum. *Parlad. ubi proximè, & ita apud nos usu receptum, de quo Lanfranc. sup. num. 8.*

Ad Num. 4.

10 Jure nostro Regio testium subscriptio non desideratur, sed præsentia sufficit, *d. l. 13. Recop. l. III. tit. 18. p. 3.* quibus hæc solemnitas non memoratur. *Parlad. quotidian. lib. 2. cap. 20. num. 15.* Anton. Gom. *in l. 3. Tauri, nu. 30.* Villalob. *sup. lit. I, nu. 110.* Azeved. *in d. l. 13. num. 39.* Barbosa *collect. cap. quoniam contra, num. 28. de probat. & sic observatur, quanquam de jure communi contra sentiant Tusch. d. concl. 244. nu. 7. & alii apud Barbofam collect. cap. I. in fin. de fid. instrument. quam sententiam fovet lex 54. tit. 18. p. 3.* ut nostrates prælaudati oblieryarunt.

Verf. Et licet jure communi.

11 Juxta jus commune duo testes adesse satis erit, ut instrumentum à tabellione fabricatum integram fidem obtineat. Gregor. Lop. *in d. l. 54. gloss. Burg. de Paz in l. 3. Taur. nu. 124.* & alii, quos adducit Barbosa *collect. cap. I. num. 7. de fid. instrum.* ac constat apertissime ex *l. III. & 154. tit. 18. p. 3.* quibus opponitur *lex 54. eod. tit.* ubi forma traditur condendis instrumentis hujusmodi, ac duo tabelliones, aut tres testes intercedere jubentur: ex qua D. Covarru. docet, saltem trium præsentiam desiderari, cui assentiuntur Orosc. *in l. Si quis, §. Tabularum, ff. de edend. Castill. in l. 41. Taur. Villalob. Arar. commun. opinion. lit. I, nu. 109.* Olan. *concord. jur. lit. I, nu. 29.* de quo consulendi Azeved. *in d. l. 13. Recopil. num. 37.* Parlad. *d. cap. 20. à nu. 16.* Cur. Philip. *part. I. §. 17. num. 30.* Tabelliones ut tutius opererentur, tres testes semper adhibere solent, cui consuetudini standum monet Azevedus, quanquam Parladorus legitimam non esse consuetudinem, ut formam inducat, opinatur. Illud quidem tenendum videtur, quod si conficeretur instrumentum ubi solum duo testes reperiri possent, id sustineretur, non obfistente stylo, nec dicta lege 54. Partitar. quæ formam præscripsit non præcisè servandam, sed ut solemniter scriptura perageretur; ideo clausula irritans non est addita: & ex aliis legibus præcitatæ sic debet intelligi, & declarari. Nec novum est in jure, ut leges ex legibus interpretationem accipiant, sicut notatur *in l. Non est novum 26. ff. de legibus: qui sanè intellectus suadetur etidem ex prænotatis supra, num. 10.* circa testium subscriptiones, quas pro solemnitate dicta lex 54. requirit; attamen de forma substantiali non habentur, ex *l. III. eod. tit.*

12 Ex quibus inferitur, quo remota consuetudine, non erit reprobanda publica scriptura, si in duorum testium præsentia conficiatur, quoniam dum versamur in dubio ob constitutionum, ac sententiarum diversitatem, pro validitate actus responsuri monemur, *l. Quoties 13. de reb. dub.*

Ibi: Qua lege sancitur.

13 Subscriptio eorum, qui contrahunt, vel actum exercent, de quo instrumentum fit, apponi debet in protocollo, non in originali authentico. Parlador. *dict. cap. 20. num. 15.*

Azeved. *in l. 13. num. 41. tit. 15. lib. 4. Recop. Avendañ. de exequend. mand. part. 2. cap. 16. num. 2. verf. Quartus casus, Olan. concordant. jur. lit. I, num. 58.* Cur. Philip. *part. I. §. 17. nu. 30.* Carrasc. *in Recop. cap. II. num. 5.* quod si scribere nescierint, aut nequiverint, pro illis unus ex testibus, vel alius se subscribit, ut *in d. l. 13.* cavetur, ac notant prælaudati. Quæ solemnitas de jure communi, & Partitarum non desideratur, ut colligitur ex *l. 54. tit. 18. p. 3.* Azeved. & Olan. *ubi proximè.* Sed vide legem *Contractus, C. de fid. instrum.*

Ad Num. 5.

14 Tabellio instrumenti conditor ei subscribere, propriumque signum apponere tenetur, alioqui nihil aget, *l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop. l. 54. tit. 18. l. 10. tit. 19. part. 3.* Gregor. Lop. *in d. l. 54. gloss. 5.* Azeved. *in d. l. 13. nu. 2. & 44.* Cur. Philip. *ubi proximè.* Marant. *de ordin. judicior. part. 6. tit. de product. instrum. num. 40.* Paz. *in prax. annot. ultim. de tabellion. num. 29.* Morl. *Empor. Jur. part. I. tit. de fid. instrum. quæst. 3. num. 13.* Carrasc. *ubi sup. Pareja de instrum. edit. tit. I. resol. 3. §. 2. num. 57.* Signum verò imprimatur authenticæ scripturæ, quæ parti traditur, non protocollo; sed in fine cujusque anni tenetur tabellio signum adjicere protocollo instrumentorum, quæ illo confecerit anno, ut omnia sub uno signo contineantur. *l. 12. tit. 25. lib. 4. Recop.*

15 De jure communi signum tabellionis addere de solemnitate substantiali non est. Greg. Lop. & Azeved. *ubi nuper, Villalob. sub lit. I, num. 98.* Marant. *ubi proximè.*

Verf. Hæc sanè sunt.

16 Est præterea apud nos alia observanda solemnitatis sub pœna nullitatis, & aliis, quia nullum publicum instrumentum conscribi potest, nisi in sigillata papyro, cujus supra memini *num. 7.* Pareja *ubi proximè, nu. 60.*

17 Tandem tabellio agnoscere debet eos, qui negotium gerunt, de qua cognitione testificatur, *l. 54. tit. 18. part. 3. l. 14. tit. 25. lib. 4. Recopil. Gregor. Lopez. in d. l. 54. gloss. 8.* Azeved. *in d. l. 14.* Cur. Philip. *ubi sup.* Burg. de Paz *in l. Taur. num. 1279.* Pareja *nu. 59.* Verùm ex omissione hujus solemnitatis fides instrumento non auferetur. Azeved. *nu. 7.* Burg. Paz *num. 1284.* Cur. Philip. *ibid.*

Ad Num. 6.

18 De reprobatione publici instrumenti per testes pluribus egimus *Variar. lib. 2. cap. 13. ex num. 112.* Et quidem valdè communis est opinio docens, tam de jure communi, quam Regio duos testes non sufficere ad infringendam publici instrumenti auctoritatem, & quatuor postulat expressim *lex 117. tit. 18. p. ubi Greg. Lop. gloss. 2. Montalv. in l. 18. tit. 8. lib. 2. for. Olan. concord. Jur. lit. I, ex nu. 23.* Bobad. *Polit. lib. 3. cap. 14. num. 48.* Cævall. *quæst. 43. & 455.* de jure communi tres saltem concurrere opus esse tenent haud pauci apud Farinacium. *de falsitat. quæst. 158. num. 34.* pluri-

Pluribus tamen placet, duos testes omni exceptione majoris instrumenti fidem evertere, etsi instrumentarii non sint, quam sententiam nos-
ter Præsul amplectitur.

Verf. Prima conclusio.

- 19 Duo testes omni exceptione majores ad-
huc non instrumentarii, si adversus publicam
deposuerint scripturam, cujus fidem elidunt,
ac destruunt. Ita probatur ex legibus regiis
adductis per me in d. cap. 13. num. 112. ac ex
Interpretibus cumulatis num. 124. & aliis, quos
laudavit Barbosa collect. cap. Tertio loco, n. 10.
de probat. & cap. Cum Joannes, n. 12. de fid.
instrument. Adde Lanfranc. tract. de fid. instru-
ment. d. n. 31. egregio compendio rem istam
enucleantem. Cum testes oporteat omni ex-
ceptione majores existere, Pareja de instrum.
edit. tit. 1. resol. 3. §. 2. n. 15. hæc qualitas erit
præcisè probanda, nec universalis præsumptio
idoneitatis præstabit. Menoch. conf. 380. n. II.
Morl. d. tit. de fid. instrum. quæst. 6. n. 5. quod
regulariter verum est, ut ex pluribus adnotavi
variar. lib. 2. cap. 13. n. 121.

Verf. Secunda conclusio.

- 20 Quoties duo testes instrumentarii infician-
tur, fides illius evertitur. Pro hac assertionem
plures inveniuntur apud me d. cap. 13. n. 119.
Quid si unus contra instrumentum deponat, ibi,
n. 122. de quo Lanfranc. ubi nuper.

Verf. Instrumenta autem publica.

- 21 Instrumentum, ut in judicio probet exhi-
beri debet ipsi judici, nec proderit coram ta-
bellione, ac testibus præsentari. Barbosa collect.
cap. Cum dilectus, n. 7. de fid. instrum. Marant.
de ordin. judicior. tit. de product. instrument.
num. 46. Paz in Praxi, temp. 8. num. 103. A-
zeved. in l. 2. num. 3. tit. 5. lib. 4. Recop.
Rursus nec sat erit producere scripturam judi-
ci, ut juxta illud pronunciare valeat; nam
vel idem originale, vel transumptum in actis
reponi debet, ut fides illi possit adhiberi. Sic
cum pluribus tradidi Variar. lib. 1. cap. 1. n.
34. Nec ex instrumento non legitime pro-
ducto sententia ferri potest. Azeved. in l. 2.
num. 6. tit. 3. lib. 4. Recop. Licebit tamen ju-
dici ex illo se extrajudicialiter instruere. Ma-
rant. n. 49.
- 22 Quod ita compertum est, ut si actor cum
libello instrumentum pro fundamento suæ in-
tentionis produxerit teneatur, ut probet, post
litem contestatam ipsum reproducere. Paz ubi
proximè, Cancer. variar. part. 1. cap. 19. nu-
13. Azeved. in d. l. 2. n. 3. qui rectè observat,
de jure Regio reproductionem non desiderari,
quia l. 1. eodem tit. jubetur actor cum libello
primo scripturas producere.

Ad Num. 7.

- 23 Instrumentum, etsi plura diversa capita com-
plectatur, integrè exhiberi judici debet: ad-
versario autem transumptum tradendum non
est, nisi ejus partis, quia producens ad litem
unitur Barbosa collect. cap. Contingit, nu. 2. de
fid. instrum. & cap. Cum personæ, num. 4. de
privileg. in 6. Azved. in l. 3. num. 3. tit. 5.
D. Faria Covar. Enucl.

lib. 4. Recop. Orosc. in l. 1. §. Edenda, nu-
mero 3. ff. de edend. quod ita est, si produ-
cens penes se seriem totius instrumenti ha-
buerit, alioqui edere judici non compelletur,
nisi partem, qua est usus, velut si legata-
rius exhibet clausulam testamenti, quam cum
debita solemnitate de originali extrahi postu-
lavit. Cancer. variar. part. 1. cap. 19. nu-
mero 25.

Ibi: Sed si ille, contra quem.

Sed si parte instrumenti exhibita, adverfa-
rius postulet, ut totum edatur, erit audien-
dus: quod limitatur ex pro nuper adnotatis,
ipseque si sua interest, producere debet in-
tegram scripturam ex originali extractam. Se-
cundò limitatur, si litigans petat, ut accula-
tionem adversus producentem instituat. Greg.
Lop. in l. 112. gloss. 1. tit. 18. p. 3. & in l. 113.
gloss. 2. eod. tit.

Quamquam de jure transumptum instrumen-
ti producti tradi debeat parti adversariæ absque
die confectiois, l. 1. §. Ediciones, ff. de
edend. d. l. 112. Partit. l. 3. tit. 5. lib. 4. Recop.
id apud nos in usu non est, sed ut producitur
in judicio, editur litiganti, Azeved. in d. l. 3.
num. 12.

Consulitur producenti instrumentum quoad
unum caput, ne ex aliis sibi præjudicium ge-
neretur, ut protestationem præmittat, quod
illud non producit, nisi quatenus sibi expe-
dit. Cancer. d. cap. 19. num. 6. Azeved. sup.
numero 16. Sed eam cautelam inanem reputat
Cævall. commun. cont. comm. quæst. 696. Parlad.
quotid. lib. 1. cap. fin. p. 1. §. 5. numero 21.
Concordari ita possunt, ut scilicet protestatio
prosit, ne videatur producens fateri omnia in
scriptura comprehensa; non tamen erit impe-
dimento quominus judex decernat ex producto
instrumento, si quid in favorem adversarii con-
tineat, de quo Cævallos egit.

Verf. Secundò, est hac in re.

Producens instrumentum, etsi pœniteat,
nequibit illud ex actis detrudere. Orosc. in l.
1. §. Edenda, num. 2. ff. de edend. Azeved.
in d. l. 3. num. 5. fit enim productione com-
mune; ideo si petat, adversario est edendum,
cui jus quæsitum auferri non poterit. Morl.
Emp. Juris part. 1. tit. de fid. instrum. quæst.
6. num. 17. verf. Ex quibus, Cævall. q. 696.
num. 3. Azeved. in l. 3. n. 13. tit. 5. lib. 4.
Recop. Anton. Fab. in ration. ad d. l. 1. §. E-
denda. Quod restringitur, nisi instrumentum
impugnetur; nam illud retrahi producenti per-
mittitur, Boër. decis. 252. num. 4. Azeved. ubi
proximè, & probatur ex l. 3. C. de fid. instrum.
l. 116. tit. 18. p. 3.

Ad Num. 8.

Jure Canonico, & communi licet instru-
mentum producere, donec in causa conclu-
sum non est: deinceps regulariter non admittun-
tur. Idem statuitur l. 34. in fin. tit. 16. p. 3.
ubi Greg. Lop. gloss. 5. Lanfranc. de fid. instrum.
num. 29. Barbosa collect. cap. ex tenore, nu. 18.
de testib. Morl. sup. quæst. 5. nu. 1. Cancer. cap.
19. nu. 9. Malcard. de probat. concl. 926. n. 1.
R Cævall.

- Cævall. quæst. 650. num. 1. Did. Per. in l. 6. tit. 11. lib. 3. Ordin. Marant. de ordin. judicior. part. 6. titul. de product. instrument. nu. 47. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. 17. num. 1.*
- 29 Instrumenta verò, si de novo habeantur, usque ad sententiæ prolationem recipiuntur. Menoch. *de arbitrar. casu 241. Mascard. ubi proximè, Morl. d. quæst. 4. Cævall. ac Did. Per. ubi sup. apud quos haud paucas limitationes invenies. Si exhibeatur instrumentum extra tempus legitimum, illud actis adjungi actuario non licet; juex tamen perlegere non vetatur, non ut ex illo in viam probationis decidat, sed ad animi instructionem. Marant. *sup. num. 49.**
- 30 Quod si judex præcipiat instrumentum edi termino præfinito, sub comminatione, quod postea non admittetur, eo elapso, fidem non merebitur. Azeved. *in l. 2. num. 2. tit. 5. lib. 4. Recopil. Contra ubi causa adversarii ex mora non sit deterior, tenet Lanfranc. sup. num. 30. Adde Barbof. collect. l. fin. numero 6. de fide instrum.*

Ibi: *Quòd modo jure Regio.*

- 31 Jure nostro Regio actor unà cum libello, quo jus suum in judicium deducit, instrumenta producere jubetur, reus verò intra viginti dies, *l. 1. §. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. Paz in Praxi, temp. 8. num. 143. Bobad. Polit. lib. 5. cap. 3. num. 41. Pichard. manuduct. part. 1. §. 4. nu. 2. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. 1, num. 132. Cur. Philip. part. 1. §. 16. num. 32. Olan. concord. jur. lit. 1, num. 61. Parlador. d. cap. 17. num. 1. 2.*

Ibi: *Hodie tamen receptum est.*

- 32 Forensis usus, adversum Regias Constitutiones induxit, ut scripturæ ab utraque parte productæ absque necessitate juramenti usque ad conclusionem in causa recipiantur: hujus praxis meminere Azeved. *in d. l. 2. Recopil. numero 1. & Pichard. ubi proximè, qui subdit utrum à producente probandum, alioqui servabitur quod jure nostro statutum habetur.*

Ibi: *Nec in hoc ulla contingere potest.*

- 33 Si constet saltem per jusjurandum producentis, quod instrumentum de novo reperierit, etiam post conclusum in causa, jure nostro admittetur, donec sententia proferatur, & ita praxi receptum testatur Bobadilla *ubi proximè, quæ jure communi convenit, sicut prænotatur supra, num. 29. observant Azeved. in d. l. 2. num. 5. Did. Per. in l. 6. tit. 11. lib. 3. Ordin. Cancer. d. cap. 19. nu. 10. Cæval. quæst. 650. Morl. d. tit. de fid. instrum. q. 4. num. 3. Villalob. Olan. & Pichard. ubi proximè. Verum hæc restringere oportet, ut per Menoch. d. casu 241.*

Ibi: *Facilius tamen admittitur.*

- 34 Proxima resolutio, quæ est Bartoli doctrina, tunc vel maximè erit in praxi amplectenda, cum latà sententià nullus litiganti, qui intendit scripturam producere recursum supplicationis, aut provocacionis relinquitur, ut

adnotant Morl. & Villalob. *ubi proximè; nam ubi majus periculum vertitur, cautius oportet agere, l. 1. §. Sed etsi quis, de Carboniano edicto.*

Verf. *Est tamen hac in re.*

Non licet procuratori juramentum in animam domini præstare, quod instrumentum, quod producit post conclusum in causa, de novo fuit repertum, nisi speciale ad hoc mandatum exhibuerit. Morl. *sup. num. 4. Villalob. num. 113. §. De jure regio, Azeved. in l. 1. numero 75. tit. 5. lib. 4. Recop. regulariter namque procurator etiam cum libera nequit in animam domini jurare sine speciali mandato. Tusch. lit. M, conclus. 52. numero 9. Sturd. decis. 159. numero 1. Barbof. cum aliis collect. cap. Qui ad agendum, num. 5. procurator. in 6. At si procurator idem, adhibitâ diligentia instrumentum de novo invenerit, nihil erit impedimento, ut juret anima sua.*

Verf. *Sed etsi lege.*

Ubi evidenter apparet de bono jure illius, qui producere conatur instrumentum post conclusum in causa, absque onere jurisjurand. debet admitti, cum alioqui ipsius justitia profus sit peritura, quoniam aliud non superest auxilium. Mascard. *d. concl. 926. num. 26. Did. Per. in l. 6. verf. Fallit quartò, tit. 11. lib. 3. Ordin. nec juris stricti observantiæ tantum est deferendum, ut evidenter, ac naturali æquitati præponatur, l. Si servum 91. §. Sequitur, ff. de verb. oblig. ibi: Sub autoritate juris scientiæ plerumque perniciosè erratur? & l. Divus 8. ff. de restitut. in integr. ibi: Etsi nih. l. facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi æquitas postulat, subveniendum est. Quod maximè congruit Regalium Prætorium egregiis judicibus, quos D. Covarru. alloquitur, cum veritate cognita procedere valeant, l. 22. titul. 4. lib. 2. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. ubi Azeved. numero 59. in simili rectè dixerit.*

Ad Num. 9.

Instrumentum per tabellionem solemniter confectum publicum est, fidemque ut tale facit non solum quoad illos, inter quos negotium geritur, sed etiam quoad omnes, veluti si res majoratus legitime distrahatur; nam instrumentum venditionis publicum nedum in possessorem, qui alienavit, sed & adversus successores vires obtinebit. Similiter si quis à non domino fundum emerit, ac usuceperit, instrumentum adversus verum dominum agentem plenè probabit, Lanfranc. *de fid. instrum. num. 14. Tusch. lit. S, conclus. 74. num. 3. Sed authentica scriptura quoad exequutionem non nocebit, nisi contentis in illa, ipsorumque hæredibus. Cancer. variar. part. 1. cap. 17. num. 24. Pichard. cum aliis manuduct. part. 2. §. 2. num. 6. Lanfran. ubi proximè. Per contrarium si instrumentum irritum pronuncietur, ac fide carens per sententiam, quæ in rem judicatam transierit, quoad nullos faciet probationem. Pareja ex aliis de instrument. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 2. num. 108.*

SUMMARIUM.

- 1 Tabellioni an liceat alii committere instrumenti confectionem, aut aliena manu illud scribere, & num. 2.
- 2 Exemplo scripturæ non creditur, nisi appareat originale: quod multipliciter limitatur.
- 3 Princeps valet præcipere ac statuere, ut exemplum scripturæ probet, & minùs legitime probationi plena fides adhibeatur.
- 4 Scripturæ referenti non datur fides, nisi constet de relato.
- 5 Quod declaratur.
- 6 Tabellione decedente, morbo, aut aliàs impedito ad longum tempus, liberum erit alii ex illius registro instrumenta extrahere, quibus juris solemnitate adhibita plena fides præstatur.
Utrum extrahenti liceat quicquam addere, aut detrachere ex consuetis, ibid.
- 7 Defuncto tabellione, an successor tabellio permittatur ex protocollo antecessorio deducere scripturas absque iudicis autoritate.
- 8 Tabellione impedito mandante, ut alius ex illius registro extrahat instrumentum, iudicis autoritate opus non est.
- 9 Idem erit, si tabellio alii in officio succedat Principis jussu.
- 10 Tabellione cessante in officio, vel illo privato, quomodo successori acta, & protocolla tradenda.
- 11 Utrum in transcriptione publici instrumenti testes debeant intervenire, qui originali adfuerunt.
- 12 Si plures notarii interveniant actui, quisque solus potest de illo instrumentum condere.
- 13 Ex originali, quod parti traditur, exemplar assumi potest, & probat, intercedente iusta causa, & juris solemnitate.
- 14 Ubi exemplum sigillo Principis, Prælati, aut Magnatis comprobatur, an ad extractionem iusta desideretur causa.
- 15 Exemplum scripturæ ab alio deductum an probet.
- 16 In extractione exempli semper non desideratur citatio eorum, quorum interest.
- 17 Transsumptum scripturæ, etiam solemnitate servata fidem non facit, nisi in eos, qui sunt citati.
- 18 Sed præsumptionem etiam in non citatos producit.
- 19 Exemplar partium assensu comprobatum plene probat in assentientes etsi iudicis autoritas in transsumptione defuerit.
- 20 Exemplar desumptum ex alio iudicis præcepto apud acta relicto, si solemnia juris præcedant, quantam fidem mereatur.
- 21 Limitatur.
- 22 Præfatum exemplar non trahit executionem paratam.
- 23 Exemplum jussu iudicis assumptum, & apud acta collocatum, nequit deinceps argui de falsitate, etsi ex originalis serie aliqua suspicio deprehendatur.
Aliud juris erit, si ab hoc exemplo aliud desumatur, quod in diverso iudicio adversus tertium producit, ibid.

D. Faria Covar. Enucl.

- 25 Temporis diuturnitas supplet in instrumentis solemnitatum defectum: quod subsequenibus numeris explanatur.
- 26 Scriptura antiqua omni solemnitate destituta, qua de autoritate tabellione mentio non fit, nullam fidem meretur, sed solum præsumptionem ex qualitate loci, ubi reperta est, producit, & num. 32.
- 27 Quid si tabellio autor fuisse narretur, nec ulla falsitatis occurrat conjectura, solemnitate deficiente.
- 28 Quid in exemplo à tabellione, omissis solemnitatibus, extracto.
- 29 Quid si in exemplo antiquo tabellio testificetur, omnes intervenisse solemnitates, illas exprimens.
- 30 De differentia solemnitatum, & quæ præsumatur, & quæ probari debeant.
- 31 Quoties ex contextu instrumenti defectus solemnitatis patet, temporis diuturnitate suppleri non potest.
- 32 Expressio alicujus solemnitatis, prætermis cæteris, nocet magis instrumento, quàm si omnes mitterentur.
- 33 Si exemplum quod extrahi intenditur, cedere non possit in detrimentum alicujus, citatio nulla desideratur, & sola iudicis autoritas sufficit.
- 34 Quoad Principis privilegia exemplo non adhibetur fides, nisi aliud exprimat, & tunc an partis citatione opus sit.

CAPUT XXI.

Ad Num. 1.

TAbellio prohibetur per alium instrumentum condere de actu, cui ipse interfuit: permittitur tamen committere confectionem, modò se subscribat, propriumque signum imponat scripturæ. Idem de exemplatione dicendum, si per se corrigat instrumentum, & à mendis expurget, antequàm subscriptione, ac signo autoritatem conferat. Gregor. Lop. in l. 5. gloss. 2. tit. 19. part. 3. Cujac. in authent. de tabellion. collat. 4. Paz in praxi, annotat. ult. de tabellion. num. 30. Azeved. in l. 13. num. 3. tit. 25. lib. 4. Recop. Didac. Per. in l. 2. vers. Duodecimò dubitatur, tit. 5. lib. 2. Recop. Matcard. de probat. conclus. 711. num. 40. Joan. de Grassis tract. de substantial. procurator. vers. Manu mea, num. 2. & ita de consuetudine apud nos servari, neglectâ dictæ legis 5. Partitar. testantur Gregorius Lopez & Azeved.

Si quis tabellio, quia manum debilem, vel tremulam habet, scribere impediatur, poterit aliena juvari, ut propria subscribat, & signet; ipse enim litteras, & characterem perficit, quanquam aptitudo per alium suppleatur. Peralta in rubric. nu. 17. ff. de legat. 1. Azeved. ubi sup. nu. 3. Quicquid tabellionis officium obtinet in Cancellariis, vel oppidis, per se exercere adstringitur, nec licet per substitutionem inservire, l. 1. tit. 18. lib. 2. Ordin. l. 33. tit. 20. lib. 2. l. 6. tit. 2. lib. 7. Recopil. Avendañ. de exeq. mandat. part. 1. cap. 3. num. 5.

Ad Num. 2.

3 Exemplo instrumenti etiam publici fides adhibenda non erit, nisi originale exhibeatur, l. 114. tit. 18. part. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. ultim. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 24. numero 34. Cujac. in cap. 1. de fid. instrument. Morla Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 1. per totum. Osuald. ad Donell. lib. 25. cap. 8. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. I, num. 115. Gratian. disceptat. cap. 859. d. princ. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 81. numero 2. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 26. num. 2. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 3. num. 3. & procedit etiam quoad personas privilegio quovis gaudentes. Pareja ubi nuper, Gratian. numero 1. Mascard. num. 13. quæ communis conclusio multifariam limitatur, ut videre licet apud prælaudatos, præsertim Mascard. & Pareja latissimè differentes, ac Genuam de script. privat. lib. 1. quæst. 16. Scacc. de judic. lib. 2. c. 11. d. num. 524.

Ibi: Quamobrem poterit.

4 Princeps & lege generali, & rescripto in causa speciali tertii præjudicium præcipere ex justa causa poterit, ut exemplatæ scripturæ plena fides adhibeatur. Mascard. conclus. 711. num. 14. 15. Cald. Pereyra de empt. & vendit. cap. 35. num. 45. Barbosa collect. cap. 1. n. 6. de fid. instrument. Avil. in cap. 19. Prætor. n. 2. sub verb. Trafsaden, Menel. in l. Sancimus, num. 2. C. de divers. rescript. Gratian. sup. n. 13. Pinel. in rubric. part. 1. cap. 2. num. 13. C. de resc. vendit. Alfar. sup. num. 7. Genua numero 14. & regulariter Principi licet statuere, ut minus legitimis probationibus in judicio credatur. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 25. num. 2. Neque refragatur constitutio capitis 1. de fide instrument. cum Princeps, imò nec privatus sic propria lege ligetur, ut ab ea discedere non valeat, l. Si quis in principio 22. de legat. 3. l. 22. tit. 1. p. 6. Par. de Puteo tract. de reassumpt. instrument. rubric. 7. num. 9. Præterquam quod Cujac. in d. cap. 1. litteram corrigi, & non ad exemplaria, sed aut exemplaria, legendum putat.

Verf. Quod si fiat.

5 Regulariter non creditur scripturæ referenti, nisi constet de relato: quod limitatur hîc, si idem notarius instrumentum referens, ac relatum confecerit, veluti si de mandato mentio fiat in scriptura venditionis: sed id impugnat Moral. d. tit. de fid. instrument. q. 1. numero 22. nam opus est, ut mandati series inferatur principali scripturæ, alioqui dignosci nequibit, an sit sufficiens ad actum, qui geritur, de quibus Salgad. d. cap. 26. d. num. 57. Afflic. decis. 273. & ibi Ursil. Avil. in cap. 15. Prætor. n. 23. verf. in tantum est, Cur. Philip. part. 2. §. 7. num. 8. fusè Mascard. concl. 924. Barbosa collect. authent. Si quis in aliquo num. 3. C. de edend. Castill. controvers. libro 2. cap. 16. n. 60. Sed si rescriptum Principis referatur ad aliud instrumentum, non probare, nisi de relato constiterit, voluit Salgad. num. 59. Contrarium placuit Mascardo n. 9. & 10. Adde contra conclusionem tenentem Gratian. discept. cap. 268. n. 35.

Ubi instrumentum mentionatum non est necesse ad substantiam principalis, etsi illud non exhibeatur, hoc exequi poterit. Mascard. n. 14. Ursill. n. 4. Cur. Philip. ubi proxime, & ibi, exempla traduntur.

Ad Num. 3.

Tabellione defuncto, vel furore, aut morbo in perpetuum, sive ad tempus longum impedito, licebit alii ex illius registro instrumenta publica extrahere, quæ plenam fidem faciant, modò interveniant judicis autoritas, partium citatio, & cætera quæ habentur in cap. Cum P. tabellio, de fid. instrument. ac referunt Rebuff. in l. Notionem, §. Instrumentorum, de verb. signif. Aviles in cap. 19. Prætor. verb. Trafsaden, n. 1. Sic tenent Tulch. lit. T, concl. 374. n. 5. Gregor. Lop. in l. 114. gloss. fin. tit. 18. part. 3. Marefcot. Variar. lib. 1. cap. 18. d. princ. Barbosa collect. d. cap. Cum P. tabellio, num. 1. 2. Menel. in l. 3. num. 5. C. de divers. rescript. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resolut. 3. §. 3. n. 119. Mascard. concl. 711. num. 25. & 41. Lanfranc. de fid. instrum. num. 12. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 12. limit. 2. numero 18. & 19. Ursill. ad Afflic. decis. 6.

De jure communi hujusmodi tabellioni permittebatur clausulas consuetas adjicere, cum scilicet ex bastardello, seu breviatura in extensum, seu mundum instrumentum deducebat. At jure nostro regio nihil addere, aut detrahere poterit, nec enim apud nos per imbreviaturam conficere scripturam licet. Parlador. d. l. 2. cap. 20. num. 21.

Verf. Primum est observandum.

De jure communi tabellio decedens poterat sicut de propriis bonis etiam de registris, & actis, quæ confecerat, disponere: unde quæstionis est, an hæres, aut legatarius tabellio possit ex eis protocollis sibi relictis scripturas extrahere absque aliqua solemnitate autoritatis judicis, ac citationis. Ast apud nos inanis erit ea disputatio, nam mortuo tabellione, per Magistratum acta, & registra custodiæ traduntur, donec successor in officio ea autoritate publica excipit, l. 55. tit. 18. part. 3. Gregor. Lop. gloss. 4. l. 24. tit. 25. lib. 4. Recopil. ubi Azeved. quod si interim oporteat instrumentum ex illis registris assumere, desideratur judicialis autoritas, citatioque partis, quanquam tabellio hæres defuncti ipsa apud se retineat, ut depositarius. Greg. Lop. in d. l. 55. gloss. 5. Parlador. d. cap. 20. num. 20. Avil. sup. n. 4. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. I, num. 53.

Verf. Verùm ad Panormitanæ sententiam.

Licet sit controversum, an judicis autoritas debeat intervenire, cum tabellio impeditus mandat alii ex suo protocollo instrumentum authenticum extrahere; id tamen decisum habemus: & non requiri constat l. 55. tit. 18. part. 3. ubi Greg. Lop. gloss. 1.

Verf.

Verf. *Hoc ipsum plerumque.*

Quoties tabellio Principis autoritate alii in officio succedit, non eget iudicis facultate, ut fidem faciant instrumenta, quæ ex antecessoris registro transcribit, l. 55. titul. 18. part. 3. l. 24. tit. 25. lib. 4. Recop. Parlador. ubi proximè, Pareja n. 127. Tusch. lit. E, concl. 550. num. 9. Mascard. d. concl. 711. num. 76. Paratamque executionem merentur. Parlador. d. limit. 2. num. 21.

Verf. *Secundò est animadvertendum.*

11 Adde Parejam de instrum. edit. tit. 5. resol. 1. n. 25. Aviles in cap. 36. Prætor. verb. Sean guardados, Bobadil. Politic. libro 2. cap. 16. num. 119. ubi quod tabelliones, si cessent in exercitio, tenentur successuri protocolla, & acta exhibere. Privatis munere illa sunt auferenda, & quoties traduntur, jubent leges, ut describantur; sic ex inventario apparet, an ulla penes tradentem notarium remanserint, quæ edere compelleretur quocumque tempore. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 64. num. 16. & 17. Pareja sup. tit. 5. resol. 1. num. 25.

Verf. *Tertiò, etiamsi jure communi.*

12 Videas d. l. 55. Partit. qua cavetur, ut in explanatione instrumenti adhibeantur duo ex testibus instrumentariis, quod jure Neapolitano observatum refert Par. de Puteo tract. de reassumption. instrum. rubric. 3. Verum hujusmodi solemnitatem quoad nos in defuetudinem abiisse, testis est Gregorius Lopez in eadem l. 55. gloss. 6.

Verf. *Quod si contingat.*

13 Si duo, pluresve notarii rogentur, omnes rei gerendæ assidere debent, sed quisque eorum solus instrumentum conficere valebit. Mascard. de arbitrar. casu 178. ex num. 7. Mascard. conclus. 711. num. 46. At ad rem, de qua agimus, hæc quæstio nihil refert; nam etsi plurimi in exemplatione interveniant notarii, exemplo fides adhiberi ex multiplicitate exemplarium non debet. Mascard. numero 11. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 81. num. 3. & 18. Parlad. d. cap. fin. §. 12. limit. 2. n. 18. Gratian. discept. cap. 859. num. 1.

Ad Num. 4.

14 Ab originali authentico, quod parti, cuius interest, tradi solet, exemplum jure extrahitur, urgente iusta causa, solemnitateque præmissa, veluti ob vetustatem, periculumve amissionis. Mascard. sup. d. n. 17. Pareja tit. 1. resol. 3. §. 3. num. 123. Barbosa collect. cap. fin. n. 2. de fid. instrum. Cujac. ibid.

15 Sed si Principis, Prælati, aut Magnatis exemplum roboretur, causam non desiderari scripsit Gregor. Lop. in l. 114. gloss. ultim. tit. 18. p. 3. qua hoc requiritur, ut illud fidem mereatur; nec enim iusta existente causa, sigillo opus est, nisi dicamus id desiderari, ut quoad omnes plenam fidem obtineat, quam

regulariter non consequitur, ut D. Covar. statim docet: semper verò iudicis autoritate opus est, licet ad sit causa. Greg. Lop. ibi

Ibi: *Secundò, hæc exemplatio.*

Exemplum ut probet, deducendum ex originali, non ex alio exemplo; nam exemplum exempli omninò fide carere plerisque placet, licet D. Covar. dissentiat, de quo Mascard. conclus. 712. per tot. Tusch. lit. E, concl. 550. num. 15. & lit. S, concl. 374. ex num. 32. Pareja latissimè d. resolut. 3. §. 4. Marefcot. Variar. lib. 1. cap. 81. d. numero 15. Masrill. decis. 45. num. 3. Gratian. ubi proximè, num. 33. Genua de script. priv. lib. 1. quæst. 16. num. 15. at hujusmodi instrumentum, etsi fidem facere concedatur, solum est inter eos, quos ad exemplationem citatos fuisse constiterit, sicut noster Præses opinatur.

Ibi: *Tertiò enigitur ad solemnem.*

Inter cæteras solemnitates, quæ ad confirmationem exempli postulatur, præcipua habetur partium citatio. Pareja d. §. 3. num. 120. Barbosa collect. cap. Cum P. tabellio, n. 3. de fid. instrum. Mascard. conclus. 711. numero 19. Gratian. cap. 859. num. 4. apud quos plerumque. Quæ conclusio nonnullas patitur exceptiones, quam meminerunt Pareja d. num. 123. Barbosa sup. verf. Hæc tamen citatio, Mascard. nu. 20. cum seqq. in quibus ea recensetur, ut si idem notarius protocollis autor, qui rei gestæ interfuit, exemplum extrahat, nulla desideretur citatio. Pareja num. 128. Mascard. num. 22. Barbosa ubi proximè. At distinguere oportet cum Pareja num. 24. 25. nam si tabellio referatur ad proprium registrum, nec iudicis præceptum, nec citatio partis desideratur, cum hoc exemplum pro originali habeatur. Greg. Lop. in l. 114. tit. 18. p. 3. Pareja num. 20. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 1. num. 8. Barbosa num. 2. verf. Quando verò, Parlad. d. §. 12. lim. 2. num. 21. Sed si ex originali authentico transcribat, solemnitas citationis, iudicisque autoritas adhiberi debet, quantumvis illud ipse confecerit. In memoriam tamen est revocanda distinctio, de qua supra cap. 19. num. 10. & licet, sicut ibi obiter prænotavimus, Pareja senserit, non deficere fidem instrumento, omiſsa legis regis solemnitate, non caret dubio, cum forma tabellionibus præscribatur; ideo contra sentit cum aliis Salgad. de retent. Bullar. p. 2. cap. 24. num. 34.

Ad Num. 5.

Transumptum publici instrumenti, etiam solemniter extractum non facit fidem, nisi adversus eos, qui citati acquieverint exemplationi, aut contradicentes fuerint superati. Paz de tenut. cap. 26. num. 64. Pareja d. resol. 3. §. 3. num. 118. 122. & 126. de quo tamen non immeritò disputari posset; nam cum hoc exemplum instrumentum publicum, suos operari debet effectus quoad omnes, ut D. Covar. capite prox. in fin. prædocuit, & assentiuntur Paz, & Pareja, dum ille tenuit, exemplum instrumenti nocere citato majoratus possessore,

R 3

cæteris

cæteris successoribus, sicut noceret originale, de quo Paz num. 66. quem refert Pareja numero 131. Sed si plures unico instrumento obligati reperiantur, ejus exemplum non probabit contra non citatos, etsi aliqui citarentur; nam quoad illos exemplar ritè extractum non est: atque ita D. Covar. est accipienda sententia. Aliud est quoad illos, qui citari non debuerunt, ac indirectè exemplum præjudicat, de quibus Paz differuit. Tusch: *lit. S, conclus. 374. num. 39.*

Ibi: *Tamesi quandam præsumptionem.*

19. Quamquam exemplar in non citatos fidem plenam non faciat, præsumptionem tamen in illos operatur pro judicis arbitrio, quæ usque ad semiplenam probationem extendi poterit, circumstantiis perpenis, præsertim si originale amissum constet. Mascard. *conclus. 711. numero 12. 26. 56. & 87. Tusch. lit. S, conclus. 374. numero 22. Pareja d. 3. numero 160. Genua sup. num. 20.*

Verf. *Poterit tamen.*

20. Exemplar partium assensu comprobatum plenè probat quoad consentientes, etsi judicis non interveniat autoritas. Mascard. *num. 52. cum seqq. Avil. in c. 19. Prætor. verb. Trasladen, num. 1. Pareja num. 78. ubi plures. Idem erit si partes exemplum in judicio produxerint, quia probare consententur. Mascard. numero 88. Sed aliis officiet. Idem numero 55. An lat sit tacitus consensus, disputat latè Pareja ex num. 79. Genua num. 42.*

Ad Num. 6.

21. Si originale in judicio productum reddi jubeatur per judicem, transumptio in actis relicto cum adversarii citatione, deinceps poterit ab hoc exemplari aliud deduci, accedente judicis jussu, ac partis citatione: quod plenam fidem merebitur, modò transcribatur ab ipso actorum notario. Greg. Lop. *in l. 114. tit. 18. part. 3. gloss. ult. Mascard. conclus. 711. à num. 66. & conclus. 712. num. 6. Pareja §. 3. num. 135. & §. 4. num. 18. Ursil. ad Afflict. decis. 273. numero 5. & decis. 282. numero 9. Tusch. sup. conclus. 374. numero 71. Quod si exemplum exempli reperiat apud acta, transumptum ab illo fide carebit plena, ut voluit Tusch. *lit. E, conclus. 550. num. 2. de quo latè Pareja d. resol. 3. §. 4. à num. 19. ac tenendum videtur, tantam fidem ultimo exemplari ex actis deducto adhibendam esse, quanta primo deberetur extra processum: nec acta fidem producti instrumenti augere possunt, quamquam de illa testentur ad probationem faciendam.**
22. Restringitur præfata principalis conclusio, si producto, ac exemplato instrumento, pars petat adversa, ut iterum edatur originale, quod de falso arguere contendit; etenim si producens illud exhibuerit, exemplum apud acta relicto nullam fidem merebitur. Azeved. *in l. 3. num. 18. tit. 5. lib. 4. Recopil. & consequenter nec exemplato ab illo exemplari creditur.*

Quamquam exemplum exempli existentis 23 apud acta probet, paratam tamen executionem nunquam adipiscitur. Mascard. *d. conclus. 711. num. 74. Tusch. lit. S, conclus. 374. numero 32.*

Exemplum ex originali extractum, post-24 quam actis conjungitur, per se fidem facit, adeo ut si originale deinceps appareat aliqua falsitatis suspicione maculatum, velut abrasione, vel emenda, nequeat per adversarium impugnari, Mascard. *numero 68. At quamvis hoc verum putetur, nihilominus si ab hoc exemplari aliud deducatur, poterit is, contra quem in judicio fuerit exhibitum, postulare ut originale edatur; & si suspectum de falsitate convincatur, nec exemplar ejus transcriptum ex actis subsistet ad probationem; nam etsi, ut sensit Mascardus, per productionem instrumentum censetur approbatum, restringi tamen debet quoad judicium illud, ac in præjudicium approbantis: sed hoc non officiet tertio, contra quem exemplum producitur, cum res sit inter alios acta, ex l. Sæpe, cum vulgatis, ff. de re judic.*

Ad num. 7.

Communitè fertur, ob temporis antiquitatem 25 suppleri defectum solemnitatum, ut fidem faciat instrumentum, quoniam intervenisse omnes substantiales existimatur. Tusch. *lit. E, concl. 550. num. 20. & lit. S, conclus. 374. numero 68. & 98. Castell. controvers. lib. 2. cap. 16. ex numero 56. Mascard. d. conclus. 711. ex num. 81. Paz de tenut. cap. 26. num. 17. Avil. in cap. 19. Prætor. verb. Trasladen, numero 3. Ant. Gabr. commun. lib. 1. conclus. 1. num. 32. Pareja de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 3. num. 49. Menel. in l. 3. num. 13. C. de divers. rescript. Quot annorum lapsus desiderentur ad hujusmodi solemnitatum supplementum, ceriò definit non potest. Centenarium tempus regulariter antiquitatem operatur: at in materia probationis judicantis arbitrio committitur, sicut ex dicendis apparebit, ac docet Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 3. nu. 2. Pareja, pluribus laudatis, ubi proximè, num. 82. & 86.*

Verf. *Ceterum, quia hac in questione.*

De qua latè Cravet. *tract. de antiquitatib. tempor. part. 3. §. ult. incip. Vidimus in genere, Pareja d. §. 3. ex num. 49. Gironda de privileg. q. 132. ex num. 638.*

Verf. *Erimus etenim.*

Si scriptura producat omni carens solemnitate, nec autor enunciatur tabellio, fidem nullam ex antiquitate temporis obtinebit, aliqualem verò operabitur præsumptionem, si reperta probetur in publico loco, velut archivo, in quo non solent instrumenta nisi authentica reponi. Gratian. *d. cap. 859. num. 30. Pareja sup. num. 27. & 41. Mascard. num. 64. Imò & privatæ scripturæ ex archivo deductæ fides adhibetur, Pareja d. resol. 3. §. 5. numero 4. & pro antiquo instrumento præsumitur. Menoch. de præsumpt. libro 1. quæstion. 48. numero 26.*

Verf.

Verf. Secundus casus.

27 Quoties in instrumento narratur à tabellione confectum, publicum esse præsumitur, si centum anni à die confectiois præterierint, nec alia concurrere debent adminicula, omni scilicet falsitatis suspitione cessante. Pareja ex pluribus d. §. 3. n. 58. Menochius libro 2. præsumpt. 78. num. 11. Ursill. ad Afflic. decis. 245. numero 45. Mascard. conclus. 1097. à numero 6. Gregorius Lop. in l. 115. gloss. 5. titul. 18. p. 3. Gratian. disceptat. cap. 554. numero 35. Et licet Pareja numero 60. post Gravet. de antiquit. temp. part. 3. §. ult. num. 18. opinetur alias requiri conjecturas, seu probationem, aliud tamen est cum D. Covar. tenendum, cui accedunt Gratian. num. 42. Mascard. num. 8. & 9. & receptum apparet: quod ex aliis limitat Pareja num. 65. ubi de maximo præjudicio controverteretur, sicut de auferendis majoratus bonis.

Verf. Tertius casus.

28 Ubi quæstio non est de tabellionis fide; sed in exemplo nulla invenitur solemnitas ex iis, quæ ad exemplationem postulantur, nec referatur interfuisse, illi non creditur, nisi aut centum effluerint anni, aut triginta cum observantia per usum, vel possessionem ejus de quo in scriptura actum apparet. Menoch. præf. 80. lib. 2. & lib. 3. præf. 132. num. 79. Gratian. cap. 268. num. 3. Barbosa collect. cap. Pervenit, numero 3. de empt. & vend. Garc. de nobilit. gloss. 4. num. 31. & 32. Tiraq. de præscript. §. 1. gloss. 4. num. 87. Pareja d. §. 3. num. 56. num. seqq. at Menoch. numero 64. id judicis arbitrio committit. Observantia debet esse vera, cum scientia, & patientia ejus, cujus interest: nec præsumpta prodest. Barbosa & Menoch. ubi proximè. Pareja num. 149. qui latissimè de hujusmodi observantiæ requisitis agit ex nu. 136. Gratian. discept. cap. 268. ex num. 7.

Verf. Quartus casus.

29 Cùm exemplo tabellio inserit cunctas intervenisse solemnitates, eas sigillatim exprimens, ei fides tribuitur, si quadragenarium præterierit spatium. Menoch. d. præf. 132. num. 54. & 55. Mascard. concl. 1316. num. 10. & 11. De tempore variæ sunt sententiæ, ut videre licet apud Menochium.

30 Hic pro enucleatione casuum, quos D. Covar. discernit, oportet observare, solemnitates esse in duplici differentia; aliæ enim sunt intrinsecæ, quæ actui coherent, ac inseparabiliter debent comitari, & hæc intervenisse præsumuntur; aliæ extrinsecæ, quæ actum præcedere, ac sublequi possunt, nec illi præcisè junguntur, & hæc non præsumuntur, sed sunt probandæ de quibus cunctis latè Menoch. lib. 3. præf. 132. per tot. Pareja de instrum. edit. titul. 1. resol. 3. §. 3. ex num. 52. Mascard. de probat. conclus. 1315. cum seqq. Tusch. lit. S. conclus. 320. cum seqq. Nobis autem est sermo de extrinsecæ solemnitate, scilicet citatione partis, & judicis autoritate in exemplatione instrumenti, quæ ex temporis antiquitate, aliisque circumstantiis præsumi solet.

Id quidem minimè procedit, cùm ex inspectione exemplaris manifestè deprehenditur solemnitatis defectus; qui cessat præsumptio ex antiquitate temporis, nec potest adversus veritatem prævalere. Pareja d. §. 3. n. 71. cum seqq. Gratian. disceptat. cap. 268. numero 3. Barbosa collect. cap. Pervenit, num. 5. de empt. & vend. apud quos plurimi. Idem erit si appareat, solemnitatem intervenisse, sed nulliter adhibitam fuisse. Ursill. ad Afflic. 305. num. 13.

Verf. Quintus casus.

Si exemplum appareat absque solemnitatibus, nec de autoris tabellionatu constet, nulla fide erit dignum ex sola temporis antiquitate, nisi ratione loci, ubi repertum fuerit, aliquam producat præsumptionem, sicut assertum est supra, numero 26. maximè cum solemnitas non enunciatur, de quo Pareja cum pluribus nu. 71. Alioquin si ex solo temporis lapsu induceretur probatio per exemplum, via fraudibus panderetur; facile enim posset fabricari nunc instrumentum, quasi antiquitus conditum, die, & anno supposito. Gratian. cap. 554. nu. 39. Pareja nu. 81.

Verf. Sextus casus.

Pro hoc, & sequentibus consule jam laudatos, præmissa à nobis illis possunt & accommodari.

Verf. Decimò id liberè.

Aliquando defectus unius solemnitatis nocet magis, quàm si omnes omitterentur. Unde si tabellio in exemplo enuciaverit, auctoritatem judicis præcessisse, nec citationis meminisset, præsumptio erit, quod hæc solemnitas non intervenerit; nam si utraque intercessisset, cur potius auctoritatis meminit, quàm citationis. Gratian. disceptat. cap. 268. num. 14. cap. 859. num. 17.

Ad Num. 8.

Quando ex exemplatione instrumenti præjudicium nulli generari potest, citatio aliqua non desideratur, sed sola judicis autoritas. Mascard. d. concl. 711. in fin. & alii apud Parejam d. §. 3. num. 124. licet ipse dissentiat, opinatus cum aliis, quos refert num. 125. citationem generalem per proclama, vel edictum requiri: sed id debet intelligi, cùm ex exemplo aliquis damno affici potest, qui latet, aut si dubitetur an officere possit. Aliud tenendum, cùm ex natura rei gestæ nullum tertii præjudicium imminet.

Ibi: Regia tamen lex.

Cujus meminimus supra, num. 15. & est lex 114. non 124. tit. 18. p. 3.

Ibi: Solet tamen in privilegiis.

In Principis privilegiis, cùm de eorum exemptione agitur, exemplo fides non adhibetur, l. Pro-

1. *Probatorias, C. de divers. offic. lib. 12. Mascard. d. concl. 711. num. 51. Alfar. de offic. fiscal. gloss. 26. n. 1. & 2. ubi per totam fusè differit de clausula, ut exemplo rescripti credatur: ac citationem partis non desiderari, præsertim in casu speciali, de quo agebatur, resolvit propter difficultatem, seu impossibilitatem.*

S U M M A R I U M.

- 1 *Scriptura privata definitio expenditur, ac explanatur.*
- 2 *Divisio in apocham, librum rationum, & epistolam.*
- 3 *Scriptura privata, nisi comprobetur, non probat, publica per se absque adminiculis probat.*
- 4 *An lege, aut consuetudine statui possit, ut privata scriptura per se probet.*
- 5 *Scriptura privata, etsi negetur, duobus de re gesta testificantibus, comprobatur.*
- 6 *Alius modus comprobationis subjungitur.*
- 7 *Chirographum quid sit, & qualiter comprobetur, ut plene probet.*
- 8 *Chirographum nihil interest, à quo scriptum, modò à debitore subscribatur.*
- 9 *Per recognitionem debitoris in iudicio plene probat.*
- 10 *Utrum sufficiat, duos testes deponere de confectione chirographi, ut ipsi plena fides adhibeatur.*
- 11 *Testium depositioni an jungenda litterarum comparatio, ut chirographum plene probet, & num. 18.*
- 12 *Comprobatio per testes asserentes subscriptionem debitoris esse, quia litterarum formam agnoscunt, non sufficit ut chirographum probet. Quid si simul testificentur, se confectioni interfuisse.*
- 13 *Femina ad comprobationem illam chirographi in testes recipiuntur.*
- 14 *Testibus suas subscriptiones agnoscantibus, & testantibus chirographum à debitore coram ipsis scriptum, aut subscriptum, plena resultat probatio, & num. 17.*
- 15 *Neceffe non est, ut accedat litterarum comparatio.*
- 16 *Privata scriptura scribi, aut subscribi debet à debitore.*
- 19 *Posterior creditor hypothecarius ex instrumento publico præfertur anteriori ex chirographo, etiam comprobato, aut recognito: quod limitatur, & num. 28. 30. & 31.*
- 20 *De prælatione ob papyri qualitatem in Hispania inter chirographarios creditores.*
- 21 *Solemnia scriptura nuncupatur, in qua observatur forma legis Scripturas, §. 1. C. qui potior.*
- 22 *Quas solemnitates præfata constitutio desideret.*
- 23 *Si unus ex testibus instrumentariis propriam subscriptionem non recognoscat ob impedimentum, an cesset dispositio dictæ legis Scripturas, & quid si duo, vel omnes decesserint.*
- 24 *Creditor qui duobus testibus contractum cum hypotheca probaverit, an præponatur posteriori publicum instrumentum habenti, & num. 25. cum seqq.*
- 28 *Probatio per instrumentum potior non habetur probatione ex testibus, nisi ubi pro forma requiritur scriptura.*
- 32 *Si duo testes tantum subscripserint chirographo, an defectus tertii suppleri possit aliis adminiculis, ut creditor chirographarius anterior non postponatur posterior cum publico instrumento.*
- 33 *Debitor an sit opus ut propriam subscriptionem agnoscat in casu dictæ legis Scripturas.*
- 34 *Chirographum sola comparatione litterarum, aut testium depositione, qui non subscripserunt, comprobatum producit tantum semiplenam probationem.*
- 35 *Epistola quid sit, & quando plenam, vel semiplenam probationem faciat.*
- 36 *Ut Epistola noceat scribenti, necesse est ut perveniat ad eum, cui mittitur, vivo scribente: quod sub distinctione verum est.*
- 37 *Epistola quando probet adversus recipientem, & quomodo comprobetur per testes.*
- 38 *Liber rationum definitur.*
- 39 *Probat contra scribentem, non in alios regulariter.*
- 40 *An scripta in libro rationum pro Titio, & contra eum per libri dominum, ita probent, ut illi sicut profunt, nocere debeant.*
- 41 *Liber rationum utrum fidem faciat contra tertium, ubi scribentis nihil interest.*
- 42 *Non paucis in provinciis receptum constat, ut libris mercatorum, aut camporum etiam pro scribente fides adhibeatur, quod restringitur.*
- 43 *Scriptura signata sigillo privati quam probationem faciat in signatam, remissivè.*
- 44 *Sigillum personæ publicæ authenticum præsumitur de consensu domini impressum: secus privatum, & an scriptura sic signata probet in dominum, etsi non constet, eum sigillum adhibuisse.*
- 45 *Si quis neget, sigillum suum esse ac contrarium probetur, non audietur idem allegans absque ipsius voluntate appositum scripturæ.*
- 46 *Ubi pro forma desideratur subscriptio, ejus defectus per sigilli impressionem non suppletur, etsi alias suppleatur regulariter.*
- 47 *Quod sigillum dicatur authenticum, remissivè. Publica quomodo custodiri debeant, & de Cancellariis, qui in Regiis Prætoriis resident, ibid.*
- 48 *Sigillum an sit de substantialibus in rescriptis.*
- 49 *In privata scriptura debet exprimi causa, ut subsistat, & probat; defectu autem diei non vitiat, quæ aliter se habent in publico instrumento.*

C A P U T XXII.

Privata scriptura defini potest, ut si instrumentum inter privatos confectum, carens publica forma, & autoritate, quod per se plenam fidem non meretur, nisi aliunde legitime comprobatum. Sic colligitur ex Genua tract. de privat. scriptura, libro 1. quæst. 1. Scaccia de judic. libro 2. capite 11. numero 1172. qui diversas definitiones tradiderunt.

Dici-

Dicitur *instrumentum*, loco generis, quia convenit cum publica scriptura: & quamvis controvertatur, verius tamen est privatam instrumenti appellatione contineri, cum ad instruendam causam possit deservire, secundum notata c. 19. num. 1. atque ita tenent Pareja *de instrument. edit. tit. 1. resol. 3. §. 5. n. 1. Genua sup. quest. 3. num. 2. & quest. 5. per tot.* Reliqua pro differentia ponuntur; etenim publica scriptura sine adminiculis ex se probat, ut dicitur *sup. c. 19. n. 20.* hæc non utique, sicut ex dicendis apparebit, & hinc D. Covarru. edocuit. Additur, *carens publica auctoritate, & forma*; nam etsi unus, vel plures notarii scripturam conficerent, ac subscriptione roborarent, non tamen erit publicum instrumentum, nisi formam jure præscriptam observarent, Genua d. *quest. 1. num. 8. Tusch. lit. S, concl. 74. n. 20. Pareja cum aliis n. 5. Mascard. de probat. concl. 1295. num. 9.*

2 De scripturæ privatæ divisione videndus Tusch. *ubi proximè*, Genua q. 2. Cancer. *Variar. part. 1. c. 22. n. 1. Lanfranc. tract. de instrum. n. 54. Mascard. concl. 6. n. 26. Osvald. ad Donell. lib. 25. c. 8. littera T*, secundum quos est triplex apodixa, seu apocha, quæ parti traditur, liber rationum, & epistola. Quo jure sit inventa tradit Genua q. 3.

3 Exorditur D. Præses à principio inter publicam, & privatam scripturam discrimine; illa enim, extinctis notario autore, ac testibus, fidem plenam facit, Morla *Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quest. 3. n. 1. Genua lib. 1. quest. 14. n. 1.* hæres non nisi per recognitionem, ac testes comprobetur. Cujac. *in c. 2. de fid. instrum.* Unde communiter fertur, scripturam privatam per se non probare, l. 119. tit. 18. p. 3. Gregor. Lop. *in l. 114. gloss. 5. eod. tit. Tusch. lit. S. concl. 76. n. 2. Barbosa collect. c. 2. num. 2. de fid. instrum. Genua q. 4. num. 1. Osvald. sup. d. c. 8. lit. I*, Mascard. *conclus. 1295. num. 9. Marefcot. variar. lib. 1. c. 79. num. 1. & c. 82. num. 17.*

4 Quam conclusionem multipliciter ampliant, ac adstringunt Interpretes, ut videre licet apud Tusch. d. *concl. 76. Pareja d. §. 5. Genua lib. 1. quest. 4. Mascard. concl. 1295. Marefcot. d. c. 79.* Quæri solet, an lege, vel consuetudine statui possit, ut privatæ scripturæ absque ullo adminiculo plena fides adhibeatur? De quo Tusch. d. *concl. 76. n. 54. Genua sup. n. 19. Cancer. d. c. 22. n. 8.* Affirmant plerique, aut mercatorum observari variis in provinciis agnoscimus, tum ob commercii facilitatem, tum quia cum illis contrahentes, ipsorum fidem sequi, ac probare censentur, ut liberis sui ministerii plena fides adhibeatur: at quoad apochas, & epistolas nulla ratio patitur, ut papyro simplici credatur; dum aliquo modo non constat, ab eo qui dicitur; confectam fuisse scripturam; ideo nonnulli facultatem constituendi, ut scripturæ plenè credatur, Principibus denegarunt, quos Genua refert.

Ad Num. 1.

5 Scriptura privata, si ab obligato non agnoscat, duobus testibus de veritate rei gestæ deponentibus, solet probari, ut plenè probet. Gregor. Lop. *in l. 114. tit. 18. part. 3. Salgad. Labyrinth. credit. part. 2. c. 20. D. de Faria Covar. Enucl.*

n. 30. Mascard. *concl. 110. n. 4. Vela dissertat. 21. n. 34. Genua lib. 2. q. 1. n. 155. Merlin. cum aliis de pignoribus, lib. 4. quest. 51. n. 36. Morl. sup. n. 17.*

Ibi: Quandoque tamen testes.

6 Altera forma, & propria quidem comprobandæ scripturæ privatæ, est cum testes duo, vel plures deponunt, se interfuisse illius confectio; ac vidisse quod ipsam scripserit, aut eidem subscripserit is, qui narratur, l. 119. tit. 18. part. 3. Tusch. *littera S, concl. 76. num. 18. Mascard. concl. 110. d. numer. 9. Barbosa collect. c. 2. num. 2. vers. Deinde adverte, de fid. instrum. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 114. num. 19. & 20. Marefcot. variar. lib. 1. c. 79. num. 1. & alii statim recensendi.* Sed si non liqueat scriptura an sit publica, vel privata, potius privatim, quam publicè confecta præsumitur. Pareja *sup. d. resol. 3. §. 5. num. 11. Genua lib. 1. quest. 4. num. 19. Videas infra, n. 10. & 11.*

Ad Num. 2.

7 Chirographum (quod est promissio obligatoria manu debitoris subscripta, Alciat. *in l. Procurator, num. 34. C. de edend.*) obtinet plenam fidem, si legitime probetur conscriptum vel subscriptum ab illo, cujus nomen exprimit. Genua *lib. 2. quest. 1. de apocha, nu. 95. & 156. Lanfranc. tract. de fid. instrum. nu. 54. Cancer. variar. part. 1. c. 22. num. 16. Trentacing. variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. num. 18. & alii pronuper laudati.* Hæc de apocha pariter accipienda sunt, quæ etiam privata scriptura est obligationem continens, & parti tradi solita, sed absque solemnitate confecta legis *Scripturas, C. qui potior*, sicut præcitati docent. Quomodo probatio fieri debeat, ex dictis, ac dicendis apparebit.

Ibi: Quæ sensit idem esse quoties.

8 Quoad probationem chirographi nihil refert, si debitor scripserit, vel alius de ejus mandato, si idem subscripserit, l. 114. tit. 18. part. 3. Tusch. d. *concl. 76. n. 32. Mascard. n. 7. & 13. Gutier. Practicar. lib. 1. quest. 121. in fin. Genua d. quest. 1. tit. de apoch. man. tert. conscript. n. 40. ac lib. 1. q. 4. n. 108. Cancer. n. 4. Parlador. quotidian. lib. 4. c. fin. part. 1. §. 5. num. 5.*

Ibi: Probatum verò.

9 Chirographum adipiscitur fidem plenam, si debitor à se confectum in judicio fateatur. Genua *dict. lib. 2. q. 1. n. 8. Marefcot. sup. num. 2. Barbosa num. 4. Mascard. num. 2. Tusch. & Lanfranc. ubi proximè.* Quod ita verum est, ut apud nos paratam mereatur executionem, l. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. ubi Azeved. Parlador. *sup. num. 1. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. q. 3. num. 7. Pareja num. 24. quod nulli privatæ scripturæ aliter comprobata concessum est. Parlador. num. 14. Azeved. in l. 1. num. 28. tit. 21. lib. 4. Recopil. cujus meminimus Variar. lib. 2. c. 11. n. 28.*

S

Hæc

Hæc locum obtinent, quanquam agnoscens chirographum, se debere inficietur. Genua *ubi proximè*, Fachin. *controv. lib. II. cap. 29.* Mascard. *d. concl. 110. n. 8.* quicquid alii sentiant, ut Morl. à n. 8. Præterea, quanquam scriptura manu creditoris appareat confecta debitoris subscriptione, per hujus confessionem plenè probat. Genua *de script. priv. lib. I. q. 16. concl. 1. n. 2.* ac ex lege regia executioni mandatur, *d. §. 5. n. 6.* ut docuit Parlad. Quomodo fiat recognitio, tradit Genua *q. 14.*

Ad Num. 3.

- 10 Disputationis est an duo testes sufficiant de confectioe chirographi, ut assertum est, deponentes, ut illi plena fides adhibeatur; nam tres omninò desiderari non paucis videtur, & probat Genua *lib. 2. quæst. 1. ex numer. 149.* Contrarium tenet *ex l. 119. tit. 18. p. 3.* Greg. Lop. *in l. 114. gloss. 8. eod. tit. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 15. num. 12.* Mascard. *concl. 110. num. 3. & 4.* Cur. Philip. *part. 1. §. 17. num. 36.* Id iudicis arbitrio relinquit Menoch. *d. casu 114.* Consulas relatos supra, *n. 6. & lege infra, num. 34.*
- 11 Ad hæc controvertitur etiam, num testium declaratio litterarum, comparatione debeat coadjuvari, ut scriptura plenam fidem producat? Ad quod videndi Gregor. Lop. *ubi proximè*, Genua *num. 56. cum seqq.* Mascard. *conclus. 285. num. 2. & 3.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. instrument. resol. 12. num. 17. & 18.* & alii, quos cumulat Anton. Gab. *commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 9. num. 5.* & de jure vera videtur distinctio Trentacinqui, ac Morlæ *sub num. 16.* ut scilicet si testes subscripserint, & proprias agnoverint subscriptiones, ad similitudinem non recurratur, aliàs secùs. Genua verò etsi teneat; apocham sola testium depositione roboratam, nec semiplenam probationem operari; in praxi tamen plenam producere testatur *num. 225. cum seqq.* Adde notata infra, *num. 34.*
- 12 Si testes deposuerint, subscriptionem esse debitoris, quia cognoscunt literas, ac characterem, quibus ille uti solebat, non probant. Tusch. *lit. S. conclus. 176. nu. 15.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 22. num. 15.* Barbosa *collect. cap. 2. num. 9. vers. Deinde, de fid. instrument. Genua lib. 2. q. 1. num. 202.* Marefcot. *variar. lib. 1. cap. 79. nu. 6.* ast si simul se confectioe scripturæ interfuisse testentur, semiplenè probant. Genua *n. 204.* vel etiam plenè in causa parvi præjudicii. Cancer. *n. 16.* Videas inferiùs *num. 34.*

Ibi: Nec requiritur, quod hi testes.

- 13 In hujusmodi chirographi comprobatione etiam fœminæ admittuntur in testes, etsi aliàs excludantur, sicut adnotabitur inferiùs, Mascard. *concl. 110. n. 22.*

Ad Num. 4.

- 14 Quoties testes apochæ subscripti suas scriptioes agnoscunt, ac præterea asseverant, scriptam, aut subscriptam fuisse à debitore, adistentibus ipsis, plenam faciunt probationem. Menoch. *de arbitrar. casu 114. n. 2.* Genua *lib. 2. q. 1.*

n. 201. Mascard. *concl. 110. n. 1.* Lanfranc. *de fid. instrum. n. 54.* Trentacinq. & Morla *ubi proximè.* Satque erit si ex tribus testibus duo hujusmodi testimonium ferant, Menoch. *n. 3.* Mascard. *cum aliis n. 3.*

Ibi: Sic nec in hac specie sufficit.

In præmissis casu non est opus, ut litterarum 15 adhibeatur comparatio. Genua *ubi proximè*, Trentacinq. & Morla *ibidem.* At Thesaur. *quæstion. forens. lib. 1. cap. 24. n. 11.* Farinac. *fragment. part. 1. ex n. 495.* Mascard. *concl. 330.* Genua *d. quæst. n. 495.* Menoch. *d. casu 114. à num. 6.* tradunt quanta fides litterarum comparationi præstanda, de quo infra, *n. 34.* Ubi de comprobando chirographo agitur, maximè iudex attendere debet personam creditoris, si talis sit, ut de eo fraus præsumi non possit. Marefcot. *d. cap. 79. n. 14.*

Ibi: Idem esse, quod scriptura.

Apocha per debitorem subscribi debet, si ab 16 alio scribatur; sed si ipse eam scripserit proprium nomen, ac cognomen exprimens, subscriptione non eget. Menoch. *sup. n. 4. & 5.* Cancer. *d. cap. 22. n. 34.* Genua *de privar. scriptur. lib. 1. quæst. 4. n. 118.* Merlin. *de pignor. lib. 2. quæst. 89. n. 14.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. n. 5.* Sed & manu creditoris scribi poterit, si à debitore subscribatur. Genua *lib. 2. quæst. 2. n. 13.* nam subscribere, ac scribere idem est. Genua *lib. 1. quæst. 4. n. 128.*

Vers. Quartò comprobatur.

Quod præmissum est supra, *num. 14.* æquè 17 procedit quanquam obligatus, qui chirographum propria manu confecit, subscriptionem omiserit, cum hoc nihil intersit, ut proximè laudati adverterunt. Consulas Genuam distinguentem à *n. 136.* Scaccia *de judic. lib. 2. cap. 11. n. 976. cum seqq.* Anton. Gab. *commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 9. n. 14.* Mascard. *concl. 330. num. 28.*

Ibi: Ubi testes non fuerint subscripti.

Sic distinximus supra, *n. 11.* nam si testes 18 subscribant, per recognitionem, ac testificationem de confectioe scripturæ probant plenè, remota litterarum comparatione: si non subscripserint, comparatio desideratur, nec fat est, si asseverint, sibi notam debitoris subscriptionem, sicut prænotatur *n. 12.* Vide infra, *n. 34.*

Ad Num. 5.

Agens hypothecaria ex chirographo vel de 19 bitoris confessione, vel aliter comprobato, non præferetur posteriori creditori, si publico instrumento muniatur, *l. 31. tit. 13. p. 5.* Tusch. *lit. S. conclus. 79. num. 1.* Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 15. n. 1.* Genua *lib. 1. quæst. 16. concl. 2. n. 1.* ubi latè, præter quamplures, quos congerunt Salgad. *Labyrinthi credit. part. 2. cap. 20. n. 27.* Pareja *de instrum. edit. tit. 1. resol. 3. §. 5. n. 77.* & adnotavi *variar. lib. 2. cap. 11. n. 31.* Morla *sup. num. 15.* Vide infra, *n. 26. 30. & 31.*

Fallit

20 Fallit verò, quoties chirographum trium testium subscriptione conficitur, quod si per eos agnoscatur quovis tempore, retrotrahitur ad diem contractæ obligationis, ita ut chirographarius creditor præponatur instrumentariis qui interim contraxerunt. Tusch. n. 3. Salgad. n. 29. Genua d. quæst. 16. concl. 3. n. 1. Merlin. n. 3. Pareja n. 63. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de instrum. fid. resol. 12. n. 1. Matienz. in l. 7. gloss. 5. n. 12. tit. 16. lib. 5. Recop. Morla sup. vers. Ceterum, & alii, quos recensui ubi supra n. 32; Disputat Pareja à n. 64. num hodie apud nos, ex l. 48. tit. 25. lib. 4. Recop. præferatur creditor chirographarius ex schedula in papyro sigillata conscripta, ei qui in communi chirographum confectum habet trina testium subscriptione roboratum? Et negativè merito resolvit num. 78.

Verf. Primùm, illud constat.

21 Scriptura privata confecta secundùm legem Scripturas, §. I. C. qui potior. à solemnitatibus, quas requirit, solemniter nuncupatur. Tusch. lit. S, concl. 74. n. 10. In primis tres intercedere testes oportet, qui sint masculi, l. 31. tit. 13. p. 5. Tusch. n. 4. Merlin. sup. n. 16. Genua d. concl. 3. n. 23. Trentacinq. n. 9. Mascard. concl. 285. n. 5. Gutier. Practic. lib. 1. quæst. 125. n. 3. Tiraq. de retract. convent. gloss. 7. n. 54. Cravet. de antiq. temp. §. Queritur etiam, n. 34. Morla ubi nuper.

22 Numerus testium pro forma traditur, ita ut duo nequaquam profint ad prælationem, Marefcot. n. 11. Paz in praxi, tom. 1. part. 4. c. 1. n. 31. Bolaños commerc. terrestr. lib. 2. c. 12. n. 52. Azeved. in lib. 5. n. 23. tit. 21. lib. 4. Recop. & alii proximè enunciati. Adverte ad notanda inferius, n. 32.

Verf. Secundò, requiritur.

23 Subscripturus est necessariò, qui se subjicit obligationi. Tusch. supra n. 3. Greg. Lop. in d. l. 31. gloss. 6. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 24. n. 9. Negulant. de pignor. part. 5. memb. 2. n. 47. & alii ex jam adductis. Sat tamen erit, ut obligatus scribat chirographum absque subscriptione. Trentacinq. supra n. 5. Genua n. 28. & 29. Idem erit si sigillo proprio munierit. Tusch. lit. S, concl. 239. n. 2. Sed aliud probat Cravet. supra num. 44. Vide infra, num. 46.

Verf. Tertiò, necessarium erit.

24 Testes autem suas debent agnoscere subscriptiones, quod leges expressim jubent, ac observant cuncti numeris præcedentibus recensiti. Sed si ex tribus unus decedat, vel absit testis, reliqui duo recognoscentes suas & tertii subscriptiones, plenam facient fidem. Trentacinq. d. resol. 12. num. 11. vers. Secunda est opinio. Genua d. concl. 3. à num. 53. Quid si omnes in fata concesserint, cognito per debitorem chirographo, an posteriori instrumentario fiet præjudicium? Interpretes dissentiunt, quos refert Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 15. n. 48. Verius videtur, quod non, cessante dictæ legis Scripturas, dispositione, ut tenet Trentac. num. 15. qui eod. tit. resol. 7. num. 1. egregiè D. de Faria Covar. Enucl.

tradit formam hujusmodi recognitionis, iterumque d. resol. 12. in fin. Adde Morl. d. tit. de fid. instrum. quæst. 3. n. 18.

Vult præterea lex, testes probatæ, ac integræ 25 opinionis: quæ qualitas, si pars opponat, quod idonei non sunt, etiam nullo objecto defectu, erit omninò à producente scripturam probanda. Trentacinq. d. resol. 12. num. 10. Genua d. quæst. 16. concl. 3. n. 12. Craveta de antiquitat. tempor. §. Queritur etiam, nu. 39. Morl. supra n. 15. vers. Ceterum: quod per alias probationes suppleri posse, scripsit Marefcot. d. c. 79. num. 12.

Ibi: Hypothecam priorem duobus tantum.

Est communiter receptum, ut si creditor 26 duobus testibus probet contractum, & obligationem cum hypotheca, præferri debeat posteriori, qui publico instrumento munitur. Gregor. Lop. in l. 31. gloss. 5. tit. 13. p. 5. Marefcot. supra num. 13. Genua d. quæst. 16. concl. 2. num. 11. Bolaños commerc. terrestr. lib. 2. c. 12. num. 53. Merlin. supra d. quæst. 15. num. 36. Salgad. Labyrinth. credit. part. 2. c. 20. num. 30. Vela dissertat. 21. num. 34. & alii, quos cumulat Ant. Gab. commun. lib. 1. tit. de probat. concl. 10. num. 9. Contrarium saltem quoad jus nostrum regium amplectitur noster Præses per legem 31. tit. 13. p. 5. Vide supra num. 19.

At tanti, communisque magistrum veniã præ- 27 fata sententia quoad utrumque sustinenda videtur; sumus etenim extra terminos legis Regiæ, & Imperialis, quæ statuunt, cum comparatio fit de scriptura ad scripturam, tunc quidem nemini dubium esse, quin creditor ex instrumento publico, etsi tempore posterior, præponatur chirographario, nisi hic contraxerit cum solemnitate illis constitutionibus requisita. Aliud est cum anterior creditor, licet chirographum habeat, non illo innititur, sed testium fide deponentium de anteriori hypotheca, quibus, non scripturæ, creditur, nec illa indiget agens, ut rectè observat Gregor. Lop. ubi proximè: nec scriptura privata nocere potest huic creditori, cum quæ abundant, nocere non soleant, l. Testamentum 17. C. de testam. l. non solent 95. de reg. jur. Barbosa cum pluribus axiom. 3. n. 1.

Seclusa igitur inter publicam, & privatam 28 scripturam collatione, circa quam præfatæ leges statuerunt, communi opinioni earum dispositio minime refragatur; etenim quæstio, in qua versamur, est num creditor hypothecarius anterior, quæ legitima testium probatione juvatur, prior habeatur posteriore ex publico instrumento? Et hanc affirmativè decidit communis per legem In exercendis 15. C. de fid. instrum. Et quamvis disputeretur quæ ex his probationibus validior sit; ac dignior, ut videre licet apud Mascard. de probat. quæst. 6. à princ. veritas tamen est, ut quoties non desideratur pro forma ad probationem actus scriptura, utriusque probationis par sit robor, ac firmitas. Glossa in d. l. In exercendis, Mascard. num. 21. Hypotheca autem sine scriptura contrahi potest, l. Contrahitur 4. de pignor. Merlin. eod. tract. lib. 2. quæst. 94. num. 5. Unde in æquali causa, ac probatione creditor tempore S 2 ante-

anterior præferetur posteriori. Idem corroboratur ex illicò tradenda resolutione, nam si creditor prior ex chirographo præponitur posteriori instrumentario, si hic anterioritatem scripturæ fateatur, cur non erit idem, cum de illa per testium depositionem legitime constiterit?

- 29 Ex quibus inferenda est ampliatio notabilis ad traditam conclusionem supra, num. 19. nam quod ibi dicitur de prælatione creditoris posterioris ex publico instrumento, pariter procedet in illo, qui legitima testium probatione innitatur, cum in utroque ob paritatem probationis eadem ratio militet, nec qui communentur sententur sententiam, quam sustinere intendimus, huiusmodi illationem poterunt inficiari, de qua alii cogitent, & faciunt adnotata inferius, n. 31.

Verf. *Poterit tamen.*

- 30 Eadem resolutio, de qua num. 19. fallit etiam, ut pronuper aiebamus, si posterior creditor ex instrumento concesserit chirographum non solemne antè tempore. Azeved. in l. 5. num. 24. tit. 21. lib. 4. Recop. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de fid. instrum. resol. 12. num. 21. Merlin. supra lib. 4. quæst. 15. num. 24. Genua de script. privat. lib. 1. quæst. 16. concl. 2. num. 15. Gutier. Practic. lib. 1. quæst. 125. num. 5. Bolann. commerc. terrest. lib. 2. cap. 12. num. 51.

Ibi: *Idem erit quoties.*

- 31 Si scriptura privata absque solemnitate dictæ legis *Scripturas*, legitime per testes comprobetur, antequam debitor per publicum instrumentum alii obligetur, prior creditor ex illa quoad hypothecam potior habebitur. Genua cum aliis n. 16. Gutier. n. 6. & 7. Merlin. n. 25. Idem juris erit, si debitor chirographum judicialiter recognoverit. Genua num. 14. & lib. 1. quæst. 4. n. 230. Bolann. ubi proxime. Merlin. n. 44. & 50.
- 32 Addit præterea Genua d. concl. 2. num. 26. ex nonnullis, quod si duo tantum testes subscripserint chirographo, & subscriptiones agnoverint, poterit suppleri defectus tertii per alia adminicula æquivalentia. Imò alii generaliter docent, quod ubicunque constat legitime, non ex confessione debitoris, sed ex aliis probationibus de hypotheca prioris creditoris absque scriptura privata, erit præferendus posteriori ex publico instrumento. Merlin. n. 32. Trentacinq. ubi proxime. Genua n. 12. & 13. Marefcot. Variar. lib. 1. cap. 79. n. 13. ex quibus roboratur ampliatio præmissa, n. 29. Verùm à mente D. Covar. deviare videntur.

Verf. *Hinc sanè constat.*

- 33 Utrum desideretur, ut debitor propriam subscriptionem agnoscat in casu legis *Scripturas*, C. qui potiores satis ambigitur. D. Covar. etsi subdubius affirmat, quem referunt Gutier. supra num. 8. Azeved. num. 23. qui solum recognitionis testium meminit. Bolannus num. 52. etiam debitoris agnitionem exigi opinatur, Morl. d. quæst. 3. num. 17. in fin. & Genua d. concl. 3. in fin. difficilem resolutionem falsus,

remitit ad Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 24. num. 10. Ast mihi videtur, non præcisè desiderari, ut debitor suam comprobet subscriptionem; nam si lex id voluisset, expressisset, cap. Ad audientiam 2. de decim. l. unic. §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. cum aliis apud Barbol. axiom. 136. n. 5. Nec Interpretes, qui de requisitis per eam constitutionem fusè disseruerunt, hujus solemnitatis mentionem faciunt, ut videre licet apud Genuam d. quæst. 16. concl. 3. Merlin. d. quæst. 15. Trentacinq. d. resol. 12. Cravet. de antiquitat. temp. §. Queritur etiam.

Ad Num. 6.

Chirographum sola depositione testium, qui 34 non subscripserunt, aut sola literarum comparatione roboratum, semiplenam duntaxat produxit probationem, l. 114. tit. 18. p. 3. Trentacinq. d. tit. de fid. instrum. resol. 7. n. 1. Morl. Empor. Jur. tit. de fid. instrum. quæst. 3. per tot. Fachin. controvers. lib. 11. cap. 29. & 30. Mascard. concl. 110. & 111. Lanfranc. de fid. instrum. n. 54. Genua lib. 2. quæst. 1. n. 65. cum seqq. & à n. 150. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 114. d. n. 6. & n. 20. qui id iudicis arbitrio relinquit. At si utrumque concurrat, plena resultabit probatio, ut asseritur n. 11. Quoties testes chirographo subscripserint, ac subscriptiones agnoverint, plenè probant absque literarum comparatione. Genua lib. 2. quæst. 1. ex n. 163. Morl. n. 16. verf. Ego tamen, ac dixi ex Trentacinquo supra n. 11. sed Menoch. n. 6. iudicis arbitrio illud committit, de quo supra, n. 10. 11. & 14.

Ad Num. 7.

Epistola est scriptura, qua aliquis absenti, 35 vel quasi, mentis suæ intentionem declarat. Genua de privat. script. lib. 3. quæst. 1. num. 2. hæc in scribentem probat plenè, si recognoscatur ab illo, aut literarum comparatione comprobetur, etsi aliqui huic solam semiplenam tribuant probationem. Trentacinq. d. resol. 7. n. 6. Mascard. concl. 626. Fachin. d. lib. 11. cap. 35. Menoch. supra cas. 94. Genua lib. 2. quæst. 1. ex n. 126. & lib. 3. quæst. 1. n. 31. ubi latissime. Lanfranc. supra n. 58. Farinac. fragment. lit. A, n. 526. Scaccia de judic. lib. 2. cap. 11. n. 10. & 16. Mich. Grass. comm. opinion. lib. 4. tit. 11. n. 525. Cravet. de antiquit. tempor. §. Queritur etiam, n. 68. Morl. supra n. 19. Imò recognita paratam obtinebit executionem. Genua d. lib. 3. quæst. 1. n. 32. Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 5. n. 17.

Ut autem epistola obliget, ac noceat scribenti, 36 necesse erit, ut perveniat ad eum, cui mittitur. Gregor. Lop. in l. 2. gloss. 1. ad fin. tit. 13. p. 3. sed etiam supervivere debet qui scripsit, ut teneatur tempore, quo epistola recipitur. Menoch. supra num. 17. Hoc ita demùm procedet, cum de contrahenda obligatione agitur, ac utriusque contrahentis desideratur consensus, sicut de hypotheca tradit Merlin. supra lib. 1. quæst. 14. num. 11. Aliud juris erit, si quis in Epistola fateatur, centum accepisse à Titio, ad quem scribit, ac statim decedat priusquam ei tradatur; nam confessio, facta literarum comparatione, nocebit hæredi.

Epistola

37 Epistola nocet, ac probat contra recipientem si in ea referatur quantitas illi mutuo data, & post illam acceptam taceat, nec contradicat, quia consentire censetur, quod testibus probari poterit, qui ipsam legi audierunt à recipiente. *Cancer. variar. part. I. cap. 22. n. 19.* Lanfranc. *ubi proximè.* Menoch. *lib. 3. præf. 65. n. 1.* Morl. *n. 20.* Quoad epistolam comparatio literarum fieri potest per testes, qui asseverent subscriptionem esse illius qui exprimitur, quia sibi nota, cum sæpè ipsum scribere viderint. *Genua lib. 2. quæst. I. n. 128.* etsi in apocha non sufficiat, ut dixi *n. 12.*

Ad Num. 8.

38 Liber rationum diversimodè definitur, ut constat ex *Genua lib. 4. quæst. I. à princ.* atque sic adæquatè describi posse videtur, ut sit codex, in quo quilibet per se, vel per alium accepta, & expensa alicujus negotiationis, vel administrationis causâ scribit ad memoriam & rationem. Unde rationale, seu rationarium nuncupatur.

39 Ille quidem, ubi non ambigitur ad quem spectet, adversus ipsum plenè probat. Sed si negetur, adhibita literarum comparatione, eundem effectum operatur, ut videre est apud *Genuam lib. 2. quæst. I. num. 121. & lib. 4. quæst. I. ex num. 95.* ubi plenè Escobar *de ratiocin. cap. 10. cum seqq.* Mascard. *concl. 330. num. 17. & concl. 976. cum seq.* Lanfranc. *de fid. instrum. n. 56.* Menoch. *de arbitr. cas. 91.* cum aliis, *Tusch. lit. L., conclus. 343. & seqq.* *Cancer. supra n. 6.* Fachin. *d. lib. II. à cap. 32.* Gregor. *Lop. in l. 121. gloss. I. tit. 18. part. 3.* Trentacinq. *sup. resol. 7. num. 5.* Bolann. *commerc. terrest. lib. 2. c. 8.* ubi de forma conficiendi rationale. Pro scribente autem regulariter nulla probatio ex ejus libro deducitur, ut observant præfati omnes, apud quos & limitationes, & ampliaciones utriusque conclusionis reperies.

40 Illud in difficili est, si in eodem codice reperiantur parcelle pro scribente, & contra illum respectu Titii, an hic teneatur stare illis quæ sibi nocent, quanquam à domino libri adnotate, de quo Menoch. *casu 93.* Escob. *cap. 13.* *Genua lib. 4. quæst. 2.* *Parlad. supra part. I. §. 5. num. 20.* In quo plurimum judicis arbitrio deferendum, qui maximè attendere debet ad qualitatem, ac existimationem communem scribentis. Liber sanè rationum recognitus paratam habebit executionem. *Parlador. ubi proximè.*

Ibi: Quandoque tamen ex libro.

41 Cum sit multiplex librorum rationum differentia, de quibus *Genua lib. 4. per tot.* certò definiri non potest, quanta fides sit illis adhibenda quoad alios, ubi nullum interesse scribentis excogitari potest, ideo judicis arbitrio omnino relinqui debet. Id observandum, libros rationum Thesaurariorum regii patrimonii omnibus plenam fidem producere, sed pro ipsis nequam faciunt, nisi ex instrumentis verificentur solutiones legitimæ, quanquam aliud de Thesaurariis generaliter scripserit Mascard. *concl. 976. n. 47.* de quibus *Genua d. lib. 4. quæst. de libris Thesaurar. Gazophylac. Reg. lib. 2. part. I. cap. 12. n. 2.*

Ibi: Quandoque tamen libro.

Pluribus in provinciis lege, vel consuetudine 42 obtinuit, ut mercatorum camporumque libris plena fides adhibeatur. *Tusch. lit. S, concl. 77.* Menoch. *suprà cas. 91. n. 16.* Mascard. *concl. 976. n. 16.* *Cancer. var. part. I. cap. 22. n. 7.* quod nonnulli restringunt ad summas exiguas, quos refert *Cancerius.* Verùm quod præ diximus non est ita absolutè accipiendum, ut judici auferatur arbitrium, ne possit, examinatis circumstantiis, eis libris fidem denegare; alioqui statutum, vel consuetudo à ratione, ac bonis moribus deviet. *Genua lib. 4. quæst. I. ex n. 73.* de quo *suprà, num. 4.*

Ad Num. 9.

Quam probationem scriptura sigillo privati 43 roborata contra sigillantem faciat, tradidere *Tusch. lit. S, concl. 239. cum seq.* Menoch. *de arbitr. casu 113. & de præsumpt. lib. 2. præf. 57.* *Greg. Lop. in l. 114. gloss. 2. & 3. tit. 18. part. 3.* Mascard. *concl. 1303.* Cravet. *de antiquit. temp. §. Queritur etiam, à n. 44.* *Barbosa collect. cap. 2. n. 15. de fid. instrum.* *Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 61.* *Salgad. de retentione Bullar. part. 2. cap. 6. §. unic. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 48.* *Galp. Ant. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. cap. ult.* *Bertachin. tract. de Episcop. part. I. ex n. 21.* Qui etiam agit de auctoritate, ac fide sigilli authenticici, veluti Principis, Episcopi, & similium.

Illud discrimen constituitur inter sigillum au- 44 thenticum, ac privatum; nam illud præsumitur de voluntate domini impositum, hoc non utique, sed probari opus est. *Greg. Lop. d. gloss. 2.* Menoch. *d. præf. 57. n. 7. & 30.* ubi quod etiam præsumitur de consensu custodis publicum impressum. Quæstionis tamen est, si constet per confessionem, vel aliàs sigillum Caji esse, an probet contra ipsum ex conjectura, quod de ipsius voluntate apponeretur? De quo Menoch. *ubi proximè, ex n. 30. & d. casu 113. n. 3.* Mascard. *sup. n. 8. cum seqq.* Cravet. *n. 46.* *Gambar. de auctorit. Legar. lib. 8. n. 232.* qui ait communiter receptum, ut præsumatur de voluntate domini sigillatum.

Ibi: Nisi Quis negaret.

Si is, cujus sigillum præsumitur, suum esse 45 inficietur, ac de mendacio convincatur, non erit audiendus, etsi alleget in illius appositione non intervenisse. Mascard. *nu. 12.* Menoch. *d. casu 113. n. 3.*

Ibi: Nec ubi constat de sigillo.

Quanquam regulariter per sigilli impressio- 46 nem suppleatur subscriptionis defectus, id tamen non habet locum quotiescunque lex pro forma subscriptionem desiderat. *Salgad. d. §. unic. num. 27.* Cravet. *suprà num. 45.* Menoch. *n. 11.* *Cod. Fabrian. tit. de probat. definit. 20.* etsi contra adnotaverit *Tusch. d. concl. 239. n. 2.* cujus memini *suprà, n. 23.*

Verf. Quod sigillum.

Quod sigillum authenticum censeatur, discas 47 ex *Gregor. Lop. & aliis,* quos recensuimus *suprà, num. 43.* præter laudatos per *Barbosam*

ubi *suprà*, qui observat cum D. Covar. sigilla publica, præsertim regia, sedulo custodienda, debentque fido servatori tradi, Gregor. Lop. in l. 26. gloss. 4. tit. 18. part. 3. Alfar. sup. num. 2. ideoque munus istud perillustre magnis Cancellariis committitur, qui per substitutos in summis Prætoriiis administrant, ut experitur, & advertit Menoch. d. præf. 57. n. 7. De Cancellariorum dignitate actum est *suprà*, c. 4. num. 47.

Ibi: *Sigillum regium esse.*

48 Sigillum esse de substantialibus regalium literarum, seu privilegiorum, adnotat Alfar. num. 4. Petr. Pekius tract. de amortizatione bonor. c. 26. num. 3. quod verum est in illis, quibus solet sigillum imprimi; multa enim rescripta absque illo Regis subscriptione expediuntur, ut animadvertit Menoch. dict. præf. 57. in fin.

49 Quæret aliquis, an epistola, aliæve privata scriptura probet, si nec dies, nec locus confessionis adjiciatur? Et affirmativè cuncti respondent, ut Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 44. num. 10. Mascard. l. 1. quæst. 6. num. 32. Morl. Empor. Jur. part. 1. tit. de fid. instrum. quæst. 3. num. 13. Quod in publicis instrumentis aliter se habet; nam & locus, & dies, ut subsistant, exprimi debet, ut plenè prænotavimus *suprà* c. 20. ex num. 6. Rogabit etiam alius, an causâ promissionis omisâ, scriptura privata probet, aut valeat? Et negativè resolvitur communiter. Genua de script. privat. lib. 1. quæst. 4. num. 254. Tusch. Practic. lit. S, concl. 76. n. 18. Parlador. quotidian. lib. 2. c. 3. num. 55. qui in calce ejusdem capituli, & in fine partis I. §. I. num. 23. aliud in publico instrumento edocet, cui accedit Cur. Philip. part. 2. §. 8. num. 6.

S U M M A R I U M.

- 1 Quid sit attentatum.
- 2 Qui in attentatum incidere possunt, & quid si appellans, vel tertius innovet, & n. 3.
- 4 Attentata debent ante omnia revocari: quod tamen restringitur.
- 5 Per appellationem suspenditur jurisdictio iudicis à quo: quid si ab interlocutoria appelletur.
- 6 Sententia an suspensa, vel extincta dicatur per appellationem, & n. 7.
- 8 Quando appellatio sententiam, & jurisditionem suspendat.
- 9 Judex exequens sententiam post appellationem, graviter delinquit, & variis afficitur pœnis.
- 10 Facultas revocandi attentata appellatione pendente, ad quem iudicem spectet.
- 11 Iudici à quo quæ facere liceat, appellatione pendente.
- 12 Quæ probari opus sit, ut attentatorum revocatio subsequatur.
- 13 Ut attentata revocari debent innovata intra tempus ad appellandum præfinitum, ante interpositam appellationem, necnon dum controversitur, an sit appellationi locus: quod limitatur, n. 19.
- 14 Ultimo supplicio damnatus an testari permittatur, si pendente appellatione decedat, &

quid jure nostro regio.

Confiscatio bonorum ex sententia num sortiatum effectum, si reus, secunda instantia pendente, obeat, ibid.

15 Qui ex sententia munere privatur publico, si appellet, quæ interim gesserit, etsi confirmetur judicatum, subsistunt.

Aliud est in actibus privatis, velut testamento, ubi testari prohibetur.

16 Si quis ex sententia infamis declaretur, & provocet, à quo tempore incurrat infamiam.

17 Excommunicationis sententiam non suspendit appellatio, sed si post istam illa proferatur, est ipso jure nulla.

18 Judex Ecclesiasticus intra fatalia appellationis potest damnatum censuris compellere, ut sententia decretum adimpleat, quod speciale est.

20 Res judicata dicitur sententia, à qua appellari non potest.

21 Quando revocatio attentatorum in secunda instantia possit postulari.

22 Spoliato an liceat suspendere petitorium, & possessorio agere? remissivè.

23 Agenti ad revocationem attentatorum an opponatur notorius tituli defectus.

24 Remedium revocandi attentata magis privilegiatum habetur, quàm interdictum Unde vi.

25 Attentata non censentur, quæ judex egerit post appellationem, cui de jure deferre non debet.

26 Pluribus in causis appellare non licet, de quibus remissivè.

27 Appellatio semper admittitur, nisi expressim jure prohibeatur.

28 In criminalibus auditur appellans etiam reus læsæ majestatis.

29 Hæreticus appellare prohibetur.

30 Confessus, atque convictus appellationis subsidio non juvatur.

31 Limitatur, & n. 37.

32 Nefas est torquere convictum, si confessus appellare non valeat.

33 Reus convictus in caput alienum torqueri potest, & quando liceat de complicibus interrogare.

34 Quanquam non rectè judex operetur, quæstionem habens de convicto, hic tamen tenebitur in foro interno fateri veritatem.

35 Aliquando licet torquere convictum, ne appellare valeat.

36 Judex jubens torqueri convictum, quam protestationem præmittere debeat.

38 Confessus an audiat, si appellet, & quid de convicto, & n. 40.

39 In quibusdam criminibus confesso, aut convicto appellare non permittitur.

42 Solus Princeps valet causam committere, appellatione remota, aut lege auxilium istud tollere.

43 Quid de prima citatione, & utrum ea omisâ, Princeps ipse possit judicare.

44 Citatio ad sententiam est de substantialibus iudicii, sed eam solemnitatem Princeps servare non tenetur, quam & lege tollere potest.

45 Princeps, omisâ citatione, disponere potest in tertii præjudicium, quæ à suo libero pendens arbitrio.

46 De intellectu capitis I. de caus. possess. & propriet.

- 47 *Clausula Supplentes omnes defectus, refer-
tur tantum ad illos, qui à jure positivo pro-
veniunt.*
- 48 *Princeps causas etiam gravissimi præjudicii
committere valet idoneis iudicibus, appella-
tionem removens, & n. 50.*
- 49 *Etiam ubi prohibetur appellatio; poterit iudex
iusta ex causa deferre illi.*
- 51 *A sententia, seu correctione Prælati Regularis
num liceat provocare.*
- 52 *De clausula, Appellatione remota, qui ege-
rint, & an tollatur etiam devolutivus effe-
ctus.*
- 53 *Post appellationem, quæ solum devolutivum
obinet effectum, iudex procedens non com-
mittit attentatum: quod limitatur.*
- 54 *In judiciis possessoriis an sit locus appella-
tioni, qui tractent.*
- 55 *Jure Canonico appellatio in possessoriis utrum-
que effectum operatur.*
- 56 *Quid de jure nostro Regio, & n. 61.*
- 57 *Quid jure communi, & n. 58.*
- 59 *In possessoriis summariissimis, velut ex lege
finali, C. de edict. D. Adriani toll. omni
jure appellatio non suspendit executionem.*
- 60 *Limitatur.*
- 63 *Jure communi, quando sententia infert irrep-
arabile detrimentum, appellatio effectum su-
sponsivum in possessoriis operatur, licet regu-
lariter secus sit.*
- 64 *In judicio possessorio tenentæ non admittitur
supplicatio.*
- 65 *Cum appellatur in possessoriis ab inordinario
judicio, etiam de jure communi suspensivus
resultat effectus.*
- 66 *Licet jure communi non suspendatur executio
in possessoriis per appellationem, si simul pos-
sessor damnatur ad restitutionem rei cum fru-
ctibus, interesse, vel expensis, rei restitutio
non suspendetur, sicut fructuum, aut expen-
sarum solutio, donec secunda instantia ab-
solvatur.*
- 67 *De interpretatione legis 3. tit. 7. lib. 7. Re-
cop.*
- 68 *Executionem publici instrumenti non impedit
appellatio, quæ solum producit devolutivum
effectum.*
- 69 *Idem juris est de præcepto de solvendo.*
- 70 *Quoties prohibetur appellatio, non aufertur
devolutivus effectus.*
- 71 *Appellatione vetita, num liceat supplicare,
remissivè.*
- 72 *Appellatione interposita ab attentatorum re-
vocatione, an suspendatur executio.*

CAPUT XXIII.

I Attentatum est omnis actus sine rationabili causa, lite, appellatione, vel his æquipollentibus pendentibus, à iudice, seu parte, aut ab habentibus causam ab eis contemptum jurisdictionis, & præjudicium partis factus, officio ejus, cujus fuit læsa majestas, in primis, & ante omnia revocandus. Lancellot. tract. de attentat. part. I. in præfat. num. 14. qui singula verba expositione illustrat, ac de verbi hujus significatione fusè disserit à n. I. de quibus etiam Herculan. in simili tract. cap. I. & 3.

2 Unde observandum, non committi atten-

tatum, nisi per iudicem à quo, vel per litigantem appellatum, aut ab illis causam habentibus; nam si appellans innovet, censetur appellationi renunciare, & iudex à quo ad ulteriora progredi non prohibetur, revocans perperam innovata. Greg. Lop. in l. 36. gloss. 5. tit. 23. p. 3. Lancell. cap. 26. num. 122. Barbosa collect. cap. Non solum, num. 15. de appellat. in 6. Si tertius, iudex illius ordinarius spoliatum restituet. Scaccia de appellat. quæst. 3. à num. 62. Greg. Lopez ubi proximè, Lancell. in d. præfat. num. 24. Menoch. de recuper. possess. remed. ult. n. 44. Barbosa n. 12. & in cap. fin. num. 35. de appellat. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 121. num. 60. Adeo verum est renunciare appellationi provocantem, qui attentat, sive spoliat, ut nec poenitentia sit locus, quanquam ultrò ablata restituat. Menoch. num. 39. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 10. num. 20.

Attentatum committere poterit successor judicis à quo; nam idem reputatur cum antecessore. Salgad. p. I. cap. 3. n. 53. nec ignorantia excusabitur. Morla Emp. Jur. part. I. tit. de jurisd. omn. judic. nu. 172. in præmissis. Præterea si ab eadem sententia ad diversos iudices per utrumque litigantem appelletur, & eorum inferior sciens ad superiorem provocatum, de causa appellationis cognoscat, quicquid egerit, ut attentatum retractabitur. Tondut. de prævent. judic. cap. 12. numer. 14. Lancellot. cap. 12. ampliat. 15. num. 28. Scacc. quæst. 10. à n. 10.

Ad Num. I.

Attentata per iudicem à quo, vel partem, penderæ appellatione, ante omnia debent revocari, capit. Non solum 7. de appellat. in 6. Tusch. lit. A, conclus. 543. num. 4 & 6. Barbosa collect. d. cap. fin. n. 38. Scacc. quæst. 3. n. 47. Afflict. decis. 98. n. 5. Salgad. part. 2. cap. 13. n. 17. Achil. Perlon. tract. de adipisc. possess. n. 359. Lancellot. d. præfat. n. 14. Argel. de acquir. possess. q. 2. art. I. n. 83. Marefcot. sup. num. 56. Monter. in pract. tract. 5. cap. 4. n. 2. & alii, quos dat Barbosa collect. d. cap. Non solum, n. 2. Sed non semper ante omnia debent attentata reponi. Lancell. num. 33. Herculan. sup. cap. 13. in princ. sunt etenim haud pauci casus, in quibus suspenditur revocatio, congesti per Lancell. c. 30. privig. 25. qui ead. præfat. ex num. 35. quotuplex sit attentatum edocuit. Herc. c. 31.

Ibi: Est etenim per appellationem.

Præcipuus appellationis effectus est suspendere quoad causam, vel articulum, de quo appellatur, Jurisdictionem judicis à quo. Scacc. quæst. 3. num. 16. Salgad. part. I. c. 6. num. 39. Barbosa de jur. univ. Eccles. lib. I. c. 7. num. 61. Pichard. manud. ad prax. part. 4. d. 16. num. 1. Cujac. in c. significavit, de appellat. Paz in praxi, tom. I. part. 6. proem. nu. II. Marant. de ordin. judicior. part. 6. act. 2. num. 171. & 173. Lancell. part. 2. in præfat. num. 82. & 109. Quod ita est, si à definitiva interponatur appellatio, sed ubi ab interlocutoria

loquutoria provocatur, non suspenditur jurisdictio quoad causam principalem, nisi articulus ita sit ei connexus, ut hoc non deciso, ad ulteriora procedi nequeat. Scacc. q. 17. limit. 47. memb. 2. per tor. qui n. 14. advertit, in praxi indistinctè per appellationem impediri jurisdictionem inferioris.

Ibi: *His accedit, quod sententia.*

- 6 Sententia, à qua appellatur, ad præfens suspensa, ad futurum extincta censetur, c. 1. de re judic. Tusch. lit. A, concl. 377. n. 7. Lancel. ubi proximè, n. 114. Ant. Fab. in ration. ad l. furti, de his qui not. inf. Marefcot. variar. lib. 1. c. 36. n. 17. Guazzin. de defens. reor. def. 36. c. 15. n. 1. Barbosa collect. c. Veniens 19. n. 7. de jurejur. Greg. Lop. in l. 5. gloss. 5. tit. 13. p. 3. Scacc. quæst. 3. n. 82. Pichard. sup. n. 2. Disputatur, an sententia suspendatur, vel extinguatur? Quam quæstionem, cum de nomine sit, contemnit Scaccia, cui magis placet, ut suspensa dicatur, nec immeritò.
- 7 Primùm, quia renunciatione, vel desertione appellationis convalescit sententia, quæ semel extincta reviviscere nequiret, argumento legis Inter stipulantem 83. §. Sacram, de verb. oblig. Barbosa axiom. 90. Secundò, etiam post appellationem suos operatur effectus, tum numeratur confirmata, ut impediatur appellari, tum præsumptionem producit, l. Si instituta 27. §. De inofficioso, de inoffic. testam. ubi Fab. in ration. quos si foret extincta, producere non valeret ex juris axiomate, de quo Barbosa cum pluribus axiom. 164. n. 1. Ultimò potest confirmari per superiorem, & si esset extincta, confirmationis efficeretur incapax, quæ sine subjecto consistere non valet, cum non entis nullæ sint qualitates, l. Ejus qui in provincia, ff. si cert. petat. Barbosa axiom. 196. à n. 1.
- 8 Ut appellatio jurisdictionem, ac sententiam suspendat, opus est ut legitimè interponatur, vel quod iudex illi deferat, quia licet jure repelli possit sæpè provocatio, si tamen eam admiserit iudex, sibi ligat manus, ne ad ulteriora valeat progredi. Salgad. de reg. protecl. part. 3. c. 18. à princ. Ant. Gom. variar. libro 3. c. 13. n. 32. Farinac. in prax. quæst. 101. n. 106. Sanch. Confilior. Moral. lib. 3. c. unic. dub. 15. Scacc. quæst. 17. limit. 47. n. 41. Lancel. c. 12. lim. 1. n. 66.

Ibi: *Præsertim, quia ea exequutio.*

- 9 Iudex qui exequitur suam sententiam, à qua est appellatum, jus, iudicem, ac partem offendit. Menoch. de recup. remed. ult. n. 25. Greg. Lop. in l. 27. gloss. 8. in fin. tit. 23. p. 3. Lancell. c. 23. n. 24. Barbosa collect. c. ult. n. 29. de appellat. Quapropter variis pœnis coercetur, quas in unum congerit Lancell. c. 31. à n. 7. Scacc. quæst. 13. ex n. 100. Inde etiam provenit, ut iudex superior ex officio valeat attentata revocare, quamvis pars id non postulet. Lancel. c. 27. n. 6. Barbosa n. 43. Menoch. n. 32. Greg. Lop. ubi proximè, quicquid scripserit Pichard. sup. d. §. 16. n. 2.

Verf. *Prima igitur sit.*

- 10 Facultas revocandi attentata, appellatione pendente, ad iudicem ad quem spectat privativè, nec alius talem jurisdictionem obtinet. Salgad. part. 1. c. 3. n. 9. Barbosa n. 41. Scacc. quæst.

11. n. 18. Tusch. lit. A, concl. 544. n. 1. Lancellot. c. 27. n. 35. ad quod ipse tenetur, Lancellot. n. 3. Verùm & iudex à quo permittitur à se, vel à parte attentata revocare. Tusch. n. 2. Lancell. c. 12. limit. 17. Scacc. quæst. 3. n. 24. Barbosa collect. c. Veniens 19. n. 7. de jurejur. Salgad. n. 17. Pichard. n. 11.

Non solum hæc, sed etiam alia iudex à quo, pendente appellatione, peragere absque vitio attentati poterit, modò tendant ad faciliorem ejus expeditionem, & ne innovetur per partes: quæ refert Scacc. quæst. 3. à n. 20. Lancellot. cap. 12. limit. 4. per tot. Malcard. de probat. concl. 48. ex n. 20. Herculan. de attentat. c. 5. quæ in iudice ordinario locum obtinent, non in delegato, cujus jurisdictionem per appellationem prorsus expirat. Scaccia n. 38.

Verf. *Secundò præscripta regula.*

Ut ad revocationem attentatorum deveniatur, necesse est ut probetur intra legitimum tempus appellatio interposita, nec adversarii confessio fat erit. Lancell. c. 12. limit. 50. n. 1. & 37. & c. 26. n. 17. Malcard. concl. 1278. n. 4. Scacc. quæst. 12. n. 42. Imò tria copulativè sunt probanda, scilicet pronunciatum, appellatum intra fatalia & per habentem facultatem, & attentatum. Salgad. de Reg. protecl. part. 1. c. 3. n. 9. Lancel. d. c. 26. Malcard. ubi proximè, Barbosa collect. cap. Non solum, n. 9. de appellat. in 6. quod limitatur si iudex post lapsum fatalium appellationi detulerit, ac deinde innovaverit, ut colligitur ex præmissis.

Ad Num. 2.

Etiam ceu attentata debent retractari, quæ innovata reperiuntur per iudicem, vel partem, dum labuntur decem dies, vel alius terminus appellationi præfinitus. Salgad. part. 1. c. 7. num. 27. Scacc. quæst. 3. n. 50. Tusch. lit. A, concl. 377. n. 9. & concl. 542. num. 2. Pichard. manud. ad prax. part. 4. §. 16. n. 12. Villalob. Ærar. commun. opinion. lit. A, n. 258. Marant. de ordin. judicior. part. 6. act. 2. n. 400. Barb. collect. c. fin. n. 41. de appell. Herc. sup. c. 30. n. 15. Idem est de innovatis dum controversiuntur, an sit appellationi deferendum, necne. Salgad. ubi proximè, Malcard. concl. 148. n. 14. Illaque de stylo Curia revocantur, etsi appellatio deferatur. Marefcot. n. 63.

Ibi: *Qua ratione constat intellectus.*

Apud nos hæc locum habere nequeunt, cum capite damnatus non vetetur testamentum condere, l. 4. Tauri, ubi Ant. Gom. ad rem, n. 6. l. 3. tit. 4. lib. 5. Recop. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 605. n. 1. Quoad jus commune ex Scaccia quæst. 3. à n. 71. qui latè de effectibus suspensionis sententiæ per appellationem, præsertim n. 74. verf. Sublimita secundò, Barb. collect. c. Sæpè, n. 6. de appellat. si quis ultimo supplicio damnatus, bonis fisco addictis appellet, ac eo pendente iudicio decedat, distingui solet, ut si bonorum confiscatio adjiciatur accessoriè ad pœnam capitalem, per mortem utraque extinguatur: secus si per se, ac separatim pecuniaria pœna irrogetur; nam fisco confirmatâ sententiâ bona percipiet. Tusch. lit. A, concl. 377. n. 25. Clar. sententiar. c. fin. quæst. 51. n. 14. & quæst. 94. n. 7.

Illud

15 Illud discrimen placet observare, nam quæ pendente appellatione geruntur ratione publici muneris, quo aliquis per sententiam privatur, viribus consistunt, nec retractantur, quamvis per superiorem confirmetur: non sic in actibus privatis, veluti si reus testamentum confecerit, quod confirmatio sententiæ reddet irritum. Scac. n. 75.

Ibi: Nam, etsi sententia ipsa.

16 Videas de suspensione infamiæ per appellationem Scacciam *quest. 3. n. 74. vers. Sublimita secundò, & q. 17. limit. 22. num. 2.* Ant. Fab. in *ration. ad l. furti, ff. de his qui notant. infam.* Ex quo advertendum ad hinc tradita per D. Covarruv. sententiam, ex qua infamia irrogatur, non illicò eam inferre damnato, sed post lapsum termini ad appellandum, si non interposuerit appellationem; tuncque retrahitur ad diem sententiæ prolatæ, seu intimatæ. At si provocetur, distinguendum oportet; etenim si deseratur appellatio, similiter est locus retractioni: at qui prosequutus instantiam succubuit, confirmata infamiæ sententia minimè retrahitur, sed ex tunc infamis habebitur, ut *ex d. l. Furti*, Faber deducit rationem reddens differentiam. Molin. *de just. & jur. tract. 4. disp. 9. num. 4.*

Vers. Illud tamen.

17 Sententia excommunicationis per appellationem non suspenditur, *cap. Pastoralis 53. §. Verùm, de appellat. cap. is cui 20. §. fin. de sentent. excomm. in 6. l. 21. tit. 1. part. 1.* ubi Greg. Lop. *gloss. 1. Salgad. de reg. protect. part. 1. cap. 5. d. n. 3.* Guazzin. *de defens. reor. def. 36. cap. 6. nu. 1.* Barbosa *collect. d. cap. Pastoralis, nu. 5.* Scacc. *de appellat. quest. 17. limit. 22. per tot.* Imò & post appellationem excommunicatus potest denunciari. Salgad. *num. 12.* Lancell. *cap. 12. limit. 40. num. 6.* & alii ex prælaudatis. Sed si post appellationem ea sententia feratur, nulla est ipso jure. Tusch. *lit. E, concl. 451. n. 6.* Salgad. *num. 1.* Farinac. *fragnet. crimin. lit. I, n. 327.* Scacc. *sup. n. 54.* Lancellot. *limit. 8. n. 1. & 5.* Barbosa *collect. ad præsentiam, num. 2. de appellat. Mart. de jurisdic. part. 3. cap. 18. n. 7.* Ideo non convalescit, deserta appellatione. Tusch. *n. 4.* Quoties eodem die, & excommunicationem, & appellationem concurrere constat, illa præcessisse præsumitur, nisi aliud probeatur. Mascard. *concl. 699. d. n. 3.*

18 Illud speciale est, quod hinc docemur; nam si sententiam Judex Ecclesiasticus proferat, poterit intra decem dies ad appellandum concessos excommunicationem damnato imponere, ut pareat judicatis: & hoc in cæteris non licet judici, nec ad executionem procedere, labente appellationis tempore: alioqui attentatum incurret, ut prænotatur supra, n. 13. Sic tenuere Barbosa *collect. cap. Venerabilibus, num. 11. de sentent. excomm. in 6.* Tusch. *ubi proximè, num. 16.* Pichard. *manuduct. ad prax. p. 4. §. 16. num. 13.* Villalob. *Ærar. comm. opin. lit. A, num. 260.*

Ibi: Tradit, non esse revocandam.

19 Quæ judex egerit ad executionem sententiæ infra tempus appellationi præscriptum ita demùm revocari debent, si appelletur; alioqui firma persistunt. Scacc. *quest. 3. num. 52.* Villalob. *sup. D. de Faria Covar. Enucl.*

n. 259. Barbosa *collect. cap. fin. n. 41. de appellat. Lancell. cap. 11. n. 42.*

Ibi: Propriè siquidem dicitur sententia.

Res judicata propriè vocatur sententia, à qua non potest appellari. Barbosa *collect. cap. Non solum, num. 11. de appellat. in 6.* Welembec. *in paratit. l. ad tit. ff. de re judic. num. 3.* Pichard. *manud. ad prax. p. 2. in præl. §. 2. n. 4.*

Ad Num. 3.

Usque ad conclusionem in causa appellationis ad revocationem attentatorum agere licet. Lancell. *fusè cap. 23. ex num. 5.* Scacc. *quest. 3. nu. 81.* Marant. *de ordin. judicior. part. 6. act. 2. de appellat. num. 403.* Pichard. *d. §. 26. n. 1.* Menoch. *de recuper. remed. ult. n. 37. vers. Verùm.* An post conclusionem in causa sit audiendus, qui attentatorum revocationem intendit, disputat Lancell. *d. n. 14.* & affirmativæ accedit, maximè si post conclusionem attentata contingant, aut in notitiam agentis deveniant. Herculan. *de attent. cap. 30. n. 30.*

Ibi: Huic etiam opinioni accedit.

Quando valeat spoliatus suspendere petitionem à se, vel ab alio propositam, & possessorium deducere, tradunt laudati per me. *Variar. lib. 1. cap. 16. num. 72.*

Ad Num. 4.

In ea controversia, num agenti ad revocationem attentatorum obstat notorius tituli defectus? triplex reperitur opinio. Quidam absolute affirmant, quidam inficiantur, alii distinguunt, ut scilicet in beneficialibus obstat, non tamen in profanis, de quo plenè Lancell. *cap. 24. q. 1.* Tusch. *lit. A, concl. 143. & 546.* Mascard. *de probat. concl. 146. ex num. 6.* Sed affirmativam absque distinctione cum D. Covar. sustinent Menoch. *ubi proximè, num. 32.* Villalob. *num. 261.* Urfill. *ad Affic. decis. 98. num. 3.* Marelcot. *variar. lib. 2. cap. 121. num. 58.* Herculan. *de attent. cap. 15. num. 10.* Judex tamen ex officio poterit innovata retractare, reinque sequestro tradere, donec principalis causa definiatur. Menoch. *ibid.* Lancellot. *num. 58.* qui communem traditam distinctionem amplectitur. Quæ aliæ exceptiones impediunt attentatorum revocationem, docent Menoch. *ex n. 28.* & Lancellot. *d. cap. 24. per tot.*

Ibi: Quasi majoris sit privilegii.

Remedium istud possessorium, quod à iudicis officio provenit, Menoch. *sup. num. 24.* quoad privilegia potius habetur interdicto *Unde vi.* Tusch. *lit. A, concl. 548.* Menoch. *num. 25.* Salgait. *de Reg. protect. part. 2. cap. 10. num. 22.* Scacc. *quest. 17. limit. 47. memb. 1. num. 173.* De privilegiis hujus remedii egit Lancellot. *cap. 30. per tot.*

Vers. Sextò est omnind.

Appellatio de jure non admittenda non efficit attentatum quod judex postea gesserit. Lancell. *cap. 12. limit. 6. de frivola, limit. 50. de nulla, limit. 53. de jure prohibita.* Cancr. *variar. part. 1. c. 17. num. 58.*

T

nu. 58. Villalob. *Ærar. comm. opin. lit. A*, n. 265. Tufch. *lit. A, concl. 542. n. 11.* Barbosa *collect. cap. Non solum, n. 8. de appell. in 6. Mascard. concl. 148. n. 31.* Scaccia *quæst. 3. num. 69.*

Ibi : *Casus autem quibus.*

- 26 Sunt quamplures casus, quibus jure Pontificio, Regio, ac communi appellatio rejicitur, tam in criminalibus causis, quam in civilibus, quos in unum congerunt Scacc. *sub quæst. 17. Tufch. concl. 402. cum seqq.* Garcia *reg. 33.* Barbosa *cap. ut debitus, à nu. 14. de appellat. Dueñas regula 41.* Damhouder. *in prax. cap. 230. cum aliis, Salgad. de reg. protect. part. 2. & 3. per tot.*

Ibi : *Regula siquidem juris est.*

- 27 Appellatio semper est admittenda, nisi jure expressim prohibeatur, *l. 1. tit. 17. lib. 4. Recop.* ubi Azeved. *num. 71.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. nu. 1.* Barbosa *ubi proximè, n. 13.* Paz *in praxi, tom. 1. part. 6. proœm. à nu. 17.* Cævall. *tract. de cognit. per viam viol. gloss. 6. n. 30.* Ant. Nicell. *de concordia glossar. n. 15.* Menoch. *de recup. possess. remed. 9. n. 317.* Argel. *de acquir. possess. quæst. 2. art. 4. n. 6.* Sic in dubio appellationi deferendum. Tufch. *lit. A, concl. 369. n. 4.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 36. cap. 3. n. 2.* Menoch. *nu. 318.* Salgad. *de reg. protect. part. 1. cap. 2. §. 3. num. 31.* ex quo infert, Judicem Ecclesiasticum facere viam, dum in dubio non defert appellationi.

Ibi : *Nam in criminalibus.*

- 28 In criminalibus regulariter auditur appellans etiam in crimine læsæ majestatis. Salgad. *part. 3. cap. 14. num. 1.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 13. n. 31.* Guazzin. *num. 1. & per tot.* Boss. *in praxi, tit. de appellat. num. 1.* Farinac. *in prax. q. 101. cap. 1. num. 2.* quod æquitati convenit, cum plerumque de pœnis corporalibus, ac fama hominis disceptetur; ideo quia majus periculum vertitur, cautius agendum, *l. fin. C. de probat. l. 1. §. Sed & si quis, ff. de Carbon. edict.* sic facultas provocandi in criminalibus ampliatur, *l. 6. tit. 23. p. 3. l. Non tantum 6. ff. de appellat.* Sunt tamen scelera, à quibus rei appellare vetantur, quæ referunt Farinac. *d. quæst. 101. à princip.* Salgad. *d. cap. 14. n. 26. cum seqq.* Guazzin. *sup. cap. 4. n. 1.* Ant. Gom. *num. 31.* Bajard. *ad Clar. q. 94.* Scacc. *quæst. 17. limit. 4. ex num. 76.*

Ibi : *Cujus opinio falsa quidem.*

- 29 Hæresis damnato appellationis auxilium non conceditur. Ant. Gom. *ubi proximè, Scacc. n. 67.* Farinac. *de hæresi, q. 185. §. 15. num. 127.* Barbosa *collect. cap. Ut inquisitionis, num. 6. de hæretic. in 6. Salgad. d. cap. 14. num. 34.*

Ad Num. 5.

- 30 Convictus, ac confessus, sive in civilibus, sive in criminalibus, appellare prohibetur. Ant. Gom. *d. cap. 13. num. 31.* Scacc. *sup. nu. 10. cum seqq. & de judic. lib. 1. cap. 97. n. 124.* Farinac. *d. q. 101. n. 114.* Paz *in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 9.* Guaz. *sup. cap. 11. n. 1.* Dueñas *reg. 136.*

in princ. Lancell. cap. 12. ampliati. 4. n. 12. Clar. in praxi, q. 94. n. 1.

Fallit si pœna, quæ imponitur, non sit ordinaria, nam ab excessu licet appellare. Scacc. *d. lim. 4. n. 96.* Guaz. *cap. 22. n. 1. vers. prout appellat.* Farinac. *quæst. 101. n. 110. vers. Sublimita quartò, Lancell. de attentat. cap. 12. lim. 9. n. 10.* Donell. *lib. 28. cap. 6.* Cujac. *lib. 8. observat. 33.* Similiter si reus in confessione addiderit qualitatem exclusivam, vel diminutivam delicti. Guaz. *cap. 11. n. 3. vers. Si verò confessus.* Tandem si judex appellationi detulerit, nequibit deinceps sententiam exequi. Lancellot. *lim. 11. num. 79.* Scacc. *limit. 4. n. 27.*

Ibi : *Hinc sanè judices.*

Non licet judici legitime convictum torquere, ut delictum factus appellare non possit. P. Sanch. *Consil. Moral. lib. 6. cap. 4. dub. 4.* Ant. Gom. *d. cap. 13. n. 20.* Villalob. *Ærar. comm. opin. lit. T, num. 216.* Jul. Clar. *quæst. 64. n. 7.* Bajard. *in addit. n. 116.* Boër. *decif. 163. n. 13.* Cævall. *commun. cont. comm. quæst. 375.* Paz *tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. à nu. 6.* Cur. Phil. *p. 3. §. 16. n. 2.* Petr. Gregor. *Syntagm. lib. 48. cap. 12. num. 31.* Vide infra, *num. 35.*

Ibi : *Primum, posse convictum.*

Licet torquere convictum de crimine, ut foctios, ac participes detegat, quoties de illis potest interrogari. Clar. *nu. 8.* Caball. *tract. crim. cas. 2. num. 26.* Guaz. *defens. 30. cap. 9.* Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 12. n. 17.* Farinac. *quæst. 43.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 81.* Menoch. *de arbitr. cas. 523. n. 6.* Cur. Phil. *part. 3. §. 16. n. 12.* Sanch. *lib. 6. cap. 3. dub. 22.* Petr. Greg. *n. 32.* Non semper permittitur reus de aliis complicibus interrogari, nisi in criminibus exceptis, & quæ sine complice nequeunt perpetrari, aut si constet plures ad facinus, velut furtum, vel homicidium concurrisse, quod de homine libero dicitur; servus enim torqueri semper poterit, ut mandantem, vel foventem declaret. Ant. Gom. *ubi proximè, n. 16.* Farinac. *d. quæst. 43.* ubi enumerat casus, quibus reus in caput alienum torturæ subjicitur. Cur. Philip. *ubi sup.* Ut autem delinquens in alios torqueatur, oportet confessum esse, vel convictum.

Ibi : *Secundò, illud sit.*

Licet judex perperam operetur de convicto quæstionem habens, ut beneficio appellationis privetur confessus, hic tamen sub reatu lethalis culpæ veritatem tenetur aperire, quia legitime interrogatur, etsi medio non legitimo. Aliud est quando absque probatione semiplena, vel indiciis sufficientibus interrogatur, de quo egimus *Variar. lib. 1. cap. 1. à num. 4.*

Ibi : *Tertiò, itidem.*

Vide supra, *n. 32.* Iniquius quidem, ac sævius etiam appellationis recursum, aufert judex extorquens confessionem, quam si deferendæ appellationi non deferret, cum utrumque jure non liceat. Aliquando tamen permittitur ea uti cautela ob publicam utilitatem, quæ celerem vindictam desiderat :

desiderat: quod raro, & attentè exequendum, ut D. Covar. monet.

Ibi: *Ceterum, admissa Baldi opinione.*

- 36 Judex dum convictum de crimine torqueri jubet, sive ad exclusionem appellationis, sive ad sociorum indaginem, protestari debet, se non interrogare de legitimè probatis, quibus nullum præjudicium fieri intendit: alioqui si reum delictum inficiari contingat, probationes per quas damnari posset, enervantur, de quibus Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 13. num. 20. Clar. quæst. 64. nu. 8. Guaz. defens. 30. cap. 9. ex num. 4. Farinac. q. 40. num. 13. cum aliis, Bajard. ad Clar. d. q. 64. num. 122. & quæst. 86. ex nu. 16. Fachin. lib. 9. cap. 6. qui, & alii communiter docent, ommissa ea protestatione, reum, si neget tortus delictum, omninò absolvendum esse, aut (quod verius est) mitiori pœna afficiendum. Sed tenuit Ant. Gom. opinatus ordinariam pœnam irrogandam esse. Accedit Cur. Phil. p. 3. §. 16. num. 2. referens D. Covar. *hic*, cui opponitur Fachinæus illius argumentis elisis. At licet judex protestetur, modum cruciatus excelsit, negantem levius punire tenebitur. Guaz. cum aliis num. 12.*

Ibi: *Ubi quis fuit confessus.*

- 37 Convictus, & confessus appellans auditur, si rationabilem, ac verosimilem excusationem alleget, quod judicis arbitrio committitur. Scaccia d. q. 17. limit. 4. à num. 15. & inferius num. 89. *vers. Probatur secundò, & limit. 48. n. 26. Farin. quæst. 101. à num. 143. Guaz. defens. 36. cap. 11. num. 3.*

Verf. Secunda conclusio.

- 38 Confessus tam in criminali, quàm civili causa non admittitur ad appellandum. Guaz. *sup. cap. 13. per tot. Scacc. à nu. 30. Farinac. n. 154. cum seqq. Lancell. cap. 12. ampliatis. 4. n. 13. Clar. q. 94. n. 1. Salgad. cum pluribus de Reg. protecl. part. 3. cap. 14. num. 21. Barbosa collect. cap. Romana, nu. 13. de appellat. in 6. Unde est, ut intra decem dies ad appellandum exequi sententia possit. Scac. n. 53. Sed si causa proponatur probabilis, veluti justii erroris, erit appellationi deferendum, Scacc. d. n. 30. *vers. Hæ opiniones & nu. 25. & 47. Farinac. quæst. 81. n. 326. Barbosa num. 15. Guaz. nu. 2. apud quos plurimi. Quando sit verosimilis causa, idem judex à quo æstimabit. Scacc. nu. 48. Junge his tradita sup. n. 31. Convictus tantum, quod appellare valeat, non ambigitur, de quo Guaz. cap. 12. ubi *vers. Benè verum*, crimina excepta recenlet, & alii adducti supra, num. 28. in fin.**

Verf. Imò quibusdam placet.

- 39 Horum criminum meminere Ant. Gom. *var. lib. 3. cap. 13. nu. 31. Salgad. ubi proximè, à n. 24. Guaz. nuper laudatus, Scacc. d. lim. 4. ex nu. 76. in quibus convictus tantum, vel confessus provocare verantur, Guaz. ibidem, Salgad. cum aliis n. 29. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 19. num. 5. Scaccia num. 76. & alii laudati num. 28.*

Verf. Quacunq; tamen in causa.

- 40 Damnatus ex propria confessione quavis in causa, quantumvis à judice inferiori non audiat. D. de Faria Covar. *Enucl.*

tur appellans, admitti debet per superiorem, qui si inhibuerit inferiori, sententiæ exequutio est suspendenda, Scacc. d. limit. 4. nu. 15. *vers. Contra hanc, & vers. Deduco ex hac*, ubi etiam de convicto, & confesso: ac n. 26. de inhibitione, Farinac. *quæst. 101. num. 119. quod est verum si de jure admitti possit. Scacc. lim. 48. num. 27.*

Verf. Usus tamen forensis.

Quod scilicet in criminalibus non deferatur appellationi, consuetudine observari in Imperio, Hispania, & Flandria, testis est Scacc. d. *quæst. 17. limit. 48. num. 1. Oluald. ad Donell. lib. 28. cap. 6. lit. CC.*

Ad Num. 6.

Appellationis auxilium lege, vel rescripto per Principem nemini subjectum tolli posse, tenent Greg. Lop. I. in l. 13. *gloss. 10. tit. 23. p. 3. Scacc. quæst. 16. ex num. 2. Lancell. cap. 12. limit. 8. n. 15. cum seqq. Pinell. in rubric. art. 1. cap. 2. nu. 21. de resc. vendit. Rebuff. ad leg. Gallie, tom. 2. tit. de rescript. num. 161. Barbol. collect. cap. 3. à n. 5. de appellat. Paz in praxi, tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 1. Nec obstat caput Pastoralis, §. ult. de offic. deleg. nam ubi delegatus Pontificis subdelegat, appellatione remota, ad illudendam litigantis fraudem: quod non facit autoritate propria, sed legis, ut animadvertit Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 27. num. 4.*

Ibi: *Citationem à Principe tolli non posse.*

Regulariter Princeps nullo modo potest primam tollere citationem. Tusch. *lit. C, concl. 271. à princip. Vant. de nullit. ex defect. citation. n. 6. Paz in praxi, temp. 3. n. 9. Marant. de ordin. judic. part. 4. dist. 16. n. 12. Pinell. ubi proximè. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 17. num. 6. Petr. Greg. Syn-tagmat. lib. 48. cap. 2. in fin. Gutier. Canonic. lib. 2. c. 16. nu. 6. & alii apud Barbol. collect. cap. I. n. 7. de caus. possess. & propriet. Imò nec Princeps ipse, ommissa ea citatione judicare permittitur. Paz, Marant. Menoch. ubi proximè. Gutier. n. 7. Barbosa n. 8. Matienz. dialog. relator. part. 3. cap. 44. n. 1. Aliquando tamen ex causa absque citatione procedere poterit, ut Gutier. Barbosa, & alii ex nuper adductis observant. Guaz. *sup. defens. 10. cap. 1. num. 7. & alii communiter.**

Verf. Primùm, hinc.

Citatio ad sententiam sic desideratur, ut ommissio illius nullum reddat judicatum, l. 1. §. Item cum ex edicto, ff. *quæ sent. sin. appel. resc. l. 5. tit. 22. l. ult. tit. 26. p. 3. & ibi Greg. Lop. Paz. sup. temp. 10. nu. 6. Matienz. nu. 4. Vant. nu. 56. Nihilominus per principem hanc substantialem solemnitatem omitti, non est vetitum, sive per se, sive per alium de causa cognoscat. Sed & lege generali idem poterit statui, ut de pluribus civitatibus testatur Tusch. *sup. concl. 272. ex nu. 29. ad 34. ubi ex statuto, vel consuetudine non est opus citatione ad sententiam, de quo Ursill. ad Afflic. decis. 238. n. 2. Paz d. temp. 3. n. 12. Guaz. ubi proximè, nu. 6. qui asserunt præter primam citationem cæteras per principem omitti posse.**

Verf. Secundò, item constat.

- 45 Absque citatione Princeps peragere valet etiam in tertii præjudicium, quod à suo libero beneplacito pendet. Tusch. *lit. C, concl. 272. ex n. 50.*

Verf. Tertio colligitur.

- 46 Pro intellectu capitis *1. de caus. possess. & propriet. consule Barbof. in collectan. ibi n. 10.* Nec enim Pontifex sibi, aut aliis Principibus legem imponit. sed ad naturalem se refert, qua defensionem tollere non licet.

Verf. Quarto ex his.

- 47 Clausula, *Supplentes omnes defectus*, restringitur ad nullitates ex omissione omnium, quæ sunt de jure positivo, non de naturali, ut prima citatio, cujus defectus per eam clausulam minimè refarcitur. Vivian. *in praxi juris patron. lib. 13. cap. 8. n. 165.* Barbofa *claus. 177. n. 2.* Mart. *part. 1. claus. 181. n. 7.* Tusch. *sup. claus. 343. n. 2.* & 9. Menoch. *conf. 1. num. 40.*

Verf. Quintò, Probari.

- 48 Principi licet causam etiam gravissimi præjudicii, appellatione remota, committere judici notæ peritiæ, ac integritatis. Scaccia *de appellat. quæst. 16. limit. 1. n. 21.* Pichard. *manud. ad prax. part. 4. §. 7. num. 7.* Princeps etenim pro eo, quem eligit, præsumit. Scacc. *n. 22.* & cum appellatione opus sit propter incertitiam, vel iniquitatem judicantium, si utraque in tali delegato cessat, ut quid provocationis refugium, maxime cum non semel benè latæ sententiæ reformentur in pejus, *l. 1. ff. de appellat.* Nec ex hoc præcluditur aditus ad Principem ipsum, per effectum devolutivum, qui non aufertur. Pichard. *n. 8.*

Verf. Sextò infertur.

- 49 Quibus in casibus appellatio prohibeatur, tradiderunt laudati *n. 26.* & latissimè Ant. Nicell. *tract. de concord. glossar. ex nu. 15.* Licet autem appellare non permittatur lege, vel rescripto, tollitur quidem necessitas deferendi, non facultas; nam non obsistente prohibitione, poterit iudex superfedere, admittà provocatione, non prohibito, sed cum ex circumstantis æquum, & juri consonum id estimaverit. Scacc. *d. quæst. 17. limit. 48. num. 25. & 27.* ut si reus justam, ac probabilem causam alleget, ut jam prænotavimus, & tenet Azev. *in l. 6. num. 16. tit. 18. lib. 4. Recop.*

Verf. Septimò, illud est.

- 50 Non est liberum principibus causas appellatione remota delegare, sed perpensa earum, & judicum qualitate mature, alioqui ea clausula effectus suos non operabitur, ut hodie contingit, quia de stylo adjici solet. Lancell. *de attent. cap. 12. limit. 8. num. 38. n. 39.* Scaccia *q. 16. limit. 16. limit. 1. n. 105. verf. Quartus casus, & n. 21.* Pichard. *sup. d. §. 7. n. 8.* Barbofa & alii mox referendi, *n. 52.*

Verf. Octavò apparet.

- 51 Regularis à correctione Prælati, seu sententia

pœnam irrogante juxta Religionis statuta, appellare non permittitur, *cap. Ad nostram 3. de appellat. ubi Barbofa in collect. num. 2.* plures refert, Scacc. *quæst. 17. limit. 26. nu. 8.* Sed si Prælati modum correctionis excefferit, subdito licebit provocare, *cap. De priori 31. de appellat. ubi Barbofa cum aliis in collect. nu. 3. ac in remission. ad Trident. sess. 25. de regular. cap. 4. n. 10.* Imò si non deferat superior legitimæ appellationi, pœnam depositionis incurret. Barbofa *in d. cap. prior. num. 4.*

Verf. Effectus autem.

De clausula, *Appellatione remota*, tradiderunt 52 plura Tusch. *lit. A, concl. 400.* Barbofa *tract. de clausul. claus. 9.* Lancel. *cap. 12. limit. 8.* Pichard. *ubi sup.* Scacc. *quæst. 16. ex nu. 26.* & aliqua attingimus supra, *cap. 15. à n. 34.* Controversia est, an per illam tollatur effectus devolutivus? Affirmant. Lancell. *nu. 8.* & nonnulli: sed aliud est tenendum cum Scaccia *d. quæst. 16. n. 105. verf. Declara decimoquintò*, Barbofa *num. 25.* Pichard. *nu. 8.* apud quos alii. Sunt etiam plures clausulæ æquipollentes, per quas appellatio sublata censetur, quas refert Scaccia.

Ad Num. 7.

Quoties appellatio non obtinet suspensivum 53 effectum, sed devolutivum dumtaxat, non est attentatum, quod possit revocari. Azeved. *in lib. 6. n. 1. tit. 18. lib. 4. Recopil. Gutier. Canoniar. lib. 1. cap. 34. num. 92.* Scacc. *d. lim. 1. n. 103.* Sed id contingit, ut solum ex provocatione effectus devolutivus resultet de quo Barbofa *collect. cap. ut debitus, ex n. 14. de appellat.* Sed si iudex deferat appellatione absolute, vel superior aditum inhibuerit, quæ postea gesserit inferior seu attentata debent revocari. Scacc. *d. n. 103. verf. primus est*, ac prænotavi supra, *n. 5.* Vide infra *ex num. 57.*

Ad Num. 8.

Utrum in judiciis possessoriis liceat provocare, 54 latissimè perdocuit Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 6.* de quo etiam Tusch. *lit. A, concl. 407.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 17. à n. 23.* Menoch. *de recup. possess. remed. 9. ex num. 316.* Lancell. *de attent. cap. 12. limit. 25.* Contard. *in l. unic. C. si de momentan. possess.* Salgad. *de Reg. protecl. part. 3. cap. 12.*

Verf. Prima conclusio.

Jure Canonico possessoriis appellatio admit- 55 titur quoad utrumque effectum suspensivum, ac devolutivum. Ant. Gom. *in l. 45. Tauri, in fin.* Salgad. cum pluribus *num. 67.* J. Iepn. Ludovif. *decif. Perus. 20. num. 11.* Cancer. *num. 24. verf. De jure verò*, Menoch. *n. 328.* Scacc. *d. limit. 6. memb. 7. num. 1.* Barbofa *collect. cap. Cum ad sedem, nu. 11. de restit. spoliat.* Gutier. *Canoniar. lib. 1. cap. 34. num. 86.*

Adversus conclusionem objicitur Ægidiana Constitutio, & caput finale 2. *quæst. 6.* quibus satisfacit Salgad. *ex n. 71.* Scaccia *n. 2. & 25.* qui restrictiones unà cum ampliationibus *ex nu. 3.* recenset.

Ibi :

Ibi: *Hæc eadem conclusio.*

56 De jure nostro Regio in possessoriis ad utrumque effectum appellationi deferitur. Mol. *de primog. lib. 13. c. 13. n. 17.* Gutier. *n. 98.* Molina. *de just. & jur. tract. 2. disp. 637. num. 6.* Joan. Garc. *de Nobilit. gloss. 1. nu. 5.* Cævall. *commun. cont. commun. quæst. 15. num. 6.* quod constat *ex l. 8. tit. 20. lib. 4. Recop.* per quam appellatio in possessoriis videtur restricta, ut non liceat quoad suspensivum effectum secundo provocare, extantibus sententiis duabus confirmatur, quæ statim executioni mandari debent, non obstante appellatione. Sic sentiunt Ant. Gom. *sup. Felician. de censib. lib. 3. cap. 1. num. 11.* Cur. Philip. *part. 2. §. 27. num. 14.* Salgad. tamen subditus refert *num. 15.* Etenim ea constitutio disponit circa sententias in summis Prætoriiis latas, ut non suspendatur executio per supplicationem secundam: quod ipsum de judicio proprietatis stabilitur *l. ult. eodem tit.* ut animadvertit Azeved. *in d. l. 8.* Unde videtur per dictam legem 8. nihil in possessione innovatum quoad appellationem, sicut nec in proprietate, *ex d. l. ult.*

Verf. *Secunda conclusio.*

57 In judiciis possessoriis de jure communi appellatio admittitur tantum quoad devolutivum effectum. Salgad. *n. 27. & 62.* Felician. *ubi proxime, Tusch. lit. A, concl. 322.* Scacc. *d. lim. 6. memb. 3. n. 3. & 20.* Fachin. *controv. lib. 1. cap. 75.* Ant. Gom. *sup. Lancell. d. lim. 25. num. 2.* Cævall. *num. 1. & n. 5. verf. Rursus conclusio,* Gutier. *num. 91.* Pichard. *manuduct. part. 4. §. 12. nu. 2.* Cancer. *d. cap. 17. n. 23.* Achil. *Personal. tract. de adipisc. possess. d. num. 420.* Trentacinq. *Variar. lib. 2. tit. de appellat. resolut. 15. num. 7. & 8.* quicquid contra scripserit Joan. Graf. *ubi sup.*

58 Est quæstionis, num hæc resolutio obtineat non solum in appellatione à definitiva, sed etiam ab interlocutoria, de qua disputat Scacc. *memb. 7. d. num. 28.* & cum aliis affirmat, conclusionem adhuc & in interlocutoria procedere. Idem multipliciter ampliat & restringit eam, necnon Ant. Gom. *sup. Salgad. d. cap. 12. ex num. 82.*

Verf. *Tertia conclusio.*

59 In possessorio summario, *lex ult. C. de edict. D. Adr. toll.* ubi scilicet scriptus hæres mittitur in possessionem bonorum hæreditatis, appellandi facultas quoad suspensivum effectum denegatur. Salgad. *num. 77.* Achil. *Person. d. nu. 330.* Scacc. *memb. 7. num. 12.* Joan. Garc. *dict. gloss. 1. §. 2. num. 5.* Gutier. *num. 99.* quod omni jure verum, ac generaliter observatur in omni remedio summarissimo, ac extraordinario possessionis, ut fuse per Scacc. *d. limit. 6. memb. 2.* Cancer. *d. cap. 17. n. 26.* Joseph. Ludovif. *d. decis. 20. nu. 10.* Salgad. *n. 80.* Menoch. *de adipisc. rem. 4. num. 840.* Lancellot. *cap. 25. num. 27.* Argel. *de acquir. possess. quæst. 19. art. 1. num. 11.*

Ibi: *Quamobrem Baldus existimat.*

60 Justa suadente causa, suspendetur executio, interposita appellatione, in casu dictæ legis finalis. Menoch. *ubi proxime, Scaccia memb. 7. nu. 110.*

ubi exemplum exhibet, cum ex testamento evidenter irrito missio decerneretur.

Verf. *Hinc Constat.*

Quamquam Jure nostro in possessoriis liceat 61 provocare, id tamen verum est in ordinariis, secus in extraordinariis, ac summarissimis, velut in remedio *ex dict. l. ult.* Salgad. *cap. 12. num. 60.* Cur. Philip. *part. 2. §. 27. num. 14.* Joan. Garc. *sup.*

Verf. *Sic denique mihi.*

Hoc discrimen inter Jus Canonicum ac Cæsareum fatentur omnes pro prima, & secunda conclusione nuper laudati, quod evertere conatur Joan. Garc. *d. §. 2. num. 5.*

Ibi: *Tametsi Jure Cæsareo.*

Inter cæteras limitationes, quibus coartari 63 solet secunda conclusio, hæc præcipua habetur; nam etiam de jure communi in possessoriis utrumque effectum nanciscitur appellatio, cum per sententiam irreparabile infertur detrimentum. Salgad. *d. cap. 12. num. 115.* Ant. Gom. *in l. 45. Taur. num. 194. verf. Tertio limita,* Marant. *de ordin. judicior. part. 6. art. 2. de appellat. num. 310.* Scacc. *d. limit. 6. memb. 8. num. 1.* ubi late ampliat, & exempla gravaminis irreparabilis demonstrat.

Verf. *Pari sanè jure.*

Hæc lex in nova compilatione est *9. tit. 7. lib. 5. 64 Recop.* cui jungenda lex *10. eod. tit.* ac lex finalis, *tit. 19. lib. 4.* nam in judicio summario, quod de tenuta vocitatur, nullus est supplicationi locus, nec hodie agitur de mera detentatione, sed vera possessione, solo jure proprietatis reservato, de qua in Cancellariis cognoscitur, ad quas hæ causæ remitti jubentur. Observat Joan. Garc. *d. §. 2. n. 6.* de quibus Paz *tract. de tenuit. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 13.* Azeved. *in d. l. 9.* ubi & Matienz. *Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 637.*

Verf. *Cæterum licet.*

Additur alia limitatio ad eandem secundam 65 conclusionem, nam & de jure communi suspenditur executio ac jurisdictio, quando ab inordinato processu provocatur. Menoch. *d. remed. 4. n. 808.* Achil. *Perf. sup. n. 337. verf. Vel & quoque,* Salgad. *de Reg. protect. part. 2. cap. 13. nu. 137.* Scacc. cum aliis *limit. 6. memb. 7. num. 117.* quando dicatur inordinatus processus, tradit Scaccia, & *Person. n. 334. verf. Ego autem.*

Verf. *Idem erit quoties.*

Si judicio possessorio peracto, reus non solum 66 damnetur ad possessionem tradendam, sed etiam ut fructus victori restituat, tunc appellatio suspendet executionem respectu fructuum dumtaxat. Idem erit quoad condemnationem interesse, vel expensarum. Salgad. *part. 2. cap. 7. ex n. 56.* ubi alii, Menoch. *dict. remed. 4. num. 869.* Marant. *ubi sup. num. 309.* Scacc. *d. lim. 6. memb. 9. num. 22. & 31.*

Ad Num. 9.

67 De interpretatione legis 3. tit. 7. lib. 7. Recop. videndus Avend. de exeq. mandat. cap. 4. num. 17. Mexia ad leg. Tolet. Azeved. in d. l. 3. qui observat num. 52. per appellationem non suspendi executionem sententiæ, & id limitat, si interveniat fructuum restitutio, aut appelletur ab inordinato processu. Idem erit, si pronuncietur adversus Ecclesiam, vel alia loca pia, Ordinem Militarem, aut habentem titulum à Concilio, litigantem juxta formam legis 5. ejusdem tituli.

Vers. Tertium exemplum.

68 In causis executivis apud nos velut ex instrumento publico appellatio executionem non suspendit, etsi causam ad superiorem devolvat. Azeved. in d. num. 3. tit. 21. lib. 4. Recop. ubi probatur. Scacc. d. quæst. 17. limit. 10. num. 6. & 22. Pichard. manud. ad prax. part. 2. §. 16. num. 5. Menoch. d. rem. 4. num. 828. Cur. Philip. part. 2. §. 21. num. 3. Canar. de execut. instrum. num. 86. Paz in praxi, part. 4. cap. 3. num. 43. Didac. Per. in l. 5. ad fin. vers. Quæro utrum in causa, tit. 8. lib. 3. Ordin.

69 Quod ampliatur ad præceptum de exequendo, à quo si appelletur, executio non impeditur, quantumvis causa ad superiorem devolvatur. Salgad. cum pluribus sup. part. 4. cap. 1. d. num. 9. Scaccia d. limit. 10. d. n. 8. Canar. nu. 85. Did. Per. ubi proximè, Cancer. var. p. 1. cap. 17. n. 29. & non pauci apud Salgad. n. 11. qui & adversarios concessit.

70 Alia exempla deduci possunt ex l. 6. tit. 18. lib. 4. Recop. ubi suspensivo effectu prohibito, devolutivus expressim reservatur, pluraque ex nostro, ac communi jure cumulare difficile non est. Illud oportet observare, quod regulariter quoties appellatio per legem, vel rescriptum vetatur, quoad suspensivum effectum dumtaxat intelligitur, devolutivo permisso. Azeved. in d. lib. 6. Recopilat. n. 1. Cur. Philip. part. 5. §. 1. num. 19. & 20. Paz in praxi, tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 2.

71 Utrum appellatione sublata, sit supplicationi locus, docet Azeved. in l. 1. n. 1. & 2. tit. 19. lib. 4. Recop. Scaccia q. 19. remed. 3. d. princip. ac tradidi supra, c. 17. num. 31. ubi insinuavi supplicationem non esse denegandam quoties appellare licet, saltem quoad devolutivum effectum; nam executione non dilata in gradu supplicationis poterit de causa cognosci: quod ab arbitrio supremorum judicum pendet.

72 Adjicere libet præmissis aliud exemplum ad nostrum tractatum attinens; nam si à sententia revocatoria attentatorum provocetur, causa ad superiorem devolvitur, sed executio sortitur effectum, ut latè agentes sentiunt Salgad. sup. part. 2. cap. 10. num. 34. Lancell. cap. 28. num. 21. tamen affirmantium, ad utrumque effectum appellationem prodesse, opinionem teneat Scacc. q. 17. limit. 47. num. 172. ac in praxi apud nos supplicare licet, executione suspensa. Monter. in pract. tract. 5. cap. 4. num. 4.

SUMMARIUM.

- 1 A sententia interlocutoria quando appellatio permittatur, & num. 2.
- 3 Innovata post appellationem ab interlocutoria, non statim ante omnia revocatur, sed causâ appellationis justificatâ.
- 4 Limitatur, & num. 5.
- 6 Ampliatur, & num. 8.
- 7 In appellatione ab interlocutoria debet exprimi causa, seu gravamen: secus si à definitiva provocetur.
- 8 Judex pendente appellatione ab interlocutoria, quando valeat ad ulteriora progredi.
- 9 Potest interlocutoriam exequi infra terminum, quo licet provocare.
- 10 Utrum acta post appellationem ab interlocutoria, si justè appelletur, sint à principio nulla, aut veniant rescindenda, sicut valida?
- 11 Inhibitionis definitio.
- 12 Inhibitio ut suum producat effectum, debet esse legitime expedita, & ut ita expeditur, quæ desiderentur.
- 13 An non legitima per inferiorem possit contemni procedendo ad ulteriora.
- 14 Attentata revocari possunt, etsi malè appellatum decidatur, aut pars appellationi renunciet, illamve deserat.
- 15 Innovata per tertium post appellationem vel inhibitionem, ut attentata non retractantur.
- 16 Gestâ post appellationem extrajudicialem non revocatur ante omnia, & de differentiis inter istam, & judicialem, remissivè.
- 17 Nullitas objectio an sententiæ impediatur executionem.
Nullitas definitur, & utrum acta judicio super illa pendente, seu attentata revocari debeant, remissivè, ibid.
- 18 Nullitas dupliciter opponitur.
- 19 Nullitas principaliter objecta num suspendat sententiæ executionem, & num. 20.
- 21 Opinio communis negativa limitatur.
- 22 Exequire judice sententiam, dum super nullitate illius causa discutitur, executio ut attentata non retractatur, & quid si inhibitio præcedat, & n. 24. ubi distinguitur.
- 23 A sententia nulla licet appellare, nec appellans renunciare nullitatis remedio censetur.
- 25 Nullitas proponi potest simul cum appellatione dupliciter.
- 26 Appellatio absolute interposita causam nullitatis ad superiorem tacite devolvit, nisi jus nullitatis excipiatur.
Utrum judex superior, qui de nullitate principaliter cognoscit, non interposita appellatione, valeat sententiam confirmare, vel revocare? ibid.
- 27 Cum sententia confirmatur, à qua appellatum est, an possit appellans de nullitate agere, quam cum appellatione deduxerat?
- 28 Si nullitatis cognitio tacite devolvitur cum appellatione, numquid poterit superior, extincta appellatione per renunciationem aut desertionem, super nullitate ferre sententiam?
- 29 Appellationis desertor agere de nullitate permittitur, quam cum appellatione deduxit.
- 30 Quid si principaliter appellans proposuerit nullitatis defectum?

31 Deser-

41 *Desertio appellationis à quo iudice declarari debeat.*

damnum infert irreparabile. Salgad. d. cap. 1. nu. 226. & d. cap. 18. nu. 7. Herculan. cap. 30. num. 199. Scacc. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 87. & 208.

CAPUT XXIV.

1 **D**E natura, & effectibus interlocutoriarum sententiarum edidit haud pauca Tusch. *Præclar. lit. S, concl. III.* à qua regulariter appellare non licet, nisi aut vim habeat definitivæ, aut damnum inferat per definitivam irreparabile. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 10. l. 2. de appellat. recip. l. apertissimi 14. C. de iudic. l. Ante sententiæ 7. C. quor. appellat. non recip. l. 13. tit. 23. p. 3. l. 37. tit. 5. l. 10. tit. 7. lib. 2. l. 3. tit. 18. lib. 4. l. 5. tit. 5. lib. 7. Recop. Azeved. in d. l. 3. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 1. d. princ. Donel. lib. 28. cap. 6. Dueñas reg. 52. Paz in praxi, tom. 2. part. 5. cap. unic. num. 3. Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. ex num. 28. Pichard. *manuduct. ad prax. part. 4. §. II. num. 1. Lancell. de attentat. cap. 12. limit. 1. Tusch. lit. A, concl. 547.**

2 Similiter appellatio recipitur, si interlocutoria afferat damnum, quod difficile per definitivam possit resarciri. Gregor. *Lop. in d. l. 13. gloss. 3. Salgad. d. cap. 1. nu. 232. Scaccia quæst. 17. limit. 6. memb. 8. num. 3.* Idem juris erit, si in totum reparabile non sit. Scacc. *num. 2.* Exempla utriusque exceptionis, tam interlocutoriarum habentis vim definitivæ, quam inferentis irreparabile damnum, exhibent Salgad. & Scaccia, atque Marant. *de ordin. iudicior. part. 6. act. 2. de appellat. ex num. 42.*

3 Inter alia discrimina, quæ inter definitivam, & interlocutoriam sententiam constituuntur, de quibus Marant. *ex num. 140.* illud se nobis offert, nam gesta post appellationem ab interlocutoria non revocantur, nisi causam appellandi justificatam: sed innovata, interposita provocatione à definitiva, ante omnia debent retractari, ut prænotatur supra, *cap. prox. n. 4. Tusch. ubi proximè, à princip. Mascard. de probat. concl. 148. num. 28. Achil. Perlonal. de adipisc. possess. n. 354. Herculan. de attent. cap. 30. n. 198. Marant. nu. 172. Lancell. sup. nu. 2. Scacc. num. 28. & 81. Farinac. prax. quæst. 38. num. 11. Barbosa collect. cap. non solum, num. 7. de appellat. in 6. Salgad. part. 2. cap. 1. num. 223. & part. 3. cap. 18. n. 6. Pichard. sup. §. 16. num. 4.*

Ibi: *Nisi novatio fiat post.*

4 Fallit præfata conclusio, quoties superior inferiori inhibeat; nam quicquid post inhibitionem actum fuerit, ante omnia retractatur. Tusch. *num. 3. Salgad. d. c. 1. n. 224. & d. cap. 18. n. 7. Mascard. ubi proximè, Paz n. 14. Marant. n. 207. Achil. Perlon. sup. Herculan. cap. 31. num. 94. Barbosa n. 3. Scacc. num. 38. Lancell. num. 46.*

5 Fallit secundò, si iudex deferat appellationi, quia sibi manus ita ligat, ut quod deinceps egerit, ante omnia seu attentatum revocetur. Marant. *sup. Perlonal. num. 358. Mascard. num. 30. Scacc. num. 41. Lancell. num. 50.* Tertio, si interlocutoria ad decisionem causæ principalis influxerit, veluti cum in causâ restitutionis in integrum super ætate pronuncietur. Scacc. *n. 168. Salgad. d. cap. 18. num. 7.* Quarto tandem innovata post provocationem ab interlocutoria, ante omnia retractantur, cum hæc vim obtinet definitivæ, aut

Ad Num. 1.

Innovata, pendente provocatione, non debent ante omnia retractari, etsi appelletur ab interlocutoria super articulo: adnexo causæ principalis; sicque explicatur, & ampliatur decisio capituli. *Non solum, §. 1. de appellat. in 6. Scacc. d. limit. 47. memb. 2. n. 10. vers. Declara secundò.* Pro cuius intelligentia subjunge inferius adnotanda, *num. 8.*

Ibi: *Siquidem in hoc distinguitur.*

7 Appellatio à definitiva, causæ, seu gravaminis expressionem non desiderat; non sic cum ab interlocutoria provocatur, quia debet exprimi; alioqui nihil prodest. Marant. *d. act. 2. de appellat. n. 153. Scacc. quæst. 4. num. 25. & 30. Paz sup. d. cap. unic. n. 10. Tusch. lit. A, concl. 360. nu. 1. & 14. Pichard. sup. part. 4. §. 12. nu. 3.* estque specialiter libello gravamen inferendum. Salgad. *part. 2. cap. 2. num. 13.* Sed si interponatur appellatio ab interlocutoria vim definitivæ obtinente, causam allegare non est opus. Paz *ubi proximè, Tusch. n. 23. Scacc. n. 28. Pichard. n. 10.*

Verf. *Alioqui si hæc.*

8 Est communiter receptum, ut iudex à quo appellatur circa articulum non connexum causæ principali, possit ad ulteriora procedere, quantumvis appellationem admiserit, aut per superiorem inhibeat, quia ad hunc non desertur per provocationem aliud, nisi id super quo interponitur. Scacc. *quæst. 17. limit. 47. memb. 2. nu. 12. Lancellot. cap. 20. limit. 2. num. 15.* quod si articulus connexitatem habuerit, suspenditur quoad totam causam iurisdictio iudicis à quo; nihilominus etsi perperam innovet, ea non statim ante omnia revocantur, sed causam appellationis justificatam, nisi vel appellationi detulerit, vel inhibitione superioris astringi contigerit. *Hercul. tract. de attentat. c. 31. n. 34. Villal. Ærar. commun. opin. lit. A, n. 187. Salg. de Reg. protect. part. 2. cap. 17. num. 11. Scacc. latè d. memb. 2. n. 1. 12. & 27. Lancell. c. 12. lim. 2. num. 40. Barbosa collect. cap. Super eo 10. num. 5. de appellat. quando articulus sit connexus causæ principali, exemplis exhibitis docet Scacc. d. num. 10. Adde tradita sup. ex num. 4.*

9 Admonendi sumus, quod iudex potest suam interlocutoriam exequi intra tempus, quo ab ea licet provocare, etsi articulus sit connexus, ac sententia vim obtineat definitivæ. Lancell. *cap. 12. ampliat. II. num. 30. cum seqq. Scacc. d. limit. 47. num. 29. sub memb. 1.*

Ad Num. 2.

10 Quæ iudex exequitur post justam ac legitimam provocationem ab interlocutoria, etiamsi non intercedat inhibito, quoad jus sunt à principio irrita, quamquam id apud nos incertum sit, donec per superiorem causa appellationis decidatur. Accedit Pichard. *part. 4. §. 16. n. 4. Barbosa collect. cap. Super quæstionum, n. 13. de offic. deleg. communis*

munis tamen habet, quod ante inhibitionem sustinentur ut valida, sed prolatâ sententiâ superioris retractantur seu attentata. Lancellot. *d. limit. 2. n. 39.* & alii laudati supra, n. 3. Imò processum factum ea appellatione pendente, non revocari, etiamsi illa justificetur; & revocatio interloquutoria subsequatur, tenet Scacc. adversus Lancellotum *d. limit. 47. memb. 2. num. 11.*

Ad Num. 3.

11. Inhibitio ita describitur: *Est provisio quedam ad jurisdictionem, & jura partium de cætero conservandum, actus contra eam facti nullitatem, & pœnarum incursum inducens, à jure introducta, vel ab habente jurisdictionem ordinariam, aut delegatam, per suam interloquutoriam ex officio, vel ad instantiam partis emanata.* Lancell. *cap. 20. n. 7.* de cujus effectibus quoad attentatorum revocationem, agit Lancellot. *cap. 20. Tusch. lit. I, concl. 140. cum seqq. Mandos. tract. de inhibit. Herculan. de attent. cap. 28. Farinac. in fragment. lit. I, ex num. 312. Salgad. de Reg. prolect. part. 2. cap. 10.* præter alios, quos referunt idem, ac Barbosa *collect. cap. Romana, num. 6. de appellat. in 6.*

12. Ut inhibitio valeat, suosque operetur effectus, canonicè, seu legitime expediri debet, nempe præviâ partis citatione, ac cognitione causæ, qua constat jure provocatum, ut devolutioni ad superiorem locus sit. Trident. *sess. 22. de reformat. cap. 7.* ubi Barbosa *in remission. Salgad. sup. nu. 20.* Achil. Perfon. *tract. de adipisc. possess. num. 355.* Marant. *de ordin. judic. part. 6. act. 2. de appellat. num. 208.* Herculan. *nu. 10.* & alii plurimi apud Salgad. *Barbos. & Mandos. quæst. 18.* ubi quid in praxi, de qua Paz *sup. tom. 2. part. 5. cap. unic. d. num. 13.* sed si non ritè superior inhibuerit, ab eo poterit provocari. Salgad. *num. 14. & 17.* Scacc. *quæst. 3. num. 11.* quamquam à canonica inhibitione appellare non liceat, ut latè per Salgad. *ex num. 2.* post Lancellot. *cap. 20. limit. 2. num. 15.* & licet de jure, præsertim post Tridentinum, nequeat judex superior inhibere antequam constet sibi de probabili causa, ac legitima appellationis interpositione; in praxi obtinuit, ut statim ac de illis cognoscere incipiat, inhibitionem expediat. Barbosa *in remiss. ad d. cap. 7. Concilii, Scacc. quæst. 11. n. 34. art. 4. vers. Ego enim.* De stylo inhibitionum in Cancellariis, videndus Monteros. *in pract. tract. 5. cap. 8.*

Verf. Quartò, hæc inhibitio.

13. Superior potest revocare attentata post suam inhibitionem, etsi appellans appellationi renunciaret, illamve deserat. Barbosa *collect. cap. ult. nu. 43. de appellat.* imò pars ipsa post renunciationem, seu desertionem agere ad revocationem attentatorum non prohibetur. Lancellot. *cap. 12. ampliat. 1. & 2. Salgad. part. 1. cap. 7. n. 29. Mascard. concl. 148. num. 18.* Semperque licet judici, cujus autoritas parvipenditur, iniquè attentata revocare. Lancellot. *cap. 27. n. 7.* & dixi supra, *cap. prox. n. 9.* Hoc ita verum, si judex legitime inhibuerit, alioqui gesta per inferiorem attentata non sunt. Lancellot. *cap. 17. n. 67.* Imò inhibitio non canonica impunè spernitur, nisi ob supremorum judicum reverentiam. Scacc. *quæst. 17. lim. 4. nu. 26. vers. Subrestringe eandem, Lancellot. cap. 20. limit. 1. nu. 3.* De stylo Curie inhibitio

etiam non canonica manus inferioris ligat. Lancell. *d. cap. 20. ampliat. 11.* Processusque nullus habetur, etsi deleratur appellatio. Lancellot. *d. cap. 20. ampl. 2.*

Verf. Quintò, idem erit.

Quamquam per superiorem pronuncietur perperam appellatum, ad rectè judicatum, tamen attentata post inhibitionem jure revocantur. Lancell. *sup. ampliat. 7. Herculan. cap. 29. n. 74.*

Ibi: Verùm generaliter.

Innovata à tertio post appellationem, inhibitionem, seu attentata non retractantur, Barbosa cum aliis *collect. cap. Non solum, num. 12. de appellat. in 6. & prænotatur sup. cap. prox. n. 2.*

Ad Num. 5.

Post appellationem extrajudicialem gesta non revocantur ante omnia, sed pendent, donec superior super principali decidat, ex cujus sententia, aut irrita fiunt, aut consistunt in posterum. Tusch. *lit. A, concl. 547. num. 13. Mich. Grass. commun. opinion. lib. 7. tit. 2. num. 195. Salgad. part. 2. cap. 13. num. 1. Rebuff. tract. non inat. quæst. 17. n. 28. Scacc. quæst. 3. nu. 53. Lancellot. cap. 12. limit. 3. num. 3. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 64. n. 20. Barbosa collect. d. cap. non solum, num. 13.* Nec revocantur ante omnia, quæ innovantur post appellationem contra ipsam. Lancellot. *num. 9. Marant. sup. part. 6. act. 3. de appellat. nu. 401.* De differentiis inter hanc, & judicialem appellationem differunt Salgadus, Scaccia, & Lancellotus. Observatur autem quod judicialis proprie dicitur appellatio; extrajudicialis, provocatio. Salgad. *num. 294. Scacc. num. 33.*

Ad Num. 6.

Utrum nullitas principaliter, vel per exceptionem opposita impediatur sententiæ executionem, & an lite super illa pendente, innovata debeant ut attentata revocari? difficilis quæstionis est, ut ait Lancellot. *cap. 17. num. 2.* ubi latissime, de quibus etiam Scacc. *quæst. 19. rem. 1. concl. 4. & 5. Afm. in praxi judic. §. 32. cap. 2. lim. 1. Vant. tract. de nullit. tit. quot & quib. mod. nullit. ex num. 29. Tusch. lit. N, concl. 135. n. 136.* Ex quibus plenam tractatus cognitionem discere Lector poterit. Est autem nullitas vitium, vel defectus rei gestæ, ob legis transgressionem proveniens. Vant. *num. 1.*

Verf. Tandem in hac quæstione.

Nullitatis jus dupliciter deducitur, vel principaliter de illa agendo ad impugnandum actum, seu sententiam; vel per exceptionem, ad impediendam executionem sententiæ. Tusch. *conclus. 135. nu. 7. Paz in praxi, temp. 12. num. 8. Scacc. d. concl. 3. num. 1. Lancellot. d. cap. 17. num. 7. Marefcot. sup. lib. 2. cap. 121. n. 42. Menoch. de adipiscend. rem. 4. n. 882. & 884. Vant. sup. n. 1.*

Est communis resolutio, quod nullitas principaliter proposita sententiæ executionem non suspendit. Scacc. *d. rem. 1. concl. 4. n. 1. Marefcot. ubi proximè, n. 43. Vant. n. 29. Menoch. n. 882. Azeved. in l. 1. num. 152. tit. 21. lib. 4. Recop. Lancel.*

Lancel. n. 28. Argel. de acquir. possess. quest. 2. art. 1. n. 69. Mandos. tract. de inhib. quest. 24. ubi quod inhibere non licet.

20 At Præsul noster non omnino communi resolutioni assentitur, dum docet quod si pendente lite super nullitate, petatur exequutio, erit deneganda, donec iudicium nullitatis absolvatur. Aliud erit si post petitam exequutionem actio de nullitate proponatur, quia illa nullatenus impediatur. Hanc distinctionem retulit Scacc. n. 2. vers. *Primò advertendum*: sed adversus eam, scilicet non impediri sententiæ exequutionem petitam post iudicium cœptum, ac pendens super nullitate, sustinent Lancellot. disputans ex n. 9. Azeved. ubi proximè, Amat. variar. resol. 36. n. 6. Marecot. n. 44. Scacc. d. n. 2. vers. *Infero ex ea*.

21 Communis sententia limitatur primò, si iudex de nullitate cognoscens inferiori inhibuerit, ne ad exequutionem progrediatur; nam hic superfedere tenebitur. Marecot. sup. num. 45. Scaccia n. 87. Lancellot. n. 32. Sed inhibitionem decerni non posse scribit Mandos. d. quest. 24. Secundò, si notoria sit nullitas ex actis apparens, Argel. sup. Scacc. n. 86. Azeved. in d. l. 1. n. 91. Tertio si ex sententiæ exequutione damnum irreparabile subsequatur, ut in pœna corporali. Mandos. ubi nuper, Lancellot. n. 75. Scacc. num. 74. Alias plures limitationes ministrant Lancell. ex n. 63. Scaccia n. 86. cum seqq.

Ibi: *Quod si novatio facta fuerit.*

22 Si iudex sententiam exequatur, pendente super nullitate causa, non revocabitur ut attentata exequutio, nisi præcellerit superioris inhibitiio. Scacc. d. quest. 19. remed. 1. concl. 4. n. 2. vers. *Secundò advertendum*, Lancell. d. cap. 17. ex n. 39. Sed est satis controversum, an inhibitiio hæc manus inferioris liget, cum sit adversus juris dispositionem, ex præfata communi opinione: de quo Scacc. n. 12. Lancell. n. 64. ac tutius erit adhærere illis, qui opinantur inhibitioni parendum, maximè si per supremum iudicem expediatur; illa enim, sive iusta sive iniusta, est timenda. Marecot. ubi proximè, Lancel. cap. 20. n. 230. Herculan. cap. 28. nu. 3. Tusch. lit. 1, concl. 142. n. 5.

Ad Num. 7.

23 Est prænotandum, quod à sententia nulla licet provocare utilitatem appellationis, ut cum communi resolvit Scacc. quest. 17. lim. 19. nec appellans nullitatis remedio censetur renunciare. Cancer. variar. part. 3. cap. 18. n. 25. Paz in praxi, tom. 1. p. 6. proœm. n. 51. Quando principaliter, aut incidenter nullitas deducta videatur, tradit fusè Scacc. quest. 19. remed. 1. concl. 3. d. n. 3. & cum dicitur, *Ajo sententiam nullam, & si qua est, appello*; nullitatem principaliter deductam sentiunt idem Scacc. nu. 4. Pichard. manud. ad prax. part. 4. §. 17. n. 6. Achil. Person. de adipisc. possess. n. 338. vers. *Sed ibi Vantius*, Villalob. Ærar. com. opin. lit. A, numer. 221.

Vers. Sed etsi verum omnino.

24 Ex suppositione quod nullitate principaliter deducta, iudex non impeditur ad exequutionem procedere, ut fert communis, de qua supra, n. D. de Faria Covar. Enucl.

19. consequitur attentatum non committi, quod possit revocari: sed hoc restringitur quoties simul nullitatis, ac appellationis remedium proponitur; nam, si dum de nullitate discutitur, inferior innovaverit, ut attentata retractabuntur, cum nullitas propter concomitantiam appellationis naturam assumat, causa quoad utramque ad superiorem devoluta. Scacc. quest. 17. limit. 19. n. 12. Lancell. cap. 17. n. 68. Salgad. Lancell. cap. 17. n. 68. Salgad. cum multis cap. 9. n. 233. Contard. in l. unic. lim. 7. n. 53. C. Si de moment. possess. Brederod. de appellat. part. 1. tit. 12. colum. 42. Sed huiusmodi revocationem non ante omnia faciendam, dum appellatio non iustificetur, scripsit Lancell. cap. 12. ampl. 6. n. 3. de quo ambigi poterit, quia cum per appellationem suspensa sit iurisdictio inferioris, quicquid deinceps egerit, ut attentata ante omnia debent revocari, non nullitatis, sed provocationis virtute. Salgad. part. 4. cap. 3. numer. 238.

Ad Num. 8.

Quoties unà cum appellatione actio nullitatis principaliter proponitur, velut si dicat appellans, *Affero sententiam nullam, & si valida, appello*; si ille succubuerit, amplius de nullitate agere prohibetur: quod si incidenter de eadem cognoscatur, vicus non impeditur iterum iudicium de nullitate principaliter repetere, nisi pronunciet superior benè iudicatum, de quo Vant. de nullit. tit. quot, & quib. mod. nullitas, ex n. 36.

Est animadvertendum, quod appellatio simpliciter interposita tacitè causam nullitatis includit, quam sic ad superiorem devolvit, ut de illa cognoscere, ac pronunciare valeat. Scacc. q. 19. remed. 1. concl. 3. n. 10. Pichard. manud. ad prax. part. 4. §. 17. n. 5. Boss. in praxi, tit. de nullit. advers. sent. n. 2. qui laudant alios: quod limitat Scacc. n. 16. si adjiciatur clausula consueta, *Salvo nullitatis jure*. Rursus quæritur, numquid iudex de nullitate cognoscens tantum, possit ut superior sententiam inferioris confirmare, vel reformare: de quo plenè Scacc. q. 11. ex numer. 122. Tusch. lit. A, concl. 394. d. n. 10. Pichard. n. 7. qui affirmat cum aliis.

Igitur ubi principaliter agitur de nullitate simul cum appellatione, si sententia confirmetur, manet jus nullitatis extinctum, etiamsi verè sententia fuerit nulla, quam superior aliquando poterit confirmare. Scacc. c. 11. n. 116. ubi fusè differit ex n. 114. Sed si incidenter de nullitate cognoscat appellationis iudex, ac confirmet sententiam, denuò de eadem agere non licebit, ut D. Covarruias nos docet; nam pronunciare reè iudicatum, nihil aliud est, nisi sententiam confirmare. Ubi verò de nullitate actum non est, licet superior confirmet iudicatum, jus nullitatis permanet illibatum, ut principaliter possit deduci. Tusch. sup. nu. 20. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. n. 294. & part. 3. cap. 18. n. 25. Ac cum superior non confirmat, nec approbat sententiam, sed profert duntaxat, Malè appellatum, superest actio nullitatis illæsa, ut queat proponi, quanquam fuerit incidenter examinata, ut nostro placet Præsidi. Sed in praxi sententia confirmari, reformari, aut revocari solet, nec huic doctrinæ locus relinquitur, quæ an in se vera sit, alii decernant. Vide Tusch. ubi proximè.

V

Vers.

Verf. Quod si deserta.

- 28 Si causa nullitatis accessorie cum appellatione ad superiorem devolvatur, hac deserta, de illa amplius cognitio haberi nequit in ea instantia. Scaccia *quæst.* 15. *num.* 105. & *quæst.* 17. *limit.* 2. *numer.* 130. Mynsinger. *observat.* 77. *cent.* 2. Tusch. *d. concl.* 394. *numer.* 18. Vant. *sup. tit. quoties, & intr. quod temp. num.* 8. *verf. Quidquid tamen.* Idem juris est de renunciatione. Scacc. *d. num.* 130. quod limitatur si notoria sit nullitas, quæ post desertam appellationem prosequi poterit. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 94. Similiter deserta appellatione, antequam super illa pronuncietur, licebit iudici de nullitate cognoscere, si adversarius non opposuerit; nam & causam ipsius appellationis permittitur decidere. Azeved. *in l.* 5. *numer.* 128. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* Iudex tamen ubi notorie constat de desertione, potest ex officio eam declarare. Marant. *de ordin. judicior. part.* 6. *act.* 2. *de appellat. n.* 409. qui à *nu.* 410. plenè tradit, ac docet quando appellatio deserta censeatur.
- 29 Licet appellationis desertor non audiatur, si eam repetere intendat, nihilominus agere poterit de nullitate in eadem appellatione incidenter inclusa. Tusch. *lit. A, concl.* 394. *n.* 18.

Verf. Verùm ubi nullitas.

- 30 Quoties nullitas æquè principaliter cum appellatione proponitur, etsi hæc desertione, vel renunciatione extinguatur, iudicium illius jure peragitur, & hoc discrimen inter nullitatem principaliter, ac incidenter intentatam, observant omnes laudati supra, *numer.* 28. Sub qua distinctione est accipiendum quod docuit Azeved. *in l.* 2. *n.* 20. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* scilicet perempta appellationis instantia, nullitatis quoque perire.
- 31 Quis iudex de nullitate cognoscat, tradidit Vant. *tit. coram quo possit, &c.* De desertione appellationis placet, ut iudex à quo super illa valeat pronunciare, aut pronunciatione prætermissa, ad sententiæ executionem procedere: quod ita verum est, nisi pars coram superiora comparuerit; tunc enim apud ipsum de desertione agendum, nec se intromittere inferiori licebit. Marant. *sup. num.* 200. Azeved. *in l.* 2. *n.* 40. *tit.* 18. *lib.* *Recop.*

S U M M A R I U M.

- 1 Nullitatis exceptio quando sententiæ executionem impediatur.
- 2 Non suspendit executionem trium sententiarum conformium.
- 3 In Cancellariis Hispaniæ executio sententiæ revisionis non suspenditur, objecta nullitate, nisi procedat à defectu primæ citationis, & n. 26.
- 4 Idem erit cum prima sententia de jure executioni tradi debet.
- 5 Limitatur decisio Clementinæ I. de sent. & re judic. & conclusio posita supra, n. 2. ut non procedat si nullitas notorie appareat ex actis.
- 6 Item si probetur in continentibus.
- 7 Item in panis corporalibus, aut si aliàs retractari non possit executio.
- 8 In criminalibus locum habet præfata constitutio, si pœna solum pecuniaria imponatur.

- 9 Tres sententiæ conformes censentur, etsi non continuè pronuncientur, & aliqua interponatur diversa.
- 10 Decisio dictæ Clementinæ I. procedit tam in sententiis diffinitivis, quàm interlocutoriis.
- 11 Non procedit quoad tertium, qui de nullitate dicere non vetatur.
- 12 Nullitas ex defectu jurisdictionis suspendit executionem triplicis sententiæ conformis.
- 13 Quamvis statuatur, ne exceptio nullitatis audiri possit, semper intelligitur excepta que oritur ex jurisdictionis defectu.
- 14 Jure nostro Regio intra sexaginta dies nullitas opponi debet; sed si iudex termino præterito admiserit agentem, de ea pronunciare debet.
- 15 Jurans se non dicturum de nullitate, licitè opponit ex defectu jurisdictionis procedentem.
- 16 Explanatur axioma, Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, ne obstat traditis, n. 14. & n. 17.
- 18 Exceptio nullitatis, quia sententia prolata fuit per iudicem, cujus jurisdictionis erat impedita, non suspendit trium sententiarum conformium executionem: secus si pronuncietur à nullam habente jurisdictionem.
- 19 Sententiâ prolata per delegatum ex rescripto ab excommunicato impetrato, exceptio nullitatis opponi potest contra tres sententias conformes, ut executio differatur.
- 20 Si duplex sententia conformis existat, & à posteriori appellatio deserta declaretur, non sunt tres sententiæ conformes.
- 21 Quid si duæ sententiæ conformes nullæ declarentur, & ab hac declaratione sit provocatum, iudexque revocet sententiam declaratoriam nullitatis, an sint tres sententiæ conformes.
- 22 Si sententiam nullam iudex superior confirmet, non erit duplex sententia, sed pro unica reputabitur.
- 23 Ad conformitatem sententiarum non exigitur, ut una aliâ confirmetur.
- 24 Si ultima sententia quoad principale præcedentes confirmet cum aliquo novo gravamine, an suspendatur executio opposita nullitatis exceptione.
- 25 Quid si tertius iudex confirmans duas sententias conformes, absolvas à fructuum restitutione, de quibus anteriores iudices nihil decreverunt, solum de re petita reddenda judicantes.
- 26 In Cancellariis nostris supplicatio admittitur à sententia revisionis quoad novum gravamen.
- 27 Ubi nulla expensarum in sententia fit mentio, an damnatus ab eis censeatur absolutus, remissivè. Si iudex tertius expensarum faciat condemnationem pro instantiis antecedentibus, in quibus fuerat omissa, licebit damnato provocare, ibid.
- 28 Non sunt sententiæ conformes, si in quantitate discordent: quod declaratur, & n. 29.
- 30 Petita in integrum restitutione, an sententiæ executio suspendatur, ubi scilicet tres conformes præcesserunt.
- 31 Sententiæ Principis executionem non remoratur postulata in integrum restitutio.
- 32 Clericus triplici conformi sententia damnatus numquid gaudebit privilegio capitis Odoardus, de solut.
- 33 Ubi ex lege non appellatur à sententiis duabus conformibus, utrum de nullitate dicere permittatur juxta Clementinam I. de re judic. & n. 34.
- 34 A sententia Principis non appellatur, sed de nullitate dicere licet.

CAPUT

CAPUT XXV.

Ad Num. 2.

1 Exequutionem sententiæ non remoratur nullitatis exceptio, nisi summarie de ea constare possit, sive ex actis ipsis, sive ex probationibus in continenti oblati. Tusch. *Præct. conclus. lit. N, concl. 135. num. 5.* Cancer. *variar. part. 3. cap. 18. n. 25.* Scaccia *de appellat. q. 19. remed. 1. concl. 5. n. 1. & 23.* Azeved. *in l. 1. n. 9. tit. 2. lib. 4. Recop. Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 3. n. 51. & part. 4. cap. 3. n. 232.* Argel. *de acquir. possess. quæst. 2. art. 1. n. 69.* Mascard. *de probat. conclus. 686. num. 1.* Amat. *variar. resol. 81. nu. 10.* Bossius *de nullit. advers. sentent. n. 4.* Lancelot. *de attentat. cap. 17. n. 93.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de exequut. rei judic. ex n. 1. & 10.* quam conclusionem fuse ampliant, & restringunt Scaccia *d. concl. 5. per tot.* Lancelot. *d. n. 95.* Trentacinq. *d. num. 11.* Tunc verò censetur summarie, ac in continenti probata nullitatis exceptio, cum nec juris solemnitate, nec prolixum tractatum desiderat. Lancelot. *num. 111.* at rectius id iudicis arbitrio relinquit Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 9. n. 5.* Scacc. *sup. concl. 4. d. num. 65.*

Ad Num. 1.

2 Nullitatis exceptio non impedit exequutionem trium sententiarum conformium. Menoch. *sup. num. 1.* Petr. Barbosa *in l. Peremptorium. n. 51. de judic. Ant. Gab. commun. lib. 2. tit. de exequut. rei judic. concl. 1. ex n. 1.* Guazzin. *de defens. reor. defens. 37. cap. 4. numer. 1.* Azeved. *num. 95.* Salgad. *part. 3. cap. 9. n. 22.* Mascard. *nu. 3.* Pichard. *manuduct. ad præx. part. 4. §. 3. nu. 5.* Gratian. *disceptat. cap. 42. n. 1.* Cævall. *comm. cont. comm. quæst. 808. numer. 98.* Aug. Barbosa *collect. Clem. 1. n. 2. de re judic. Molin. de just. & jur. tract. 2. disput. 571. num. 23.* Trentac. *num. 3. & prænotavi supra, cap. 15. num. 52.*

Ibi: Sic lege regia sancitum.

3 Post revisionem causæ in nostris Supremis Prætoris non licet superato nullitatis exceptionem objicere, ut sententiæ exequutionem suspendat, etsi notoria sit, ex actis patens, ex jurisdictionis defectu, vel undecunque proveniens, *l. 4. & 11. tit. 17. lib. 4. Recop.* excipitur tamen si prima citatio fuerit prætermissa. Azeved. *in d. l. 4. numer. 1.* Gutier. *præct. lib. 1. quæst. 69. numer. 10.* Cur. Philipp. *part. 4. §. 5. numer. 10.*

Ibi: Sed in eo casu.

4 Quoties sententia per Prætorii supremi iudices prolata ante revisam causam exequutioni mandari debet, nullitatis oppositio id minimè impedit, ut expressim cavetur eadem lege quarta, quam condidit Philippus II. anno 1565. ut observat ibi Azeved. *num. 5.* Cur. Philip. *ubi proximè.* Prima verò, aut secunda supplicatione pendente, si de nullitate excipiatur, in definitivam reservatur, *d. l. 4. §. 1. ubi Azeved. num. 12. & in h. l. n. 97. tit. 21. lib. 4. Recop. Pichard. dict. part. 4. §. 17. num. 5.*
D. de Faria Covar. *Enucl.*

Decisio Clementinæ I. *de sent. & re judic. 5* de qua supra, *numer. 2.* suis subjicitur restrictionibus. In primis exequutio trium sententiarum conformium impeditur exceptione nullitatis notoriæ, quæ constet ex actis. Tusch. *lit. C, concl. 374. numer. 2.* Petr. Barbosa *sup. numer. 52.* Marecot. *variar. lib. 2. cap. 121. numer. 38.* Gratian. *numer. 2.* Ant. Gab. *n. 6. vers. Contrarium, Scacc. numer. 23.* Mascard. *numer. 5.* Aug. Barbosa *num. 4.* Gutier. *nu. 6.* Salgad. *part. 4. cap. 3. num. 233.* Guaz. *num. 2.* Azeved. *in d. l. 1. num. 93. & in l. 2. num. 34. tit. 17. lib. 4. Recop.*

Ibi: Ex quibus ut propriè.

Omnes ferè prælaudati, ac plures alii in ea **6** sunt opinione, ut ad impediendam ejusmodi exequutionem sit satis, quod nullitas incontinenti probetur, etsi ex actis non appareat, ut expressit Argel. *sup. num. 74.* At probationem non fore impedimento, quanquam in continenti offeratur, ut exequutio non sortiatur effectum, tenent Salgad. *part. 3. cap. 16. nu. 26.* Mascard. Scacc. Azeved. Gutier. uterque Barbosa *ubi proximè,* Guaz. cum aliis *numer. 6. vers. Bene verum est,* qui solum nullitatis ex actis notoriæ meminerunt. Idem Scacc. *concl. 4. num. 71.*

Vers. Secundò constat.

Subsequitur alia limitatio, etenim si exequutio **7** retractari non possit, velut in pœnis corporalibus, superfedendum erit objecta nullitatis exceptione, nisi fraudulenter opponatur. Bossius *d. tit. de nullit. advers. sent. n. 10.* Guaz. *n. 3.* Scacc. *quæst. 19. remed. 1. concl. 4. numer. 76.* Lancelot. *d. cap. 17. n. 98.* Cancer. *sup. part. 3. cap. 18. num. 25.* Cævall. *quæst. 808.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de exequut. rei judic. resol. 1. numer. 7.* Gutier. *de juram. confirm. part. 2. cap. 17. n. 33.*

Ad Num. 3.

In criminalibus etiam locum obtinet dispositio **8** dictæ Clementinæ I. si pœna pecuniaria, vel alia retractabilis imponatur, de quo agit Guazz. *d. defens. 37. cap. 4.* Idem juris videtur, si damnum inferendum difficile, aut non in totum queat resarciri, ex præmissis supra, *cap. prox. n. 2.* quia suspendetur exequutio.

Vers. Quartò animadvertendum.

Ut tres sententiæ censeantur conformes, non **9** est opus continuo pronuntiari, nec contraria interposita obstat, ne illæ suos assequantur effectus. Tusch. *lit. S, concl. 172. numer. 15.* Ant. Gab. *d. concl. 1. numer. 12.* Guaz. *d. defens. 37. cap. 1. numer. 2.* Salgad. *part. 3. cap. 16. numer. 22.* ubi latè, Scacc. *quæst. 17. limit. 1. ex numer. 20.* Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de appell. resol. 16. numer. 10.* Quando sententiæ conformes habeantur, tradidere Tusch. Trentacinq. & Ant. Gab. præter laudatos supra, *cap. 15. num. 51.*

V 2

Vers.

Verf. Quintò, est eadem.

10 Quæ præmissimus de nullitate opposita triplici sententiæ conformi, exaudiri debent tam de diffinitivis, quam interlocutoriis. Salgad. *part. 2. cap. 16. n. 19. Scacc. quæst. 19. remed. 1. concl. 4. n. 5. Ant. Gab. d. concl. 1. ampl. 8. n. 15. & in simili Azeved. in l. 5. numer. 1. tit. 17. lib. 4. Recop. Scacc. quæst. 17. lim. 6. memb. 6. n. 34.* Sententiæ enim appellatione & interlocutoria regulariter continetur, ut præhabita disputatione, resolvit Barbosa *tract. de appellat. verbor. signific. appell. 242. à princ.* apud quem plures. Scaccia *memb. 7. n. 33.* Illud oportet adnotare, quod inter diffinitivam, & interlocutoriam sententiam conformitas quoad effectus, de quibus agimus, non reperitur, & licet omninò conveniant, non dabitur locus Pontificiæ Constitutioni. Tusch. *lit. S, concl. 172. nu. 31. Guaz. sup. cap. 2. n. 5.*

Verf. Sextò illud in controversiam.

11 Tertius contra tres sententias conformes de nullitate dicere non prohibetur. Azeved. *in l. 2. num. 44. tit. 17. lib. 4. Recop. Scacc. quæst. 19. remed. 1. concl. 4. n. 98.* ubi plures ultra laudatos per me supra, *cap. 15. n. 53.* at D. Covar. *ibi, n. 9.* distinctionem expendit, quem conclusas.

Ad Num. 4.

12 Adjungitur tertia limitatio ad d. Clem. 1. cum scilicet objicitur nullitas ex defectu jurisdictionis, quæ triplicis sententiæ conformis executioni obstat. Tusch. *lit. C, concl. 374. n. 5. Franc. Marc. part. 1. decis. 469. in fin. Marefcot. d. cap. 121. n. 39. Mascard. concl. 486. n. 4. Barbosa collect. Clem. unic. de sequestrat. possess. & fruct. in fin. & tract. de claus. claus. 131. n. 13. Scacc. qu. 19. rem. 1. concl. 5. n. 45. Gutier. pract. qu. 96. num. 8. Lancellot. cap. 17. n. 101. Trentacinq. sup. n. 8. Vant. de nullit. tit. quoties, & intr. quod temp. n. 5. Azeved. in l. 2. num. 27. tit. 17. lib. 4. Recop.*

Ibi: Sublata nullitatis exceptione.

13 Quoties statuto exceptio tollitur nullitatis, non censetur sublata quæ ex defectu jurisdictionis procedit. Salgad. *part. 4. cap. 3. n. 124. Guaz. d. defens. 37. cap. ult. n. 6. & 7. Villalob. Errar. rom. opin. lit. N, n. 61. Tusch. lit. S, concl. 150. nu. 3. Vant. sup. tit. de nullit. ex defect. jurisd. n. 4. Padill. in l. 1. numer. 31. C. de jur. & fact. ignor. Gutier. ubi proximè, Azeved. in d. l. 2. n. 28.* Quod pariter procedit, sive absolute auferatur, sive certo præfinito tempore ad opponendum de nullitate ultra id prohibita. Barbosa cum aliis *ubi proximè, num. 48.* nunquam enim exclusa existimatur, nisi expressim illius mentio fiat. Barbosa *collect. cap. at si clerici, n. 3. de judic. Azeved. in l. 4. verb. de incompetencia, tit. 17. lib. 4. Recop.*

Ibi: Qua ratione dicta lex 2.

14 Jurè nostro Regio nullitatis exceptionem objicere non licet lapsis sexaginta diebus, à quo

sententia prolata, vel ut aliis placet, intimata est. Azeved. *in d. l. 2. n. 42. Gutier. sup. numer. 9. Paz in praxi, temp. 12. n. 8. Padill. ubi proximè, Salgad. d. cap. 3. nu. 125. Mexia ad l. Tolet. in resp. ad prim. fund. part. 2. n. 12. Bern. Diaz. reg. 251. Didac. Per. in l. 2. verf. Limitatur secundò, tit. 15. lib. 3. Ordin.* Sed si iudex post præscriptum tempus admiserit dicentem de nullitate, super ea pronuntiare tenebitur. Villalob. *sup. n. 59. in fin.*

Adeo verum est, numquam sub generalitate¹⁵ verborum nullitatem ex defectu comprehendi jurisdictionis, ne objici possit, ut etsi quis iurando se astringat ad non allegandam nullitatem, illam absque perjurii labe objicere queat, si ex incompetencia iudicis descendat. Barbosa ex aliis *ubi proximè, Azeved. in d. l. 2. n. 27. Bern. Diaz. ubi sup.*

Ibi: Quia ubi exceptio principaliter.

Refragatur resolutioni traditæ *nu. 14. illud*¹⁶ axioma, *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, ex lege Purè 5. §. ult. de dol. except. de quo Barbosa axiom. 28. n. 3.* Unde cum lege regia agere de nullitate concedatur infra dies sexaginta, perpetuò de eadem excipere licebit: cui cum D. Covar. satisfaciunt Azeved. *in l. 2. n. 42. tit. 17. lib. 4. Recop. & Gutier. d. quæst. 96. n. 4.* asserentes id verum, quando non competit, nisi exceptio mera: non ita si actio tribuatur simul cum exceptione, certo coarctata tempore; nam illà exclusà lapsu fatalium, & hæc perempta intelligitur, ut in restitutione in integrum, & similibus evenit: quam distinctionem probant Barbosa *ubi proximè, Ant. G. on. variar. lib. 1. cap. 11. n. 20. Olivvald. ad Donnell. lib. 22. cap. 2. lit. P, Carleval. videndus omninò de judic. tom. 2. disp. 16. num. 9.*

Verùm eam Carlevalius impugnat, & qui¹⁷ dem ex præcitato textu, ac axiomate supponitur concursus actionis, & exceptionis, ita ut qui aliquandiu agendi habuit facultatem restrictam ad tempus, post illud perpetua exceptione juvetur, quod pro regula traditur, quæ in restitutionis, nullitatis, & similibus auxilio debebat observari: quapropter aliter posset distingui, ut aliud sit actionem tempore perituram concedere, & aliud juris remedium prorsus excludere. Priore casu locum obtinet decisio dicti §. ultimi: posteriori non utique, sed præterito termino ad agendum, & excipiendi potestas extinguitur, sicut contingit in restitutione minorum, querela inofficiosi, ac nullitate de Jure Regio in quibus jura vetant post præfinitum tempus illis auxiliis uti, atque ita dum lex regia prohibet ultra sexaginta dies de nullitate dicere, sub ea verborum generalitate etiam exceptionem complectitur, & explodit, ut animadvertit Azevedus, alioqui lex solum verbis foret imposita; quid enim refert quoad effectum, si nullitas per actionem, aut exceptionem deducatur, cum utroque modo finis litium non subsequatur, quem lex desiderat, de quo Scacc. *quæst. 19. concl. 4. à n. 46.*

Ibi: Nullitas siquidem.

Hujus concordie ad glossas inter se dissentientes meminerunt Azeved. *in d. l. 2. n. 27. Gutier. sup. n. 9. Guaz. de defens. reor. def. 37. cap. 4. in fin.* Licet enim iudex nulliter proferat sententiam,

tiam, cujus iurisdictione impeditur, veluti per canonicam inhibitionem, Herculan. *de attentat. c. 28. n. 19. & 20.* Lancellot. *sup. cap. 20. ampliati. 10.* huiusmodi tamen nullitas non oberit executioni trium conformium sententiarum. Aliud juris erit, cum sententia fertur ab illo, qui prorsus caret iurisdictione, ut in exemplo quod statim subicitur.

Verf. Hinc sanè deducitur.

- 19 Cùm rescriptum ad lites per excommunicatum, vel alium ipsius nomine impetratum, ipso jure sit nullum, *cap. 1. de rescript. in 6.* ubi Barbosa *in collect.* pluribus laudatis multipliciter ampliati, iurisdictionem aliquam conferre nequit delegato; ideo ab eo prolata sententia ita irrita habetur, ut si de nullitate opponatur, trium conformium executioni obstat exceptio, juxta pronuper traditam distinctionem.

Ad Num. 5.

- 20 Si duæ pronuntientur sententiæ concordēs, & à posteriore appellatio interponatur, licet ea deserta declaretur, tres non censentur conformes, ut nullitatis exceptio excludatur. Salgad. *part. 3. cap. 16. n. 46.* Tusch. *lit. S. concl. 172. n. 27.* Scaccia *quest. 17. limit. 1. n. 22.* Trentac. *variar. lib. 2. tit. de appellat. resol. 16. n. 6.* Et quanquam aliud tenuerit cum aliis Guaz. *suprà, n. 5.* non est tamen recedendum à præfata resolutione, cum iudex de desertione pronuncians, de meritis causæ non cognoscat, ut possit præcedentes sententias proprio iudicio confirmare.

Verf. Nondè ex proxima interpretatione.

- 21 Si adversus duplicem sententiam conformem de nullitate sit actum, & iudex nullas eas declaret, à quo pars provocavit, ac superior revocans istam præcedentes sententias confirmavit, distinguitur: nam aut iudex tertius media appellatione cognovit simul de nullitate, & erunt tres sententiæ conformes: aut separatim de nullitate habuit cognitionem, & non computabitur ultima sententia cum duabus super principali prolatis, de quo fusè agentes Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 16. à n. 50.* Scacc. *sup. quest. 17. limit. 1. n. 24. cum seqq.* Thesaur. *decis. 122.* Guazzin. *numer. 2. & 3.* Tusch. *nu. 29.* Trentacinq. *numer. 5.*
- 22 Est animadvertendum, quod etsi superior sententiam nullam confirmet (sicut potest,) Scacc. *quest. 11. ex n. 114.* Guazzin. *defens. 36. cap. 27. n. 1.* non tamen erit duplex sententia conformis, sed pro unica computabuntur. Scacc. *d. limit. 1. n. 30.* Aliud tenet Trentacinq. *numer. 9.*
- 23 Præterea notandum, quod ad conformitatem sententiarum opus non est, quod una aliam confirmet; sat etenim erit, ut quoad substantiam decisionis convenient. Barbol. *collect. 1. in fin. de re iudic.*

Ad Num. 6.

- 24 Quando ultima sententia anteriores confirmat tacite, vel expresse, aliquo gravamine adjecto, veluti restitutionis fructuum, quorum condemnatio fuerat omissa à primis iudicibus, qui rem reddendam auctori duntaxat decreverunt, quoad hoc, non obstat appellatio, aut nulli-

tatis objectione, sententia illicò executioni mandabitur, quoad fructus verò superfedebitur. Scacc. *d. limit. 1. nu. 31.* Salgad. *d. cap. 16. numer. 30.* Thesaur. *sup. nu. 30.* Contard. *in l. uniz. limit. 19. n. 16.* C. *si de moment possess.* Ant. Gab. *sup. tit. de execut. rei iudicat. concl. 1. ampliati. 2. n. 5.* Tusch. *lit. S. concl. 172. numer. 21.* Ratio patet, nam ad rei restitutionem sunt tres sententiæ conformes; ad fructuum unica.

Quod si aliquis ad rem cum fructibus egerit, ac in duabus sententiis iudices condemnationem eorum prætermiserint, damnantes reum ut rem petitam reddat, tertiusque iudex illas confirmet, à fructuum petitione absolvens, nequibit actor provocare, tum quia jam de illis est actum: tum quod non infertur novum gravamen, siquidem per priores sententias reus à fructuum præstatione censetur absolutus, sicut ex aliis observavimus *Variar. lib. 1. cap. 3. numer. 3.*

Ibi: Qua opinione passim.

Licet regulariter apud nos à sententia revisionis in Supremis Tribunalibus supplicatio non admittatur; id tamen fallit quoties in illa novum aliquod gravamen adicitur, de quo nullatenus actum est. Azeved. *in l. 2. n. 1. tit. 19. lib. 4. recop.* Paz *in praxi, tom. 1. part. 6. cap. 2. n. 10.* Cur. Philip. *part. 3. §. 4. numer. 6.* Monter. *in practic. tract. 5. cap. 3. n. 6.*

Ibi: Ubi petitiæ sunt expensæ.

De more petitio expensarum cujusque actionis libello inferi solet. Sed quoad rem, de qua agitur, opus non est inquirere, si nulla earum in sententia mentio fiat, an mera omisio, vel absolutio ab ipsis videatur: de quo latè Guaz. *defens. 36. cap. 25. & 26.* Scacc. *quest. 17. limit. 21. ex n. 34.* ideo interjecta ea disputatione, asserendum est quod quotiescunque in ultima sententia sit illarum condemnatio quoad præcedentes instantias, jure poterit provocare damnatus, quia novum experitur gravamen, etiam si non censeatur per taciturnitatem anteriorum iudicum ab eisdem absolvi. Salgad. *d. cap. 16. ex n. 35.* Scacc. *d. quest. 17. limit. 1. n. 45.* ac de expensis fusè agendum infra, *sup. cap. 27.* Respectu novi gravaminis tertio provocare licet. Trentac. *variar. lib. 2. tit. de appellat. resol. 16. n. 4. & 8.*

Verf. Undecimò, prædictæ Clementine.

Non sunt conformes sententiæ, quæ discrepant inter se quoad quantitatem condemnationis, ut si prima ad centum, secunda ad octuaginta, & tertia ad sexaginta damnaverit, nisi victor minori summa contentus executionem petierit, cui nullitatis exceptio objici nequibit, de quo diversæ sunt opiniones, videre licet apud Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 16. ex n. 60.* Scacc. *d. limit. 1. n. 31. & de iudic. lib. 1. cap. 2. n. 576. verf. confirmatur,* Tusch. *lit. S. concl. 172. à n. 3.* Guaz. *defens. 37. cap. 1. n. 11.* Urtill. *ad Afflict. decis. 362. numer. 1.* Trentacinq. *numer. 7.*

Inde deducitur, non esse audiendum actorem, si intendat, quantitate minima exacta ab ultima sententia pro reliquo provocare, etiam dissentiant haud pauci, qui adversus D. Covarr. tenent. Illud prætermittendum non est, quod si actor à senten-

tia hac ultima appellaverit, non prohibebitur reus illius adhærere appellationi, licet aliàs provocare non valeret: quoniam regulare est, ut prohibitus appellare, possit adversarii adhærere appellationi quoad ea solum super quibus provocatum est. Salgad. *sup. n. 65. Scacc. d. limit. 1. ex n. 50. & faciunt ad præmissa per me adnotata Variar. lib. 1. cap. 2. à n. 29.*

Ad Num. 7.

30 Litis pendentia super restitutione minoris, vel cujusque privilegiati, non remoratur executionem trium sententiarum conformium, quod est satis controversum, ut constat ex traditis per Scacc. *q. 19. remed. 2. ex num. 95. & Lancellot. sup. cap. 18. à n. 81.* qui limitat si in continenti de læsione apparuerit, cui subscribunt Flor. Diaz *Practicar. lib. 1. q. 5. n. 58.* Joan. Garc. *de Nobilit. gloss. 6. §. 2. n. 18.* Azeved. *in l. 2. num. 4. tit. 19. lib. 4. Recop.* Quando restitutio in integrum postulata sententiæ executionem impediatur, ex professo docent Flores Diaz, ac Lancellotus, Instrumenti publici executionis suspenditur, si intra decennium læsio comprobetur. Azeved. *in l. 1. nu. 175. tit. 21. lib. 4. Recop.* ubi quod eadem impediunt instrumenti executionem, quæ sententiæ.

Ibi: Quia sententia Principis.

31 Sententia Principis executioni traditur, etiam si adversus illam in integrum restitutio postuletur. Joan. Garc. *sup. num. 22.* Flor. Diaz. *n. 60.* Cald. Pereyra *in l. si curatorem, verb. Per quod, n. 26. C. de in integr. restit.* Lancell. *ex num. 101.* Barbosa *collect. cap. Suscitata, n. 3. cod. tit.* Verùm hæc, ac præcedens resolutio venit restringenda, si ex executione damnum inferretur irretractabile, ut in simili observat Marant. *de ordin. judicior. part. 6. act. ult. n. 58. & colligitur ex præmissis supra, n. 7.*

Verf. Decimotertiò.

32 Controvertitur, utrùm Clericus in Sacris triplici sententia conformi in causa civili damnatus, si inopiam probet, gaudeat privilegio capitis. Odoardus, *de solution. ut scilicet non teneatur, nisi quatenus commodè solvere possit, nec excommunicari, aut in carcerem detrudi ob æs alienum permittatur, ut videre est apud Barbof. in collect. ibi, numer. 16. & apud me Variar. lib. 1. cap. 2. nu. 70.* Affirmativam cum Præsidi nostro sustinent Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 571. n. 23.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 2. cap. 27. nu. 31.* & alii apud Barbofam, qui ait non concedi istud beneficium quoad solutionem expensarum.

Ad Num. 8.

33 Constitutio dictæ Clementinæ I. ampliatur, ut sit servanda etiam cum ex lege vel statuto à duabus sententiis conformibus non licet provocare, quoniam nec exceptio nullitatis earum executionem impediatur. Salgad. *d. cap. 16. n. 69.* Scaccia *quæst. 17. limit. 1. nu. 67. & quæst. 19. remed. 1. conclus. 4. n. 4.* qui alios laudare.

34 Verùm mihi satis dubia ea videtur ampliatio; nam cum ea constitutione novum jus inducatur, ut correctoria restringi debet, ipsius forma ad unguem observata, argumento legis *Præcipimus*

32. *in fin. C. de appellat. nec de casu ad casum extendi permittitur, maximè diversitatis militante ratione, ut cum pluribus tradidi Variar. lib. 1. cap. 14. n. 8.* Cum igitur lex numerum trium sententiarum desideret, quare duas sufficere asseverabimus, quod tacite videtur exclusum. Præterea illud decretum nititur fraudis præsumptione in opponente nullitatem, ex conformitate trium judicum, quæ non ita urget, cum duæ tantum sententiæ præcesserunt. Nec facit ad rem prohibitio appellationis, quoniam non valet augere, aut generare malitiæ conjecturam, ut propter illam nullitatis dicendæ auxilium denegetur, contra communes juris antiqui regulas, quibus appellare prohibitus, ad dicendum de nullitate admittitur. Scac. *de appellat. quæst. 17. limit. 1. n. 55. & quæst. 19. concl. 2. n. 1. verf. Est tamen, apud quem alii.* Guaz. *defens. 36. cap. 19. n. 7.* Quod sine exceptione procedit, ita ut licet à sententia Principis provocandi nulla sit concessa facultas, tamen adversum ipsam de nullitate dicens audiatur. Scacc. *quæst. 19. remed. 1. concl. 2. num. 10. & de qua nullitate agere liceat, declarat à num. 19.* Vant. *de nullit. tit. an qualibet sententia, n. 12. & 13.* Lancellot. *de attentat. cap. 17. n. 59.*

S U M M A R I U M.

1. De recusatione scribentes congeruntur.
2. Recusatio definitur, & qui iudices recusari possunt.
3. Recusatio in omni causa locum habet, ac cuique permittitur, & an per Principem possit prohiberi.
4. Iudex ordinarius recusatus non removetur à causæ cognitione, sed socium sibi adiungit de jure communi, & nostro Regio: quod limitatur n. 6.
5. Adjunctus recusatus an excludatur, & causa recusationis sit exprimenda.
7. Delegatus ad universitatem causarum abstinere non debet à causæ cognitione, sed socium assumit: secus in delegato ad specialem causam, de jure communi.
8. Jure Canonico omnis iudex per recusationem à cognitione prorsus excluditur.
9. Nostro regio jure nullus iudex recusatus prohibetur de causa cognoscere, adjuncto suscepto: quod limitatur n. 10.
11. Ratio traditur, cur iudices Cancellaria, & alii recusati omnino removeantur, & inferiores non utique, & n. 12.
13. Ad recusationem iudicis ordinarii iusjurandum partis de suspitione sufficit.
14. Quando in recusatione desideretur causarum expressio, vel non, traditur regula generalis, & n. 15. & 16.
17. Recusationis causæ unde originem trahant.
18. Non solum iudices, sed & alii publicis muneribus fungentes possunt recusari.
19. Iudex quo tempore recusari possit de Jure Canonico, & communi, & n. 20. 29. & 30.
21. Exceptiones admittuntur post tempus prænitum ad eas objiciendas, si pars juramento testetur, antea in ipsius notitiam non pervenisse.
22. Exceptio dilatoria utrum admittenda de jure regio, lite jam contestata, & n. 23.
24. Advocatus afficitur pœna, qui post litem contestationem opponit dilatoriam.

- 25 *Quæ exceptiones post litem contestatam dilatorie obijci queant.*
- 26 *Exceptio peremptoria utrum in quovis iudicii statu admittatur de jure nostro, & communi.*
- 27 *Recusatio inferioris iudicis apud nos quando allegetur, & n. 28.*
- 30 *Utrum recusans iudicem, audiatur post conclusionem, & num. seqq.*
- 33 *Dilatoria, quæ orta est post litem contestatam, tunc proponi poterit.*
- 34 *Exceptio peremptoria post conclusum in causa num admittenda, & num. 35.*
- 36 *Praxis Hispania in recusandis iudicibus Regalium Prætoriorum, remissivè.*
- 37 *Utrum ea praxis, & pœna legis in non probantes recusationis causas, observari debeat in recusatione patroni Fisci, & num. seqq.*
- 40 *Apud nos recusatio semper admittitur, modò sententia pronunciata non sit.*
- 41 *Judex Regii Prætorii intra quod tempus debeat recusari de Jure Regio.*
- 42 *Adversus omisam recusationem an minor sit restituendus, & num. 43. & 47.*
- 43 *Minor an restituatur ad accusandum.*
- 44 *Non restituitur ad obijciendos defectus contra electum.*
- 45 *Quid quoad retractum.*
- 46 *Utrum locus sit restitutioni adversus omisam allegationem dilatorie exceptionis.*
- 48 *De stylo recusationis iudicium in foro Ecclesiastico.*
- 49 *Qui eligant arbitros, ut de causa recusationis cognoscant.*
- 50 *Causa omisam cum clausula, Quod si non omnes interesse, &c. uno ex delegatis recusato, reliqui de causa recusationis habent cognitionem.*
- 51 *Quid si apponatur clausula, Et eorum cui libet, an arbitri eligendi, & n. 52. & 54.*
- 53 *Causam delegatam cum clausula, Et eorum cui libet, an omnes simul procedere valeant.*

Greg. n. 29. & alii ex prælaudatis, pluresque congerit Barbosa in d. cap. Cum inter, n. 3. ideo regulariter omnes iudices recusationis obijci subjiciuntur Petr. Greg. nu. 22. Carrasc. n. 3. Cabed. part. I. decis. 64. n. 3. Guaz. cap. 19. ex num. 11. Molin. n. 16. exceptis tamen Summis Principibus, Concilio Generali, Inquisitoribus in Fidei causis, de quibus latè Carrasc. ex num. 19. Sed & iudex, quem sibi aliquis impetravit, aut elegit, nisi causa postea supervenerit, recusari ab ipso nequit. Greg. Lop. in l. 8. gloss. 7. tit. 10. part. 3. Petr. Gregor. ubi proximè, Mascard. numer. 42. Barbosa collect. cap. Super questionum, num. 5. de offic. deleg. Morl. n. 190. Molin. n. 1.

Ad hæc recusatio in omni causa, sive civili, sive criminali permittitur, ut ex præcitatibus iuribus, ac Interpretibus constat: nulli litiganti denegatur, ita ut & excommunicato competat, d. cap. Cum inter, ubi Barbosa n. 8. Cur. Philip. num. 1. quæ ita sunt vera, ut licet Princeps causam committat cum clausula, Recusatione remota, restringi debeat ad frivolum, & absque rationabili causa. Barbof. tract. de Clausul. claus. 131. numer. 2. Carrasc. n. 339. Didac. Per. sup. vers. Est dubium utrum: nec per Principem tolli posse scripsit Petr. Gregor. n. 28. Guaz. sup. num. 5. cum seqq. ubi limitat. At si expressim etiam legitima recusatio rescripto excludatur, iusta suadente ratione, delegatus recusari nequit. Barbosa num. 3. Carrasc. n. 340. In dubio nunquam auxilium istud sublatum creditur. Barbosa collect. c. Ad hæc, n. 9. de rescript. ubi alii. Sunt aliqui casus, in quibus non est recusationi locus, quos refert Avena. de exeq. mandat. part. 2. cap. 23. à nu. 11. Is suspectus censetur iudex, cui non adhibemus fidem, cui non tutò nos committere putamus, arbitantes eum potius partes adversarii injustè, quàm nostras justè sequuturum. Petr. Greg. num. 2.

CAPUT XXVI.

Ad Num. 1.

I DE recusatione iudicum agitur tit. 10. lib. 2. tit. 16. lib. 4. Recop. tit. 5. lib. 3. Ordin. l. 22. tit. 4. part. 3. quibus in locis Gregor. Lop. Didac. Per. & Azevedus, Tulch, Practic. conclus. lit. I, conclus. 421. cum seqq. Petr. Gregor. Syntagm. jur. lib. 49. cap. 3. Mascard. de probat. conclus. 953. Carrasc. in Recop. cap. 9. Guazzin. de defens. reor. def. 1. cap. 19. cum seqq. Marant. de ordin. iudic. part. 6. act. 2. ex numer. 14. Farinac. in fragment. lit. I, à numer. 683. Paz in Praxi, tom. 1. temp. 10. num. 18. cum seqq. part. 6. cap. 1. §. unic. & tom. 2. part. 1. cap. 6. ex nu. 4. Rebuff. ad Constt. Gall. tit. de recusat. part. 3. Morl. Empor. Jur. tit. de jurisd. omn. iudic. in præmissis à n. 173. Donel. lib. 17. cap. 24. in fin. cum seq. ubi Osuald. Bovadill. in polit. lib. 3. cap. 8. ex num. 117. Cur. Philip. part. 1. §. 7. Monter. in Practic. tract. 5. tit. de recus. Præf. & Auditor. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 23.

2. Est recusatio, Jurisdictionis, vel audientie causam suspicionis proposita declinatio. Did. Per. in leg. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. in princ. Morla num. 184. inventa jure positivo ex ratione naturali. Didac. Per. ibi: censetur favorabilis, Donell. d. cap. 24. in fin. imò appellatione favorabilior, Petr. Greg. numer. 27. & quoniam periculosum est coram suspecto iudice litigare, cap. Cum inter. 5. de except. d. l. 22. partit. Petr.

Judex ordinarius de jure communi, si recusetur, non omninò excluditur à causæ cognitione, sed idoneum socium sibi adjungere cogitur, ut recusantis suspicio conquiescat, nec præcisè Episcopus adhibendus, ut praxis observat. Gregor. Lop. in l. 22. gloss. 9. tit. 4. part. 3. Farinac. n. 331. Osuald. sup. cap. 25. lit. Q. Cabed. decis. 207. n. 3. part. 1. Paz d. temp. 10. n. 25. Carrasc. num. 72. Marant. sup. part. 4. dist. 5. num. 42. Cur. Philip. numer. 12. Azeved. in l. unic. numer. 27. tit. 16. lib. 4. Recop. Pichard. manud. ad prax. part. 1. §. 10. numer. 5. Morla numer. 204. Idem est de jure nostro Regio, l. 1. tit. 5. l. 3. Ordin. l. unic. tit. 16. lib. 4. Recopilat. Molin. n. 4. & 5. & nostrates prælaudati tradidere, de quo inferius n. 9.

Hic iudex adjunctus eandem jurisdictionem ac principalis nanciscitur, sed recusari poterit, ac repelli: utrum verò causam exprimere oporteat, ambigitur. Affirmat Greg. Lop. ubi proximè, cui accessit autor Curiaë Philippicæ. Aliud tenet Carrasc. n. 345. cujus opinionem usus comprobavit. At non esse removendum adjunctum in civilibus, imò tertium adjiciendum ex consensu iudicis ordinarii, ac socii, tenet Azeved. n. 30.

Aliquando iudex ordinarius debet omninò à causæ cognitione removeri, cum scilicet causa recusationis est talis, ut nec per socium satis consul-

tum recusantis suspicioni videatur, velut si capitalis intercesserit inter judicem, ac litigantem inimicitia. Greg. Lop. *d. gloss. 9. Morl. n. 206. Carrasc. n. 56. Guaz. n. 35.*

7 Idem quod de Ordinario dicendum est de delegatis ad universitatem causarum, qui eodem jure censentur, ac æquiparari solent. Carlev. *de judic. tom. 1. disp. 4. n. 32. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. n. 239. Petr. Barbosa in l. Cùm Prætor, §. 1. n. 207. de judic. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 67. n. 31. Glossa verb. Delegatus, in cap. Cùm causam, de appellat. Delegatus verò ad specialem causam si legitimè reculetur, jurisdictione omninò destituitur, l. Apertissimi 14. C. de judic. l. 22. tit. 4. p. 3. Marant. d. dist. 5. n. 42. Molin. n. 1. & hæc de jure communi.*

8 De jure autem Canonico omnis judex, sive ordinarius, sive delegatus, per legitimam recusationem à causæ cognitione debet abstinere, cap. si quis contra 4. de for. compet. cap. Cùm speciali. de appellat. Greg. Lop. in d. l. 22. gloss. 8. Azeved. in d. l. unic. Recop. n. 27. Paz temp. 10. n. 24. Barbosa collect. d. l. Apertissimi, n. 15. Guaz. nu. 40. Osuald. ubi sup. Did. Per. in l. 1. quæst. 13. tit. 5. lib. 1. Ord. Carrasc. n. 95. Molin. n. 16.

9 Nostro Jure Regio nullus judex ordinarius, aut delegatus, etsi reculetur, munere suo fungi prohibetur, sed assumpto socio, in causa procedit, ex l. unic. tit. 16. lib. 4. Recop. quæ præscribitur forma eligendi adjunctos in causa civili, & criminali, de quo Azev. ibi. Greg. Lop. in d. l. 22. gloss. 2. Olan. in epilog. leg. partit. correct. n. 24. Didac. Perez. ubi nuper, ver. de Jure verò regni, Carrasc. n. 35. Molin. n. 5. atque ita sublata est differentia inter ordinarium, ac delegatum, cujus meminimus sup. n. 4. & 7. in fin. Verùm resolutio limitabitur ex præmissis sup. n. 6.

10 Excipiuntur Judices Cancellariæ, vel Audientia Regalis, supremique Consilarii, qui si suspecti declarentur, de causa cognoscere vetantur, l. 1. cum aliis, tit. 10. lib. 2. Recopil. quod utique procedit quocunque judice recutato, cui jurisdictione in solidum non est, etenim penitus removeatur, ut in Decurionibus contingit, l. 34. tit. 6. lib. 3. Recop. Avendañ. de exeq. mand. part. 2. cap. 23. n. 8. necnon in Tribunali Præpositorum commercii, vulgò Prior y. Consules. Bolannus commerc. terrest. lib. 2. cap. fin. n. 8. Patroni quoque Fisci, qui in Regiis resident Prætoris, si fortè ut reculentur eveniat, muneri fiscali vacare nequibunt, sed alii quoad causam subrogantur. Carrasc. n. 43. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 17. n. 40. Solorz. latè de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. ex n. 18.

11 Hic non abs re quæret aliquis, cur suspicio judicis inferioris, qui in solidum jurisdictione utitur, elidatur per unius socii, vel duorum adjunctionem, ex d. l. unic. Recop. nec removeatur à causæ cognitione; & aliud servetur in illis, qui uno corpore congregati jus litigantibus reddunt, qui probatâ reculationis causâ, penitus repelluntur, non attentâ sociorum assilentiâ, præsertim in Supremis Prætoris, ubi viri eximii integritate, ac peritia concurrere ad decisionem causarum regulariter solent? Cui respondendum, quod in inferioribus leves admodum causæ ad recusationem sufficiunt, solo recusantis jurejurando comprobantur: non sic in Regiis Auditoribus, & aliis similibus; imò in his tales esse causæ deberent, ut etiam judicem jurisdictione in solidum fungentem prorsus excluderent, secundum tradita

numer. 6. quod responsum deducitur ex Carrasc. d. cap. 9. num. 94. & 95. & hoc maxime animadvertendum, ut causæ recusationis admittantur per Judices, quorum arbitrio committitur. Carrasc. num. 98. & 303. ac in ambiguis non solum causarum gravitas, sed & reculati integritas perpendenda.

Illis accedit, quòd apud inferiores lites non 12 extinguuntur, sicut in Supremis Tribunalibus, idcirco cautiùs agendum quoad recusationem, ubi majus periculum vertitur, l. 1. §. Sed & si quis, de Carbon. edict.

Ibi: Eodem Jure Civili.

Ut judex ordinarius recusetur, expressione 13 causæ opus non est, satque erit si recusans jurejurando asseveret sibi judicem suspectum. Sic quondam apud Romanos talis forma in usu fuit: Ejero, iniquus est. Osuald. lib. 17. cap. 25. lit. K. Quod juramento hodie ipsi recusationis libello inferi contuevit. Osuald. lit. L, Gregor. Lop. in l. 22. gloss. 9. ad fin. tit. 4. p. 3. Did. Per. in l. 1. ver. hodie de stylo, tit. 5. lib. 3. Ordin. Paz in praxi, tom. 1. temp. 10. num. 21. Lanfranc. tract. de recusat. nu. 4. Azeved. in l. unic. n. 12. tit. 16. lib. 4. Recop. Villalob. Ærar. comm. opin. lit. R, num. 20. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 66. num. 15. Marant. de ordin. judicior. part. 4. dist. 5. numer. 42. Cævall. commun. cont. comm. quæst. 347. Pichard. manud. ad prax. part. 1. §. 10. in fin. Barbosa cum aliis collect. cap. Secundò requiris, num. 4. de appellat. Idem de Jure nostro Regio Molin. d. disp. 23. nu. 2. ac prælaudati Regnicolæ. Quod limitandum ut infra num. seq. in fin. & n. 15.

Est pro regula statuendum, ut quoties recusat 14 judex à causæ cognitione removeatur, suspicionis rationem exprimi, atque probari necesse sit: non ita ubi cum adjuncto procedere permittitur. Pichard. n. 5. Guaz. d. cap. 19. n. 54. Bolannus commerc. terrest. lib. 2. cap. ult. numer. 8. Hinc evenit, ut quoniam Jure Pontificio omnis judex legitima recusatione repellitur, semper sit causa probanda, cap. Cùm speciali 61. de appellat. cap. 2. eod. tit. in 6. Cujac. in cap. Secundò requiris, de appellat. Azeved. num. 14. Paz num. 20. Cævall. ubi proximè, Guaz. n. 63. Carrasc. in Recop. cap. 9. numer. 95. Gail. lib. 1. observat. 33. Hinc etiam judices de Consilio, aut Cancellaria, cùm à cognitione amoveantur, causæ probatio in recusatione desideratur, l. 1. & 2. tit. 10. lib. 2. Recop. Carrasc. ubi proximè, Cur. Philip. part. 1. §. 7. num. 18. Idem servatur ex tradita regula in recusatione advocatorum, qui ob defectum superiorum judicum eliguntur, l. 4. tit. 10. lib. 2. Recop. Cur. Philip. num. 31. Simili modo quoties aliquis ex judicibus, qui in solidum jurisdictione non funguntur, sed simul cum aliis sub uno corpore collectis recusat, cùm omninò amoveatur, causa probari debet. Avendañ. de exeq. mand. part. 2. cap. 23. n. 8. Bolann. ubi proximè.

Inde judex ordinarius de Jure Regio, ac Civili, 15 quia cum adjuncto prosequitur in causa suspicionis, probatio non requiritur, ut recusetur, secundum præmissa n. 4. & 13. At si (ut aliquando contingere potest, prout prænotatur n. 6. & 7.) Ordinarius prorsus excludatur à judicio propter vehementem suspicionem, causa erit legitimè verificanda, ut colligitur ex traditis per Greg. Lop. in l. 22. gloss. 9. tit. 4. p. 3. De adjunctis inferiorum judicum

judicum variæ sunt sententiæ, tam quoad amotionem, quam quoad causæ probationem, de quibus *sup.* n. 5.

- 16 Excipitur à regula de jure communi delegatus ad specialem causam, qui per recusationem definit iudex esse: attamen absque causæ expressione recusat, *l. Apertissimi* 14. *C. de judic.* l. 22. tit. 4. p. 3. De Jure Regio regula non fallit; nam cum adjuncto ad ulteriora progreditur, *l. unic. tit. 16. lib. 4. Recop.* In iudiciis etiam Fisci Patronus numerari debet, qui si recusetur, non exercet, ideoque causæ probatione opus est, ut tenent laudati n. 10.
- 17 Omnes recusationis causæ à quintuplici procedunt capite, nempe amore, odio, pretio, timore, ac ignorantia. *Cavalc. de Brach. Reg. part. 3. num. 344. Guaz. d. defens. 1. cap. 21. num. 1. de quibus ipse fusè agit. Caravit. rit. 265. Marant. sup. part. 6. art. 2. à num. 27. Carrasc. d. cap. 9. num. 96. cum seqq. & alii quamplures apud ipsum num. 92. ac Guazzinum ubi proximè.*
- 18 Non iudices solum, sed & alii ministri, ac personæ reculationi subjiciuntur, de quibus *Carrasc. ex n. 29. ac de effectibus illius n. 33 I. cum seqq.*

Ad Num. 2.

- 19 Recusatio de Jure Pontificio, ac Civili est ante litis contestationem objicienda, *l. fin. tit. 20. p. 3. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 3. tit. 4. p. 3. Jacob. Laurent. tract. de judic. suspect. Morl. Emp. Jur. tit. de jurisdic. omn. judic. in princ. num. 178. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 23. n. 1. vers. Dicitur etiam, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. n. 6. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. R. n. 21. Amat. Roderic. in pract. cap. 10. n. 70. Barbosa collect. cap. Inter monasterium, n. 2. de re judic. Cardos. in praxi judic. verb. Iudex, n. 22. Marant. de ordin. judic. part. 6. act. 2. n. 26. & 74. Farinac. fragment. lit. I, n. 897. Paz in praxi, tom. 1. temp. 10. n. 18. Osuald. ad Donel. lib. 17. cap. 25. lit. Q, Guazzin. de defens. reor. def. 1. cap. 19. n. 87. Pichard. manud. p. 2. in prelud. §. 2. n. 12. Imò omnibus exceptionibus declinatoriis anteponendam esse reculationem, omnes ferè prælaudati monuere.*

Ibi: Quod si causa recusationis.

- 20 Hujus limitationis memorantur plures ex numero adductis, ut *Greg. Lop. Osuald. Molin. Marant. & Scacc. de judic. lib. 1. cap. 101. n. 10. Gratian. disceptat. cap. 100. n. 31. Muscatell. in praxi, part. 2. gloss. Competens, n. 55. Mascard. de probat. concl. 953. n. 45. de qua iterum infra, n. 29. Observat Molina notabiliter, quod si quis postquam recusationis causam agnoverit, lite jam contestata, in iudicio apud iudicem prosequeretur, eum recusare non posset, quasi reculationi renunciasse videatur quod sanè difficultate non vacat.*

Ibi: Præsertim quia & aliæ exceptiones.

- 21 Exceptiones ante litem contestatam, vel intra præscriptum tempus objiciendæ, postea admittuntur, si tunc ad cognitionem litigantis pervenerit, & hoc ipsius juramento comprobetur, *l. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. Rebuff. ad constit. Gall. part. 3. tit. de except. n. 379. Greg. Lop. in l. 8. gloss. 1. D. de Faria Covar. Enucl.*

& in l. 9. gloss. 2. & 5. tit. 3. p. 3. Barbosa collect. cap. Pastoralis, n. 12. de except. Avend. in d. l. 1. Recop. n. 56. & 73. Villal. sup. lit. E, n. 251. Pichard. manud. ad prax. part. 1. §. 3. n. 11. Petr. Greg. Syntagm. jur. l. 49. cap. 3. n. 20.

Ibi: Etiam si contrarium tenuerit.

Hanc sententiam de jure nostro regio agentes tumentur *Olan. in epilog. leg. partit. correctar. n. 19. Gutier. Practicar. lib. 1. q. 53. Cur. Philip. part. 1. §. 3. n. 6. qui asserunt, post litem contestatam dilatorias exceptiones non esse recipiendas, nisi ut peremptorias, quod in mixtis jure procedit, Paz sup. temp. 5. n. 44. non in exceptione merè dilatoria; nam si hæres ignarus pacti non petendi intra annum, cum creditore defuncti antea petente litem contestetur, ac deinceps notitiam pactionis adeptus, exceptionem objiciat, ceu dilatoria admittetur, ut instantia cesset, licet jus agentis non perimat. Nec de fraudis periculo curandum, quæ non præsumitur, *l. Merid 51. Pro socio: nam ubi ejus suspicio emerferit exceptionem iudex ex officio etiam repellere tenetur, modò levis non sit. Azeved. sup. n. 56.**

Ibi: Et verè quoties potest.

Restringitur communis sententia, si quid deficiæ excipienti possit imputari. *Azev. n. 74. 78. Guaz. n. 95. Masc. n. 37. Sed ea ignavia juramento purgatur allegantis diligentiam adhibuisse. Azev. ibi.*

Advocato, qui lite contestata dilatoriam objicit, unius libræ auri poenâ coercetur, *l. penult. C. de excep. Azev. n. 15. Paz n. 14. Marant. p. 6. memb. 9. n. 11. Tusch. lit. E, concl. 391. n. 2.*

Aliquando exceptionem dilatoriam allegare licet in quolibet iudicii statu, velut excommunicationis, *Clem. unic. de except. ubi Barb. collect. n. 2. alios dat Greg. Lop. in l. 8. gloss. 1. in fin. tit. 3. p. 3. Paz. n. 59. aut omnimodæ incompetentiæ. Pichard. d. §. 3. n. 4. Guaz. n. 97. Petr. Barb. in l. Si quis ex aliena, n. 80. de judic. & alii apud Aug. Barb. collect. cap. Pastoralis, de exceptionib. Præterea, si probata exceptione nullus processus retrò redderetur, ea rectè objici potest, lite contestata in quavis iudicii parte, sicut & aliæ præmissæ, *Marant. n. 10. Paz. n. 87. Petr. Barbosa in l. Cum Prætor, §. fin. n. 145. de judic.**

Ibi: Imò etiam post litis contestationem.

Exceptionem peremptoriam quovis in statu causæ de jure civili apponi licet, *l. Peremptorias, C. sentent. resc. non poss. Marant. d. memb. 9. n. 12. Petr. Barbos. in l. Venditor, num. 145. de judic. Cujac. observ. lib. 18. cap. 34. Paz temp. 7. n. 8. Pichard. d. §. 3. n. 12. Osuald. lib. 22. cap. 2. lit. N, Morl. sup. quest. 25. n. 2. Sed nostro jure statutum est tempus, ut scilicet intra viginti dies à litis contestatione hujusmodi exceptiones, & non postea objiciantur, *l. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. Gr. Lop. ubi proximè, Paz n. 15. Pichard. n. 12. Cur. Philip. part. 1. §. 15. n. 3. Consuetudine tamen obtinuit, præsertim apud Suprema Prætoria, eas exceptiones usque ad publicationem attestationum admitti absque ignorantia, vel supervenientia prætextu. Azeved. in d. l. 1. n. 55. Olan. in epilog. leg. Partit. correct. n. 20.**

X

Ibi:

Ibi: *In recusatione quætem.*

- 27 Apud nos recusationem judicis inferioris in quovis causæ statu opponi permittitur. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 9. in fin. tit. 4. p. 3. Azeved. in l. unic. tit. 16. lib. 4. Recop. Paz temp. 10. n. 19. Cur. Phil. part. 1. §. 7. n. 11. Pichard. part. 1. §. 10. n. 6. Did. Per. in l. 1. vers. Tertiò dubitatur, tit. 5. lib. 3. Ordin. Carrasc. in Recop. cap. 9. n. 336.

Ibi: *Ubi verò est necessaria expressio.*

- 28 Etsi expressio, ac probatio causæ ad judicis recusationem desideretur, tamen post litem contestatam apud nos proponi poterit, sicut observatur in recusatione superiorum judicum, quæ post cœptum judicium opponitur, l. 19. & 21. tit. 10. lib. 2. Recop. licet sit causa probanda, l. 1. & 2. eod. tit.

Ibi: *Admittendam esse post litem.*

- 29 Conclusio præmissa n. 19. hic restringitur; nam omni Jure Canonico, & civili auditur post litem contestationem recusatio illius, qui causam ante illam ignoravit, in quo ipsius statur juramento. Idem erit si oriatur suspicio lite pendente, ut prænotatur supra, n. 20. & ibi laudatis addendi Morl. Emp. Jur. tit. de jurisd. omn. judic. in præmiss. n. 198. Guaz. d. c. 19. n. 95.

Verf. *Sic & post conclusum.*

- 30 Ubi post conclusum in causa occasio nascitur diffidentiae, recusatio tunc temporis opponi poterit, l. 4. tit. 10. lib. 2. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 9. ad fin. tit. 4. p. 3. Gratian. discept. cap. 20. n. 32. Barbosa collect. cap. insinuante, n. 3. de offic. delegat. Azeved. in l. unic. n. 24. tit. 16. lib. 4. Recop. Mascard. concl. 953. n. 36. Guaz. ubi proximè, Caravit. rit. 265. n. 10. de attent. cap. 6. n. 50. Sed post causam instructam, partemque ad sententiam citatam, non est locus recusationi, nisi postea causa emerferit. Lancel. ubi proximè, Cavalcan. de Brach. Reg. part. 3. n. 330. Guaz. n. 95. verf. *Quæ limitatio*, Mascard. ibi.

Ibi: *Sed si causa suspicionis orta fuerit.*

- 31 Recusari judex permittitur post conclusum in causa quando antea fuit orta, si tam notoria sit, ut probatione non egeat. Greg. Lop. ubi proximè, Villal. Ærar. commun. opinion. lit. E, n. 153. Azeved. ubi sup. facit lex 4. tit. 10. lib. 2. Recop. qua cavetur quoad Auditores Cancellariæ, ut hoc casu per confessionem recusati tantum causa probari possit. Aliud apud nos servatur, vide n. 40.

Ibi: *Secundò quoties causa.*

- 32 Si occasionem suspicionis ortam ante conclusionem in casu litigans post ipsam agnoverit, recusationem opponere non prohibetur, & casus probare. Azeved. ad tit. 10. lib. 2. Recop. Villalob. ubi proximè, Lancel. sup. de qua resolutione, disputatione præhabita, D. Covar. dubitat inferius, sub verf. *Sed ubi exceptio*. Videas d. l. 4. Recop. & nuperrimè prænotata, ac Did. Per. in l. 1. vers. *Nota tamen*, tit. 5. lib. 3. Ordinam.

Verf. *Hujus autem.*

Exceptio dilatoria, si post litem contestationem competere incipiat, jure objici poterit. Rebuff. ad constit. Gall. part. 3. tit. de except. n. 378. Marant. sup. d. memb. 9. n. 8. Borel. in sum. decis. tit. 48. de except. decis. 14. Azeved. in l. 1. n. 76. tit. 5. lib. 4. Recop. Peregrin. variar. lib. 1. tit. de offic. judic. deleg. n. 34. Aug. Barbosa collect. cap. Pastoralis, n. 21. de except. Erasmi. Chockier. de jurisd. Ordinari. in exempt. part. 2. c. 16. n. 1. Villalob. ubi nuper, n. 151. Padilla in l. Error, n. 34. C. de jur. & fact. ignor. Tusch. lit. E, concl. 390. n. 28. Grat. Falcon. reg. 136. Cancer. var. p. 1. c. 18. n. 5.

Ibi: *Quibusdam placeat non admitti.*

Respice ad tradita supra, n. 22. licet sit sermo de dilatoria competente sub tempus competere cognovit. Sed in præmissis pronuper casu fraudis suspicio prorsus excluditur, modò constet ortam esse jam lite cœpta exceptionem. Sed an post conclusum in causa exceptio peremptoria opponi permittatur, si tunc oriatur, quæstionis est, quæ æquitate docente resolvitur sub distinctione; nam si prolatâ sententiâ, nullus superius recursus alterius instantiæ, excipiens audietur aliàs secus. Azeved. in d. l. 1. n. 77. Villalob. n. 152. Adde legem 5. tit. 5. lib. 4. Recop. qua statuitur exceptionem post publicatas probationes esse rejiciendam, nisi per adversarii confessionem probari queat: quod Azeved. ibi, n. 1. restringit ad eas, quæ ante publicationem ortæ partem non latebant: quæ limitatio tunc vel maxime amplectenda, si jus excipientis absque spe reparationis per sententiam periret, sicut præmissum est.

Verf. *Sed ubi noviter.*

Non licet post conclusionem in causa exceptionem allegare, quam ante illam litigans sibi competere non ignarus, distulit proponere. Azeved. in l. 1. n. 77. tit. 5. lib. 4. Recop. Villalob. n. 153.

Ad Num. 3.

De praxi recusandi judices superiores de Confilio, ac Cancellaria, extat titulus 10. lib. 2. Recop. de qua Carrasc. in Recop. c. 9. Paz in praxi, tom. 1. part. 6. cap. 1. §. unic. Cur. Philip. part. 1. §. 7. ex num. 17. Monteros. in Pract. tract. 5. tit. de hac recusatione.

Illud controvertitur, an Fisci Patroni in Confilio, vel Cancellaria suo fungentes munere si eos recusari contingat, (ut fieri potest sicut prædiximus n. 10.) inter consiliarios, ac Auditores numerentur, ut pœna legis plectatur qui recusationis causas frivolas allegat, vel legitimas probare non valuit? Affirmat Alfar. de offic. Fisc. gloss. 17. n. 40. inficiatur Carrasc. ubi nuper, n. 43. qui ita servari testis ocularis deponit. At Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. n. 2. priori sententiæ consentit, & meritò, qua, ut ipse cum pluribus docuit n. 18. Fiscales Senatorum nomine, tam in favorabilibus, quam in odiosis comprehenduntur: nec quia judicandi munere carent, judicibus inferiores habentur. Alfar. gloss. 9. n. 28.

de

de quorum dignitatis amplitudine fusè gloss. 31. & Solorzan. d. cap. 6. præter alios ab eisdem laudatos.

Ad Num. 6.

38 Præterea expedit ut recusatio Fiscalis evitetur magis quam Senatoris, cum omnes rei zelum, peritiam, authoritatem, quæ in Fiscii patronis concurrere solent, maximè formident, eosque adversarios effugere cupiant, ad quod frivolas, seu falsas causas machinarentur: quapropter cautius agendum in recusatatione adversus Fiscalem, ut poenæ metu audacia refrænaretur, argumento legis 1. §. Sed etsi quis, ff. de Carbon. edict.

39 Nec attendendum ad Carrasci fundamentum, nam etsi leges regiæ non meminerint Fiscalium, id provenit ex eo, quod rarò accidit ut Fiscalis recusetur, sicut præfati insinuant DD. ad quæ jura non adaptantur, l. Nam ad ea 5. de legib. atque lex semper exprimit casus frequentes. Glossa in l. unic. C. de rapt. virgin. Barbosa collect. in princip. n. 41. ad Decretal. Sed ubi casus omissus occurrit, ex similibus decidi debet, l. 10. cum seqq. de legib. Barbosa num. 40. Si ergo utriusque dignitatis nota est similitudo, ac paritas, cur in Fiscali non observabitur quod in Senatoribus stabilitur. Nec nobis negotium facit quod lex poenalis non est ampliatio juvanda, l. Cum quidam 19. in fin. de liber. & posthum. l. Interpretatione 42. de poen. tum quia hæc non est ampliatio, sed comprehensio, cum sub verbo, Auditores, Fiscalis subaudiatur, sicut præmissimus: tum quoniam leges, de quibus agitur, licet poenam irrogent, favorabiles tamen censentur, cum primario eò tendant, ut superiorum judicium authoritati prospiciant, ut per Barbof. axiom. 166. n. 5. & 6. nec ambigitur, quin lædatur integritas ejus, qui ob iniquitatis suspicionem à sui muneris functione arceri jubetur, ex quo recusato illata injuria existimatur. Carrasc. num. 348.

Verf. Ceterum illud queritur.

40 Apud nos recusare licet, donec sententia proferatur, quanquam jam subscripta per judicem sit ad pronuntiandum tradita tabellioni. Carrasc. n. 336. Paz ubi nuper, n. 5. verf. Advertase tambien, Bovad. Politic. lib. 3. cap. 15. n. 83. verf. Adverta tambien, Pichard. manud. ad prax. part. 1. §. 10. num. 6. quod de judicibus inferioribus intelligendum; nam superiores, postquam sententiæ subscripserint, recusari prohibentur, l. 6. tit. 10. lib. 2. Recop. Carrasc. Paz, Pichard. ubi pronuper, Cur. Philip. part. 1. §. 7. n. 11. & 19. Quid si jam cum inceperit legi sententia, in ipso pronunciationis actu recusatio proponatur? Non esse admittendam tenet Azeved. in l. unic. n. 33. tit. 16. lib. 4. Recop. De assessore, quod recusari nequit post consilium in scriptis traditum, etsi nondum sit prolata sententia, probat Avendann. de exeq. mandat. part. 2. cap. 23. num. 12. Jure communi servatur quod tradidi sup. num. 30. in fin.

Ibi: Sed & hoc anno.

41 In nova legum compilatione est lex 19. tit. 10. lib. 1. Recop. & triginta dies computantur, à quo acta per judices ad diffinitivam videri cœperunt, de quo laudati supra, n. 36.

D. de Faria Covar. Enucl.

Anno 1559. sub Philippo II. edita est constitutio, quæ extat in nova Recopilatione, estque lex 16. tit. 10. lib. 2. Recop. qua præcipitur, ne minoribus, aliisque pariter privilegiatis restitutionis beneficium concedatur ad opponendam recusatationem judicibus superioribus: quod adnotarunt Azeved. ad tit. 10. lib. 2. Recop. ubi quod jam quæstio hæc per D. Covar. excitata est omninò superflua. Cur. Philip. n. 19. Paz d. cap. 1. §. unic. n. 5. ad fin. Quoad inferiores judices, tam de jure communi, quam regio adversus omissam recusatationem minor, & similis restituitur, ut fusè probat Sfort. Odd. tract. de restitut. in integ. part. 2. quest. 64. art. 6. ex n. 40. Olwald. lib. 17. cap. 25. lit. P. Guazzin. de defens. reor. def. 1. cap. 19. n. 34. Bajard. ad Clar. §. fin. q. 43. num. 12. Veruntamen apud nos nunquam eveniet, ut minori profit restitutio quoad recusatationem, licet illi competat respectu judicis inferioris; nam aut recusatationem opponi desideratur ante sententiam, & privilegio opus non est, cum cunctis liceat usque ad ipsam sententiæ prolationem suspectum judicem recusare, ut supra dixi, n. 40. Postea verò nullus est recusatationi locus, quæ solùm est inventa ad effugium gravaminis futuri, non ad reparationem illati. Avendann. d. cap. 23. n. 12. Jure itidem Pontificio restituetur minor post lapsum temporis ad recusandum præfiniti. Paz tom. 2. p. 1. cap. 6. n. 6.

Verf. Primò, ex lege Auxilium.

43 Quanquam hujusmodi disputatio quoad jus nostrum nullius sit utilitatis, ne tamen quicquam relinquatur intactum, quod ad alia possit deservire, pro explicatione, ac solutione hujus, ac sequentium argumentorum, quæ obsistere videntur resolutioni traditæ supra n. 42. quæ de Jure Canonico, ac communi minoribus ad recusandum, auxilium restitutionis concedit, observandum est, hujusmodi beneficium nunquam subtrahendum privilegiatis, nisi expressim in Jure denegatum reperiat, sicut ex pluribus adnotavi Variar. lib. 1. cap. 13. n. 5. unde de uno casu, quo restitutio aufertur, non licet ad alios similes arguere. Præterea Sfort. Odd. n. 4. in specie respondet, minorem restitui, ut accuset, si non egerit ad vindictam, sed ut damnum repellat, aut lucrum capiat, velut ex poena conventionali. Unde primum eliditur fundamentum.

Verf. Secundò, huic opinioni.

44 Consulat Sfort. Odd. n. 43. Barbosa collect. 44 Clem. 2. n. 4. de procur. nec enim restituitur minor, lapso termino ad opponenda crimina, vel defectus in electum: cui argumentationi convenit quod nuperrimè pro solutione primi assertum relinquatur.

Verf. Tertio, eidem opinioni.

Adde Odd. ubi proximè, Azeved. in l. 1. n. 61. & 70. tit. 8. lib. 3. Recop. & pro solutione videas tradita n. 43.

X 2

Verf.

Verf. Quartò, ex eo quod.

- 45 An minor restituatur ad retractum rei alienatæ post præteritum tempus lege præscriptum, disputat Sfort. Odd. part. 2. quæst. 87. art. 1. ex n. 1. & cum communi affirmat: consentiunt Barbosa collect. cap. Constitutus, num. 4. de integ. restit. Matienz. in l. 8. gloss. 1. n. 1. & gloss. 11. in princ. tit. 11. lib. 5. Recopil. Joan. Garc. de nobilit. gloss. 6. §. 2. n. 19. Verum contra deciditur ex d. l. 8. Recop. notant Matienz. ubi proximè, Azaved. in eadem l. 8. n. 6. Hermosill. in l. 55. gloss. 8. num. 32. tit. 5. part. 5. Solutionem habes num. 43.

Verf. Quartò, in ejusdem.

- 46 Hanc quæstionem discutunt Gutier. Practic. lib. 1. quæst. 52. d. n. 3. Sfort. Odd. d. 4. 64. art. 5. Et licet communiter placeat, non concedendam esse restitutionem ad objectionem dilatoriarum exceptionum, propter præjudicii parvitatem, rectè tamen per Gutier. & Odd. distinguitur, ut si minor graviter lædatur ex omissione in proponenda dilatoria restitutione juvetur, aliàs non. Quando autem levis, aut gravis læsio ad hunc effectum censeatur, judicis arbitrio relinquitur. Cum ergo grave sit, ac periculosum coram suspecto iudice litigare, c. Cum inter 5. de exception. restitutio deneganda non est.

Verf. Vidi tamen non semel.

- 47 D. Covar. communem sententiam amplexus opinatur, restituendum esse minorem, ut recusationem opponat in Consiliarios, & Auditores post conclusum in causa, quanquam suspicionis occasio antè fuisset exorta: cui accedunt Gutier. dict. quæst. 52. in fin. Didac. Per. in l. 1. verf. Tertio dubitatur, tit. 5. lib. 3. Ordin. Contra dictum habemus lege regia, de qua sup. n. 42.

Ad Num. 5.

- 48 De forma procedendi in recusatione iudicum in foro Ecclesiastico videndus Barbosa collect. c. Cum speciali 62. de appellat. ubi plures, n. 2. Paz in Praxi, tom. 2. part. 1. cap. 6. ex num. 9. Cur. Philip. part. 1. §. 7. num. 5. cum seqq. Molin. sup. n. 8. cum seqq. Est observandum, non semper de Jure Canonico arbitros eligi, ut de causa recusationis cognoscant; nam si delegatus Pontificis subdeleget, ipse super recusatione subdelegati debet adiri, cap. Super quæst. 27. §. Quem verò de offic. deleg. Item si Vicarius Generalis, sive delegatus Episcopi recusetur, hic de recusatione cognoscit, cap. Si contra n. 4. §. Cum autem, eo tit. in 6. Barbosa collect. ibi, n. 5. & 27. ubi alii. Molin. n. 15. qui ampliat in delegato cujusque Ordinarii, & limitat quod de subdelegato recusato dictum est, si delegatus causam commiserit, nihil reservans de jurisdictione, quo casu arbitri creari debent, Barbosa collect. cap. Si contra, n. 17. de offic. deleg. in 6. Ad hæc Ordinarius proposita recusatione, ut arbitrorum electio cesset, causam poterit delegare, cap. Si quis contra 4. de for. compet. ubi Barbosa n. 3. Molin. n. 17. Paz n. 24. Cur. Philip. n. 8.

Ibi: A litigantibus electi.

Ubi sunt collitigantes, ipsi hujusmodi arbitros 49 eligunt; sed si iudex ex officio procedat, hic, ac recusans simul illos constituunt. Molin. n. 9.

Ibi: Sed si causa fuerit delegata.

Alius subjungitur casus præter enumeratos 50 pronuper, quo iudice recusato, non devenitur ad arbitros, cum scilicet causa pluribus committitur cum clausula, Quod si omnes interesse non possunt, &c. Etenim si unus suspectus arguatur, cæteri delegati de recusatione cognoscunt, ex cap. Si contra unum, de offic. delegat. in 6. ubi Barbosa cum aliis in collect. num. 4. Molin. disp. 24. num. 3. in fin. verf. Secundo modo, Paz num. 16.

Ibi: Quæritur tandem, an id sit respondendum.

Excitatur hic dubium, num decisio dicti capituli 51 Si contra unum, procedat in delegatis cum clausula, Et eorum cuilibet. Et videbatur affirmativè respondendum, propter utriusque clausulæ similitudinem, rationisque paritatem.

Verf. Nos verò contrariam sententiam.

At nihilominus contrarium placet Præfulei nostro 52 ut scilicet arbitri debeant eligi, quod fuse probat per utriusque clausulæ diversitatem, de qua Molin. ubi proximè, & n. 4. Barbosa tract. de Clausul. claus. 125. n. 3. cum seqq. qui de effectu hujus clausulæ differit.

Verf. Secundò est animadvertendum.

Docemur, quod ex delegatione cum clausula, 53 Et eorum cuilibet, nequeunt omnes delegati de causa cognoscere: quod dubium videtur, cum jurisdictione & omnibus collectivè, & singulis in solidum tributa censeatur, ut ait Barbosa nu. 6. ubi expressit, plures, vel unum posse uti jurisdictione.

Sed prætermittis cæteris rationibus, quæ pro 54 negativa, & arbitrorum electione adducuntur, supposito quod si delegati concurrant, & litterarum impetrator contentiat, possint duo, vel plures causam examinare, ea videtur adhibenda distinctio, ut quando duo, vel tres delegati jurisdictionem incipiunt per citationem exercere, & unus ante litem contestatam, vel postea (cum licet) recusatur, locus sit decisioni Pontificiæ, ommissa arbitrorum electione; nulla etenim discriminis ratio excogitari poterit, cum sint conjudices, qui unus sine alio procedere valet. Aliud juris est, si unus qui solus de causa cognoscit, suspectus asseratur; nam cæteri conjudices non existunt, nec se immiscere permittuntur, nisi qui prævenit, impediatur, ut Molina, & Barbosa observarunt; nec enim per recusationem jurisdictione tollitur, sed suspenditur, donec causa super recusatione terminetur; ideo arbitros eligere oportebit, ut D. Covar. placuit.

CAPUT XXVII.

SUMMARIUM.

- 1 Qui in iudicio succumbit, ad litis expensas condemnari debet; sed limitatur n. 11.
- 2 Utrum Fiscus, & Fiscalis ad expensas damnentur, aut repetat quas fecerit à superato.
- 3 Propter temeritatem litigantis, etsi dolus absit, victus expensarum solutione coercetur.
- 4 Per iuramentum calumniæ non excusatur expensarum condemnatio.
- 5 Etiam in criminalibus locum habet expensarum damnatio.
- 6 Contumax solutione expensarum punitur.
- 7 Victus super articulo potest ad expensas damnari: & utrum ei liceat provocare, n. 8. & 9.
- 10 Iudex post sententiam quando valeat facere expensarum condemnationem, & n. 28. & 32.
- 11 Superatus qui justam habuit causam litigandi, expensarum damnatione non oneratur: quod ampliatur n. 15.
- 12 An quis ex justa causa litigaverit, iudicis arbitrio relinquitur, nec relevatur qui advocatum peritum consuluerit.
- 13 Qui succubuit, non justa causa litigasse presumitur.
- 14 Quid si caput bona fide agere, ac lite pendente litiganti patuit injustam fovere causam.
- 16 Utrum appellatus, qui in secunda succubuit instantia, possit ad litis sumptus damnari.
- 17 An expensarum condemnatio facta in secunda instantia, intelligatur etiam quoad primam.
- 18 Reus facilius relevatur ab onere expensarum quam actor.
- 20 Si expensæ debeantur jure actionis, ut ex pacto, non prodest justa causa litigandi.
- 21 Contumax non eximitur ab expensarum solutione, licet justa de causa in iudicio versetur.
- 22 Excusatur si legitimam rationem non comparandi ostenderit.
- 23 Lex jubens absolute, superatum ad litis sumptus damnari, restringitur, nisi justam litigandi causam habuerit.
- 25 Iudex non tenetur succumbentem ad expensas damnare, nisi petatur.
- 26 Potest tamen, si sibi visum sit, non habuisse justam causam litigandi, tamen si victor expensarum non meminerit.
- 27 Ex vulgari clausula, qua justitiam ministrari postulatur, iudex astringitur ad earum justam damnationem.
- 29 Quando appellare liceat ab ommissa expensarum damnatione.
- 30 Quid si expressim iudex absolvat.
- 33 Expensæ debitæ ex contumacia exigere possunt, etiam principali iudicio extincto.
- 34 Expensarum quantitas iudicis arbitrio designatur.
- 36 A decreto de taxandis expensis non provocatur, sed ab excessu taxationis licet appellare. Condemnatio expensarum restringitur ad processuales, nisi aliud exprimat, ibid.
- 36 Forma taxandi sumptus litis optima traditur.
- 37 Discrimen quoad taxationem inter iuramentum de veritate, & affectionis pro consequenda reparatione damni illati, vel solutione expensarum.

Ad Num. 1.

Superatus in iudicio damnari debet, ut vincenti I
litis expensas perfolvat, l. 7. tit. 17. lib. 3. tit. 22. lib. 4. Recop. l. 4. Eum qui temerè 79. de iudic. l. qui solidum. 80. §. Etiam Respublica, de leg. 2. l. Constitutio 5. de fruct. & lit. expens. §. 1. Inst. de pæn. tem. litig. Greg. Lop. in l. 8. gloss. 1. tit. 22. p. 3. Donell. lib. 16. c. 3. ubi Oluald. lit. E. Tusch. lit. E. concl. 626. n. 1. Fab. in ration. d. l. Eum qui, Parlad. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 18. n. 1. Azeved. in d. l. 1. Recop. n. 1. Pichard. in d. §. 1. n. 1. & manu duct. ad prax. part. 2. §. 17. num. 2. Hermos. in l. 8. gloss. 5. tit. 3. num. 1. p. 5. Aug. Barbof. cum aliis collect. cap. Calumniam, n. 2. de pæn. quod pariter in actore ac reo observatur. Petr. Barbof. in d. l. Eum qui, n. 75. nisi justa litigandi causa victus relevetur, ut inferius adnotabitur.

Patronus quoque fisci, quamvis ab ea regula 2
excipiatur, tamen quoties de calumnia aperte constiterit, ad expensas ipse tenebitur. Petr. Barbofa n. 203. Farinac. prax. quest. 16. nu. 20. Lanfranc. tract. de expens. n. 26. tamen si contra sentiat Amaya in l. 1. num. 23. C. de delatorib. lib. 10. Nec prodest sanctimoniam vitæ, ruiticitas, aut sexus, ne fiscus in expensis damnentur. Petr. Barb. d. n. 65. At paupertatem, vel arctissimum cognationis vinculum excusare, scripsit Tusch. sup. n. 65. & 78. Addit Petr. Barbofa n. 211. liberari ab expensarum gravamine superatum, si adversarius ob privilegium eas solvere non teneatur, de quo est lex 30. tit. 20. lib. 2. Recop. Ex qua constitutione est observandum, quod nunquam fiscus ad expensas victori damnatur. Petr. Barbofa n. 199. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 16. privil. 70. n. 216. Azeved. sup. n. 6. Farin. n. 22. Amaya nu. 22. licet Fiscalis aliquando damnari possit, ut mox præmissi, ac tenet Cævall. commun. cont. comm. q. 539. n. 8. & quanquam Alfar. & alii doceant, Fiscum superantem non repetere ab adversario sumptus litis, obistere tamen videtur dicta lex 30. Recop. ubi asseritur damnatum in causa Fiscalis ad expensas, non teneri ad illas, quas ipse tabellionibus ex privilegio non solvit: secundum quæ posset sustineri, quod si ex fiscali pecunia sumptus non modici fierent, velut ad adducendos testes, aut si notarius pro illis examinandis peregrè mitteretur, merito Fisco adversarius superatus ad expensas condemnaretur, & ita accipi regiam legem, ac limitari doctrinam Petri Barbofa, de qua proximè, qui n. 204. regulam supra traditam n. 1. ampliatur, ut iudex etiam ex officio perperam procedens, ad litis expensas possit condemnari.

Ibi: Et nihilominus huic regule.

Victus, etsi in lite absque dolo versetur, putans 3
se justam fovere causam; tamen si temerè litigaverit propter negligentiam, vel stultitiam, ad expensas litis tenebitur, d. l. Eum qui temerè d. §. 1. Inst. de pæn. tem. litig. Tusch. d. conclus. 626. num. 2. & 21. Fab. ubi sup. Azeved. n. 7. Pichard. in d. §. 1. num. 6. Guier. Practic. lib. 1. quest. 135. num. 3. Petr. Barbofa sup. num. 8.

Lanfranc. *ubi nuper*, n. 5. Osuald. *lib. 24. cap. 3. lit. F. Paz prax. tom. I. temp. II. n. 24. Guazzin. de defens. reor. def. 3. cap. 13. num. 8. Boff. pract. tit. de accusat. n. 29. & frequenter contingit, ut ex temeritate ad expensas damnatur, qui absque calumniæ suspitione dignoscitur. Petr. Barbosa n. 38.*

Ibi: *Quid autem sit temeritas.*

Consulas Petr. Barbof. *sup. ex n. 3. Fab. & alios jam prælaudatos.*

Verf. *Secundò eadem.*

- 4 Non obstante lege regia Partitæ adducta hîc, de jure communi, & in praxi apud nos usu receptum habetur, ut quanquam de calumnia juraverit victus, ad expensas litis nihilominus damnatur, si absque justa causa litigaverit; nam etsi concedatur, per jusjurandum calumniam excludi præsumptam, temeritas tamen non tollitur, ex qua damnari potest: alioqui apud nos condemnatio ad expensas nunquam haberet locum, cum de stylo nulla actio, vel exceptio deducatur in judicium absque calumniæ juramento, quod animadvertit Gregor. Lop. *in l. 8. gloss. 2. tit. 22. part. 3.* Sic tenent Tusch. *d. concl. 626. n. 3. Didac. Perez in l. unic. verf. Utrum autem, tit. 18. lib. 3. Ord. Boff. in praxi, tit. de accusat. n. 19. Lanfranc. tract. de expens. n. 7. Freder. Schenk. in sim. tract. num. 2. Paz ubi sup. Petr. Barbosa d. n. 14. Cævall. commun. cont. com. quæst. 447. Osuald. ubi proximè, lit. E. Præcipuè cum id sacramentum jam parvipendi soleat, ita ut uno obolo non æstimetur, ut inquit Baldus, quem refert Osuald. & Marant. *de ordin. judicior. p. 6. art. 1. de juram. n. II.* qui subdit hodie videri, potiùs jurari de calumnia committenda, quàm vitanda. Quid eo juramento comprehendatur, tradit ipse n. 10. Quid sit, videndus Osuald. qui latè de hujusmodi jurejurando disserit.*

Verf. *Tertiò, hæc ipsa regula.*

Arbiter ad expensas litis damnare permittitur. Jac. de Aren. *tract. de expens. in judic. fact. n. 7.*

Ad Num. 2.

- 5 Condemnatio expensarum etiam in criminalibus fieri debet. Tusch. *sup. concl. 635. Gregor. Lop. in d. l. 8. gloss. 1. Jac. de Aren. n. 13. Boff. n. 28. Petr. Barbof. in d. l. Eum qui temerè, n. 155. Bovad. l. 5. cap. 2. n. 103. Azev. in l. I. n. 5. tit. 32. lib. 4. Recop. Cævall. *sup. quæst. 539. n. 2. Bern. Diaz. reg. 20. Guazzin. de defens. reor. defens. I. cap. 13. n. 8. Gail. lib. I. observ. 152. n. 1.* Quicquid disputans teneat Fachin. *controverf. lib. I. cap. 42.* Sed conclusio ampliatur ad denunciantem. Petr. Barbof. n. 161. Clar. *lib. 5. sens. 5. fin. quæst. 7. num. 12.**

Ibi: *De expensis ratione contumaciæ.*

- 6 Contumax sumptuum damnatione coercetur, l. 5. tit. 3. lib. 4. Recop. ubi Azeved. Cujac. *lib. 9. observat. cap. 22. Menoch. de arbitrar. cas. 154. n. 2. Lanfranc. tract. de expens. num. 1. à quo gravamine non appellat, Scacc. de appell. quæst. 17. lim. 21. n. 67. nec auditur antequam exhibeat, cap. I. de dol. & cont. in 6. l. Sancimus 13. C. de judic.*

ubi Aug. Barbosa *in collect. n. 4. alios refert, Azev. sup. n. 5. Petr. Barbosa in l. Si quis posteaquam, n. 183. de judic.*

Verf. *Quintò, hæc condemnatio.*

Interloquutoriâ quoque sententia, dum lis pendet, ad impensas litis damnari victus super articulo poterit, quæ ante definitivam extorquentur. Scacc. n. 65. Mynfinger. *cent. 3. observ. 32. Afflict. decis. 42. ubi Urill. n. 1. Guaz. defens. 36. cap. 25. n. 2. Jacob. de Aren. tract. de expens. n. 13. Caravit. tit. 298. n. 2. Petr. Barb. sup. n. 152. Rebuff. ad leg. Gall. part. 3. tit. de expens. art. 2. gloss. unic. n. 3. Cævall. ubi proximè, n. 3. August. Barbosa n. 10. quas expensas percipiens non restituet, etsi in principali causa succumbat. Petr. Barbosa n. 153.*

Ibi: *Etsi non fuerit appellatum ab interloquutoria.*

8 Si quis in articulo superatus, ab interloquutoria non provocaverit, deinceps damnari poterit, dum lis pendet principalis, ad expensas, à qua condemnatione appellare prohibetur. Scacc. cum aliis n. 65. At si victus in articulo, superet in causa principali, non condemnabitur in definitiva ad impensas, ad quas ex interloquutoria tenebatur. Lanfranc. *tract. de expens. n. 18.*

9 Quod autem dictum est de prohibita appellatione, ita accipi debet, si victus in articulo non habuerit justam causam litigandi; nam si hoc allegans appellaverit, erit audiendus. Scacc. num. 66. Imò idem judex valebit super expensis latam sententiam revocare, aut temperamento restringere. Petr. Barbosa num. 155. qui præmittit num. 154. cessare hujusmodi damnationem, si sententia interloquutoria super juris quæstione pronuncietur.

10 Illud interest inter definitivam, ac interloquutoriam sententiam; nam judex in illa post pronunciationem nihil quoad expensas decernere permittitur, nisi eadem pronunciationis die: secus in ista, dum lis pendet super principali, de quo iterum infra num. 28. Ratio est, nam istæ expensæ officio judicis mercenario debentur, quod per definitivam quoad causam penitus expirat: non sic per interloquutoriam, de quo Mynsing. & Guaz. *ubi proximè, Scacc. n. 37. & 40. Azeved. in d. l. I. num. 14. & 15. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de expens. resol. 1. n. 3. ubi quod non intelligitur de die naturali viginti quatuor horarum, sed de residuo illius, quo pronunciatum est.*

Ad Num. 3.

11 Victus victori litis impensas refundere non compellitur, quoties justam litigandi causam habuisse constiterit. Petr. Barbosa *in l. Eum qui temerè, num. 51. de judic. Menoch. de arbitrar. casu 177. num. 1. Farin. in prax. quæst. 16. n. 4. & 73. Gutier. Practicar. lib. I. quæst. 135. num. 5. Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 3. num. 26. Boff. in Praxi, tit. de accusat. num. 28. Tusch. lit. E, conclus. 626. num. 7. & 80. Cujac. observat. lib. 12. cap. 1. & alii laudati sup. num. 1. licet à solutione expensarum processus non relevare justam litigandi causam tueatur Petr. Barb. num. 64. quod restringit n. 78. si notoriè appareat de justificatione litigantis superati: sed displicet limitatio.*

An

12 An quis justam litigandi causam habuerit, judicantis arbitrio committitur. Tusch. & Menoch. *ubi proxime*, Farin. n. 40. Gutier. n. 2. Fiamin. *de resignat. benefic. lib. 5. quest. 3. n. 209.* Azeved. *in l. 1. n. 25. tit. 22. lib. 4. Recop.* Petr. Barbosa *num. 119.* Ex quibus justa litigandi causa debeat æstimari, congeffit Menoch. *d. casu 177. per tot.* præter alios, quos laudat Petr. Barb. n. 53. Non eximitur ab hoc gravamine, qui advocatum consulit, etiam peritissimum. Greg. Lop. *in præm. gloss. 2. tit. 2. p. 3.*

Ibi: *Quamvis in dubio præsumptio sit.*

13 Qui causa succubuit, præsumitur justa litigandi ratione caruisse. Petr. Barbof. n. 67. Menoch. *lib. 2. præf. 87. n. 1.* Amat. Roderic. *in pract. tit. de form. examin. process. cap. 5. n. 37.* Verùm per calumniæ juramentum ea præsumptione eliditur. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quest. 85. n. 4.* & alii ex præcitat. n. 4. ta nen ex capite temeritatis ad expensas tenebitur, qui de justificatione litigandi non docuerit, ut præmittitur n. 3. Multùm autem interest, an quis ex calumnia, vel temeritate damnetur, quod videre licet apud Petr. Barbof. n. 49. 50. & 250.

14 Opportunè quæritur, si quis à principio judicii justè litigavit, deinde patefacta veritate, mala fide in causa prosequutus superetur, an sit damnandus ad omnes litis sumptus, vel duntaxat pro tempore, quo absque justa causa in lite perstitit? De qua quæstione agit Petr. Barbosa à n. 136. qui contra alios tenet ad favorem superati, ut à parte expensarum relevetur. Fachin. *controv. lib. 1. cap. 41.*

Verf. *Hæc verò sexta declaratio.*

15 Justa litigandi causa ab impenfarum solutione excusat, nedum in prima instantia, sed apud judicem appellationis. Petr. Barb. n. 99. Gutier. *d. 1. 135. n. 2.* Scacc. *d. quest. 67. lim. 21. n. 54. verf. Ratio est.* Rebuff. *d. tit. de expens. in princ. n. 29.* Azeved. n. 24. Greg. Lop. *in l. 27. gloss. 3. tit. 23. p. 3.* Sed in prima instantia facilius præsumitur justa ratio litigandi, quam in secunda. Petr. Barbosa n. 91. & 103. Gail. *lib. 1. observ. 152. n. 5.* Gutier. n. 12. Rebuff. *ad leg. Gall. part. 3. tit. de appell. art. 9. gloss. unic. n. 25.* quod & D. Covar. nos docet hic.

16 Utrum appellatus, qui unam aut duplicem sententiam obtinuit, possit per superiorem revocantem eam ad litis sumptus damnari? tradunt Scacc. *d. lim. 21. ex n. 54.* Petr. Barbosa n. 107. & 108. Gutier. *d. lib. 1. quest. 136.* Guaz. *sup. defens. 36. cap. 26. n. 14. & 15.* Azeved. n. 32. Fachin. *controv. lib. 1. cap. 41.* Facit lex *1. tit. 22. lib. 4. Recop.* & distinguitur, num, ex eisdem actis sententia revocetur, vel ex noviter deductis. Priore casu condemnari poterit appellatus, in posteriore non utique. At iniquitatem notoriam, ac patientem desiderari, tenet Greg. Lop. *ubi nuper.*

17 Si judex appellationis victum gravet, ut refundat expensas, confirmans, vel revocans sententiam inferioris, quæritur an intelligatur de impenfis in secunda instantia, vel etiam in præcedenti? De quo latè Scacc. *num. 48.* Petr. Barbosa *num. 89.* Rebuff. *sup. tit. de appellat. art. 9. ex n. 29.* Guaz. *d. cap. 26. à num. 2.* qui affirmativè resolvunt, nisi primus judex victum ab expensis absolvisset, aut si justam

causam litigandi in prima instantia habuerit damnatus, aut si apud inferiorem non fuerint petita, ut tenet Guazzinus contra Scacciam. Etenim si in prima instantia non petantur, nec pro illa apud superiorem peti possunt. Cancer. *variar. part. 3. cap. 16. n. 93.* Rursus ab expensis absolutus per appellationis judicem censetur, & pro præcedenti judicio ab illarum præstatione liberatus. Guaz. n. 6. nisi ex conventionne debeantur. Idem *ibi*, Cancer. *sup. cap. 2. n. 246.* Surd. *decis. 261. n. 8.*

Ibi: *Sicut & minor causa excusat.*

Reus facilius relevatur ab expensarum onere **18** propter justam litigandi causam, quam actor. Azeved. *in l. 1. num. 26. tit. 22. lib. 4. Recop.* Petr. Barbosa cum aliis *in d. l. Eum qui temere*, n. 76.

Verf. *Judices verò, qui Romæ.*

Hujus praxis Romanæ Curie meminerunt. **19** Scacc. *d. quest. 17. limit. 21. n. 47. verf. Hoc temperamentum*, Petr. Barbosa n. 62.

Verf. *Hæc tamen sexta.*

In expensis, quæ non officio judicis sed jure **20** actionis debentur, velut ex contractu, aut testamento, nihil interest justa litigandi causa, ne præstentur. Tusch. *lit. E, concl. 626. n. 87.* Cened. *ad Decretal. collect. 60. n. 7.* Surd. *de aliment. tit. 6. quest. 3. n. 28.* Petr. Barbosa à n. 121. Rebuff. *sup. tit. de expens. art. 1. gloss. unic. n. 42.* Mascard. *de probat. concl. 36. n. 49.* August. Barbosa *collect. cap. Calumniam, n. 5. de pæn.* Azeved. n. 29. Cancer. *variar. part. 3. cap. 2. n. 246.* Sed si debeantur expensæ ex lege, aut statuto, excusat justa causa. Petrus Barb. n. 123.

Verf. *Idem erit ubi expensæ.*

Contumax non eximitur ab expensarum solu- **21** tione etsi justa de causa in judicio contendat. Unde sæpè victor eas victo pendere compellitur, neque post definitivam repetit, veluti si quis bonam causam habens, celet instrumentum iniquè, ut adversarium vexet, aut alias litem protelet contumaciter. Tusch. *concl. 626. num. 13. 15. & 45.* Marant. *de ordin. judic. part. 6. memb. 7. n. 2.* Petr. Barbosa n. 140. Parlad. *quodidian. lib. 2. cap. fin. §. 18. in fin.* Scacc. *sup. n. 68.*

Ibi: *Tamen ab eisdem excusabit.*

Qui de contumacia arguitur, à præstatione **22** expensarum liberabitur, si legitimam excusationem probaverit. Tusch. *lit. E, concl. 637. n. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 152. n. 3.* Cujac. *observat. lib. 9. cap. 22.*

Ad Num. 4.

Lex, seu statutum jubens superatum victori ad **23** litis sumptus damnandum, ita accipi debet, ut non liget eos, qui justa ex causa litigantes succubuerunt. Greg. Lop. *in l. 27. gloss. 3. tit. 23. p. 3.* Tusch. *lit. E, concl. 626. n. 26.* Azeved. *in l. 1. n. 28. tit. 22. lib. 4. Recop.* Ant. Gab. *comm. opin. lib. 2. tit. de expens. concl. 3.* Gutier. *Practi- car.*

car. lib. 1. quæst. 135. à n. 6. Caravit. tit. 298. Petr. Barb. in l. Eum qui temerè, n. 94. & 126. cum seqq. Seraphin. de juram. privil. 13. à n. 16. Gratian. disceptat. cap. 33. à princ. Hermos. in l. 3. gloss. 5. n. 3. tit. 3. p. 5. Sic regia Constitutio in l. 1. tit. 22. lib. 4. Recop. in praxi est recepta, ut in causa appellationis non dampnetur ad expensas, qui iustâ causâ in lite processit, licet superetur, sententiâ, à qua appellavit, confirmatâ, non obstante ea lege, quæ absolutè damnationem fieri præcipit. Ita observant nostrates prælaudati, ac Cævall. comm. cont. comm. quæst. 539. in fin. dissentiente Parlador. quotidian. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 18. de cujus legis intellectu latissime Petr. Barbosa.

Ibi: Tunc sanè posset.

- 24 De hac limitatione potest dubitari non immeritò, quia ex mente Legislatoris etiam colligere licet, ita demùm actionem expensarum in victum concedere voluisse, si non ex iusta causa litigaret, & ita sentit Pet. Barb. num. 123. At huiusmodi impensæ jure actionis peti poterunt. Petr. Barb. n. 134. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de expens. resol. 1. n. 4.

Ad Num. 5.

- 25 Judex non est adstrictus ad damnationem impensarum, nisi per victorem fuerint petita. Tusch. lit. E, concl. 626. n. 77. Azeved. in d. l. 1. n. 11. Petr. Barb. in l. Eum qui temerè, n. 171. de judic. Caravit. rit. 297. n. 7. Villalob. Ærar. comm. opinion. lit. E, n. 269. Paz in praxi, temp. 4. n. 37. Osuald. lib. 26. cap. 4. lit. F, Mynsinger. cent. 4. observ. 55. August. Barbosa collect. n. 10. ad cap. ult. de rescript. Gail. lib. 1. observ. 152. n. 22. Lanfranc. tract. de expens. n. 16. Quamvis autem judex teneatur satisfacere parti expensas quarum condemnationem injustè non fecit, id verum habet si fuerint petita. Petr. Barbosa n. 170. Lanfranc. ubi nuper.

Ibi: Judex verò si velit.

- 26 Judex potest, etiamsi non petantur, victum qui temerè litigavit, damnare ad expensas litis. Scacc. de appel. q. 17. limit. 21. n. 52. Tusch. concl. 630. Freder. Schenk. tract. de expens. n. 18. Lanfranc. & alii præcitati.

Ibi: Primum, quod sit satis.

- 27 Ex illa clausula generali, Jus & justitiam ministrari, judicem teneri ad condemnationem sumptuum, ex aliis tradit August. Barbosa in d. collect. n. 11. Semper tamen de stylo expressum impensæ postulantur.

Ibi: Alterum quidem quod post.

- 28 Judex eadem die, & non postea, permittitur sententiâ diffinitivâ latâ, super expensis decernere, ut prænotatur supra, n. 10. & caveatur l. 3. tit. 22. part. 3. ubi Gregor. Lop. gloss. 4. Petr. Barbosa n. 177. qui & Azeved. in d. l. 1. n. 14. praxi receptum testantur, memores D. Covar. hic, Pichard. manud. part. 2. in prælud. §. 3. n. 12.

Verf. Sed si quis.

Si victor lite pendente adversarium ad impensas damnari postulare, judexque nihil de illis decerneret, quæritur an ab omiſsa condemnatione liceat provocare? In hac quæſtione sic distinguendum est: Aut victus absolute à sententia appellat, & tunc victor appellare nequit: aut ille non provocat, quatenus sententia sibi præjudicium parit, & victor pro expensis appellans auditur. Tusch. lit. E, conclus. 626. n. 32. & 77. Salgad. de Reg. protect. part. 3. cap. 16. n. 37. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 21. n. 1. 19. & 23. ubi fusè, Petr. Barbosa in l. Eum qui temerè, à n. 180. de judic. Paz in praxi, tom. 1. temp. 4. n. 37. Lanfranc. tract. de expens. n. 15. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 1. tit. 23. part. 3. Idem juris erit, si victus de nullitate dixerit, quia victor non appellat, cum judex super expensis valeat pronuntiare. Scacc. cum aliis n. 11. Utrum liceat superanti provocare ab expensarum prætermiſsa condemnatione, cum non fuerint petita, controvertitur. Affirmat Scacc. n. 35.

Verf. Ceterum hæc vera.

Cum superatus expensè ab expensis absolvi-³⁰ tur, victor indistinctè appellare permittitur. Tusch. n. 34. Greg. Lop. ubi proximè, Scacc. n. 15. Villalob. Ærar. commun. opin. lit. E, n. 271. Petr. Barbosa n. 186. qui & Scacc. hunc casum à proximo superiore non distinguunt, & appellatione victorem non egere, si victus simpliciter appellet, opinantur.

Ibi: Quia judex non videtur ab eis
absolvere.

Judex qui petitis expensis, illarum mentionem³¹ in definitiva nullam facit, non censetur absolvere superatum ab ipsis. Salgad. n. 36. Azeved. in l. 1. n. 22. tit. 22. lib. 4. Recop. Aug. Barbosa collect. l. 1. num. 4. C. Si advers. rem judic. Contrarium haud pauci sustinent, ut Tusch. sup. n. 31. & alii, quos refert, ac sequitur Guazz. de defens. reor. def. 36. cap. 25. n. 1.

Verf. Sed hæc vera sunt.

. Prolatâ diffinitivâ sententiâ, expensæ nec peti,³² nec judicari possunt, nisi ipſo die, quo judex pronuntiavit. Petr. Greg. Syntagm. lib. 50. cap. 1. n. 24. Guaz. sup. cap. 22. n. 2. Scacc. n. 37. & præmittitur sup. n. 10. & 28. Sed fallit si ex conventionem, vel statuto debeantur, nam etſi sententia super principali in rem transferit judicatam, peti poterunt præstarique debent. Salgad. sup. num. 42. Surd. de aliment. tit. 1. q. 43. n. 4. Cancer. variar. part. 3. cap. 16. n. 97. Scacc. d. quæst. 17. limit. 21. n. 45. Azeved. num. 16. Trentacinq. variar. lib. 2. tit. de expens. resolut. 1. n. 4. Guaz. sup. cap. 25. num. 4. quod limitat cum pluribus Guazzin. n. 5. cum promittuntur expensæ in judicio ex necessitate, ut in casu, de quo agit.

Ibi: Quæ debentur ratione contumaciæ.

Expensas solvere tenetur contumax, ut prænotatur supra, n. 6. quæ non officio judicis, sed jure actionis petuntur, ideo post extinctum principale³³

pale iudicium, de eis agere licet. Salg. & Scacc. ubi proximè, Frederic. Schenk. tract. de expens. num. 18. Villalob. sup. num. 272. Trentacinq. num. 5.

Ad Num. 6.

- 34 Expenfarum taxatio fieri debet iudicis arbitrio, perpenfa litigantis utriusque qualitate, l. 3. tit. 5. lib. 4. Recopil. ubi Azeved. n. 21. Petr. Barbosa in d. l. Eum qui temere, nu. 266. Jacob. de Aren. tract. de expens. n. 19. Paz in praxi, temp. 11. n. 24. Aug. Barbof. collect. cap. 1. n. 13. de elect. in 6. Quas expensas victus refarcire teneatur, diffusè discutit. Petr. Barbosa à n. 213. Tusch. lit. E, conclus. 632. Petr. Greg. d. lib. 50. cap. 2. n. 47. Cancer. part. 2. cap. 6. ex nu. 31. Jacob. de Aren. ex n. 16. Frederic. Schenk. n. 17. Lanfranc. tractat. de expensis, n. 19. Gregorius Lopez in l. 8. gloss. 1. tit. 22. partit. 3.
- 35 Licet à decreto, quo jubet iudex expensas taxari, appellari non possit; ab excessu tamen taxationis provocare quisque permittitur. Scacc. d. limit. 21. ex n. 58. Petr. Barbosa n. 276. Sed quoties victus ad sumptus litis damnatur, in dubio præsumitur de impensis processus, non de personalibus, nisi exprimat. Paz ubi proximè, & ita praxis observat.

Ibi: Ut tandem præmissa taxatione.

- 36 Cùm expensarum computationem fieri contingit, semper præcedere debet iudicis taxatio, ac deinde partis subsequitur iuramentum, ut perjuris auferatur occasio. Petr. Barbosa nu. 269. Paz ubi proximè, Mascard. de probat. concl. 717. n. 4. Gail. lib. 1. observat. 152. n. 11. Caravit. tit. 208. nu. 5. Azeved. in l. 3. nu. 20. tit. 5. lib. 4. Recop. ubi formam taxationis optimam tradit, ut scilicet victor simplicem relationem sumptuum, quos fecerit, exhibeat iudici, qui pro arbitrio moderatione adhibito, jusjurandum parti deferret, ac deinde super taxatione juxta illud pronuntiabit: quam praxim transcripsit Aug. Barbosa collect. authent. post jusjurandum, n. 2. C. de judic. Apud Gallos aliter se res habet, ut videre licet apud Petr. Greg. d. lib. 50. cap. 1. n. 24.

Ibi: Nam cùm hoc iuramentum.

- 37 Illud discriminis versatur inter iuramentum affectionis, cùm scilicet quis injuriæ pecuniariam satisfactionem desiderat, & iuramentum de veritate pro consequendis expensis vel interesse. In illo prius actor jurat, pro centum talem injuriam non sustinuisse: & iudex, si excessisse jurantem arbitretur, de quantitate detrahit. In hoc è contra; nam iudicis taxatio præcedit, ut assertum est. Ratio hujus differentiæ patet, nam qui excedit in taxatione expensarum, perjurus est; ideo si præcessisset jusjurandum, nequiret iudex excessum reformare; nam supponeret perjurium, quod non præsumitur. Aliud est in æstimatione injuriæ, cùm absque perjurio possit quisque excedere proprio amore ductus, ideo locus est iudicis arbitrio, ut quantitatem moderetur ex personarum qualitate, aliisque circumstantiis; neque enim res secundum eujusque affectionem debent æstimari, l. Pretia rerum 63. ad leg. Falciã. de quibus D. Covar. variar. lib. 2. cap. 10. n. 7. vers. Sic injuriam passus, & ego ibi, n. 81. Vide Hermof. in l. 8. gloss. 8. D. de Faria Covar. Enucl.

tit. 3. p. 5. ubi n. 6. ex multis probat, licere iudici, etsi iuramentum partis de veritate præcesserit, quantitatem expensarum, aut interesse minuere juxta facultates debitoris.

S U M M A R I U M.

- 1 Rerum dotaliu æstimatio ex quibus causis fiat.
- 2 In dubio præsumitur facta venditionis gratiã: quod regulariter in qualibet causa observatur. Æstimatio rerum dotalium, nisi probetur, minime præsumitur, ibid.
- 3 Dote tradita viro æstimanda per arbitros, si nulla fiat æstimatio, an tacita venditio contrahatur? & num. 4.
- 5 Si pro quantitate in dotem promissa fundus viro traditur, tacite contrahitur venditio, prout in dote æstimata.
- 6 Idem erit, si mulier secundo marito dotem promittat, non expressã summã, cùm ipsa mille priori consorti dederit, ac posteriori fundum tradat, intelligitur his æstimatus accipi pro mille.
- 7 Quid si res accipiat maritus æstimatas ea conditione, ut easdem reddat soluto matrimonio, his formis, quibus sunt traditæ.
- 8 Non inducit emptionem æstimatio rerum dotalium, quoties apparet ex conjecturis ad diversum finem facta taxatio.
- 9 Si res tradantur eo pacto, ut maritus eas pro eodem pretio restituat, an æstimatio emptionem operetur.
- 10 Utrum eo casu maritus etiam de levissima culpa teneatur, si res aliqua pereat.
- 11 Lex In iis 67. §. Mancipia, ff. solut. matrimon. explanatur, & num. seqq.
- 16 Lex Si inter virum 21. C. de jur. dot. intelligitur, ac conciliatur cum dicto §. Mancipia, & num. seqq.
- 19 Pactio, quod maritus reddat res pro eodem pretio, quo sunt æstimatæ, quid operetur si aliqua extinguatur durante conjugio, & num. 20.
- 21 Periculum, & commodum rerum dotalium à quo incipiat ad virum pertinere.
- 22 De pacto, ut res reddantur dotales habita ratione augmenti, & diminutionis, an æstimatio faciat emptionem.
- 23 Quid si ita tradantur, omissa pactio, quod habeatur ratio augmenti, vel diminutionis.
- 24 Utrum maritus in duplici casu præmissa valeat res dotales alienare.
- 25 Ubi convenit, ut æstimatas res easdem maritus reddat, ad quem earum periculum matrimonio constante spectet.
- 26 Quoties convenit, ut res dotales restituantur, soluto matrimonio, tacite subintelligitur, quod habeatur ratio augmenti, vel deteriorationis.
- 27 Lex ubi culpæ simpliciter facit mentionem, levissimam non complectitur, & ita intelligitur lex 18. tit. 11. p. 4.
- 28 De constitutione dotis æstimatæ cum pacto, ut maritus aut res ipsas, aut æstimationem, extincto matrimonio, exhibere teneatur, prout sibi placuerit.
- 29 Cujus sit periculum eo casu rerum dotalium.
- 30 An liberum sit viro res alienare dotales, invita consorte, in casu proximo.
- 31 Quoties absolute convenit, ut res, aut pretium post matrimonium solutum reddantur, electio est mariti.

- 32 Si expressim convenerit, ut uxor aut res dotales, aut pretium exigat, non censetur venditio celebrata ex æstimatione.
- 33 Nequit maritus in hac specie absque uxoris consensu dotalia alienare.
- 34 Maritus restituit integrum pretium dotis æstimatæ, etiamsi uxor res per usum deteriores redderet, aut extingueret.
- 35 Apud nos unde resarciatur damnum contingens in rebus dotalibus, durante matrimonio.
- 36 Si in dotem tradantur res, quæ pondere, numero, aut mensura consistunt, quid actum intelligatur.
- 37 Si in instrumento enuncietur, dotem tradi æstimatam, cum de taxatione non appareat, dos inæstimata iudicabitur, & n. 41. ubi contrarium sustinetur, & n. 42.
- 38 Lex Quidam 96. §. Si tibi servus, de legat. 1. interpretatur.
- 39 Debitor quantitatis respectu certæ speciei, hac pereunte, liberatur.
- 40 Lex Vir uxori, de dot. præleg. intelligitur.
- 43 Dotis æstimatio an faciat emptionem, marito inopiâ laborante sub tempus traditionis, & num. 44.
- 45 Si maritus, qui æstimatam recepit dotem, non sit solvendo tempore restitutionis, mulieri datur utilis rei vindicatio pro rebus extantibus ex dote: quod ampliatur, num. 47.
- 46 Utrum jus idem hæredibus mulieris tribuatur.
- 48 Mulier vindicans rem dotalem in præmissio casu per tertium possessorem, pretio oblato, excluditur.
- 49 Aliud erit, si mulier egerit ad dotem, durante matrimonio, propter viri egestatem.
- 50 An æstimatio producat emptionem, interveniente in pretio læsione.
- 51 In dotis constitutione adhuc pro modica læsione competit actio ad supplementum.
- 52 Mulier minor an possit dotem æstimatam in immobilibus viro constituere sine juris solemnitatibus, & num. 53.
- 54 Quid de mobilibus pretiosis.
- 55 Mulier minor si dotem ex immobilibus dederit æstimatam, non adhibita solemnitate, poterit soluto matrimonio aut res, aut æstimationem exigere.
- 56 Ecclesia potest agere ad implementum contractus irriti ob defectum solemnitatis.
- 57 Quisque renuncians nullitati pro se introductæ, potest ratum habere contractum nullum, ac petere ut illi aliter contrahens stet.
- 58 Contractus interveniente dolo causam illi præstante initus sustinetur ex voluntate patientis dolum.
- 59 Quoties actum non est expressè, ut dos recipiatur æstimata, si mulier minor, omissa solemnitate, dederit immobilia, taxatio non facit emptionem, & ad alium effectum præsumitur facta.
- 60 Hoc casu mulieri incumbit probare (si sua intercessit) æstimationem factam, ut bona in virum transirent, quod ex modo utendi conjectari poterit.
- 61 Ut æstimatio operetur emptionem, quo tempore fieri debeat.
- 62 Dotis æstimatio facit emptionem, etsi res dotales absint.
- 63 Dominium non transit ad emptorem venditione perfecta, nisi subsequatur traditio. Limitatur ibi, & opus est, ut pecunia pretii fiat accipientis, ibid.

64 Per æstimationem non transfertur dominium rerum dotalium in maritum, sed traditione opus est.

CAPUT XXVIII.

Ad Num. 1.

Æstimatio eorum, quæ in dotem traduntur, aliquoties fit ut venditio contrahatur, aliquoties ut constet de singulorum pretio, ut si aliqua pereant, quæ maritus supplere teneatur, opus non sit valorem probare, l. Si inter virum 21. D. de jure dot. Ant. Gom. in l. 50. Tauri n. 44. vers. Quod tamen intellige, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 426. num. 4. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 7. Fachin. controvers. lib. 12. cap. 74. vers. Tertio quia. Amat. cum plurimis variar. resol. 49. n. 4. & 5.

Evenit ut de dotis æstimatione per instrumentum appareat, ejus causâ latente. Et quoniam plurimum interest, an emptio per æstimationem contracta censetur, necne, id oportet investigare. Igitur in dubio præsumitur maritus bona dotalia, quæ æstimata accepit, tacite sibi emisse. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. II. part. 4. Petr. Barbosa in l. Æstimatis, ff. solut. matrim. nu. 3. Cancr. variar. part. 1. cap. 9. n. 122. Mascard. de probat. concl. 663. num. 8. Menoch. lib. 3. præf. 74. n. 3. Ursill. ad Afflic. decis. 270. n. 2. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 12. tit. 28. n. 4. & alii ferè innumeri apud Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 19. n. 2. Aug. Barbosa collect. l. Quoties. C. de jur. dot. ac Hermos. in l. 22. gloss. 5. n. 21. tit. 5. part. 5. quod nedum favore dotis in dict. l. Quoties, constitutum est, nam mulieris interest bona dotalia in virum transferri, ut ipse periculo eorum subiciatur, Cujac. lib. 6. q. Pauli in l. 70. ff. solut. matrim. Petr. Barbosa num. 5. sed etiam quia regulariter in omnibus æstimationem venditionis causâ fieri creditur, nisi aliud constet. Aug. Barbosa alios referens collect. l. Si inter virum, n. 4. C. de jur. dot. Mascard. cum pluribus sup. n. 1. Menoch. sup. præf. 34. n. 4.

Attamen si dubitetur, an æstimatio intercesserit, facta non præsumitur. Cujac. ubi proximè, Merlin. nu. 107. qui n. 44. aliud sentire videtur favore mulieris.

Vers. Primum etenim.

Si dos constituatur eo pacto, ut res dotales per arbitros æstimentur, æstimata iudicabitur, ac venditio contracta, etsi nunquam arbitrium accedat; nam boni viri iudicio pretium assignatum intelligitur juxta tempus dotis receptæ. Tusch. lit. E, concl. 623. nu. 17. Mascard. n. 5. Ursill. num. 4. Menoch. n. 5. Giurba ad consuet. Messan. cap. 25. n. 8. Trentac. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. n. 4. Aug. Barbosa collect. d. l. Quoties, n. 3. de quo contra sentiunt Mantic. d. tit. 28. nu. 9. vers. Sed considera, Petr. Barbosa n. 51. & Merlin. n. 41. ubi distinguit limitans conclusionem, ut non procedat quoties tertii designantur arbitri, qui munus suum non subiverunt.

Sed communi sententiæ ut consulatur asserendum est, quod etsi in contractu venditionis, si pretium conferatur in arbitrium tertii, qui tenuit, aut nequivit constituere, actus irritus habeatur, l. fin. C. de contr. empt. Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 9. Hermos. in l. 9. gloss. 3. in fin. tit. 5. p. 5. Pichard. in §. Pretium, num. 34. Inst. de emption.

emption. nihilominus id favore dotis in ea non procedit; nam ut præmissi *num. 2.* utilius est mulieri, si æstimata tradatur: sed altera specialitatis ratio reperitur, cum cæteri, non subsistente venditione, propria retineant, quæ distrahere intendebant: non sic mulier, cui non licet bona dotalia à viro recuperare, matrimonio constante; idcirco æquitati congruit, ut conventio de dote æstimata tradenda, eo modo quo possit, sustineatur, pretio pro boni viri arbitrio constituto: quod in hujusmodi contractibus maximè locum obtinet: *l. Jure succursum 7. §. fin. de jur. dot.* alioqui mulier decepta verfaretur in damno, si res dotales casu perirent apud virum.

Verf. Secundò apparet.

5 Si marito tradatur fundus pro pecunia sibi in dotem promissa, emptio contrahitur, & dos æstimata habetur, solutoque matrimonio non fundus, sed quantitas debet restitui, cum ille dotalis non fiat. *Merlin. d. quest. 19. n. 33. & 47. cum seqq. Menoch. lib. 3. præf. 74. n. 6. Fachin. controvers. lib. 12. cap. 74. verf. primò quia. Giurb. sup. n. 11. Trentacinq. nu. 13. Gratian. discept. cap. 38. n. 29. Aug. Barbosa ubi proximè, Molin. d. disp. 426. num. 12. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 26. Azeved. in l. 35. n. 8. tit. 18. lib. 9. Recop. Leotard. de usur. quest. 78. n. 53. Quod ampliatur etsi expressim adjiciatur, quod fundus dotalis existat, quia id accipitur improprie, ut maneat speciali hypotheca astrictus pro dotis securitate. *Fachin. d. cap. 74. verf. Ad evitandas, Merlin. n. 63. ubi alii. Simili modo si promittantur marito mille solvenda in ædibus, vel aliis immobilibus, dos æstimata censetur, & ille poterit vel quantitatem reddendo liberari. Merlin. num. 87. Fontanell. nu. 74. At restringi poterit conclusio principalis, si considerabilis reperiretur excessus inter pretium fundi, & dotis quantitatem, quia venditio non præsumeretur, ex infra dicendis n. 50.**

Verf. Tertio, quod mihi.

6 Si qua mulier priori marito mille in dotem dedisset, & secundò nubens posteriori dotem non expressa quantitate promiserit, cui fundum tradidit, tacita emptio contrahitur, fundusque pro mille æstimatus habetur, de quo *Merlin. d. n. 31. Menoch. n. 7. Mantic. de tacit. convent. lib. 12. tit. 28. n. 8. Idem juris erit, si easdem res, quas marito æstimatas in dotem concesserat, secundo viro simpliciter tribuit, nulla taxatione præmissa. Trentacinq. n. 8. Merlin. n. 34. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 15. gloss. 5. n. 13.*

Ad Num. 2.

7 Si res æstimatæ transferantur cum pacto ut maritus eas reddere debeat his modis, & formis, quibus sunt traditæ, emptio nihilominus earundem facta intelligitur, ac vir pretium persolvens liberabitur. *Trentacinq. n. 12. Mantic. n. 6. Sed hanc sententiam valdè periculofam asseruit Merlin. n. 26. & 27. à qua recedunt Petr. Barbosa in l. æstimatis, n. 31. solut. matrim. Fontanell. n. 33. qui distinguunt, nam si promiserit vir res dotales eidem formis restituere, emptio non contrahitur: secus si dotem ita reddere polliceatur.*

D. de Faria Covar. Enuch.

Ad Num. 3.

Cum æstimatio rerum dotalium ad diversum finem fieri soleat, per illam non inducetur emptio quoties ex conjecturis deprehendatur aliam fuisse mentem contrahentium: quapropter dos inæstimata reputabitur, quanquam rebus dotalibus pretium assignetur. *Menoch. n. 15. Trentacinq. sup. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. n. 24. Merlin. de pignor. lib. 2. quest. 19. n. 11. Giurb. sup. gloss. 1. n. 19. Mantic. n. 17. Tusch. lit. E. concl. 672. n. 39. Fontanell. n. 30. verf. Dixi quod, Fachin. d. cap. 74. verf. Nec obstat, & alii per plures apud Amat. variar. resol. 49. n. 5. Hinc est, ut si saltem per semiplenam probationem appareret æstimatio ad alium effectum facta, non præsumeretur dotalium bonorum venditio. *Fontan. ubi proximè, Merlin. n. 107. Ex quibus conjecturis videatur æstimatio adhibita ad alium finem, & non ut emptionem operetur, jam liquebit per subsequentes resolutiones.**

Ad Num. 4.

Quoties convenit, ut extincto matrimonio, res 9 dotales æstimatæ pro eodem reddantur pretio, nec dos æstimata, nec emptio contracta censetur. *Menoch. n. 16. Merlin. n. 12. Trentacinq. n. 20. Mascard. de probat. concl. 663. n. 17. Tusch. n. 22. Cancr. variar. part. 1. cap. 9. n. 122. verf. In ista materia, Mantic. n. 19. Petr. Barbosa n. 35. August. Barbosa collect. l. Quoties, num. 3. C. de jur. dot. De hujus conventionis effectu inferius agendum, n. 19.*

Ibi: Tenetur tamen maritus.

Ex pacto proximo maritus obligatur ad rerum 10 dotalium deteriorationem, etiam quæ evenerit levissimâ culpâ, ut visum est Paulo Castrensi, cui noster Præses ad stipulatur. *Menoch. nu. 17. & alii ex pronuper laudatis assentiuntur. Verùm merito contra tenet Petr. Barbosa n. 36. nam ex natura contractus vir solum de levi culpa tenetur, non de levissima, ut D. Covar. hic docet. Petr. Barbosa n. 35. Molin. d. disp. 426. n. 2. quod effugium inventum constat ob difficile Javoleni responsum in l. In iis. 67. §. Mancipia, ff. solut. matrim. de cujus interpretatione mox differendum. Sed nullo jure, aut probabili ratione fulcitur, quod maritus ex præfata pactione strictius obligetur.*

Nec urget si quis dixerit, quod si maritus non 11 astringeretur magis quam secundum naturam dotalis contractus, pactum illud nihil operaretur; nam satis pactum operatur, cum per ipsum apparuerit dotem non tradi æstimatam, quo sublato, æstimatio proculdubio faceret emptionem, ad quem effectum fuit additum; non ut virum ita obligaret, ut detrimentum ex levissima culpa in rebus dotalibus sustineret.

Verf. Unde inferitur ad intellectum.

Non pauci in percipiendo intellectu dicti §. 12 Mancipia, insudavere, quos laudat Petr. Barbosa n. 36. cui labori & ipse sedulus incubuit, & communiter placet quod D. Covarruvias hic tradidit, ut scilicet maritus non teneatur, si mancipia dotalia absque ulla ipsius culpa perirent; nam etsi Con-

- sultus expresserit, periculum mariti esse, id ita accipi debet, modò aliqua culpa, vel levissima ejus intercesserit: quod roborari poterit ex singulari textu, junctâ glossa finali in *l. Opus 39. ff. locat.*
- 13** Verùm enim verò inficiari nequit, quin per præfatam interpretationem vis inferatur textus literæ, ideo aliquandiu remorari nos oportet. Ait Javolenus: *Mancipia in dotem æstimata accepisti, pactum conventum deinde factum est, ut divortio facto, tantidem æstimata redderes; nec de partu dotalium ancillarum mentio facta est. Manebit, inquit Labeo, partus tuus, quia is pro periculo mancipiorum penes te esse debet.* Constat ex contextu, mancipiorum periculum absolute ad virum spectare, etsi intervenierit conventio, ut pro eadem æstimatione, separato conjugio, redderentur, cùm contrarium jure compertum apud omnes habeatur: quapropter Castrensis à proprietate verborum recedens, proximè traditam solutionem excogitavit de levissima culpa mariti, quem rectè impugnat Petr. Barbosa, cùm periculum ad aliquem spectare censeatur, si casibus fortuitis sit obnoxius, & quoties aliquis periculum suscipit, ad damnum etiam casu contingens obligatur, *l. Si rem. 19. §. Si cùm mihi, de præscr. verb.* Pichard. §. *Item is cui, Insl. quib. mod. re cont. oblig. n. 53.* Petr. Barbosa ubi proximè. Inde res post perfectam venditionem extincta emptori perit, etsi culpa ejus non intervenierit, *tit. de peric. & comm. rei vend. §. Cùm autem, Insl. de empt. & vendit.* Inde res quælibet domino suo perit absque facto, seu culpa ipsius, *l. Incendium 11. C. si cert. petat. l. Pignus 9. de pignor. action. l. 20. tit. 13. p. 5.* quod & innumeris roborari posset.
- 14** Hoc eo vel maximè in specie dicti §. *Mancipia*, locum debet habere, quia agitur de acquisitione partus ancillæ, quæ in conflictu edendi naturaliter mortis exponitur periculo, quod nisi suscepisset maritus, non tribueretur commodum nati ex ancilla: unde liquet Javolenum culpæ levis, aut levissimæ viri non meminisse, sed de proprio periculo cogitasse, ut partus dominium ad maritum attinere decideret, juxta rationem naturalem legis *Secundùm naturam 10. de reg. jur.* Alioquin admittenda Castrensis opinio, evidens posset iniquitas resultare. Ponamus ex partu ancillam obiisse, superstiti filio, hic ex Javoleno lucro mariti cedit, uxore jacturam defunctæ sustinente.
- 15** Quibus perpensis, mihi videbatur in casu §. *Mancipia*, omne periculum ad virum spectare, unde si ancilla inter entendum decederet, maritus pretium persolvere cogeretur, quod etiam præstaret, etsi cætera mancipia casu perirent. Et hæc Javoleni expressa decisio congruit communibus juris principiis; nam dos fuit æstimata, ac tacite celebrata venditio, quamvis pactum adjectum de reddendis mancipiis pro eodem pretio. Ratio est, quia ejusmodi conventio cùm supervenerit ex intervallo post dotalium contractum perfectum, ut patet ibi, *Pactum conventum deinde factum est*, non valuit immutare naturam illius, nec dotem æstimatam ad inæstimatam reducere, ad quod expressa novatio desideratur, quæ in dubio non præsumitur, *l. fin. C. de novat.* ubi notatur. Merlin. *de pignor. lib. 2. quæst. 19. n. 48. & 64.* Fachin. *conrov. lib. 12. cap. 74. vers. At hoc dici non potest*, qui cum pluribus docent, quod semel dos constituta, æstimata, sive inæstimata, sic permanet, nec immutatur per pactum, vel actum subsequenter. Idem suadetur ex communi resolutione, quæ ha-

bet ut si fundus detur in dotem inæstimatus, ita permaneat, quanquam postea fiat ejus æstimatio, quæ non facit emptionem, ut faceret si à principio æstimaretur. Mascard. *de probat. concl. 663. n. 14.* Merlin. *n. 63.* Petr. Barbosa in *l. Æstimatis, n. 25. ff. solut. matrim.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 36.* Menoch. *lib. 3. præf. 74. n. 24.* Cùm igitur à principio dos traderetur æstimata, sic post actum perstitit, non obstante illo de restituendis tantidem æstimatis mancipiis: unde nil mirum si periculum maritus sustineat, præsertim cùm non implicet & dotem æstimatam retinere, & obligari ad reddenda mancipia, soluto matrimonio pro eodem pretio, ut probat Surd. *conf. 225. n. 1.*

Nec refragatur lex *Si inter virum. 21. C. de jur. 16* dot. qua idemmet decipitur casus, & caveatur per pactum de reddendis rebus dotalibus æstimatis pro eodem pretio emtionem impediri, ita ut ipsæ maneat dotalis, ac consequenter periculum ad uxorem pertinebit. Cui satisfieri in difficili non est, si constituamus discrimen inter pactum istud in continenti appositum, ac ex intervallo, quod hoc modo fuit additum in *Mancipia*, ut advertit Petr. Barbosa *n. 37.* Cùmque jam æstimatio suam produxisset effectum, mancipiorum scilicet emtionem, dolque æstimata fuisset constituta, hæc non potuerunt per pactum postea conventum retractari, sicut nuper ostendimus.

At in casu dictæ legis *Si inter*, à principio con- **17** venit inter contrahentes, ut dotalis res æstimatæ viro traderentur cum onere restituendi illas, soluto matrimonio, pro eadem æstimatione: & pactum hoc ita contractum informavit, ut non obstante taxatione, dos inæstimata consisteret, ac emptio non censeretur contracta, prout eveniret si id non adjiceretur: etenim pacta, quæ contractibus insunt, eis legem, & formam præstant, *l. Contractus 23. de reg. jur.* quem effectum minimè operantur post perfectos contractus ex intervallo addita. Ideo autem conventio illa de restitutione dotalium emtionem, quia eam fuisse mentem contrahentium jure præsumitur, ex eo quod mulier affectionem ad res proprias sic paciscens demonstravit: unde verosimile non est, ut dominium à se abdicare vellet, illud in virum transferens, quæ sibi dotalia bona conservare cupiebat; nemo enim intelligitur alii cedere quod sibi appetit, *l. Non vult. 6. de reg. jur.* propter quam conjecturam æstimatio emptionem facere non valuit, quoniam ad alium finem intervenisse censeretur, secundùm tradita *n. 8.* & ita exprimitur in *d. l. Si inter.*

Ex quibus tandem concluditur, quod pactum **18** de reddendis dotalibus pro eodem pretio, si incontinenti opponatur, emptionem excludit, dotemque, etsi intervenierit æstimatio, inæstimatam constituit, *dict. l. Si inter virum.* Sed si ex intervallo adjiciatur, dos quæ antea æstimata fuit data, suam naturam retinet, unde maritum rerum periculum sustinere constat, *d. §. Mancipia.* Sic, ni fallor, hæc leges, quæ oppositæ putantur, maneat absque violentia concordēs.

Vers. Hinc etiam constat.

Effectus conventionis de reddendis quæ vir in **19** dotem accepit pro eodem pretio dissoluto consortio, hic juxta commune Interpretum placitum refertur, scilicet quod res extantes omninò uxori, vel hæredibus illius restituantur, & si quæ culpâ etiam

etiam levissimâ viri deteriores reperiantur, ipse damnus resarcire compellitur. Si verò aliqua perierint, mulier jacturam patitur, nisi dolo, aut culpâ viri interitus contigerit; nam hic pretium exsolvet secundum factam æstimationem de quo laudati supra, num. 9. quibus junges Petr. Greg. *Syntagmat. lib. 9. cap. 18. nu. 2.* Fontan. supra, *claus. 5. gloss. 8. part. 13. nu. 32.*

20 Sed ut consequenter ad ea, quæ præmissimus, procedamus, asserere oportet, ex illa pactione maritum non adstringi magis, aut aliter ad damnus in rebus dotalibus contingens, quàm ex natura contractus teneretur, cum hoc non intendatur per ejusmodi pactum, sed solum rerum dotalium penes uxorem post solum consortium retentio. Igitur ita à principio convenit, & dos inæstimata censetur, quia per pactum illud impeditur emptio, & domini in virum translatio, d. l. Si inter virum, Petr. Gregor. *ubi proximè*: unde maritus res extantes reddens, cum matrimonio extinguitur, liberatur, nisi aliqua perierint aut deteriores existant dolo vel culpa levi ipsius, non levissima, secundum contractus dotalis naturam. Aut idem pactum additur, jam perfecto contractu, ac præcedente æstimatione; & tunc periculum omninò ad maritum spectabit, qui æstimatam dotem recepit, prout eveniret si ea conventio de restitutione rerum dotalium nunquam intervenisset. Quæ omnia procedunt juxta regulas contractus dotalis, cum dos æstimata, vel inæstimata recipitur, l. Plerumque 11. de jur. dot. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 426. nu. 5. & 6. Petr. Gregor. *ubi proximè*, nihil pacto influente quoad mariti obligationem, licet per illud dos inæstimata fiat, quæ alias æstimata censetur.

21 Cum de periculo rerum dotalium sermonem habeamus, meminisse oportet, illud incipere à die initi matrimonii, quanquam dos antea fuerit tradita: idemque de earum argumento dicendum, d. l. Plerumque, §. Si ante l. 18. tit. 11. p. 4. ubi Greg. Lop. *gloss. 4.* Petr. Barbosa *in l. Æstimatis, n. 5. ff. solut. matrim.* Molin. n. 8. Dubium tamen est, an inspiciendum tempus contractus matrimonii solemnitate nuptiarum, ductionis uxoris in domum, aut copulæ carnalis, de quo Gregor. Lop. In hoc differt tacita emptio, quæ contractui dotali inest, à cæteris; nam in his periculum, & commodum venditione perfecta attinet ad emptorem, sicut prænotatur n. 13. Sed emptio, quæ per æstimationem fit, habet tacitam conditionem, sicut ipsa dotis constitutio, si nuptiæ sequantur, sine quibus illa nequit consistere. Dixi *variar. lib. 1. cap. 7. n. 15.* Est & aliud discrimen, nam ex hac venditione gabella non debetur, l. 35. tit. 18. lib. 9. *Recop. ubi Azev. n. 4.* Molin. *sup. n. 12.* Lassart. *de decim. vendit. cap. 20. nu. 36.* Bolannus *commerc. terrest. lib. 1. cap. 14. n. 29.* quod procedit etsi post promissam pecuniam in dotem fundus, vel res alia detur in solum: & ita tenet Azeved. contra Lassart.

Verf. Secundò deducitur.

22 Quoties res præmissa æstimatione, in dotem traduntur ea conventionem, ut ipsæ res dotalis, rescisso matrimonii vinculo restituantur, habita ratione augmenti, ac diminutionis, nec æstimatio facit emptionem, nec dos æstimata censetur. Greg. Lop. *in l. 9. gloss. 2. tit. 11. p. 4.* Tusch. *lit. B, concl. 672. n. 24.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit.*

de jur. dos. resol. 1. n. 21. Merlin. *de pignor. lib. 2. quest. 19. n. 76.* Menoch. *lib. 3. præf. 74. n. 18.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 12. tit. 28. n. 19.* Petr. Barbosa *sup. n. 40.* August. Barb. *collect. l. Si inter virum, n. 3. C. de jur. dot. cujus pactionis effectus est, ut si res pereant, aut deteriores fiant, detrimentum uxor sustineat, si augeantur, commodum sentiat, nisi dolo aut culpa viri interitus, vel deterioratio contingat, qui damnus resarcire tenebitur: sicut & impensas repetet, si quas fecerit in rerum augmentum. Vult D. Covar. & alii ex præcitatatis sentiunt, propter pactum virum præter contractus dotalis naturam etiam ex levissima culpa obligari, quod displicet ex perpensis supra, n. 10. & 20.*

Verf. Tertio colligitur.

Cum paciscitur, ut res in dotem datae, etiam 23 æstimatae, soluto matrimonio reddantur, nulla emptio contrahitur, & dos ceu non æstimata habetur. Tusch. n. 22. Merlin. n. 27. Menoch. n. 19. Cancer. *variar. part. 1. cap. 9. n. 122. verf. In ista materia, Trentac. nu. 28.* Petr. Barbosa *nu. 29. verf. De his, Molin. nu. 13.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 31.* Greg. Lop. *ubi proximè.* Quo casu quoad dotis restitutionem eadem sunt observanda, ac in præcedenti, cum illud pactum sub hoc semper tacite contineatur, ut D. Covar. inferius nos docet. Sed si quis promiserit eandem dotem restituere, dos ut æstimata reputabitur, & maritus, pecuniâ solutâ, satisfacit. Petr. Barbosa n. 31.

Verf. His verò.

Illis casibus, de quibus pronuper actum est, 24 permittitur viro alienare dotalia, etiam immobilia, consentiente consorte. Trentacinq. n. 28. Merlin. n. 15. Sed aliud probat Petr. Barbosa *d. verf. de his*; nam cum ex pactis dos inæstimata constituitur, resque traditæ dotalis existant, idem in illis debet observari, quod in aliis simpliciter absque pacto in dotem præstitis, quæ si immobilia sint, nec uxore consentiente per maritum possunt alienari, l. unic. §. Cum lex, C. de rei uxor. act. princip. Inst. *quib. alien. lic. vel non.* Nec obsistit lex *Æstimatis, solut. matrim.* quia quondam sub tempus Scævola authoris ejus, ex lege Julia licebat fundum alienare dotalis, si uxor consentiret: atque ita decisio procedit, non propter pactum, sed secundum juris communis regulas, quod tunc temporis vigeat, & viguit usque ad Justinianum. Sic eum textum intelligunt Cujac. *ad illam, lib. 2. responsor. Scævola.* Petr. Barbosa n. 33. Observat Molin. *d. disp. 426. n. 11.* in corpore Juris leges reperiri, quæ alienationem fundi dotalis, consentiente uxore permittunt juxta jus antiquum, in quibus dicta lex *Æstimatis*, numerari debet. De rerum dotalium alienatione Hermos. cum pluribus *in l. 22. gloss. 5. d. n. 2. tit. 5. p. 5.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 428.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 1.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 76.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 7. gloss. 3. part. 13. ex n. 14.*

Verf. Horum autem trium.

Ubi dos constituitur rebus æstimatis, cum pacto 25 ut ipsæ soluto matrimonio restituantur, periculum ad uxorem attinet; maritus tamen tenetur si il-

lius vel levissimâ culpâ damnum contigerit. Quoad periculum ita tenet Petr. Barb. n. 30. nam ut ille ait, cum res sint dotales, & dos inæstimata, uxoris debet esse damnum, vel commodum ex natura contractus, l. *Plerumque* II. de jur. dot. Faciunt notata n. 20. Quoad aliud, scilicet maritum ex levissima culpa teneri, vide tradita supra, n. 10. & 20.

Ibi: *Facta simpliciter æstimatione.*

- 26 Quoties sic contrahitur, ut res dotales soluto matrimonio restituantur, semper subintelligitur, habita ratione augmenti, & diminutionis. Greg. Lop. in l. 19. gloss. 2. tit. II. p. 4.

Verf. *Quod si hæc.*

- 27 Lex 18. aut 19. tit. II. p. 4. quæ adducitur, nobis favet ad excludendam opinionem Castrensis, & sequacium; nam dum dicit constitutio, maritum teneri propter culpam, accipi debet ita, ut levissimam non comprehendat; nam quoties in lege culpæ fit mentio, de levi intelligitur, quæ inter latam, & levissimam medium tenet. Alciat. in l. *Magna negligentia* 226. n. 2. de verb. sign. & in l. *Rogasti*, n. 11. si cert. petat. Olwald. lib. 16. cap. 7. lit. Q. Petr. Greg. Syntagm. lib. 21. cap. 11. n. 4.

Ad Num. 5.

- 28 Cum res pretio convento in dotem dantur, ita ut marito electio relinquatur, eisdem, aut æstimationem, soluto matrimonio restituere, dos inæstimata permanet, cum tacita venditio non contrahatur. Molin. n. 13. Trentacinq. n. 5. Fontanell. n. 64. Menoch. n. 20. Merlin. n. 18. Joséph. Ludovif. comm. opinion. tom. 3. tit. de jur. dot. concl. 10. limit. 4. Pro quibus facit quod venditio non valet, si in arbitrium unius ex contrahentibus conferatur, In vendentis 13. C. de conr. empr. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 2. tit. 5. p. 5. Surd. decis. 114. à princ. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. n. 19. Et cum viro liceat res dotales reddere, vel pretium, ab ipsius voluntate venditio pendet. Contrarium tamen defendit, sic judicatum testatus Mastrill. decis. 194. ubi nostrum Præsidem pro sua allegat sententia, qui planè priùs asseverat, per præfatam conventionem contrahi emptionem, ac deinde subijcit, propriè non esse talem, quia damnum deteriorationis ad mulierem spectat. Sed sustinendo Mastrilli opinionem potest responderi, hoc provenire ex pacto præter naturam emptionis, quæ partium conventionem in contractibus potest immutari, l. *Contractus* 23. de reg. jur. & quod de contractu emptionis in arbitrium mariti collato objiciebatur, eliditur; nam contractus non est relictus liberæ voluntati mariti, quia statim mansit obligatus ad dotis restitutionem: sed solutio pretii in ipsius electione fuit posita, ut pecuniam, vel res dotales quasi in solutum redderet.

Verf. *Sed in hoc quarto casu.*

- 29 In casu proximè præcedenti, si res dotales perierint etiam casu fortuito, maritus tenetur ad æstimationem. Fontanell. ubi proximè, Merlin. n. 21. Sed quare vir tenetur de extinctione dotalium, & non ex deterioratione inculpabili, ut tenet Mastrill. n. 3. post D. Covar. hic, nemine

refragante; Hoc provenit ex natura obligationis alternativæ; nam quoties unum ex promissis dari non potest, alterum omninò debetur, l. *Non utique* 3. ff. de eo quod cert. loc. l. *Si in emptione*, §. *Si emptio*, ff. de conr. empr. Cum igitur vir res dotales, aut pretium reddere spondet, illis peremptis, hoc præcisè debet. Fontan. numero 68.

Ibi: *Posse in hac specie maritum.*

Vir ita, ut proximè assertum est, obligatus, 30 poterit dotalia etiam in vita uxoris alienare. Molin. ubi proximè, Surd. consil. 225. num. 2. Fontan. sup. n. 18. verf. *Fallit id quod, & claus. 7. gloss. 3. part. 13. n. 15.* Hermos. in l. 22. gloss. 5. n. 14. tit. 5. part. 5. Mastrill. num. 12. Sed si vir solvendo non sit mulieri succurritur, ut infra, num. 45.

Ibi: *In dubio quoties in contractu.*

Sed si absolutè paciscatur, ut conjugio separato, res dotales reddantur, aut pretium, marito electio est, ut quod placuerit restituat, l. 19. tit. II. part. 4. ubi Gregor. Lop. gloss. 2. Molin. & Merlin. ubi proximè, Tusch. lit. E, conclus. 672. n. 11. Fontan. d. gloss. 8. part. 13. n. 67. regulariter enim in alternativis electio est debitoris, nisi aliud exprimatur, d. l. *Non utique*, d. §. *Si emptio*, l. *Plerumque* II. §. *fin. de jur. dot.* Gloss. in l. *Quidam testamento* 99. §. *Si tibi, de legat. I.*

Ibi: *Quod si electio rerum.*

Si expressim conveniat, ut uxor soluto consortio res dotales, aut æstimationem repetat, emptio contracta per æstimationem non videtur, Tusch. n. 37. Merlia. d. quæst. 19. n. 15. Fontan. ubi proximè, n. 66. quicquid scripserit contra Surd. d. cons. 225. n. 1. quem refert Hermos. sup. n. 25.

Ibi: *Tunc maritus, matrimonio constante.*

In casu proximè maritus absque uxoris consensu dotalia alienare nequit. Molin. d. disp. 426. n. 13.

Verf. *Quinò, si mentem.*

Maritus compellitur integrum pretium solvere 34 rerum dotalium, quas æstimatas accepit, etiam si per usum uxoris extinguantur, aut deteriores fiant, velut vestes, l. *Mortis suæ* 54. §. *Res in dotem, de donat. int.* Tusch. d. concl. 672. n. 4. Cujac. lib. 4. respons. Papin. in d. §. *Res in dotem*, Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. I. n. 21, Petr. Barbosa in l. *Æstimatis*, n. 5. ff. solut. matrimon. ubi limitat si invito, vel ignaro marito, uxor dotalibus utatur, ut habetur in d. §. *Res in dotem*: sicut è contrario, si maritus uteretur rebus inæstimatis dotalibus in proprium earum usum, & per hoc perirent, aut deteriorarentur, ad nihil teneretur, nisi culpa intervenerit. Ant. Gom. in l. 50. Taur. n. 44. in jur.

Apud nos ex generali consuetudine damnum 35 contingens in rebus in dotem datis refarcitur, si tempore dissoluti consortii bona eo constante lucrata supersint: quod fallit si culpâ mariti id eveniat. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 3. & 8. tit. II. part. 4.

ad

Ad Num. 6.

36 Res pondere, numero, aut mensura consistentes, si marito dotis causa simpliciter tradantur; actum intelligitur, ut in illum dominium transferatur cum onere restituendi, soluto matrimonio, tantundem ejusdem generis, & qualitatis. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disput. 426. n. 3.* Ant. Gom. *in l. 50. Tauri, n. 43.* Menoch. *d. praes. 74. n. 11.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 1. nu. 7.* Merlin. *sup. n. 74.* Mantic. *d. tit. 28. n. 21.* Castill. *de usufructu, cap. 4. num. 14.* Fontanell. *d. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 4.* Herr. *of. in l. 22. gloss. 5. nu. 28. tit. 5. part. 5.* Sed nisi genus exsolvat, aestimationem praestare compellitur juxta tempus restitutionis. Ant. Gom. & Molin. *ubi proximè*, licet tempus traditæ dotis inspiciendum opinetur Merlinus. Similiter si res talis sit, ut servando servari non possit, etsi non aestimetur, marito quaeritur, cujus est periculum, ut eam valeat abique uxoris consensu alienare. Greg. Lop. *in l. 21. gloss. ult. tit. 11. p. 4.* Gutier. *num. 6.* Hermol. *n. 29.*

Ad Num. 7.

37 Si instrumento exprimat dotem aestimatam tradi, sed de aestimationis quantitate nullatenus apparuerit, dos inæstimata reputabitur. Merlin. *de pign. lib. 2. quest. 19. n. 106.* Mantic. *n. 22.* Fontanell. *n. 52.* Trentac. *n. 16.* Hermosil. *num. 20.* Idem post disputationem in fine hujus numeri tenet D. Covar.

Verf. Nam quod attinet.

38 Ad intellectum legis Quidam 96. §. Si tibi servus, de legat. I. consulas Cujac. *in ea, lib. 39. Digestor. Juliani*, qui sentit, ibi certam quantitatem relictam; nam verba illa, *Usque ad pretium servi*, non sunt testatoris, sed Consuliti: unde non propter incertitudinem legatarius pecuniam solvere non cogitur fideicommissario, sed quoniam sicut per mortem servi privatur commodo legati, ita fideicommissi onere manet exemptus, ex regula legis *Ab eo 9. C. de fideicommiss.* Ita Cujacius.

Ibi: Quamobrem succedit conclusio.

39 Debitor quantitatis respectu certæ speciei, quam praestando liberaretur, hac extincta ad nihil tenetur, l. I. §. *fin. ff. Si cui plusquam per leg. Falc. l. Si servus communis 63. ff. de furt.* Bart. *in l. quod te mihi, n. 4. ff. Si cert. petat.* Jason. *ibidem, Morl. Emp. Jur. tit. de reb. cred. quest. 11. n. 2.* Cancer. *variar. p. 3. cap. 1. n. 183.* Molin. *disp. 199. n. 2.* Anton. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. n. 22.* Gutier. *Practic. lib. 2. quest. 136. n. 2.* Matienz. *in l. I. gloss. 8. n. 30. tit. 11. lib. 5. Recop. Hermosil. in l. 34. gloss. 3. num. 4. tit. 5. p. 5.*

Verf. Eadem ratione.

40 De lege *Vir uxori 8. de dot. præleg.* videndus Cujac. *lib. 7. respon. Papinian.* ubi ait, ideo legatum pecuniæ mulieri præstandum, quia certa quantitas erat pro mancipiis relicta: alioqui si dotem testator legasset, servis dotibus defunctis nihil deberetur. Verùm ea lex ad rem, de qua agitur, nequaquam attinet.

Verf. Sed huic septima.

Resolvit tandem D. Covar. in quaestione de qua 41 supra, n. 37. quod ibi assertum est, leniens propter incertitudinem pretii dotem inæstimatam censeret: at in contrarium urget, quod objicitur de dote tradita eo pacto, ut per arbitros dotium fieret aestimatio quæ præmissa est, quam dotem aestimatam haberi, nosse Præsul antea nos docuit. Et licet diversus sit casus, differentia tamen ratio nulla reperitur; nam sicut emptio vitatur per pretii incertitudinem, sic etiam sit irrita, cum arbitri per contrahentes electi rei venditæ pretium non constituunt, l. *fin. C. de contr. empt.* Si igitur in uno casu favore dotis sustinetur, ut ipsa ceu aestimata habeatur, cur non in alio, quandoquidem quoad effectum uterque idem sit.

Præterea ubi manifesta apparet voluntas dotem 42 constituentis, quod aestimatam eam tradi voluit, aliter nequit penes maritum persistere, nempe non aestimata, cum actus ultra intentionem agentis operari non debeat, l. *Non omnis 19. si cert. petat.* His conveniunt tradita supra, n. 4.

Ad Num. 8.

Dotis aestimatio facit emptionem, licet maritus 43 tempore traditionis inopiâ laboreat, ita ut tunc pretium taxatum perolvere non valeat. Menoch. *d. praes. 74. n. 22.* Merlin. *de pignor. lib. 2. q. 19. n. 85.* Joseph. Ludovif. *Perus. decis. 89. n. 14.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de jur. dos. resol. 1. num. 17.* Roland. à Valle *conf. 92. n. 23.* Fontan. *sup. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 76.* Castill. *de usufruct. cap. 4. n. 8.* Petr. Barbota *in l. Aestimatis, n. 26. solut. matrim.*

Contrariam sententiam ceu communem sustinent 44 Mascard. *de probat. concl. 663. n. 16.* Cævall. *commun. cont. comm. quest. 3. n. 24.* Gratian. *disceptat. cap. 38. nu. 34.* & alii apud ipsos. Sed pro priore facit, quod per aestimationem venditio celebratur, habita fide de pretio in tempus dissoluti conjugii: ideo nihil impedit egestas traditæ dotis tempore, ne dominium cum periculo transeat in virum, qui in uberio rem fortunam durante matrimonio poterit pervenire, ac suo tempore dotium bonorum pretium restituere, ex quo uxor nullum dispendium patietur, cui subvenitur soluto matrimonio, si maritus solvendo non sit, ut illicò subjiciemus.

Ibi: Quod mulier possit utili rei vendicatione.

Si maritus, qui aestimatam dotem accepit, sub 45 tempus extincti matrimonii pretium extolvere non valeat, legis ministerio rerum dotium ad uxorem revertitur dominium, ut utilis rei vendicatione eas possit repetere, sive in bonis mariti, sive apud tertium possessorem reperiantur, postpositis quibuscunque privilegiatis creditoribus. Gregor. Lop. *in l. 7. gloss. 4. tit. 11. p. 4.* Ant. Gom. *in l. 50. Tauri, n. 44. verf. Quod tamen intellige.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 426. n. 10.* Cævall. *commun. cont. comm. quest. 3. n. 27.* Fontanell. *n. 28.* Giurba *ad consuet. Messan. cap. 15. gloss. 1. part. 1. n. 21.* Merlin. *n. 97.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 15. C. de bon. matern.* Ant. Fab. *in suo Cod. lib. 5. tit. 7. de jur. dos. defn. 43.* Mascard. *concl.*

concl. 619. n. 6. Leotard. *de usur. quæst.* 51. n. 49. Amat. *resol.* 49. n. 6. Trentacinq. Petr. Barbosa *ubi proximè*, & alii quamplures apud Hermos. *in l. 21. gloss. 5. n. 32. tit. 5. part. 5.* & Aug. Barbosa *collect. l. in rebus, C. de jur. dot.* quod etiam quoad res mobiles locum obtinet. Merlin. n. 98. Petr. Barbosa *in l. 1. part. 5. n. 79. solut. matrim.* Fontanell. *claus. 7. gloss. 3. part. 13. in fin.*

- 46 Dubium est, an hoc jus rei vindicationis transeat ad hæredes mulieris, vel alios quibus ex stipulatione dos debeat restitui? de quo Merlin. *ex n. 99.* qui tenet, ad liberos, non ad extraneos successores id privilegium transferri, cum Petro Barbosa *ubi proximè*, n. 80. Quoad stipulatorem pater mulieris eodem jure utetur ac ipsa; non alii, etiam conjuncti: quod verum erit si matrimonium dissolvatur, filia superstiti, ex ratione quam refert Merlin. n. 100. *vers. Si verò sumus.* Excusio desideratur in bonis viri, ut tertius possessor possit conveniri.

Ibi: *Etiamsi uxor consenserit.*

- 47 Conclusio præmissa n. 45. procedit licet mulier alienationi rei æstimatæ, quæ per virum celebraretur, consensisset. Petr. Barbosa *in l. Æstimatis*, n. 28. *solut. matrim.* Aug. Barbosa *ubi sup. n. 6.* & adnotavi *Variar. lib. I. cap. 7. n. 126.* non enim videtur mulier juri suo renunciare facileque consensum præstare alienationi de facultatibus mariti confidens, ut sub tempus restitutionis dotis æstimationem dotialium rerum possit percipere.

Ibi: *Sed si uxor egerit.*

- 48 Mulier agens adversus tertium possessorem pro re æstimata, quam maritus alienavit, pretio oblato, repellitur. Petr. Barbosa, *in l. 1. part. 5. nu. 79. vers. Unde necessariò*, & *in d. l. Æstimatis*, n. 28. Gutier. *Præcticar. lib. 3. q. 77. n. 13.* Morot. *de possess. offerent. nu. 6.* Cævall. *sup. nu. 36.* Aug. Barbosa *nu. 8.* Trentacinq. *d. tit. de jur. dot. resol. 1. n. 17.* Merlin. *sup. n. 101.*
- 49 Aliud juris est, si constante matrimonio, propter mariti inopiam mulier egerit ad dotialium rerum repetitionem contra tertium possessorem, qui pretium exhibens non liberabitur, interest enim mulieris, res potius quam æstimationem consequi, ut ex fructibus matrimonii onera supportentur. Greg. Lop. *in l. 34. gloss. 2. tit. 13. part. 5.* Gutier. & Aug. Barbosa *ubi proximè*, Cævall. n. 37.

Ad Num. 9.

- 50 Emptionem operatur æstimatio, etsi læsio in pretio contigerit, modò ultra dimidiam non sit. Menoch. *lib. 3. præf. 74. n. 27.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 12. tit. 28. n. 24. vers. Sed advertendum*, Rolland. à Valle *lib. 4. conf. 64. n. 13. vers. non obstat & ultimum*, Trentacinq. n. 14. Et licet omnes conveniant, non præsumi emptionem propter inæqualitatem pretii asserentes, tamen controvertitur quanta debeat esse læsio, ne æstimatio suum operetur effectum, de quo Fontanella *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 13. ex n. 45.* Merlin. *de pignor. lib. 2. quæst. 19. n. 89. cum seqq.* Ant. Fab. *de error. decad. 8. error. 9.* Fachin. *contro. lib. 2. cap. 29. vers. Quo verò ad alteram.* Affict. *decif. 270. n. 5.* Pinell. *in l. 2. part. 1. cap. 1.*

n. 9. & 18. *C. de resc. vend. Ant. Gabr. commun. tit. de empt. conclus. 1. n. 33.* qui, & alii sentiunt, quod ubi intervenit læsio non modica, etiam intra dimidiam, æstimatio non facit emptionem, in quo judicis arbitrio locus erit, ex traditis per Menoch. *de arbitrar. casu 145. ex n. 2.*

Ibi: *His accedit Regia lex.*

Legem 16. *tit. 11. part. 4.* desumptam esse 51 constat à lege *Jure succursum, §. ult. de jur. dot.* & similibus, ut ibi adnotat Greg. Lopez, quæ quidem constitutio supponit emptionem contractam ex voluntate foci, & generi per fundi æstimationem, quo calu ad supplementum læsionis etiam modicæ devenitur.

Ad Num. 10.

Si mulier minor vigintiquinque annorum nuda 52 bens immobilia æstimata dotis nomine tradiderit, etiam curatore autore, absque judicis decreto, æstimatio non facit emptionem. Menoch. *lib. 3. præf. 74. n. 12.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. nu. 23.* Hermos. *in l. 22. gloss. 5. n. 23. tit. 5. p. 5.* Vide mox adnotanda num. 55. & 59.

Ibi: *Tametsi quibusdam.*

Est apud nos lex 14. *tit. 11. p. 4* qua cavetur 53 ne mulier minor immobilia marito in dotem dedat, nisi judicialis intercedat autoritas: & ita tenent Gregor. Lop. *ibi*, Petr. Barbosa *in l. Si constante, in princ. n. 128. solut. matrim.* Menoch. *de arbitrar. casu 171. n. 48.* Simoncel. *tract. de decret. judic. lib. 3. tit. 8. inspect. 3. num. 87.* Surd. cum pluribus *decif. 278. nu. 17.* August. Barbosa *collect. l. Mulier. n. 2. C. de jur. dot.* Verùm aliis placet licere mulieri minori absque judicis decreto immobilia, præsertim inæstimata, dotis suæ nomine præstare. Surd. n. 21. Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 7. n. 535.* Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 83. n. 18.* Cyriac. *tom. I. contro. 29. ex n. 47.* Pacific. *de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 4. nu. 159.* Etenim per constitutionem dotis inæstimatæ propria alienatio non fit, cum dominium penes uxorem perseveret. Fontanell. *sup. claus. 5. gloss. 8. part. 13. n. 20.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 426. nu. 2.* Castill. *de usufruct. cap. 4. num. 30.* Merlin. *sup. lib. 2. quæst. 19. nu. 10.* Leotard. *de usur. quæst. 51. n. 43.* Donel. *lib. 14. cap. 4.*

De immobilibus præmissa, pariter in mobilibus 54 pretiosis, quæ servando servari possunt, locum obtinent, tametsi lex regia absolutè res mobiles per minorem fœminam in dotem sine decreto tradi viro permittat. Gregor. Lop. *ibi, gloss. 2. hæc namque à pari procedunt cum immobilibus*, ne per tutores absque decreto possint alienari, *l. Lex quæ tutores 22. C. de admin. tutor.* Molin. *sup. disp. 224. n. 20.* Donell. *lib. 3. cap. 12.* Trentacinq. *sup. lib. 2. tit. de minor. resol. 9. nu. 12.* & alii apud Aug. Barb. *collect. d. l. Lex quæ, n. 3.*

Verf. *Quod si rerum immobilium.*

Mulier minor si immobilia æstimata viro absque 55 decreto dotis gratiâ tradiderit, poterit soluto matrimonio nullitati suo favore inductæ renunciare æstimationem extorquere. Menoch. *ubi proximè*

proximè, nu. 3. Adverte ad resolutionem infra, num. 59.

Verf. Hanc sententiam ex eo probamus.

56 Contractum nullum de rebus Ecclesiæ ob solemnitatis defectum poterit Prælati ad effectum perducere, licet contrahens repugnet. Fontanell. *claus. 4. gloss. 13. p. 1. nu. 11. Gutier. Practic. lib. 2. cap. 22. nu. 9. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 56. nu. 63. & alii apud Barbof. collect. cap. Ut super, num. 7. de reb. Eccles. Idem de minore docent prælaudati, pro quibus extat lex Non eo minus 14. C. de procur. ubi August. Barbofa collect. num. 2. plures refert: & nu. 3. ampliat ad Fiscum.*

57 Sed nullum in his privilegium versatur, cum regulariter quoties nullitas actus, alicujus favore introducta reperitur, ei liceat vitii renunciatione compellere ad contractus, vel actus implementum, nec alius permittitur in ipsum nullitatem objicere. Textus egregius in l. Si duobus 12. §. 1. de bon. possess. cont. tab. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. n. 21. in fin. Surd. decis. 108. nu. 4. Cancer. variar. part. 1. cap. 9. num. 86. Menoch. conf. 20. nu. 54. Vela dissert. 34. n. 34. & 37. Jason. in l. Transfatione finita, C. de transfact. quod fallit cum lex actui resistit, quia nullatenus viros obtinebit. Surd. ubi proximè, nu. 11. Tiraquel. de legib. connubialib. gloss. 8. nu. 98. & alii, quos congerit Hermos. in l. 57. gloss. 1. num. 17. tit. 5. p. 5.*

Ibi: Sicut contractus dolo.

58 Contractus nullus ex dolo illi causam dante adimpleri debet, urgente dolum passo, etsi dololus dissenserit. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 10. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 64. nu. 3. Carroc. de deposit. tit. advers. quos act. depos. num. 12. Gutier. de gabell. q. 9. num. 7. Tiraq. tract. mors omn. solv. part. 7. declar. 1. nu. 8. Matienz. in l. 1. gloss. 1. num. 11. tit. 11. lib. 5. Recop. Farinac. fragment. verb. Deceptio, n. 34. verf. Et deinde, Surd. d. decis. 108. nu. 11. Cancer. sup. nu. 87. præter alios quos laudavi *variar. lib. 2. cap. 4. num. 66.*

Ibi: Nisi quis dixerit.

59 Sentit D. Coyar. hucusque præmissa non procedere, cum non apparet æstimatio rerum dotalium foeminae minoris facta, ut alienatio fieret in maritum: & cum in dubio versemur, æstimatioque ad alium finem possit deservire, sicut prænotatur num. 1. ex eo quod non fuit adhibita solemnitas, quæ jure desideratur ad emptionem bonorum immobilium minoris, præsumitur mens contrahentium non fuisse dotem æstimatam constituere, quanquam pretium rebus dotalibus designaretur: quæ conjectura sufficit, ut venditio excludatur. Ita asseritur supra, num. 8. Nec lex præsumit actum vetitum, ubi alias legitimè geri potest. l. Meritò 51. Pro socio, l. Quoties 6. de reb. dub. observat cum aliis in specie Mascard. de probat. *concl. 663. nu. 10.* Unde æstimatio creditur intervenisse, non ut faciat emptionem prohibitam, sed ad dignoscendum rerum valorem (quod sine solemnitate licet) juxta legem Si inter virum 22. C. de jur. dot. Cum ergo de D. de Faria Covar. Enucl.

ficere consensus ad emptionem præsumatur, hic suppleri nequit per uxorem cupientem, ut sibi pretium dissoluto consortio persolvatur.

Quoties autem constaret, æstimationem fuisse peractam ut emptio contraheretur, tunc quidem observabitur resolutio tradita num. 55. quod uxori probare incumbet, cum sit pro viro perpenfa præsumptio. At si hic rebus in dotem datis uteretur ut æstimatis, eas sine assensu conjugis alienans, ex modo utendi colligeretur emptionem celebrari contrahentibus placuisse; usus enim, & consuetudo ambiguos contractus interpretatur. August. Barbofa cum aliis in cap. Cum dilectus, num. 8. de consuetud.

Verf. Undecimò illud hoc.

Ut æstimatio producat emptionem dotalium rerum, fieri debet simul in ipsa constituti ne dotis, seu traditione, aut paulò post; alioquin si ex intervallo fiat, matrimonio constante, non censebitur dos æstimata, nec contracta venditio, quod obiter animadverti supra, n. 15. & ibi laudatis jungas Tusch. lit. E, *concl. 672. nu. 43. Greg. Lop. in l. 18. gloss. 2. tit. 11. p. 4. Trentac. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 1. num. 19. Gratian. disceptat. cap. 38. num. 31. August. Barbofa in collect. l. Quoties, num. 3. C. de jur. dot. Idque ampliat ex mente D. Covar. hic, quanquam expressè conveniret, ut res ad emptionem æstimarentur. Azeved. in l. 35. nu. 12. tit. 18. lib. 9. Recop. Quando fiat ex intervallo, in judicis est arbitrio. Fontan. *claus. 5. gloss. 8. part. 13. num. 37.**

Verf. Duodecimò, ne quem.

Licet res æstimatæ præsentis non existant, facit tamen emptionem æstimatio. Menoch. lib. 3. præf. 74. nu. 9. Trentacing. nu. 14. venditio enim vera contrahi potest, etsi res quæ venditur, absit, l. 8. tit. 5. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 2. & Hermos. in addit. num. 1. l. 1. C. de contr. empt. & ibi August. Barbofa collect. nu. 1. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 2. num. 8.*

Ibi: Siquidem & in vera venditione.

Dominium non quæritur emptori rei emptæ, perfecto contractu, nisi traditio subsequatur, l. Clavibus 74. de contr. empt. l. Si pater 8. C. de action. empt. l. Qui tibi 6. C. de hæred. vel act. vend. l. Servum emptor. 27. C. de rei vindicat. l. 46. tit. 28. p. 3. ex qua constat ad domini translationem etiam pretium persolvendum, nisi alias sit venditori satisfactum per fidejussores, vel pignora, aut habita fides de pretio, l. Quod vendidi 19. l. Ut res 53. de contrahend. empt. §. Venditæ, Inst. de emption. nec sat est venditori pretium tradi, nisi pecunia fiat accipiens, l. Ex empto 11. in fin. princir. de act. empt. Greg. Lop. in d. l. 46. glo. 2. Mozz. de contract. tit. de emption. cap. de subst. ant. empt. nu. 8. Ant. Fab. in ration. ad d. l. Ex empto, ubi rationem reddit, cur venditor similiiter non teneatur rem emptoris facere.

Ibi: Imò ipse cenfeo.

Res æstimatæ in dotem concessæ non transferuntur in viri dominium, nisi traditione interveniente, d. l. 46. Partit. Ant. Gom. in l. 50. Tauri, num.

nu. 42. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 6. gloss. 1. p. 1. nu. 2. Petr. Barbosa in l. De divisione, nu. 1. vers. Infertur etiam, solut. matrim.

S U M M A R I U M.

- 1 *Fiscus potest extorquere pecuniam per suum debitorem creditori posteriori solutam.*
- 2 *Ampliatur, licet pecunia sit bona fide consumpta. Quid in aliis privilegiatis, nu. 9.*
- 3 *Utrum hoc sit speciale in Fisco, vel commune cuilibet anteriori creditori.*
- 4 *Quid si pro debitore Fisci alius solverit privato creditori posteriori, numquid fiscus pecuniam sic solutam valeat avocare.*
- 5 *Quid si privatus posterior creditor rem quam à debitore Fisci in solutum accepit, vendiderit ipsaque apud emptorem perierit.*
- 6 *Ad interpretationem legis pecunia, C. de privil. Fisci, triplex quæstio proponitur.*
- 7 *Utrum præfatum Fisci privilegium competat aliis creditoribus privilegiatis, & n. 8. & 10.*
- 11 *An creditor omnis hypothecarius revocet solutionem pecuniæ factam posteriori. Affirmativa multifariam limitatur, nu. 13.*
- 12 *Pecunia quando censeatur bona fide consumpta, ut cesset solutionis revocatio, & num. 27.*
- 14 *Utrum inter chirographarios creditores avocatio pecuniæ solutæ concedatur ob privilegium, & nu. 15.*
- 16 *Quæ de avocatione pecuniæ præmittuntur, absque distinctione procedunt, sive posterior creditor sit ex causa onerosa, sive lucrativa.*
- 17 *Creditor ex causa lucrativa cogitur restituere antiquiori pecuniam à communi debitore acceptam, quatenus ex illa locupletior reperitur.*
- 18 *Creditor posterior ex causa onerosa non astringitur ad restitutionem pecuniæ perceptæ à debitore, exigente anteriore creditore ex causa lucrativa.*
- 19 *Creditor, superato tertio possessore rei hypothecatæ, potest pecere ut res distrahatur, ut ex pretio sibi satisfiat, & quomodo iudex procedere debeat.*
- 20 *Revocatio solutionis ut fiat, nihil refert an pecuniam quæserit debitor quocumque tempore, ante, vel post primam obligationem.*
- 21 *Donatio omnium bonorum an subsistat jure communi, & regio nostro.*
- 22 *Donans omnia bona sua præsentia, & futura, constituens se pro donatario possidere, quæ postea ipse comparaverit, etiam quoad possessionem transfert in eum cui donavit.*
- 23 *Interpretatio legis finalis, §. Et si præfaram, vers. Sin verò hæredes, C. de jur. deliber. & num. seqq.*
- 26 *Utrum in foro conscientiæ peccent, & ad restitutionem teneantur creditor, ac debitor, ubi solutio fit non servato juris ordine, ac prælatione, remissivè.*

C A P U T X X I X.

- 1 **F**iscus potest avocare pecuniam per suum debitorem alii creditori posteriori solutam. Alfar. de offic. Fisc. gloss. 16. privil. II. nu. 153. Amat. quæst. forens. part. 2. resol. 51. n. 24. Gutier. Practic. lib. 3. cap. 100. nu. 2. Merlin. de pignor.

lib. 4. quæst. 28. n. 23. Roderic. de ann. redditib. lib. 2. q. 19. n. 23. Marescot. variar. lib. 2. cap. 36. num. 6. Flor. Diaz. variar. lib. 1. quæst. 6. nu. 18. Gait. de credit. cap. 4. nu. 1303. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 7. nu. 36. Peregrin. de jur. Fisc. lib. 6. cap. 6. n. 6. Petr. Barbosa in l. 1. part. 6. num. 23. ff. solut. matrim. Trentacinq. variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num. 1. Parlad. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 3. num. 45. Bolannus commerc. terrest. lib. 2. cap. 13. num. 10. Limitatur si ad pecuniam egerit. Gait. nu. 1310.

Quod ita verum est, quamvis posterior creditor pecuniam, quam percepit, bona fide consumpserit, modò Fiscus ex bonis debitoris, quod sibi debetur, consequi non valeat, ut præfati observarunt: sed viâ ordinariâ agendum tenet Parlador. nu. 46. de quo tamen consulendus Alfar. supra, nu. 55. cum seqq.

Hoc jus adimendi pecuniam posteriori creditori communiter inter fisci privilegia recensetur: sed non desunt qui inficiantur, opinati cuique anteriori creditori idem jure communi concessum. Petr. Barbosa nu. 24. Merlin. ubi proxime, quod an verum, ex dicendis apparebit. Illud fisco competit adversus creditorem etiam ex causa onerosa, sicut inferius adnotabitur, nisi hic sit pariter privilegiatus, ut dos, quam eodem jure potiri receptum habetur, de quo paulò post Merlin. nu. 35. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. q. 16. nu. 6. Gutier. num. 2. Gait. num. 1314.

Quæritur si quis pro amico, ne in vincula publica detruderetur, privato creditori pecuniam persolverit, num possit fiscus vel alius privilegiatus potior tempore, aut jure, eam revocare? Et negativam sententiam amplectendam esse placet, quia cum nunquam nummi fierent debitoris, in illis fiscalis hypotheca consistere nequivit: nec refert quod debitoris nomine traderentur, quia non ex hoc illius fiunt, argumento legis *Singularia* 15. ibi: *Obligaris mihi, quamvis meos nummos non acceperis, ff. si certpetas*. Ita tenent Thesaur. nu. 5, licet Romæ aliter decisum fateatur Merlin. nu. 28. Gait. latissime ex nu. 1330. qui plures distinguit casus.

Inde etiam similis casus venit decidendus, cum scilicet posteriori privato creditori res traditur in solutum à debitore fisci, quam ille alienavit, ac deinceps penes tertium possessorem perit ipsa; tunc siquidem agere nequit ad pretium. Primò quoniam pecunia nunquam fuit debitoris. Secundò quia creditor commodum ex propria industria per negotiationem quæsit; nam si non venderet, jacturam pateretur, nec fiscus utilitatem perciperet. Tertio, nam si iste teneretur fisco, esset debitor quantitatis respectu certæ speciei, quam tradens omninò liberatio contingeret: unde per rei interitum mansit ab obligatione solutus, sicut prænotatur supra, cap. proximo, nu. 39.

Ad Num. 1.

Circa interpretationem legis *Pecunia* 5. C. de privileg. fisc. triplex à cunctis quæstio excitari solet. Prima, utrum alii creditores privilegiati, ut dos, eodem jure ac Fiscus uti valeant quoad pecuniæ avocationem? Secunda, an eadem facultas avocandi tribuatur cuique hypothecario anteriori creditori? Tertia, num inter creditores chirographarios privilegiato liceat à non privilegiato

legiato pecuniam solutam revocare? De quibus singulis differendum.

Verf. *His etiam.*

- 7 Quoad primum est omnium ferè communis resolutio, privilegium fisci doti, aliisque similiter privilegiatis competere. Merlin. *num.* 25. Petr. Barbosa *num.* 24. Trentacinq. *nu.* 16. Gutier. *num.* 2. Marefcot. *nu.* 5. Fontanell. *nu.* 64. Tufch. *lit. C, concl.* 1066. *nu.* 4. Parlad. *nu.* 46. Amat. *nu.* 14. Cancer. *variar. part. 2. cap. 6. nu.* 178. Gait. *num.* 1312. *cum seqq.* Quæ conclusio obtinebit etiamfi anteriori creditori pecunia sit soluta; nam creditor posterior, qui concursu ex privilegio præferretur, poterit pecuniam avocare, ac si penes debitorem persisteret; nihil enim interest an ex tempore, vel ex privilegio potior creditor jure habeatur. Præterea, ut pronuper de fisco prædixi, pecunia avocari potest à manibus creditoris ex causa onerosa. Sed de præcedenti ampliacione alii cogitent, quam apud nullum inveni.
- 8 Verùm Flores Diaz *d. quæst. 6. num.* 18. profitetur se opinionem hujusmodi pro dote, & similibus neutiquam in praxi admissurum contra pauperem, nec adversus divitem, qui ex solutione locupletior factus non reperitur, quæ D. Covar. autoritate tueri possunt, & æquitate. Et quoad divitem videtur juri consonum, ut si constiterit pecuniam amissam fuisse casu, veluti naufragio, incendio, aut latronum incurfu, avocationi nullus sit locus, tanquam si ita species periret: quod multò magis in egeno observandum, etiam in fiscum.
- 9 Quæ de fisco tradidimus, etiam his privilegiatis conveniunt, qui eodem jure quoad avocationem pecuniæ censentur.

Verf. *Nihilominus vidi.*

- 10 Granatense Prætorium juxta communem pronuntiavit, de qua supra, *num.* 7. etsi D. Covar. contra sentiat, quem sequitur practicus Bolaños *commerc. interrest. lib. 2. cap. 13. num.* 10. & admisit cum distinctione Flores Diaz laudatus *nu.* 8. nec in puncto juris caret probabilitate, ex notatis per me *Variar. lib. 1. cap. 16. ex num.* 11. & per Gutier. alios pro hac sententia referentem *dict. quæst. 100. nu.* 7.

Ad Num. 2.

- 11 Accedit secunda quæstio satis discussa, utrum scilicet creditor hypothecarius anterior, omni privilegio carens, valeat avocare pecuniam posteriori solutam: de quo Amat. *quæstion. forens. resol. 51. num.* 8. 9. & 18. Merlin. *de pignor. lib. 4. quæst. 28. num.* 10. 15. & 21. Trentacinq. *variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. num.* 18. Fontan. *de pact. nuptial. claus. 5. gloss. 8. part. 6. num.* 32. Gutier. *Practic. lib. 3. quæst. 100. ex nu.* 5. Marefcot. *variar. lib. 2. cap. 36. à princip.* Flor. Diaz *Practic. lib. 1. quæst. 6. nu.* 9. & 10. Petr. Barbosa *in l. 1. part. 6. num.* 24. ff. *solu. matrim.* Gasp. Thesaur. *quæst. forens. lib. 2. quæst. 16. nu.* 7. Felician. *de censib. lib. 3. cap. 5. num.* 17. Valenzuel. *conf. 64. Gait. de credit. d. nu.* 1299. Ex quibus, & aliis penè innumeris, quos referunt, resolvendum quod prior creditor hypothecarius avocat pecuniam extantem
D. de Faria Covar. *Enucl.*

apud posteriorem actione hypothecaria; sed si mala fide fuerit consumpta, conditione. Quoties verò pecuniam secundus creditor bona fide acceperit, ac consumpserit, tutus erit. Hæc in praxi recepta, & communiter sunt approbata ex æquitate potius, quàm rigore, quem etiam consumptam pecuniam bona fide, avocari per anteriorem creditorem posse tuentur Fachin. *controversiar. lib. 12. cap. 53.* Merlin. *num.* 16. Strach. *tract. de decoctorib. part. ult. à num.* 27. Urfill. *ad Afflic. decis. 190. nu.* 5. & alii apud Amat. *nu.* 8. Videas infra, *nu.* 27.

Quando pecunia extare censeatur, tradit fuse¹² Fontanel. *d. gloss. 8. part. 7. à nu.* 4. & *ex nu.* 21. quando bona, vel mala fide intelligatur consumpta, de quibus etiam Gait. *nu.* 1317. *cum seqq.* Amat. *num.* 11. Onus probandi existentiam pecuniæ penes creditorem, aut malam fidem, incumbit agenti ceu suæ intentionis fundamentum, l. *Frustra* 8. l. *Actor* 23. C. *de probat.* Gait. *num.* 1323.

Conclusio communis multipliciter venit de¹³ claranda. Primò, creditor primus non avocat pecuniam etiam extantem à secundo, cum iste sit ex privilegiatis, unde prior tempore cum expressa hypotheca, licet præferatur doti in concursu, nequibit tamen solutionem mulieri factam revocare, quamvis existat apud creditricem. Merlin. *num.* 37. Thesaur. *num.* 21. Gait. *num.* 1369. Secundò, etsi creditor posterior pecuniam bona fide consumpserit, non excusabitur à restitutione per avocationem, si per vim à debitore illam extorserit. Tertiò, idem juris erit si pendentibus creditoribus, debitor per gratificationem alicui posteriori resolverit, hic reddere antiquiori compelletur pecuniam etiam bona fide consumptam, si forte alios creditores ignoraret; alioqui ex mala fide teneretur. Quartò si quis decoctor solverit creditori secundo, primus conditione pecuniam etsi bona fide expensam obtinebit. Hæc observant Gait. *ex num.* 1324. Marefcot. *d. cap. 36. num.* 3. *cum seqq.* Amat. *à nu.* 26. & alii ex jam laudatis.

Ibi: *Habet locum in priore creditore.*

Tertia hic attingitur quæstio de avocatione¹⁴ pecuniæ, solutæ inter personales creditores, in quibus tametsi non tribuatur, ex tempore, ex privilegio causæ competit. Et licet nonnulli sentiant, privilegiatum valere pecuniam avocare non privilegiato persolutam, ut Greg. Lop. *in l. 11. gloss. 2. tit. 14. p. 5.* Flor. Diaz. *nu.* 7. & Petr. Barbosa *in d. l. part. 6. nu.* 21. contrarium tamen communiter placet, sicut pluribus laudatis probant Gait. *lib. 2. observat. 25. nu.* 15. Gutier. *nu.* 3. Trentacinq. *sup. lib. 3. tit. de solution. resol. 23. nu.* 11. Sesse *decis. 206. nu.* 49. Fontan. *d. gloss. 8. part. 6. nu.* 28. Costa *de portion. quæst. 74. nu.* 4. Gait. *d. cap. 4. nu.* 2048. Merlin. *num.* 34. Amat. *num.* 1. Nec mala fides nocet creditori, licet aliud sit in hypothecario. Flor. Diaz *nu.* 3. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 536. à nu.* 42.

Sed si personalis creditor violenter exegerit,¹⁵ aut per gratificationem, tenebitur pecuniam cæteris communicare. Idem erit si à decoctore percipiat, vel in actione tributaria, quoties respectu alicujus negotiationis plures creditores existunt. Flores Diaz. *nu.* 4. & 5. Trentacinq. *ubi proximè.*

Ad Num. 3.

- 16 Hucusque tradita de avocatione pecuniæ per anteriores creditores, sunt sine distinctione accipienda, sive posterior creditor sit ex causa onerosa, sive ex lucrativa. Gutier. nu. 4. Fontanell. d. gloss. 8. part. 7. nu. 65. Merlin. d. quæst. 28. nu. 24. Trentac. sup. lib. tit. de jur. fisc. resol. 7. nu. 8. Caroc. decis. 109. nu. 45. Petrus Barbosa ubi proximè, Gait. nu. 1308. Quamvis alii non pauci inter causam utramque distinxerint, ut videre licet apud Amat. d. resol. 51. num. 21. Vide inferius nu. 18.
- 17 Animadvertere oportet, quod si secundus creditor ex causa lucrativa pecuniam bona fide perceperit, ac consumpserit, nihilominus quantitatem reddere constringetur anteriori. Gait. nu. 1371. Fontanell. cum multis part. 7. nu. 54. Flor. Diaz. nu. 12. Trentacinq. lib. 3. tit. de solut. resol. 23. nu. 7. quod verum est, si ex pecunia percepta creditor secundus locupletior factus reperitur, ut advertit Gaitus. Si prior agat ex onerosa causa, vel lucrativa, non distinguitur.
- 18 Rursus si recentior creditor ex causa onerosa pecuniam à debitore recipiat, & ipsa apud illum extet, non avocabitur per antiquiorem ex causa lucrativa: tum propter summam æquitatis rationem, quæ in hujusmodi casu perpenditur: tum quia est communis opinio, quam habita disputatione, pro viribus tuetur cum plurimis Carleval. de judic. disp. 30. per tot. secundum quam creditor posterior ex causa onerosa præfertur anteriori ex lucrativa: eaque admittit sententiã, nulla de avocatione pecuniæ quæstio esse potest, cum ille tantum revocare solutionem permittatur, qui in concursu perferretur ei, cui solutum est, ut patet ex præmissis. Et cum creditor agens posterior ex causa onerosa pecuniam sibi debitam ante priorem ex lucrativa percipiat, eam jure retinere permittitur, cum facilius retentio quam persequutio concedatur, l. Per retentionem 4. C. de usur. Tusch. l. 1. concl. 306. nu. 2. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 28. nu. 3. Aug. Barbosa axiom. 9. nu. 11.

Vers. Cæterum quando.

- 19 Creditor revocans hypothecaria, aut Salviano interdicto pignus à tertio possessore, poterit impetrare, ut res obligata distrahatur ad sui crediti satisfactionem, & ita iudex jubebit possessori intimari, ut intra præfinitum à se tempus pecuniam exhibeat debitam sub comminatione subhastationis rei, quo elapso, illoque non offerente, præceptum exequitur, ac creditori ex pretio fit satis. Hæc eadem extant apud D. Covar. latè agentem Variar. lib. 3. cap. 18. n. 4. ubi & nos aliqua adjecimus. Consulas Gait. de credit. cap. 4. ex n. 794. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. n. 8. Bolannus commerc. terrest. lib. 2. cap. 13. in fin. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 96. n. 94. & lib. 5. quæst. 77. n. 11. & 12. ubi hanc praxim in Curia Romana observari testatur: sed creditor probare debet, ut ad pignoris distractionem deveniatur, quod ex illius fructibus intra decennium sibi plenè satisfieri non potest. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 538. nu. 14.

Ad Num. 4.

Quoad revocationem solutionis factæ posteriori creditori nihil refert, an illam debitor acquisierit, postquam cum priore contraxit, vel antea. Trentac. variar. lib. 1. tit. de jur. fisc. resol. 7. in fin. nam quicquid debitor acquirit post contractam generalem hypothecam, obligationi subicitur, cum illa nedum præsentia, sed etiam futura bona afficere non ambigatur. Merlin. sup. lib. 1. quæst. 11. nu. 14. Greg. Lop. in l. 5. gloss. 5. tit. 13. p. 5. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. gloss. 2. part. 1. nu. 43. Gait. sup. d. cap. 4. nu. 58. Mantic. de tacit. convent. lib. 11. tit. 4. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 528. num. 6. Pacific. de Salvian. interd. inspect. 3. cap. 7. nu. 3. quod utique in tacita procedit hypotheca, Mantic. Gait. & alii. Et cum pecunia, sicut cætera bona veniat in generali hypotheca, Merlin. lib. 2. quæst. 48. nu. 1. ubi plures, ac ex aliis prænotavimus variar. lib. 2. cap. 5. num. 9. creditor anterior jus hypothecæ acquirit in pecunia, quæ in dominium sui debitoris quovis tempore pervenerit, donec sibi non perfolvitur.

Ibi: Cujus rei extat exemplum.

Donatio bonorum omnium præsentium & futurorum regulariter nullo jure communi, aut Regio substitit: & licet illo præsentium donatio permittatur, hoc tamen nostro prohibetur, l. 8. tit. 10. lib. 5. Recopilar. ubi Matienz. & Azeved. Ant. Gom. in l. 69. Tauri, & latissimè Hermos. in l. 9. gloss. 1. tit. 5. p. 5. ubi à nu. 9. pluribus laudatis, casus recenset quibus ea donatio de jure sustinetur, de quo & nos in addit. variar. lib. 3. cap. 12. Sed etsi valeat, donans omnia bona sua non intelligitur futura comprehendere, ut ex pluribus probat Menoch. conf. 496. n. 115. vers. Respondetur primò. Et generaliter in quacunque alienatione idem censet Tiraquel. de jur. conslit. ampliat. 32. nu. 19.

Si quis omnia bona sua donaverit præsentia, & futura, jure permittente, constituens se pro donatorio possidere, quicquid postea quæserit, transferet quoad possessionem in eum, cujus nomine possidet. Tiraquel. d. ampliat. 32. per tot. quem perlegere oportet; est enim res valde controversa, quam ipse sedulus examinat, ac enucleat.

Meminit D. Covarr. sup. n. 1. vers. His etiam, 23 legis finalis, §. Etsi præfatam, vers. Sin verò heredes, C. de jur. deliber. qua videtur probari, quod si prior egerit contra posteriorem, qui debitam sibi pecuniam exegit, poterit eam etiam consumptam avocare, quod opponitur conclusioni traditæ sup. n. 11. cui noster Præses satisfaciens ait, procedere eam constitutionem in hærede, qui confecto inventario adivit, ac judiciali præcepto compulsus creditoribus solvit hæreditariis posterioribus à quibus anteriores supervenientes, si bona defuncti non sufficiant, pecuniam etiam consumptam conditione avocabunt. Huic interpretationi assentiuntur Gutier. Practic. lib. 3. quæst. 100. nu. 14. Fontan. sup. claus. 5. gloss. 8. p. 7. nu. 59. Sed etiam rejiciunt, alias tradentes Flor. Diaz. variar. lib. 1. quæst. 6. num. 13. & 21. Petr. Barbosa in l. 1. part. 6. num. 24. ff. solut. matrim.

Verum tanti Magistri veniã; præfatus intellectus nimis restringit generalitatem decisionis, absque

absque eo quod ex litera id colligi possit, atque ita indistinctè eam Interpretes accipiunt, sive coactus, sive ultroneus hæres persolverit. Gregor. Lop. in l. 7. gloss. 9. tit. 6. p. 6. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 216. nu. 7. & alii communiter. Ad hæc quo ad pecuniæ avocationem nihil interest, quod debitor ex præcepto, vel ex voluntate persolvat, quod extra controversiam existit. Adde Flor. Diaz. n. 16. Gait. sup. cap. 4. nu. 1352.

25 Unde cogitabam ego, Justiniani constitutionum speciali ratione niti, quia hæreditas solvendo non erat, & hæres beneficio inventarii se ab oneribus hæreditariis præservavit; tunc siquidem debitorem morientem decoxisse constat, ac per obitum quasi bonis cessisse intelligitur, ut per successorem suo ordine creditoribus satisfiat, sublata spe melioris fortunæ, cum mors omnia solvat. Hinc provenit, ut creditor anterior repetat pecuniam, vel consumptam, à posteriore; quoniam hoc regulare est in omni decoctore, qui inverso ordine æs alienum persolvit, sicut cum communi observavimus supra, n. 13. Et quamquam hæres, qui solvit, non sit decoctor, non pro se, sed pro defuncto satisfacit, ultra cuius hæreditatis vires non tenetur, cum per inventarium ab illa proprium patrimonium separaverit, nisi quid in distributione dolo commiserit, posteriores creditores anterioribus præferens, prout Greg. Lop. & Molin. advertunt ubi proximè.

26 Utrum in foro conscientiæ peccent, & ad restitutionem adstringantur creditor, ac debitor, ubi in solutione prælationis ordo non servatur, docent Gutier. sup. n. 16. vers. Quod si debitor, Molin. d. tract. 2. disp. 536. n. 46. Flor. Diaz. d. quest. 6. §. 2. per tot.

27 Pro complemento addere oportet ad præmissa n. 11. quod pecunia soluta posteriori creditori, consumpta censetur per commixtionem cum alia recipientis, ac proinde vix evenire poterit, ut prior creditor à posteriore avocet. Ita observat ex pluribus Fontanell. d. claus. 5. gloss. 8. p. 7. n. 5. & 6. & confusio pecuniæ ex receptione præsumitur nisi separata appareat manifestè, ut in casu quem refert idem part. 6. n. 37. nam fuit inventa pecunia in sacco cum schedula exprimente nomen ejus qui solverat. Quod ita verum est, ut si apud argentarium, seu banchum pecunia soluta deponatur, consumpta præsumi debeat, ut prior creditor excludatur, de quo latè disserit Fontanell. part. 7. ex nu. 6.

SUMMARIUM.

- 1 Colono, sterilitate superveniente, remissio pensionis integrè, vel pro parte conceditur.
- 2 Utrum ex contrario augeatur pensio ob insolitam fructuum copiam.
- 3 Sterilitas unius anni cum fertilitate alterius compensatur.
- 4 Declaratur hoc.
- 5 Remissioni est locus, etsi fructus pereant jam collecti, antequam reponantur ubi servari solent.
- 6 Quanta sufficiat sterilitas, ut remittere pensionem dominus, qui locavit, teneatur, latè discutitur, & num. seqq.
- 8 Probata sterilitate, judex arbitrabitur, an tota merces, vel quanta pars ejus remitti debeat.

- 13 In dubio mercedis remissio non concedenda.
- 14 Expenditur lex 23. tit. 8. p. 5. ac intelligitur, & num. seqq.
- 18 Qua ex parte pensio minui debeat, de jure communi judicis definitur, arbitrio.
- 19 Inquiritur quanta debeat esse fructuum penuria, ut locus sit Regiæ constitutioni in d. l. 23. Partit. & nu. 20.
- 21 Colonus propter sterilitatem non juvatur constitutione legis 2. C. de resc. vendit.
- 22 Colonus usurus beneficio Regiæ legis tenetur locatorem monere, ut adsistat fructuum perceptioni.
- 23 In Granatensi Cancellaria non semper observari soles præfata lex Regia.
- 24 Ubi culpa etiam levissima coloni occasionem præstitit sterilitati, cessat mercedis remissio.
- 25 De remittenda pensione ob sterilitatem què latè egerunt.
- 26 Quoties rei locatæ usus impeditur, nulla interveniente conductoris culpâ, merces non debetur.
- 27 Si usus non omninò impediatur, sed restringi contigerit, pensionis remissio pro portione est faciendâ.
- 28 Causam impediendam rei usum si conductor tempore contractus agnovit, mercedem integram exsolvere tenetur.
- 29 Qui ex justa causa domum deseruit locatam, num impedimento cessante, cogatur ad eam redire, aut mercedem pro residuo tempore exhibere.
- 30 Licet domino, ædem locavit, inquilinum ante tempus locationis finitum expellere, si ea indiguerit ob supervenientem occasionem. Quid è contra, si inquilinus commodè, aut omninò ædem habitare non possit, an delinquere ipsam liceat, pensione non soluta, ibid.
- 31 Utrum dominus famulum ejicere, aut famulus à domino discedere ante tempus conventum ex superveniente causa possit.

CAPUT XXX.

Colonus propter sterilitatem absque ejus culpa contingentem à mercedis solutione proportionaliter relevatur. Greg. Lop. in l. 22. gloss. 1. & 2. tit. 8. p. 5. Ant. Gom. Variar. lib. 2. cap. 3. n. 18. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 495. n. 1. Donell. lib. 13. cap. 7. ubi Osuald. lit. A, Caroc. de locat. part. 4. tit. de remiss. merced. quest. 1. nu. 1. Petr. Greg. Syntagm. lib. 27. cap. 1. nu. 23. Tusch. lit. C, concl. 615. à princ. Cujac. in l. Certi juris, C. de locat. Morla Empor. Jur. tit. de locat. quest. 1. n. 6. Amaya observat. lib. 3. cap. 3. nu. 13. Larrea Granat. decis. 18. nu. 4. Bossius in Praxi, tit. de remission. merc. conduct. à princ. Fab. in ration. ad l. Si merces, §. Vis major, ff. locat. Mozzius de contract. tract. de locat. tit. de accidentalib. locat. nu. 1. & alii plures apud Pichard. in §. Actionum, quest. 17. ad fin. Inst. de action. & August. Barbola collect. cap. Propter sterilitatem, de locat. & l. Licet, C. eod. tit. Sterilitas generaliter accipitur, quia pluribus de causis solet evenire. Molina, Cujacius, & alii ex prælaudatis. Remissio pensionis à contractus bona fide procedit, nam juxta juris rigorem illi locus non foret. Faber, ac Morla sup. Sterilitatem hanc casu insolito evenire oportet, quia si naturaliter vitio terræ, aut pravitate temporis contigerit, nihil ad remissionem prodest, ut ex laudatis constat, l. ex conducto 16. §. Si vis, locat.

2 Illud ambigitur, an augetur merces conventa propter exuberantem fertilitatem, ita ut fundus duplam reddat messem? Negant Fab. & Cujac. sup. Osuald. d. lib.13. cap. 8. lit. F, Petr. Barbosa in l. Divortio, §. fin. nu.7. ff. solut. matrim. Pinell. in l.2. part.1. cap.3. n.34. C. de resc. vendit. Menchac. usufreq. cap.54. n.10. Sed contra sentiunt Ant. Gom. ubi nuper, Amaya n.15. Caroc. sup. quæst. 8. n.118. & ita decisum habetur in l.23. tit.22. p.5. quam ubi Greg. Lop. gloss. fin. restringit, ut procedat si casu extrinsece superveniat ubertas, non si ob cœli benignitatem, aut feracitatem terræ: cui accedit Molin. nu.23. sicque in praxi servari existimo, quamvis Morla nu.21. restrictionem rejiciat, constitutionemque generaliter accipiendam opinetur.

3 Sæpe sterilitas ad remissionem mercedis nequaquam prodest, ut videre licet apud Molin. d. n.12. Tusch. ex nu.29. Caroc. & alios laudatos sup. n.1. Sic cum annus uberrimus præcessit, ob sterilitatem sequentis pensio non minuitur; nam hæc cum fertilitate anteriori compensatur, quod regulariter observatur quoties ad plures annos locatio contrahitur: nec refert an sterilitas antecedat feracitatem, vel subsequatur; nec an immediatè, vel mediatè contingat: unde si fundus uno anno fructibus affluat, ac uno, vel duobus sine excessu interpositis, superveniat sterilitas, fiet compensatio, cap. Propter sterilitatem 3. de locat. l. Licet 8. C. eod. l.23. tit. 8. p.5. ubi Gregor. Lop. gloss.2. & 3. Molin. d. disp. 495. n.16. Bossius ex n.24. Morl. n.18. Caroc. n.46. Joan. Garl. de expens. cap.14. nu. 9. Petr. Greg. ubi sup. Amaya in l. unic. n.42. C. de collation. donator. lib.10. Petr. Barbosa n.6. Ant. Gom. sup. Et sterilitas unius fructus cum abundantia alterius compensatur. Greg. Lop. in l.22. gloss. 8. tit. 8. p.5.

4 Hoc ita verum, si idem contractus persistat etiam per prorogationem tacitam, vel expressam; alioqui si diversus celebretur, vel inter easdem personas, ac eodem pretio, fertilitas unius temporis minimè cum sterilitate alterius compensatur. Molin. ubi prox. Valasc. de jur. emphiteus. quæst.27. n.46. Gregor. Lop. d. gloss.2. Morl. ubi proximè.

5 Pensionis remissio fieri debet, etsi fructus pereant jam à solo separati, antequam suo loco reponantur, ut triticum in horreo, vinum in cella vinaria, foenum in foenili. Caroc. latè n.22. Ant. Gom. sup. Molin. n.15. Bossius n.90.

Ad Num. 1.

6 Quæritur quando censeatur sterilitas intervenisse, ut remissioni sit locus? Quidam opinantur, standum vulgi opinioni, quâ annus sterilis reputatur. Refert Greg. Lop. in l.22. gloss.9. tit.8. part.5. Menoch. de arbitrar. cas.76. n.2. vers. Quinta fuit, Bossius sup. tit. de remiss. merced. n.2. & 10. Mascard. de probat. concl.1334. n.3. Cævall. comm. contr. comm. quæst.57. n.2. Valasc. dict. 9.27. n.24. Caroc. sup. quæst.1. n.18. Molin. d. disp. 495. n.3. Quando hujusmodi probatio proficiat, vide Valasc. & Mascard. n.8. vers. Prima autem, qui n.11. subdit quod si generaliter sterilitas alicujus oppidi probetur, dominus fundi succumbet, ut pensionem remittat, nisi docuerit, suum fundum consuetos fructus reddidisse.

Verf. Aliis placet.

7 Alia est communis opinio, ut judicis definiatur arbitrio, an sterilitas sit, ut colonus pensione exoneretur. Molin. ubi proximè, Mascard. nu.8. Caroc. nu.19. Bossius nu.12. Menoch. nu.3. Cævall. nu.6. Morl. nu.10. Quæ judex perpendere oporteat, ut æquè arbitretur, tradit Bossius nu.14.

Ibi: Nisi prius per probationes.

8 Ut judex decernat, utrum colonus ob penuriam perceptorum fructuum à mercedis onere eximatur, prius per legitimas probationes de sterilitate constare debet, cujus arbitrium in eo versatur, ut æstimet, an diminutio messis tanta sit, ut tota merces, aut pars sit remittenda, juxta opiniones, de quibus hic agitur. Cævall. nu.9. Molin. nu.3. Seraphin. de privileg. juram. privil. 87. nu.88. Menoch. nu.4. Caroc. d. q.1. in fin. Morl. nu.12.

Verf. Est etenim.

9 Quibusdam placuit, ad effectum remissionis sufficere sterilitatem, qua colonus caret tertia parte fructuum, qui ex fundo quotannis percipi solent: cujus sententiæ, etsi communiter reprobetur, meminerunt Menoch. nu.2. Caroc. nu.1. Cævall. nu.6. & alii, quos refert Aug. Barbosa collect. d. l. Licet, nu.12.

Verf. Quamobrem proprius.

10 Plures sentiunt, mercedem pro rata remittendam, quoties colonus, illa integrè soluta, ultra dimidiam læderetur, velut si habita ratione expensarum, ac fructuum, novem superessent, & domino fundi ex eo anno viginti pro mercede deberentur. Gregor. Lop. in l.22. gloss.8. tit.9. p.5. Ant. Gom. & Morla ubi proximè, Petr. Gregor. Syntagm. lib.27. cap.1. nu.23. Molin. num.5. Caroc. num.4. Menoch. nu.2. vers. Tertia fuit. Bossius num.4. Mascard. num.5. Ant. Fab. sup. & alii apud Barbosa ubi pronuper.

Verf. Sed & hæc sterilitas.

11 Est & alia opinio, quæ habet, mercedem pro rata minuendam, quoties colonus nec dimidiam partem fructuum colligit, qui percipi regulariter solebant. Gregor. Lop. in d. l.22. gloss.8. Molin. num.4. Morl. d. tit. de locat. q.1. nu.12. Cævall. sup. q.57. nu.5. Mascard. nu.6. Bossius num.2. præter alios, quos dat Barbosa ubi sup.

Verf. Bartolus verò.

12 Adjicitur alia sententia Bartoli, qui docuit, tunc colonum à pensione eximendum, cum deductis expensis, nihil ultra ex fructibus lucratur: de ea memorantur Menoch. nu.2. vers. Quarta fuit, Cævall. num.1. Caroc. num.17. Gregor. Lop. in d. l.22. gloss.9. Ant. Gom. d. cap.3. nu.18. Mascard. nu.4. Ant. Fab. sup. & alii, quos recenset Barbosa in d. collect. nu.12. Quam opinionem impugnant post D. Covar. Menoch. Cævall. & Caroc, qui ait Bartolum sententiam mutavisse.

Hic

13 Hic animadvertendum, quod in dubiis non oportet iudicem facile remissionem mercedis concedere, sæpe enim evenit, ut sterilitas plus lucri agricolis conferat, quam ubertas, maxime non egenis, propter exorbitans pretium, quod penuria fructuum constituit, quæ colonis solet esse proficua potius, quam damnosa, ut aliud agens observat Molin. *d. disp. 495. in fin.* Hæc verum habent, si communis existat in regione fructuum egestas, propter quam pretium eorum apud omnes increvit; non autem si ex accidenti colonus pluri vendidit, fortè quia in tempus penuriae triticum, aut oleum servavit; hoc enim non ex qualitate, aut sterilitate fructuum, sed ex propria industria, & non absque periculo corruptionis quæsit. Est tamen observandum, quod ubi nulla contingit sterilitas, pretii exiguitas non attenditur ad remissionem mercedis. Molin. *nu. 5.* sicut nec augmentum, ut pensionis nomine plus debeatur. Molin. *n. 23. ad fin.* & omnes communiter. Eadem iudicem inspicere convenit, cum de augenda mercede contenditur ob nimiam fertilitatem, secundum prænotata *n. 2.* nam si ea sit in pecunia solvenda, & fructus ob copiam, sicut cætera omnia, vilescant ita, ut valde exiguo pretio distrahantur, aut vix emptorem inveniunt, cum colonus ex ubertate nullum in re commodum sentiat, nisi quod ex consuetis fructibus perciperet, æquum non erit, ut ampliorum tribuat locatori mercedem: quæ omnia æquitati, ac bonæ fidei maxime congrua videntur. Adde Fab. *in ration. l. Si merces, Vis major, ff. locat.*

Ad Num. 2.

14 Pro interpretatione Constitutionis Regiæ in *l. 23. tit. 6. part. 5.* consulas Greg. Lop. *ibi*, Molin. *d. disp. 495. nu. 8.* Cævall. *comm. cont. com. 4. 57. n. 6.* Morl. *Empor. Jur. tit. de locat. quæst. 1. n. 12. vers. Neque obstat.* Olan. *antin. jur. lit. S, n. 28.* Joan. Garf. *de expens. cap. 14. §. 9.* Illa statuitur regula, ut si colonus nullos fructus perceperit, omnino à pensionis præstatione liberetur: quod si aliquos, sterilitate contingente, ipse eligat aut eos retinere, integra mercede exsoluta, aut deductis expensis, ipsos tradens locatori nihil pensionis nomine præstet.

15 Ex qua decisione duo inferuntur. Primum, quod pensio pro rata deberi non potest. Secundum, quod si colonus ex fructibus nihil ultra expensas collegerit, ad nihil locatori tenetur, approbata opinione Bartoli, de qua supra, *n. 14.* Hæc accipias de sterilitate, ut supra, *n. 1. in fin.*

Vers. Ex qua palam probatur.

16 Regia lex sterilitatem supponit, quam probari oportet, ut prænotatur supra, *nu. 8.* alias si colonus in damno versetur propter fructuum vile pretium, vel quia vinum acuit, aut frumentum curculionibus infectum est, non erit electio colono, cum non proveniat ex sterilitate, nec illis causis remissio mercedis concedatur. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. 3. n. 18.* Molin. *de iust. & jur. tract. 2. disp. 495. n. 5. & 15.* Caroc. *de locat. tit. de remiss. merced. quæst. 8. n. 65.* & alii ex jam laudatis; nam requiritur inconlucta calamitas.

17 Desideratur etiam ad legis regiæ praxim, ne sterilitas culpam conductoris contingat, quo casu nullus est remissioni locus, cap. *Propter sterilitatem 3. de locat.* Molin. *n. 13.* Surd. *decis. 37. d. nu. 3.* Valasc. *de jur. emphyteut. quæst. 27. nu. 39.*

Aug. Barbosa *collect. d. cap. Propter sterilitatem, n. 4.* quod procedit etsi casus fortuitus culpam conductoris superveniat.

Ibi: Jure tamen communi.

Quomodo fiat computatio de jure communi, 18 cum merces est pro rata minuenda, tradit Menoch. *de arbitr. casu 77.* quod arbitrio judicantis decernendum verius videtur.

Vers. Illud enim verò est animadvertendum.

Quærit Gregor. Lop. *in d. l. 23. gloss. 8.* quanta 19 fructuum sterilitas desideretur, ut colono electio competat. Et ultra dimidiam damnum requiri docet, veluti si ex fundo centum annua percipi soleant, & nec quinquaginta colligantur: quod probat de jure communi Bossius *in praxi, tit. de remissione remed. conduct. nu. 8.* & est opinio recepta satis, de qua supra, *nu. 11.*

Verumtamen ea resolutio, per quam lex non 20 frustra nimis restringitur, dubia redditur, quatenus colonum ab auxilio remissionis, seu electionis excludit, licet pro dimidia fructuum jacturam sustineat; nam hoc in contractu jura postulant damnum intolerabile, nec quantum definiunt, unde id iudicis arbitrio relinqui opus est, ut ex pluribus præmittitur supra, *nu. 7.* quod ita coartari non debet, ut non liceat æstimare intolerabile damnum, quod intra dimidiam contingit, maxime cum versetur in questione ex bono, & æquo decidenda; etenim si ex fundo, qui octoginta reddere solet, triginta novem consequatur, erit locus dictæ legis Regiæ dispositioni, ac remissioni, ut Greg. Lop. & communi placet: quod si quadraginta colonus perceperit, ei auxilium denegatur. Sed cur in tam exigua quantitatis differentia adeo diversa juris dispositio? Nam si damnum intolerabile putatur, perceptis tantum triginta novem, non fiet tolerabile per unius fanecæ adjectionem. Hæc quidem æquitati minime conveniunt. Nec obstat lex *2. C. de resc. vendit.* quæ ad nostram controversiam non pertinet, ut cum D. Covar. & aliis adnotabitur inferius, *nu. seq.* nam etsi ex illa rectè deducatur ad remissionem pensionis requiri damnum intolerabile, quod ultra dimidiam sentitur, quando quidem sufficit ad contractus rescissionem; non inde inferitur, quod in omni materia intra dimidiam læsio ita sit tolerabilis, ut resarciri non debeat; hoc etenim specialiter definitum est ob publicam utilitatem commercii, ac frequentiam ejusmodi contractus, ne iudicibus pro arbitrio ad distractionem procedere liceret: at in re de qua agitur, nihil certum cautum habetur, sed verbis generalibus lex postulat, ut damnum intolerabile colonus patiat: nec sunt ligatæ manus iudicum, sicut in venditionis contractu, in quo iniquitati parcitur ob majus malum, scilicet litium, vitandum, de quo dixi *Variar. lib. 2. cap. 3. n. 13.* Ex quibus deducitur, ut si iudici damnum intolerabile videatur etiam intra dimidiam, quod colonus propter sterilitatem est passus, illi electionem juxta legem Regiam tribuere possit, ac debeat. Sic Fab. cum Castrensi *in ration. ad l. Si merces, §. Vis major, ff. locat.*

Vers. Hoc ipsum constat.

Remedium legis *2. C. de resc. vendit.* non competit colono agenti ad remissionem pensionis ob steri-

sterilitatem. Pinel. in d. l. 2. part. 1. cap. 3. n. 33. Molin. supra, nu. 6. Valasc. num. 24. Morl. d. quæst. 1. nu. 12. vers. Neque obstat.

Verf. Sed colonus is.

- 22 Colonus qui utitur beneficio electionis ex dicta lege 23. Partit. debet præmonere locatorem, ut adsistat fructuum collectioni; sed licet id omiserit, non excludetur à legis auxilio, modo constet de perceptorum fructuum ac expensarum quantitate. Molin. n. 8. qui in Lusitania de consuetudine feryari testatur n. 11.

Verf. Vidi tamen.

- 23 In Granatensi Prætorio à forma legis Regiæ recessum esse, testis est noster Præles propter probationum ambiguitatem, iustumque per superiores iudices pro arbitrio pensionem pro parte remitti. Referunt Molin. nu. 9. Morl. & Valasc. ubi proximè: at Molina latè dilferens, eam praxim damnat acriter.

Verf. His tamen omnibus.

- 24 Omittendum non est, quod ubi culpa etiam levissima coloni casui fortuito præstitit occasionem, ex quo sterilitas provenit, electio, vel remissio penitus denegabitur. Morl. ex n. 13. Vide Molin. n. 13. Præterea si calamitates, ex quibus subsequitur sterilitas, in regione frequentes non sint, colonus à pensione non exculatur, l. Ex conducto 16. §. 1. vers. Sed etsi tabes, ff. locat. l. 22. tit. 8. p. 5. ubi Greg. Lop. gloss. 3. Pinell. sup. n. 30. Valasc. n. 34. Caroc. d. q. 8. n. 1. Morl. n. 20. vers. Secundò limitari, Castill. controvers. lib. 3. cap. 3. num. 24. Mantie. de tacit. convent. lib. 5. tit. 8. nu. 6. quidquid senserit Molin. d. disp. 495. num. 12. si conductor casibus fortuitis renunciaverit. Vide Molin. n. 19. Bossium sup. nu. 56. cum seqq. Morl. d. q. 1. à nu. 19.

- 25 Alia plura missa facimus, quæ diffusè traduntur per Caroc. de locat. tit. de remiss. merced. quæst. 8. Tusch. lit. C, concl. 615. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 495. Bossium Practic. tit. de remission. merced. conduct. Amaya observat. lib. 3. cap. 3. C. de resc. vend. emphyteut. q. 27. Brit. in cap. Propter sterilitatem, de locat. Mantie. de tacit. convent. lib. 8. Aug. Barbosa collect. d. cap. Propter sterilitatem, & collect. l. Licet, C. de locat. qui plures cumulavit.

Ad Num. 3.

- 26 Quando usus rei locatæ absque culpa conductoris impeditur, pensio locatori non debetur, atque ideo inquilinus si iusto metu belli, pestis, aut cujusque similis calamitatis domum habitare non possit, eam deserere ante tempus prænitum locationis, soluta pro rata pensione, permittitur. Molin. sup. disp. 493. n. 1. Valasc. quæst. 22. à nu. 6. Mozzius de contractib. de locat. tit. quib. mod. finiat locat. nu. 3. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 3. num. 3. Oluald. ad Donell. lib. 13. cap. 8. n. 3. Morla d. tit. de locat. quæst. 1. nu. 8. Cancer. variar. part. 3. cap. 6. n. 85. Caroc. sup. num. 80. Bossius nu. 42. Sufficitque metus non vanus, licet bellum non sublequatur. Molin. Caroc. & alii.

- 27 Licet autem inquilinus à domo recedat, peste, aut bello persistente remissio pro parte pen-

sionis fieri debet, si illam conduxisset, ut tabernam meritoriam haberet, & forenses præ timore ad oppidum non accederent. Ouald. ubi proximè, Cancer. num. 92. Menoch. de arbitrar. casu 440. num. 1. Idem juris erit, cum inquilinus propter periculum, & adversitatem migrat in locum tutum, bonis domi relictis, clavibusque retentis. Cancer. nu. 99. contra Caroc. d. quæst. 8. nu. 14. & 81.

Sed si locationis tempore inquilinus non ignorabat bellum, pestem, vel aliud malum imminens, non licebit illi recedere, nisi integrè pensione persoluta. Cancer. nu. 91. Valasc. nu. 18. Bossius nu. 84. Molin. ubi proximè, ubi limitat si bellum, aut pestis post conductionem præter spem nimium exarserit.

Ibi: Ita ut cessante peste non teneatur.

Si causa migrandi extinguatur, inquilinus adimplere debet contractum, pro residuo locationis tempore pensionem exsolvens. Cancer. n. 97. Valasc. nu. 6. Molin. nu. 2. qui limitat quando res non est integra, veluti si aliò transmigravit, ibi permansurus, aut ædem aliam conduxit, cuius locatio nondum est finita. Idem erit ex parte locatoris, ut stare contractui teneatur, nisi domum derelictam jam alii locasset, cui convenit communis sententia docens, inquilinum expulsum ob supervenientem domini necessitatem, hæc cessante, audiendum ut ædi restituatur, donec tempus contractus impleatur. Gregor. Lop. in l. 6. gloss. 6. tit. 8. part. 5. Molin. disput. 499. nu. 11. Tiraquell. tract. causa cessante, lit. E, nu. 103. Vela dissert. 20. nu. 45. Brit. ubi sup. Quod ut in casu proximo limitandum videtur, cum scilicet res integra non est.

Verf. Imò excepta causa.

Certi juris est, domino ædis, qui eam locavit, permitti ante tempus conventionis præscriptum inquilinum ejicere, si ipsi casus post contractum accidat, ex quo conducta egeat æde, l. 6. tit. 8. p. 5. l. Æde 3. C. de locat. & pluribus egi variar. lib. 2. cap. 15. à n. 60. Unde ob vim correlativorum idem dicendum videbatur de inquilino, si aliqua causa superveniat, propter quam habitatione uti non possit, ut ei liceat à domo recedere, non soluta mercede, veluti cum in alium locum necessariò transmigraturus est, ut nuptias contrahat, munusve egregium adipiscatur, qua propter ampla indigeat domo: & ita tenet alios referens Caroc. tract. de locat. tit. de remiss. merced. At aliud hic per D. Covar. docemur, cui adjungendi Molin. disp. 493. nu. 5. Brit. in d. cap. Propter sterilitatem, §. ult. num. 8. Aug. Barbosa collect. dict. l. Æde, num. 17. ac prædiximus d. cap. 15. num. 65.

Verf. His verbò adjiciam.

Hæc adnotant Molin. d. disp. 493. n. 1. in fin. Valasc. de jure emphyteut. quæst. 22. n. 6.

An dominus famulum ejicere, aut famulus dominium deserere permittatur ex supervenienti causa ante tempus, de quo convenit, disputat Sylva de salar. famulor. quæst. 65 per tot. & n. 14. cum seqq. negativam sustinet, quam ex æquitate limitat, si dominus, aut famulus incommodum ex recessu non pateretur.

SUMMA

S U M M A R I U M.

- 1 *Judices Ecclesiastici, & laici intra limites propriae jurisdictionis se continere debent.*
 - 2 *Num exemptio clericorum sit de jure divino, aut positivo, & nu. 3.*
 - 4 *Quoad causas spirituales est juris divini.*
 - 5 *Quoad temporales à jure ecclesiastico provenit.*
 - 6 *Princeps secularis potest coercere clericos in reipublica detrimentum delinquentes, si per ecclesiasticam potestatem praemonitam non cohiberentur.*
 - 7 *Clerici apud infideles habitantes, eorum temporali potestati omnino subjiciuntur.*
 - 8 *Pontifices jure potuerunt eximere Clericos à jurisdictione Christianorum Principum.*
 - 9 *Princeps secularis non valet quicquam statuere adversus Clericorum immunitatem.*
 - 10 *Utrum Pontifici sit liberum Clericos submittere, temporali jurisdictioni Principum.*
 - 11 *Quid de Prælati aliis.*
 - 12 *Possit Pontifex abrogare constitutionem capituli Si quis suadente, 17. q. 4.*
 - 13 *Abrogatio legis justæ, licet iniqua sit, subditos ab ejus observatione liberat.*
 - 14 *Licet Clericorum exemptio à jure divino procederet, Pontifex tamen possit in casu speciali laico in clericos jurisdictionem concedere.*
 - 15 *Pontifici non est permessa derogatio, aut dispensatio juris divini, sed licet illud interpretari: & quid de Principe seculari.*
 - 16 *Consuetudo jure sustinebitur, quæ Clerici nonnullis in causis jurisdictioni laicæ potestatis subsint: non tamen in omnibus generaliter.*
 - 17 *Si Clericorum immunitas foret de jure divino, an omnibus competeret.*
 - 18 *Clerici etiam primæ Tonsuræ sunt jure Pontificio liberi à laicorum jurisdictione in omnibus causis regulariter.*
 - 19 *Conjugati solum in criminalibus fori gaudent privilegio.*
 - 20 *Quæ desiderantur hodie ex Tridentino, ut Clericus in minoribus potiat fori privilegio, & de jure nostro regio quid statutum pro ejus observatione.*
 - 21 *Clericus non servans requisita per Tridentinum, nullo clericali gaudet privilegio, nisi solum Canonis.*
 - 22 *Facilius derogatur exemptioni Clericorum in minoribus, quam eorum qui sunt in sacris.*
 - 23 *An prima Tonsura sit Ordo, remissivè.*
 - 24 *Pontifex an jure potuerit restringere exemptionem Clericorum in minoribus.*
 - 25 *Clericus in minoribus non servans quæ sacra Tridentina Synodus præcipit, fori privilegio privatur ipso jure.*
 - 26 *Clericus non observans formam Concilii, in utroque foro puniri poterit.*
 - 27 *Clericus cum unica & virgine contrahens matrimonium, fori privilegio in criminalibus utitur.*
 - 28 *Desideratur, ut talis clericus honestis vestibus indutus incedat, & quæ censeantur honestæ.*
 - 29 *Lim tatur hoc.*
 - 30 *An Clericus si ense accinctus reperitur, privilegio fori juvetur.*
 - 31 *Conjugati clerici an contineantur lege regia, quæ cavetur, ut clerici in minoribus quoad vestes ut Præbyteri se gerere debeant.*
- D. de Faria Covar. Enucl.

- 32 *Quoties ambigitur an clericus vestes honestas deferat, ad Judicem Ecclesiasticum spectat cognitio.*
- 33 *Clericus conjugatus ut fori privilegium obtineat, probare debet, continud vestes, & Tonsuram statui conformes detulisse.*
- 34 *Clericus binas contrahens nuptias, aut ducens ab alio corruptam, non gaudet privilegio fori.*
- 35 *Clericus per matrimonium etiam non consummatum omnibus status privilegiis eximitur, excepto fori, & Canonis.*
Utrum uxor, & filii clericorum eodem gaudeant privilegio, ibid.
- 36 *Quid de vidua Clerici.*
- 37 *Virginitas in feminis ut qualitas naturalis præsumitur.*
- 38 *Quas vestes gerere debeant Clerici, remissivè.*
- 39 *Utrum consuetudine introduci possit, ut clericus in minoribus non servans Concilii dispositionem, fori privilegio juvetur.*
- 40 *Clericus in minoribus, si vestes, & tonsuram, quas derelinquit, assumpserit, status recuperabit privilegia.*
- 41 *Ut Clericus in minoribus gaudeat fori privilegio, semestri ante delictum continud debet in Vestibus & Tonsura incedere.*
- 42 *Clericus qui semel cum virgine contraxit, ac Tonsuram, ac Vestes deposuit, si eas soluto matrimonio iterum deferat, cunctis clericalibus privilegiis restituetur: secus est in bigamo.*
- 43 *Clericus conjugatus negotiator suo fori privilegio non carebit.*
- 44 *Clericis negotiatio prohibetur, & quando clericus negotiator reperitur.*
- 45 *Clerici conjugati, sicut laici tributa exsolvunt, onera publica subeunt, & alia supportant.*
- 46 *Clerici in minoribus, & primæ Tonsuræ, omnibus clericatus privilegiis honorantur, & ante Concilium illis potiebantur, etsi vestes, & tonsuram non deferrent, nisi præmoniti eas gestare negligenter.*
- 47 *Exemptio clericorum à gabellis, & contributionibus, quas laici solvere tenentur, de jure divino non est, & consuetudo quod ecclesiastici easdem præstent, damanda non est, accedente Pontificis assensu.*
- 48 *Adducitur lex 2. tit. 4. lib. Recop. qua cavetur, ut clerici qui in Sacris non sunt, nec beneficium obtinent ecclesiasticum, cum laicis contribuants, & onera sustineant.*

C A P U T XXXI.

Sacris Pontificum decretis, nec non temporalium Principum constitutionibus inter duplex regiminis Brachium concors discretio frequentissime commendatur, caveturque ut utriusque fori judices terminos propriae jurisdictionis agnoscant, ab extraneæ usurpatione abstinentes; quod quantum interfit ad publicam tranquillitatem, non latet; nam sicut quoties luminare majus cum minore confundi per eclipsim contingit, orbis terrarum patitur: simili modo ubi ecclesiastica, & laica potestas (quæ illis comparantur, cap. Solite 6. §. Præterea; de major. & obed.) falce missa in alienam messem, perperam commiscetur, Respublica perniciem perturbationis experitur, de quo sunt jura in cap. Novit. 13. de judic. cap. 2. de for. comp. Trident. sess. 25. cap. 20. de reformat. authent. Statuimus, C. de Episc. & Cleric. l. 56. & 57. tit. 6. p. 1. l. 4. & 5. simul. 3. lib. 1. l. 3. & 4. tit. 1. lib. 4. Recop.

A a præ.

præter alia, quæ D. Covar. memoratur infra, sub num. 3.

Ad Num. 1.

- 2 Utrum Clerici immunitatem, ac exemptionem à sæcularibus potestatibus de jure divino, aut positivo obtinuerint, acriter controvertitur, estque pro utraque sententia communis opinio, ut refert Cævall. *com. cont. commun. quæst.* 550. de qua quæstione omnino videndi in primis Pat. Suar. *de defens. fid. lib. 4. cap. 8. & 9.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 18. ex num. 16.* Cened. *Canonic. lib. 1. quæst. 4.* Morl. *Empor. Jur. tit. 2. q. 12.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 31.* Joan. Garl. *de nobilit. gloss. 9. à princip.* Mart. *de jurisd. part. 1. c. 6.* Anastas. Germon. *de Sacror. immunit. lib. 3. §. 22.* Augutt. *Barbosa de jur. ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. à princip. & in collect. cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 19. de constit. & cap. Si Imperator, 96. dist.* apud quos plurimi. Ex quibus apparet, frequentius in eam sententiam Interpretes consentire, ut exemptio Clericorum à jure divino procedat, etsi contraria etiam sit communis, satque probabilis, ut fatetur Barbosa *d. §. 2. nu. 5.* pro qua nonnullos infra laudabimus. Aliqui pro earum concordia ad distinctionem confugiunt, in quibus Præsul noster, prout ex dicendis apparebit. Adde Carlev. *de judic. lib. 1. disp. 2. à num. 395.* Pontifex est jure divino exemptus ab omni humana potestate, Carleval. *ex aliis num. 400.*

Ad Num. 2.

Istum Gratiani errorem notat Aug. Barbosa *collect. cap. Futuram, 21. quæst. 1.* de quo etiam D. Covar. *Variar. lib. 4. cap. 16. num. 8. vers. Cæterum apud,* ubi & nos adjecimus aliqua.

Ibi: Præsertim quod Nicænum Concilium.

De ea Synodo egimus cum D. Covar. *d. lib. 4. cap. 15. sub num. 1.*

Vers. Contraria opinio.

- 3 Privilegium fori, quod Clericis competit, ne jurisdictioni temporali subdantur, à Jure positivo Ecclesiastico originem ducere, cum D. Covar. tenent Molin. *suprà num. 2. & 6.* Cævall. *d. q. 550.* Morl. *nu. 6.* Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. num. 2.* Escob. *de ratiocin. cap. 7. n. 33.* Mexia *in pragmat. tax. pan. concl. 5. nu. 55.* Menchac. *illustr. cap. 22. num. 8.* Joan. Garl. *sup. nu. 27. vers. Retenta,* Bobad. *nu. 35.* Valalc. *conf. 100. num. 8.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. c. 12. dub. 5. nu. 10.* & non pauci, quos referunt Cævall. Morl. & Aug. Barbosa *d. §. 2. num. 1.* Oppositam tamen pro viribus tuentur Pat. Suar. & Marta, *ubi sup.* Barbosa *d. §. 2. nu. 5.* Vide Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 11. à num. 44.*

Vers. Prima conclusio.

- 4 Clerici quoad causas Spirituales, & Ecclesiasticas jure divino sunt exempti ab omni laica jurisdictione. Salgad. *de Reg. protect. part. 1.*

cap. 1. præf. 3. num. 127. Molin. *num. 2.* Morl. *num. 7.* Bobad. *num. 32.* Joan. Garl. *num. 23.* Barbosa *ubi proximè, num. 6.* Carlev. *sup. num. 397.* ubi plures. Et alii, quos congerit idem Barbosa *in d. cap. 8. Imperator, num. 5.* De quibus causis nec incidenter judex laicus valeat cognoscere, Bobad. *cum aliis d. cap. 18. num. 38.*

Vers. Secunda conclusio.

5 Clericus in temporalibus non est exemptus à sæculari potestate Jure Divino, sed Pontificio; illi tamen valde consentaneum censetur, ut nec in causis profanis, seu temporalibus clerici per laicos queant judicari. Molin. *de just. & jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 7.* Morla *de tit. 2. quæst. 12. nu. 11.* Joan. Garl. *de Nobil. gloss. 9. ex num. 16.* Et quod juri divino conforme apparet, de illo esse dicitur. Mart. *de jurisd. part. 1. cap. 6. nu. 15.* sed non propriè, ut ait Pat. Suarez *d. lib. 4. cap. 9. num. 19.* Et pro conclusione præcipua vide laudatos *sup. nu. 3. & Carleval. ubi proximè.*

6 Observat Molina *num. 10.* ex Victoria, & Soto, quod inexemptio Clericorum cederet in communitatis exitium, & Republicæ detrimentum, & Summus Pontifex exornatus criminosos Ecclesiasticos cohibere negligeret, libet Principi temporali suos tueri subditos adversus illos, privilegio exemptionis non obistente.

7 Præterea Clerici commorantes in regnis Infidelium, Principum potestati in causis civilibus, ac criminalibus subjiciuntur; imò & in foro interno justa tributa, ut alii solvere teneantur. Molin. *nu. 12.* Suar. *d. lib. 4. cap. 8. nu. 2.* Albert. Pighius *lib. 7. Ecclesiast. Hierarch. cap. 7.* Vide Suar. *cap. 11. num. 16.*

Ad Num. 3.

8 Jure potuerunt Summi Ecclesiæ Præsules eximere Clericos à jurisdictione temporalium Principum Christianorum absque ipsorum assensu. Molin. *d. disp. 31. nu. 9.* Barbosa *sup. §. 2. num. 7.* Morl. *nu. 9.* Bobad. *d. cap. 18. num. 33.* Suar. *sup. cap. 8. num. 5.* & latè disputans *cap. 3. & 11. per totum.* Carleval. *d. disp. 2. num. 397.*

Ad Num. 4.

9 Princeps Sæcularis quidquam non poterit statuere in derogationem exemptionis Clericorum, & si quas leges ita condiderit, viribus non subsistent. Suar. *de defens. fid. lib. 4. cap. 30. num. 6.* Morla *sup. num. 10.* Mart. *de jurisd. part. 1. cap. 34. ex num. 31.* Menchac. *de success. creat. §. 12. lm. 11. in fin.* Bobad. *cum pluribus dict. cap. 17. nu. 245.* Trullench. *ubi sup. Sanch. Conf. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 49. num. 4.* quod ampliatur etsi privilegium à Principe sæculare fuisset concessum, Suar. *cum aliis num. 7.*

Vers. Primum etenim.

10 Summus Pontifex nequit in universum, & generaliter Clericos jurisdictioni sæculari submittere, quoad personas omnes, vel causas; non

non tamen prohibetur fori exemptionem coarctare respectu alicujus specialis causarum generis, aut personæ Ecclesiasticæ, permittens seu jubens, ut de illis laicus Judex cognoscat. Suar. *sup. cap. 9. num. 25. & cap. 30. num. 18. & 20.* Salgad. *num. 131.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 4. gloss. 1. num. 16.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 45.* Mart. *de jurisdic. part. 4. cas. 64. num. 4. & 18.* Argel. *de legit. contrad. quæst. 3. num. 183.* Scaccia *de judic. lib. II. cap. 11. num. 92.* Farin. *in praxi, quæst. 18. num. 4.* Decian. *tract. crimin. tom. I. lib. 4. cap. 9. num. 66.* Parlad. *different. 9. §. 1. numero 31.* Scaccia *de judic. part. 1. cap. 11. nu. 43. vers. Hoc tamen.* Azeved. *in l. 1. nu. 2. tit. 4. lib. 1. Recop. Carol. de Grass. de effectib. cleric. effect. 1. num. 14.* Paz *in praxi, tom. 2. prælud. 2. num. 2.* Quod verum est adhuc in causis merè spiritualibus, omnemque jurisdictionem exercere laicus potest ex delegatione Pontificis, velut excommunicationis sententiam ferre, à censuris absolvere, beneficia conferre, exceptis quæ Sacris Ordinibus sunt annexa, ut à peccatis absolvere, Missam celebrare, Sacramenta conferre Ordinis, aut Confirmationis. Barbosa *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 2. nu. 160.* Villalob. *Ærar. commun. opin. lit. P, num. 96.* Gregor. Lop. *in l. 13. gloss. 4. tit. 13. p. 2.* Bobad. *num. 46.* Sed & fœminæ potest causam spiritualement delegare, Greg. Lop. & Bobad. *ibidem, Barbosa 158.* Parlad. *ubi sup.*

II Nullus Prælati quacunq; dignitate fulgens ejusmodi jurisdictionem in Clerico Laicis concedere permittitur, adhuc in causis temporalibus. Parlad. *ubi proximè, Barbosa collect. cap. 2. num. de for. compet. qui pro utraque opinione nonnullos laudat, Bobad. d. cap. 18. num. 197.* ubi post alios tradit, laicum posse per Episcopi delegationem de causa pecuniaria Clerici cognoscere. Rursus Episcopus in propria diocesi non valebit in præjudicium laicæ jurisdictionis exemptionem Clericis concedere, ut probat Suar. *d. lib. 4. cap. 11. num. 11.*

Ibi: *Unde si Papa canonem hunc tolleret.*

12 Possit Papa abrogare constitutionem capituli *Si quis suadente, 17. q. 4.* quia omne jus positivum illius subicitur potestati, ut per Bobosam *d. cap. 2. ex num. 118.* qui alios refert, & de derogatione Conciliarium decretorum, *num. 129.* Et licet perperam operaretur Pontifex, si quis tamen postea Clericum percuteret, in illius Canonis censuram non incideret.

Ibi: *Nam quamvis mutatio legum.*

13 Abrogatio legis facta à Principe, vel populo potestatem habente, absque rationabili causa, quamvis iniqua sit, vinculum obligationis in subditis dissolvit, ita ut nullatenus ad observationem sublatae legis teneantur Pat. Suar. *de legib. lib. 6. cap. 25. num. 10.* sed Princeps culpæ reus fit, si nulla justa interveniente ratione, legem abroget Suar. *num. 4.*

Ibi: *Sed & dum ipse præmittit.*

14 Hæc compossibilia absque implicatione probat Suar. *de defenf. Fid. lib. 4. cap. 9. nu. 25.* D. de Faria Covar. *Enucl.*

quia scilicet privilegium Clericorum, licet à jure divino proveniat, ex ipso subordinatur Pontificis potestati, ut in casu speciali laicis causas Ecclesiasticas, & ad clericos spectantes committere possit.

Ibi: *Non potest Summus Pontifex illam.*

Quoniam Pontifex juri divino derogare non valeat, illud tamen interpretatur, declarans aliquo casu non obligare D. Covarru. *inferius, nu. 6. vers. Quintò hinc apparet, Barbosa cum pluribus d. cap. 2. à num. 121.* Azeved. *in l. 2. num. 2. tit. 4. lib. 1. Recop. Suar. de legib. lib. 6. cap. 10. num. 9. & per totum, fuse de derogatione, & interpretatione, ac dispensatione juris divini, quæ Pontifici permessa non est, ut idem docet nu. 21.* An Princeps temporalis jus divinum possit interpretari, disputat, negativè resolvens Mart. *de jurisdic. part. 4. cas. 93. num. 16.*

Ad Num. 5.

Consuetudine introduci poterit, ut clerici aliquibus in causis coram iudice laico conveniantur; non tamen generaliter in omnibus; Salga. *de Reg. protect. part. 1. cap. 1. num. 32. & 120.* Jul. Clar. *Sentent. lib. 5. §. fin. q. 36. num. 3.* Escob. *de ratioc. cap. 7. nu. 23.* Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 11. num. 42.* Joan. Garf. *de nobilit. gloss. 9. à nu. 43.* ubi plura recenset, quæ ex consuetudine diversis in principatibus observantur. Sed contrarium, præmissa disputatione, tuetur Suar. *de defenf. fid. lib. 4. cap. 32. ex nu. 13.* August. Barbosa cum pluribus *collect. cap. Ecclesia S. Mariæ, nu. 7. cum seqq. de constitution. Trullench. cap. 21. dub. 5. num. 10.*

Vers. *Tertiò, illud est.*

Si exemptio clericorum ad jus divinum referatur, non competet clericis in minoribus, aut prima Tonsura initiatis, nisi actualiter Ecclesiæ inservientibus. Oppositum placet Suar. *ubi proximè, cap. 27. num. 4.* qui rectè probat. Præter Clericos sunt non paucæ personæ, quæ eodem fori privilegio gaudent, de quibus Suar. *cap. 28.* Bobadill. *Polit. lib. 2. cap. 18. à num. 199.* Morl. *Emp. Jur. tit. 2. in præmis. num. 140.* cum aliis, Barbosa *de jur. Eccles. part. 2. allegat. 12. ex num. 37.* Illud specialiter notandum cum Barbosa *in remiss. ad Trident. sect. 23. cap. 6. in fin. de reformatione, quod Subdiaconus, qui ex dispensatione conjugem etiam non virginem ducit, retinens pensiones Ecclesiasticas, gaudebit fori privilegio, & ita decisum refert Sel. Select. Canon. cap. 18. nu. 29.*

Ibi: *Tametsi & hos primæ.*

Clerici in minoribus, & etiam primæ Tonsuræ, exempti sunt jure Pontificio à sæculari jurisdictione quoad causas civiles, & criminales, *cap. cum non ab homine, 10. de judic. cap. 2. de for. compet. Suar. de defenf. fid. lib. 4. cap. 27. num. 3.* Morla *ubi proximè, num. 13.* Menoch. *de arbitr. casu 247.* Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 17. nu. 12.* Paz *de prælud. 2. num. 6.* Farinac. *in praxi, q. 8. num. 5.*

Bossius in praxi, tit. de for. compet. nu. 127. Cur. Philip. part. 3. §. 1. nu. 2. Guazzin. de defens. reor. defens. 20. cap. 9. num. 26. Omissis pluribus, quos cumulat Barbosa de potest. Episcopi, part. 2. allegat. 12. nu. 1. & 21. & collect. cap. 2. nu. 5. de for. compet. & Carleval. de judic. disp. 2. nu. 402.

19 Conjugati verò solùm in criminalibus fori privilegio jvantur, cap. unic. de cleric. conjugat. in 6. ubi Barbosa in collect. & in d. cap. 6. Concilii, nu. 44. & d. alleg. 12. nu. 25. qui penè innumeros laudat, Villalob. Aerar. comm. opin. lit. C, num. 170. Suar. d. lib. 4. cap. 28. in princ. qui observat, ante constitutionem Bonifacii VIII. in d. cap. unic. exemptionem fori æquè clericis conjugatis, ac solutis competere, de quo Tusch. lit. C, concl. 395. per totum. Carleval. ubi proximè.

20 Nunc ex Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. Clerici in minoribus, vel primæ Tonsuræ non aliter in criminalibus, vel civilibus à sæculari potestate immunes habentur, nisi vel Beneficio Ecclesiastico potiantur, vel tonsuram, & habitum clericalem deferentes de mandato Episcopi Ecclesiæ ministerio vacaverint, aut in Seminario Clericorum, Schola, vel universitate, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos, de Episcopi licentia versentur. Pro cujus capitis enucleatione consulendi Suar. d. cap. 27. ex num. 7. Barbosa in remission. ad Concil. in d. cap. 6. num. 10. cum seqq. & d. allegat. 12. à nu. 2. qui utrobique quam plures refert: & iterum de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. d. nu. 22. Quæ constitutio servari jubetur apud nos lib. 1. titul. 4. lib. 1. Recopil. & declaratur ita demùm fori privilegium hisce clericis concedendum, si ante criminis perpetrationem per semestre continuò tonsuram detulerint; & habitum clericalem ad instar Presbyterorum: & in ejusdem tituli calce extat instructio ad praxim præfati capitis Concilii. Est notandum quod si Clericus, postquam Tonsuram, aut Ordines minores suscepit, se gesserit juxta Concilii formam continuò, & in delictum inciderit, fori privilegio juvabitur, etsi sex mensibus Tonsuram, & habitum nondum detulisset, fraude cessante, de quibus Azeved. in d. l. 1. Cur. Philip. part. 3. §. 1. nu. 3. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 102. D. Covarru. inf. num. 4. in simili.

21 Clericus, qui non servat præmissa Concilii requisita nullo clericali privilegio gaudebit, nisi solùm Canonis in d. cap. Si quis suadente, Suar. d. cap. 27. num. 14. Barbof. de potest. Episc. p. 2. allegat. 12. num. 32.

Ad Num. 6.

22 Faciliùs derogari poterit exemptioni Clericorum primæ Tonsuræ seu minorum Ordinum, quam illorum qui sunt in Sacris constituti, his enim sua privilegia adimi non possunt, nisi propter delictum, seu culpam: illis verò sine crimine aufertur, sicut, in d. cap. 6. Concilii, quoad omnes fori privilegium coarctatur Suar. de defens. fid. lib. 4. cap. 27. nu. 21. quondam etenim ante præfata decreta Clerici primâ tonsurâ, aut minoribus Ordinibus initiati integrè privilegio fori gaudebant absque aliquo requisito, nisi ter moniti per Prælatum Tonsuram, & vestes statui convenientes defore negligenter D. Covarru. in fin. hujus capitis,

Barbof. d. allegat. 12. num. 22. Suar. num. 10. Ideo firmitùs habetur privilegium constitutorum in Sacris, quàm inferiorum, quoniam illi ex vi suæ Ordinationis Clericale obtinent privilegium, cum illa secum trahat in eo statu perseverantiam: non ita isti, qui perseverare non astringuntur Suar. nu. 6.

Ibi: Et præterea, quia prima Tonsura.

An prima Tonsura in Ordinibus Ecclesiasticis sit numeranda, quæstionis est. Vide Trident. seq. 32. cap. 2. de reformat. & ibi Barbof. in remission. ac de potest. Episc. part. 2. alleg. 2. à n. 17. Ego quoque dixi in addit. variar. lib. 1. cap. 10. nu. 34. ubi plures pro utraque opinione.

Verf. Quintò hinc apparet.

Summus Pontifex justè, ac convenienter exemptionem Clericorum in minoribus potuit restringere, ex cap. unic. de cleric. conjug. in 6. de cujus intellectu videndus Barbosa pluribus laudatis in collect. ibi, Suar. de defens. fid. lib. 4. cap. 28. Id ita verum est, licèt exemptio clericorum à jure divino orta concedatur, quod subordinata ex Dei dispositione potestati Ecclesiæ, ut cum doctissimo Suarez præmissimus sup. num. 14. ut scilicet declaret, quæ personæ Ecclesiastico privilegio uti possint, in quo variare pro temporum mutabilitate licebit: atque ita ante Tridentinum conjugati clerici incedentes in habitu, & tonsura, immunes censebantur in criminalibus à sæculari potestate: nunc verò ex d. cap. 6. adjicitur, ut Ecclesiæ actu deseriant. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 46. n. 1. Paz in prax. tom. 2. prel. 2. n. 7. Suar. n. 1. Barbosa cum multis collect. d. cap. unic. nu. 3.

Clericus qui præscriptam formam per Tridentinum non servat, privilegio fori Jure ipso privatur, ita ut absque degradatione per laicum judicem puniri possit. Guazzin. cum aliis de defens. reor. defens. 20. cap. 9. num. 37. Sed Ecclesiastici Ordinarii sententiam declaratoriam amissi privilegii desiderati docet Barbosa de potest. Episc. part. 2. allegat. 12. nu. 31. contra Sanch. nu. 19.

Licèt Clericus jure fori privilegio privetur, poterit tamen rectè Episcopus eum delinquentem capere, ac poenis afficere, cujus jurisdictioni Concilium nequaquam intendit derogare, sed solùm reo declinatoriæ subsidium denegavit Barbosa de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 22. ubi ampliat etsi laicus prævenit per capturam, testificans sic per sacram Congregationem decisum, ac per Urbanum VIII. canonizatum. Nihilominus in praxi difficilè obtineret, attenta lege 1. titul. 4. lib. 1. Recop. At si Clericus per Ecclesiasticum condignè non coerceretur, liceret laïco iterum procedere, & meritas poenas irrogare, quemadmodum in Clerico enormia perpetrante tenet Petr. Barbosa in l. Si quis postea quàm nu. 254. de judic. alioqui passim regia jurisdictio fraudaretur, criminibus non sufficienter punitis. Qua ratione idem in causis mixti fori regulariter observatur, ut prænotavi in addit. variar. lib. 2. cap. 10. num. 39.

Ad Num. 7.

27 Clericus qui cum unica, & virgine per nuptias conjungitur, minoribus Ordinibus, aut prima tonsura insignitus, quoad causas criminales eximitur à laici judicis potestate, ita ut nec civiliter propter illas coram conveniri permittatur. In civilibus verò indistinctè apud tribunal sæculare respondere restringitur, qui & in carcerem detrudi per laicum judicem poterit, sicut alius quilibet propter æs alienum. Suar. *de defens. fid. lib. 4. cap. 28. numer. 1. & 4.* Farin. *in prax. quest. 8. num. 7.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 110.* Gutier. *de jurament. confirm. part. 1. cap. 17.* Petr. Barbosa *ubi sup. num. 207.* Sanch. *d. disp. 46. nu. 22.* Paz *tom. 2. præl. 2. nu. 7.* Cur. Philip. *part. 3. §. 1. num. 4.* Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 11. num. 20.* Aug. Barbosa cum pluribus *de potest. Episc. part. 2. alleg. 12. nu. 25. vers. Primò, ut eo gaudeant, & remiss. sess. 23. cap. 6. de reform. n. 44.* Non desunt aliqui sentientes, post Tridentinum hujusmodi clericos etiam in civilibus fori privilegio potiri, ut refert Barbosa *d. num. 25. vers. Quamvis supra dicta.* Sanch. *nu. 21.*

Verf. Secundò hæc Bonifacii.

28 Clericus conjugatus ut fori privilegio juretur, vestes honestas ac conformes clericali statui deferre tenetur, sed licet ea non omninò convenient illis, quibus cæteri utuntur clerici, qualitate, figura, aut longitudine: non ideo exemptione carebit, modò eas gerat, quæ secundùm regionis consuetudinem conjugatis clericis permittuntur; per quas à laicis secerni possint. Suar. *d. cap. 28. nu. 4.* Barbosa *in remission. ad Concil. sess. 23. cap. 6. de reformat. Dian. resolut. moral. part. 1. tract. resol. 26.* Sanch. *d. disp. 46. nu. 5. qui nu. 5. advertit vestium honestatem istam in interioribus non desiderari, quia videri nequeunt qui à clericalibus reguntur, extra domum.*

29 Aliquando hujusmodi Clerici, sicut & in minoribus, aut primæ Tonsuræ, non conjugati, fori immunitate gaudebunt, non incedentes in habitu clericali, & Tonsura, omnè scilicet aliqua justa ratione impediuntur vestes clericales induere, velut propter ægritudinem, aut paupertatem: nec dimissio earum ad breve tempus nocebit, quo cum aliis Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 25.* Similiter qui capillis caret, ad Tonsuræ conditionem non tenetur. Barbosa *ibidem*, Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. q. 36. num. 17.* Sanch. *sup. num. 9.* Scacc. *sup. nu. 83.* An peccent non deferentes habitum, & tonsuram, latè tradit Sanch. *Conf. Mor. lib. 7. capit. 1. dub. 49. & quâ pœnâ afficiantur docet Menoch. de arbitr. cas. 392.*

30 Clericus qui ense accinctus, aut alio armorum genere munitus incedit, fori privilegium amittit, ut placet Clar. *dict. quest. 36. num. 12.* contra Azor. *Institut. Moral. tom. 1. lib. 13. cap. ult. in fin.* Sed Suar. *d. cap. 28. nu. 5.* ait tutius fore ea non deferre, ita ut exterius appareant, qui de conjugato agunt. De aliis est videnda lex *49. tit. 6. part. 1.*

31 In dubium revocari potest, utrum Clerici conjugati contineantur dispositione legis 1.

tit. 4. lib. 1. Recopilat. qua cavetur, ut Clerici in minoribus in Tonsura, & vestibus incedat ad instar Presbyterorum, cùm in ea constitutione istorum etiam in narratione fiat mentio: in quo videtur consuetudini standum quoad retinendum fori privilegium, quæ optima legum interpret est, *l. Si de interpretatione 37. de legib. cap. Cum dilectus 8. de consuet.*

Quæstio de habitu clericali si contigerit, 32 per Judicem Ecclesiasticum declarabitur, an tales sint vestes, ut clerico fori privilegium competat, vel denegetur. Barbosa cum aliis *de potest. Episc. part. 2. alleg. 12. num. 16.* Azeved. *in l. 1. num. 5. tit. 4. lib. 1. Recop. Suar. de defens. fid. lib. 4. cap. 26. num. 12.* Clar. *nu. 21.* Sanchez *nu. 7.* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 11. nu. 88.*

Verf. Tertiò, ut locus sit.

Clericus conjugatus non aliter fori privilegio 33 juvabitur, nisi probetur, simul & vestes statui clericali conformes, & tonsuram detulisse continuò: non una, vel alia vice. Azeved. *de exeq. mand. part. 1. cap. 22. num. 11. vers. Num tam:* Suar. *d. cap. 28. num. 4.* Farin. *in prax. q. 8. num. 68.* Barbosa cum aliis *de potest. Episc. part. 2. alleg. 12. num. 15. & 28.* Ad hæc docere opus est illud, quod sub idem tempus Ecclesiæ de mandato Episcopi frequenti ministerio inferviebat, ex Trident. *sess. 23. c. 6. de reformat.* Barbosa *num. 14.* Sufficit verò, si hæc simul intervenisse constet, cùm clericus deliquit, & si postea deficiant capturæ tempore, quia illa deseruisset. D. Covar. *infra, num. 10.* Tom. Valasc. *conf. 43. à num. 3.* Barbosa *num. 18.* Cur. Philip. *part. 3. §. 1. num. 10.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 17. num. 34.* Suar. *d. lib. 4. cap. 15. num. 14.* tempus namque patrati sceleris quoad forum inspicitur. Clar. *lib. 5. Sent. §. fin. quest. 36. num. 10. & 11.* sed quod attendatur tempus vocationis judicum, tenet Parej. *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. spec. 2. num. 266.*

Ibi: Uxorem unicam, & virginem.

Præterea conjugatus clericus, qui se duplici 34 consorti, vel unicæ non virgini per nuptias conjunxit fori privilegium amittit. Suar. *d. cap. 26. nu. 6.* Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 10. nu. 4.* Sanch. *d. lib. 7. disp. 46. nu. 1.* Clar. *num. 8.* Barbosa cum plurimis *dict. alleg. 12. num. 26. & in remiss. ad Trident. sess. 23. cap. 6. de reform. num. 41.* quoniam ipse red-ditur indignus ob bigamiam, quam incurrit. Ex quo deducitur, non carere fori privilegio qui à se solo cognitam uxorem ducit, cùm bigamus non fiat. Suar. & Ant. Gom. *ubi pronuper*, Sanch. *nu. 3.* Nec qui cum corrupta ab alio contraxit, si se illi per copulam non commiscuit, Sanch. *ubi proximè.* Idem erit si qui binas contraxit nuptias, cum una tantum virgine consummavit. Suar. & Sanchez *ibidem*, Gloss. *verb. Virginibus, in cap. unic. de cleric. conjug. in 6.* quod ampliandum videtur etsi clericus duceret à se corruptam, quæ matrimonio non consummato deceffit; ac deinceps ille, in conjugio secundæ uxoris existit, cum qua virgine contraxit.

35 Clericus per matrimonium etiam non consummatum, non verò per sponsalia de futuro, cunctis clericalibus privilegiis destituitur, excepto fori, & canonis. Sanch. *sup. nu. 12. & 13.* & alii statim laudandi *nu. 47.* at matrimonio soluto eisdem integrè restituitur. Sanch. cum aliis *num. 30.* Clar. *num. 18.* An uxor Clerici privilegium fori participet, disputatur. Afirmat cur communi novissimè Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 13.* contrarium expensis rationibus tuentur Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 47. ex nu. 2.* Pareja *de instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. spec. 6.* Barbosa *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 62.* Avend. *de exeq. mand. part. 1. cap. 22. num. 13.* Quod utique procedit in uxore illius qui ea consentiente ad Sacros ascendit Ordines.

36 Similis est quæstio de Clerici vidua, de qua Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 401.* Sanch. *ubi proximè, num. 4.* Didac. *Per. in l. 3. vers. Uxor etiam Clerici, tit. 1. lib. 1. Ordin. Cur. Philip. d. §. 1. num. 7.* Verùm hujusmodi privilegii communicationem in praxi non servandam credit Greg. Lop. *in l. 31. gloss. 7. tit. 2. part. 3.* Filiis legitimis Presbyterorum, quos ex matrimonio procreant, privilegium fori competere, ex aliis tradit Barbosa *d. nu. 62. in fin.*

Ibi: *Et femina virgo præsumatur.*

37 Virginitas cum sit qualitas naturalis, in omni foemina quæ nunquam nuplit præsumitur, fatque erit, si probetur non fuisse viduam, & virginitas allegetur, ex traditis per Mascard. *de probat. conclus. 1412. num. 19.*

Verf. *Quartò illud est.*

38 Quas vestes debeant clerici gestare, tradit latè Barbosa *de potest. Episc. part. 2. alleg. 9. per tot. & honestate, ac decencia servata, secundum regionis consuetudinem incedere tenentur.* Barbosa cum pluribus *nu. 2.* Avend. *de exeq. mand. part. 1. cap. 22. num. 16.* Sanch. *Conf. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 49. nu. 2.* Scacc. *de jud. lib. 1. cap. 11. nu. 84.*

Ibi: *Denique post sacrosancta.*

39 Pro enodatione hujus capituli Tridentini Concilii consule Barbosa *in remission. ad illud, & alios plures, quos idem refert.* Sed dubitari potest, an consuetudine, non obstante clausula abrogante omnes contrarias, introduci queat ut Clericus in minoribus non observans Concilii conditiones, fori gaudeat privilegio? Et videtur affirmativè respondendum ex doctrina Pat. Suar. *tract. de legib. lib. 7. cap. 7. à nu. 2.* nec enim per hoc libertas, ac exemptio Clericorum restringitur, sed augetur.

Ad Num. 8.

40 Quanquam Clericus per desertionem habitus, vel Tonsuræ ipso jure fori privilegio privetur, si iterum illa gestet, exemptionem recuperabit. Suar. *de defens. Fid. libro 4. cap. 28. in fin.* Aug. Barbosa *sup. d. part. 2. allegat. 12. nu. 28.* ubi plures, Sanch. *nu. 29.* Clar. *nu. 15.* & vide Barbosa *ibidem, num. 19.* casus ambiguos decidentem.

Ibi: *Et quatuor mensibus proximis.*

Hodie apud nos quadrimestre ad semestre 41 extenditur, *l. 1. tit. 1. lib. 1. Recop. Cur. Philip. part. 3. §. 1. num. 3.* quod ita accipiendum, ut Clericus ante delicti perpetrationem continuo vestes deferat, & Tonsuram; nam si eas dimiserit, ac iterum assumat, tempus sex mensium computabitur, ex quo ipsas ultimò induit, ut fraudis excludatur suspicio, Cævall. *Commun. cont. comm. q. 563. in fin.*

Ibi: *Eadem ferè ratione.*

Observa præmissa *sup. nu. 35.* & adde quod 42 etsi Clericus unicam, & virginem ducens in uxorem laicis vestibus induatur; tamen si soluto matrimonio, ut clericum se gerat, juxta Tridentinam Synodum, cunctis clericalibus privilegiis gaudebit: secus erit si cum non virgine, aut binas nuptias contraxerit. Suar. *ubi proximè;* neque enim bigamiae impedimentum per consortis solutionem amovetur, ut exemptione potiatur. Aliud est in derelinquente habitum, ac Tonsuram, qui his assumptis amissa recuperat.

Verf. *Sextò, eadem privilegia.*

Clericus conjugatus per negotiationis exercitium canonis, aut fori non privatur privilegio. Suar. *d. cap. 28. num. 9. 10.* Card. de Grass. *de effectib. clericat. effect. 1. nu. 8.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 12. nu. 13.* Sanch. cum aliis *d. disp. 46. num. 26.* dissentientibus non paucis, quos Sanch. ac Barbosa congerunt.

Ibi: *Quamvis alioqui clericis aliis.*

Negotiationi operam dare clerici præter conjugatos prohibentur, quod latissimè prosequitur Barbosa *de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 40. ex nu. 9.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. c. 12. dub. 5. num. 17. & cap. 21. dub. 9. num. 6. & num. 7.* limitat in clerico in minoribus. Adde legem *49. tit. 6. p. 1. à numer. 114.* Quando clericus negotiator censeatur, tradit Barb. *sup. alleg. 13.*

Ad Num. 9.

Clerici conjugati præter privilegium fori, ac 45 canonis exemptione nulla juvantur, sed ad instar laicorum tributa & vectigalia pendere compellantur, sicut & onera publica supportare, *l. 49. in fin. tit. 6. p. 1.* ubi Greg. Lop. *gloss. fin.* Sanch. *ubi sup. nu. 16.* Gironda *de gabell. part. 2. nu. 37. & 38.* Suar. *de defens. fid. lib. 4. cap. 28. num. 2.* Villalob. *Ærar. comm. opin. lit. C, num. 106.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 263. & 283.* Barbosa *collect. cap. unic. nu. 11. de cleric. conjugat. in 6. Azeved. in l. 2. nu. 2. tit. 4. lib. 1. Recop. Dueñ. reg. 100. limit. 10.* Trullenc. *in Decalog. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 13.* Matienz. *in l. 11. gloss. 1. nu. 8. tit. 10. lib. 5. Recop.* Unde quia laicus reputatur, Ecclesiasticam jurisdictionem exercere nequit, nec Episcopi vicarius constitui, quanquam assessor ab illo eligi non vetetur. Sanch. *num. 14.* ubi plures.

Ibi:

Ibi: *Quibus quidem legibus constat.*

Videas legem 2. tit. 4. lib. 1. Recopil. de qua inferius num. 50.

- 46 Constituti in minoribus, & prima tonsura initiati, omni exemptionis privilegio fruebantur, quod clericis jura concedunt, ut tenet communis sententia teste Azevedo ubi proxime, pro qua per plures laudat Barbosa de potest. Episc. part. 2. allegat. 12. num. Suar. omnino legendus, d. lib. 4. cap. 27. d. num. 3. Nec habitum, & tonsuram deferre opus erat, nisi per prælatum ter præmonerentur: quod sacra Tridentina Synodus salubriter immutavit sess. 23. cap. 6. de reformat. Suar. num. 10. 12. de quo Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 15. dub. 5. num. 10.

Ibi: *Consuetudo legitime præscripta.*

- 47 Utrum consuetudine exemptio Clericorum possit restringi, disputat Suar. cap. 32. de quo sup. num. 16. Idem docuit cap. 27. num. 14. & 16. consuetudinem non esse damnandam, per quam Clerici tributa solvere teneantur: sed Pontificis approbationem desiderat, de quo etiam Barbosa d. allegat. 13. num. 2. & hujusmodi exemptionem à jure divino non procedere, contendit Molin. de just. & jur. tract. 3. disp. 51. num. 11. Trullench. ubi proxime.

Ibi: *Tandem Philippi nostri.*

- 48 Extat in regis constitutionibus lex 2. tit. 4. lib. 1. Recop. qua cavetur, ut omnis clericus, qui in Sacris non est, aut Ecclesiastico non potitur Beneficio, cum laicis pariformiter contribuat, & aliis oneribus subjiciatur, ut observant Bohad. d. cap. 18. nu. 263. Azeved. in ead. l. 2. num. 2. Olan. antinom. Jur. lit. C, num. 21. Bolañ. commerc. terrest. lib. 1. cap. 14. num. 9. Parlad. quotidian. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 3. Gutier. Practic. lib. 1. quest. 8. Suar. & Barbosa ubi pronuper, qui duo postremi de viribus, & justitia illius legis dubitarunt, & vigore consuetudinis antea in Hispaniis præscripta: illam subsistere jure opinantur, quæ aliis ex defectu potestatis non sustineretur, nec ligaret. Adde Trullench. novissime, ac fuse agentem de hujusmodi exemptione à tributis, ac vectigalibus, lib. 7. in Decalog. cap. 12. dub. 5. d. nu. 9. & nu. 12. de lege nostra regia Sanch. Consil. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 49. cum seqq. Suar. latissime de defens. Fid. lib. 4. cap. 20. cum aliis Matienz. in l. 11. gloss. 1. num. 4. tit. 10. lib. 5. Recop.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici primæ Tonsuræ observantes dispositionem Tridentini, etiam in civilibus fori privilegio gaudent.
- 2 Si ea non observet, quæ Concilium decernit, nullo fori privilegio juvatur Clericus in minoribus.
- 3 Alexandrina constitutio quoad exemptionem Clericorum post Tridentinum apud nos in usu non est.

- 4 Ante Concilium ut Clericus in minoribus non incedens Vestibus, & Tonsura, fori privilegio privaretur, nominatione opus erat.

- 5 Clericus in Sacris etiam atrocissime delinquentem judex laicus absque degradatione, ac traditione punire non valet, quod limitatur num. 7. & 8.

- 6 De degradationis forma, & effectibus, remissive.

- 9 Clericus in Sacris, qui derelictis Vestibus, ac Tonsura, se enormitatibus immiscet, num sine degradatione per laicum judicem coerceri permittatur.

- 10 Affirmative respondetur, ubi in perniciem Reipublicæ sic Clericus deliquerit, ut expediat absque mora damnari.

- 11 Clericus in minoribus, etiam in beneficiariis, poterit non præmissa degradatione puniri, si abjectis Vestibus, & Tonsura atrociter deliquerit.

- 12 Clericus in Sacris ut fori privilegio exuatur, necesse est ut frequenter crimina perpetret: secus in Clerico in minoribus, nam sat erit vel semel atrocitatem committere.

- 13 Qui post delictum circa fraudem Ecclesiastico Ordine insignitur, à seculari potestate immunis fit.

- 14 Quid si dolose Ordines affectet, ut à seculari jurisdictione se tueatur, & num. 17.

- 15 Quando censeatur ejusmodi fraus in susceptione Ordinum intervenisse: & num. 16.

- 18 Quid si captus propter delictum intra carcerem Ordines susceperit.

- 19 Reus mortis, aut membri mutilationis, si in Ordinibus initiatur etiam sacris, Curie seculari per Prælatum tradi debet degradatus.

- 20 Ut tradatur qui solum minores obtinuit Ordines, degradatione opus non est.

- 21 Qui emissio voto ingrediendi religionem facinus amisit, adimplens illud à foro seculari liberetur.

- 22 An stet juramento delinquentis, si aliter voti emissio probari non possit?

- 23 Ubi grave tertii vertitur præjudicium, non creditur partis juramento in iis, quæ ab animo & conscientia pendent.

- 24 Facile quilibet pejerare solet, ut se à pœna criminis eximat.

- 25 Votum Religionem ingrediendi, etsi testibus probetur, non omnino fraudis suspicionem excludit probatio.

- 26 Utrum peccent Clerici, non deferentes Tonsuram, ac vestes clericales?

- 27 Respondetur ad cujusdam opinionis fundamentum circa fraudem in suscipiendis ordinibus post delictum.

CAPUT XXXII.

Ibi: *Clerici sanè primæ Tonsuræ.*

Sic ex pluribus prænotatur supra, capit. 1. prox. num. 18.

Ibi: *Moribus tamen receptum est.*

Hujusmodi consuetudo sublata apparet ex Trident. sess. 23. cap. 6. in fin. de reformat. & Clerici primæ Tonsuræ observantes ibi requisita, etiam in civilibus gaudent fori privilegio, ut tenent

tenent plurimi apud Barbosam *de potest. Episc. cop. part. 2. allegat. 12. num. 1.* ac nos prædiximus cum aliis supra, *cap. prox. num. 46. & 82.*

Ibi: *Nec hi Clerici privilegium istud.*

- 2 Nunc ex præfato Concilii decreto aliter se res habet, nam Clericus in minoribus, vel primæ Tonsuræ, nullo fori privilegio potitur, nisi in vestibus clericalibus, & Tonsura inceserit, nec monitio, aut sententia declaratoria desideratur, cum sub ea conditione exemptio à sæculari potestate ipsi tribuatur, de quo supra *cap. prox. num. 25.*

Ad Num. 1.

- 3 Alexandrinæ istius constitutionis nulla in nova Regiarum legum compilatione memoria reperitur, neque apud nos post Tridentinam Synodum habetur in usu, & in praxi servatur dispositio legis *1. tit. 4. lib. 1. Recopil.* quoad privilegium fori Clericorum in minoribus, aut primæ Tonsuræ.

Verf. Sex ex Alexandrina constitutione.

- 4 Olim ante Tridentinum, ut Clericus in minoribus non deferens vestes statui conformes, ac tonsuram, fori privilegium amitteret, trina monitio præcedere debebat personaliter, ac specificè facta, nec generale præceptum publicè intimatum sufficiebat: Farinac. *in pragm. lit. C, num. 140.* August. Barbofa *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 26. & collect. Clem. 1. num. 10. de vit. & honest. cleric. ubi alii: sed si per Synodum monitio fiat sub poena amissionis privilegii hujus, unica generalis nocebit; Greg. Lop. in l. 49. gloss. 2. titul. 6. p. 1. Jul. Clar. sentent. lib. 5. §. fin. num. 20.* Hæc post Concilium recesserunt ab aula, sicut prænotatur supra *num. 2.* Adde Scacc. *sup. nu. 82.*

Ad Num. 2.

Non remorandum circa hæc, quæ abrogatio delevit: de illa egit abundè Avendañ. *de exeq. mandat. part. 1. cap. 22.*

Verf. Primum etenim.

- 5 Clericum in Sacris constitutum, per judicem laicum minimè puniri permittitur, etsi enormissima perpetraverit, nisi actuali degradatione, ac traditione præcedente Farinac. *in prax. q. 8. num. 74.* Clar. *sup. nu. 24.* Guaz. *de defens. reor. defens. 39. cap. 1. num. 10.* Scacc. *sup. d. cap. 11. num. 68.* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 38.* ubi alii. An absque traditione laicus judex plectere valeat, dubium videtur, Affirmant Bobad. *num. 74.* Villalob. *Ærar. commun. opinion. lit. C, numer. 113.* Cur. Philip. *part. 3. §. 3. num. 16.* Negant Barbofa *collect. cap. Cum non ab homine, num. 9. de judic. Clar. num. 37.* Sed conciliari possunt, ut prior sententia procedat pro crimine post degradationem admisso, cum per illam Clericus fori sæcularis efficiatur. Bobad. cum pluribus, *ubi proximè.* Posterior pro delicto ipso, pro quo meruit degradari, vel alio

anteà patrato; quoniam nisi tradatur reus per Ecclesiasticum, judex laicus competens non censetur, siquidem quoad forum tempus delicti consideratur, ut tradidimus *cap. prox. num. 35.* Vide legem *61. tit. 6. q. 1.* ubi de degradatione verbali.

De degradatione ejusque forma, effectibus, & quando ad ipsum deveniendum, Barbofa *de potest. Episc. part. 3. alleg. 110.* Menoch. *de arbitr. casu 415.* Guaz. *d. cap. 1. per totum, & notavi in addit. variar. lib. 2. cap. 20. ex num. 195.* & adde legem *60. tit. 6. p. 1.*

Ibi: *Tametsi propter crimen assassinii.*

Clericum assassinii reum, etiam non degradatum, poena corporali per laicum judicem puniri permittitur, Menoch. *num. 28.* Villalob. *sup. lit. C, nu. 125.* Bobad. *nu. 54.* Cur. Philip. *num. 26.* Guier. *Pract. l. 4. q. 7. nu. 26.* Trullench. *in Decalog. lib. 8. cap. 1. dub. 8. num. 7.* & alii plures, quos cumulavi *d. cap. 20. num. 115.* de quo latè Barb. *collect. cap. 1. num. 3. de homic. in 6.* ubi contra communem tenet, & saltem sententiam declaratoriam Ecclesiastici desiderat: imò nec degradationi locum esse contendit. Quid si clericus in crimen majestatis inciderit? Consultas Bobad. *d. lib. 2. cap. 18. nu. 114.* Barbofa *d. allegat. 110. num. 13.* & quos laudo *d. cap. 20. nu. 65.* quid sit assassinus, tradidi *d. cap. 20. num. 104.*

Verf. Secundò est adnotandum.

Clericus etiam in Sacris, qui contemptis Sacre Ecclesie monitionibus, ac censuris in sceleribus incorrigibilis persistit, à sæculari judice absque actuali degradatione potest puniri, *l. 59. tit. 6. p. 1.* Mart. *de jurisdict. part. 2. casu 130. num. 9.* Bobad. *nu. 113.* Suar. *de defens. Fid. lib. 4. cap. 27. num. 23.* Boss. *in Praxi, titul. de for. compet. nu. 131.* Cur. Philip. *d. §. 3. num. 27.* Clar. *sup. num. Villalob. num. 122.* Menoch. *d. alleg. 110. d. num. 14.* ubi quando clericus incorrigibilis habeatur. Idem *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. ex num. 80.* & *collect. cap. cum non ab homine, num. 7. cum seqq. de judic.*

Verf. Tertiò, his erit adjiciendum.

Constitutus in Sacris tametsi Tonsura, ac vestibus derelictis atrocissima quæque committat, nequit per sæcularem potestatem coerceri, nisi degradatione præmissa. Ita adversus communem cum D. Covarru. tenent Suar. *ubi proximè.* Farinac. *d. q. 8. num. 57.* Bobad. *nu. 96.* Villalob. *Ærar. commun. opin. nu. 123.* Cur. Philip. *part. 3. §. 3. nu. 30.* De quo fusè per Clar. *d. q. 36. nu. 23.* Bobad. *sup. nu. 95.* Barbofa *d. cap. 39. §. 2. d. nu. 72.* apud quos plures pro contraria opinione. Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 11. num. 81.*

Ibi: *Nisi forsitan crimen aliquod.*

Limitatur præfata conclusio, si clericus in Reipublicæ perniciem ita deliquerit, ut oporteat celeriter illi per punitionem occurrere. Bobad.

Bobad. *ubi proximè*. Clar. *d. quæst.* 36. *num.* 24. Quod si apostata in flagranti delicto per laicum judicem comprehendatur: tunc quidem ab ipso etiam plesti jure poterit Clericus in Sacris Bobad. ex aliis *num.* 98. Cur. Philip. *part.* 3. §. 3. *num.* 29.

Ad Num. 3.

11 Secundò limitatur eadem conclusio, cùm Clericus in minoribus, aut primæ Tonsuræ, relictiis vestibus, & tonsura, enormiter delinquit, quia absque degradatione per sæcularem potestatem capi, ac puniri poterit. Paz in *Praxi*, tom. 2. *prælud.* 2. *numero* 8. Clar. *suprà numero* 23. *ad fin.* Avend. *de exeq. mandat. part.* 1. *cap.* 22. *numero* 4. Cur. Philip. *d. §.* 3. *numero* 16. Villalob. *suprà numero* 123. Bern. Diaz. in *Praxi*, *cap.* 90. *in fin.* Bobad. *d. cap.* 18. *numero* 96. Quod utique in Clerico beneficiario procedit, Avend. *sub numero* 4. *vers.* *Ubi omnes.* Capyc. *decis.* 112. Hodie ex Tridentino clericus in minoribus pro quovis crimine subijcitur sæculari potestati, nisi in Tonsura, & vestibus clericalibus incedat, aliaque observet, quæ continentur *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* Sed aliud erit si beneficio potiatur Ecclesiastico, nam hic etiam derelictis Tonsura, & habitu, fori privilegio juvatur, nisi per Prælatum ter monitus, parere neglexerit: nec quoad hujusmodi beneficiarios Concilium aliquid immutavit. Suar. *de defens. Fid.* lib. 4. *cap.* 27. *num.* 8. Barbosa *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 13. Cævall. *commun. cont. quæst.* 563. *num.* 3. nihilominus in illis limitatio præmissa locum obtinebit hodie, si enormibus se immisceant, quod Avendannus, & Capycius mox laudati tenuere.

Ibi: *Et idem erit ubi Clericus primæ Tonsuræ.*

12 Clericus ut fori privilegio privetur propter enormitatem, non sat est, ut crimen unum, vel aliud etiam atrocissimum perpetret; sed frequens facinorum admissio desideratur. Barbosa cum aliis *ubi proximè*, *nu.* 73. Scacc. *de judic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 63. Sed hoc limitatur per nostrum Præfulem, ubi clericus absque Sacris Ordinibus, relicto habitu, & Tonsura, in atrocem labitur iniquitatem. Sequitur Clar. *ubi proximè*, Petr. Barbosa in *l. Si quis posteaquam*, *num.* 253. *de judic.* Quod hodie ex Concilii decisione in *d. cap.* 6. procul dubio procedit. An requiratur degradatio, controvertitur. Vide Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 110. *num.* 8. ubi pro utraque parte aliquos allegat. Et non desiderari dixi *suprà cap. prox. num.* 25. & docuit D. Covar. *num.* 8.

Ad Num. 4.

Avendannus etiam impugnant Bobadill. *Po. lit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 77. Gutier. *Præcticar. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 8.

Ibi: *Unde sequitur, quod si quis fuerit.*

Hoc ipsum adnotavimus aliud agentes *suprà, cap. prox. num.* 20. *in fin.*

D. de Faria Covar. *Enucl.*

Verf. Prima conclusio.

Qui post admissum crimen Ecclesiasticis Ordinibus insignitur bona fide, non ut sæcularis potestatis jurisdictionem subterfugiat, prorsus ab illa eximitur, ac fori privilegio juvatur. Jul. Clar. *suprà, §. fin. quæst.* 36. *num.* 43. Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 2. *dum.* 14. Suar. *d. l.* 4. *cap.* 15. *d. num.* 14. Carleval. *de judic. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 448. Cur. Philip. *part.* 3. §. 1. *num.* 8. Bobad. *d. cap.* 18. *num.* 78. Barbosa *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *nu.* 87. Paz *de delict. cap.* 35. *num.* 5. Cævall. *commun. cont. comm. quæst.* 563. *num.* 5.

Verf. Secunda conclusio.

Qui fraudulenter ad Ecclesiasticos Ordines suscipiendos accedit, ut si tueatur fori privilegio, ne per laicum judicem dignè coërceatur ob patratum scelus, illi manet subiectus, à quo damnari poterit. Petr. Barbosa in *l. Si quis posteaquam*, *num.* 219. *de judic.* Gutier. *d. quæst.* 5. *nu.* 3. Carleval. *suprà.* Trullench. in *Decal. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 7. Salgad. *de Reg. protecl. part.* 4. *cap.* 119. & alii omnes pronuper laudati, & hi quos refert Aug. Barbosa *d. §.* 2. *num.* 88. Hæc pariter servanda in illo qui Religionem ingreditur, ut plerique ex adductis observant. At Suar. *d. cap.* 15. *num.* 17. singulariter probat, hunc ordinatum foro sæculari minimè subijci, quia nullam fraudem committit, dum propriæ salutis consulit per Ordinis susceptionem. Sed à communi non est recedendum in consulendo, ac judicando, quam accipe ut *infra, num.* 17. Vide *n.* 27.

Verf. Fraus verò maximè præsumitur.

Cùm fraus lateat in agentis animo, de illa constare nequit, nisi per propriam confessionem; idèò devenitur ad conjecturas, inter quas circa rem, de qua agimus, illa maxima censetur, si delinquens jam accusatus, denunciatus, aut diffamatus ad Ordinum asylum confugerit. Farinac. in *praxi, quæst.* 8. *nu.* 110. Trullench. *ubi supra.* Clar. *num.* 44. Cancer. *num.* 151. Gutier. *d. quæst.* 5. *num.* 5. Bobad. & Cur. Philip. *ubi proximè.* Petr. Barbosa in *l. Si quis posteaquam nu.* 227. *de judic.* Judex Ecclesiasticus, non laicus, cognoscit an fraus in susceptione Ordinis intercesserit. Cened. *Canonic. quæst.* 9. *num.* 22. Decisio S. Congr. apud Barbof. *d. num.* 88. *vers.* *Utrum* autem nec in dubio fraudem præsumere debeat, tradit Cævall. *tract. de cognit. per viam viol. part.* 2. *quæst.* 37. *num.* 7. *vers.* *Et sic sive.*

Ibi: *Sed & in univèrsum.*

Sequitur Gutier. *d. quæst.* 5. *num.* 6. Sed videndus Suar. *d. cap.* 15. *num.* 17. quia distinguit inter delinquentem, qui sacros Ordines suscipit, & illum, qui minoribus initiatur, ut scilicet ille plenam immunitatem consequatur à sæculari potestate, quamquam ea mente Clericus fiat: non ita hic, & ratio in eo consistit, quia per sacrum Ordinem quis perpetuò clericali statui mancipatur, non per interiorè; idcirco urget præsumptio contra suscipien-

B b

pietatem post delictum minores Ordines, quod eorum prætextu à pœna condigna exemptus ab Ecclesiastico recedat instituto, atque ita fraudem admisit. At tamen absque distinctione cum D. Covar. & communi tenenda est conclusio posita supra, numero 14. ex rationibus quas tradunt Interpretes.

Verf. Tertia conclusio.

17 Si quis facinore commisso, se ad sacros seu Ecclesiasticos Ordines receperit fraudulenter, ut jurisdictionis sæcularis severitatem evadat, licet corporali pœna per laicum judicem affici non possit, hic tamen non prohibetur in eum Clericum procedere, ac damnare quoad bona. Salgad. d. cap. 14. num. 119. Bossius in Praxi, tit. de foro compet. num. 144. Gutier. pract. lib. 1. cap. 5. num. 3. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 77. Paz de delict. cap. 35. num. 3. Barbosa de jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 89. verf. Utrum autem. Cur. Philip. part. 3. §. 1. num. 8. Suar. d. cap. 15. in fin. Clar. d. §. fin. quæst. 36. num. 43. Farinac. in Praxi, quæst. 8. num. 104. Petr. Barbosa sup. nu. 221. & 237. Parlad. differ. 9. §. 1. num. 1. Imò Clericus per sæcularem judicem poterit in carceribus detineri. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 150. ac in exilium mitti. Idem num. 149. post Valasc. consult. 48.

18 Sed si reus captus per sæcularem in carceribus recipiat Ordines, aut Beneficium Ecclesiasticum assequatur, nullatenus eximetur à potestate judicis laici, qui etiam corporalem pœnam illi irrogare non prohibetur. Cancer. num. 152. Carleval. de judic. lib. 1. disput. 2. num. 90. Petr. Barbosa supra num. 243.

Ibi: Erit tamen hoc in articulo.

19 Si quis fraude post scelus patratum dignum ultimo supplicio, aut membri abscissione, ad Ordines ascendat, debet per Episcopum degradatus, si fuerit in Sacris, Curiaæ tradi sæculari, ut meritam luat pœnam. Jul. Clar. ubi proximè. Trullench. supra d. dub. 8. numero 7. Vide Petr. Barbosa in l. Si quis posteaquam, ex numero 246. de judic.

Ibi: Sed si Clericus tantùm sit.

20 Proxima conclusio limitatur, si talis delinquens sit primæ Tonsuræ, qui absque degradatione per laicum judicem etiam corporaliter coerceri permittitur. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. num. 5. & idem de constituto in minoribus observandum, qui quando licet, absque degradatione per laicum judicem corporaliter plectitur, ut docuit D. Covar. supra cap. Prox. num. 8. quæ ita minoribus receptum testatur, quicquid de jure sit, ac teneant aliqui apud Barbosam de potest. Episcop. part. 3. alleg. num. 8.

Verf. Cæterùm quidam.

21 Qui emisso voto Religionis, aut suscipiendi sacros Ordines, delinquit, deincepsque promissionem Deo factam adimplet, non liberatur à jurisdictione laici judicis, si aliàs adsint fraudis conjecturæ, maximè si voti emisso

solo jurejurando delinquentis probetur; neque enim per votum fori Ecclesiastici fit, nec per illud fraudis suspicio penitus excluditur. Ita D. Covar. controversam quæstionem decedit, cujus meminit Barbosa de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. nu. 89. verf. utrum autem Consulas per eum ibi laudatos, & Petr. Barbosam in l. Si quis posteaquam, ex num. 259. de judic. Paz de delict. cap. 35. à num. 5.

Ibi: In his enim, quæ in animo.

Quoad illa, quæ ab animo, & conscientia 22 cujusque pendent, ipsi juranti credendum est, quoties aliunde veritas haberi non potest. Barbosa cum aliis collect. cap. Si verò 4. num. 8. de sentent. excommun. & plures, quos ego recensui in addit. variar. lib. 2. cap. 10. num. 15. quod num. 16. cum nonnullis limitavi, si præsumptio existeret adversus Jurantem. Unde ad rem infertur, quod si aliquis jam accusatus, sive de crimine notatus Ordinibus initiatur, quamvis juret se ante delictum vovisse eorum susceptionem, tamen illi fides adhibenda non erit, cum ex ejusmodi ordinatione fraudis insurgat suspicio, sicut nos edocet D. Covarruv. supra num. 4. verf. fraus verò.

Ibi: Quæ quidem conclusio non est admittenda.

Ubi vertitur grave tertii præjudicium, non 23 probantur per jusjurandum, quæ ab animo, & conscientia jurantis pendent. Menoch. de arbitr. casu 186. num. 9. Mascard. de probat. concl. 881. num. 12. & 14. Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. quæst. 38. num. 59. Petr. Barbosa supra num. 266. Plaz. num. 6.

Ibi: Præsertim recepta illa tantùm, &c.

Scilicet per jusjurandum delinquentis, qui 24 se voto astrictum asseveret, qui facile ad pejerandum laberetur, ut se à sæculari eximeret foro, nam sanguinem suum redimere quomodolibet criminosi satagunt, l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sens. sib. mortem consciverunt: quod passim experientia capimus in causis criminalibus, dum reorum confessio recipitur.

Ibi: Nam etsi probetur plene votum.

Possit votum probari testibus, si asserant se 25 præsentibus, cum illud reus emisit: at subesse fraus poterit ex parte voventis, forsitan enim fidele actum illum Religionis edidit, ut patris sceleribus tutius ad Ordinum susceptionem posset confugere absque malitiæ suspicione. Ad hæc posset etiam obligatio voti dispensatione fuisse sublata: & quamquam subsistat, adhuc est in ambiguo, an metu pœnæ, vel ob voti implementum delinquens ad Religionem, aut Ordines accesserit: quod ex conjecturis deducetur, ac æstimabitur.

Ibi: Sed & post hujus operis.

Cujus decreti non semel meminimus hoc 26 capite, ac antecedenti & pro ipsius plena expositione adire oportet Barbof. in remission. ad Concil. & de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2.
 ex

ex numer. 12. apud quem plurimi. Inter cætera, quæ ad gaudendum fori privilegio in clericis minorum Ordinum absque beneficio desiderantur, præcipitur ut habitum deferant, & tonsuram, de quo satis prænotatum. Sed quæret aliquis an peccent clerici, sive in sacris, sive in minoribus, qui Tonsuram, & vestes statui conformes derelinquant: quod plenè examinat Sanch. Consil. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 49. per totum, & iudicis arbitrio puniendos esse tradit Menoch. de arbitr. cas. 392. num. 20.

27 Adduximus supra, num. 14. & 16. singularem sententiam contra communem juris Professorum, venerandi Patris Francisci Suarez, qui probat fraude omninò carere reum, si post delictum Ordinibus Ecclesiasticis insigniatur ea mente, ne à laïca potestate possit coerceri. At tam eximii Doctoris venià inficiandum non est, quod delinquens ille fraudem committat, nam sub specie Religionis, ac transeundi ad perfectiorem statum Ordines suscipit, cum verè nihil aliud intendat, nisi criminis impunitatem, defraudata sæculari jurisdictione, cui se per simulationem illam subtrahit. Nec paritas, quam idem Pater affert de confugiente ad Ecclesiam, rectè procedit, nam hic nullo utitur velamento, aut simulatione, qui palam asylum quærit, unde nulla fraus, aut culpa in ipso excogitari potest.

SUMMARIUM.

- 1 Cognitio de clericatu, ut reus gaudere possit fori privilegio, ad Judicem Ecclesiasticum pertinet privativè, & num. 2.
- 2 Mota competentia super jurisdictione inter Judicem Ecclesiasticum, & laicum, ille controversiam definit.
- 3 Laicus iudex nonnullis in regnis ex consuetudine de clericatu cognoscit, ut reus fori utatur privilegio.
- 4 Aliud in Hispania observatur secundum communem sententiam.
- 5 Iudex Ecclesiasticus privativè cognoscit, an reus Tonsuram, ac Vestes detulerit, ut fori privilegio juvetur.
- 6 Clericus in criminalibus etiam post rem iudicatam, opposita declinatoria, ad proprium remittitur forum, nec Ecclesiasticus Iudex stare tenetur processui per laicum confecto.
- 7 Clericus etiam assentiente proprio Prelato, non valet iudicis laici prorogare jurisdictionem.
- 8 Sententia lata per iudicem laicum adversus clericum, etsi consentiat nulla est.
- 9 Ubi iurisdictio consensu partium prorogari non potest, adhuc post sententiam exceptionem nullitatis, & incompetentiæ opponere licet.
- 10 Exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis trium sententiarum conformium executionem suspendit.
- 11 Clericum captum à laico iudice ob delictum, asserentem se non esse Ordinibus insignitum, Ecclesiasticus ad suum forum trahere poterit.
- 12 Clericus qui omisit uti declinatoria, si ad fo-

- rum Ecclesiasticum remittatur, expensarum damnationem sustinet, & à quo iudice condemnandus.
- 14 Clericatum quomodo probari oporteat, ut aliquis gaudeat fori privilegio, & num. 15.
 - 15 Unius testimonio in iudiciis plena fides adhibenda non est, quacunq; dignitate testis non suffragante.
 - 16 Iudex laicus aliqualem de clericatu cognitionem summariam habere potest.
 - 17 Qualis probatio in hujusmodi cognitione sit satis.
 - 18 Iudex laicus retinet captum reum donec Ecclesiasticus super clericatu decidit.
 - 19 De jure, ubi non exstat consuetudo, quid observandum circa retentionem reorum, qui Clerici asseruntur.
 - 20 Pendente iudicio clericatus, iudex laicus procere prohibetur in reum. quem captum retinet.
 - 21 Iudex Ecclesiasticus dum de clericatu cognoscit, tenetur in vinculis reum custodire: & quid si pro clericatu pronunciet, pendente lite principali super crimine, & numer. seqq.
 - 22 Clericus in suo foro remittatur, custodibus est tradendus, & quibus ex bonis remissionis sumptus fieri debeant.
 - 23 Hujusmodi remissio absque ulla clerici ignominia est exequenda.
 - 24 Qui utitur declinatoria adversus regiam jurisdictionem, ab omni officio, & munere publico removetur de jure nostro Regio.
 - 25 Qua cautela hujusmodi penam subterfugere intendant delinquentes, & an illis prosit.
 - 26 Clericus munere publico functus, an possit per iudicem laicum damnari pro commissis in administratione.
 - 27 Qui clerici apud nos præter eos qui sunt in sacris, ad munera publica non possunt admitti.
 - 28 Qui per declinatoriam à jurisdictione Regia se liberare conatur, cunctis muneribus, ac redditibus, quos Regis obtinet beneficio, de jure nostro privatur.
 - 29 Hæc pœnas incurrit reus, etsi sententia super declinatoria non proferatur: & quid si perituerit qui proposuit.
 - 30 Licet ipso jure irrogentur, sententia declinatoria desideratur.
 - 31 Utrum dispensatio, ut declinatoria usus admittatur ad munera publica, viribus subsistat, attentata lege Regia?
 - 32 Qui se ad forum Ecclesiasticum remitti desiderat, ac postulat, arma deferre deinceps sub pœna prohibetur.
 - 33 De quibus personis intelligatur lex Regia imponens pœnam propter armorum usum.
 - 34 Clericis omnibus prohibetur omnis armorum usus.
 - 35 Ministri laici an possint jure Clericos spoliare armis, quæ deferunt, & num. 40.
 - 36 Iudex laicus nequit exigere pœnam legis pecuniariam à Clerico arma prohibita omnibus deferente.
 - 37 An teneatur hujusmodi arma Clerico ablata restituere per Ecclesiasticum requisitus.
 - 38 Instrumenta vetitæ piscationis, aut venationis clerico transgressori possunt sæculares ministri adimere.

CAPUT XXXIII.

1 **A**D intellectum capituli *Si iudex laicus 12.* de sent. excommun. in 6. consule Barbof. in collect. ibi, qui permultos refert.

Ad Num. 1.

2 Quotiescunque lis vertitur super clericatu, ut reus privilegio fori potiatur ad Judicem Ecclesiasticum privativè spectat cognitio, l. 7. tit. 4. lib. 1. Recop. Sanch. Consil. Moral. lib. 7. cap. 1. dub. 1. num. 16. Paz in praxi, tom. 2. præf. 2. num. 9. Cur. Philip. part. 3. §. 1. num. 11. Mart. de juridict. part. 2. cap. 31. in princ. Barbofa sup. num. 2. Bobad. polit. lib. 2. cap. 18. num. 106. Guaz. de defens. reor. def. 1. cap. 3. num. 1. Menoch. lib. 6. præsumpt. 76. num. 34. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num. 866. Gutier. Practic. lib. 1. quæst. 6. num. 2. Tulch. lit. C, concl. 395. num. 6. Aliud tamen nonnullis in regionibus praxis observat, sicut inferius adnotabitur, num. 4.

Ibi: Quibus etiam suffragatur.

3 Ubi inter Ecclesiasticum, & sæcularem Judicem de jurisdictione oritur controversia, ille ut dignior illam decidit. Gutier. & Guaz. ubi proximè. Petr. Cabal. quæst. crimin. cas. 223. num. 86.

Ibi: Apud Gallos hujus controversiæ.

4 Non solum in Gallia, sed & in Regno Neapolitano, ac Lusitano moribus, ac statuto receptum est, ut iudex laicus de Clericatu cognoscat, si reus fori privilegio se tueri intendat, de quo testantur Menoch. Carleval. & Aug. Barbofa, qui hoc ex concessione Sedis Apostolicæ procedere ait, & assentitur Mart. d. cap. 31. At eam consuetudinem, seu statutum juri convenire, tenet Petr. Barbofa in l. Tertia, num. 34. ff. solut. matrim. agente Clerico primæ Tonsuræ Thom. Valasc. alleg. jur. tom. 1. alleg. 24. ex num. 10.

5 In Hispania, juxta communem iudex laicus de causa Clericatus non habet cognitionem, quod admonere oportet, quoniam Aug. Barb. d. collect. num. 3. Laudato Præsidi nostro hic, asseverat contrariam praxim apud nos servari, quem Barbofæ lapsum animadvertit antea Carleval. ubi supra, & quidem D. Covar. expressim attestatur, in Hispania solum Ecclesiasticum Judicem existere competentem in Clericatus quæstione.

Ibi: Et idem Judices Ecclesiastici.

6 Solus Iudex Ecclesiasticus definit, an Clericus Tonsuram, ac Vestes detulerit, ut fori privilegio possit gaudere, Tulch. supra num. 96. Guaz. supra numero 2. Farinac. in prax. quæst. 8. num. 34. & alii quos recensui cap. 34. num. 34.

Ad Num. 2.

7 Tametsi clericus in criminalibus coram iudice laico respondeat, & usque ad causæ defi-

nitionem persistat, adhuc tamen latâ sententiâ poterit declinatoriam objicere, ac obtinebit, ut ad Ecclesiasticum remittatur, etiamsi tempus appellationis præterierit. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 153. Petr. Barbofa in l. Si quis ex aliena, num. 70. de judic. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 36. num. 5. Bobad. d. cap. 2. num. 186. Carleval. supra num. 811. Caravit. tit. 65. num. 8. Azeved. in l. 1. num. 21. tit. 5. lib. 4. Recop. At hoc casu, & aliis cum Sæcularis causam ad Ecclesiasticum transfert, hic non tenetur stare sententiæ illius, nec actis, quæ ipse in Clericum confecerit Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 330. Clar. d. quæst. 36. in fin. Cur. Philip. part. 3. §. 1. num. 11. Paz supra, d. prælud. 2. num. 12. & omnes communiter: latè Guaz. de defens. reor. def. 1. cap. 5. Carleval. ubi proximè.

Ibi: Non enim potuit Clericus.

8 Clericus etiam de licentia Episcopi sui non valet tacitè, vel expressè laici iudicis jurisdictionem prorogare. Cancer. ubi proximè. Carleval. d. disp. 2. num. 1076. Farin. num. 13. Scaccia de judic. part. 1. cap. 11. num. 38. Bajard. ad Clar. in d. quæst. 36. num. 10. Petr. Barbofa in l. 1. art. 3. num. 173. & 177. ubi num. 176. ampliatur ad voluntariam. Aug. Barbofa cum aliis collect. cap. 2. num. 4. de for. compet. Bobad. sup. num. 187. & 191. Argel. de legit. Contrad. quæst. 3. num. 182.

Ibi: Igitur sententia lata per Judicem.

9 Sententia quam sæcularis iudex profert adversus Clericum etiam consentientem, & fori privilegium non allegantem, est omninò nulla. Parlador. differ. 9. §. 1. num. 30. Cancer. ubi supra. Clar. num. 5. & Bobad. nu. 186. Carleval. supra. Argel. num. 181. Cujac. in cap. at si clerici, de judic. Hæc nullitas ex defectu jurisdictionis proveniens nullo unquam tempore excluditur, seu purgatur. Vantius de nullit. tit. quoties, & int. quod temp. null. oppon. Guaz. de defens. reor. def. 36. cap. 20. num. 2. etiamsi lege terminus ad dicendum de nullitate sit coarctatus, ac vetitum ne ultra illum agens audiatur, ut est apud nos. Azeved. in l. 2. num. 25. tit. 17. lib. 4. Recop.

Ibi: Hujus opinionis ratio.

10 Regulariter quoties jurisdictionis consensu partium prorogabilis non est, etiam post latam sententiam exceptio incompetentiæ iudicis jure objicietur; ut illius impediatur executio. Cancer. supra part. 1. cap. 18. num. 9. Cabed. decis. 22. num. 9. Carleval. d. disp. 2. nu. 811. Aug. Barbofa collect. cap. Ad petitionem, nu. 3. de accusat.

Ibi: Hæc exceptio impedit executionem.

11 Exceptio nullitatis ex jurisdictionis defectu impedit executionem triplicis sententiæ conformis Cancer. cum aliis ubi proximè. Bobad. numero 186. Carleval. d. disp. 2. numero 811. ac plures, quos laudavimus supra, cap. 25. numero 12.

Ibi:

Ibi: His accedit, quod & ipse.

- 12 Clericum comprehensum à jure laïco propter crimen, quamvis invitum, & profitentem se sæcularem, poterit Ecclesiasticus postulare, & obtinebit ut sibi tradatur Decian. tractat. crim. lib. 4. cap. 4. num. 116. Carol. de Grass. de effectib. clericat. effect. 1. nu. 329. Sbroetz. de offic. Vicar. libro 2. quæst. 191. n. 11.

Verf. Clericus verò.

- 13 Clericus qui distulit fori privilegium in judicio allegare, si ad Ecclesiasticum veniat remittendus ad expensas litis illusoriæ damnari debet. Parlador. ubi sup. & omnes frequenter. Illud quæstionis est, à quo judice faciendâ condemnatio; D. Covarru. docet ab Ecclesiastico faciendam esse, cui accedunt Clar. d. q. 36. num. 5. Caravit. tit. 65. numero 1. Salgad. de Reg. protecl. p. 1. cap. 2. num. 259. ubi aliis. At Clericum à sæculari damnari posse in expensis, reservata Ecclesiastica executione, opinatur Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 154. pro quo faciunt tradita per Gregor. Lop. in l. 13. gloss. 4. versus finem, tit. 13. p. 2. Gutier. Practic. lib. 1. q. 20. d. num. 3. ad 6. Vide Bobad. num. 188.

Ad Num. 3.

- 14 Clericum ut delinquens à sæculari potestate immunis pronuncietur, plenè probari debet per scripturam Prælati attestantis, se illi Ordines contulisse, aut per duos testes: nec semiplena probatio proderit. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de favor. cleric. person. §. 14. numero 15. Mart. de jurisdic. part. 2. cap. 31. num. 4. 5. Menoch. lib. 6. præf. 76. num. 31. Mascard. de probat. conclus. 303. num. 1. Avendann. de exequend. mand. part. 1. cap. 22. numero 17. Bobad. d. cap. 18. numero 107. in fin. Farinac. sup. q. 8. numero 44. Barbosa collect. cap. Si judex laicus, num. 12. de sentent. excom. in 6. Guaz. sup. defens. 1. cap. 3. numero 9. & plures apud eundem Barbosa collect. l. Si qua per calumniam, C. de Episc. & cleric. Verùm & aliter clericatum probari per famam, indicia, præsumptiones, & argumenta, scripserunt Mascard. concl. 302. & 304. cum seq. & Barbosa cum plurimis d. collect. cap. Si judex laicus, num. 2. Tusch. lit. C. concl. 378.

Ibi: Et idè temerarium esse censeo.

- 15 Unius testis dispositio satis non erit ad probationem clericatus in hoc de exemptione tractatu. Mascard. concl. 303. num. 4. Mart. d. cap. 31. num. 8. & 9. Farin. q. 8. numer. 43. Guaz. d. cap. 3. nu. 8. & 9. Quartò etiam, quia est causa gravis præjudicii Mart. nu. 9. Avendann. sup. tum quia impeditur publica vindicta: tum quoniam læditur Regia jurisdic. quæ tantum haberi solet, ut inter utriusque fori iudices acriter de illa disceptetur. Unde lethalis culpæ reus censetur, qui alienam jurisdictionem usurpat, ut cum D. Thoma, Lesio, ac Salone resolvit Trullench. in Decalog. lib. 8. cap. 1. dub. 8. nu. 2. Salgad. de Reg. protecl. part. 3. c. 13. nu. 349. & est communis.

Ibi: His accedit, quod unius testimonium.

Unius testimonio etiam quacunque dignitate fulgentis in judiciis ad plenam probationem fides adhibenda non est, de quo ad plenè tradita per me in addit. variar. lib. 2. cap. 13. num. 1. & 2. Tamen quoad rem de qua agimus id limitat Mart. num. 9. si versaretur in probatione antiqui Clericatus, ita ut verò similiter credi posset, cæteros testes tempore extinctos, quod adminiculis concurrentibus facile admittendum.

Verf. Fortassis in hac materia.

Licet principalis causa super Clericatu ad Ecclesiasticum forum spectet, sicut præmittitur supra num. 2. nihilominus judex laicus aliqualem cognitionem habet, potestque titulum examinare, ac testes recipere summarie, ut se instruat ad remittendum reum captum ad Ecclesiasticum, aut illum in proprio carcere retinendum, dum causa de Clericatu discutitur, ipsamque summariam informationem mittere Ecclesiastico, ut instructus decidat, num delinquens fori privilegio juvetur, oportebit. Menoch. lib. 6. præsumpt. 76. numero 33. Didac. Per. in l. 2. verf. Item probatur. tit. 1. lib. 3. Ordin. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 326. Mart. de jurisd. part. 2. cap. 31. numero 1. verf. Tamen judex. Guaz. sup. d. cap. 3. num. 10. Carleval. d. disp. 2. num. 866.

Ad quem effectum in hac summaria cognitione sat erit, si clericatus per famam, vel præsumptiones probetur, aut quod per testes constet, captum in Tonsura, & Habitu incedisse clericali, dum comprehenderetur, & alia requisita ad gaudendum foro observavisse. Guaz. sup. defens. 1. cap. 3. num. 6. & 9. verf. Quoad effectum. Sed sufficiet unius testis asseveratio, ut contra alios D. Covar. edocet, quamquam Clericum ubi non agitur de tertii præjudicio, per unicum probari testem scripserint plures, ut Guaz. ubi proxime, verf. Tertio, ex dicto, Mascard. concl. 303. num. 4. Mart. ubi proxime, Barbosa collect. d. cap. Si judex laicus in fin. qui alios refert. Dici tamen potest, non posse absque præjudicio regie jurisdictionis hujusmodi remissionem ad Ecclesiasticos Judices, qui raro, aut nunquam delinquentes foro sæculari restituent, de quo acriter quæritur Bobad. d. cap. 18. num. 109. Sententia D. Covar. posset limitari ex prænotatis numero 16. in fin. secundum Martæ opinionem, ut scilicet unus testis in antiquis probet clericatum: quod facilius amplectendum hoc casu, quandoquidem de illo non agitur principaliter, sed ad iudicum instructionem, maxime si aliqua conjectura testis depositioni jungatur.

Ibi: Imò & hodie usus obtinuit.

Quicquid de jure sit, praxi observatur, ut judex laicus captum delinquentem retineat, dum apud Ecclesiasticum causa clericatus discutitur, nec locus est remissioni, nisi delinquente fori privilegio gaudere pronuncietur. Bobad. d. cap. 18. num. 105. Paz sup. prælud. 2. numero 10. Guaz. d. cap. 3. num. 6. Clar. §. fin. quæst. 36.

Bb 3

num. 21.

num. 21. Farinac. *prax. crimin.* q. 8. num. 35. Scaccia *de judic. lib. I. cap. II. numero 90.* Et licet Guazzinus eam consuetudinem ad Hispanias esse restringendam adnotaverit, Clarus tamen asserit, regulariter servari, non tamen in Mediolanensi statu. Cui praxi procul dubio occasionem præbuit nimia Judicum Ecclesiasticorum propensio ad eripiendos criminosos quomodolibet à Potestatibus laïcis cum pernicioso Reipublicæ nocumento, ut ex nostratibus animadvertunt Bobad. *sup. numero 109.* & alii, quos idem refert. Nec facilis foret traditio rei brachio sæculari, etsi captus fori exemptionem non mereretur, præsertim cum in hujusmodi reorum custodia Judices Ecclesiastici non soleant invigilare, ut deducitur *en l. 17. tit. 4. lib. I. Recopil.*

- 20 Quoad remissionem eorum, qui clerici dicuntur, dum lis pendet super clericatu, de jure servatur distinctio capitis Si *judex 12. de sentent. excom. in 6. de una Barbosa in collect. ibi, Mart. sup. d. cap. 31. num. 22.*

Ibi: *Quamvis statim judex secularis.*

- 21 Judex laïcus, etiamsi captum delinquentem, qui se Clericum allegat, ad Ecclesiasticum non remittat ex consuetudine, ut supra num. 19. prænotavimus, tenetur tamen progressum causæ suspendere, dum judicium super Clericatu consistit, usque ad definitivam, quæ in rem judicatam transferit: & si adversus reum feratur, tunc ad ulteriora jure procedet. Farin. *in Praxi, q. 8. num. 35.* Barbosa *collect. d. cap. Si judex laïcus, numer. 9.* Bobad. *sup. num. 108.* Bern. Diaz. *in pract. cap. 62. num. 21.* Paz *sup. tom. 2. præl. 2. numer. 10.* Guaz. pluribus laudatis, *d. defens. 1. cap. 3. num. 4.* Tusch. *lit. C, concl. 395. num. 6.* Ecclesiasticusque sæcularem per inhibitionem compellet, interim superfedeat in causa principali, recepta prius summaria informatione de clericatu, saltem per unicum testem. Paz & Guaz. *ubi proximè.*

Ad Num. 4.

- 22 Si reus non custodiatur per judicem laïcum, sed apud Ecclesiasticum adit, hic omninò debet illum in proprium detrudere carcerem, nec relaxare ipsum sub fidejussoribus poterit, non solum pendente lite super clericatu, sed etiam principali super crimine; alioqui licebit Magistratui sæculari vagantem reum publicis vinculis ad custodiam subjicere, *l. 7. tit. 4. lib. I. Recop. Paz d. præl. 2. numero 13. Bern. Diaz in pract. cap. 116.*

Ibi: *Tametsi quidam judices.*

- 23 Quamquam publicè intersit, criminosum qui exemptionis beneficio à sæculari potestate liberatur, carceribus intercludi, donec Ecclesiasticus judex super crimine sententiam ferat, ut meritas luat poenas, & sic vindictæ publicæ satisfiat: verumtamen decisionem dictæ legis 7. Recop. ad hunc casum extendi, ut D. Covar. placet, difficile videtur; nam constitutio expressim disponit, cum de clericatu in judicio controversetur, ibi: *T mandamos à los dichos Juezes*

Ecclesiasticos, que entre tanto que lo susodicho cerca del clericalo se determina, los tengan presos. Et inferiùs: Que los prendan, y tengan presos en la carcel seglar fasta que la dicha causa del clericalo sea determinada. Quæ quidem verba palam restringunt dispositionem legis ad tempus, quo super Clericatu disceptatur: imò non obscurè insinuat, non procedere postquam sententia pro Clerico lata, super crimine principaliter apud Ecclesiasticum agitur.

Nec recipi solet ampliatio legis, cum ratio-²⁴ nis disparitas dignoscitur, ut in præsentī; nam dum lis pendet de Clericatu: judex laïcus jus habet saltem dubium ad delinquentis punitiōnem, quod sua servari interest usquedum incompetentis pronuncietur; ideo illi permittitur, ut si reus extra carcerem Ecclesiastici vagaretur, queat ipsum capere, ac in proprio interim custodire: alioqui si foro sæculari subiectus criminosus declararetur, facile posset aut fugæ se committere, aut ad asylum sacrum convolare, regia illusa jurisdictione. At cum pro clericatu jam est pronunciatum, sæcularis judex nec spe jus habet in reum, quod conservare per capturam expediat, ad quam procedere impeditur, quia nec actu, nec habitu ullam obtinet in clericum jurisdictionem. Unde etsi Præsidis nostri opinionem expediat amplecti, ne delicta maneant impunita, regali quidem constitutione potius refellitur, quam comprobatur.

Ad Num. 5.

Clericus ut Ecclesiastico Judici per laïcum²⁵ remittatur, custodibus est credendus, ex cujus bonis remissionis expensæ solvendæ: quod si inopià laboret, Judex Ecclesiasticus, qui illum petierit, sumptus exhibere tenebitur. Menoch. *de arbitr. casu 228. numero 8. 9.* Paz *in Praxi, tom. 2. prælat. 2. numero 11.* Cur. Philip. *part. 3. §. I. numero 11.* Bobad. *cum aliis d. cap. 18. num. 329.*

Remissio ejus, qui Clericus declaratur,²⁶ per judicem laïcum fieri debet absque ulla rei ignominia. Bobad. *numero 328.* Paz *num. 10.* Salced. *ad Bern. Diaz in pract. cap. 122. lit. E, Clar. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 36. numero 48.* qui reprobatur consuetudinem provincialium, ubi qui remittitur, insignia dedecoris, ac ludibrii defert: quam ob rem laïcum judicem acriter coercitum refert.

Ad Num. 6.

Qui in judicio declinatoriam proposuit,²⁷ ut intuitu Clericatus à sæculari jurisdictione eximeretur, ad quævis officia, seu munera publica inhabilis efficitur: *l. 3. tit. 4. lib. I. Recop. ubi Azeved. Did. Per. in l. 27. titul. 3. libro I. Ordin. Cur. Philip. part. I. §. 2. numero 14.* Avendann. *de exequend. mand. part. I. cap. 19. num. 22.*

Solent rei ut istam, & alias poenas sub-²⁸terfugiant, ea uti cautela; nam Ecclesiasticum Judicem clanculum exorant, ut ex officio eos sibi tradi à sæculari requirant, tanquam ad forum suum attinentes propter Ordines, seu primam Tonsuram. Antonius Gom. *variar. lib.*

lib. 3. cap. 10. in fin. Azeved. *suprà* num. 2. Did. Per. *in l. 10. vers. Quæ autem cautela, sit. 1. lib. 3. Ordin.* Sed si hujusmodi fraus probari posset, minimè fraudatori delinquenti prodesset; imò potius præter legis poenas alia arbitraria afficeretur. Azeved. numero 3. Cur. Philip. numero 15.

Ibi: *Siquidem Clericus in minoribus.*

- 29 Clericus etiam in minoribus nequit de jure per laicum judicem puniri pro commissis in sæcularis muneris administratione, ad quod fuit receptus. Clar. *sup.* num. 25. Sanch. *Consil. Moral. lib. 3. cap. unic. dub. 20. nu. 10. & regulariter in quovis Clerico idem sustinent plures, non paucis dissentientibus, ut videre est apud Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 17. & collect. cap. 2. num. 4. ne clerici, vel Monach.* At ex consuetudine Clericus vel in sacris pro munere syndicatui subjicitur, & à laico judice damnari poterit ad pecuniariam poenam, suspensionis, seu privationis officii. Suar. *de defens. Fid. lib. 4. cap. 34. in fin.* Solorz. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 8. nu. 16.* Carleval. *de judic. lib. 1. disp. 2. num. 453. cum seq.* Bobad. cum aliis *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 99. Clar. ubi proximè. Cur. Philip. p. 3. §. 3. num. 5.*

Ibi: *Qua ratione regia lex.*

- 30 Ex recentiori constitutione, quæ habetur in l. 3. tit. 4. lib. 1. *Recop.* aliter se res habet; nam sublata differentia inter Clericum conjugatum, & solum, statuitur ut Clericus minoribus Ordinibus, vel prima Tonsura initiatus munera publica adipisci permittatur, si ita se gerat, ut privilegio fori nullatenus gaudeat, attenda dispositione Trident. *sess. 23. cap. 6. de reformat.* qui enim illo juvari potest, à munerum ejusmodi susceptione prorsus removeretur. Azeved. *in ead. l. 3. Cur. Philip. d. §. 2. num. 14.*

Ibi: *Hinc etiam deducitur.*

- 31 Qui fori exemptionem allegaverit, ne à laico judice possit judicari, cunctis redditibus, officiis, ac muneribus, quæ à Rege obtinebat, ipso jure privatur, l. 4. tit. 4. lib. 1. *Recop.* ubi Azeved. l. 9. & 10. tit. 1. lib. 3. *Ordin.* & ibi Did. Per. *verb. No puedan tener.* Ant. Gom. *d. lib. 3. cap. 10. num. 7.*

Ibi: *Hæc verò pœna.*

- 32 Olim quæstionis fuit, an qui declinatoria utebatur, ut ad forum Ecclesiasticum remitteretur, poenas legibus statutas incurreret, ubi sententia super exemptione non ferebatur, nec subsequebatur effectus: de qua Did. Per. *in l. 17. verb. Pero que si resumiesse corona, sit. 3. lib. 1. Ordin.* Avendann. *de exeq. mand. part. 1. cap. 19. num. 22.* Mexia *ad l. Toleti, in apparat. fundam. 6. part. 2. num. 13.* Sed hodie ex l. 3. tit. 4. lib. 1. *Recopil.* ejusmodi controversiæ locus non est, ut adnotat Azevedus *ibi, num. 1.* En constitutionis verba: *Aunque no tengan sentençia, ni lleque el negocio à ella.*

Ex quibus apparet, quod ex oppositione declinatoriæ sola legis poena contrahitur. Adhuc tamen sustineri posset, ut si reus ultro desistat ab intentata declinatoria, ac per judicem laicum super crimine judicetur, poenas legis evadat, ut sentit Azeved. *in l. 4. in fin. tit. 4. lib. 1. Recop.* junctis quæ tradit *in l. 10. à numero 3. tit. 1. lib. 4.*

Tamet si poena præfatæ legis ipso jure irrogetur, tamen sententia declaratoria præcedere debet, ut probat Azeved. *in d. l. 3. numero 4.* à quo non omninò dissentit Did. Per. *in d. l. 17. Ordin. verb. No puedan tener,* etsi contra tenere videatur.

Addit eadem Regia lex, dispensationem à Principe concessam, ut qui declinavit laicam jurisdictionem, ad munus publicum admittatur, viribus non subsistere. Quæ quidem verba potius ad terrorem, quam ad nullitatem actus referri debent; neque enim Princeps sibi legem imponit, à qua ipsi resilire non liceat, argumento legis *Si quis in principio 22. de legat. 3.* Opus tamen erit, ut hujus legis mentio fiat, si Rex eum ad officium admitti jubeat, quem ipsa prohibet. Ita Did. Per. *in d. l. 17. verb. T no vale la dispensacion.*

Ad Num. 7.

Is qui fori declinatoria utitur Clericatus prætextu, in posterum arma etiam communitè laicis permittit deferre prohibetur sub poena amissionis eorum, ac sex mille marapetinarum, l. 5. tit. 4. lib. 1. *Recop.* Bobad. *lib. 2. cap. 18. num. 69.* Paz *in Praxi, tom. 1. part. 8. cap. unic. numer. 10.* Padill. *tract. de legib. penal. cap. 57. num. 9.* Azeved. *in d. lib. 5. qui ampliat etsi sententia lata non sit super declinatoria.*

Quæ quidem regia sanctio videtur nequam Ecclesiasticos comprehendere, qui in clericali statu persistunt; sed illos dumtaxat qui postquam de fori privilegio exceperunt adversus sæcularem jurisdictionem, Tonsura, ac vestibus clericalibus derelictis ut laicos se gerunt, his siquidem armorum usus, quæ alioqui eis portare licebunt, interdicitur simulque poena pecuniaria irrogatur citra ullum Ecclesiasticæ libertatis præjudicium. Qui intellectus non obscurè deducitur ex ejusdem constitutionis serie, quæ vetat his arma, cæteris similibus permittit, quod Ecclesiasticis nequit convenire, quibus nullum armorum genus deferre licet, ut statim adnotabitur. Igitur de laicis lex loquitur, qui arma quædam, jure permittente, portare valerent; non de clericis, in quibus opus non erat prohibitione.

Ibi: *An clerici arma portantes.*

Clericis etiam in minoribus omninò armorum usus & delatio jure interdicitur, ac propter transgressionem sunt excommunicandi. Barbofa cum plurimis *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 40. n. 137.* Bobad. *lib. 2. cap. 18. n. 67.* Paz *ubi proximè.* Nec illis licet immunitatem Ecclesiasticam armis tueri, dum delinquens à loco sacro per laicum Magistratum extrahitur, ut prænotavi *suprà, variar. lib. 2. cap. 20. num. 225.* Nec propriæ defensionis prætextu Clericus arma portare permittitur. Bobad. *num. 67. in fin. nisi*

- nisi instante periculo veluti obsidionis, aut si per loca non tuta clericus iter fecerit. Barbosa cum aliis num. 139. Bobad. ubi proximè.
- 38 Hinc oritur anceps controversia, an scilicet Clericus possit per laicos justitiæ ministros spoliari armis, cum quibus fuerit comprehensus? Pro utraque sententia quamplurimos congestit Barbosa d. cap. 40. num. 140. & 141. tenens negativam, etsi contrariam magis communem fateatur, quæ apud nos in praxi prævaluit, sicut ex pluribus tradidi d. cap. 20. numero 227. & num. 229. contra sentientes recensui.
- Ibi: *Et sanè de interdicto armorum usu.*
- De quo actum per me d. lib. 2. variar. cap. 20. ex num. 223.
- Ibi: *Lex autem Principis secularis.*
- 39 Quando & quomodo lex secularis Principis Ecclesiasticos liget, præmissum est supra, hoc lib. cap. 8. num. 25.
- Ibi: *De eo tantùm articulo controversi.*
- Pœnam legibus stabilitam adversus portantes arma vetita, per Judicem Ecclesiasticum, non per laicum à Clerico transgressore extorquendam esse prædiximus ex multis d. cap. 20. num. 225. ubi hujus loci fit mentio.
- Verf. *Utrumque tamen sit.*
- 40 Docet Præses noster, licere sæcularibus Magistratibus, ac ministris spoliare clericos armis, si ea deferant, quæ laicis prohibentur, propter quod nullam excommunicationis pœnam incurrent: & in Hispania usû receptum agnoscimus, prout mox præmonuimus numero 38. Imò sæcularis judex, etsi per Ecclesiasticum requiratur, non tenebitur ablata arma restituere, ut cum pluribus tenet Bobad. Polit. lib. 2. cap. 18. num. 66. dixi d. cap. 20. numero 227. alios referens: nec illicitum erit laico judici Clericos sic arma deferentes capere, ut eos ad Ecclesiasticum remittat. Bobad. ubi proximè.
- 41 Similiter ubi Clericus venditioni, aut piscationi lege regia, vel statuto interdictæ operam dederit, poterunt sæculares ministri ei retia, aves, & alia instrumenta auferre, ac sibi retinere. Bobad. num. 119. Cur. Philip. part. 3. §. 3. num. 11. & alii apud Barbof. de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 40. num. 141. ad fin. Azeved. in l. 1. num. 3. tit. 8. lib. 7. Recop.
- 4 Non est capax jurisdictionis spiritualis, nisi ex Pontificis delegatione. Laico & Clerico Episcopus causam spiritua-lem nequit committere, ibid.
- 5 Axioma, Magis dignum, &c. quomodo intelligi, ac restringi debeat. & num. seqq.
- 11 Si Judex Ecclesiasticus procedens in laicum, qui cum clerico deliquit, ob causæ individualitatem illum absolverit, aut non dignè punierit, laicus judex in ipsum animadvertere poterit iterùm ex novo judicio.
- 12 Publicam, aut solemnem pœnitentiam agentes numquid gaudeant fori privilegio? numer. 13.
- 14 De forma, de effectibus pœnitentiæ publicæ, ac solemnis, & de differentiis inter utramque remissivè.
- 15 De interpretatione capitulis, Aliud II. q. 1. & n. 18. & 19.
- 16 Penitentes damnati per Sanctæ Inquisitionis Tribunal foro seculari subjiciuntur, si postea crimen aliquod perpetrent ad jurisdictionem Magistratuum spectans.
- 17 An judex valeat pœnas legis temperare, aut quas sententia semel imposuit, moderari? Et quid de Inquisitoribus in causis hæresis.

CAPUT XXXIV.

Ad Num. 3.

SI Clericus, vel alius qui fori privilegio gaudet, unà cum laico delictum perpetret, quisque à suo giudice debet puniri, nec Ecclesiasticus ratione societatis, & connexionis in laicum procedere permittitur. Tufsch. lit. C. conclus. 385. num. 17. Jul. Clar. lib. 5. Sententiar. §. fin. q. 36. num. 46. Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 10. numero 6. Fachin. controvers. lib. 9. cap. 31. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. à numero 144. Farinac. in praxi, q. 8. num. 151. Gutier. latè Practic. lib. 1. q. 6. numero 7. & per totum Castill. controv. lib. 6. cap. 165. Salgad. de retent. Bullar. part. 2. cap. 14. num. 28. Bobad. Polit. lib. 2. cap. 17. num. 91. Azeved. in l. 10. cum. 24. tit. 1. lib. 5. Recop. Barbofa de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 94. Cur. Philip. part. 3. §. 1. numero 11. in fin. Guz. de defens. reor. def. 1. cop. 11. numero 17. Parlador. differ. 9. §. 1. numero 39. licèt alii non pauci contra tenuerint, quos laudati recensent, ac Menoch. de arbitr. casu 371. num. 13. asserens hanc magis communem, sed vix in praxi observari.

Sed priorem sententiam intelligi oportet de crimine merè sæculari; nam si foret mixti fori, Ecclesiasticus etiam laicum valebit coercere, ut animadvertit Barbofa, ubi proximè, & procul dubio verum est, nisi laicus judex per capturam subditi delinquentis prævenierit. Et quamquam Ecclesiasticus per præventionem etiam adversus laicum cognoscens, ipsum absolvat, aut non pœna condigna afficiat, licebit tamen sæculari Magistratui iterum judicio novo instituto, pœnam legitimam, ac facinori respondentem irrogare, prout regulariter in causis mixti fori observari prænotavimus variar. lib. 2. cap. 10. num. 37.

Ibi:

SUMMARIUM.

- 1 Clerico, ac laico simul delinquentibus, an Judex Ecclesiasticus in utrumque procedere valeat? & num. 2. 8. & seqq.
- 3 Laicus in casu spirituali utrum arbiter, aut arbitrator possit eligi.

Ibi: *Laicus potest arbiter esse.*

3 De causa spirituali vetitum est in laicum compromitti, sed simul cum Ecclesiastico arbiter esse permittitur. Farinac. *sup. numero 24. vers. Limita secundò*, Bovad. *num. 93. Tusch. lit. I; conclus. 4. n. 10.* Marc. Anton. Blanc. *tract. de compromiss. in conjunct. q. 2. num. 62.* Lanfranc. de Orianò *tractat. de arbitr. part. 2. num. 24.* Joan. Bapt. Peruzin. *eod. tract. lib. 4. cap. 15. numero 1.* Barbosa *collect. cap. Per tuas, num. 3. de arbitr. ubi alii, accedente superioris autoritate, ut præfati observant, præsertim idem Barbosa in collect. cap. quod in dubiis, num. 4. de consecration. Eccles. qui cum aliis collect. cap. consingis num. 3. docet quod laicus etiam sine Ecclesiastico eligi poterit arbitrator in causa spirituali, licet contra tenuerit.* Joan. Baptist. *ubi proximè, addens quod nec incidenter laicus arbiter super causa spirituali laudem ferre poterit.*

Ibi: *Tametsi laicus censeri soleat.*

4 Laicus incapax censetur spiritualium causarum cognitionis; nisi ex Pontificis commissione, sicut omnis Ecclesiasticæ jurisdictionis. Barbosa *collectan. cap. Sacrosancta 51. num. 2. de elect.* Marc. Anton. Blanc. *sup. numero 64.* Tiraq. *de jur. marit. gloss. 5. numero 178.* & alii plures apud me *variar. libro 1. capite 17. num. 147.* Unde licet, ut mox ostendimus, arbiter cum Clerico ad causam spiritualem jure constituatur, non tamen Ecclesiastico, & sæculari eadem delegari per Episcopum permittitur. Lanfranc. *sup. numero 25.* Marc. Anton. Blanc. *num. 64. vers. Præterea.*

Ibi: *Actum individuum nomen accipere.*

5 Regula, quod magis dignum attrahit ad se minus dignum, non procedit, cum plures collectivè concurrunt unum corpus constituentes, veluti collegium; quia non attenditur dignitas collegiarum, sed quod si par fuerit, dignior pars attenditur, & ab ea communitas nomen, ac naturam accipit, ut in laicorum, & Clericorum collegio contingit. At cum plures ut singuli ad actum quemque congregantur, tunc minus dignum digniori etiam inferiori numero solet cedere, de quibus Azeved. *in l. 10. numero 25. tit. 1. lib. 4. Recopil. Barbosa de potest. Episc. part. 3. alleg. 72. num. 128. & collect. cap. Quod in dubiis, num. 4. de consec. Ecclesiast. ac tract. de axiom. jur. axiom. 72. Tusch. lit. D, concl. 435.*

6 Quod quidem axioma notabiliter restringitur, ut locum habeat quoties ex attractione minus dignum pateretur detrimentum, ut evenire in jurepatronatus Clericis, & laicis communi, observat D. Covarru. *infra, hoc lib. cap. 36. num. 5. vers. Tertio opportunè*, Salgad. *de Reg. protect. part. 3. cap. 9. numero 11.* non enim alteri per alterum iniqua conditio debet inferri, *cap. non debet 22. de reg. jur. in 6. cum vulgatis, quæ congerit Barbosa axiom. 22. numero 1.*

7 Præterea, limitatur, si magis dignum indigniori accessoriè jungatur? nam illud cedit D. de Faria Covar. *Enucl.*

huic tanquam principali. Petr. Barbosa *in l. Cum Prætor, §. fin. num. 112. de judic. Tusch. lit. A, conclus. 76. num. 26.* Castell. *controv. lib. 5. cap. 169. num. 21.* August. Barbosa *axiom. 76. num. 2.*

Ad Num. 2.

Sententiam suam, de qua supra, *num. 1.* D. Covarruv. declarat, ut non procedat in causis individuis, quæ separationem nequeant recipere; tunc siquidem Clerico, & laico simul delinquentibus, Judex Ecclesiasticus in utrumque, causâ cognitâ, animadvertere poterit propter jurisdictionis præminentiam. Ant. Gom. *variar. lib. 3. cap. 10. numero 6. in fin. Tusch. lit. C, concl. 395. num. 8.* Gutier. *Præct. lib. 1. quæst. 6. numero 9.* Barbosa *de Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 95.* ubi exemplum affert de mandante, & mandatario Salgad. *de retent. Bullar. part. 2. cap. 14. num. 28.* Bovad. *lib. 2. cap. 17. num. 91.* Azeved. *in l. 10. numero 25. tit. 1. lib. 4. Recop.*

Sunt qui existimant, quod cum Ecclesiasticus, & sæcularis cooperantur ad faciendam causâ fit mixti fori quoad laicum, ita ut præventioni locus sit. Guaz. *de defens. reor. def. 1. cap. 11. num. 17.* Parlador. *differ. 9. §. 2. num. 36.* & sanè quilibet judex probabilis, ac communi opinione nixus rectè procedet in laicum, qui cum Clerico deliquit, in suo foro, si illum apprehenderit, præventa jurisdictione.

Quoad civiles causas eadem est recepta distinctio, ut Clericus, ac laicus ex eadem obligatione conveniantur, si causa separationem admittat, quisque in suo foro respondere teneatur; alioqui coram Ecclesiastico uterque litigabit. Quod ita verum est, licet plures laici cum uno clerico concurrant, de quo Salgad. *n. 26.* Barbosa *d. numero 94. vers. Verum contrarium*, Bovad. *cum pluribus nu. 92.* Azeved. *num. 23. & 24.* Gratian. *disceptat. cap. 54. d. numero 16.* Cancer. *variar. part. 2. nu. 147.* Gutier. *sup. q. 43.* Sed in praxi adhuc in causis individuis, & communibus Clerico, & laico, hic coram Ecclesiastico judice conveniri non permittitur, teste Bovadilla; imò sæcularis, qui ipsum in jus vocaverit, in foro Ecclesiastico subjiçietur pœnæ legis *10. tit. 1. lib. 4. Recop.* ut probat Azeved. *ibi*, quamvis eam temperari posse ob communem contrariam opinionem, existimet Gutier. *d. q. 43. in fin.*

At in criminalibus, si Judicem Ecclesiasticum ob causæ individualitatem laicum, qui cum Clerico deliquit, procedere contigerit, eumque absolverit, aut mitius punierit quam crimen meretur, poterit laicus denuò de illo cognoscens condignam pœnam infligere reo sibi subiecto, sicut in causis mixti fori observari præmissimus supra, *numero 2.* & in specie tenet Guaz. *de defens. reor. def. 1. cap. 11. num. 18.* nam judex laicus non omninò excluditur propter incompetentiam, sed digniori cedit, ne recta judicii expeditio, continentia causæ divisæ impediatur, quemadmodum per præventionem in mixti fori delictis inhibetur. Sic nec regia jurisdictio illudetur, nec crimina manebunt impunita.

Ad Num. 3.

- 12 Qui solennem aut publicam pœnitentiam agunt propter delictum ex iudicis Ecclesiastici sententia, nec in civilibus, nec in criminalibus fori privilegio jvantur. Clar. §. fin. q. 35. num. 20. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 25. numer. 9. Morla Empor. Jur. part. I. tit. 2. in princ. n. 143. Bovad. d. lib. 2. cap. 13. n. 148. Barbosa addit. ad collect. cap. Aliud, II. q. 1. Cur. Philip. part. 3. §. 1. num. 14. Simanc. de Catholic. Institut. quæst. 47. de pœnit. & convers. num. 19. Aliquando hi pœnitentes per Ecclesiasticum coërceri possunt ob excessus, quos refert Bovadilla.

Ad Num. 4.

- 13 Contrarium placuit non paucis, ut refert Simanc. num. 18. qui opinantur ejusmodi pœnitentes fori privilegio gaudere in civilibus, ac criminalibus, ex Leonis Magni Pontificis decreto, in cap. Aliud, II. q. 1. quod diversimodè interpretantur pronuper laudati, & alii quos adducit Barbosa in collectan. ibi, quorum intellectus fusè D. Covarru. refert, ac refellit.

Vers. Sunt tamen.

- 14 De pœnitentiæ solennis, & publicæ forma, atque effectibus agitur in cap. In capite 64. dist. 50. l. 18. 19. & 20. tit. 4. part. 1. ubi Barbosa in collect. plures laudavit Trident. sess. 24. cap. 8. de reform. ubi publicæ pœnitentiæ fit mentio, quanquam illam exolevisse scripserit Alciat. lib. 9. parerg. cap. 22. Sed inter publicam, & solennem pœnitentiam multum interest, maximè quia post hanc pœnitens ab Ecclesiasticis Ordinibus remotus habebatur, d. l. 19. Partit. Barbosa collect. cap. 1. numero 3. de bigam. de ordin. non sic per illam Barbosa in remiss. ad Concil. d. cap. 8. numero 2. & de potest. Episcop. part. 2. allegat. 43. numero 7. Utrum qui pœnitentiam solennem, aut publicam egit, pro eodem crimine possit per laicum iudicem puniri, dixi Variar. lib. 2. cap. 10. num. 21.

Vers. Ipse verò minimè.

- 15 Hic tamen D. Covarruv. novum addit intellectum ad cap. Aliud, ut scilicet ibi consulat Pontifex, quod pœnitentes non deserant salutaris pœnitentiæ progressum ad prosequendum in forensi iudicio quod sibi debetur; quid enim prodest homini universum mundum lucrari si animæ suæ detrimentum patiat. Ideo magis expedit pro peccatis satisfacere, quam bona temporalia litigando tueri; nam si pœnitens incumberet litibus, à salutifero statu distraheretur: & quanquam id fieri possit sine culpæ reatu, tutius erit, obsequi pœnitentiæ Ecclesiæ iudicio, quam forum pro bonis acquirendis, vel conservandis adire sæcularem. Quam interpretationem amplectitur Morl. ubi sup. numero 143. vers. Sed mea sententia, Barbosa in addit. collect. d. cap. Aliud. Vide infra n. 18.

Ad Num. 5.

Illi quibus per sanctam Inquisitionem Tribunal publica injungitur pœnitentia, si crimen postea admiserint quod ad forum spectet sæcularem, per Magistratum ordinarium Iudicem coërceri debent. Bovad. d. cap. 17. num. 148. Clar. d. quæst. 35. num. 20.

Ibi: Nam licet alioqui.

Judici ex causa sententiæ permittitur legales pœnas mitigare; sed postquam eam tulit, moderari pœnam, quam imposuit, prohibetur nisi in continenti Tusch. lit. P, concl. 253. num. 7. Clar. sup. quæst. 85. num. 10. & alii plures apud me Variar. libro 2. cap. 9. ex num. 101. Sed hoc speciali jure Inquisitoribus licet. Clar. lib. 3. Sentent. §. Hæresis, nu. 8. Peña in Director. Inquisit. part. 2. quæst. 47. schol. 72. Menchac. illustr. cap. 31. num. 3. Barbosa collect. cap. Ut commissi, numer. de hæretic. in 6. prænotavi & ego d. cap. 9. numer. 105.

Libet hic adjicere, quod inter plures interpretationes, quas D. Covarruv. supra recenset, illa communis videtur verissima, quam tradidit n. 4. vers. Quartò frequentior, nempe quod in d. cap. Aliud, II. quæst. I. consilium tribuitur pœnitentibus litigantibus, ut potius in foro Ecclesiastico, quam in sæculari suas deducant actiones, ubi cautæ sine tanta distractione, & strepitu peragi possunt; sed hoc reo consentiente, si laicus sit; in quo nullum pœnitentium privilegium reperitur; nam jure communi cunctis laicis licet Ecclesiasticæ jurisdictionis prorogatio, l. Episcopale 9. C. de Episc. audiens. Barbosa cum aliis collect. cap. Significasti, numer. 3. de for. compet. Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. numero 1120. tamen jure nostro regio prohibeatur, l. 10. tit. I. lib. 4. Recopil. ubi Azeved. quem intellectum, quamquam alium expendat, D. Covar. non impugnat.

Alius etiam intellectus accommodari poterit dicto capiti Aliud, si perpendamus pœnitentes miseratione dignos, & sub speciali Ecclesiæ protectione constitutos, idcirco possunt inter miserabiles personas reputari, quæ agentes, præsertim oppressæ, etiam laicos apud Tribunal Ecclesiasticum jure conveniunt, ut ex aliis præmissis supra cap. 6. num. 8. quam opinionem communem testatur Barbosa collect. cap. Causam quæ 7. nu. 4. qui fil. sint legit. Monet igitur Magnus Leo hujusmodi homines, ut omisso rei legitimo foro sæculari, ad Ecclesiasticum confugiant, cum litigare opus sit.

SUMMARIUM.

- 1 Iudex laicus an possit cognoscere de possessione rei spiritualis, qui disputent. Resolvitur ex numero 6.
- 2 Quoties possessorium iudicium habet annexam causam proprietatis de spirituali, aut annexa, iudex laicus competens non habetur.
- 3 Nequit habere cognitionem de Beneficii Ecclesiastici possessione; quod limitatur num. 17.

- 4 *Potest summariam habere cognitionem de proprietate, & titulo beneficii, ut se instruat ad iudicandum de possessione, si hoc illi liceat, ut volunt plures.*
- 5 *Si controversatur contra Clericum de possessione rei spiritualis, iudex laicus causam decidere prohibetur.*
- 6 *Utrum iudex laicus valeat cognoscere de possessione rei spiritualis, absque ulla proprietatis connexionem? & 5. & 8.*
- 9 *Causam decimarum in questione facti iudex laicus definire valet in sibi subditum.*
- 10 *Item & Ecclesiastico Judici licet.*
- 11 *Quoties jus percipiendi decimas ad laicos est translatum ex concessione Pontificia, Magistratus seculares de illis cognoscunt, sive juris, sive questio vertatur; quod ampliatum numero 12.*
- 13 *Novarum decimarum exactionis causae ad supremum Castellae Consilium in Hispania deferuntur, & in Indiis ad Regia Praetoria.*
- 14 *Num laici decimarum conductores possint in foro Ecclesiastico conveniri? & numero 15. & 16.*
- 17 *Quomodo cognoscatur in Regiis Praetoriis de possessione beneficii Ecclesiastici, ne vis inferatur possessori.*
- 18 *Qui aliter sentiant.*
- 19 *Ex quibus causis Iudices Regii Praetorii habeant extrajudicalem per Iudices Ecclesiasticos illatam, & num. 20.*
- 21 *De forma procedendi in eiusmodi causis, & quam cognitionem supremi Iudices habeant.*
- 22 *De justificatione regiae protectionis, remissive.*
- 23 *Quomodo compellantur Iudices Ecclesiastici ad observanda decreta Regiae Cancellariae, ubi de vi auferenda deciditur, & n. 24.*
- 25 *In quibus causis locus non est protectioni adversus Iudices Ecclesiasticos, seculares, vel regulares.*
- 26 *Nuntii Sedis Apostolicae, qui in Curia nostri Regis adsunt, tenentur rescripta suae delegationis, & facultatem in regio exhibere Consilio.*
- 27 *De retentione Bullarum, quae apud nos est permessa, & qualiter procedatur.*
- 28 *Causa retentionis legitima est, si extero beneficium Ecclesiasticum conferatur.*
- 29 *In Beneficiorum provisione regnicolae alienigenis proponendi.*
- 30 *In Beneficii impetratione precator exprimere debet patriam suam, & d'ocesum.*
- 31 *De Beneficiis patrimonialibus, quae in Hispania necessario conferuntur Clericis ortis ubi Beneficium vacans existit.*
- 32 *Per Bullarum retentionem Sedis Apostolicae auctoritati nullum inferitur praedictum, nec irreverentiae vestigium excogitari potest, & numero 33.*

CAPUT XXXV.

Ad Num. 1.

- 1 **A**nceps questio decidenda proponitur, teste Parlador. *different. 9. §. 1. numero 34.* utrum scilicet laicus iudex possit cognoscere de causa possessionis rei spiritualis, aut spirituali annexae: de qua Gutier. *Canonic. lib. 1. cap. 34. D. de Faria Covar. Enucl.*

d. num. 16. Menoch. de recup. remed. 15. num. 210. cum seqq. Joan. Garc. de Nobil. gloss. 9. num. 46. Cened. Canonic. lib. 1. q. 45. n. 415. & ad Decret. cap. 4. à princ. Cævall. tract. de cognit. per viam violent. part. 1. q. 65. Paz de tenut. cap. 12. numero 78. Bovad. Polit. lib. 2. cap. 18. numero 141. Mier. de major. part. 3. q. 11. num. 26. omnium novissime, ac latissime Barbosa de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 160. ad 179. ubi plures pro utraque sententia cumulavit.

Verf. Prima conclusio.

Quoties iudicium possessorium annexam **2** habet causam proprietatis super re spirituali, vel annexa, iudex laicus nullam potest habere cognitionem. Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 328. Gutier. num. 44. Joan. Garc. num. 47. Cævall. h. 10. Bovad. ubi proximè, & alii communiter.* Unde inferitur, quod si agatur interdictio adipiscendae, laicus iudex idoneus non est, quia admixtam habet causam proprietatis. Gutier. *num. 41. Menoch. de recup. remed. 15. num. 235. et si alii dissentiant.*

Verf. Ex quo patet.

Secularis Iudex incapax censetur, si de **3** Beneficii Ecclesiastici disceptetur possessione, absque connexionem juris proprietatis, de quo consulas Barbof. *sup. num. 175. Gutier. n. 26. & alios qui ab his pro hac sententia D. Covar. laudantur.*

Ibi: *Cum ad justificandam possessionem.*

Licet ad obtinendum in possessorio Beneficii probatio tituli saltem colorati desideretur, de illo tamen summarie, & incidenter cognoscitur, quod iudici laico non est vetitum ad se instruendum, ut super possessione pronunciet. *num. 45. Joan. Garc. sup. num. 47.*

Ibi: *Maximè quia in hac specie.*

Si clericus conveniatur super possessione **5** Beneficii, vel cuiusque rei spiritualis, iudex laicus de jure competens nequit esse; nam etsi possessorium deducere contra Ecclesiasticum de re omni profana, veluti praedio, aut domo, in suo foro deberet conveniri: quo argumento utitur Barbosa *d. §. 2. num. 157. cui assentiuntur Gutier. num. 23. Menoch. de remed. 3. num. 349. Vide inferius num. 7.*

Verf. Secunda conclusio.

In possessorio rei spiritualis non habente **6** causam proprietatis annexam laicus iudex idoneus habetur. Pro qua resolutione (etsi D. Covar. displiceat,) plurimos referunt Barbosa, Bovad. Cævall. Gutier. & Menoch. & ego recensui nonnullos *variar. lib. 1. cap. 17. n. 194. & est usu recepta, quam ex nostratibus tenent Salgad. de Reg. protect. part. 1. cap. 1. pralud. 3. num. 217. Bovad. d. cap. 18. numero 141. Cævall. & Joan. Garc. ubi supra: eandem amplectuntur, quando reus est laicus, Gutier. Menoch. & Barbosa laudati n. 5.*

C c 2

Verf.

Verf. *Verùm si diligenter.*

- 7 Adversus proximam conclusionem docet D. Covar. sæcularem de possessione rei spiritualis, vel quasi judicare non posse, etiam si causa proprietatis non admisceatur, & ita observari in Pintiana Cancellaria testatur Bovad. *ubi proximè*: quam sententiam, non paucis sequacibus recensitis, tuetur Barbosa *d. cap. 39. §. 2. à num. 173.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 34. à num. 23.* ubi etiam plures. Eam tamen restringit, nisi reus sit laicus, quo casu uterque iudex, ut in causis mixti fori, est competens. Gutier. *num. 43.* Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 367.* Alia adjicitur limitatio, si Ecclesiasticus ministrare justitiam neglexerit, Menoch. *num. 354.* Gutier. *num. 39.* His conveniunt tradita *sup. num. 5.*

Verf. *Non oberit Glossa.*

His rationibus fusiùs satisfacit Barbosa *d. cap. 39. §. 2. à numero 26. verf. Et retenta, cum seqq.*

Verf. *Primùm etenim illud.*

- 8 Adde Menoch. *de retinend. remed. 3. num. 324. cum aliis, & de recup. remed. 15. n. 234.* qui tres casus distinguit. Primus cum uterque litigans clericus est: secundus, si reus perturbator vel spoliator possessionis rei spiritualis ex Clero sit, actor verò laicus. Et in foro Ecclesiastico causam definiendam utroque casu cum D. Covarruv. resolvit. Tertium adjicit, quem Præses noster omisit, cum scilicet reus laicus convenitur; & tunc apud sæcularem Magistratum, vel Ecclesiasticum Judicem agendum tenet, secundum nuper tradita, *n. 7.*

Ad Num. 2.

- 9 Ubi solum agitur, an decimæ sint solutæ, vel an hic, aut ille ipsas præstare teneatur, quoties laicus est qui dicitur debitor, in foro sæculari causa peragi poterit. Carrasc. *in Recop. cap. 6. §. 2. n. 1. verf. Circa primam,* Barbosa cum pluribus *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 1.* & alii non pauci, quos congesti *variar. lib. 1. cap. 17. num. 148.* licet non desint, qui contra sentiant, quos adducit Barbosa.

Ibi: Ecclesia siquidem duos.

- 10 Ecclesiasticus Judex rectè procedet contra laicum decimarum debitorem, aut si quæstio vertatur, num hic, vel alius eas solvere teneatur. Bovad. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 145.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 34. num. 50.* ubi quod etiam ipsarum conductor valet laicos in foro Ecclesiastico convenire. Carrasc. *ubi sup.* Azeved. *in l. 10. numer. 58. tit. 1. lib. 4. Recop. Paz in praxi, tom. 2. præl. 2. numero 22.* Cur. Philip. *part. 1. §. 5. numero 5.* & alii plures apud eosdem: qui decimarum debitores per censuras ad solvendum compelli possunt. Barbosa *ubi proximè, num. 15.* ubi alii.

Verf. *Tertiò quoties.*

Si Decimæ à Sede Apostolica concedantur sæculari Principi, Regii Judices, sive de jure, sive de facto super ipsis disceptetur, cognoscunt privativè, etiam inter Ecclesiasticos. Alfar. *de offic. Fisc. gloss. 20. n. 9.* Gutier. *Prætic. lib. 1. q. 14. num. 4.* Bovad. *num. 146.* Castill. *de tertiis, cap. 22. num. 20.* Carrasc. *sup. num. 14. verf. Et quoties decimæ,* præter nonnullos laudavimus *variar. d. cap. 17. num. 150.* Idem erit si ad privatos decimæ per legitimam concessionem spectent. Bovad. *d. §. 4. numero 2. verf. Iidem causa.*

Quam conclusionem tuetur, & ampliat ante omnes consulendus Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. ex num. 31.* ut procedat etiam si Princeps Ecclesiæ decimas sibi competentes concedat, prout Indiis Occidentalibus contingit: & ita obtinuit apud supremum illarum Consilium, dum Fiscalem ageret D. Solorzanus in causa decimarum satis ardua circa jus decimandi, quam agitatam, ac decisam vidimus in eodem Regio Senatu. Adde D. Frasso *de Reg. patron. Indiar. cap. 18. n. 9.*

Verf. *Quartò erit.*

Quoties Ecclesiastici novas decimas exigere intendunt, quæ antea per decennium solvebantur, ad Regium Castellæ Consilium per querelam in Hispania paret aditus, ne populi, vel privati vexentur, de quo *in l. 6. tit. 5. lib. 1. Recop. Azeved. ibi, ex numer. 2.* Avendañ. *de exeq. mand. part. 1. cap. 1. numero 32. verf. Item ista jurisdictio,* Bovad. *sup. n. 148.* Cur. Philip. *num. 6.* Solorz. *d. lib. 4. cap. 3. num. 26.* Alfar. *de offic. Fisc. gloss. 24. num. 3.* Carrasc. *d. cap. 6. num. 13.* In novo orbe specialiter indultum est Regiis Prætoris, ut de hujusmodi causis cognoscatur, quod in Hispania solum Consilio Castellæ reservatur, ut observant Solorz. Carrasc. Alfar. & Cur. Philip.

Verf. *Quintò non video.*

Laicum decimarum conductores pro pretio nequeunt in foro Ecclesiastico conveniri, nisi ei se submiserint, vel jurejurando contractum roboraverint. Gutier. *Canonic. lib. 1. cap. 34. num. 49.* Castill. *in l. 6. Tauri, gloss. De qualquier calidad,* Cacheran. *Pedem. decis. tom. 1. tit. 34. de for. comp. n. 53.* Bovad. *d. cap. 18. num. 150.* Carrasc. *sup. nu. 16.* Idem de conductente fructus Beneficii, tenet Parlad. *differ. 9. §. 3. n. 3.*

Contrarium, scilicet ejusmodi conductorem virtute simplicis obligationis subjici foro Ecclesiastico, ut ad solutionem mercedis possit compelli, cum aliis sustinet Barbosa *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 46.* & in Pintiana Cancellaria observari testis est Azeved. *in l. 10. num. 58. tit. 1. lib. 4. Recop. cujus praxis fit mentio in Curia Philip. d. §. 5. num. 7.* Et quidem juri videtur conformis; nam merces locationis loco decimarum succedit, & conductor pro debitoribus illarum subrogatur; idcirco sicut Ecclesia ad exigendas decimas à laicis iudices suos adire potest, ut est nuper præmissum, ita similiter in conductorem, qui

qui ipsas percepit, in proprio foro agere licebit, cum subrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, l. Si eum, §. Qui injuriarum, ff. si quis caution. cum vulgatis, quæ cumulat Barbosa axiom. 207. num. 1.

- 16 Præterea in omnibus instrumentis hujus conductionis regulariter solet inseri clausula submissionis foro Ecclesiastico, quam si aliquando per imperitiam Notarii prætermitti contigerit, pro expressa haberi debet, ut suum operetur effectum, l. Quod si nolit. 31. §. Quia assidua, de ædilit. edict. Barbosa tract. de claus. in princ. numero 1.

Verf. Sextò non negamus.

- 17 Tametsi D. Covar. sup. numero 1. prædocuisset, laicum judicem idoneum non censeret, ut de possessione Beneficii, vel alterius rei spiritualis cognoscat, id tamen in præsentiarum restringit quoad Judices superiores, qui Regiis Prætorii assident; hi enim potuerunt etiam inter Ecclesiasticos per viam extrajudicialis potestatis impedire spoliolum fieri Beneficii, & factum, violentiâ remotâ revocare, cui obviam ire cuique sæculari Principi in propria ditione incumbere non dubitatur. Quam sententiam in Granatensi, ac Galleco Prætorio praxis observat, pluribusque in Regnis apud exteros, ut videre licet apud Barbof. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 63. & comprobatur jure nostro regio ex l. 2. tit. 6. lib. 1. l. 10. tit. 1. lib. 3. Recop. tenent Bovad. d. lib. 2. cap. 18. num. 141. Joan. Garc. de Nobilit. gloss. 9. num. 46. Cævall. tract. de cognit. per viam violent. part. 1. q. 65. Paz in Praxi, tom. 1. temp. 1. num. 23. & 39. Greg. Lop. in l. 13. gloss. 3. titul. 13. p. 2. Gutier. pract. lib. 1. q. 20. num. 1. Azev. in d. l. 2. Reg. ubi latè probat, Alfar. sup. gloss. 2. num. 16. Avend. d. cap. 1. num. 32. Mieres de majorat. part. 3. q. 11. à num. 11. D. Frasso novissimè, ac præ omnibus copiosè de Reg. Patron. Indiar. cap. 41.

- 18 Sed contrarium sustinet Barbosa cum aliis ubi proximè, n. 175. & in Vallisoletana Cancellaria praxi receptum inquit Bovadilla ubi pronuper: & quidem de jure hæc opinio vera videtur, sed ex privilegio Sedis Apostolicæ, vel consuetudine lervatur opposita, ut animadvertit Gutier. d. cap. 34. n. 25. verf. Quarto quoniam, & constat ex d. l. 2. Recop.

Ad Num. 3.

- 19 Dupliciter solent Ecclesiastici Judices vim litigantibus perperam inferre, aut non deferentes appellationi legitimæ, aut se ingerentes, ut de causis ad forum sæcularem privativè spectantibus cognoscant. Salgad. de Reg. protecl. part. 1. cap. 1. in princ. numero 2. verf. Secundo modo, cum seq. Utroque casu tam laïcis licet Regia adire Prætoria, ut per extrajudicialem cognitionem, & justitia rectè administretur, l. 36. titul. 5. libro 2. l. 7. titul. 2. l. 14. titul. 3. libro 3. Recop. Salg. d. cap. 1. num. 3. & per tot. ubi de justificatione recursus: & cap. 2. de forma procedendi. Cævall. tract. de cognit. per viam viol. gloss. 1. cum seqq. Alfar. sup. ex n. 14. Bovad. num. 139. Paz sup. numero 22. Solorz.

cum pluribus de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 35. & 36. & alii non pauci, quos refert Barbosa d. cap. 39. §. 2. numer. 180. Ipse tamen ex num. 32. eam cognitionem illicitam, & sacris Constitutionibus contrariam probare nititur, nec consuetudine introduci posse contendit in collect. cap. Ecclesia S. Mariæ, d. n. 7. de constitution. de quibus plenè D. Frasso cap. 38. num. seqq. Væ nobis si in praxi illius prævaleret opinio, quanta experirentur dispendia, tam salutifero antidoto deficiente, ut considerant D. Covar. sub hoc num. verf. Quinid justitia, Gregor. Lop. in l. 13. gloss. 3. titul. 13. p. 2. D. Frasso ex numero 27. & alii ex prælaudatis. In hoc remedio, cum scilicet non defertur appellationi, diversimodè concipiuntur Consilii decreta, de quibus Salgad. d. cap. 2. ex numero 199.

Verf. At si laicus per judicem.

Egit D. Covar. de denegato appellationis 20 auxilio, & transit ad alterum modum cognoscendi per viam violentiæ, cum scilicet laicus in foro Ecclesiastico convenitur super causa profana ad illum nullatenus pertinente, quo casu profertur decretum per Regios Consiliarios, quod vulgò de Legos nuncupatur. Salgad. d. cap. 1. num. 3. cujus formulam tradit Cævall. sup. gloss. 18. num. 2. quo acta ab Ecclesiastico declarantur irrita, causaque retinetur, aut sæculari judici competenti remittitur. Salgad. cap. 2. numero 218. Cævall. gloss. 15. numero 20. Et quanquam in præcedenti remedio semper appellatio debeat præcedere, ut per se notum est, ac observat Salgad. num. 64. D. Frass. sup. cap. 37. num. 3. in hoc autem minimè requiritur: imò nec protestatio Regii auxilii, nec declinatoria desideratur; nam absque istis per simplicem querelam ad Regia Prætoria recurritur. Cævall. l. ubi proximè, Salgad. n. 69. Hujus cognitione fit mentio in l. 7. tit. 2. l. 14. titul. 3. lib. 3. Recop. & de praxi in Cur. Philip. part. 1. §. 5. numero 34. Monteros. in Practic. tract. 5. de las Chancillerias, tit. Siguese el tercero proceso que es Ecclesiastico. D. Frasso sup. cap. 37. à numero 13. ubi quod isti remedio est locus, etsi appellationi deferat Ecclesiasticus, si interponatur.

Ibi: Nec Regii Consilarii.

Ubi extrajudicialiter cognoscitur, an vim Ecclesiasticus inferat, non examinantur merita causæ, nec justitia sententiæ, sed tantum discutitur, utrum legitima appellatio non sit admissa, in quo vis auferenda consistit, ut latè probat Salgad. de Reg. protecl. part. 1. cap. 1. ex num. 230. Carralc. in Recopil. cap. 6. §. 4. num. 20. Cævall. tract. de cognit. per viam violent. gloss. 6. numero 34. Azeved. in l. 2. verf. Item & decimoquarid, titul. 6. libro 1. Recop. Quod tamen limitatur quoties super vi pronunciarum non possit absque principali causæ cognitione; tunc siquidem Consilarii Regii de causæ meritis incidenter cognoscent, quod probat adducens exempla Cævall. eod. tract. q. fin. à numero 6.

Verf. *Hic autem forensis usus.*

- 22 De justificatione protectionis Regiæ apud nos moribus, & legibus introductæ, fusè nostrates differunt, præsertim Greg. Lop. in l. 13. gloss. 3. titul. 13. part. 1. Salgad. d. cap. 1. ex num. 40. Azeved. in d. l. 2. Recop. Cævall. sup. gloss. 1. cum seqq. alios cumulant Salgad. num. 16. & Barbosa de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 180. verf. *His igitur*, qui ut præmissimus num. 19. hujusmodi recursum, & protectionem damnat, cujus fundamentis satisfacit Salgad. ex num. 22. de quo Neotericus D. Frassus egregiè sup. d. cap. 38.

Verf. *Adversus verò Clericos.*

- 23 Hujusmodi comminationis, quæ in Judices Ecclesiasticos vim inferentes præmitti solet, meminit Gutier. Practic. lib. 2. quæst. 20. in fin. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 2. num. 15. Quomodo hi coerceantur, si parere tenuerint decretis, quæ per Regios Judices expediuntur ad vim tollendam, tradiderunt Alfar. ubi proxime, Bovad. sup. lib. 2. cap. 28. num. 139. D. Frass. d. cap. 38. num. 42. qui docet mulctari posse, ex pluribus. Cur. Philip. dict. §. 5. numero 34. Cævall. gloss. 16. num. 10. ubi quod incurrunt poenam legis 4. tit. 1. lib. 4. Recop. Utrum possint ad expensas damnari à superioribus laicis iudicibus propter vim illatam, disputat Gutier. dict. quæst. 20. Salgad. d. cap. 2. à numer. 243.

Verf. *Sed & ex multis aliis.*

- 24 Adde Salgad. de retent. Bullar. part. 1. cap. 9. num. 37. & ex stylo Granatensis Regii Prætorii, de quo D. Covar. testatur, videtur inferendum, quod facultas cognoscendi per viam violentiæ adaptari poterit ad quoslibet casus, si constiterit notoriè de vi per Ecclesiasticos illata, aut inferenda, præsertim si Superior Ecclesiasticus aut nolit, aut non possit oppressis subvenire: ad quod conducit disputatio Salgadi in d. cap. 9. ex num. 13. quo, si placuerit, temperatè, cautè, ac sine ambitione ampliandæ jurisdictionis utendum. Confule D. Frass. sup. cap. 35. ex num. 16. & cap. 36. ac 37.
- 25 Sunt verò causæ, quæ intuitu violentiæ ad Suprema Prætoria deferri prohibentur, veluti si ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, aut Cruciatæ spectant, de quibus omnibus latè Salgad. de Reg. protecl. part. 1. cap. 2. præl. 5. per tot. Bovadill. sup. lib. 2. cap. 10. numero 91. Cur. Philipp. part. 1. §. 5. num. 34. in quibus numeratur visitatio Regularium, quæ per Prælatos fieri solet. Carrasc. in Recopilat. cap. 6. §. 4. numero 20. in fin. At nihilominus iudicibus Cancellariarum novi orbis specialiter jubetur, ut super modum procedendi in visitatione Regularium vigilent: & si Vicarii, aut Commissarii generales, Visitatores, & Conservatores notoriè exceßerint, se interponant, vim auferentes in oppressorum tutelam: quod in Hispania soli Regio Castellæ Consilio reservatur, l. 40. tit. 5. lib. 2. Recop. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 3. num. 35.

Ad Num. 4.

Apud nos Sedis Apostolicæ Nuntii, qui 26 in Regia Curia continuo resident, jurisdictionem ullam exercere vetantur, nisi priùs literas delegationis suæ cum facultatibus concessis apud Consilium Regium exhibeant: quæ quidem facultates, cum expedit, restringuntur, de quo in remission. ad titul. 8. lib. 1. Recop. Bovad. d. cap. 18. numero 207. Salgad. de retent. Bullar. part. 1. cap. 2. numero 51. Salced. prax. crimin. cap. 34. num. 19. Cævall. commun. cont. commun. q. 897. num. 324. & 338.

Verf. *Sic etiam in his regnis.*

Succedit alia species regiæ protectionis, cum 27 scilicet Bullæ in Curia Romana expediuntur, quibus jus regium læditur, aut privatorum; nam illarum exequutio impeditur, & per Consilium Regium retinentur interposita ad Sedem Apostolicam supplicatione: de quo egregium opus dedit in lucem Salgadus, & si quis plures alios consulere exoptet, adeat Solorzan. d. tom. 2. lib. 3. cap. 25. numero 45. ex quo observandum, quo in Indiis Occidentalibus litteræ Apostolicæ exequutioni mandari prohibentur, nisi in supremo illarum Consilio recognita exequi permittantur. De quibus in l. 25. titul. 3. lib. 1. Recopilat. & quoad Indiarum Regna in nova schedularum compilatione nonnulla rescripta recensentur sup. tom. 1. & 2. tit. 7. Quod iidem ibi cavetur de litteris superiorum Prælatorum Regularium, exceptis iis quæ spectant ad internam, & ordinariam gubernationem, ut habetur tom. 2. tit. 7. num. 5. Videntur D. Frass. sup. cap. 7. numer. 15. & 19. cum seqq.

Ad Num. 5.

Inter cæteras causas, propter quas ad Bullarum retentionem devenitur, illa præcipua habetur, si extero Beneficium Ecclesiasticum per Sedem Apostolicam conferatur, Solorzan. sup. lib. 3. cap. 19. num. 10. cautè enim, ac providè Regiis nostris Constitutionibus aditus alienigenis præcluditur, ne Beneficia Ecclesiastica valeant adipisci, l. 14. cum seqq. l. 25. titul. 3. lib. 1. Recop. Idemque de pensionibus cavetur l. 18. eod. tit. Similiter quoad Indiarum Ecclesias non semel per Regia rescripta prohibetur, ne exteri ab Hispania ad Beneficia admittantur. Solorz. d. cap. 19. ex num. 5. qui fusè rem prosequitur, de quo etiam latè Azeved. in d. l. 14. Recopil. Salgad. de retent. Bullar. part. 1. cap. 10. n. 69.

Et generaliter ejusmodi Beneficia potius 29 oriundis, quàm exteris esse conferenda, probatur ex l. 13. tit. 15. part. 1. observant Solorz. ubi proxime, Flamin. de resig. Benefic. lib. 4. q. 7. Azeved. ubi pronuper, Azor. Instit. moral. part. 1. lib. 6. cap. 4. Greg. Lop. in d. l. 13. gloss. 2. & 3. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 5. n. 23. Garc. de Benefic. part. 7. cap. 9. n. 2. Valenz. conf. 34. n. 79. Borel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 51. Mar. Mura ad Constit. Regn. tom. 3. cap. 7. numer. 51. Burg. de Paz in l. 3. Tauri, n. 125. Did. Per. in l. 18. tit. 3. lib. 1. Ordin. D. Frasso de Reg. patron. Indiar. cap. 3. n. 13. ubi quamplures.

Ex

- 30 Ex quo deducitur, si quis beneficium impetrauerit, non exprimens ex quo oppido, siue dioecesi ortus sit, vel aliunde se oriundum, fingens, gratia ob vitium subreptionis non subsistet. Solorz. *sup. tom. 2. lib. 3. cap. 19. n. 9.* Greg. Lop. *in d. l. 13. gloss. 3.* Azeved. *ubi proximè, numer. 7.* Garc. *sup. part. 8. cap. 9. num. 16.* & alii apud Barbof. *colleç. cap. Proponente, num. 7. de rescript.* nam ea qualitas tanti momenti habetur, ut cognitio quod precator non erat ex Dioecesi, ubi beneficium vacabat; collationis gratia verosimiliter denegaretur.
- 31 In Hispania sunt Episcopatus quidam, nempe Burgenfis, Calagurritanus, Placentinus, in quibus beneficia necessariò sunt conferenda natis intra oppidum ubi beneficium existit, si quis idoneus proponatur, unde beneficia patrimonialia vocitantur: idemque observari præcipitur ubicumque talis vigeat consuetudo, *l. 23. tit. 3. libro 1. Recop.* atque ita si in derogationem ejus consuetudinis per Pontificium rescriptum Beneficium conferretur, esset locus retentioni, ut exequutio suspensa maneret, *l. 25. tit. 3. lib. 1. Recop.*
- Verf. Unde sanctissimum esset.
- 32 Hæc repetit Azeved. *in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recop.* qui pluribus suadet rationibus quantum expediat, ut quis in sua patria beneficium Ecclesiasticum administret, exclusis exteris, & à regno extraneis.
- Ad Num. 6.
- 33 Per Bullarum retentionem Sedis Apostolicæ autoritas non decrescit, quin potiùs augetur, quandoquidem submissis precibus per supplicationem exornatur: nec Majestas læditur, cum exequutio rescriptorum ex justis, ac legitimis causis suspenditur, ut perfectè Princeps instructus voluntatem exequendam patefaciat: nec quicquam irreverentiæ ex hoc subditis imputandum, quod non paucis Constitutionibus præcipitur, de quo Salg. *de retent. Bullar. part. 1. cap. 1. num. 1. & 2. & cap. 3. à princ.* Azeved. *in l. 14. num. 33. & 46. tit. 3. lib. 1. Recop.* Bovad. *sup. lib. 2. cap. 18. num. 208.* Valenz. *conf. 105. à n. 94.* Cævall. *de cognit. per viam viol. q. 6. à num. 62. ac comm. cont. commun. q. 897. n. 333.* & alii per Solorz. *laudati d. lib. 3. cap. 19. n. 10. & 11.*
- 7 Derogatio juris patronatus laicorum non præsumitur, & quare.
- 9 Beneficia, quæ in Curia vacant, si sint patronatus Ecclesiastici, sine assensu patroni conferuntur: secus si patronatus laicorum existant.
- 10 Legatus de latere quæ beneficia valeat conferre, non assentiente patrono, & numer. 11.
- 12 In reservatione Beneficiorum non veniunt quæ sunt patronatus laicorum, vel mixti.
- 13 De differentiis inter patronatus, remissivè.
- 14 Quando patronatus habeatur Ecclesiasticus, laicalis, vel mixtus, remissivè.
- 15 In dubio præsumitur Ecclesiasticus.
- 16 Ex persona patroni dignoscitur in dubiis qualis sit patronatus.
- 17 Clericus potest habere patronatum laicalem.
- 18 Clerico acquirente jus patronatus, bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, erit Ecclesiasticus patronatus.
- 19 Principes solent mendaciis precum, aut importunitate denegandum concedere.
- 20 Derogatio juris patronatus laicorum in Hispania non sustinetur, sed Pontifex per supplicationem exoratur.
- 21 Quibus ex causis in Hispania litteræ Pontificiæ retinentur, remissivè.
- 22 Pontifex frequenter disponit de beneficiis vacantibus in Curia per obitum, cum expressa derogatione juris patronatus laicorum, modò ad Principes presentatio non spectet: & quid in Hispania observetur, ibid.
- 23 Quæ Beneficia apud nos licet vacant in Curia per Sedem Apostolicam non conferantur.
- 24 An idem sit vacare Beneficium in Curia, vel apud Sedem Apostolicam, aut in Urbe, quoad reservationem?
- 25 Aliquando licet Beneficium in Curia decedat, non dicitur vacare Beneficium in Curia, ut reservationi locus sit.
- 26 Beneficia vacantia in Curia ubi non subjacent reservationi quoad jus patronatus utrum per Pontificem aut per Ordinarium conferantur?
- 27 Patronatus sui naturâ laicalis quomodo fieri possit Ecclesiasticus.
- 28 Ecclesiasticus quando in laicalem transferri possit.
- 29 Limitatur resolutio posita n. 27. circa translationem patronatus laicorum in Ecclesiasticum.
- 30 Si Episcopatus habeat annexam temporalem dignitatem, ratione cujus patronus existat: erit Ecclesiasticus patronatus.
- 31 Patronatus communis laico, & clerico quoad favorabilia Ecclesiasticus erit, aut laicalis secundum utriusque naturam, & n. 22.
- 32 Quod si patronatus ad collegium Ecclesiasticorum, ac laicorum spectet.
- 33 Ubi dubium emerferit circa naturam patronatus, inspicere debet Ecclesiæ utilitas, ut ex ea decidatur.
- 34 Si ex conventionem patroni clericus, & laicus alternis vicibus presentent, pro vice clerici patronatus Ecclesiasticus habebitur, pro vice laici laicalis.
- 35 Jus patronatus multifariam acquiritur.
- 36 Prærogativæ juris patronatus laicorum duntaxat tribuuntur acquisito ex causa onerosa, velus ex constructione Ecclesiæ.

S U M M A R I U M.

- 1 Exequutio Bullarum suspenditur ipsis retentis, quoties per illas juris patronatus laicorum læditur, Beneficio impetrato absque assensu patroni.
- 2 Pontifex potest derogare juri patronatus, etsi ad supremum Principem spectet.
- 3 Non derogat patronatui laicorum, nisi de eo in litteris expressim mentione facta.
- 4 Ecclesiastico tacitè derogat.
- 5 Si patronatus ad Regem, aut Magnates pertineat, mentio fieri debet specifica dignitatis patroni ad derogationem, & n. 8.
- 6 Clausula generaliter derogante juris patronatus ad quemcumque pertineat, non includitur quod laicorum est.

- 37 Ratio expenditur, & declaratur, numero 38. in fin.
- 38 Patronatus non ex causa onerosa quæsitus, si dubitetur an sit Ecclesiasticus, aut laicorum, quomodo decidendum.
- 39 Probata longæva quasi possessione præsentandi, si allegetur patronatus acquisitus ex donatione, vel constructione Ecclesiæ, laicalis censetur, & quanti temporis possessio desideretur.
- 40 In Regio patronatu non procedit distinctio de qua supra, num. 36.
- 41 Idem dicendum in Hispania de quovis laicorum patronatu, cujus derogatio non admittitur, etsi non ex causa onerosa comparatum esse constet.
- 42 In dubio patronatus creditur obtentus ex causa onerosa.
Bulle derogatorie juris patronatus laicorum in Hispania retinentur, quamvis solum nocent existenti in quasi possessione præsentandi, qui patronus verus non sit, ibid.
- 43 Pendente in curia iudicio super Beneficio, aut jurepatronatus, solet summus Pontifex illud conferre sine assensu patroni laici, nec opus est expressa derogatione.
- 44 Si uterque præsentatus ante collationem Romæ obierit, non dicitur Beneficium in Curia vacare, ut sit locus derogationi, aut reservationi.
- 45 Quid si duo jam instituti Romæ litigantes, unus in Curia, alterque extra illam decedant.
- 46 Duobus præsentatis litigantibus ob dissensum patronorum, si uni mors contingat, an possit patronus alium subrogare?
- 47 Limitatur hoc.
- 48 Si ex præsentatis litigantibus alter in Curia decesserit, poterit Pontifex colliganti beneficium conferre absque novo assensu patroni.
Sed tertium instituere non solet, etsi ambo facto cesserint, Pontifex si laicorum sit patronatus, ibid. & num. 50.
- 49 Cum ex duobus præsentatis litigantibus alter obiit, iudicium cum supervivente peragitur: & si pro isto non feratur sententia, patronus iterum præsentare valet intra tempus legitimum à die sententiæ.
Regi nostro tempus non labitur, ne præsentare possit, ibid.
Si patroni propter inter eos motam controversiam in tempore legitimo non præsentent, Beneficium liberè conferri potest, ibid.
- 51 Patronatus ad confraternitates pias spectans an sit Ecclesiasticus?
- 52 Permutatio Beneficiorum an desideret patroni consensum? & num. 53. & 54.
- 55 Renuncians beneficio permutationis gratiâ; utrum ad illud redire valeat, si ex defectu assensus patroni irrita declaretur?
- 56 Quæ Beneficia permutare non liceat in Hispania, & Indiis.
- 57 Resignatio Beneficii nisi consentiente patrono, non subsistit: ex hac autem resignatione si Beneficium conferatur, Bullæ retinentur in Hispania, numero 59.
- 59 Resignans invalidè ex defectu assensus patroni, non privatur Beneficio.
- 60 In novo Indiarum orbe resignatio est vetita.
- 61 Pontifex ex Beneficio pensionem concedere potest, non requisito patroni assensu: quod declaratur numero 67. & 70.
- 62 De intellectu capitis penultimi de jurepatron. remissive.
- 63 Rector Ecclesiæ an possit Vicarium constituere absque assensu patroni? & num. 64.
- 65 Quid de coadjutore, ut post mortem Rectoris in Beneficio succedat.
- 66 Vacante Ecclesia, interim dum Rector instituitur, potest Prælati, inconsulto patrono, administratorem constituere.
- 67 Quid de inferioribus servientibus Ecclesiæ, quos Rector designat.
- 68 Beneficia Regii patronatus in Hispania, nisi Rex assentiatur, pensione non onerantur.
- 69 Pontifex poterit uni ex litigantibus beneficium conferre ea conditione, ut annuam quantitatem adversario persolvat, tuncque patroni assensus non desideratur.
- 71 Pensio Ecclesiastica Beneficium non est.
- 72 Fallit si in titulum Beneficii concedatur cum onere alicujus Ecclesiastici ministerii.
- 73 Quæ beneficia in Hispania pensionem non admittant.
- 74 Ad unionem Ecclesiarum, seu Beneficiorum patroni assensus debet intervenire.
- 75 Quid ubi Pontifex Ecclesias unit.
- 76 Quid si inferior Prælati ad unionem ex causa procedat.
- 77 Ut electus Episcopus retineat beneficia ex Pontificis dispensatione, non exigitur patroni consensus.

CAPUT XXXVI.

L Ege 25. titul. 3. lib. 1. Recopil. recensentur lex causæ, ex quibus licet Bullas Pontificias retinere in Hispaniæ Regiis Prætoriiis. Inter eas præcipua dignoscitur derogatio juris patronatus laicalis, sive Regis, sive privatorum; nam si in Curia Romana Beneficium impetretur absque assensu, seu præsentatione patroni laici, aut clerici, si patronatus Ecclesiasticus non est, exequutio per litterarum retentionem suspenditur interposita ad Sanctissimum supplicatione. Salgad. de retent. Bullar. p. 1. cap. à num. 138. & cap. 13. num. 59. Azeved. in l. 5. numero 1. tit. 6. lib. 1. Recop. Cævall. tract. de cognit. per viam violent. in prolog. num. 151. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 33. Monter. in pract. tract. 5. de las Chancillerias, tit. Si-guese el quarto processo, vers. El tercero quando, Cur. Philip. par. 1. §. 5. num. 4. D. Frasso cum aliis de Reg. patronatu Indiar. tom. 1. cap. 3. numero 48. Utrum Bullas secundæ, aut tertiæ jussionis liceat retinere, exequutione impedita, disputat Salgad. d. cap. 3. §. unic.

Ad Num. 1.

Summus Pontifex valet omni patronatus juri derogare, conferens Beneficia nullo interveniente assensu, seu præsentatione patronorum, etsi ad supremos Principes laicos patronatus spectent, Salgad. d. cap. 3. numero 12. Tondut. quæstion. benefic. part. 2. cap. 4. §. 9. num. 33. Barbosa de Jur. Eccles. libro 1. cap. 2. numero 176. D. Frasso n. 39. & 45. Cævall. comm. cont. comm. quæst. 897. numero 429. Tusch. lit. 1. conclus. 618. num. 12. Vivian. de jurepatron. lib. 3. cap. 3. vers. Vigesima nona sub n. 24. Villalob. Ærar. comm. opinion. lit. 1, n. 314. Sanch. consil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 54. num. 2. Greg. Lop. in l. 13. gloss. 9. tit. 15. part. 1.

Ibi

Ibi: *Quæ tamen est intelligenda.*

3 Ut, juripatronatus laicorum deroget Sanctissimus, de illo mentio fieri debet, nec derogatio subintelligitur per simplicem Beneficii collationem. Gregor. Lop. & Barbosa *ubi proximè*, Sanch. num. 3. Vivian. lib. 14. cap. 1. n. 100. Azeved. in l. 5. n. 2. tit. 6. lib. 1. Recop. Villalob. n. 515. Did. Per. in l. 2. vers. *procedit quando*, tit. 6. lib. 1. Ordin. D. Frass. cum aliis d. cap. num. 39. Quid si patronatus sit privilegio, aut præscriptione quæsitus, vide infra, n. 36.

Ad Num. 2.

4 Si patronatus sit Ecclesiasticus, quoties Pontifex Beneficium absolute confert, nulla de illo facta mentione, tacite ipsi, & patroni juri derogare censetur. Vivian. lib. 14. cap. 1. numero 124. & cap. 2. num. 7. Sanch. numero 7. D. Frass. num. 38. Did. Per. *ubi nuper*, Salgado de reg. protecl. part. 2. cap. 9. num. 102. Barbosa collectan. cap. 9. *Cum dilectus*, num. 4. de jurepatron. Solorzan. sup. dict. libro 3. cap. 3. numero 12.

Ibi: *Imò si jus patronatus.*

5 Cum patronatus spectat ad supremos Principes, aut Proceres, velut ad Ducem, vel Comitem, ut derogatio fortiatum effectum, non sufficit generalis mentio juris patronatus laicorum, sed requiritur specifica, & determinata, cum expressione dignitatis patroni, cui præjudicium inferitur. Sanch. dub. 55. n. 6. Solorzan. de jur. Indiar. libro 3. cap. 2. n. 18. tom. 2. Vivian. dict. cap. 1. num. 122. Alfar. de offic. Fiscal. gloss. 2. num. 19. Barbosa de potest. Episcop. part. 3. alleg. 57. num. 78. Didac. Per. *ubi seqq.* D. Frass. de Reg. patronat. Indiar. cap. 3. n. 47. ubi alii.

Ibi: *Quod autem diximus.*

6 Licet Pontificiis literis clausula inseratur, *Non obstante quod presentatio ad quemcunque patronum spectet*; non idè tamen derogatum censetur juris patronatus laicorum. Sanch. conf. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 54. num. 5. Vivian. num. 104. Did. Perez *ubi sup.* Spin. de testam. gloss. 4. n. 44. Azeved. in d. l. 5. Recop. numero 3. Villalob. n. 316. Barbosa collect. Clem. 2. in fin. de præbend. Nec enim solet Pontifex juripatronatus laicorum derogare, nisi ex causa, ut videre licet apud Tondut. *quæst. beneficial. part. 2. cap. 4. §. 9. ex num. 33.* Barbosa de jure Eccles. lib. 3. cap. 15. n. 144. Vivian. sup. lib. 14. cap. 2. nu. 8. cum seq. qui causis referunt, propter quas contingit, ut Pontifex juripatronatus laicali præjudicet.

7 Unde cum difficilè, & non frequenter ad ejusmodi derogationem deveniatur (ut laici ad fundandas, ac dotandas Ecclesias excitentur) nunquam illam præsumitur. Gregor. Lop. in l. 13. gloss. 9. tit. 15. p. 5. nec clausula generali derogante comprehenditur, quæ restringitur ad patronatum Ecclesiasticum, cui facile, ac sæpe derogari solet; nam verba interpretantur secundum consuetudinem proferentis, l. Labeo 7. §. 1. de supellecl. legat. l. Mela 14. vers. D. de Faria Covar. Enucl.

Sed si alimenta, de aliment. legat. nec ad casus insolitos referuntur, maxime in tertii præjudicium. Barbof. axiom. 222. num. 42. & 45. & consuetudo Principis mentem interpretatur. Barbosa collect. cap. *Cum dilectus*, n. 7. de consuetud.

Præterea in patronatu Regio, & Magnatuum idè non inducitur derogatio, facta mentione generaliter de patronatu laicorum, tum quia illi raro, ac difficilè præjudicium inferitur: tum etiam quòd sub generali dispositione non veniunt personæ singulares, & ordinis eminentioris. Barbosa ex aliis collect. cap. Sedes 15. num. 6. & 7. de rescript. Et hæc pro ratione præmissarum conclusionum dixisse sufficiat, quæ itidem locum obtinent in patronatu mixto, partim Ecclesiastico, & partim laicali. Vivian. lib. 14. cap. 1. num. 111. Tusch. lit. I, concl. 618. num. 3. & 13. Villalob. sup. lit. I, num. 319. cum seq.

Ibi: *His accedit, quod & reservatione.*

Subjungitur aliud discrimen inter patronatum Ecclesiasticum, & laicalem, nam etsi provisio Beneficiorum, quæ vacant in Curia, jure sit reservata Pontifici, ita ut ea conferat, contempto consensu patroni; id tamen intelligitur de solo Ecclesiastico, non de laicali patronatu, Sanch. sup. d. libro 2. cap. 3. dub. 54. num. 12. Tondut. part. 1. cap. 87. numero 4. Barbosa de potest. Episcop. part. 3. allegat. 57. num. 26. & collect. cap. 2. num. 12. de præbend. in 6. Cævall. commun. cont. commun. quæst. 897. num. 452. Vivian. de jurepatron. lib. 1. cap. 3. num. 24. vers. *Nona*, D. Frass. cum plurimis sup. cap. 3. num. 37. Quòd pariter in patronatu mixto procedit. Barbosa d. num. 26. Benè verum est, quod consuevit Pontifex derogare juripatronatus laicali, ubi Beneficium vacat in Curia, præsertim in mixto, nisi spectet ad Reges, aut alios Principes inferiores. Vivian. lib. 14. cap. 2. num. 8. 10. & 11. De patronatu acquisito ex privilegio, aut præscriptione, vide infra, n. 39.

Ibi: *Cui suffragatur textus in cap.*

Legatus de latere confert Beneficia patronatus Ecclesiastici sine præsentatione, aut assensu patroni: nec derogatione expressa, aut ejus mentione opus est, l. 13. tit. 15. p. 1. ubi Gregor. Lop. gloss. 9. Sanch. sup. n. 7. Vivian. lib. 14. cap. 1. num. 133. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 17. Cævall. comm. cont. comm. q. 613. Barbosa cum aliis de Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. n. 38. & collect. cap. *Cum dilectus*, num. 4. de jurepatron.

Aliud juris est quoad patronatum laicorum, cui Legatus ille nec tacite, nec expressè valet derogare. Gregor. Lop. *ubi proximè*, Garc. numero 63. Tusch. lit. I, concl. 614. numero 1. Vivian. *ubi nuper*, & lib. 1. cap. 3. numero 24. vers. *Vigesima nona*, Barbosa d. cap. 5. num. 44. & d. collect. numero 4 ubi alii, quod utriusque in mixto patronatu observatur. Tusch. *ubi proximè*, Garc. num. 67. Barbosa ex aliis d. cap. 5. num. 45. Verùm hæc ita se habent quoties patronatus laicalis competit ex fundatione, vel dotatione, non si præscriptione, seu privilegio

D d

gio

gio acquisitum esse constet; in hoc enim Legatus permittitur Beneficia conferre liberè, sicut in merè Ecclesiastico, cum patroni contemptu. *Vivian. nu. 134. Garc. n. 72. Sanch. n. 8. Barbosa n. 146. & alii.*

Ibi: Illud constat, Beneficia.

- 12** Sub reservationibus Sedis Apostolicæ nequam continentur Beneficia, quorum præsentatio laicis competit, aut clericis ratione patrimonii. *Sanch. Conf. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 53. vers. Prima, Azeved. in l. 5. n. 3. ad fin. tit. 6. lib. 1. Recop. Cævall. comm. cont. comm. q. 897. num. 454. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 18. n. 2. D. Frasso cum plurimis de Reg. patron. Indiar. cap. 3. num. 37. Eadem gaudent exemptione patronatus mixti, Barbosa de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 15. Tondut. quæst. benefical. part. 2. cap. 3. §. 2. n. 42. An hæc procedant in patronatu ex privilegio, aut præscriptione, infra tradetur, num. 36.*

Ibi: Sunt & aliæ differentia.

- 13** Octo super quadraginta differentias inter Ecclesiasticum, & laicalem patronatum cumulat *Vivian. de jurepatron. lib. 1. cap. 3. num. 24. nonnullas, & præcipuas refert Sanch. ubi proxime. In quibus differat juspatronatus istud ab illo, quod manumissor obinet in liberto, fusè tradit idem Vivian. n. 26.*

Verf. Distinguitur autem.

- 14** Quando patronatus Ecclesiasticus, laicalis vel mixtus censetur, fusè docent *Sanch. d. dub. 53. Greg. Lop. in l. 13. gloss. 7. tit. 15. p. 1. Garc. de Benef. part. 5. cap. 1. num. 553. cum seqq. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. à princip. Vivian. de jurepatron. lib. 1. cap. 3. Barbosa d. cap. 12. à princip. D. Frasso sup. cap. 3.*

Ibi: Ubi explicat quid in dubio.

- 15** Si dubitari contigerit, qualis sit patronatus, Ecclesiasticus præsumitur. *Barbosa de potest. Episc. part. 3. allegat. 72. n. 133. Vivian. lib. 7. cap. 1. n. 12. Mar. Antonin. variar. lib. 1. resol. 109. num. 10.*
- 16** Sed si Clericus habens Beneficium, & bona patrimonialia Ecclesiam construat; nec indagari possit quibus ex bonis, patronatus mixtus reputabitur. *Sanch. d. dub. 53. numero 5. Garc. sup. numero 593. D. Frasso. cum aliis d. cap. 3. num. 16. Attamen in hujusmodi dubiis inspicere oportet, quis sit in quasi possessione præsentandi, an clericus, vel laicus; nam qualis patronus, talis patronatus judicabitur. Vivian. lib. 1. cap. 3. num. 19. Mascard. de probat. concl. 960. num. 12. Tondut. sup. part. 1. q. 87. n. 11. Valenz. conf. 63. num. 79. D. Frasso. cap. 5. num. 43. qui cum aliis ampliatur, etsi laicus præsentet ad Beneficium ex bonis Ecclesiasticis per Clericum institutum.*

Ibi: Nec refert, patronum esse Clericum.

- 17** Clericus potest habere laicalem patronatum, si illum ab alio per successionem, dona-

tionem, aliumve titulum legitimum obtinuerit, aut si ex patrimonio Ecclesiam construxerit, vel dotaverit. *Gregor. Lop. d. gloss. 7. Sanch. n. 1. & 3. Vivian. n. 11. Tusch. lit. I. conclus. 619. nu. 4. Mascard. sup. n. 9. D. Frasso. cap. 3. nu. 23. Cabed. de patron. Reg. Coron. cap. 1. n. 1. Barbosa d. cap. 12. n. 13. & 14.*

Sed si Clericus ex bonis intuitu Ecclesiæ 18 quæsitis Ecclesiam ædificet, aut aliter juspatronatus comparet, id Ecclesiasticum erit. *D. Frasso ex multis numero 12. & cæteri nuper laudati. Imò si laicus ex bonis Ecclesiasticis dotet Ecclesiam aut Beneficium instituat, patronatus Ecclesiasticus habebitur, Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. numero 593. Tondut. quæst. Benefic. part. 3. cap. 193. num. 6. D. Frasso. d. cap. 3. num. 13.*

Ad Num. 3.

Frequenter Summus Pontifex, sicut & Principes sæculares, aut mendaciis decepti, aut importunitate vexati deneganda concedunt: quod egregie profequitur *Salgad. de retent. Bullarum part. 1. cap. 3. à princip. ultra alios, quod laudamus sup. cap. proximo, in fin.*

Ibi: Apud Hispanos minimè.

Derogatio jurispatronatus Regii, aut laicorum in Hispaniis de more neuiquam sustinetur, & Pontificia rescripta, quæ illi officiant, per Regia Prætoria retineri solent, executione suspensa, dum Sanctissimus per supplicationem exoratur, *l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. Salgad. d. cap. 3. §. unic. numero 7. & cap. 10. §. unic. nu. 101. Cævall. commun. cont. commun. q. 897. num. 324. Parlador. different. 120. §. 1. num. 8. Azeved. in l. 5. num. 2. tit. 6. lib. 1. Recop. Spin. de testam. gloss. 4. numero 45. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. numero 20. Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 557. D. Frasso. de Reg. patron. Indiar. cap. 3. num. 48. An secundæ jussionis Bulla possit retineri, tradit *Salgad. d. cap. 3. §. unic. per totum, & utrum post executionem literarum huic remedio sit locus, disputat idem Salgad. cap. 10. à princip.**

Verf. Olim in his Hispaniarum.

Hæc omnia habentur *in l. 25. tit. 3. lib. 1. 21 recop. de quibus Azeved. in l. 5. tit. 6. lib. 1. Recop. Paz in praxi, temp. 1. ex numero 26. Cævall. d. q. 897. num. 461. cum seqq. & alii prælaudati, præsertim Salgadus, qui part. 1. cap. 9. per totum controvertit, an præter casus lege regia expressos, in similibus liceat literas Pontificias retinere? Et resoluit num. 13. quod ex rationis identitate decisio præfatæ constitutionis locum habebit, quoties publica utilitas, & pacis conservatio exposulaverit, ut violentia tollatur. Unde causas justas ad retentionem Bullarum esse in arbitrio Senatorum, scribit *Rodrig. quæstion. regular. tom. 1. q. 6. art. 7. quem refert Salgad. part. 1. cap. 2. num. 93. & ita usu receptum probat d. capis. 9. en num. 51. vers. Quo quidem igitur, ubi nonnullas memoratur extensiones legibus extat illa, ne Ordinariis cognitio causarum in prima instantia auferatur, juxta Concilii Tridentini decre-**

cretum, quod observari cavetur *l. 59. tit. 4. lib. 2. Recop.* & præcipitur, ut per Regium Concilium Bullæ Pontificiæ in derogationem jurisdictionis Ordinariæ retineantur, de quo plenissimè idem Salgad. *ubi nuper, part. 2. per tot. & plures quos laudat cap. I. n. 27.*

Verf. Nos verò.

De retentione Bullarum, per quas derogatur juripatronatus Regio, vel laïcorum, consulas quos congestimus supra, n. 20.

Ad Num. 4.

- 22 Quamquam Beneficia jurispatronatus laïcorum non officiantur reservatione vacantium in Curia, *ex cap. 2. de præbend. in 6.* ut jam prænotavimus; solet tamen Pontifex ea Beneficia conferre absque assensu patroni, derogans expressè patronatui laïcorum. Tondut. *quæst. benefic. part. 2. cap. 4. §. 9. num. 33.* Vivian. *de jurepatron. lib. 14. cap. 2. num. 8.* ubi alii. Verùm ea potestate non utitur Pontifex quoad Beneficia quorum præsentatio spectat ad Reges, Duces, vel alios Proceres. Vivian. *n. 10.* Tondut. *ubi proximè, vers. Si tamen, Flamin. de resign. Benefic. lib. 2. cap. 4. n. 47.* Quod autem diximus de derogatione solita jurispatronatus laïcorum restringitur ut procedat cum Beneficium vacat in Curia per obitum, non alia ratione. Vivian. *n. 9.* Flamin. *n. 45.* Apud nos verò ejusmodi derogatio etiam expressa non admitteretur; imò retentis literis, ad Sanctissimum supplicaretur, ut noster Præses probat, & ex præmissis apparet.

Verf. Similiter si beneficia.

- 23 Videas Sanch. *Consil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 54. num. 12.* Garc. *de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 119.* Barbos. *collect. capit. 2. n. 16. de præbend. in 6.* Sed quicquid de jure sit, quoad regna Castellæ, ac Legionis Canonicatus Doctorales, & Magistrales nulla continentur reservatione, ex Bulla expedita anno 1520. cujus meminit Barbosa *tract. de Canonic. cap. 28. num. 26.* Nec dubium quin si fortè aliquis Canonicus ex his in Curia Romana fato cederet, & Summus Pontifex alium subrogaret, literarum retentioni locus fieret, ut statuitur *l. 25. tit. 3. lib. 1. Recop.* & observant. Salgad. *sup. part. 1. cap. 9. num. 52. vers. Et eadem ratione, Paz in praxi, temp. 2. num. 26.* Cævall. *commun. cont. comm. q. 897. num. 462.* Idem dicendum de Canonico Pœnitentiario, necnon de illo qui ex Tridentino pro lectura in Cathedralibus institui debet, ut ex identitate rationis observat Salgad. *ubi proximè.* Similiter dicendum de nostris matrimonialibus, *ex d. l. 25. Recop.* Salgad. *sup. cap. 10. num. 22.* Paz & Cævall. *ubi pronuper, Avendañ. de exeq. mand. cap. 1. n. 32. vers. Item ex eadem.*

Verf. Ceterùm ad hanc.

- 24 Quoad reservationis effectum idem est, Beneficium in Curia vacare, vel apud Sedem Apostolicam. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 27. num. 14.* Tondut. *quæst. beneficial. part. 2. D. Faria Covar. Enucl.*

cap. 3. §. 2. num. 15. Sed quoad verborum proprietatem, & usum differentiam (prout D. Covar.) constituunt Lotter. & Tondut. *ibidem, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. numero 48.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. allegat. 57. num. 24. vers. An idem sit,* ubi alii. Utrum versetur discrimen inter vacationem Beneficii in Urbe, aut in Curia circa reservationem, tradit Barbosa *collect. cap. 2. num. 17. de præb. in 6.*

Hic observare libet, quod licèt Beneficiarius obeat Romæ, non dicitur vacare Beneficium in Curia ut reservationi locus fiat, veluti si in Urbe consistat, aut decedens Romæ ut originarius, seu domiciliarius habitaret, tametsi extra urbem possideret. Tondut. *ubi proximè, Barbosa d. allegat. 57. numero 31. & 32.*

Ad Num. 5.

Quamquam Beneficia patronatus laïcorum, quæ in Curia vacant, non subjeant reservationi capitis *2. de præb. in 6.* ut prænotatur, dubium tamen libera censeantur quoad institutionem? Et D. Covar. distinguit, ut in Episcopatibus, Abbatibus, Decanatibus, ac similibus Dignitatibus patronus cogatur Pontifici præsentare: in minoribus verò Beneficiis apud Episcopum, vel Ordinarium. Sanchez *Consil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 54. num. 13.* Verùm Episcopatus, ac majora Beneficia alias sunt reservata ex regulis Cancellariæ ubicunque vacaverint.

Verf. Secundò illud erit.

Si laicus ex proprio matrimonio templum construi faciat, & patronatum ejus assignare à principio, vel jam acquisitum sibi, transferre poterit in Ecclesiam, & Ecclesiasticus patronatus. Idem erit si ad collegium Clericorum applicetur. Gregor. *Lop. in l. 13. gloss. 7. titul. 15. part. 1.* Sanch. *d. cap. 3. dub. 53. num. 4.* Vivian. *de jurepatron. lib. 1. cap. 3. numero 2.* Garc. *de Benef. part. 5. cap. 1. num. 553.* Flamin. *de resign. Benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 39.* Barbosa *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 9.* D. Frasso cum pluribus *de Reg. patron. Indiar. lib. 3. cap. 17. & 19.* Valenz. *conf. 151. num. 55.* Quod ampliat Barbosa tametsi in foundatione caveatur, ut propter clericorum negligentiam patronatus devolvatur ad laicos, quia interim dum casus adveniat, Ecclesiasticus reputabitur.

Ex contrario patronatus Ecclesiasticus efficitur laicalis, veluti si permutatione, aut alio titulo transeat jus in sæcularem, superioris intercedente auctoritate. Barbosa *de potest. Episc. part. 3. allegat. 72. n. 128.* & fufius *de Jure Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 16.*

Quod autem numero 27. præmissimus, limitatur primò si patronatus donator expresserit, ut ille semper laicalis perseveret. Barbosa *d. cap. 12. numero 12.* Vivian. *sup. numero 20.* Secundò si per ingressum patroni patronatus in Religionem trantierit, cum illum per successionem tanquam de familia obtinuerit: quia non immutatur natura patronatus, licèt sit penes Religionem, quamdiu Religiosus vixerit. Tertiò, quoties aliquis jus præsentandi duntaxat Ecclesiæ concedit, reservato jurepatronatus.

D. Frasso *de reg. patron. Indiar. cap. 3. nu. 18.* nec enim implicat, ut unus præsentet, & alter juspatronatus habeat, cum separari possint. Vivian. *lib. 1. cap. 3. in fin. D. Frass. num. 2.*

- 30 Sed si Episcopus habeat patronatum ratione temporalis dignitatis, ut Ducatus, vel Marchionatus, ille censetur Ecclesiasticus, cum sit Episcopatus annexus, prout ipse Ducatus, sub quo continetur. Vivian. *de jurepatr. d. cap. 3. num. 3.* Barbosa *d. cap. 12. num. 9.* D. Frass. *num. 9.*

Verf. *Tertio, opportunè queritur.*

- 31 Si patronatus jus Clerico, & laico commu-
ne sit, quoad derogationem, reservationes, &
reliqua favorabile laicale habebitur; sed quoad
tempus præsentandi, & alia, in quibus fa-
vor versatur, Ecclesiasticum reputabitur: ex
quo hic patronatus mixtus præ cæteris est fa-
vorabilis, in cujus derogationem si literas Pon-
tificias expediri contigerit, exequutio suspen-
detur, *ex l. 25. titul. 3. libro 1. Recopil. Sal-
gad. de Reg. prolect. part. 3. cap. 9. num. 112.*
Sanch. *sup. d. cap. 3. dub. 53. num. 11.* Greg.
Lop. *in l. 13. gloss. 7. tit. 15. part. 1.* Barbosa
*de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 18. & de
potest. Episc. part. 3. allegat. 72. num. 131. cum
seq. Tondut. quest. benefic. part. 1. cap. 87. nu-
mero 13.* D. Frass. *cum pluribus d. cap. 3. num.
21.* Unde licet Beneficium curam animarum
habeat annexam, non fiet examen per concur-
sum. Barbosa *d. cap. 12. num. 19.* Sed aliud
videtur Salgad. *d. cap. 9. ex n. 107.* quia Eccle-
siaz interest, de quo iterum Barbosa *de potest. E-
pisc. alleg. 60. n. 17.*

Ibi: *Quod si juspatronatus ad
laicum.*

- 32 Si ejusdem Ecclesiaz duo sint patroni cleri-
ci, ratione Ecclesiasticæ dignitatis, seu offi-
cii, & alius laicus, patronatus Ecclesiasticus
æstimabitur. Sanch. *ubi proximè, Tondut. sup.
n. 14.* Verùm hoc in favorabilibus duntaxat
admittunt Vivian. *sup. lib. 7. cap. 1. num. 10.*
Barbosa *d. allegat. 72. num. 131.* D. Frasso
cum non paucis d. cap. num. 32. Quod si pa-
tronatus ad collegium Ecclesiasticorum, & lai-
corum spectaverit, numerus collegarum inspi-
citur, ut qualis ille sit, decidatur. D. Frasso
n. 21. Sanch. *d. dub. 53. n. 7.* ubi quod erit
Ecclesiasticus, cum par personarum utriusque
status reperiatur.
- 33 Ubi occurrerit dubium circa naturam patro-
natus, talis censeretur debet, qualem esse oportet
ad Ecclesiaz utilitatem. Salgad. *d. cap. 9. n.
105.* Gregor. Lop. *ubi sup. Solorz. de jur. In-
diar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. n. 5.*
- 34 Si inter patronum Clericum, ac laicum
convenerit, ut alternatim fiat præsentatio, pro
vice Clerici Ecclesiasticus, & pro vice laici
laicalis, patronatus reputabitur quoad juris effe-
ctus. Et licet expressim Pontifex deroget juri-
patronatus mixto, non nocebit tamen laico,
si tunc ad eum spectet præsentatio. Barbosa *de
Jur. Ecclesiast. lib. 3. cap. 12. num. 17.* Vivian.
sup. lib. 1. cap. 3. num. 18. Quæ ita se habent,
etiam nulla superioris autoritas ad eam conven-
tionem intercesserit. Azeved. *in l. 9. n. 2. tit. 6.
lib. 1. Recop.*

Ad Num. 6.

Juspatronatus multifariam acquiritur, vel ex 35
causa onerosa, cum scilicet quis construit, aut do-
tat Ecclesiam; vel ex gratia Pontificis illud con-
cedentis, sive consuetudine, seu præscriptione.
Sanch. *Conf. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 48. à n.
3.* Vivian. *de jurepatr. lib. 2. cap. 9.* Barbosa *de
Jure Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 28. cum seqq.*

Quæ igitur hucusque de exemptione, ac 36
prærogativis patronatus laicalis præmissimus,
restringi debent ad eum, qui fundatione, vel
dotatione competit; nam ex privilegio, vel
præscriptione quæsitus derogationi, & reserva-
tionibus, ac Ecclesiasticus foret, subjicitur.
Gregor. Lop. *in l. 13. gloss. 9. titul. 15. p. 1.*
Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 18. n. 21.* Sanch.
sup. dub. 54. num. 8. Tondut. *quest. benefic.
part. 2. cap. 3. §. 2. n. 44.* Vivian. *lib. 14. cap.
1. nu. 12.* Barbosa *collect. cap. Cum dilectus, n.
4. de jurepatr. D. Frasso de Reg. patron. In-
diar. cap. 3. n. 53.*

Ratio est, quoniam hujusmodi juripatrona- 37
tus facile Pontifex solet derogare. Tondut. *d.
part. 2. cap. 4. §. 9. num. 55.* cum per derogationem
istam nequeant laici retrahi ab Ecclesia-
rum ædificatione, aut dotatione; siquidem pa-
tronus ex privilegio, seu præscriptione nihil de
patrimonio impedit.

Unde si dubitetur, an ejusmodi patronatus 38
sit Ecclesiasticus, aut laicalis, quoad favorabi-
lia laicalis Ecclesiasticus censetur, & quoad
favorabilia Ecclesiastici laicalis æstimabitur,
atque ita utriusque incommoda sustinebit, om-
ni favore carens. Lambertin. *de jurepatr. lib.
1. part. 1. cap. 10. art. 3.* Sanch. *d. dub. 53.*
At in Romana Curia hoc patronatus discrimen
ex modo acquisitionis non attendi scripsit Gre-
gor. Lop. *ubi proximè.*

Verf. *Primum, in his Hispaniarum.*

In Hispania, imò & ubique juspatrona- 39
tus laicale præfatis omnibus privilegiis gaude-
bit, si allegetur illud ex fundatione provenire,
licet non constet nisi per probationem longæ
quasi possessionis præsentandi, ex quo titulus
præsumitur, qui allegatur. Gregor. Lop.
d. gloss. 9. Mascard. *de probat. conclus. 959. nu-
mero 3.* Vivian. *lib. 2. cap. 9. num. 11.* Tempus
autem centum annorum desideratur, & quod
præsentationes sortitæ sint effectum. Barbosa
*cum pluribus in remission. ad Trident. sess. 25. de
reformat. cap. 9. n. 6.*

Verf. *Secundum in jurepatronatus.*

In jurepatronatus regio non admittitur di- 40
stinctio de qua *sup. num. 36.* nam etsi apparet
ex privilegio, aut præscriptione quæsitum, ta-
men derogationibus non subiacebit. Salgad. *de
retent. Bullar. part. 1. c. 1. num. 138.* Sanch.
sup. dub. 54. n. 12. Azeved. *in l. 5. num. 3. titul.
6. lib. 1. Recop. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2.
lib. 3. n. 13.* Tondut. *de pensionib. c. 25. nu. 27.*
Gonz. *sup. gloss. 24. num. 160.* D. Frass. *de Reg.
patron. Indiar. c. 3. num. 49.* facit Trident. *sess.
25. de reformat. c. 9.*

Sic

41 Sic apud nos Bullarum exequutio suspenditur quoties juripatronatus Regio, Magnatum, aut privatorum sæcularium derogari contigerit, quamvis ex privilegio, aut præscriptione quaesito, neque enim regia constitutio, aut nostrates Interpretes ejus distinctionis meminere, nec in Curia Romana observatur, ut jam ex Gregorio Lopezio prænotavimus n. 38. & generaliter docemur, jurispatronatus laïcorum derogationem nunquam admitti in Hispaniis. D. Covar. *sup.* n. 3. *vers. apud Hispanos*, quem referens sequitur Salgad. *ubi nuper, part. I. cap. 3. §. unic. n. 7.*

Verf. Tertio in hac quaestione.

De his proximè actum, & adde Sanch. *d. dub. 54. n. 8.*

Verf. Quarto, & in hac quaestione.

42 In dubiis jurispatronatus potius ex fundatione, aut donatione, quam ex præscriptione, vel privilegio comparatum præsumitur, Sanch. *d. cap. 3. dub. 43. num. 6.* Lambertin. *de jure patron. lib. 2. part. I. q. 6. art. 6. num. 57.* Valenz. *conf. 18. n. 23.* Sic ubi probatur longæva præsentandi quasi possessio, jurispatronatus ex causa onerosa acquisitum æstimatur, ut prærogativis patronatus laïcalis potiat, ut assertum relinquatur *sup. num. 39.*

Verf. Quinto principaliter.

Ut si locus Bullarum retentioni cùm juripatronatus laïcorum derogatur, sufficit quod aliquis in quasi possessione præsentandi existat, quanquam alius jure patronus sit. Sanch. *Conf. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 54. n. 15.*

Ad Num. 7.

43 Ubi super beneficio lis agitur in Romana Curia, solet Summus Pontifex juripatronatus laïcorum derogare, nec desideratur ut de illo in litteris expressim mentio fiat. Vivian. *de jure patron. lib. 14. cap. 2. n. 14.* Tondut. *quest. benefic. part. 2. cap. 4. §. 9. num. 36.* Barbosa *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 144.* ubi ampliat sive lis sit super beneficio, vel super ipso jurepatronatus. Quando intelligatur beneficium litigiosum, tradit Vivianus.

Verf. Primus casus.

44 Si præsentati ad idem beneficium, cùm nulli facta sit collatio, litigent in Curia, etsi ambo ibi decedant, non erit locus derogationi jurispatronatus laïcorum, nec reservationi, *ex cap. 2. de præbend. in 6.* quia non dicitur vacare Beneficium per obitum illius, qui non habet jus in illo, sed ad illud per præsentationem. Barbosa *collect. Clem. I. nu. I. 7. & 12. ut lit. pend.* Vivian. *lib. 5. cap. 5. nu. 153.* Gonz. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. n. 151.* Villal. *Ærar. commun. opin. lit. I, n. 324.*

Verf. Secundus casus contingit.

45 Si duo præsentati jam instituti, in Curia su-

per Beneficia contendant, & uterque obeat Romæ, aut solus possessor, colligante alibi defuncto; si Ecclesiasticus sit patronatus, ut Beneficium vacans in Curia ex reservatione per Pontificem conferetur, etsi de illo nulla mentio fiat. Quod si laïcalis esset, cessat reservatio, ex traditis supra, n. 9. Unde apud nos in hujus patronatus derogationem Bullæ expeditæ effectu carebunt, juxta Regia Edicta.

Verf. Tertio quandoque.

Si ex duobus præsentatis ante collationem 46 litigantibus ob patronorum discordiam, unus lite pendente decesserit, non licebit patrono, qui illum præsentavit, alium subrogare adhuc intra tempus legitimum semestris, vel quadrimestris, quanquam patronatus laïcalis existat. Flamin. *de resign. benefic. lib. I. quest. 3. numero 27.* Barbosa cum aliis *de Jure Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 173.* licet contra tenuerit Vivian. *lib. 5. cap. 2. num. 34. & cap. 5. à num. 144.* scilicet non prohiberi laïco præsentare intra quadrimestre, quia potest variare. Nec dubium est, quin patronus decedente præsentato, intra tempus permissum valeat alium substituere. Tondut. *quest. benefic. part. 2. cap. 4. §. 10. num. 27.* Sanch. *dub. 63. num. I.* ubi quod à die mortis præsentati habet tempus integrum, ut possit præsentare. Nihilominus à D. Covar. sententia non est recedendum, quæ communis est.

Ibi: Unde si pendente lite.

Limitatur conclusio præcedens in patrono qui 47 non præsentaverat, qui non obstante litis pendencia, intra legitimum tempus præsentare permittitur.

Verf. Quartus ad hanc quaestionem.

Quoties inter litigandum unus ex præsentatis in Curia decedat, quanquam beneficium sit patronatus laïcalis, jure tamen Pontifex colligantem subrogare poterit, ac instituere, non obstantibus nostris regis constitutionibus, quæ huic juripatronatus prospiciunt.

Verf. Quinto, ad idem ferè.

Aliud juris erit, si in præfata specie Pontifex tertium non præsentatum subrogare intenderit, de quo inferius, n. 50.

Verf. In his verò Beneficiis.

Si ex duobus præsentatis, qui in Curia liti- 49 gant, unus mortem oppetat, judicium usque ad definitivam progreditur, ac prolatâ pro defuncto sententiâ, aut si pronuncietur nullum ex litigantibus jus ad beneficium habere, manet hoc liberum, ut patronus denuò possit præsentare intra semestrem, aut quadrimestrem numerandum à quo sententia in rem judicatam transierit. Sanch. *Conf. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 60. num. 5.* Vivian. *sup. lib. 5. cap. 2. num. 26.* Barbosa *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. numero 172.* D. Frasso *de Reg. patron. Indiar. cap. 32. num. 52.* qui *num. 55.* resolvit, in novo orbe tempus non

currere Regi nostro ad præsentandum, etsi multum exceſſerit. Sed si inter patronos super jure ipſo præſentandi controversia ſuboritur, per legitimi temporis lapſum à præſentatione pro tunc excludentur, & collatio rectè per Ordinarium fiet. Barboſa num. 271. ac latiffimè Sanch. d. dub. 60. per tot. Vivian. ſup. Tondut. *queſtion. benefical. part. 2. capite 4. §. 9. numero 24.*

Verſ. *Ex his ergo.*

50 Si unus ex præſentatis, vel ambo obeant dum in Curia ſuper Beneficio litigant, ſi id ad patronatum laicalem ſpectet, per Pontificem non confertur, niſi de ipſo facta mentione: hæc tamen derogatio apud nos nequaquam ſuſtinetur ex regiis Ediſtis, ſupplicatione ad Sanctiſſimum interpoſita.

Ad Num. 8.

51 Jus patronatus quod attinet ad congregationem laicorum, quæ pietatis intuitu ſub aliquo Sancti nomine Eccleſiæ adhæret, vulgò *Cofradias*, laicale cenſebitur, idè ejus derogationem Hiſpana Regia Prætoria non permittent. Ita ex pluribus tradit Barboſa *diſt. cap. 12. numero 15.* Sanch. d. part. 3. dub. 53. numero 8. quod limitat Barboſa, niſi ex bonis Eccleſiaſticis patronatus fuiſſet acquiſitus, & ſic eſt tenendum, rejeſtis diſtinctionibus Viviani, ſuprà, lib. 1. cap. 3. numero 7. & D. Fraſſo cap. 3. num. 11. Iſtæ namque piæ ſodalitates, & qui ſub illis congregantur laicales omninò cenſentur, & ad forum attinet ſæcularem. Parlad. *different. 9. §. 1. num. 9.* Bobad. *Politic. lib. 2. cap. 18. num. 228.* Gutier. cum multis *Canoniar. lib. 1. cap. 25. num. 19.* ubi diſputat, Tondut. *ubi proximè, part. 1. cap. 43. ex numero 7.*

Ad Num. 9.

52 Permutationem Beneficii, quod eſt patronatus Eccleſiaſtici, vel laicalis, celebrari non licet regulariter abſque aſſenſu patroni. Sanch. *Conſil. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 55. num. 1.* Tondut. *part. 2. cap. 4. §. 8. num. 19.* Vivian. lib. 12. cap. 5. num. 28. Garc. *de Benefic. part. 11. cap. 4. n. 75.* Barboſa *ſup. cap. 15. n. 182.* Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 18.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 835.* D. Fraſſo cum pluribus *de Reg. patron. Indiar. cap. 11. num. 58.* quod utique procedit, eſſi in Romana Curia fiat permutatio. Tondut. num. 20. D. Fraſſo n. 60. Nec ſatis erit, ut patronus certior fiat, niſi conſenſerit: quod limitatur, ſi utilitas Eccleſiæ permutationem poſtuaverit. Chokier. *de permut. Benefic. lib. 1. cap. 19. n. 10.* Tondut. n. 22. D. Fraſſo n. 61. Sanch. num. 9. & 10. à quo petenda quæ hic deliderantur pro plena materiæ cognitione.

Verſ. *His denique.*

53 Licet permutatio Pontificis autoritate perfectæ ſubſiſtat abſque aſſenſu patroni, præſertim quoad patronatum Eccleſiaſticum, Sanch. num. 7. & plures quos refert D. Fraſſo num. 62. nihilominus in Hiſpania non repetentur ad executionem Bullæ permutationis Beneficii, etiam

cum expreſſa derogatione, ſi illud ad patronatum Regium, aut ſecularium privatorum ſpectet, vel etiam ſi patronatus ſit clericus, ratione patrimonii. Azeved. *in l. 22. titul. 3. lib. 1. Recop.*

Ibi: *Quod ſit poſt ſcientiam.*

Quæſtionis eſt, an permutatio Beneficii ju-
ris patronatus facta non accedente aſſenſu patroni, ſit ipſo jure nulla, aut veniat reſcindenda, quod verius eſt. Sanch. num. 14. Vivian. d. cap. 5. num. 22. Tondut. num. 20. Chokier. lib. 1. cap. 19. num. 1. Sed quomodocumque ſit, quoties patronus à die cognitæ permutationis non reclamât intra ſemestre aut quadri-
mestre, permutatio confirmata perſiſtit, ut amplius retractari non poſſit. Sanch. num. 2. Vivian. lib. 14. cap. 3. numero 50. Tondut. num. 19. Nec in permutatione præſentatione opus eſt, ſed ſolùm nudus conſenſus requiritur. Sanch. *ubi proximè, n. 2.* D. Fraſſo cum aliis n. 66.

Ibi: *An poſſit ipſe præſentare.*

Si Beneficiarius permutationis cauſâ reſignet, quæ poſtea ex defectu conſenſus patroni irrita pronunciat, nequibit ad Beneficium regredi, niſi vel inſcius & ignorans illud patronatum contraxit, aut ſi patronus omiſſa præſentatione, ſilens proprium contemptum remiſerit. Sanch. d. cap. 3. num. 56. Garc. *de Benefic. part. 11. cap. 3. numero 30.* D. Fraſſo cum aliis d. cap. 12. in fin.

Verſ. *Eadem ratione.*

Non licet permutare præbendas quæ per electionem, ac concurſum in Cathedralibus Hiſpaniæ conferuntur, nec patrimonialia Beneficia. Azeved. *ubi proximè.* In hoc novo orbe vetita eſt permutatio omnium præbendarum, quarum proviſio pertinet ad ſupremum Indiarum Conſilium: ſed quoad inferiora Beneficia, quia per Prælatos conferuntur, eſt permiſſa. Solorz. d. cap. 3. n. 19. & 20. D. Fraſſo d. cap. 12. num. 63.

Verſ. *Nonò, ad eadem Regia.*

Beneficia patronatus, nec ſimpliciter, nec in favorem alterius queunt reſignari, niſi patroni interveniat aſſenſus. Vivian. *de jure patron. lib. 13. cap. 10. num. 24.* Garc. *ſup. d. part. 11. cap. 3. ex n. 23.* Tondut. *de penſion. cap. 62. n. 27.* Sanch. *Conſ. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 29. num. 2.* Barboſa d. cap. 15. numero 132. D. Fraſſo cum aliis cap. 15. num. 49. Gratian. *diſceptat. cap. 835. num. 2.* Flamin. *de reſign. Benef. lib. 7. q. 1.* Quæ tamen abſque conſenſu patroni ipſo jure nulla non eſt, ſed per ſententiam ſit irrita. Barboſa n. 143.

Quæritur utrum per hujusmodi reſignationem irritam maneat proſus reſignans à Beneficio exclusus, ita ut denegato regressu, patronus valeat ad præſentationem procedere. Et licet aliqui contrà ſentiant, reſpondendum tamen eſt cum communi reſignanti licere ad reſignatum redire Beneficium. Garc. *ubi proximè, numero 223.* D. Fraſſo numero 50. Sanch. d. dub. 20. numero 4.

Ex

- 59 Ex præmissis inferre licet, quod si Bullæ resignationis causâ factæ sine assensu patroni expeditantur, per quas Beneficium conferat in derogationem patronatus Regii, aut laicum, exhibebitur auxilium retentionis ex lege Regia.
- 60 In nostris Indiis resignatio non est permessa, cum Ecclesiarum patronatus ad Regem spectet. *d. cap. 15. num. 54.*

Ad Num. 10.

- 61 Liberum est Pontifici reservare pensionem ex Beneficio patronali, nullo expectato patroni consensu. *Flamin. sup. lib. 2. q. 4. num. 14. Tondut. de pensionib. cap. 25. num. 1. Valenz. conf. 51. num. 30. D. Frasso d. cap. 15. numero 83.* Sed an quoad patronatum laicorum opus sit expressa derogatione, inferius apparebit *num. 67.*

Ibi: Hæc verò inditio.

- 62 De intellectu capitis penultimi *de jure patron.* consulas *Barbosam*, & quos laudavit *in collect. ad eundem textum.*

Ibi: Quod licet Rector Ecclesie possit.

- 63 Ecclesie Rectori patronatæ permittitur absque patroni interventu Vicarium constituere temporalem ad tempus, quamdiu ille vixerit. *Barbosa ubi proxime, num. 4. Sanch. sup. lib. 2. cap. 3. dub. 56. num. 3.* Sed hoc in patronatu laicali duntaxat procedere, non Ecclesiastico, tenet *Vivian. sup. lib. 1. cap. 3. num. 24. vers. Quadragesima*, quem sequitur *D. Frasso cap. 14. num. 62.* qui nec rationem, nec auctoritatem pro discrimine expendit.

Ibi: Tamen non poterit idem Rector.

- 64 Vicarium perpetuum post obitum suum, vel remotionem permanens, etiam auctoritate Episcopi Rector Ecclesie instituere non valet, nisi patronus consenserit. *Barbosa nu. 2. Sanch. ubi proxime.*
- 65 Coadjutor verò creare non poterit, sive ad tempus pro vita coadjuti, sive in perpetuum, ut nisi succedat, deficiente assensu patroni. *Barbosa de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 144. Lambert. de jure patron. part. 1. lib. 2. quest. 6. princ. art. 20. Vivian. lib. 5. cap. 5. num. 151.* Quod limitat *Barbosa* urgente Ecclesie necessitate; tunc enim posset institui coadjutor, inconsulto patrono, qui deinceps debet adhibere consensum.
- 66 At cum Ecclesia vacat propter litem, vel dum de Rectore providetur, absque assensu patroni Prælati substituit, qui interim administrat. *Barbosa ubi proxime.* Provisio inferiorum, qui in Ecclesia deserviunt, Rectori soli competit, non patrono, nisi patronatus sit Regius, ac de regali patrimonio stipendia percipiant; nam per vicepatronum hujusmodi servientes designantur. *D. Frasso de Reg. patron. d. cap. 14. num. 66. ubi alii.*

Verf. Primum, quod sit necessaria.

Beneficium patronatus laicorum nec per Patronam ulla pensione gravari poterit, nisi expressim illius mentio fiat. *Sanch. sup. d. lib. 2. cap. 3. dub. 58. numero 3. Vivian. de jure patron. lib. 13. cap. 9. num. 26.* At in patronatu Ecclesiastico expressa derogatio non desideratur, ut de communiori testatur, cum aliis resolvit *Vivian. num. 22. Vide sup. num. 61.* Nec dubitari potest, quin jus patronatus lædatur per impositionem pensionis; nam etsi jus præsentandi persistat illæsum, tamen patroni interest potius ad pingue, quam ad tenue beneficium præsentare, præsertim cum regulariter patroni sibi sanguine, aut amicitia devinctos ut instituantur proponant.

Verf. Secundò est observandum.

Beneficia Regii patronatus in Hispania onerari 68 pensione per Pontificem, non adhibito Regis assensu, minimè sustinetur, alioqui Literæ effectû carebunt per illarum retentionem. *D. Frass. cap. 15. n. 51. Valenz. conf. 51. n. 30.*

Verf. Tertium, quod in hac.

Solet Summus Pontifex, cum lis super Beneficio in Curia discutitur, illud colligantem conferre cum onere pendendi annuam quantitatem ex fructibus adversario, qua ex causa pensio imposita nullum patroni assensum desiderat, cujuscumque qualitatis sit patronatus: atque ita apud nos regis Edictis locus non erit, ut suspendatur Bullarum executio, quæ procedunt fraude cessante, ne scilicet lis moveatur injustè, ac frivole, ut pensio contempto patrono imponeretur. *Sanch. d. cap. 3. dub. 58. num. 2.*

Verf. Quartò quoties.

Quod præmissimus supra *num. 67.* absque hæsitacione procedet quoties pensio in titulum beneficii conceditur, quia omnino consensu patroni, aut derogatione expressa opus erit, si patronatus laicalis existat. *Sanch. ubi proxime. Vivian. n. 29.*

Ibi: Nam licet pensio, ut frequentissimè.

Pensio Ecclesiastica Beneficium propriè non est 70 *Azeved. in l. 1. n. 5. tit. 4. lib. 1. Recop. Valenz. conf. 115. à n. 18. Sanch. cum Viviano ubi proxime, & alii quamplurimi quos congeffit Barbosa de Jur. Eccles. libro 3. cap. 11. n. 8.* ubi latè disputat: imò nec ex lata significatione pensio beneficii continetur appellatione. Idem *Barbosa* ex pluribus *de appellat. verbor. signif. appel. 32. n. 2.*

Ibi: Tamen ubi constituitur.

Quoties pensio reservatur, ut in titulum Beneficii clericus ea potiatur cum onere alicujus Ecclesiastici ministerii, propriè Beneficii nomine comprehenditur. *Azeved. d. n. 5. in fin. Vivian. d. lib. 13. cap. 9. n. 29. Sanch. sup. dub. 46. nu. 10. Garc. de Benefic. part. 1. cap. 1. n. 5. Pat. Suar. de censur. disp. 27. sect. 1. n. 15. Sebast. Cæf. de Eccles. hierarch. part. 3. disp. 14. §. 10. D. Frass. cap. 13. n. 48. Layman. Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part. 2. n. 8.*

Verf.

Verf. Quintò, illud est.

73 Beneficia patrimonialia Hispaniæ, necnon Præbendæ Doctores, Magistrales, ac Pœnitentiariæ, quæ in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis per electionem conferuntur juxta decretum Trident. sess. 5. de reform. cap. 1. nullam reservationem pensionis admittunt; hæc namque beneficia illibata, & libera ab onere persistere debent, ut constat ex l. 21. cum seqq. tit. 3. lib. 1. Recop. In nostro orbe Indico nulla pensio super Beneficiis permittitur. D. Frass. de Reg. patron. cap. 15. n. 55.

Ad Num. 11.

74 Ad unionem Ecclesiarum, seu Beneficiorum patroni consensus debet adhiberi, sive Ecclesiasticus, sive laicus ille sit. Sanch. Conf. Moral. lib. 2. cap. 3. dub. 57. n. 1. Flamin. de resign. Benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 11. Vivian. supra lib. 14. cap. 15. num. 58. Campan. in Diversor. Jur. Canon. rubric. 11. cap. 13. num. 477. Barbosa collect. Clem. fin. n. 4. de reb. Eccles. & in remiss. ad Trident. sess. 7. de reformat. cap. 6. n. 22. D. Frasso cum aliis d. cap. 15. num. 19. ubi ex n. 21. quid in Indiarum partibus circa unionem servetur.

75 Sed si Pontifici unire Ecclesias patronales placuerit, tacite censetur juripatronatus Ecclesiastico derogare, etiam nulla de illo facta mentione; non sic quoad laicale, quia expressa derogatio desideratur. Sanch. n. 2. imò in Hispania recursum supplicationis erit locus, ne laicorum patronatui præjudicium generetur.

Ubi verò Episcopus ex causa ad unionem procedit, indistinctè cujuscumque patroni assensum intercedere oportet, nisi requisitus irrationabiliter refragetur; quia tunc unio ipso invito facta viribus subsistet. Sanch. ubi proximè. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. n. 12. & lib. 3. cap. 12. D. Frass. supra n. 20.

Ad Num. 12.

76 Per exaltationem ad Episcopalem dignitatem vacant Beneficia, quibus electus potiebatur, ex juris dispositione, nisi Pontifex dispensans retentionem illorum concedat; quod si contingat, etiamsi Beneficia patronatus laicorum sint, non est necesse ut patronus consentiat, nec ulla mentio, seu derogatio requiritur. Sanch. d. cap. 3. dub. 54. numero 11. Valenz. conf. 51. numero 38. Alciat. conf. 41. numero 3. Gambat. lib. 3. de potest. Legat. numero 136. Idem est de pensionibus, quæ pariter per promotionem ad Episcopatum extinguuntur. Valenz. conf. 137. numero 42. & cum retinentur ex dispensatione, novus patroni consensus non exigitur, ut latè per Valenz. conf. 51. ex n. 21.

SUMMARIUM.

- 1 Nec Rex, nec alius inferior oppidi Dominus habet jus in pascuis publicis, quæ propria sunt communitatis incolarum.
- 2 Nequeunt usum pascuorum impedire, aut coarctare.

- 3 Desolato castro, seu oppido, pascua publica illius Domino quærentur.
- 4 Dominus habitans in proprio castro fruitur pascuis, & aliis commodis communitatis.
- 5 Dominus alibi domicilium habens, quando possit uti pascuis oppidi sui.
- 6 Princeps supremus ubicunque intra ditionem domum habuerit, etsi in ea non resideat, utitur pascuis cujuscumque populi. Aliud juris est in Dominis inferioribus.
- 7 Domino commoranti in proprio castro, pro dignitate, ac opulentia pascuorum portio tribui debet sine præjudicio incolarum, ne egeant.
- 8 Respublica nequit prohibere usum pascuorum, quatenus cives illis indigent.
- 9 Jus pascendi in alieno territorio ex privilegio, aut prescriptione, cessat quoties illius castri incolæ non habent pascuis sufficientem pro suis pecoribus. Aliud est si ex conventionem facultatem pascendi quis obtinuerit.
- 10 Ad fruendum pascuis communi quis incola habeatur.
- 11 Absens ex accidenti à loco domicilii, in eo ponitur pascuis utilitate.
- 12 Incola quis dicatur.
- 13 Magistratus an pro incolis habeantur quoad pascua, & alia communitatis commoda?
- 14 Residens etiam diu in oppido causâ studii, negotiationis, aut similis occupationis, nec ponitur pascuis & aliis commodis, nec onera publica sustinet.
- 15 Domino habitanti in oppido proprio quantum in Hispania ex pascuis publicis assignetur juxta consuetudinem. Quoad commoda, & onera publica duorum incolarum vicem gerit, ibid.
- 16 Aliud de jure servatur, cessante consuetudine.
- 17 Milites utrum gaudeant aliquo privilegio in usu pascuorum communium?
- 18 Illiberalis, seu plebeius potest obtinere jurisdictionem oppidi cum mero, & mixto imperio, nec ex hoc eximitur à contribuendo cum similibus.
- 19 Ampliatur.
- 20 De jure gentium, ac communi Romanorum quisque liberè proprio utitur prædio, ac potest culturam deserere, ut ager ad pascuis deseruiat, ac prohibere ne aliena pecora fundum ejus ad pascendum ingrediantur.
- 21 Non licet uti re aliena, invito domino, etsi huic incommodum nullum, imò utilitas ex usu proveniat.
- 22 De consuetudine in Hispania licet propria pecora in alienum fundum post fructus perceptos ad pascendum immittere, quod inter concives, etiam domino invito, procedit. An possit dominus, culturâ omisâ, fundum ad pascuis applicare in concivium præjudicium, ibid.
- 23 Quid quoad præmissam consuetudinem aliquibus in locis sit immutatum.
- 24 Non prohibetur dominus, non obstante ea consuetudine, in agris propriis, in quibus serere consueverat, vineas, olivetas, vel alias arbores plantare: nec id poterit Respublica prohibere, & num. 26.
- 25 Ubi quis habet servitutem pascendi in alieno fundo, collectis frugibus, nequibit dominus in illo arbores plantare, mutatâ culturâ.

- 27 *Novellandi facultas quando per Imperatores Romanos interdicta: & quid apud nos ex lege nostra Recopilationis.*
- 28 *Quid in Indiarum provinciis stabilitum.*
- 29 *Cuique liberum est fundi sui variare culturam, & arbores plantare, relicto serendi usu.*
- 30 *Inducitur ad proximæ conclusionis probationem caput Cùm in tua, de decim. & n. 31.*
- 32 *Si pascua unius oppidi sint communia alteri vicino, num valeat illud in præjudicium istius agros colere, adempta pascendi facultate? & nu. 44.*
- 33 *Quoties non alia ratione nisi vicinitatis jus pascendi in alieno fundo, fructibus collectis competit, licet domino novellare, ac plantare, derelicto seminandi usu. Sed non licebit in Hispania agros ad pastum assignare, vulgò adhefar, ibid. & nu. 41.*
- 34 *Si castrum à civitate exemptum retineat jus pascendi in agris civium, jam ablatis fructibus, cives poterunt novellare, aut aliàs commoditatem pastus adimere arborum plantatione; sed non facere dehesam, ut proximè adnotatur.*
- 35 *Villa, aut vicus exemptus à jurisdictione civitatis potitur pastu, & aliis commodis vicinitatis, quæ ante exemptionem obtinebat? & nu. 38. & 40.*
- 36 *Utrum ligetur quis statutis civitatis, à cujus jurisdictione est liberatus?*
- 37 *Incola castri exempti ad munera publica civitatis nec eligi potest, nec electus exercere cogitur.*
- 39 *Quæ onera sustineat villa, aut vicus exemptus, ex iis quæ ante exemptionem supportabat, remissivè.*
- 41 *Jus pascendi ratione vicinitatis competens tolli potest, mutata cultura, arboribusque plantatis: secus si pascua sint publica, quæ ad culturam reduci nequeunt in præjudicium tale jus habentium, etiam ob vicinitatem.*
- 42 *Ut pascua publica rediganur ad culturam quæ intervenire debeant.*
- 43 *Pascua communia pluribus oppidis à nullo subjici cultura possunt.*
- 45 *Si in pascuis communibus unus ex sociis seminet, aut plantet, per legitimum tempus socium agentem repellat: & quid si communitas sit, quæ leditur.*
- 46 *Huic competit restitutio contra præscriptionè.*
- 47 *De triplici differentia bonorum, quæ ad civitates spectant.*
- 48 *De præscriptione ejusmodi bonorum, & n. 49. & 50.*
- 51 *Si in pascuis quisquam arbores plantet, utrum interesse, seu pretium fundi exsolvens liberetur.*
- 52 *In divisione pascuorum communium inter incolas quid judici observandum, cujus arbitrio committitur.*
- 53 *An peccet, & ad restitutionem teneatur, qui ex pascuis, ac montibus publicis aliquid usurpat.*

CAPUT XXXVII.

Ad Num. I.

I **S**upremus Princeps, vel Domini inferiores civitatis, villæ, vel castri nullum jus obtinent in pascuis publicis, quæ propria sunt universitatis; ideo illis tanquam Domini uti non poterunt. Greg. Lop. in l. 9. gloss. 9. ad fin. tit. 28. p. 3. D. de Faria Covar. Enucl.

Sanch. Confil. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 1. n. 40. 41. Avendañ. de exeq. mand. part. 1. cap. 4. n. 25. vers. ex quo dicebam, Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 59. n. 3. Oter. de pasc. cap. 9. n. 13. Valasc. de jur. emphyteus. quest. 8. n. 40. Bobad. Polisc. lib. 2. cap. 16. n. 198. Burg. de Paz in l. 3. Taur. nu. 486. cum seqq. qui fusè disputat ex nu. 430. Tusch. lit. P, concl. 112. n. 4. Hermof. in l. 15. gloss. 2. n. 80. tit. 5. p. 5.

Similiter non licet, nec Regi ipsi, nec aliis Dominis oppidi pascua publica ad culturam reducere, novellare, vel alio modo usum pascendi impedire, aut coarctare. Oter. cap. 16. nu. 2. & 16. Valasc. nu. 43. vers. Et ex dictis, Hermof. n. 77. Sesse decis. 74. n. 20.

Sed si populus omninò extingueretur, urbe, aut villa deserta, tunc pascua ad communitatem spectantia Domino cedent. Avend. sup. vers. Fallit tamen, Greg. Lop. in l. 26. gloss. 4. tit. 31. p. 3. Solorz. de jur. Indiar. tom. 1. lib. 1. cap. 23. n. 61. Bobad. d. cap. 16. n. 199. Hermof. n. 78.

Ibi: Tamen Dominus habens jurisdictionem.

Quoties Dominus in proprio oppido sedem habitationis constituit, pastu communi, ac cæteris commodis fruatur, quæ incolis aliis conceduntur. Greg. Lop. in d. gloss. 9. Sanch. nu. 47. Burg. de Paz n. 508. Avend. d. vers. Ex quo dicebam, Bobad. d. n. 198. Avil. in cap. 3. Prætor. n. 39. verb. Jurisdiction. ad fin. Oter. sup. cap. 6. nu. 1. Molin. sup. Tusch. nu. 8. Valasc. nu. 42. Hermof. nu. 80.

Poterit tamen jurisdictionis Dominus, etsi alibi inhabitet, propria pecora ad pascendum immittere in pascua communitatis, si hoc jus tempore immemoriali quæsierit. Sanch. n. 42. Bobad. n. 201. Oter. d. cap. 6. n. 14. Paz n. 493. Hermof. n. 84. Idem erit, si pascua abundant, aut si dominus esset territorii. Hermof. nu. 85. & 88.

Est observatu dignum discrimen quod constituit Bobadilla n. 198. inter Regem, & Dominos inferiores: ille enim publico pastu potitur pro suis pecoribus in quovis ditionis oppido, ubi regiam domum, seu palatium habet, licet non commoretur: quod in Dominis, qui superiores non sunt, minimè receptum est. Adde Gregor. Lop. in d. gloss. 9.

Licet Domino incolatus ratione plus ex pastu tribui debeat, quàm cæteris cohabitatoribus, pro indigentia & dignitate, Molin. d. disp. 59. nu. 3. id tamen ita temperare oportet, ut reliquis non adimatur pastus, prout quisque indiget, & hujusmodi æqualitas servanda temper est inter omnes incolas divites, & pauperes. Greg. Lop. in d. l. 9. gloss. 9. tit. 28. p. 3. alioquin oppidani agentes audientur, ut reformetur excessus, d. l. 9. partit. ubi Gregor. Lop. gloss. 9. Oter. cap. 3. d. nu. 13. Sanch. Conf. Mor. lib. 1. cap. 5. dub. 1. nu. 50. Molin. sup. Avendañ. d. cap. 4. nu. 25. vers. Imò etiam, cum seqq. Bobad. nu. 201. Paz in l. 3. Tauri, nu. 509. non enim licet jus pascendi in pascuis communibus adimere incolis, prout quisque indigerit.

Unde est, ut quamvis Respublica valeat ob commune bonum vetare, ne intra certum locum, vel tempus prata communitatis depascantur, id procedit modò pro incolarum necessitate pastus pecoribus relinquatur. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 59. nu. 1. Oter. de pasc. cap. 12. nu. 1. & 3. Sanch. d. dub. 1. nu. 4. & 5. Trulench. in Decal. lib. 7. cap. 3. dub. 7. nu. 1.

E e Inde

9 Inde etiam provenit, ut si quis populus, vel singularis persona jus pascendi in alieno territorio quæsierit ex privilegio, vel præscriptione, eo uti non possit, si non abundet pastus, ita ut ejusdem territorio incolæ nulla egestate premantur pro pecoribus pascendis. Avend. cum aliis *de exeq. mand. p. 1. c. 4. n. 27.* nam jus illud concessum, aut præscriptum censetur sub conditione, si habitatoribus non deficiat quo ex pascuis eguerint. Aliud juris erit si ex conventionne oppidum teneatur, de quo Hermos. *sup. d. gloss. 2. num. 101.*

Ibi: *Quis verò dicatur propriè incola.*

10 Incola quoad rem, de qua agimus, ille censetur, qui cum familia commoratur in oppido, pro vicino habitus, & onera publica sustinens, atque ita & vicinitatis jus, & actualis incolatus simul desideratur, ut pascuis communibus frui permittatur: de quo Oter. *cap. 4. ex n. 19.* Sanch. *sup. n. 44.* Avendañ. *d. cap. 4. n. 25.* Burg. de Paz *n. 488.* Hermos. *n. 46.*

11 Est tamen omninò notandum, quod etsi aliquis ex accidenti non resideat in urbe, vel villa, non ideo carebit usu pastus, modò ibi sedem suæ habitationis constitutam habeat animo permanendi. Cujac. *in l. 3. C. de incol. lib. 10.* Sanch. *ubi proximè.*

12 Incola propriè dicitur ille, qui larem, majoremque fortunarum partem habet in oppido ea mente, ut in illo persistat. Tusch. *lit. C. concl. 73.* Cujac. *lib. 1. respons. Papin. in l. Libertus 17. §. Sola ratio, ad municip. & de incol. Wesembec. in paratitl. ad eundem tit. nu. 4. & 7.* Boër. *decis. 260. à n. 9.* Carleval. *de judic. disp. 2. nu. 81.* Matienz. *in l. 1. gloss. 5. nu. 7. tit. 4. lib. 5. Recop.* Hunc tamen ut pascuorum usum participet, ex vicinis esse oportet, sicut prædicitur, *num. 10.*

13 Quæstionis est, utrum quoad jus pascendi, & alios communes usus inter incolas, seu vicinos numerentur Magistratus, velut Prætor, ejusque Locumtenens, dum suis muneribus funguntur, de quo disputat latè Oter. *de pasc. cap. 7. per tot.* qui cum pluribus affirmativam amplectitur contra alios, quos refert, horumque sententia ex constitutione regia observatur apud Lusitanos, teste Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 59. nu. 3.* Valasc. *sup. num. 43.* De aliis, qui hoc jure gaudent, etsi incolæ non sint, vide Hermos. *à nu. 55. & nu. 90.*

Ibi: *Est tamen cavendum.*

14 Idem monet Sanch. *d. dub. 1. n. 45.* nam etsi quis studiorum, negotiationis, vel alia ex causa in civitate diu resideat, propriè incola non est, nec pascuis publicis, nec aliis commodis universitatis fruatur, sicut nec oneribus subditur. Cujac. *in d. §. Sola ratio.*

Verf. *Est denique apud Hispaniarum.*

15 Viget in Hispaniis consuetudo, quam Tribunalium praxis comprobavit, ut vassallorum domini, dum in propriis degerint oppidis, ex pascuis, montibus, ac nemoribus communitatis tantum possit quisque percipere, quantum duobus incolis, quibus plus percipere licet, conceditur. Gregor. Lop. *in l. 9. gloss. 9. tit. 28. p. 3.* Molin. *ubi proximè,* Bobad. *Polit. lib. 2. cap. 16.*

n. 200. Sanch. *sup. d. dub. 1. n. 49.* Avil. *in cap. 3. Prætor. verb. jurisdiction, nu. 39. ad fin.* Valasc. *de jur. emphyteut. quæst. 8. n. 43.* Burg. de Paz *in l. 3. Tauri, n. 508. verf. Sed licet,* Tusch. *lit. P, concl. 112. n. 8.* Cancr. *variar. part. 3. tit. 4. de servitut. nu. 68.* Hermos. *in l. 15. gloss. 2. n. 80. tit. 5. p. 5.* qua ratione & pro vicinis duobus ad onera publica contribuit, Avil. *ubi nuper.* Quam praxim, etsi jure non nitatur, ratione satis consonam, nisi cæteris incolis notabile damnum inferatur, agnoscunt Molina, & Valasc. Pereyra *de empt. & vend. cap. 21. num. 9.*

At seclusa consuetudine, de rigore juris dominus in propria civitate, aut villa inhabitans pro unico incola reputatur quoad pascua, cæteraque communitatis commoda, ratione habitus status, & dignitatis, absque gravi detrimento subditorum, ut jam prænotavimus *n. 7.* Ita cum D. Covar. tenent Gregor. Lop. Molin. Valasc. *ubi proximè,* Sanch. *n. 48. & 50.* Burg. de Paz *nu. 506.* Avendañ. *dict. cap. 4. nu. 25. verf. Imò etiam,* Hermos. *d. nu. 80.* qui id judicis arbitrio relinquit.

Ibi: *Et ut videas, Lector candide.*

Ad hæc consulas Greg. Lop. *in l. 9. gloss. 9. tit. 28. p. 3.* Burg. de Paz *in l. 3. Taur. nu. 488.* Oter. *de pasc. cap. 4. nu. 17.* qui similiter Collectarii sententiam impugnant, asserentes quod milites in pascuorum communitatis usu nullo gaudent privilegio, sed tantum eis licet, quamvis incolæ non existant, equos ad bellum paratos in pascua publica immittere *l. 2. C. de pasc. public. lib. 11.* Bobad. *lib. 4. cap. 2. n. 27.* Azeved. *in l. 6. n. 1. tit. 7. lib. 7. Recop.*

Ibi: *Præsertim quod & possunt.*

Etiam ignobiles dominium cum jurisdictione oppidorum acquirere permittuntur, nec ideo à contributione plebeiorum se eximere valent, tametsi quoad alia instar Nobilium soleant honorari. Flor. Diaz *variar. lib. 2. quæst. 21. n. 251.* Bobad. *lib. 2. cap. 16. n. 173.* Avendañ. *de exeq. mand. part. 2. cap. 14. n. 31.* etsi alii contra senserint, quos referunt Flor. Diaz, & Avendañus, qui ait quod in praxi horum opinio difficilè admitteretur.

Quod ita verum est, licet talis plebeius in dignitate Ducatus, aut Marchionatus constitueretur. Bobad. *ibidem,* Gutier. *Prædic. lib. 3. quæst. 14. nu. 112.* Sed illud specialiter eis indulgetur, ne contribuere teneantur, sicut cæteri, dum super nobilitate litigaverint. Otalor. *de Nobilit. part. 2. cap. 5. num. 30.* Gutier. *ubi proximè.*

Ad Num. 2.

Ex jure gentium, & communi Romanorum unicuique liberum est pro libito prædiis propriis uti, ac quod messium collectioni deserviebat, pascuis destinare, quod vulgò *adehesur* nuncupatur. Similiter licet domino interdiceret, ne aliena pecora, etià concivium, fundum suum ad pascendum ingrediantur, adhuc post fructus perceptos: quæ pluribus probat D. Covar. cui assentiuntur Molin. *sup. disp. 59. nu. 7.* Oter. *cap. 16. à nu. 3.* Sanch. *Conf. Moral. lib. 1. cap. 5. dub. 1. nu. 9. & 10.* Tusch. *lit. P, concl. 112. à n. 5. & concl. 113.* qui

qui observant, hanc facultatem ob commune bonum legibus, vel moribus jure dominis prædiorum adimi posse, prout apud nos adempta reperitur, ut inferius apparebit, nu.22.

Ad Num. 3. Ibi: Tamen quod possit quis me invito.

21 Falsum omninò videtur, ut domino renuente, aliquis possit re aliena uti, etsi nullum ex usu ipsi præjudicium generetur. Si ingredi non licet venationis gratiâ fundum alienum, si dominus prohibeat, l. Divus 16. de servit. rustic. præd. l. Injuriarum 13. §. fin. de injur. §. Feræ, Inst. de rer. divis. Imò licet usus in utilitatem domini cederet, idem juris erit. Castill. de usufruct. cap. 33. à nu.22. Oter. de pasc. cap.16. nu.19. non enim invito beneficium confertur, l. Hoc jure 19. §. Non potest, de donat. l. Invito 69. de reg. jur. & libera domini facultas ad disponendum coarctatur, qui in re propria est moderator & arbiter, l. in re mandata 21. C. mandat.

Verf. Quicquid sit jure communi.

22 In Hispania adversus præmissa supra, nu.20. observatur, ut incolis ejusdem oppidi liceat sua pecora ad pascendum in prædium privatorum introducere, frugibus jam collectis, etiam invito domino, l.13. 14. tit.7. lib.7. Recop. Azeved. in ead. l.13. n. 15. Oter. de pasc. cap.16. ex n.3. Avend. de exeq. mandat. part.1. cap.4. nu.32. verf. Item nota, quod facillimè, Sanch. sup. d. cap.5. dub. 1. nu. 11. Molin. d. disp. 59. nu.9. Bobad. lib.2. cap.16. n.194. ubi docuit, quod nec dominus territorii, nec Rex poterit hoc jus concivibus adimere, nec agrorum culturam immutare, facta dehesa, in illorum præjudicium, sine causa. Hermos. in l.15. gloss.2. nu.76. tit.5. p.5. Et quanquam in d. l.13. Recop. insinuetur, quod fieri possit ex regia facultate, hæc cum difficultate, ac maxima deliberatione conceditur. Azeved. ibi, num.3. qui subdit, ex totius communitatis assensu non posse, cultura derelicta, pascuæ fundum applicare, quod consentientibus, eorumque hæredibus tantum nocebit, non futuris incolis ab illis causam non habentibus, nisi regia facultas impetretur. Hermos. num.52.

23 Nonnullis in locis statutum habetur, ut collectis frugibus, intra certum diem dominus prædii duntaxat immittat pecora sua, ut depascantur: quod nulli alii pro tunc licebit. Oter. num.4.

Ad Num. 4.

24 Quamvis domino sit interdictum agrum frugiferum ad pascua reducere, poterit tamen in illo, immutata cultura, novellare, aut plantare oliveta, aliasque arbores pro libito, tametsi ex hoc usus pascendi concivibus auferatur. Molin. ubi proxime, Oter. nu.11. Sanch. nu.12. Vide infra, num.41.

Ibi: Hoc enim est, quod eleganter.

25 Præfata facultas variandæ culturæ in præjudicium juris pascendi, non tribuitur fundi domino, si quis habuerit servitutem pascendi, frugibus amotis; nam minimè licebit arbores plantare, vel vites cum detrimento habentis D. de Faria Covar. Enucl.

servitutem. Sanch. Conf. Moral. lib.1. cap.5. dub. 1. nu.16. Oter. d. cap.16. nu.11. Ex contrariò qui servitutem pascendi certo habet in loco, non poterit, domino invito, ibi serere, vites, aut oliveta plantare, ut pro pastu fructus percipiat, etsi ex hoc domini conditio melior fiat. Oter. sup. nu.18. & 19.

Verf. Sic denique.

Respublica prohibere non valet, ne cives 26 oliveta, vel vineas plantent, ubi serere consueverant. Sanch. sup. num.12.

Ibi: Vidi tamen semel.

Hujus prohibitionis meminit Sanch. nu.15.

Ibi: Sic olim Domitianus.

Domitianus imperium est adeptus ad annos 27 83. à Christi Domini nativitate. Edicto de quo hic fit mentio, præcepit ne deinceps in Italia aliquis novellaret: & in provinciis hoc amplius statuit, quod dimidia pars vitium extingueretur. Id decretum, etsi non exactè observatum, viguit usque ad Aurelium Probum, qui anno 278. cœpit imperare: hic Domitiani prohibitionem profus delevit. Domitianæ constitutionis duplex ratio redditur: tum quia ebrietas solebat ad tumultum æstuantis animos excitare: tum quoniam præ multitudine vinearum agrorum cultura quoad alios fructus spernebatur, pastusque armentis, ac gregibus deficiebat. Ex hac causa apud nos novissimè interdicta reperitur vitium plantatio, nisi ex regia concessione, l.27. in fin. tit.7. lib.7. Recop. D. Solorzan. ubi inferius, Tusch. lit. P, concl. III. in fin. Theat. vitæ hum. lit. V, verb. Vitis, verf. Odium.

In nostro novo Indiarum orbe ab initio regibus 28 rescriptis novellare vetabatur, ut propter vini indigentiam cum Hispania commercium magis frequens existeret. Deinde tempore elapso, incolis regni Peruani novellare permissum est, quod hodie vineis satis abundat. In his vero, ac novæ Hispaniæ provinciis eadem prohibitio inviolata persistit. Hæc latè prosequitur D. Solorz. de jur. Indiar. tom.2. lib.1. cap.7. à nu.41. & Politic. Indian. lib.2. cap.9.

Ad Num. 5.

Nullus prohibetur prædii sui mutare cultu- 29 ram, & ubi serere consueverat, vites, oliveta, vel alias arbores ad libitum plantare potest. Oter. d. cap.16. nu.11. & alii laudati nu.24.

Idem Oterus nu.13. nostrum Præsidentem car- 30 pit, dum ad proximæ conclusionis probationem inducit textum in cap. Cum in tua 30. de decim. qui quidem, ut ille existimat, nequaquam ad quæstionem, de qua agitur, conducit: quod ita verum est, si solum perpendatur Pontificia decisio, quâ decernitur, ut licet dominus fundi ex illo, mutatâ culturâ, diversos fructus colligat, ex istis teneatur decimas solvere illis, quibus ex aliis antea debebantur.

Ex quo decreto inferitur, quod cuique licet 31 proprium agrum pro libito colere, nec teneri in eodem culturæ genere perseverare, quamvis jus aliquod in fructibus alter habuerit, etsi per mutationem culturæ huic noceatur; quia qui serbat frumentum, poterit novellare, licet Ecclesia

uberiores decimas perciperet ex segetibus, quam ex vindemia: quod aperte ex textu deducitur, cum Pontifex jubeat, ut de novis fructibus decimæ perlolvantur, cujuscumque sint qualitatis.

Igitur non abs re D. Covar. id decretum adducit, ut probet licere domino prædii immutare culturam, etiam in concivium præjudicium.

Ibi: *Imò defendendus est.*

Adde Marefcot. *variar. lib. I. cap. II. nu. 32.*

Ad Num. 6.

- 32 Si duobus oppidis quoad jurisdictionem distinctis communia sint pascua, nequibit illud in cujus sunt territorio prata pascui deservientia colere in detrimentum alterius: quod verum est quando jure servitutis, ex pacto, sententia, præscriptione aut alio titulo oppidani possunt in alieno territorio pecora pascere; non sic ubi ullo obligationis vinculo interveniente, ob solam vicinitatem alienis incolis pascuis conceditur; tunc siquidem licebit oppido agrorum domino novellare, aut aliàs illos colere, pascendi vicinis facultate sublata. Sed si ambigatur quo jure, aut ratione vicini oppidi incolæ pascuis uterentur, cultura impediatur illorum. Oter. *de pasc. cap. 16. nu. 14.* Morl. *Empor. Jur. tit. servitut. q. 4. n. 28. vers. Illud tamen, Azeved. de exeq. mand. part. I. cap. 4. nu. 22. vers. Et semel, Hermos. d. gloss. 2. nu. 98.*

Vers. Primus equidem casus.

- 33 Cum incolæ vicini oppidi propter pascuorum communionem possunt sua pecora pascere in prædiis alieni territorii post messium collectionem, non prohibentur illorum domini innovata cultura, per vitium, vel olivetorum plantationem hunc pascuis usum tollere. Sanch. *Conf. Moral. lib. I. cap. 5. dub. I. n. 13.* defensas tamen, seu dehelas facere nequibunt in Hispania ex traditis *sup. num. 22.*

Ad Num. 7.

- 34 Si castrum aut villa quoad jurisdictionem eximatur, retenta pascuorum civitatis participatione, licebit civibus, relicta consueta frugum cultura in prædiis propriis novellare aut aliter per plantationem arborum vicinis usum pascuis impedire, quo segetibus collectis potiebantur. Sequitur Sanch. *sup. n. 46.* quod limitatur ut in proxima conclusione.

Vers. Hæc verò conclusio.

- 35 Vicus exemptus à civitatis jurisdictione non privatur jure pascendi, & aliis usibus qui illi ante exemptionem competebant, Bobad. *Polit. lib. 5. cap. 10. n. 29.* Oter. *de pasc. cap. 10. n. 16.* de quo infra, à nu. 38.

Ibi: *Non tamen quoad statuta civitatis.*

- 36 Vicus à jurisdictione civitatis liberatus non ligatur illius statutis, quod verum de futuris post exemptionem conditis; nam ad præteritoriam observationem sicut antea tenetur. Oter. *nu. 17.* Azeved. *in l. 14. nu. 9. in fin. tit. 6. lib. 3. Recop.* Bobad. *ubi proximè.* Quod si villa exempta sta-

tuta faciat, ut potest, contraria pristinis civitatis statutis, illa, non hæc incolæ exempti observare compelluntur. Bobad. *n. 28.*

Vers. Sed & Paulus Castrensis.

Vicinus villæ, vel castri exempti, nec admittitur, nec electus potest compelli ad munera, aut officia civitatis. Oter. *sup. cap. 16. n. 24.*

Vers. Primum enim.

Si Princeps motu proprio villam, aut castrum à jurisdictione civitatis exemerit, non privatur oppidum jure pascendi, aut aliis, quæ unitum obtinebat. Idemque dicendum quamquam ad preces incolarum exemptionem conceilerit, ut D. Covar. docet infra, *vers. Secundò major est dubitatio:* atque ita distinctè tenent Bobad. *d. cap. 10. n. 29.* Oter. *sup. n. 16. cum seqq.*

Vers. Nec huic opinioni quicquam.

Objectioni isti aliter satisfacit Oter. *num. 24. 39.* Quæ onera sustineat villa, aut castrum post exemptionem ex illis quæ antea portare cogebatur, tradit Bobad. *d. cap. 10. n. 3. & 29.*

Vers. Secunda major est dubitatio.

De his prædiximus supra, *nu. 38.* Ideo hoc casu major se offert dubitandi ratio, quia dum populus exemptionem expostulat, & separari à civitate cui subditur desiderat, unionis commodis videtur renunciare: quæ quidem cessat consideratio quoties Princeps oppidum eximit, nullis ejus precibus oblatis: at utroque casu nihilominus idem juris est, ut D. Cov. resolvit.

Vers. Igitur quoties.

Ex hucusque traditis concluditur, quod quoties jus pascendi non competit titulo servitutis, sed duntaxat propter cohabitationem, seu vicinitatem confinium oppidorum, sive unita, sive separata sint quoad jurisdictionem (qua ratione quisque permittitur in aliena prædia greges immittere, collectis fructibus, ut pascantur) possit Dominus suos incultos agros colere, aut mutare culturam in præjudicium cohabitantium, aut proximi oppidi incolarum. At si pascua sint publica, id fieri nequit, nisi eorum, quorum interest, accedat consensus. Sanch. *Conf. Moral. lib. I. cap. 5. dub. I. nu. 13. & 14.* Oter. *de pasc. cap. 16. nu. 14. & 21.*

Ut pascua ad culturam reduci possint, omnium qui jus pascendi habent, debet intervenire consensus, nec sat erit si major pars ex incolis præstet assensum, ac præterea apud nos regia facultas desideratur. Azeved. *in l. 7. nu. 4. tit. 7. Recop.* Oter. *d. cap. 16. n. 23.* qua interveniente videtur, quod sufficiat consensus majoris partis populi, ut pascua colantur, ex traditis per Azevedum: imò licet consensus incolarum non nocere futuris incolis ab eis causam non habentibus, ut pascuorum usu careant, scripserit Oterus *nu. 22.* id tamen non procedet quoties Regis facultas impetratur, qua & renitentibus, & insciis incolis præjudicium generatur, majori parte communitatis assentiente.

Vers.

Verf. Tertio principaliter.

- 43 Quoties pascua publica sunt duobus, aut pluribus oppidis communia quoad proprietatem, nullum poterit in eis feminare, aut quicquam facere, per quod usus pastus coarctetur, aut impediatur. Oter. nu.18.

Verf. Quarto est & in hac.

Hæc conveniunt traditis supra, n.32. Consule ibi laudatos.

Verf. Quinto, exceptis hisce.

- 44 Ubi pastus communis est, nec apparet saltem ex conjecturis, quo jure communio illa inter urbes, aut vicos sit introducta, nequibunt pascua ad culturam scindi, aut aliter pascua utilitate defraudari incolæ cujusque oppidi. Vide prænotata nu. 32.

Ad Num. 8.

- 45 Si in prædio communi ad pastum deputato aliquis ex habentibus jus pascendi feminaverit, vel vites, oliveta, aut alia plantaverit, & per tempus legitimum in possessione talis usus persistit, præscriptione tueri se adversus socium agentem poterit: sed ut civitati, oppido noceat, quadragenaria desideratur. Oter. d. cap.16. n.25. Azeved. in l.3. n.31. & in l.9. nu.3. tit.7. lib.7. Recop. Bobad. Polit. lib.3. cap.8. n.80. Avend. de exeq. mand. part.1. cap.12. nu.28.

- 46 At civitas intra quadriennium à die præscriptionis impletæ restitutionis in integrum beneficio uti permittetur, l.7. tit.29. p.3. ubi Greg. Lop. gloss.7. & 8. Azeved. sup. verf. Si tamen Concilium, Oter. ubi proximè.

Ibi: Nec oberit, quod eadem Regia lex.

- 47 Præmittere oportet, bona civitatis fore in triplici differentia. Quædam ad publicum usum delerviunt, ut platea, pontes, viæ publicæ, fontes, prata, vulgò *exidos*, & alia. Quædam proprietate sunt publica, sed ad utilitatem cohabitantium destinata velut pascua communia, montes, ac nemora. Alia sunt, quæ proprios civitatis vulgò dicimus; & hæc pro sumptibus rei publicæ administrari solent, & locari, sicut molendina, prata intra territorium, vulgò *baldios*, ædes, oliveta, ac similia. De qua distinctione agit dicta lex 7. & ibi Greg. Lop. Avend. sup. cap.4. & 9. Hermosill. latissimè in l.15. gloss.2. à princ. tit.5. p.5.

- 48 Bona civitatis primi ordinis nulla tempore, etiam immemoriali præscribuntur, nisi titulus allegetur, qui ex temporis diuturnitate præsumitur. Gregor. Lop. in d. l.7. per textum ibi, gloss.1. Hermos. num.4. Azeved. in l.1. nu.64. tit.15. lib.4. Recop. Secundi ordinis bona immemorialis temporis possessione acquiri possunt, & præscribi. Avendañ. num.9. Oter. de pasc. cap.17. qui fusè probat à num.2. Bona tertii ordinis quadraginta annorum lapsu præscribuntur. Azeved. num.65. Avend. d. cap.4. num.8. in fin. Gregor. Lop. in d. l.7. gloss.6. ubi ita expressim deciditur.

- 49 At D. Covar. hic sequutus Rodericus Suarez opinatur, pascua publica quadraginta annis præ-

scribi, atque ita restringit dispositum in d. l.7. Partite, ad bona civitatis primi ordinis, nempe quæ in usu publico sunt, ut flumina. & plateæ. Contrarium tamen tenet Gregor. Lop. in d. l.7. gloss.1. verf. Ego tamen multum dubito, cui accedunt Azeved. sup. nu.45. Avend. num.9. Oter. dict. cap.17. qui duo immemorialia tempus desiderant.

Hæc tamen admissa sententia, sustineri debet 50 resolutio tradita supra, nu.45. quæ alia ratione (omissâ eâ quam D.Covar. reddit,) defenditur. Aliud enim est præscribere quoad proprietatem pascuorum communitatis, & aliud acquirere jus aliquod, seu servitutem in eis, veluti ad colendum aut plantandum. Priore casu immemoriali omninò opus est: posteriore quadragenaria sufficit. Greg. Lop. ubi prox. Oter. nu.27. Azeved. nu.64. Avendañ. sup. part.1. cap.12. nu.9.

Quid si ante impletam præscriptionem, is qui 51 vites, aut oliveta plantavit in agro pascuorum civitatis, conventus succubuerit, an solvendo interesse, agrum retinere permittatur de quo quoad jus commune diffusè agit Cæpol. de servitut. rustic. præd. cap. de jure pascendi, n.42. De jure nostro Regio res extra controversiam consistit, nam ager præcisè, ablatis vitibus, vel arboribus, in pristinam formam pascuorum reduci debet, l.6. tit.7. lib.7. Recop. Oter. de pasc. cap.16. nu.27.

Cùm de pascuis publicis sermo habeatur, operæ 52 pretium videtur inquirere quomodo inter incolas pastus dividendus, an scilicet pro modo facultatum, aut prædiorum, vel pro numero armentorum, sive gregum? Quod accuratè examinat Oter. cap.22. n.13. cum seqq. ubi rectè decidit, judicis arbitrio relinquendum, ut perpensis circumstantiis cum æqualitate distribuat. Idem tenet Menoch. de arbitrar. casu 245. nu.14. post alios, quos isti referunt. Sed cavendum (ut Menochius monet,) ne potentioribus plus quàm pauperibus consulatur; nam frequenter illi commoda universitatis absorbent, iniqua Magistratum distributione intercedente, qui æquitatem, ac justitiam ob oculos habere tenentur, l. quod si Ephesi 5. §.1. ff. de eo quod cert. loc.

An peccet, & ad restitutionem teneatur qui ex 53 montibus, aut pascuis publicis quicquam usurpat, plenè tradiderunt jam sæpè laudati, Molin. de just. & jur. tract.2. disp.58. & 59. Sanch. Conf. Mor. lib.1. cap.5. dub.1. Trullench. in Decalog. lib.7. cap.3. dub.7. & alii plures, quos refert Oter. cap.12. n.15. apud nos disputatur, an qui solvit poenam propter statuti transgressionem, etiam teneatur ad restitutionem damni illati in pascuis, aut montibus suæ communitatis, in utroque foro: & quid de forensibus.

SUMMARIUM.

- 1 Proximitas ad succedendum in fideicommissio familia relicto, an consideretur ex persona testatoris, vel ultimi possessoris, qui d'spulent.
- 2 Refertur opinio docens, personam ultimi possessoris inspiciendam esse.
- 3 Limitatur, sed contraria traditur opinio, num.12. Ampliatur, nu.13. Conciliantur, num.14. & 31.
- 4 Prior sententia communior. ac praxi recepta, & in primogeniis omninò servatur.

- 5 De feudo ad hujusmodi fideicommissum, ob similitudinem sumitur argumentum.
- 6 In feudi successione ex cujus persona proximitas constituitur.
- 7 Feudum quale hereditarium dicatur.
- 8 Fratres non uterini per patrem pupillo substituti æqualiter succedunt.
- 9 Si pupillo substituat proximus de familia, an succedat proximior respectu patris testatoris, vel pupilli.
- 11 De intellectu legis Cùm ita 33. §. In fideicommissis, de legat. 2. remissivè, & nu. 19.
- 15 Utrum in fideicommissis familiae relicto divisibili locus sit representationi?
- 16 Refertur negativa sententia.
- 17 Resolvitur cū distinctione: & vide n. 36. & 37.
- 18 Quid si ex contractu vocetur proximior de familia, & quid in retractu, remissivè.
- 20 Si pluribus nominatim relinquatur fideicommissum, omnes simul admittuntur: quod dupliciter limitatur.
- 21 Cùm controversitur, an sit representationi locus in ultima voluntate, inspici debet voluntas testatoris, quæ si lateat, ex conjecturis est investiganda.
- 22 Prima expenditur conjectura ad representationis exclusionem, de qua est controversia, & num. 23.
- 24 Traditur secunda: & videas num. 29.
- 25 Adjicitur tertia.
- 26 De aliis similibus, remissivè.
- 27 Succedit alius casus, ubi cessat representatio ex mente testatoris.
- 28 Non datur representatio, si quis filios, & nepotes vocaverit ad fideicommissum, diversos gradus constituens.
- 31 Representatio quoad descendentes usque in infinitum procedit.
- 32 Ampliatur.
- 33 Utrum detur representatio in filiis legitimatis rescripto, naturalibus, & adoptivis? remissivè.
- 34 In ascendentibus nulla est representatio.
- 38 De prælatione inter patruum, & nepotem qui latè differuerunt, & num. 42.
- 39 Nepos per representationem patruum excludit, ex communi.
- 40 Qui contra pro patruo teneant, recensentur.
- 41 Qui distinxerint.
- 43 Nepos cum patruo concurrens, quo jure præferatur in successione.
- 44 Potissimum fundamentum, quod pro nepote in patruum expenditur.
- 45 Contextus Latino idiomate legis Taurinæ de representatione agentis.
- 46 Interpretes ad ejus intellectum consulendi laudantur.
- 47 Duplex casus ejusdem legis proponitur circa successione in majoratu per representationem, & num. 48.
- 49 Sancii quarti Regis intrusio adversus legem refertur.
- 50 Ampliatur Regia Constitutio, etsi patruus nepote major natu sit.
- 51 Ubi nepos est patruo major ætate, etiam de jure communi ille præferatur, ex omnium ferè sententia.
- 52 Ampliatur Taurina Constitutio, licet primogenii institutor vocaverit expressè majorem ætate.
- 53 Ampliatur idem, si neptis cum patruo de successione contendat.
- 54 Extenditur ad proneptem, si cum patruo magno concurrat.
- 55 In primogeniis Hispaniæ representatio semper admittitur, nisi expressim à fundatore exclusa reperiatur.
- 56 Representatio locum habet in filio secundo aut tertio genito, etsi nunquam primum gradum successione obtinuerint: quod exemplo declaratur.
- 57 Ampliatur.
- 58 Representationi in majoratibus Hispanis est locus, tametsi de clausulis institutionis non appareat. Idem erit si ex contractu majoratus originem duxerit.
- 59 Intellectus genuinus Taurinæ legis.
- 60 Quoad representationem attenditur mors non possessoris majoratus intrusi, sed veri, ac legitimi successoris, qui de jure debebat possidere.
- 62 Alia clausula ejusdem Taurinæ legis subjicitur.
- 63 De transversalium cognatorum differentia quoad successione majoratum.
- 64 In transversalibus respectu institutoris, & in descendentibus ab ultimo possessore, representatio usque in infinitum procedit.
- 65 Similiter in descendentibus à fundatore, qui à latere possessori junguntur.
- 66 Idem juris est in transversalibus, tam institutoris, quam ultimi possessoris, licet controversetur.
- 68 Utrum isto casu nepos, cujus pater nunquam primum gradum successione obtinuit, per representationem paruum excludat, & num. 69.
- 70 Generaliter in omni majoratu apud nos per representationem indistinctè succeditur, nisi illa expressis verbis rejiciatur.
- 71 Subsequitur litera ultimæ clausulæ, quæ præfata lege continetur.
- 72 Ut repellatur jus representationis in primogeniis Hispaniæ, nullæ sufficiunt conjecturæ, sed expressa voluntas institutoris desideratur.
- 73 Ubi constiterit de voluntate fundatoris, quod voluerit representationem remove, cessat legis regie dispositio.
- 74 Olim per manifestas præsumptiones non admittebatur representatio, ex conjecturata mente fundatoris: hodie non utique, nisi expressè representatio prohibeatur.
- 75 Representatio non excludebatur quondam, etsi auctor majoratus vocaret primogenitum, & post eum secundogenitum.
- 76 Decisio legis Cùm avus, de condit. & demotr. extenditur ad contractus, & alios actus inter vivos.
- 77 Ad donationes causâ mortis.
- 78 Ad commendas Indorum.
- 80 Ubi fundator disposuerat, ut succederet filius major superstes, ambigebatur an nepos patruo præponendus?
- 81 In feudis an succedatur per representationem.
- 82 Quid in Hispania.
- 83 Feudum in dubio an ex pacto, & providentia, vel hereditarium præsumitur.
- 84 In emphyteusi an sit locus representationi, remissivè: & quid apud nos.
- 85 Quid in jure patronatus Ecclesiæ, & libertorum, remissivè.
- Representationi regulariter locus est dandus, ibid.
- 86 Quid in anniversariis, remissivè.

- 87 In Indorum commendis succeditur per representationem inter descendentes.
- 88 In vinculis perpetuis (quæ in Hispania veri sunt majoratus,) per representationem succeditur.
- 89 Quotiescunque in Hispania, feudum, emphyteusis, juspatronatus, & similia jure majoratus ita deferuntur, ut sine divisione transferantur, erit representationi locus.
- 90 In bonis per Regem donatis in majoratum jure representationis succeditur.

CAPUT XXXVIII.

Ad Num. 1.

1 **A**Nceps ventilanda quæstio proponitur, & frequens, quam regia egere constitutione merito scribit Cævall. *comm. cont. commun. quæst. 398. num. 1.* num scilicet in successione fideicommissi familiaræ relictæ proximitas vocatorum sit æstimanda ex persona testatoris, vel ultimi possessoris, per cujus obitum successio defertur: de qua Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 9.* Simon de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4.* Amat. *variar. resol. 10.* Thesaur. *Pedemont. decis. 64.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 628.* Mant. *de conjectur. ult. volunt. lib. 8. tit. 12.* Cævall. *dict. quæst. 398.* Roland. à Valle *conf. 100. lib. 1. Fachin. controvers. lib. 4. cap. 85.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 19. nu. 140.* cum aliis, Fusar. *de substit. quæst. 484.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 20. & cæteri, quos congeffit Castill. num. 136.*

2 Sententia Socini, de qua hic mentio fit, tenet ex persona ultimi possessoris esse judicandum, quis sit ad succedendum proximior, quem sequuntur Gutier. *lib. 3. Practic. quæst. 66. n. 11.* uterque Molina & Castill. *ubi proximè, Valenz. concl. 97. nu. 214.* Matienz. *in l. 8. gloss. 3. n. 2. tit. 11. lib. 5. Recop. Barbosa collect. cap. Licet, num. 17. de vot. & alii ferè innumeri, quos congerit Amat. nu. 2. ac Cævall. nu. 1. atque Castill. Videas infra num. 12. 13.*

3 Quæ opinio ab omnibus limitatur primò, si ex voluntate disponentis appareat, quod sibi placuit, proximitatem ex sua persona esse considerandam, quia ipsius expressæ, aut tacitæ dispositioni omninò standum erit. Molin. *d. cap. nu. 20. in fin.* Amat. *nu. 31.* Gutier. *ubi proximè, Cævall. n. 6.* Secundò, si proximus ultimo possessori de familia testatoris non existat. Molin. *d. cap. 9. nu. 2.* Amat. *nu. 4.* Gutier. *nu. 10.* Paz *de renut. cap. 26. num. 23.* Molin. *sup. d. tract. 2. disp. 627. nu. 12.*

4 Quanquam hæc opinio Socini D. Covarruvias displicuerit, à plerisque tamen amplectitur, & apud nos in praxi est recepta, teste Matienzo *ubi supra,* ideo forsitan, quoniam per ipsum inextricabilium litium amputatur occasio, quæ in antiquis necessariò orirentur, si proximitatem primo testatori investigari oporteret, quod quidem perdifficile, aut impossibile foret, ut rectè animadvertit Molin. *d. cap. 9. n. 13. & ibi Addition. Molin. d. tract. 2. disp. 628. num. 1. vers. Hæc sententia.* Et in majoratibus ita est tenendum proculdubio, etiam in transverfalibus, ut noster Molin. probat *d. cap. 9. & ibi Addition. cum plurimis.*

Ibi: Huic opinioni suffragatur.

Hoc argumento utuntur uterque Molina, Fachin. Cævall. & alii laudati supra, *nu. 1.* nec abs re, propter similitudinem quæ inter feudum, & hujusmodi fideicommissum versatur. Amat. *resol. 75. n. 16. & 17.* Verùm objectioni satisfacit Molin. *d. cap. 9. nu. 19.* pro Socino, adversus eos qui contra ipsius sententiam argumentum de feudo retorquent, *ex cap. 1. §. ult. de succession. frat.* ut videre est apud eundem Molin. *num. 8.*

6 Quoad successionem feudi duplex extat communis sententia. Quibusdam videtur, indistinctè quoad proximitatem successorum inspicienda persona primùm acquirentis. Tondut. *sup. cap. 24. num. 25.* Bald. *in d. cap. 1. §. ult. de success. frat. num. 2.* quod plures admittunt, deficiente linea ultimi possessoris. Alii distinguunt inter feudum ex pacto ac providentia, & hæreditarium, ut in hoc attendatur persona ultimi possessoris, in illo ejus, qui primò acquisivit. Consule Amat. *d. resol. 10. ex nu. 13.* qui nonnullos cumulat.

Ibi: Feudum autem hæreditarium.

7 Feudum hæreditarium est illud, quod acquirenti, ejusque hæredibus conceditur, & hoc ad quoscunque etiam extraneos hæredes spectat, de quo, & aliis feudorum differentiis agit Greg. Lop. *in l. 6. gloss. 4. tit. 26. p. 4.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 472.* Jul. Clar. *Sentent. lib. 4. §. Feudum, quæst. 9. ex nu. 2. & ego prænotavi variar. lib. 2. cap. 18. d. nu. 59.*

Ad Num. 2.

8 Licet hæc ad rem non conferant, ut D. Covar. admonet, vide Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præf. 75. d. n. 9.* qui tenet, fratres substituutos pupillo per communem parentem, illi æqualiter successuros, etsi utrimque conjuncti pupillo omnes non sint. Parlad. *quotid. lib. 3. quæst. 8. nu. 3.*

9 Hic opportunè meminisse placet pulchræ quæstionis, num scilicet proximitas computetur ex persona patris defuncti, vel pupilli, cum pupillariter substituitur proximus de familia, vel qui de jure succedere debet, de qua latissimè per Amat. *d. quæst. 10. d. n. 71.* qui contra alios resolvit, proximum testatori admittendum, licet alius proximior pupillo concurrat.

Vers. Idcirco pro Socini sententia.

Hoc idem argumentum pro Socino expendant Molin. *d. cap. 9. nu. 11.* Fachin. *controvers. lib. 4. cap. 85. vers. Secundum argumentum,* Molin. *dict. disp. 628. n. 1. vers. Hæc sententia.* Adde Amat. *variar. resol. 10. n. 72.*

Ad Num. 3.

10 Præterea pro Socino adducitur Modestini responsum *in l. Cum ita 33. §. In fideicommissis, de legat. 2.* cui Interpretes multiplicem intellectum accommodant, ut videre licet apud Alciatum, & Peraltam *in comment. ad eundem text.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 5. ex nu. 26. & lib. 3. cap. 9. num. 6. & 17.* Fachin. *controv. lib. 4. cap. 85.* Roland. à Valle *conf. 100. nu. 3. seqq.* Molin. *de just.*

just. & jur. tract. 2. disp. 628. nu. 2. vers. Quoad secundum, Peregrin. *de fideicom. art. 15. nu. 11. Castell. controvers. lib. 3. cap. 19. num. 141. qui num. 139. in fin. observat quod propter ambigua Modestini verba utriusque opinionis sectatores eundem pro se textum solent expendere, diversa adhibita interpretatione.*

Verf. Sic sanè adversus opinionem.

12. Hanc sententiam, quam D. Covar. amplectitur, nempe quod in fideicommissio familiae relicto proximitas ad succedendum inspiciatur respectu testatoris, & non ultimi possessoris, sustinent Fachin. *ubi proximè*, Cævall. *d. quæst. 398. nu. 4. Sim. de Præcis ubi sup. nu. 35. Mantic. de conjectur. lib. 8. art. 12. nu. 10. Menoch. lib. 4. præf. 75. num. 16. Gratian. disceptat. cap. 393. à nu. 13. & plures, quos laudat Cævall. nu. 1. & Amat. variar. resol. 10. num. 1.*

Verf. Secunda conclusio.

13. Proximam resolutionem D. Covar. probat, & ampliat etiam si aliqui ex familia nominatim vocati reperiantur, licet adversa opinio, de qua supra, nu. 2. valde communis sit ac recepta, ut videre est apud Castell. *controvers. lib. 3. cap. 19. nu. 140. qui rectè monet, quod ex mente testatoris, ac circumstantiis quæstio hæc in primis decidi debet.*

14. Istud sententiarum diffidium conciliari poterit ea distinctione, quam aliqui tradidere, ut scilicet proximitas consideretur ex persona ultimi possessoris, cum hic descendente relinquerit, qui succedat in fideicommissio, alioqui proximior testatoris præferatur adversus transversalem magis conjunctum ultimo possessori. Tondut. *resolut. civil. cap. 99. nu. 23. Amat. cum aliis variar. resol. 10. nu. 3. quod procedit tametsi ultimus possessor ex liberis testatoris non sit; nam si ab illo descendente, proculdubio proximitas ex ultimi possessoris persona æstimabitur, prole relicta, ut D. Covar. edocet hic ex l. Cum avus, de condit. & demonstr. Eius distinctionis ea ratio reddi potest, quam de primogeniis agentes perpendunt Addition. ad Molin. *lib. 3. cap. 9. sup. nu. 3. ad 21. quia ex quo fideicommissum obtinuit vocatus, etiam posteritati suæ jus ad successionem quæsitivum, à qua in aliam lineam nequit transferri, dum aliquis ex illa supervit. Parlador. quotidian. lib. 3. quæst. 1. n. 1. Amat. sup. resol. 1. num. 52.**

Ad Num. 4.

15. Non minùs ardua subsequitur controversia, num in fideicommissio familiae relicto, quod sui naturam recepit divisionem, locus sit representationi, per quam remotiores cum proximis ad successionem simul admittantur: de qua consulendi sunt Molin. *de primog. lib. 3. cap. 7. à n. 20. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 9. Salced. de representat. lib. 3. cap. 7. Fachin. controuv. lib. 4. cap. 84. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 628. nu. 2. vers. Circa fideicommissum*, Cævall. *comm. cont. comm. quæst. 762. Peregrin. de fideicommiss. art. 21. Menoch. lib. 4. præf. 95. à n. 14. Cancer. variar. part. 1. cap. 5. n. 50. cum seqq. & plurimi apud Castell. *controv. lib. 3. cap. 19. n. 213. qui latè disputat.**

16. Est quidem communis opinio, quæ repræsen-

tationem prorsus repellit, cui subscribunt Molin. *d. disp. 628. nu. 3. Salced. fusè probans à nu. 14. Valalc. de jur. emphyteus. quæst. 50. nu. 31. & alii, quos recentet Castell. nu. 216. qui ad fundamenta adducit n. 217. Cævall. supra, à n. 58. Salced. nu. 42.*

Verior tamen, ac receptor sententia docet, 17 quod representationi sit locus cum agitur de successione fideicommissi relicti ab ascendente, aut transversali in primo gradu; tunc enim patruus simul cum nepote concurreret; non autem in ulteriore gradu collateralium, sed quoad ascendentium successionem, in infinitum. Molin. *d. lib. 3. cap. 6. nu. 44. & cap. 7. n. 20. Mantic. sup. nu. 3. Cancer. nu. 52. Gutier. practic. lib. 3. quæst. 66. n. 32. Marzar. de fideicommiss. quæst. 18. Menoch. n. 14. & 16. Fusar. de substitut. quæst. 485. n. 16. Cævall. d. quæst. 762. à n. 87. Patchal. de virib. patr. potest. part. 4. cap. 9. n. 25. Pichard. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. in princ. §. 3. nu. 48. Castell. n. 219. ubi plures. Vide infra, n. 37.*

Utrum in fideicommissio, quod familiae comm- 18 petit ex contractu, representatio detur, quæstio- nis est, de qua Castell. *n. 254. Salced. sup. lib. 3. cap. 12. à princ. ubi generaliter de representatione in contractibus disserit. Et quid in retractione rei patrimonialis, quo proximi consanguinei jure nostro uti permittuntur, videndus idem Salced. cap. 15. Pichard. à n. 10.*

Verf. Primum in dicto §. In fideicommissio.

Communiter sentiunt interpretes, in eo textu 19 fideicommissariam intervenisse substitutionem, ita ut fideicommissum perpetuò in familia permaneret, sicut videre licet apud laudatos supra, nu. 11. Verùm nonnullis videtur Consultum ibi de vulgari egisse substitutione, atque ita primo acceptante conjuncto, nullum superesse fideicommissum, in quo posteriores possint succedere. Ita Molin. *de primog. lib. 1. cap. 5. n. 27. Salced. de representat. lib. 3. cap. 7. n. 44. Ant. Gom. in l. 30. Taur. nu. 43. Sim. de Præcis de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. fol. 9. Fab. de errorib. pragmat. decad. 54. error. 8.*

Verf. Secundò adnotandum.

Quoties fideicommissum relinquatur duobus, 20 vel pluribus nominatim vocatis, non ordine successivo, sed omnes simul admitti debent. Barbosa ex pluribus in *collektan. cap. Raynutius, num. 1. vers. Alterocha, de testament. quod dupliciter limitatur. Primò si filius, & pater substituuntur, aut Titius, & hæres ejus, tunc quidem ordo successionis servabitur, ut post obitum patris filius, & post mortem Titii succedat ejus hæres. D. Covar. in d. cap. Raynutius, §. 2. n. 6. & 7. de quo Ant. Gom. *variar. lib. 1. cap. 2. n. 4. Fusar. de substitut. quæst. 476. Mantic. de conject. lib. 4. tit. 9. Menoch. lib. 4. præf. 70.**

Verf. Tertiò ad intellectum.

Cum de representationis jure quæritur circa 21 hominis dispositionem, in primis voluntatè testatoris indagari oportet, à qua pender, an locus sit representationi, necne. Salced. *sup. lib. 3. cap. 7. num. 1. Cancer. variar. part. 1. cap. 5. num. 52. Quapropter attendendum ad conjecturas, ex quibus mens percipi possit; nam sunt quædam qui-*

bus suadet, voluisse testatorem per repræsentationem successores admitti: & sunt aliæ, quæ contrarium demonstrant Castill. *d. lib. 3. cap. 19. n. 220.* de utroque conjecturarum genere differunt Menoch. *lib. 4. præf. 95. ex n. 14.* Salced. *de repræsentat. lib. 3. cap. 8. cum multis seqq.* Sed D. Covar. hîc solum meminit præsumptionum, ex quibus rejicitur repræsentatio.

22 Prima igitur adducitur conjectura adversus repræsentationem, cum testator proximiorum de familia vocaverit, quia non concurret vi repræsentationis remotior in gradu. Sed etsi pro hac sententia plures existant, quos refert, ac sequitur Salced. *d. lib. 3. cap. 11. num. 5.* Amat. *variar. resol. 1. n. 40.* Castill. *d. cap. 19. n. 300.* contrariam tamen plurimi amplectuntur, ut Menoch. *lib. 4. præf. 95. n. 21. & conf. 357. n. 27.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 8. num. 11. vers. Imò nec etiam,* & ibi Addition. Castill. *sup. lib. 2. cap. 20. n. 7. & d. cap. 19. n. 301.* Gutier. *Practicar. lib. 3. quæst. 67. num. 31.* ommissis pluribus, quos recensent hi, ac plenius Salced. *n. 2.*

23 His favet, quod de jure quoties aliquid cognatis, seu familiæ relinquitur, ut in eo succedatur ex ordine, semper proximiores præferuntur: & hoc ipsum etsi testator explicaverit, non poterit repræsentationis exclusionem operari; nam ut vulgò fertur; expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur, *l. 3. C. de fidejussor. cum aliis, quæ refert Barbosa axiom. 89. n. 15.*

Verf. Quartò, ubi fideicommissum.

24 Secunda conjectura adjicitur, cum testator expressit, quod in fideicommissio succederent vocati, servata gradus prærogativa; nam ex hoc præsumitur repræsentationem explodere. Ita, re latè discussa, tenet cum aliis Salced. *d. lib. 3. cap. 10. n. 10.* adversus Molin. *de primog. lib. 3. cap. 8. n. 17.* Castill. *d. cap. 19. n. 317.* Gutier. *d. quæst. 67. n. 45.* Menoch. *num. 20.* & alios quos laudat Salced. *num. 1.* Et hæc sententia quoad majoratus extra dubium habetur: sed quoad fideicommissa satis est ambigua. Addit. ad Molin. *ubi proximè, sub n. 15. ad 18.* Adjunge Amat. *d. resol. 1.* ac vide D. Covar. *infra, vers. Octavò, ubi ego n. 29.*

Verf. Quintò idem erit.

25 Tertia conjectura est, cum testator certum gradum personarum vocat ad successionem, veluti filios, aut fratres; tunc enim cessat repræsentationis auxilium. D. Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. n. 3.* Sesse *decis. 64. n. 110.* Cancer. *variar. p. 1. cap. 5. num. 13.* Salced. *sup. cap. 9. num. 46.* Tondut. *resol. civil. cap. 99. num. 5.* Cævall. *comm. cont. comm. quæst. 762. n. 106.*

Verf. Sextò constat.

26 De his, & de aliis conjecturis, per quas excluditur in fideicommissis repræsentatio, consulas Salced. *d. cap. 9. per tot.* Menoch. *lib. 4. præf. 95. ex n. 14.* Molin. *sup. lib. 3. cap. 8.* Cævall. *sup. à n. 105.* Mant. *de conject. lib. 8. tit. 9. à n. 3.* De præsumptionibus contrariis, quæ repræsentationem inducunt, vide Menoch. *ex n. 33.* Salced. *cap. 8. per tot.*

tionem inducunt, vide Menoch. *ex n. 33.* Salced. *cap. 8. per tot.*

D. Covar. hîc aliam deducit conjecturam obnoxiam repræsentationi, *ex l. Cum ita, §. In fideicommissio, de legat. 2.* nam si quis dum familiæ per fideicommissum bona tribuit, cognatos quosdam nominatim, & alios nomine colectivo vocaverit, ut si dicat: *Relinquo Titio, & Sejo filiis meis, illisque proximiores ex mea familia substituto;* quanquam unus ex nominatim vocatis decedat, liberis relictis, hi non subrogabuntur ad successionem loco parentis, sed alter nomine proprio vocatus integrè fideicommissum percipiet, repræsentatione cessante: quod similiter procedit, si nepotes, nominatis patribus, avus substituerit, de quo Menoch. *d. præf. 95. n. 23.* Salced. *d. cap. 9. ex n. 16.* qui posteriorem casum de liberis substitutis à priore distinguit *n. 20.* volens ut nepotes substituti cum patruo concurrant: non sic ubi generaliter ut proximiores colectivo nomine vocarentur, nullà gradus certi factà mentione. De alia simili conjectura agit idem *ex n. 39.*

Verf. Septimò, hinc constat.

Quoties testator filios, & nepotes ad fideicommissum vocaverit, ut appareat diversos gradus ad succedendum constituere voluisse, tunc decedente uno ex filiis, liberi ejus non admittentur per repræsentationem, ex voluntate testatoris.

Verf. Octavò, est advertendum.

Docemur hîc, locum fieri repræsentationi in fideicommissario, ad quod cognati nomine colectivo vocantur, etiamsi testator caverit ut in successione gradus prærogativa servetur: quod verum si ab ascendenti, vel fratre talis dispositio procedat, & hoc adversatur traditis per nostrum Præsidentem supra, *vers. Quartò, ubi aliorum retulit opinionem.* Sed contraria, quam sequitur, placuit Molinæ, & cæteris à me laudatis *n. 24.*

Verf. Nonò, seclusa.

Tandem resolvit D. Covar. repræsentationem in hujusmodi fideicommissis admitti ab ascendentibus, vel transversali in primo gradu relictis, nisi ex conjecturis appareat, testatorem voluisse illam excludere. Sic tenet communis, quam tuentur recensì supra, *n. 17.*

Ad Num. 5.

Repræsentatio in successione ascendentium ultra pronepotem ad posteriores quosvis gradus absque ulla restrictione portenditur. Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 6.* Menoch. *lib. 4. præf. 95. n. 6. & 7.* Ant. Góm. *variar. lib. 1. cap. 1. n. 15.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 21. n. 6.* Greg. Lop. *in l. 3. gloss. 7. tit. 13. p. 6.* Mynsinger. *in §. Cum filius, Inst. de heredit. quæ ab intest. deser.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 626. n. 1.* Pichard. *in princ. tit. de heredit. quæ ab intest. deser.* §. 2. *n. 18.* Cancer. *variar. part. 1. cap. 5. n. 6.* Cævall. *comm. cont. commun. q. 762. n. 33.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 19. n. 62.* Salced. *de repræsentat. lib. 2. cap. 18. n. 12.* apud quem plurimi, ubi disputat, & contrà sentientes laudat. *n. 2.*

32 Quæ communis, ac tenenda sententia ita procedit, ut si casus daretur, abnepos, aut ulterior descendens succederet per repræsentationem cum patruo magno testatoris filio, cæteris ascendentibus de medio sublatis. Greg. Lop. *ubi sup.* Matienz. in l. 1. gloss. 4. n. 14. tit. 8. lib. 5. *Recop.*

33 Utrum repræsentationis gaudeant privilegio filii legitimated Principis rescritto adoptivi, & naturales, inquit Salced. d. l. 2. cap. 8. cum seqq. Sed quoad successionem fideicommissi, de quo agimus, adoptivos omnino extraneos à sanguine testatoris repellendos esse probatur ex l. *Fideicommissum* 76. de condit. & demonstrat. l. *Si ita* 51. in fin. de legat. 2.

34 In ascendentibus nullum est repræsentationis beneficium, sed proximior defuncto in solidum admittitur, l. 4. tit. 13. p. 6. *authent. de hered. ab intest. veniens*. §. *Si igitur*, Greg. Lop. in d. l. 4. gloss. 4. in fin. Ant. Gom. in l. 6. *Taur.* n. 6. ubi rationem reddit duplicem. Castill. d. cap. 19. n. 54. Salced. fusè probans supra, lib. 2. cap. 19. d. num. 6.

Verf. *Decimò apparet ferè.*

35 Monemur, ut quoties de succedendo per repræsentationem controvertitur, voluntatem testatoris sedulo observemus, à qua pendet repræsentationis beneficium. Vide laudatos supra, n. 21. & quæ prænotavimus *ibi*.

Ibi: Atque item an illud sit verum.

36 Tradiderat D. Covar. initio hujus versiculi, quod ut repræsentationis privilegium competat ad succedendum, necessariò desideratur testatorè fuisse ex ascendentibus patruum, amitam, aut materteram ejus, qui per repræsentationem cum proximior admitti contendit. Deinde subjungit, quod oportet disquirere, an verum habeat quod fertur de proximitate ultimi possessoris ad succedendum in fideicommissis familiæ relictis.

37 Quod quidem non abs re Sapientissimus Præsul animadvertit, ac monet; nam admissa opinione, de qua supra n. 2. quæ tenet, non ex persona testatoris, sed ultimi possessoris proximitatem judicandam esse, consequens est, ut ex eadem reguletur descendencia, & gradus ad repræsentationem. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 7. Unde evenire potest, ut licèt litigans non sit ex descendentibus testatoris, nec nepos ex fratre, per repræsentationem cum patruo succedat, modo ab ultimo possessore descendat, vel si nepos ex fratre, aut sorore ipsius: quod facilè, ac sæpè contingere solet. Ponamus Seium vocasse fratrem ad successionem, primo qui deceffit filio, ac nepote ex alio superstitibus: hic quoad testatorem collateralis est, quoad ultimum possessorem descendens D. Covar. repræsentationis non gaudebit beneficiò, cum non sit ex liberis testatoris nec illi ex latere in primo gradu conjunctus: quod secus erit juxta oppositam opinionem respicientem ad personam ultimi possessoris, & juxta illam necesse non est, quod testator ascendens sit litigantis patruus, avunculus, amita, aut matertera, ut per repræsentationem succedere valeat, licèt aliud D. Covar. nos docuerit, qui ex propria sententia loquitur, quam tenuit supra n. 3. *vers. Secunda conclusio*. Hæc deduximus ex traditis per Molin. d.

cap. 7. n. 7. & 8. & per Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 627. n. 9.

Ad Num. 6.

Inter cæteras quæstiones, quæ acutius mentes Juris Interpretum contorquere solent, illa caput effert de patruo & nepote, dum inquiritur quis eorum præponatur, alterum excludens à fideicommissio jure primogenii familiæ relicto ut bona in illa perpetuò indivisibilia persistant: qua disseverunt plurimi, quos recensuit Castill. *controvers. lib. 3. cap. 19. n. 104*. Nepotis partes cum D. Covar. tuentur Molin. d. lib. 3. cap. 6. n. 3. Tiraq. de jur. primogenit. quæst. 40. n. 12. Fachin. *controvers. lib. 6. cap. 2. Amat. variar. resol. 1. n. 53*. Mangil. de imput. cap. 77. Ant. Gom. in l. 40. *Taur.* n. 65. Gutier. *Practicar. lib. 3. quæst. 67. n. 2*. Thesaur. *forens. quæst. 35*. Pichard. in princ. *Infl. de heredit. quæ ab intest. desert. §. 3. de repræsent. in Hisp. primog. n. 18*. Cancer. *variar. part. 3. cap. 21. d. n. 289*. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 1626. n. 14. Gratian. *disceptat. cap. 456. d. princ.* Peregrin. de fideicommiss. art. 21. n. 16. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 10. n. 9. Cævall. *commun. cont. comm. quæst. 197. d. n. 3*. Azevedo. in l. 5. n. 1. tit. 7. lib. 5. *Recop.* & apud ipfos plurimi, & apud Salced. lib. 2. cap. 3. n. 1.

Ex quibus tam Jure communi, quam Regio nostro causa nepotis prior habetur, ut magis communiter tenent Scribentes, testante Castill. d. cap. 19. n. 104. in fin. ac ferè ubique gentium ita servatur. Molin. *ubi proximè*: & in Hispania talis viget consuetudo. Avendann. in l. 40. *Taur.* gloss. 5. n. 9. Addit. ad Mol. *ubi sup.*

Verf. *Nec tamen olim.*

Pro patruo adversus nepotem, & proximam conclusionem certant Cost. tract. de success. parr. & nepot. part. 2. ubi latissimè disputat, Spin. de testam. gloss. 19. n. 62. Valasc. de jur. emphyteut. q. 50. n. 20. Duran. de art. testand. tit. 3. caut. 8. Salced. de repræsent. lib. 2. cap. 3. n. 3. etsi limitet cum nepos ante patruum nascitur, quod contingit, ut ipse inquit. Alios pro hac ratione præter Salcedum *ibi*, n. 2. laudat Tiraq. d. q. 40. n. 15. & Cævall. *ubi proximè*, & n. 1. & 2.

Sunt prætereà qui diversis distinctionibus inventis, ad amicitiam pugnantes sententias reducere, quorum meminit Salced. eod. cap. 3. n. 3. Sed indistinctè prior est amplectenda.

Ibi: Præsertim quod And. Tiraq.

Plures ex neotericis de hac quæstione agentes recenset Castill. d. cap. 19. præcipuè Emman. Cost. tract. de parr. & nepot. Ant. Gom. in l. 40. *Tauri*, n. 65. Salced. d. cap. 3. Avendann. in l. 40. *Tauri*, gloss. 5. cum seqq. Afflic. in rubric. de success. feud. Gamma decis. 308. Fufar. de substitut. q. 485. ex n. 1. & alii ex prælaudatis nuper, n. 38.

Verf. *Ipsè verò, seclusa etiam lege.*

Pro nepote D. Covar. resolvit, amplexus opinionem frequentius receptam, cui adhærent recensenti supra n. 38. Sed inter illos controvertitur, an nepos patruum repellat per repræsentationem, substitu-

substitutionem, aut transmissionem: de quo Molin. d. disp. 626. n. 14. Pichard. ubi supra n. 18. Molin. d. cap. 6. n. 36. & ibi Addition.

Verf. Etenim qui primogenitum.

- 44 Varias pro nepote rationes expendunt qui hac de re disputationi operam dederunt: at hanc sequitur, ac laudibus extollit Castill. *controv. lib. 3. cap. 19. n. 106. & 107.* ubi ait, quod usque ad tempora nostra Præsidis latuit vera & genuina ratio decidendi ad l. 40. *Tauri*, quæ hic redditur, de qua Molin. d. cap. 6. n. 29. Gutier. *Prædic. lib. 3. q. 66. n. 17. & q. 67. n. 20.* Avendann. *in d. lege regia, gloss. 1. n. 15. & gloss. 16. n. 2.* & alii apud Addit. ad Molin. ubi proxime. Ex quibus deducitur, quod statim ac nascitur qui ad primogenium vocatur, lineam constituit, cui posterisque suis jus querit, ut eo gradu, & ordine succedant, quo ipse, si viveret, posset succedere; ideo dum ista linea persistit, alii locus non dabitur, nec per obitum primò occupantis lineam jus ejus posteritati quæsitum expirat, inò quisque primogenitus ex illa, ut vocatus à testatore, debet admitti, sive sit ex liberis, sive ex transversalibus ultimi possessoris, sicut Taurina constitutione deciditur.

Verf. Prima Taurinæ legis pars.

- 45 Quam pro ignaris nostri Hispani idiomatis ita in Latinum vertit Ant. Gomezius: *In successione majoratus etiam si major natu filius ex vivis decedat, eo vivente, qui majoratum tenet, aut illo, ad quem pertinet, si ejusmodi major natu filium, nepotem, aliumve descendentem reliquerit legitimum, hi suo ordine præferantur filio secundo ejus, qui majoratum tenet, aut illius, ad quem pertinebat.*
- 46 Pro cujus legis enucleatione consulendi Ant. Gom. & Avendann. eam ex professo interpretantes, necnon Matienz. *in l. 5. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* quæ est eadem cum Taurina, ubi & Azeved. Gutier. *sup. d. quest. 66. & 67.* Molin. d. cap. 6. n. 29. *cum seqq.* Castill. *controv. lib. 3. cap. 19. n. 86.* Pichard. *in princ. Inst. de hered. que ab intest. defer. §. de representat. in Hispanor. primog. Salced. d. de representat. lib. 2. cap. 29. ex n. 12.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 626. n. 12.* Videas legem ultimam, *tit. 7. lib. 5. Recopilat.* qua Taurina constitutio declaratur, de qua inferius.
- 47 Duplex casus distinguitur. Primus, cum institutor, seu possessor majoratus duos, aut plures filios habens obiit: deinde primogenitus, qui successit, fato cedit, filio, aut alio descendente relicto: hic proculdubio ex lege 2. *tit. 15. p. 2.* & nostra Taurina patrum excludet. Molin. d. cap. 6. *in princip.* & omnes.
- 48 Secundus est casus (de quo ardua de jure communi controversia vertebatur,) si vivo majoratus possessore primogenitus obierit, relicto filio, & fratre secundogenito: & huic ille nepos præponetur in successione, ex lege 40. *Tauri* sic expressè disponente, ut observant Molin. d. cap. 6. n. 30. Ant. Gom. *in d. l. 40. Tauri, n. 65. verf. Sexto & quidem.* Matienz. *in d. l. 5. Recop. gloss. 1. n. 1. & 2.* Cævall. *commun. cont. comm. q. 762. n. 180.* Fachin. *controvers. lib. 6. cap. 2. in fin.* Gutier. d. lib. 3. *quest. 67. num. 22.* Mier. *de majorat. part. 2. quest. 6. num. 19.* Pichard. *ubi D. de Faria Covar. Enucl.*

proxime, num. 18. Salced. *de representat. lib. 2. cap. 30. num. 15.* & alii laudati pronuper, & supra, n. 38.

Hoc verò jus representationis in regni successione adversus legem 2. *tit. 15. p. 2.* à parente editam, violavit D. Sancius IV. nam electis nepotibus ex Ferdinando primogenito de la Cerda, Infantibus vulgò nuncupatis, qui vivente Ildefonso patre decederat, regnum usurpavit, quod suæ posteritati reliquit, sicut prænotatur supra, cap. 1. n. 79.

Ad Num. 7.

Lex Regia Tauri representationis beneficium induxit, etiam si patruus nepote major ætate sit, quod supponunt omnes recessi supra, n. 38. & 46. præsertim qui docent, nepotem ex filio fratris, vel ulteriorem, evenire si posset, patruo magno præferendum. Pat. Molin. supra, n. 12. *verf. Ex his profectò;* Matienz. *in d. l. 5. gloss. 3. n. 3.* quis enim vidit quod nepos major natu, quam magis patruus existat. Alioqui si Taurina decisio restringeretur ad casum, quo nepos ætate major patruo foret, inanis redderetur, vel quasi, quia rarò contingit: Salced. *lib. 3. cap. 3. in fin.* nec jura adaptantur ad insolita, sed ad ea quæ frequenter eveniunt, l. *Nam ad ea 5. de legib.* Non tamen otiosè id D. Covar. advertit ad nostræ legis declarationem, quia in quæstione patrum, & nepotis quidam distinxere, an patruus sit major natu nepote, vel è contra. Salced. *ubi proxime,* Cævall. *ex Bald. supra, n. 125.* Costa *de patr. & nepot. pag. 50.*

Ibi: Nam ubi nepos ex filio.

Quoties nepotem ante patrum nasci contigerit, ille præfertur de jure communi ex omnium fere sententia, ut videre est apud proxime laudatos, ac Matienz. *in d. l. 5. Recopil. gloss. 3. n. 3.*

Verf. Tertio ex eadem ratione.

Quancumque primogenii autor expressim vocet primogenitum, proximiorum, vel natu majorem, locus tamen fiet representationi ex lege nostra Tauri; nam illa clausula juxta ipsam civiliter, & regionis consuetudinem accipi debet. Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 8. n. 11. verf. hæc autem,* & n. 19. Gutier. *sup. quest. 67. num. 18. & 23.* Salced. *lib. 3. cap. 11. n. 34.* P. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 629. n. 3. & 5.* Castill. *controvers. lib. 3. cap. 19.* Mier. *sup. part. 2. quest. 9. num. 23.* Matienz. *in dict. l. 5. Recop. gloss. 1. n. 4. & 6.* Addit. ad Molin. *sup. d. n. 11.* ubi plures, necnon apud Salcedum, & Castillum, qui ait in Hispanorum primogeniis quoad praxim hoc disputationi non subijci, maximè post legem ultimam, *tit. 7. lib. 5. Recopil.* licet alias fuerit de jure communi, & regio controversum, ut videre est apud Amat. *variur. resol. 1.* Cævall. *dict. quest. 762. n. 173. cum seqq.* Fufar. *de substitut. quest. 485.* Mantie. *de conjectur. lib. 8. tit. 21.* Valenz. *conf. 23. n. 169.* Gratian. *disceptat. cap. 419.* Gutier. & alios ex præcitat.

Ad Num. 8.

Eadem Tauri constitutio regia ampliatur, ut locum obtineat etsi filia primogeniti prædefuncti, vivente

vivente possessore, cum masculino secundogenito patruo suo concurrat, nam illa veniet in majoratus successione præferenda, cum in majoratibus linea primò attendatur, secundò gradus, tertio sexus, & ultimò ætas. Molin. *de primog. lib. 3. cap. 4. n. 13. & 14.* Salced. *sup. lib. 3. cap. 6. n. 2. & 4.* ideo propter lineæ primogeniti præcedentiam femina masculo antepōnitur. Molin. *d. lib. 3. cap. 8. n. 8.* Castill. *dict. cap. 19. ex n. 146.* Pat. Molin. *sup. disp. 629. num. 2.* Salced. *lib. 1. cap. 12. n. 17.* Matienz. *in l. 5. gloss. 1. num. 5. tit. 7. lib. 5. Recopil. Avendann. in l. 40. Tauri, gloss. 9. n. 2.*

Idem juris est de primogeniti nepte, aut pronepte, si fortè eveniret, ut cum patruo magno super successione contendat. Matienz. *ubi proximè, Azeved. in l. 5. n. 1. & 4. tit. 7. lib. 5. Recop.*

Ad Num. 9.

54 Non ambigitur, repræsentationem ex lege Taurina admitti, etsi filium primogenitum ad majoratum institutor vocaverit, ut videre est apud recentos supra n. 46. de quo nunc regiam constitutionem jam memoratam habemus *in fin. tit. 7. lib. 5. Recop.* quæ hujusmodi quæstionum ansam radicibus amputavit, statuens semper repræsentationem esse admittendam, nisi expressis verbis sublata in institutionis instrumento reperitur. In majoratibus, qui à coacta munificentia Regis Henrici II. processerunt, repræsentationem excludi probat Salced. *lib. 3. cap. 14. per tot.* contra Molin. *de primog. lib. 3. cap. 7. n. 11. vers. Sexta conclusio,* Castill. *d. cap. 19. n. 270.* Pat. Molin. *sup. disp. 626. n. 13.* à quibus non recederem in judicando, & consulendo.

Vers. Sextò Regia lex.

55 Quæ de primogenito tradita sunt, pariter procedunt in secundo, vel tertio genito, etiamsi nunquam primum successionis gradum obtinuerint, nam sufficit spes remota, ac possibilitas succedendi aliquando, ut locus repræsentationi fiat. V. g. si majoratus possessor Joannem, Antonium, ac Ludovicum filios procrearet, & Antonius, filio suscepto ex conjuge, morti cederet, deinceps Joannes absque liberis, & tandem pater primogenii possessor: tunc quidem nepos ex Antonio patruum Ludovicum excludet. Pichard. *in princ. Inst. de heredit. quæ ab intest. defer. §. 3. de repræsent. in Hisp. primog. n. 31.* Matienz. *in d. l. 5. Recop. gloss. 1. n. 7.* Molin. *sup. lib. 3. cap. 7. n. 4.* ibi: *Secus autem si pater aliquo tempore jus primogenituræ, saltem in spe, & possibilitate habuerit.* Cujus resolutionis rationem habes supra, n. 44. Adde Cancer. *variar. p. 3. cap. 21 n. 292. cum seqq.*

56 Idem observandum etsi vivo ipso majoratus fundatore, casus contigerit, ex traditis per Salced. *lib. 2. cap. 4. & Azev. in l. 5. n. 3. vers. Aunque sus padres, tit. 7. lib. 5. Recop.* Aut si nondum instituto majoratu mors secundogenitum, prole relicta, præveniret, *l. fin. tit. 7. lib. 5. Recop.* Salced. *lib. 2. cap. 5. d. n. 6.* Et quanquam de primogenito loquatur, ex rationis identitate idem de secundo, aut tertio genito dicendum videtur.

Vers. Septimò ex his ipse.

58 Quotiescunque constat, bona indivisa jure primogenii deferri, etsi lateat quibus clausulis facta

sit institutio, servari debent quæ de repræsentatione hucusque præmissimus *ex l. 40. Tauri, Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 1. n. 8.* Salced. *de repræsentat. lib. 3. cap. 4. ex n. 19.* Castill. *d. cap. 19. n. 260.* Avend. *in d. l. 40. Tauri, gloss. 2. n. 7.* Licet enim de majoratus origine non appareat, præsumitur tamen juxta leges, & consuetudinem Hispaniæ institutus, nec interest quoad repræsentationem, an ab ultima voluntate, aut contractu proveniat. Castill. *n. 257.* Salced. *n. 18.* Molin. *lib. 3. cap. 7. n. 14.*

Vers. Octavò hujus regie legis.

Hic prior intellectus ad regiam constitutionem 59 proprius est ac genuinus, ut scilicet nepos patruo præponatur, quanquam primogenitus illius pater, vivo possessore, aut eo, ad quem de jure majoratus spectat, è vita migraverit. Matienz. *in d. l. 5. Recop. gloss. 3. n. 2.*

Circa clausulam illam, *En vida del tenedor del 60 mayorazgo, & de aquel aquien pertenece,* observare oportet, primogenii successionem deferri, defuncto possessore legitimo, aut successore, quanquam hic bona non teneat, & ab alio non jure detineatur; nec enim detentatoris persona inspicitur, ut sit successioni locus, sed veri domini, etiam bonis majoratus privati; ideo verba illa adjiciuntur, *de aquel aquien pertenece:* & dum dicitur, *del tenedor del mayorazgo,* de legitimo, & vero successore intelligitur, non de intruso, aut injusto detentatore.

Ibi: *Secundò potest constitui.*

Hunc posteriorem intellectum, qui legi potest 61 accommodari, refert, ac probat Matienz. *ubi proximè, n. 3.* Et hæc de repræsentatione in descendentes.

Vers. Sequitur secunda Taurinæ legis pars.

Quam ita Latine legit Ant. Gom. in principio 62 commentarii ad illam: *Quod non solum præcipimus, ut servetur, & fiat in successione majoratus erga ascendentes, verum etiam erga transversales: sicut filius, & ejus descendentes legitimi suo ordine repræsentent personam parentum, etiamsi parentes non successerint in prædictis majoratibus.*

Ad Num. 10.

Cognati trifariam transversales possunt appellari. Quidam sunt transversales quoad institutorem majoratus, & descendentes ab ultimo possessore. V. g. si primò vocatus frater sit, vel alius collateralis ipsius fundatoris; nam qui per lineam rectam à vocato illo procedunt, respectu autoris dicuntur transversales, etsi ab ultimo possessore descendant. Alii è contra sunt collaterales ultimi possessoris, ac descendentes respectu institutoris: & contingit quoties ad majoratum autor liberos suos vocat, & finita lineâ primogeniti, successio transit ad aliam secundogeniti. Alii denique sunt omninò transversales, qui nec ab institutore, nec ab ultimo possessore descendant: quod accidit si quis primogenium instituat in fratre, & alterum post illum vocet, tunc si ultimus possessor ex linea primò vocati moriatur absque liberis, qui ex secunda linea successerit, tam institutori, quam possessori transversalis existit. Adde Matienz. *in l. 5. gloss. 4. n. 2. tit. 7. lib. 5. Recop.*

Quoad

64 Quoad primam transversalium speciem repræsentationem expressim induxit regia nostra Taurina constitutio usque in infinitum, licet jure communi ad primum gradum restringeretur in collateralibus, habita consideratione ad personam ultimi possessoris, à quo immediatè bona percipit successor.

65 Quoad secundam, simili modo ex lege Tauri repræsentatio observatur, quod à jure communi non discrepat, siquidem in ascendentium successione liberis in infinitum repræsentationis beneficium concedebatur, ut dixi supra, n. 31. nec in majoratibus ultimo possessori succeditur, sed fundatori. Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. num. 2. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 16. n. 19. l. Cohæredi 41. §. Cum filia, de vulgar.

66 Quoad tertiam speciem transversalium inter nostrates controversi solet, an per repræsentationem successio majoratum deferatur ex lege quadragesima Tauri. Inficiantur aliqui non modicæ autoritatis, ut Græg. Lop. & Ant. Gom. quos refert Salced. de repræsent. lib. 2. cap. 29. num. 34. & Azeved. in l. 5. num. 2. tit. 7. lib. 5. Recop. Sed affirmativam cum nostro Præsule tuentur Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. n. 10. Matienz. in d. l. 5. Recop. gloss. 4. n. 4. Azeved. ibi. n. 2. in fin. Gutier. practicar. lib. 3. quest. 66. n. 13. ubi disputat, Humada in l. 2. gloss. 17. n. 7. & gloss. 18. n. 2. tit. 15. p. 2. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 627. n. 9. Costa de patr. & nepot. part. 2. à n. 29. & part. 3. n. 59. Castill. controvers. lib. 3. cap. 19. n. 90. & 91. qui latè probat ex pluribus, in hujusmodi transversalibus repræsentationem in infinitum procedere.

67 Ille casus in difficili est, an ea repræsentatio locum in transversalibus istis obtineat, si quis ex vocatis obierit, filio relicto, cum nunquam primum gradum successionis tenuerit, juxta exemplum supra positum, n. 56. qua in specie quoad transversales non admitti repræsentationem, ut nepos patrum excludat, placuit Pichard. in princ. Inst. de heredit. que ab intest. defer. §. 3. de repræsentat. n. 31. vers. Secus autem, Cævall. com. cont. commun. quest. 762. n. 128. 182. cum seqq.

68 Verùm ea sententia dubia redditur ex eo quod lex Taurina omninò transversales descendentes quoad repræsentationem adæquavit, ut præter alios observat Molin. d. cap. 7. n. 10. Cùm igitur in casu proposito descendentes per repræsentationem succedat, ut ipse tenet Pichardus, & cum D. Covar. prænotavimus supra, n. 56. qua ratione aliud de transversalibus respondendum?

Verf. Hanc verò sententiam.

69 Adde laudatos supra, num. 66. præsertim utrumque Molinam, Castillum, Gutierrez, & Costam, qui illam suam opinionem pluribus tuentur fundamentis, ex quibus tenendum est, quod apud nos in omni majoratus successione etiam inter transversales repræsentatio debet admitti, ita ut semper filius præmortui primogeniti loco parentis subrogatus patrum secundogenitum repellat, nisi aliud expresserit institutor, sicut ex mox dicendis apparebit.

Verf. Sed & primus.

70 De repræsentatione, ac successione transversa-

lium in Hispania quoad primogenia, pluribus egerunt recensiti per Addit. ad Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. sub n. 10. & 11. & per me supra, n. 46.

Verf. Tertia Taurine legis pars.

Prosequitur Antonii Gomezii versio ibi: Nisi aliud fuerit constitutum per illum, qui majoratum instituit, aut ordinavit; nam in ejusmodi casu præcipimus, ut voluntas institutoris servetur.

Ad cujus clausulæ explanationem anno 1615. sub Rege Philippo III. condita est lex ultima, tit. 7. lib. 5. Recop. qua cavetur, ne repræsentatio in majoratum successione excludatur, nisi expressim id dispoherit institutor, expulsis omnibus conjecturis, etiam apertissimis, atque evidentibus: quod utique in vinculis jurepatronatus, ac anniversariis observari jubetur.

In successione majoratus quoad repræsentationem admittendam, vel excludendam, imprimis respicere oportet ad mentem fundatoris, de qua ubi constiterit, ea necessariò servanda erunt, quæ illi placuere, etiam si Taurinæ constitutioni opponantur: alioqui quoties voluntatis oritur probabilis quæstio, legali dispositioni standum est, cui institutor se conformasse præsumitur. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 8. à princip. Salced. de repræsent. lib. 1. cap. 13. n. 6. Azeved. in l. 5. n. 4. & 5. tit. 7. lib. 5. Recop. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 629. n. 1. Peralta in rubric. de heredit. inst. n. 122. Castill. controuv. lib. 3. cap. 19. n. 284.

Licet quondam ad exclusionem repræsentationis sufficerent manifestæ præsumptiones, præsertim si à verbis ipsius auctoris majoratus orientur, Molin. d. cap. 8. n. 5. Azeved. num. 5. Salced. ex num. 12. & alii plures ex pronuper recensitis, quos Salcedus congerit, n. 16. Hodie tamen expressa legis Taurinæ derogatio desideratur, atque ita debet institutor palam repræsentationem vobis indubitatis prohibere, ut pro forma traditur in d. l. fin. tit. 7. lib. 5. Recop. observat Salced. n. 19.

Ad Num. 11.

Agitur de conjecturis, ex quibus sublata repræsentatio credebatur, perpensa mente disponentis, & illa rejicitur præsumptio, si quis vocaverit primogenitum, & post eum fratrem secundogenitum; neque enim ex hoc iste præferetur nepoti ex primogenito in vita possessoris prædefuncto. Matienz. in l. 5. gloss. 6. n. 1. tit. 7. lib. 5. Recop. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. n. 32. & Politic. Indiar. lib. 3. cap. 21. vers. ¶ aun este suplemento.

Ad Num. 12.

Decisio Consulti in l. Cùm avus, de condit. & demonstrat. & similium nondum in ultimis voluntatibus, sed etiam in actibus inter vivos procedit, sicut in donatione. Anton. Gom. variar. lib. 1. cap. 5. n. 44. Padilla in l. Cùm acutissimi, num. 11. C. de fideicommiss. Greg. Lop. in l. 10. gloss. 2. tit. 4. p. 6. Costa in cap. Si pater, verb. Absque liberis, n. 15. de testam. Menoch. lib. 4. præf. 89. n. 152. Fufar. de substitut. quest. 393. num. 50.

F f 3

Matienz.

Matienz. in l. II. g. off. 4. n. 7. tit. 6. lib. 5. Recop. ubi Azeved. n. 28. Ant. Gab. commun. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 2. num. 61. Pat. Molin. sup. tract. I. disp. 190. in fin. Cancer. variar. part. I. cap. 2. n. 85. quod ita verum, nisi in contractibus onerosis, ut Gregor. Lop. Molina, & reliqui prælaudati communiter observant.

Ibi: *Idem etiam erit in donationibus.*

- 77 Similiter in donationibus causa mortis locus est decisioni dictæ legis *Cum avus*, Pat. Molin. n. 36. Costa n. 14. Ant. Gom. n. 33. Fusar. n. 47. Mant. de conjectur. lib. 7. tit. 10. n. 20. Ant. Gab. num. 19. Tiraquell. in l. *Si unquam, verb. Donatione largitus*, n. 250. C. de revoc. donat. Cancer. n. 84.
- 78 Sed & in commendis nostris Indiarum responsum Consulti admittendum scribit Solorzan. d. cap. 19. n. 32.

Verf. *Quod si dixeris.*

- 79 Hæc jam inoffenso pede procedunt, extante dicta lege ultima, tit. 7. lib. 5. Recop. quæ conjecturis omnibus ad extirpandum repræsentationis beneficium aditum circumclusit.

Ibi: *Illud fortassis quibusdam.*

- 80 Ubi majoratus auctor cavet, ut succederet filius major superites, controversatur utrum sit locus repræsentationi: de quo consulendi Molin. lib. 3. cap. 8. num. 29. & ibi Addit. Castill. d. cap. 19. à num. 336. Salced. lib. 3. cap. II. à princ. Pat. Molin. disp. 629. n. 9. apud quos plurimi.

Ad Num. 13.

- 81 In feudis ea distinctio recepta est, ut in hereditatis per repræsentationem succedatur, secus in illis, quæ ex pacto, & providentia deferuntur, ut videre licet apud Castill. de repræsentatione agentem lib. 3. contro. cap. 19. à n. 223. Salced. sup. lib. 3. cap. 18. per tot. Sed & in mixto feudo locus erit repræsentationi, cum ad illud non admittatur qui hæres non est. Hæc repræsentatio in feudis procedit juxta juris communis regulas, scilicet in descendentes in infinitum, in transversalibus intra primum gradum. Salced. n. 15. & 16.
- 82 Sed si feudum apud nos jure majoratus concederetur, practicabitur decisio legis 40. Tauri, & legis ultimæ, tit. 7. lib. 5. Recop. quanquam in illa mentio feudi non fiat; fat enim est sub ratione legis, ac legislatoris mente comprehendendi, & sic docet D. Covar.

Ibi: *Et in dubio tale censei debet.*

- 83 Feudum in dubio hereditarium præsumitur, quod tamen absque controversia non est. Vide quæ tradidimus in addit. variar. lib. 2. cap. 18. n. 67. & 68.

Verf. *Sic & in emphyteusi.*

- 84 Quoad emphyteusim ecclesiasticam, vel laicalem, utrum per repræsentationem successor admittatur, fusè disserunt Salced. de repræs. lib. 3. cap. 17. per tot. Castill. d. cap. 19. n. 237. cum

seqq. Matienz. in l. 5. gloss. 6. n. 3. tit. 7. lib. 5. Recop. Illud compertum apud nos habetur, ut si ad instar majoratus succedendum sit in emphyteusi, fiat locus repræsentationi, ut cum D. Covar. ac pluribus asseremus infra, n. 89.

Verf. *Sed & in jure.*

De jure patronatus libertorum latissime Salced. d. lib. 3. cap. ult. à princ. De jure patronatus ecclesiastico idem Salcedus egit à n. 37. Castill. d. cap. 19. num. 250. cum seqq. Pichard. in princ. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. 3. de repræs. n. 25. Matienz. in d. l. 5. gloss. 5. n. 6. Avend. in l. 40. Tauri, gloss. 2. n. 63. 64. & repræsentationem admittendam regulariter tenet Salced. num. 74. qui plures refert, limitationibus adhibitis.

In anniversariis an detur locus repræsentationi, 86 inquit Salced. lib. 3. cap. 3. per tot. ubi etiam de capellanis: & anniversariorum meminit lex ultima, tit. 7. lib. 5. Recop. quæ in illis repræsentationem supponit.

Repræsentatio observatur in Commendis Indiarum, licet perpetuo non concedantur, sed ad vitam impetrantis, & primogeniti illius duntaxat, exclusis transversalibus omnino: uxor tamen, deficientibus liberis, viro primo commendatario succedit, qui si decedat, nepote ex primogenito, & filio secundo relictis, hic excluditur, nepote per repræsentationem succedente. Matienz. in l. 5. gloss. 5. n. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 19. n. 14.

In vinculis perpetuis repræsentatio quoque 88 versatur, ut plenissime, pluribus laudatis, probat Salced. d. lib. 3. cap. 5. n. 14. & per tot. disputans an hæc vincula absque Regis facultate familiarum instituta, verè sint majoratus, quod affirmativè resolvit. Adde legem finalem, tit. 7. lib. 5. Recop. ubi in ejusmodi vinculis repræsentationem, sicut in majoratibus, admittit Castill. d. cap. 19. n. 277.

Verf. *Ego verò ad hujus.*

Quoties in Hispania feudum, emphyteusis ecclesiastica, vel privata, jure patronatus, & alia hujusmodi familiarum jure primogeniti deferuntur, ut ad unum sine divisione deveniant, succedent vocati per repræsentationem, juxta formam legis 40. Tauri, & legem ultimam, tit. 7. lib. 5. Recopil. Ita cum D. Covar. docent Molin. de primog. lib. 3. cap. 7. n. 19. Castill. cum pluribus d. cap. 19. n. 249. 250. & 277. Salced. de repræs. lib. 2. cap. 3. in. 13. Ant. Gom. in d. l. 40. n. 65. in fin. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 627. n. 13. Cævall. commun. const. com. qu. 762. n. 22. & 23. Matienz. in l. 5. gloss. 5. n. 7. tit. 7. lib. 5. Recop. Padilla in rubric. ex n. 8. C. de fideicom. Avendann. in l. 27. Tauri, gloss. 1. n. 1.

Præterea in bonis, quæ Rex jure majoratus alicui, ejusque successoribus confert, per repræsentationem nepos patruo præponitur secundum regiarum constitutionum dispositionem: de quo latè Salced. supra, lib. 3. cap. 13. per tot. Solorzan. d. lib. 2. cap. 16. n. 88.

Verf. *Alioqui ubi non jure.*

Si non jure primogenii, sed aliàs bona assignentur

tur familie, ut inter vocatos dividi possint titulo emphyteusis, feudi, aut jurispatronatus, quoad representationem D. Covar. ad ea quæ prædocuerat sub isto capite, Lectorem remittit, cujus vestigia & ego repetens, nihil prænotatis addere apud me constitui, præsertim cum huic representationis tractatui sedulus operam dederit Blasius Robles Salcedo, à quo quicquid hinc desideratur, exhaurire cuique licebit.

46 De promissione dandi, Si voluerit, vel cum voluerit promissor.

47 Quid si hæres gravetur, ut det cum voluerit.

48 Respondetur ad legem Fidejussor obligari, §. fin. de fidejuss. quæ pro communi inducebatur.

49 Conditiones quando per equipollens possunt impleri, & n. 50.

52 Qui negligit divina implere per potestativam conditionem, non videtur contractui renunciare.

53 Impleri potest conditio ex voluntate contrahentium cum hærede illius, cui aliquid dandum, aut faciendum convenerat, & n. 59.

54 Actus est conditionalis ex mente agentium etsi verba deficiant, quæ importent conditionem.

55 Explanatur lex Fidejussor, §. ult. de fidejussor.

56 Contractus quando incipiat à conventionione, & quando à conditione.

57 Etiam in stipulationibus conditio potestativa personæ non cohærens per hæredem impleri potest.

58 De jure nostro regio omnis verborum solemnitas in stipulationibus est deleta, & solum voluntas perpenditur.

S U M M A R I U M.

- 1 Dispositio conditionalis in ultimis voluntatibus expirat morte ejus, cui aliquid relinquitur: non sic in contractibus, nam existente conditione post mortem contrahentium, regulariter sortiuntur effectum, & n. 23. & 24.
- 2 Contractus celebrati sub casuali, aut mixta conditione transeunt ad hæredes: secus si sub potestativa, secundum communem.
- 3 Si cui aliquid præstandum est conditionis implendæ causâ, si decesserit, an promissum, seu relictum sub ea conditione dandi debeatur?
- 4 Expenditur pro communi lex Si decem, de verb. oblig. & interpretatur, n. 42.
- 5 Argumentum à contrario sensu est in jure constantissimum.
- 6 Adducitur pro communi lex Qui Romæ §. Augerius, de verb. oblig. Sed rejicitur num. 32. cum seqq.
- 7 Similiter inducitur lex Fidejussor obligari, §. fin. de fidejussor. n. 7. cui satisfiit num. 48.
- 8 Conditio specificè est adimplenda: cui argumentationi respondetur n. 49. Vide n. 21.
- 9 Alia ratio pro eadem opinione perpenditur.
- 10 Contractus sub conditione potestativa transeunt ad hæredem stipulatoris, per quos conditiones impleri possunt, nisi personæ contrahentis cohæreant.
- 11 Referuntur jura, quibus hæc opinio probatur, & num. seqq.
- 14 In conditionibus potestativis utrum sit retroactioni locus?
- 17 Potestativæ conditiones, quæ personæ non adherent, per alium impleri queunt.
- 20 Conditio potestativa si per hæredem impleatur, specificè adimpleta censetur, nisi personæ cohæreat. & num. 21.
- 22 Ex voluntate disponentis provenire potest, sicut ex natura conditionis, ne hæc per hæredem possit impleri.
- 25 Conditio, Si alius meliorem conditionem attulerit, casualis est, ideo si ea pendente contrahens decesserit, contractus conditionalis transit ad hæredem.
- 26 Hæres, in quem transit contractus sub potestativa conditione initus, eam in forma specifica debet implere.
- 27 Non est idem, impleri conditionem cum hærede illius, cum quo erat implenda, ac impleri per hæredem ejus, cui erat apposita.
- 29 De intellectu legis Si decem, de verb. oblig. & n. 30. 40. & seqq. ac de stipulatione sub conditione, Si petiero, ibid.
- 31 Conditionem potestativam implere quando-cunque an sufficiat: & vide numero 24.
- 32 Explanatur, lex Qui Romæ, §. Augerius, de verb. oblig. & num. seqq. ad 39.
- 43 Dies incerta pro conditione habetur.

C A P U T XXXIX.

Ad Num. I.

Q Uamvis in ultimis voluntatibus relicta sub conditione qualibet ad hæredes legatarii, vel fideicommissarii minimè transmittantur, si illa pendente legatarius, seu fideicommissarius decesserit: aliud tamen in contractibus observatur; etenim spes percipiendi quod conditionaliter est promissum, in successores transit, etsi nulla eorum inter contrahendum mentio fiat, ut purificata conditione ex contractu agere valeant, quod discrimen nos docet D. Covar. infra, n. 4. ubi exornabitur n. 23, & 24.

Hoc quidem de contractibus prænotatum quoad conditiones casuales, ac mixtas certissimi juris est. Salgad. *Labyrinth. credit. part. I. cap. 33. num. 14.* Circa potestativas verò acriter disceptatur, an mortuo stipulatore dum conditio pendet hujusmodi, hæres ejus parens illi, promissum antecessori exigere permittatur. Et facultatem istam implendi conditionem hæredi non competere, stipulationemque evanescere, sustinent communiter Scribentes in l. Si decem 48. de verb. obl. & præter eos Tusch. lit. C. concl. 595. n. 5. Ant. Gom. *variar. lib. 2. cap. II. num. 36.* Greg. Lop. in l. 12. gloss. ult. tit. II. p. 5. Boër. *decis. 182. à num. 23.* Gail. lib. 2. *observ. 2. n. 3.* D. Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. II. ex n. 38.* Fular. *de substit. quest. 454. num. 42.* Farin. in *praxi, q. 25. n. 147.* Peregrin. *de fideicom. art. 16. n. 125.* Barbosa in *rubric. n. 35. solut. matrim. Larrea alleg. fisc. 98. n. 7.* Donell. lib. 15. cap. 12.

Ibi: Sed etsi moriatur ipse.

Si is cui aliquid dare oportet, conditionis implendæ causâ decedat antequam præstetur, extinguitur promissionis obligatio. Cujac. in l. Si quis 57. ad fin. de verb. oblig. Sed in ultimis voluntatibus pro impleta haberi conditionem, nisi mors à tertio illata probetur, scripsit Menoch. lib. 4. *præs. 183. à n. 9.* Castill. *controvers. lib. 4. cap. 25. n. 74.*

Verf.

Verf. Primus locus est.

- 4 Imprimis adstipulatur communi sententiæ Ulpiani responsum in l. Si decem 48. de verb. oblig. quod expendit Duaren. in l. Qui Romæ, §. Augerius, eod. tit. de cuius interpretatione agendum cum D. Covar. infra, sub n. 6. ubi respondetur. n. 43.

Ibi: Nam & hæc argumentatio.

- 5 Argumentum à contrario sensu in jure validissime urget, l. 1. §. Hujus rei, ff. de offic. ejus cui mand. est jurid. cum similibus, quæ congerit August. Barbosa tract. de loc. commun. loc. 27. n. 2.

Verf. Secundò, ad probationem.

- 6 Abs re quidem pro communi inducitur dictus §. Augerius, cum ibi Scævola de casuali conditione responderit, non de potestativa, ut observat Cujac. in l. Si quis 57. de verb. oblig. de cuius argumenti solutione vide D. Covar. inferius, n. 5. & nos à n. 32.

Verf. Tertio pro communi.

- 7 Simili ratione ad quæstionem minimè conducit textus in l. Fidejussor obligari 16. §. fin. de fidejussorib. cum ibi de potestativa conditione sermo non habeatur, sicut animadvertit Cujac. ubi proximè: erit tamen de ejus enucleatione differendum infra cum D. Covar. sub n. 6. verf. Item non oberit, n. 48.

Verf. Quarto, hæc communis.

- 8 Condicio in forma specifica debet impleri, nec eam per æquipollens verificari sufficit, l. Si ita quis 53. §. fin. de legat. 2. l. Fideicommissum 75. de condit. & demonstrat. l. Ex ea parte 121. de verb. oblig. l. fin. C. de iis qui ven. ætat. impetr. Salgad. Labyrinth. credit. part. 1. cap. ult. n. 15. Gail. de pac. public. lib. 1. cap. 7. n. 23. Pichard. in rubric. n. 15. Inst. de vulgar. Osuwald. ad Donel. lib. 15. cap. 12. lit. A, Castill. contrav. lib. 4. cap. 24. n. 9. & alii plures, quos recenset Barbosa axiom. 48. n. 3. de cuius argumento D. Covar. infra, n. 7. ubi solutio traditur, & apud nos n. 49.

- 9 His & alia ratio pro communi adjicitur, scilicet quia cum stipulator cum posset, parere conditioni neglexit, à conventionem resilire, ac obligationem remittere censetur. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 11. n. 39. Larrea alleg. fiscal. 98. n. 7. quod tunc vel maximè obtinebit, si condicio facile impleri queat, quæ nisi celeriter executioni tradatur, pro defecta habetur. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. n. 36. verf. Ex quo inferitur, Tondut. quæst. civil. cap. 67. n. 2. quod in contractibus non procedit, Donell. lib. 15. cap. 12. nec in hæredis institutione, Molin. de just. & jur. tract. 1. disp. 206. n. 14. Vide inf. n. 52.

Ad Num. 2.

- 10 Est altera opinio communi opposita, quæ habet, in contractibus facultatem implendi potestativam conditionem esse hæredi jure permiffam, nisi talis sit, ut personæ contrahentis cohæreat. Ita sentiunt Cujac. in d. l. 57. ad fin. Alciat. in l. Si decem, n. 14. & 15. de verb. oblig. Pi-

char. in §. Ex conditionali, n. 13. verf. Non obstat quartum, Inst. de verb. oblig. Vin. ibidem, n. 7. Escobar. de ratiocin. cap. 34. n. 9. in fin. Cævall. commun. cont. comm. quæst. 727. n. 54. & 59. Osuwald. ad Donel. lib. 15. cap. 12. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 285. n. 5. Anton. Gom. d. n. 36. verf. vel aliter, & quartò: qui restringit quoad contractus onerosos, & in hac sententia residet D. Covar. Quando conditio personæ cohæreat, tradidit Cancer. variar. part. 3. cap. 20. à num. 135.

Verf. Primò, huic assertioni.

Conditionales contractus ad hæredes transire, II probatur ex §. Ex conditionali, Inst. de verb. oblig. & aliis juribus mox adducendis sub n. 4. quæ cum indistinctè loquantur, & generaliter, non est à nobis distinguendum inter potestativam conditionem, & casualem, l. Non distinguemus 37. de recept. arbitr. l. de pretio 10. de Public. in rem actione, Barbosa cum plurimis axiom. 136. n. 4. quod argumentum expendit etiam Duaren. in d. §. Augerius, n. 15.

Verf. Secundò ad idem.

Legis Si prædio 18. ff. de in diem addict. me. 12 munit ad rem Duaren. sup. n. 16. de cuius intellectu videndus Faber in rational. ibidem.

Verf. Tertio, est optimus.

Adde Duaren. ubi proximè, ac de interpretatione legis Necessariò, §. Quod si pendente, de peric. & comm. rei vend. Faber in ration. ibi, Cujac. ad lib. 33. Pauli ad edict. Mantic. de tacit. convent. lib. 14. cap. 41. n. 10.

Ibi: In conditione casuali, vel mixta.

In conditione potestativa retrotractionem excludi, communiter adnotari solet. Vela dissertat. 21. n. 23. Tondut. quæst. civil. cap. 67. num. 20. Amat. cum aliis Variar. resol. 5. n. 3. quod generaliter verum non est, sed eo tantum casu, quo conditio, invito debitore, adimpleri non possit, veluti si quis centum promittat, si ipse Capitolium ascenderit: secus ubi purificatio conditionis non pendet à libera promissoris voluntate, ut si stipulator decem dederit, l. Potior 12. ff. qui potior. in pign. hab. Unde quoties conditio est in potestate creditoris, vel utriusque contrahentis, admittitur retrotractio, quæ rejici debet, si fuerit in potestate solius debitoris. Salgad. Labyrinth. credit. part. 2. cap. 20. n. 10. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 22. n. 3. Petr. Barbosa in l. 1. part. 3. n. 33. ff. solut. matrim.

Verf. Quarto adversus.

Legem 2. C. de pact. int. emptor. contra communi sententiam objicit etiam Duaren. ubi proximè, cui pluribus satisfacere conatur Ant. Gom. sup. dict. cap. 11. n. 36. verf. Sed advertendum, de cuius textus expositione fuse Aug. Barbosa in collect. ubi nihil ad rem.

Verf. Quintò, ad probandum.

Huic rationi accedit, quod regulariter in omni 16 contractu hæredes comprehensivi censentur, etsi nulla eorum mentio fiat, l. II. tit. 14. part. 3. l. Si pactum

paſſum 9. *de probat.* Cùm igitur conditio pars conventionis ſit præcipua, à qua omnis diſpoſitio pendet, & conditionalis contractus tranſeat ad hæredes, quare facultas adimplendi conditionem ei denegabitur, ſi hæc non perſonam, ſed factum reſpiciat, velut dandi; nam verba, *Si dederis*, juxta jus ita accipi debent, *Si tu, vel hæres dederis*; ſicut in cæteris paſſionibus obſervatur.

Verſ. Sextò, eidem opinioni.

- 17 Potestativæ conditiones, niſi perſonæ ſtipulatoris cohæreant per alium adimpleri poſſe certi juris eſt. Gregor. Lop. *in l. 7. gloſſ. 4. tit. 4. part. 6. Duaren. in l. Qui Romæ, §. Augerius, de verb. obl. nu. 15. in fin. Molin. de juſt. & jur. tract. 1. diſp. 206. nu. 14. Eſcob. de ratiocin. c. 34. n. 9. verſ. Ex quibus Cujac. in l. Si quis 43. & l. 57. ad fin. de verb. oblig. Cancer. Variar. part. 3. cap. 20. n. 137. & 139.*
- 18 Adjicit Duaren. *ubi proximè*, pro hac opinione legem *Diem proferre* 27. §. 1. *de recept. arbitr.* qua deciditur non committi pœnam ex compromiſſo, ſi hæres ejus qui juſſus eſt dare, ante diem præſcriptam obtulerit: unde deducitur, ſaltem implendæ conditionis poteſtativæ hæredibus competere. Vide D. Covar. *infr. n. 7. verſ. Ad idem eſt.*

Ad Num. 3.

- 19 Amplectitur D. Covar. poſtèriorem ſententiam traditam ſuprà, n. 10. Conſule ibi laudatos, præſertim Cujacium, Oſualdum, & Duarenum. Licèt aliud ſit, generaliter loquendo, contractus conditionales ad hæredes tranſmitti, & aliud per eorſdem adimpleri poſſe conditiones, Oſuald. *d. lib. 15. c. 12. Lit. E:* tamen in poteſtativis contractus non dicetur ad hæredem tranſire, quoties hic conditioni parere non valet, quia mortuo contrahente, qui per ſe neceſſariò implere debebat conditionem, hæc omninò deficit, contractusque evaneſcit, quaſi numquam celebratus. Caſtill. *controvers. 4. c. 25. num. 71. Argel. de legitim. contradic. quaſt. 11. n. 28.* ideò nec in hæredem tranſferri poſſibile eſt.

Ibi: Sed & ab his ſatis differt.

- 20 Videbatur quidem non impleri conditionem in forma ſpecifica, ſi per hæredem exequutioni tradatur, cùm ſit verè perſona diſtincta ab antecellore qui contraxit, tamenſi juris fictione pro eadem habeatur; nam conditio debet ſpecificè, & naturaliter adimpleri, *l. Fideicommiſſum 75. de cond. & demonſtr. Pichard. in rubric. n. 14. Inſt. de vulgar. & ita ſentiunt prioris ſententiæ ſequaces, pro quibus hoc in argumentum expenditur, ut videre licet ſuprà, n. 8.*
- 21 Dicendum eſt tamen, quod eſſi per hæredem adimpleatur conditio, non ideò deſinit ſpecificè impleri, quia identitas perſonæ parentis conditione non eſt de forma ſpecifica illius, cùm diſponens non perſonam, ſed factum reſpexit, veluti ſi in dando conſiſtat, ut ſentit Cujac. *in l. Si quis 57. ad finem, de verb. oblig.* Unde poteſtativæ conditiones, quæ perſonæ non cohærent, per alium impleri poſſunt, ſicut probatur ſuprà, num. 17. quæ non ideò minùs ſpecificè impleri dicuntur: & cùm extraneus poſſit pro alio vivente conditionem adimplere cur idem facere prohibebitur hæres hæc pro deſuncto, cujus perſonam repræſentat, & ſuſtinet; D. de Faria Covar. *Enucl.*

atque una eademque cum ipſo cenſetur, *authent. de jurejur. à morient. præſt. in princip. collat. 5. Salced. cum pluribus de repræſentat. lib. 1. c. 2. n. 3. & lib. 2. c. 16. n. 40.*

Ibi: Quandoque tamen natura.

Non ſolùm conditionis natura, ſed etiam voluntas contrahentis efficit, ne facultas implendi illam tranſeat ad hæredem. Cujac. *ubi proximè*, cùm ſemper inprimis attendi debeat mens teſtatoris, aut contrahentium, *l. In conditionibus 19. de cond. & demonſtr. l. Semper in ſtipulationibus 35. de reg. jur. Caſtill. d. c. 55. n. 6. Oſuald. ſup. lit. A.*

Ad Num. 4.

Extat notiſſimum inter contractus, & ultimas voluntates diſcrimen; nam quicquid per iſtas ſub conditione relinquitur, ſi legatarius, ſeu fideicommiſſarius deceſſerit ea pendente, expirat; nec hæredi ipſius quicquam debetur, eſſi poſtèa extiterit conditio, *l. Legata 41. de condit. & demonſtr. l. unic. §. Sin autem aliquid ſub conditione, C. de caduc. tollend.* nec diſtinguitur qualis conditio ſit, nam in omnibus idem obſervatur.

Aliud evenit in contractibus, nam eſſi dum conditio pendet, contrahens fato cedat utrinque contractus ad hæredes tranſmittitur, ita ut impleta quancumque conditione exigi poſſit quod ſub illa debebatur, *§. Ex conditionali, Inſt. de verb. oblig. §. Cùm quis, Inſt. de inutil. b. ſtipulat. l. Novatio 24. de novation. l. 14. tit. 11. part. 5.* quod ita verum eſt, ut is cui aliquid ſub conditione promittitur, propter ſpem creditor interim nuncupetur, *l. Is cui 42. ff. de action. & obligat.* Præſertim differentiam paſſim obſervant Interpretes, ut Oinotom. Mynſinger. Brocholtens, & alii Inſtitutarii *in d. §. Ex conditionale, Ant. Fab. in ration. ad l. Si prædio, de in diem addic. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 11. à n. 38. Cujac. in l. Si quis. 57. de verb. oblig. Mantie. de conjectur. lib. 11. tit. 20. Cancer. variar. part. 3. c. 21. nu. 110. Anton. Gom. variar. lib. 2. c. 11. n. 86. Gail. lib. 2. obſerv. 2. n. 1. Greg. Lop. in l. 12. gloſſ. ult. tit. 11. part. 5. Cujus differentia ratio traditur ab Antonio Gomez, & à Pichard. *eod. §. n. 10.**

Verſ. Tertio, ex his deducitur.

Adde Fabrum in rationali ad eundem textum, in quo ſermo eſt de illa conditione caſuali, *Si altus meliorem conditionem attulerit.* Ude mortuo venditore, conditionalis contractus ad hæredem ejus tranſivit.

Verſ. Quarto, etiamſi.

Hæres in quem contractus tranſfertur, debet ſpecificè conditionem implere ſicut antecellor, ſi viveret, teneretur; non enim ex perſona hæredum natura obligationis immutatur, *l. 2. §. Ex his, de verb. oblig.*

Verſ. Quintò inferitur.

Aliud eſt, poſſe per hæredem poteſtativam impleri conditionem, & aliud adimpleri conditionem

tionem cum hærede illius, cui aliquid dare, vel facere oportebat: idè licèt hoc negetur, illud concedi poterit. Cujac. in d. l. Si quis 57. de verb. oblig. ad fin. Cancr. variar. part. 3. c. 21. n. 96. Osuald. lib. 15. c. 12. quem vide lit. D. Sed non negatur. Vide infra, n. 59.

Verf. Sextò, illud est.

- 28 Quamquam hoc extra omne dubium constet, placuit tamen nostro præfuli id monere, quia nonnulli terminos confundunt, diversas omninò quæstiones committentes, ut notat Osuald. ubi proximè.

Verf. Septimò, ex superius.

- 29 Consule laudandos inferius, n. 40. qui de interpretatione legis Si decem, de verb. oblig. disseruerunt. Nec deest dubitandi ratio, an mortuo promissore antequam peteret stipulator, teneretur hæres, si ab eo pecunia peteretur, quia deficiebat persona, cum qua conditio debeat impleri, nempe promissor, de quo vide notata supra, n. 3. Donell. lib. 15. c. 12. & ibi Osuald. qui docet implementationem conditionis fieri posse cum alio, quando idem habetur effectus, quod ex mente contrahentium æstimari debet. Cum igitur quoad effectum nihil intersit, an stipulator decem petat ab ipso promissore, vel ab hærede ejus, nisi id actum fuerit, ut præcisè à promissore peteret, rectè decem ab hærede peterentur.

- 30 Aliter etiam dici poterit, quod cum contractus transeat in hæredem, etiam translata censetur conditio ejus accessoria. Osuald. sup. lit. C, in fin. atque idè cum illo potuit adimpleri conditio, sicut cum ipso qui promissit. Quibus rationibus sustinenda est interpretatio ad dictam legem Si decem, quam D. Covar. probat, ut scilicet quamvis moreretur promissor, liceat stipulatori petere decem ab hærede, impleta conditione, Si petieris.

Verf. Octavò, in illa stipulatione.

- 31 Implementum conditionis quodcumque in contractibus suum operatur effectum, & obligationem, actionemque producit. Donell. d. c. 15. lib. 12. nec interest, an vivat, vel decesserit promissor, cum hæres maneat conditionaliter obligatus, lib. 14. tit. 11. p. 5. cum similibus adductis supra, n. 24.

Ad Num. 7.

- 32 Acriter torsit Interpretum ingenia lex Qui Rome 122. §. Augerius, de verb. oblig. ubi Scævola intar oraculi anceps responsum reddidit, de cujus interpretatione præter ordinarios ibi, videndi sunt Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 11. n. 36. verf. Item adde, Osuald. latissimè d. cap. lit. B, Cujac. in l. Si quis 57. de verb. oblig. Escobar. de ratiocin. c. 34. n. 8. Cævall. comm. cont. commun. quæst. 727. à n. 30. Azeved. in l. 2. n. 8. tit. 16. lib. 5. Recop. Duaren. in d. §. Augerius, nu. 12. Gutier. de juram. confirmat. in addit. ad c. 37. quæ est in fin. part. 1.

- 33 Quamquam nihil conferat ad quæstionem, de qua præcipuè disceptatur, decisio dicti §. Augerius, ut præmissi supra n. 6. & notat Osuald. ubi proximè, & lit. C, in princ. Duaren. n. 14. tamen pro ejus enucleatione cum D. Covar. paulisper subsistendum. Communiter igitur placet, Scævola

lam verbis illis, Si conditio non existisset, stipulationem non esse commissam, pro promissore respondisse, nempe eum non teneri, quia conditio defecit, cum non constaret patre vivente, quantum deberet ipse Publio Mævio; etenim quæstio in eo versabatur, an sub illa stipulatione, Promitto quicquid patrem meum debere constiterit, utrumque tempus comprehendatur, ita ut sive ante mortem, sive postea de debito liqueret, Augerius teneretur, de quo Scævola consultus respondit, si non existisset conditio ante mortem patris, stipulationem non esse commissam, supplendo verba illa, Ante mortem patris.

Qui quidem communis intellectus juris principis præ cæteris convenit, quia in dubiis contra stipulatorem interpretatur, ut quanto minùs possit teneatur promissor, l. Quidquid 99 de verb. oblig. præsertim quoties de fidejussoris obligatione, ut in præsentia agitur, quæ strictè accipi debet, l. Græcè 9. §. Et post litem, de fidejussor. Castill. controvers. lib. 4. c. 59. n. 51.

Ex quibus huic interpretationi subscribere Cujac. in l. Si quis 57. de verb. oblig. Ant. Com. ubi proximè, Alciat. in l. Si decem, ad fin. de verb. oblig. Cævall. sup. d. quæst. 727. ex n. 53. & alii plures.

Sed contra sentiunt cum D. Covar. aliqui existimantes, Scævola pro stipulatore respondisse, Augerium ad solutionem teneri, licèt de debito post obitum patris constaret, quod pluribus comprobant fundamentis Osuald. Duaren. Ant. Gom. Escobar. Gutier. & Azeved. laudati supra, nu. 32. Connan. comment. lib. 6. c. 3. nu. 9. Et quamvis prior sententia de rigore juris, & juxta legis verba plerisque verior videatur, posterior hæc D. Covar. maxima æquitate fulcitur, quam in praxi iudices ob oculos habere oportet, l. Quod si Ephesi 5. in fin. ff. de eo quod cert. loc. ne alioquin dum juris stricti observationi adhærent, in perniciosos labantur errores, ut sæpè contingit, l. Si servum 91. §. Sequitur, de verb. oblig. ibi: quo in genere plerumque sub autoritate juris scientiæ perniciosè erratur. Nec levis est error indulgere malitiis, ne pravitati illorum, qui studiosa verborum æquivocationem incautè contrahentes decipere conantur, l. Infundo 39. de rei vendic. Ex quibus deducitur, quod si aliquis pro amico, aut quovis alio se obligaret juxta formam §. Augerius, conveniri poterit pro debito, de quo apparet post amici mortem, ut D. Covar. & sequacibus placuit, & hoc de jure regio apertius procedere, ex l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. inquit ibi, n. 8. Azevedus.

Verf. Verùm quia Scævola responsum.

Variè hallucinantur Interpretes, dum Scævola mentem parcallere satagunt, ut videre licet apud præcitatos supra, n. 32. & 36. & quos D. Covar. in antecedenti versiculo laudat, præsertim apud Osualdum plures interpretationes referentem: & quidem hic primus divinationis vitio laborat, etsi citatione promissoris opus sit, cum computationi intervenit hæres. Escobar. d. c. 34. n. 9. verf. Ex quibus ubi quod etiam via exequutiva potest adversus promissorem experiri, sed hoc ita si instrumento publico se obligaverit.

Verf. Demùm ipse Franciscus.

Hanc Duareni interpretationem inter alias referi, ac refutat Osuald. sup. d. cap. 12. lit. B.

Verf. Ego verò etsi videam.

- 38 Adde Osuald. ubi proximè, qui rectè ait adversùs Duarenum quæstionem Scævolaë propositam non fore facti, sed juris; supponebatur enim latere quid inter contrahentes convenisset: alioqui si constaret, Scævolaë consilio opus non erat: desiderabatur autem ut decideret, an juxta juris regulas sub illa obligationis forma tempus post mortem debitoris contineretur, ut si tunc de debito defuncti patris constaret, filius promissor teneretur, cui Scævolaë, etsi obscure, respondiisse credendum est.

Verf. Igitur non satis.

- 39 Hujus Costæ intellectus meminit Osuald. ubi proximè, quem probat: & est observandum Scævolaë juxta hanc interpretationem non definiisse, sed supposuisse id, de quo interrogabatur, an scilicet stipulatio esset commissæ, ut Augerius teneretur; nam si ad verborum corticem respiciamus, nulli dubio tollendo deserviunt: quis enim tam ignarus, ut nesciat non committi stipulationem conditionalem, si non impleatur conditio? Sed de hujus implemento ambigebatur, quod indecisum reliquit, per obliquum respondens: unde divinandi tribuit occasionem, dum quid senserit Consultus, inquiritur. Inter hanc, & alias ejus textus expositiones, illa videtur magis consona contexturæ, quam tradidimus supra n. 33.

Ad Num. 6.

- 40 De interpretatione legis *Si decem* 48. de verb. oblig. agunt Cujac. & Alciat. ibi, Ant. Gom. variar. lib. 2. c. II. n. 36. Duaren. in l. Qui Romæ. §. Augerius, eod. tit. n. 16. Osuald. sup. lib. 15. c. 12. lit. C, Pichard. in §. Ex conditionalis, nu. 13. verf. Non obstat, quartum, Inst. de verb. oblig. Anton. Gom. variar. lib. 2. c. II. n. 36. Alciat. in d. l. Si decem, nu. 17. qui, & alii communiter sentiunt, conditionalem fore stipulationem, si aliquis stipularetur ita, *Promittis mihi decem dare, si petiero*; nam differentiam constituunt inter dictionem *Cum* & *Si*. Verùm aliqui contrà opinantur, scilicet decisionem diætæ legis *Si decem*, æquè procedere, licèt ita conciperetur stipulatio, *Si petiero*, sublata præfata differentia. Cujac. in d. l. Si decem, Alciat. ibidem, n. 17. Facit lex *Mutuo*, §. I. ff. de tutel. nec verbum, *Si*, semper conditionem inducit, imò admonitionem duntaxat. Sesse decis. 31. nu. 6. Barbosa tract. de dictionib. verb. Si, n. 6.
- 41 Præterea inter omnes convenit, quibus communis placuit, quod illa conditio, *Si petiero*, per hæredem adimpleri nequibit, sed mortuo stipulatore evanescet stipulatio. Idem juris erit de stipulatione, *Si voluero, promittis decem dare*. Ant. Gom. ubi proximè, verf. Ex quo infertur, Duaren. in d. §. Augerius, n. 16. in fin.
- 42 Nec præmissa, quæ omninò vera sunt, officiant resolutioni D. Covar. & sequacium, traditæ n. 10. quia hujusmodi conditiones ex illis sunt, quæ personæ coherent, ideo implendi eas facultas ad hæredem non transit; declaratio etenim propriæ voluntatis personam respicit ipsius contrahentis, non factum externum, seu effectum quod per alium potest expediri, & ejusmodi conditiones nunquam ad hæredes implendæ transmittuntur, l. 30. tit. 9. p. 6. ubi Gregor. Lop. gloss. 4. Cujac. in l. Si quis 57. ad fin. de verb. oblig. Osuald. lib. 15. D. de Faria Covar. Enucl.

c. 12. verf. personam facientis expectamus, lit. C. Unde oritur solutio ad argumentum pro communi deductum d. l. Si decem, de quo sub n. 4. cui ita respondent Duaren. sup. n. 16. in fin. Pichard. & alii recens sup. n. 20.

Ibi: Nec tamen negavit.

Compertum est apud omnes, quod si dispositio 43 conferatur in diem incertum, tacitam continet conditionem, tam in contractibus, quàm voluntatibus ultimis, l. Dies incertus 74. de condit. & demonstrat. l. Si dies 21. quand. dies legat. ced. l. 15. tit. 3. part. 6. ubi Gregor. Lop. gloss. ult. Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 14. n. 57. Barbosa tract. de diction. verb. Cum, n. 3. & 4. Hinc D. Covar. infert, quod in illa stipulatione, *Promittis decem cum petiero*, inest tacita conditio: quod sanè videtur Scævola palam inficiari, ut agnoscunt Cujac. in l. Si decem, Alciat. ibidem n. 2. Ant. Gomez. sup. lib. 2. c. II. nu. 36. & communiter Interpretes, ac Consultus probat expressim in l. Titia 64. de condit. & demonstrat. nec interest, quod Scævola asseruerit, non videri defecisse conditionem, quia id verum est, cum non possit deficere conditio, quæ non fuit, ut ait Anton. Gomez.

Ibi: Si enim qui ante mortem non petit.

Adde Duaren. ubi proximè, & aliud agentes 44 prædiximus sup. n. 9. Ant. Gomez. d. n. 36. verf. Ex quo infertur, in culpa eum esse, qui ante mortem nunquam petivit, aut se velle significavit, scribit.

Ibi: Illa verò conditio, Si volueris.

De qua actum supra. Sed si promissio fiat cum 45 stipulator voluerit, non posse per hæredem impleri, tenuit Alciat. in d. l. Si decem, n. 17.

Ibi: Relata verò ad promissorem.

Stipulatio ita concepta, *Promitto tibi centum si 46 voluero*, inutilis est à principio, adeo ut nullatenus etiam ex consensu promissoris convalescere queat. Sed si promittat aliquis cum voluerit, tenet stipulatio, dummodò ante mortem promissorem voluisse probetur, l. Stipulatio 17. l. Centesimis 46. §. ult. de verb. oblig. Donel. lib. 12. c. 7. in fin. Pichard. in §. Ex conditionalis, n. 12. Inst. de verb. oblig. Alciat. & Duaren. in d. §. ult. Cujac. in d. l. Stipulatio, ubi quod etsi promissor consenserit, & voluntatem dandi declaret, poterit pœnitere, ac variare usque ad extremum vitæ.

Aliud in legatis, seu fideicommissis observatur 47 ultimæ voluntatis favore; nam si hæres gravetur præstare cum voluerit, & moriatur antequam voluntatem aperiat, legatario relicto debetur, l. 30. tit. 9. p. 6. ubi Greg. Lop. gloss. 3. hoc discrimen advertit. Quid si hæres se nolle præstare profiteatur? Vide eandem legem, & quæ notat Greg. Lop. ibi.

Verf. Item non oberit.

Responsum Juliani in l. Fidejussor. 16. §. fin. de 48 fidejussor. à nostra quæstione de adimplenda conditione potestativa per hæredem, prorsus alienum est, quia ibi agitur de casuali, ut animadvertit Cujac. in l. Si quis 57. de verb. oblig. quia ut ipse ait, conditio à potestate promissoris, vel stipulatoris nequaquam pendebat: Duarenus tamen in

d. §. Augerius, n. 17. Eundem textum, quem difficilem putat, interpretatur, cujus meminere Ant. Gom. *variar. lib. 2. c. 13. n. 2. vers. Quarto singulariter*, Cujac. *lib. 54. Salv. Juliani in eod. §. fin. Alciat. in d. l. Si decem, n. 14.*

Ad Num. 7.

- 49 Conditiones sæpe solent per æquipollens adimpleri ex præsumpta testantium, aut contrahentium voluntate, quam respicere oportet, non verborum corticem, ac præcisionem, *l. Si mater. 3. C. de inst. & substit. l. 5. tit. 4. p. 5.* ubi Gregor. Lop. *Castill. controv. lib. 4. c. 25. ex n. 35. Donell. lib. 8. c. 33.* quod tunc habet locum quando per adjectionem conditionis solum finis intenditur, qui quomodo libet consequatur, satis erit, ut disponentis voluntas adimpleatur, ex præcitatæ juribus. At quoties conditio nedum effectum, sed etiam modum, aut personam respicit, ita ut concepta est, naturaliter debet executioni mandari. Verbi gratia, si servo quid relinquatur, si manumittatur, id debetur, quanquam sine manumissione ad libertatem perveniat, juxta legem *l. & per tot. qui fin. manum. ad libert. perv.* nam æquivalenter adimpletur conditio ex mente testatoris, qui intendit duntaxat libero relicto præstari.
- 50 Sed si domino centum legarentur, si servum manumiserit, quamvis hic aliter liber fiat, nihil legatarius percipiet, quia non est conditio impleta; voluit enim testator non solum servi libertatem, sed etiam quod ab ipso legatario præstaretur, cui ideo legavit pecuniam, ut ad manumittendum invitaretur. Ita docent Menoch. *lib. 4. præf. 185. d. n. 13. Cancer. variar. part. I. c. I. n. 64. & 65. Castill. sup. c. 15. n. 57. Galganet. de cond. & demonstr. part. 2. c. I. quæst. 23. Surd. decis. 37. num. 31. Bolognet. in l. Gallus, §. Et quid sit tantum, n. 120. de liber. & posth. Larrea allegat. fsc. 40. numero 26. Hermos. in lib. 5. num. 8. tit. 4. part. 5.*
- 51 Unde cum in conditionibus potestatis dandi, ædificandi, aut manumittendi, & similibus, solum desideretur præstatio rei, ædificium fieri, aut servi manumissio, nihil refert, an per contrahentem, vel ejus hæredem fiant, modo suum effectum sortiatur dispositio: quod secus est in aliis conditionibus, veluti eundi Romam, discendi literas, ducendi uxorem, quæ respiciunt personam, non finem duntaxat; non transit. Sic respondet ad argumentum, de quo supra, n. 8. Duaren. n. 16.
- 52 Ad aliam rationem, quam pro communi adicimus n. 9. dicendum est, quod etsi quis diu omiserit potestativam implere conditionem in contractibus, non censetur à conventionem resilire; nam quandocunque parens conditioni promissum sub illa consequetur. *Castill. cum aliis d. l. 4. cap. 25. nu. 12. Donell. lib. 15. c. 12. nisi tempus fuerit ad implementum præscriptum. Nec renuntiatio proprii juris præsumitur. Menoch. lib. 3. præf. 45. nu. 11. Carlevall. de judic. tit. 3. disp. 19. nu. 14. & disput. 23. n. 43.*

Verf. Ad idem est optimus textus.

Quem ex Duareno induximus, & aliis fundamentis addidimus pro sententia nostra *sup. num. 18.*

Verf. Ex parte verò ejus.

Nedum ex parte adimpleturi conditionem, sed etiam ex parte illius cum quo adimpleri debet, æquipollentia admittitur in adimplimento ex mente contrahentium, aut testatorum. Duaren. *in l. Qui Romæ, §. Augerius, n. 16. de verb. oblig. Castill. d. lib. 4. c. 15. n. 57. & consentiunt alii, quorum meminimus n. 50. qui generaliter tenent, in conditionibus extensionem dari de casu ad casum, ut per æquipollens adimpleri possint ex conjecturata mente disponentis.*

Quod ita verum habet, ut actus conditionalis censeatur, quamvis verba deficient, si appareat de agentium voluntate ex conjecturis: & à contrario verba ex se conditionem importantia, eam non inducunt, mente disponentis perpensa, *Castill. cum aliis c. 55. n. 24. Facit quod ex Cujacio, & Alciato prænotatur supra, n. 40. Si igitur introductio, ac exclusio conditionis ex præsumpta voluntate disponentis admittitur, neglecta verborum significatione, & vi, facilius erit locus variationi, & extensioni, ut æquipollenter valeat adimpleri.*

Verf. Hinc etiam inferitur.

Consule laudatos supra, n. 48. ex quibus Cujac. *lib. 54. Salv. Juliani in d. leg. Fidejussor. §. fin. observavit, opus non esse interpellare debitoris hæredem, ut fidejussor possit conveniri. Alciat. in l. Si decem, n. 14. de verb. oblig. tenet, solvete debitoris hærede fidejussorem liberari, quod extra dubium est; nam etsi quis extraneus solveret, liberatio fidejussoris similiter contingeret; solutione enim ejus quod debetur omnis tollitur obligatio, tam principalis, quam fidejussoria, *l. I. tit. 14. p. 5. ubi Gregor. Lop. gloss. fin. princip. Inst. quib. mod. toll. oblig. cum similibus, quæ adducit Pichard. ibi, n. 26.**

Verf. Quod si ad amissum, Ibi: Cujus inductioni.

Ad legem *2. C. de pact. int. emptor.* quadrupliciter pro communi respondet Anton. Gom. *variar. lib. 2. c. 11. n. 36. vers. Sed advertendum,* ubi hanc Bartoli solutionem expendit, necnon eam quæ sequenti versiculo continetur.

Ad Num. 8.

Verf. Primum igitur illud.

Docet D. Covar. *ex l. Ita stipulatus 115. de 56 verb. oblig.* quando actus à conventionem incipiat, & quando à conditione, nam ubi præcedit absoluta obligatio, cui alia conditionalis accedit, actus exordium sumit à conventionem, ut si convenerit ut Titius servum manumittat, & Sejus promittat centum illi, si manumiserit, tunc Titius compelli poterit ad manumittendum statim, Sejus verò non nisi post impletam conditionem ad solvendum. At si Sejus centum spondeat, si Titius servum manumiserit, contractus incipit à conditione, quia nec hic cogi potest ad manumittendum, nec ille ad præstandam pecuniam antequam manumissio subsequatur: unde conditio pendente, nulla nascitur obligatio. Vide Cujac. *in d. l. Ita stipulatus, & Alciat. ibidem, ex n. 5.*

Verf.

Verf. Secundo loco.

Consulas quos retulimus supra nu. 2. & Petr. Gregor. Syntagmat. lib. 42. capite 32. nu. 45. & hanc distinctionem tradidit Ant. Gom. sup. lib. 2. c. II. n. 36. verf. Vel aliter, & tertio. Sed indistinctè sustinenda est opinio præmissa num. 10. prout eam tenet D. Covar. inferius, verf. Quinto, ut liberè.

Verf. Tertio quamvis hæc.

57 Qui contra communem cum D. Covar. sentiunt, etiam in stipulationibus facultatem implendæ potestativæ conditionis ad hæredes transmittit asseverant; nam cum ipsa conditionalis stipulatio transeat ad successores, etsi eorum mentio non fiat, quare ejusmodi facultas ut accessoria in eisdem non transferetur?

Verf. Quarto erit adnotandum.

58 Lex 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. est in nova compilatione lex 2. tit. 16. lib. 5. qua in omni obligatione omnis verborum solemnitas apparet sublata, sola inspecta voluntate contrahentis; unde apud nos nullatenus admittenda opinio communis, quam stricta, & scrupulosa verborum observatione inniti constat.

Verf. Quinto, ut liberè.

Probat D. Covar. sententiam, de qua nu. 10. quam non pauci tuentur, unde jam hodie communis debet haberi, etsi opposita communior.

Verf. Sexto eadem ratione.

59 **C**onditio impleri potest cum hærede illius, cum quo impleri debuit juxta stipulationis verba, veluti si in dando consistat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 285. n. 5. Osvald. lib. 15. c. 12. lit. B, & prædixi supra, n. 53. quod procedit, nisi conditio personæ cohæreat; nam conditio, Si Titio nupsisset, non impletur si mulier cum hærede Titii contrahat, quod per se patet. Præterea investigare oportebit mentem contrahentis, an voluerit cum hærede nominati impleri conditionem, quod ex conjecturis, ac circumstantiis dignoscetur. Ponamus, Petrum promississe agrum, si stipulator centum præstaret virgini pauperi, ut nubere posset, cui defunctæ successit homo dives: non est dubium, adversari voluntati promissarios, conditionem cum hærede virginis adimpleri, soluta diviti quantitate.

Verf. ultimo.

De hoc discrimine actum supra, n. 23. & 24. & adde Castill. cum plurimis controversis. lib. 4. c. 55. n. 57. Molin. ubi proximè.

S U M M A R I U M.

I Jurisdictio indivisibilis est, quoad usum tamen recipit divisionem.
Quoties pluribus est communis, penes singulos residet in solidum, etsi quoad exercitium inters ipsos dividatur, ibidem.

2 Divisione nulla interveniente, quisque ex dominis utitur in solidum jurisdictione ad præventionem.

3 An liceat pluribus dominis fungi in solidum jurisdictione ad præventionem, vel compelli possint unum constituere, qui administret justitiam, & num. 4.

4 Magistratus plures possunt in solidum jurisdictionem exercere.

5 Habens jurisdictionem cum alio communem, socium delinquentem in territorio punire non valet: quod limitatur.

6 Si vassallus ab uno ex dominis jurisdictionem comparaverit, eximitur à subjectione alterius domini, nisi aliàs isti ratione possessionum ut feudatarius subsit.

7 Jurisdictio pluribus communis, in omnibus equaliter in solidum consistit, quanquam in territorio majorem partem aliquis obtineat: Secus est quoad pœnas, & alios jurisdictionis fructus, qui pro rata distribui debent.

8 Si quis ex dominis delinquenti pœnam remittat, in portionem ejus tota quantitas imputabitur.

9 Majorem habens in territorio partem, belli tempore rei militaris administrationem obtinet, & civitatis custodiam suscipit.

10 Jurisdictio quoad usum quibus modis dividatur. Fieri debet ad instantiam unius, etsi alii plures renitentur, ibid.

11 Divisione perfecta, ejus forma ita est servanda, ut si quis ex dominis quid decrevit contra illam, erit ipso jure nullum propter usurpationem usus jurisdictionis.

Post divisionem cessat præventio, ibidem.

12 Si unus ex dominis in suo tempore capis de causa cognoscere, alius succedens usu injurisdictionis per formam divisionis prosequitur judicium, & illud peragere potest.

13 Perfecta divisio reformari poterit, si oportuerit, ut cesset scandalum, aut aliud inconveniens grave resultans ex modo administranda jurisdictionis.

14 Usus jurisdictionis arbitrio judicis expediri debet, ac de aliis modis dividendi.

15 Observatio quedam ad caput I. de Parochiis.

C A P U T XL. & ult.

Cum jurisdictio sit rei incorporalis divisionem recipere nequit. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. n. 53. Hier. de Mont. tract. de finib. regund. c. 78. num. idcirco si pluribus dominis una, eademque competat, in solidum residet in singulis habitu, & exercitio. Boër. tract. de custod. clav. nu. 62. & decis. 5. n. 1. Tusch. lit. I, concl. 557. n. 1. Tondut. de prævent. judic. part. 2. c. 45. n. 2. Morquech. de divis. honor. c. 5. n. 1. Jacob. à S. Georg. tract. de feud. verb. Dubitatur, num. 2. Mont. sup. c. 11. n. 8. quoad usum tamen, seu exercitium dividi sæpe solet. Tondut. sup. c. 2. nu. 5. Morquech. n. 4. Bertachin. de gabell. part. 1. nu. 48. Philip. Prob. tract. de jur. Regaliæ, quest. 13. in fin. quod ita verum est, ut facta hujusmodi divisione, jurisdictio in solidum penes Condominos perseveret. Mont. d. c. 11. n. 13.

Quoties nulla intercedit divisio, quilibet ex Dominis jurisdictione utitur, data inter illos præventionem. Tusch. ubi proximè, Tondut. d. c. 45. n. 2. Jacob. à S. Georg. supra: illa verò interveniente, sive per tempus, sive per territorium, cessat prorsus

præventio. Tondut. d. cap. 2. n. 1. Vide infra, num. II.

3 Quæritur inde, an Domini possint uti in solidum jurisdictione, ita ut quisque de causis, in quibus prævenit, solus cognoscat. Affirmant non pauci, ut videre licet apud Boër. *decis. 5.* Jacob. de S. Georg. *ubi sup.* At quidam sentiunt, id Dominis non licere, sed quod debent inter se convenire, quis sit administraturus; alioqui autoritate publica superiores compelli poterunt, ut usum jurisdictionis partiantur, constituentibus communi suffragio iudices, vel alio modo, ne vassalli vexentur pluralitate jurisdictionem exercentium. Vide Peguera *decis. 10.*

Ad Num. 1.

4 Huic posteriori sententiæ adhærent cum D. Covar. Boër. d. tract. de cust. clavium, n. 65. 66. Cancer. *variar. part. 2. c. 2. n. 78.* Morquech. *sup. n. 7.* Jac. à S. Georg. n. 2. & 5. ubi probat. Hæc aliter se habent in iudicibus, seu Dominis, qui jure hæreditario, aut alio jurisdictionem nanciscuntur: secus erit in magistratibus à Principe, vel lege constitutis, qui valent in solidum jurisdictionem exercere, ut præter D. Covar. observat hoc discrimen Jac. à S. Georg. *sup. n. 1.* tamen si aliud sentire videatur D. Solorz. *sup. tom. 2. c. 3. n. 44.* ubi ait, jurisdictionem individuum ideo non posse integraliter uno, eodemque tempore apud duos iudices, aut Magistratus consistere: quod ita est in exercitio, & actu quod certam causam ac personam, quia simul à diversis iudicibus molestari prohibetur aliquis.

5 Quæritur, an Dominus territorii punire possit delinquentem in illo ejusdem jurisdictionis consortem. Et negativam partem communis amplectitur. Consule Bart. in l. Tres tutores, de administr. tutor. Greg. Lop. in l. 16. gloss. ult. tit. 28. part. 3. Bald. in cap. Præterea, de prohib. feud. alien. per Feder. Cancer. *variar. part. 2. c. 2. n. 79.* Sed limitatur si periculum immineret ex mora. Hanc, & alias limitationes reperies apud Greg. Lop. & cæteros.

6 Si quis vassallus emerit ab uno ex Dominis partem territorii, & jurisdictionis ad illum attinentis, eximitur à Condominorum subjectione, nisi ipse ab iis proprietates, seu possessiones habuerit, propter quas adhuc subditus permanebit. Cancer. *sup. part. 3. c. 13. n. 306.*

Ad Num. 2.

7 Quamquam, ut D. Covar. ex communi prædocuit in principio, nihil referat ad usum jurisdictionis non divisum, quis ex Condominis majorem partem in territorio obtineat, tamen multum interest quoad pœnas pecuniarias, & alia commoda, quæ sunt jurisdictionis fructus; nam hæc non pro virili, sed pro rata dividi debent pro portione, quam quisque Dominus ex territorio, ac jurisdictione habet: nec respiciendum ad causas per Dominos decisas, quia licet minorum partem possidens de pluribus causis præveniendo cognoverit, non ideo ex pœnis plus capiet, quam pro sua portione illi debetur. Boër. *decis. 5. num. 6.* Alex. *conf. 25. à n. 4.* Morquech. d. c. 5. n. 9. Tondut. d. c. 2. n. 10.

8 Unde si quis remiserit pœnam pecuniariam delinquenti, quod facere nequit in loci præjudi-

cium, imputabitur illi in portionem ex fructibus jurisdictionis eidem competentem. Boër. n. 7.

Præterea, qui pro majori parte jurisdictionem habet, præfertur, ut ipsi militiæ administratio, ac civitatis custodia bello imminente committatur. Boër. *decis. 5. num. 4.* etsi alias singulis Dominis clavis portæ oppidi tradi debeat. Boër. *de custod. clav. n. 65.*

Ad Num. 3.

10 Divisio jurisdictionis quoad exercitium diversimodè fieri potest: per tempus, ut quisque Dominus alternatim ad annum, aut biennium suo munere fungatur: per territorium, designatis limitibus, intra quos singuli jurisdictionem exercent: per vassallos, ut si convenerit, quod alius de causis Nobilium, & alius de ignobilium cognoscat. Tondut. d. cap. 2. n. 5. & modus dividendi per tempus magis aptus videtur. Tondut. *nu. 10.* Divisio autem facienda est vel uno ex Dominis postulante, etsi reliqui dissentiant, ut probat Morquech. d. cap. 5. n. 6.

11 Perfecta quomodolibet divisione, etiamsi jurisdictionis ipsa penes condominos in solidum perseveret, ejus tamen usus ita impeditus existit, ut si quis ex illis adversum divisionis formam de causa cognoscat, quæ ad eum non pertinet, processus ipso jure sit nullus, nec erit præventioni locus. Tondut. d. c. 2. ex n. II.

12 Si per tempus fiat divisio, causa cæpta in anno unius Domini definiri debet in sequenti per alterum, vel ejus officialem, quoniam eadem est jurisdictio. Tondut. n. 13.

13 Semel absoluta ejusmodi divisio poterit reformari, ac iterum repeti, si expedierit, ut vitetur scandalum, aut grave aliud inconveniens à modo administrationis ortum. Morquech. *numero 10. ex Cravet. conf. 264. volum. 2.*

14 Ubi territorium inter Dominos ad exercendam jurisdictionem separatur, possit dubitari quomodo expedienda divisio; nam sunt varix opiniones circa formam ejus. Prima, quæ est communis Canonistarum, docet quod major dividat, & minor eligat, ex c. 1. de Paroch. pro qua plures laudat Barbosa in collect. *ibi, n. 3.* Sed ea à legum Professoribus communiter reprobatur, ut ex aliis tradit Barbosa *ibidem, vers. Cæterum.* Secunda habet, sorte divisionem peragenda. Tertia electionem tribuit habenti in re dividenda majorem partem, ut videre licet apud Barbosam sequaces referentem d. n. 3. *vers. Cæterum, & vers. Alii verò.* Quarta denique frequentior, verior ac tenenda in praxi sententia cum D. Covar. divisionem arbitrio iudicis relinquit, quam tuentur Tusch. *lit. D, concl. 530.* Menoch. *de arbitrar. cas. c. 123. n. II.* Villalob. *Ærar. comm. opin. lit. D, n. 98.* Morquech. *de divis. bonor. lib. 1. c. 2. n. 57.* Gratian. *disceptat. c. 160. n. 22.* Barbosa *sup. vers. Ultima fuit,* ubi alii, Hermos. in l. 3. *gloss. 6. n. 101. tit. 4. p. 5.*

Ibi: Sed & Pontificia responsio.

19 Observant communiter omnes, majoritatem de qua loquitur Pontifex in d. cap. 1. de parochiis, minimè referri ad ætatem, sed ad prioritatem in administratione, ut adnotat cum pluribus Barbosa *collect. ibi, numero 3.* Menoch. *sup. casu 124. num. 4. 5.*



I N D E X

R E R U M O M N I U M,

E T V E R B O R U M,

Quæ in Practicarum Quæstionum D. D. Covarruvias
Additionibus & Eucleationibus continentur.

*Prior nota Arithmetica Paginam, posterior verò marginales
numeros indicat.*

A.

Academia.



Academia, quæ floret Sal-
manticæ, quando pri-
mum Palentix erecta.
Pag. II. n. 75
Quando ad Salmanticam
translata. 12. n. 77
Academia Complutensis
quo tempore instituta.
ibid. n. 79

Acta, Actio, Actor, & Actus.

Acta judicialia, veluti probationes, faciunt præ-
sumptionem erga tertium. P. 90. n. 16
Actione hypothecaria in judicio pendente, si res
obligata alienetur, quod jus creditori compe-
tat, si vicerit. 103. n. 45.
Actori suæ intentionis fundamentum incumbit
probare. 179. n. 12.
Actus præcedens per subsequentem declaratur.
26. n. 14
Actus nullus contra legem, vel rescriptum susti-
netur, consentiente illo, cujus favorem respi-
cit nullitas. 67. n. 44.
Actus per officialem publicum gesti sententiâ
privatum, à qua appellatum est, tenent etsi
confirmatio sententiæ subsequatur, non sic in
actibus privatis contingit, qui confirmatâ sen-
tentiâ irriti fiunt. 145. n. 15
Actus ultra intentionem agentis operari non va-
let. 175. n. 42
Actus qui licitè fieri potest, non præsumitur illi-
cité gestus. 177. n. 59

Ad.

Ad ea, quæ raro accidunt, jura non adaptan-
tur. 163. n. 39

Adipiscendum.

Ad Adipiscenda possessione ex l. ult. C. de edict.

D. Adrian. tol. remissivè. Pag. 85. n. 14

Administratio, & Administrator.

Administrationis causâ quis subijcitur, si non
suo. P. 37. n. 8
Administrator compelli non potest per privilegia-
rum, ut in Curia rationes reddat. 49. n. 13
Administrator paratus rationes reddere in loco
administrationis, si non ibi recipiantur, an
absens cogatur illic redire. 73. n. 27
Administrator regulariter remittitur ad locum
administrationis, ut rationes reddat. ibid.

Adulterium.

Adulterii in crimine sententia absolutoria pro-
dest complici cui condemnatoria non nocet.
P. 124. n. 13

Advocatio, & Advocatus.

Advocationis munus clericis interdictum est, sed
pro pauperibus licet eis advocare. P. 50. n. 24
Advocatis unde honorarium solvatur. ibid.
Trajanus primum Advocos constituit, salario de
publico assignato, ut pauperes tuerentur gra-
tis. ibid.
Advocatis litigantes stipendium debent exhi-
bere. ibid.
Sunt in Hispaniæ civitatibus deputati, ut egenis
patrocinium absque honorario ferant. ibid.
Ubi non sunt assignati, quisque advocatus tenetur
pauperibus gratis patrocinari, quod jurejuran-
do promittunt cum recipiuntur. ibid.
de Advocatorum salariis, remissivè. ibid.

Ægyptus.

Ægypticæ monarchiæ initium. p. 19. n. 129

Æstimatio.

Æstimatio rerum dotialium duplici de causa fieri
debet. P. 234. n. 2
Æstimatio venditionis causâ fieri intelligitur in
dubio, tam in dote, quam in cæteris actibus.
ibid. n. 2.

Agila Rex.

Agila Gothorum Rex in Hispania. P. 5. n. 19
Agri-

Index Rerum.

- Agrimensor.*
Agrimensor falsum modum dicens, quomodo teneatur. Pag. 35. n. 34
- Alani.*
Alani, unde orti, & quando Hispaniam ingressi. 2. n. 3
- Alaricus Rex.*
Alaricus I. Gothorum Rex. P. 3. n. 5
Alaricus II. Codicem vulgò *Fuero Juzgo*, primus in lucem edi jussit, & constitutionibus inchoavit. 4. n. 13
- Alcavala.*
Alcavalæ vectigal quando in Hispania coepit exsolvi. P. 13. n. 81
- Alfonsi Reges.*
Alfonfus I. Rex, cognomine Catholicus. P. 8. n. 45
Alfonfus II. Castus nuncupatus. ibid. n. 51
Alfonfus III. Magnus dictus. 9. n. 54
Alfonfus IV. ibid. n. 58
Alfonfus V. 10. n. 64
Alfonfus VI. Imperator vocatus. ibid. n. 68
Alfonfus Reginæ Urracæ maritus. 11. n. 70
Alfonfus VII. Imperator electus. ibid. n. 71
Alfonfus VIII. ibid. n. 74
Alfonfus IX. ibid. n. 75
Alfonfus X. p. 12. n. 78. Hic Sapiens Rex leges Partitarum dedit in lucem. ibid.
Alfonfus XI. ibid. n. 81
- Alienatio.*
in Alienationibus regiis ex causa onerosa, quod actum est inspicitur, & in dubio contra vendentem pronunciabitur. P. 24. n. 162
- Alimenta.*
Alimenta quando filio debeantur interim dum litigat super alimentis principaliter, & filiatione. P. 51. n. 29
Alimenta & litis expensæ quibus personis litigantibus ab adversario debeant exhiberi. ibid. n. 30
An fratri litiganti debeantur. ibid. & seq. n. 31
Alimenta ac litis sumptus præstari debent filio agenti ad hæreditatem patris, etiam ante sententiam, si boni juris præsumptione juvetur. 51. n. 32
ad Alimentorum, & expensarum exactionem etiam in filio probatio paupertatis plena desideratur. ibid. n. 35. Si utramque probetur inopia, cessat alimentorum præstatio. 52. n. 36
Alimenta atque litis expensæ an debeantur agenti ad rem singularem. ibid. p. 37
Alimenta, & sumptus litis an cogatur restituere, qui ea recepit, si superetur. ibid. n. 38. & seq.
Alimentorum quantitas litiganti præstanda iudicis arbitrio taxatur. ibid. n. 40
Alimentorum causa favorabilior est, quam expensarum litis. ibid. n. 41
Alimenta debentur filio cum parente super filiatione litiganti, & qualis requiratur probatio. ibid. n. 42. non præstantur, nisi filio pauperi. ibid. n. 43
de Alimentis præstandis decretum non nocet quoad causam principalem. ibid. n. 44
Alimenta non restituit, etsi succumbat, qui probata filiatione, illa recepit. ibid. n. 46
- Alternativum.*
in Alternativis obligationibus si unum perierit, alterum promissor præcisè dare compellitur. P. 124. n. 29
in Alternativis electio est debitoris. 174. n. 31.
- Amalaricus Rex.*
Amalaricus Gothorum Rex. Pag. 5. n. 16
- Anniversarium.*
in Anniversariis per repræsentationem succeditur. P. 230. n. 86
- Annus.*
Annorum computatio apud omnes gentes ab aliquo memorabili eventu sumit exordium. P. 173. n. 5
Anni ex quo numerari in Hispania coeperunt à Christi Domini nativitate. 13. n. 84
- Apocha.*
Apocha quid sit. P. 137. n. 7
- Appellare, & Appellatio.*
Appellatur à iudicibus municipalibus, vulgò *Alcaldes ordinarios*, ad Dominum oppidi, qui eos confirmavit. p. 40. n. 26. Nequeunt Domini cognoscere de causa nullitatis principaliter intentatæ contra sententiam ab his iudicibus latam. ibid. n. 27
Appellatur à vicario foraneo ad Episcopum. ibid. & p. 57. n. 33.
Appellatur ad Regem à vicariis inferiorum Dominorum, non ad eosdem. 41. n. 30
A delegato domini inferioris appellatur ad ipsum delegantem. ibid. n. 31
Appellari à subdelegato ad delegatum, quando possit. ibid. n. 32
Appellatur à delegato Episcopi ad Episcopum, sed non à Vicario generali. ibid. n. 33
Appellare licet ad Regem, seu suprema Prætoria, omisso medio Magistratu, vel Domino inferiore. ibid. & seq. n. 34
Limitatur in delegato Principis, ad quem à subdelegato est omninò appellandum. ibid. n. 35
Appellare, omisso medio, nec ad Principem licet de jure communi. 42. n. 42
Appellans ad Curiam nequit ibi ab appellato reconveniri. 46. n. 19
Appellare quisque potest à sententia adversus alium lata, si ex illa senserit præjudicium. p. 98. n. 1. Probare debet, quod sua interest, ut audiatur. p. 99. n. 2. Cùm sententia nullum affert præjudicium, non auditur appellans. ibid. n. 3.
Appellare cuique licet pro damnatis ad supplicium, his renitentibus. ibid. Limitatur in servo, cui appellare non permittitur pro reo. ibid.
Appellans à diffinitiva, vel quæ vim habet diffinitivæ, causam exprimere non tenetur: secus si ab aliis interloquutoriis. ibid. n. 4
Appellare licet tertio, cujus interest, antequam principali p. 100. nu. 10. Quod si postea & principalis appellet. ibid. n. 11
Appellare, aut supplicare nec tertio licet contra tres sententias conformes. ibid. & seq. n. 14. & 15
Appellatio illa quid operetur. 104. n. 49
Appellare an possit venditor à sententia in emptorem lata, postquam fatalia appellationis quoad principalem præterierint. 100. n. 16 & seqq.
Appellari à mero exequutore nequit, nisi excesserit. 103. n. 38
Appellare potest emptor rei obligatæ à sententia contra venditorem lata, & supersedeatur in executione. 104. n. 46
Appel-

& Verborum.

- Appellare licet eis**, quibus sententia inter alios prolatam non nocet, nisi litis notitiam habuerint. ibid. & seq. n. 47
- Appellare poterit tertius pro suo interesse**, licet principalis prohibeatur. ibid. n. 49
- Appellandi facultate sublata**, non tollitur jus dicenti de nullitate principaliter, sed accessorie. ibid. n. 54
- Appellans si appellatione pendente innovaverit**, appellationi renunciare intelligitur, nec licet poenitere. p. 143. n. 2
- Ad appellandum termino non finito**, potest Judex Ecclesiasticus excommunicare damnatum, ut sententiæ pareat. p. 145. n. 18
- Appellationis fatalibus non præteritis**, si judex ad exequendum procedat, quæ innovaverit, non retractantur; si non appelletur. ibid. n. 19
- Appellare convictus non prohibetur**. p. 146. n. 38
- Appellare in quibus delictis convictus**, aut confessus non potest, remissivè. ibid. n. 39
- Appellare an liceat in judiciis possessoriis?** p. 148 n. 54. & seqq.
- Appellatur à sententia nulla**, nec appellans censetur nullitati renunciare. p. 153. n. 23
- Appellare licet tertio respectu proprii gravaminis**. p. 157. n. 27
- Appellare prohibitus potest adversarii adherere appellationi**. ibid. n. 29
- Appellare à sententia Principis non licet**. ibid. p. 158. n. 34
- Appellationis de causis cognitio eodem modo acquiritur**, ac jurisdictio cognoscendi in prima instantia. p. 41. n. 29
- Acquiritur privilegio etiam tacitè ex verborum amplitudine**. ibid.
- Appellatio à delegato ad delegantem jure Cæsareo non tenet**, sed valet de judice dato ad dantem. ibid. n. 46
- Appellatio de vicario, vulgò Teniente**, ad Prætozem non admittitur. p. 42. n. 37
- Fallit in interloquutoriis**. ibid.
- Appellatio, omisso medio, permittitur jure Pontificio**, & quid in novo Indiarum orbe. ibid. n. 40. & seqq.
- Appellatio interponitur, omisso medio, ad Legatum de latere**, qui in partibus cognoscit de appellatione ad Sedem Apostolicam, licet ipse sententiam protulerit. ibid. n. 41
- Appellatio, omisso medio, an valeat, parte appellata non opponente?** ibid. n. 43
- Appellationi, medio omisso, judex à quo tenetur deferre**, & judex ad quem remittere ad immediatum. ibid. n. 44
- Similiter deferendum est appellationi, si ad patrem judicem provocetur**. ibid.
- per Appellationem extinguitur judicatum**. p. 51. n. 33. & p. 144. n. 6. & 7
- per Appellationem ab interloquutoria causa ad Curiam Romanam delatam non remittitur ad Ordinarium**, etsi malè appellatum pronuncietur. p. 66. n. 33
- Appellatio ab interloquutoria, si malè interposita pronuncietur, causa ad inferiorem devolvi debet**. ibid. n. 34
- Appellatione deserta, judex à quo ad executionem suæ sententiæ procedit**. ibid.
- Appellatione interposita ab interloquutoria, si simul cum principali super articulum causa delegetur, id intelligi debet, si benè appellatum pronuncietur, alioqui confirmato inferioris decreto, causa super principali negotio ad eum est devolvenda**. ibid. n. 35
- D. de Faria Covar. Enucl.*
- Appellationis ab interloquutoria commissæ causæ, si rectè appellatum declaratur, poterit delegatus absque novo mandato de principali cognoscere**. ibid. n. 38
- Quid si appelletur ad judicem ordinarium**. ibid. n. 39
- Appellatio, si ab interloquutoria interponatur ad Principem, poterit præcipere, ut prætermissio articulo, super principali procedatur, præcedentibus precibus; & juramento partis**. p. 67 n. 40
- An alius idem facere valeat?** ibid. n. 41
- Appellatio tertii, qui victoriam reportavit, an prosit principali?** p. 100. n. 12
- Appellationem tertii impedire non valet principalis transactione, renuntiatione, vel alio modo**. ibid. n. 13
- Appellatio tertii an administratur post sententiæ executionem?** ibid. n. 19. & seq.
- Appellationem tertii non excludit clausula, appellatione remota; quæ solum ad litigantes principaliter refertur**. p. 101. n. 24
- Appellationi in dubio deferendum**. p. 102. n. 37 & p. 146. n. 27
- Fatalia à quo currere incipiant**. p. 106. num. 5. & seqq.
- Appellatio admittitur ob excessum, etsi alias à judice provocare non liceat**. p. 103. n. 38
- Appellatio contra tres sententias conformes nec quoad effectum devolutivum recipitur**. ibid. & seqq. n. 46. 48. & 51
- Appellatio in possessoriis non datur ad effectum suspensivum jure communi: secus Jure Canonico, ac Regio**. p. 112. n. 30. & p. 148. n. 57 & seqq.
- per Appellationem suspenditur jurisdictio judicis à quo, & quid si appelletur ab interloquutoria**. p. 143. n. 5
- Appellatio, ut sententiæ executionem ac jurisdictionem suspendat, debet legitime interponi**. p. 144. n. 8.
- Appellationi de jure non admittendæ si judex deferat, ulterius procedere non valebit**. ibid.
- Appellatio de jure non recipienda non producit vium attentati**. p. 146. n. 25
- Appellationi quibus casibus non sit locus, remissivè**. ibid. n. 26
- Appellatio semper admittitur, nisi prohibita reperiatur**. ibid. n. 27
- Appellationi defertur in criminalibus, nisi in casibus exceptis**. ibid. n. 28.
- Appellatio convicti, & confessi non auditur, tam in criminalibus, quam civilibus**. ibid. num. 30
- Limitatur**. ibid. n. 31. & p. 147. n. 37
- Appellatio confessi non admittitur: quod limitatur**. ibid. n. 38
- Appellationem confessi rejectam à judice inferre poterit iusta de causa superior admittere**. ibid. n. 40
- Appellatio in criminalibus nonnullis in regnis de consuetudine non admittitur**. ibid. n. 41
- Appellatio tolli potest per Principem non recognoscentem superiorem, si causam appellatione remota delegaverit**. p. 148. n. 48
- Licet appellatio prohibeatur lege, aut rescripto, poterit judex ex causa illam admittere**. ibid. num. 49
- Appellatio in possessoriis quoad effectum suspensivum quando admittatur de jure communi**. p. 149. n. 63. 65. & seq.
- Non operatur effectum suspensivum omni jure in**

H h summa

Index Rerum,

- summarissimo remedio ex lege finali, C. de edict. D. Adrian. toll. nec in similibus. pag. 149. & seq. n. 59. & 61.
- Limitatur. ibid. n. 60
- Nec in causis exequutivis. 150. n. 68
- Nec in præcepto de exequendo. ibid. n. 69
- Appellatione prohibita per legem, aut Principem, intelligitur tantum quoad effectum suspensivum. ibid. n. 70
- Appellatio ab interlocutoria regulariter non admittitur, sed aliquando illi defertur. 151 n. 1. & 2
- Appellatio à revocatione attentatorum quem producat effectum? 150. n. 72
- In Appellatione ab interlocutoria causam exprimere opus est, nisi vim definitivæ habeat. 151. n. 7
- Post appellationem innovata per judicem à quo, an illa justificata, sint à principio irrita, vel rescindantur, cum scilicet ab interlocutoria appellatur? ibid. n. 10
- Et num processus sit nullus? 152. n. 11
- Appellatione pendente, innovata per tertium ut attentata non revocantur. 143. n. 2. & 208. num. 15
- Inter Appellationem judicialem, ac extrajudicialem differentia, remissivè. 152. n. 16
- Appellatio absolute interposita causam nullitatis includit, & utramque ad superiorem devolvit, ut etiam de nullitate cognoscat. 153. num. 26
- Appellatione deserta, antequam super desertione pronuncietur, poterit judex ad quem de causa appellationis, ac nullitatis cognoscere, si adversa pars non opposuerit. 158. n. 28
- Ubi Appellatio notoriè est deserta, potest judex ex officio desertionem declarare, & quando appellatio deserta censetur, remissivè. ibid.
- Appellationis desertor, licet super illa amplius audire non debeat, de nullitate agere non prohibetur, quamquam de ipsa cum appellavit, incidenter dixerit. ibid. n. 29
- Super Appellationis desertione quis judex valeat pronunciare. ibid. n. 31
- Post Appellationem ab interlocutoria, innovata per judicem à quo ante omnia non retractantur. 151. n. 3
- Ampliatur. ibid. & seq. n. 6
- Limitatur. ibid. n. 4
- Arbiter.*
- Pro Arbitri laudo nulla est præsumtio. p. 90 num. 16
- Arbiter ad expensas instar judicis damnare potest. 166. n. 4
- Arbiter an possit laicus eligi in causa spiritali, aut arbitrator. p. 101. n. 3
- Archidiaconus.*
- Archidiaconus quoad jurisdictionem est Episcopi vicarius ipso jure. p. 64. n. 12
- Archiepiscopus.*
- Archiepiscopus Toletanus creatur in perpetuum major Castellæ Cancellarius. ibid. n. 74
- Archiepiscopus etiam dum visitat, nequit subditis suis Ordines conferre, aut pontificalia aliter exercere, nisi de consensu suffraganei diocesis ubi existit. ibid. n. 16
- Argumentum.*
- Argumentum à correlativis non procedit, data ratione dilparitatis. p. 33. n. 25
- Vide Correlativum.*
- Argumentum de contractibus onerosis ad donationes, & ultimas voluntates non semper habet locum. pag. 36. n. 42
- Argumentum à contrario sensu valde probat. 320. n. 5
- Assassinus.*
- Assassinus quis vocetur remissivè. p. 192. n. 7
- Athanagildus Rex.*
- Athanagildus Gothorum Rex fictus Arrianus, sed verus Catholicus. p. 5. n. 20
- Athaulphus.*
- Athaulphus Gothorum Rex, Gallis & Hispanis dominatus est. p. 4. n. 6. Cur à propria gente occisus cum sex filiis. ibid.
- Attentatum.*
- Attentatum definitur. p. 143. n. 1
- Attentatum quis committere censetur. ibid. n. 2. & 3. Tertius innovans non dicitur attentare, & quis per eum innovata retractet. ibid. n. 2
- Attentatum quotuplex, remissivè. ibid. & seq. num. 4
- Attentata debent ante omnia revocari. ibid.
- Nonnullis in casibus revocatio suspenditur, & qui sint, remissivè. ibid.
- Attentatorum revocatio ad quem judicem spectet. 44. n. 10
- Ad Attentatorum revocationem quæ probari debeant. ibid. n. 12
- Ut attentata revocantur, quæ sunt intra tempus ad appellandum præscriptum, aut dum controversatur, an sit appellationi deferendum? ibid. n. 13
- Ad Attentatorum revocationem an agere liceat post conclusum in causa appellationis? 145. num. 21
- Attentati revocationem utrum impediatur notorius tituli defectus? ibid. n. 20. & quæ aliæ exceptiones obtinent revocationi, remissivè. ibid.
- Attentati remedium favorabilius est interdicto. ibid. n. 24
- Unde vi. ibid. n. 24
- Attentatum non est, quod judex à quo post appellationem operatur, cum hæc solum habeat effectum devolutivum. 148. n. 53. quod limitatur. ibid.
- Attentatorum revocationem petere potest qui appellavit, etsi appellationem deserat, aut illi renunciet. 152. n. 13
- Attentata post inhibitionem retractantur, licet malè appellatum pronuntietur. ibid. n. 14
- Attentata post extrajudicialem appellationem ante omnia non revocantur. ibid. n. 16
- Audientia.*
- Audientia Gallicæ quando fuerit constituta. p. 14. num. 88
- Augmentum.*
- Augmentum oppidi cedit Domino, cui illud cum mero, & mixto imperio concessum est. p. 24. & seq. num. 1.
- Augmentum definitur. ibid. Sequitur natum, & conditionem ejus, cujus est accessorium, & de utroque idem judicandum. ibid.
- Augmentum populi ad plures attinentis quomodo dividendum. 25. n. 4
- Augmentum rei ad quem spectet in emptione, & aliis contractibus. ibid. n. 5.
- Augmentum legati cedit legatario à die conditi testamenti: & quid in legato conditionali. ibid. n. 6.
- Augustus.*

& Verborum.

Augustus.

Augusti imperium quando coepit. pag. 18. n. 116
 Augustus quare ita vocatus. ibid. n. 120
 Augustus post mortem inter Deos collocatus. ibid.

Avocare, & Avocatio.

Avocare supremi Principes non possunt causas à Dominis inferioribus aut eorum iudicibus, nisi negligentiam, vel aliam rationabilem occasionem. p. 63. n. 6. Et quæ sint rationabiles causæ avocandi, remissivè. ibid. n. 8
 Avocari possunt causæ à Dominis vassallorum, aut illorum Officialibus, antequam inchoentur, ad regia Prætoria in casibus Curia. ibid. num. 6
 Avocari causas per Principem à suis Magistratibus, nisi ex aliqua speciali ratione, non oportet. ibid. n. 9. Et quæ sint justæ rationes. ibid.
 Avocare valet Episcopus causas à suo Vicario Generali, vel foraneo. p. 64. n. 11. Limitatur. ibid. n. 13
 Avocare non licet Episcopo causas coram Archidiacono pendentes. ibid. n. 12
 Avocare causas Metropolitanus à Suffraganeo prohibetur. p. 49. n. 14. Ampliatur, licet negligentia præcedat. ibid. n. 15
 Avocari nequeunt causæ à Magistratibus inferioribus per iudices Cancellariorum Hispaniæ. ibid. n. 19
 Avocare an possint Domini inferiores causas pendentes coram iudicibus ordinariis sui territorii? 65. n. 23. & seqq.
 Avocare causam, quam subdelegavit, num valeat Principis delegatus? ibid. n. 26
 Avocare causas, quas delegant, iudicibus ordinariis permittitur. ibid. n. 27
 Avocare causas, ut alii committantur, solummodo Principi licet. ibid. n. 26
 Avocata causa per quem Notarium expediri debeat. ibid. n. 28
 Avocatio causarum definitur. 63. n. 3
 Avocatio propriè non dicitur antequam coram inferiore pendeat. ibid.
 Avocatio omnium causarum à suis Magistratibus Principi licet. ibid. n. 5. Similiter licet Pontifici de causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus. ibid.
 Avocatio causarum cuique competit ab eo iudice, quem ipse liberè constituit. ibid. n. 7
 Avocatio causæ pendente facta per Principem ignarum litis pendentiæ non valet, cujus in rescripto mentio fieri debet. 64. n. 10
 Per Avocationem causæ pendente magis læditur Magistratus autoritas, quam si ante susceptum iudicium avocaretur, ideò difficilius avocatur causa, quæ pendet. ibid.
 Avocatio ut odiosa est restringenda. ibid. n. 10 & p. 66. n. 35. Non præsumitur. 64. n. 10
 Avocatio causæ pendente in cancellariis per Regem fieri potest, ad quam certa fortuna ex nostris legibus observatur. 65. n. 20
 Avocatio an Supremi Castellæ Senatus Consiliariis permittitur? ibid. n. 21
 An & quando fieri possit per Nuntios Sedis Apostolicæ, aut Legatos de latere? ibid. n. 22
 Avocatio est permittitur civitatis Prætori à suo Vicario, seu Locumtenente. ibid. & seq. n. 24
 Fallit si ex delegatione alterius procedat. ibid. num. 35

Ad vocationem semper expedit, ut aliqua iusta ratio intercedat. ibid. n. 27
 Ab Avocationis decreto non admittitur appellatio. ibid.
 Avocatio tacitè, vel expressè fit. ibid. n. 29
 Avocatio cum decreto irritante quem operetur effectum. p. 67. & seq. n. 42. Non producit suos effectus ad preces alicujus expedita, si deprecator rescripto uti noluerit. ibid. n. 43
 Avocatio nisi nota fiat iudici, manus ejus non ligat. ibid.
 Avocatio cum clausula, *Motu proprio*, reddit irrita acta die expediti rescripti, etsi iudex illam ignorans operetur. 68. n. 49. & seq.
 Avocatio causæ ex motu proprio ligat manus iudicis inferioris, quomodolibet ad ejus notitiam perveniat, nec intimatio desideratur. ibid. n. 53
 Avocationi an sit locus post causam instructam? 69. n. 56
 Avocatio cum clausula, *Motu proprio*, si exprimitur ad partis preces expedita, cujus sit effectus. ibid. n. 57
 Avocatio ad partis petitionem non impedit usum jurisdictionis antequam iudici notificetur, sed aliud in Romana Curia observatur. ibid. num. 58
 De Avocatorii rescripti scientia ad impediendum jurisdictionis usum. ibid. n. 56

Aurelius.

Aurelius Gothorum Rex turpissimum cum Mauris pactum inivit. 8. n. 47

Auxilium.

Auxilium brachii sæcularis quando, & quomodo postulandum. p. 70. n. 2. & seqq.

B.

Bellum.

Bellum Punicum secundum quando, & qua occasione ortum. p. 2. n. 1

Beneficium.

In Beneficiis quoties Pontifex manus apponit, etsi gratia non sortiatur effectum, Ordinario collatio interdicitur. p. 65. num. 31. p. 67 num. 43
 Beneficium collatum à Prælato putativo, etsi detegatur communis error, non auferetur possessori. Idem juris erit de patrono putativo. 85. n. 12. & 13
 Beneficii collatio absque præsentatione, patrono sciente, & non contradicente, subsistit. 101 num. 26
 Idem erit, si collationem ignorans intra tempus non reclamet, quod patronis ad præsentandum jure conceditur. ibid.
 Beneficii collatio etiam bona fide per Episcopum facta retractatur, si patronus infra tempus legitimum reclamaverit. 102. n. 33
 De Beneficii Ecclesiastici possessione an iudex laicus cognoscere valeat? 280. n. 3. & seqq.
 Beneficii fructuum laicus conductor quo in foro conveniendus. 60. n. 14
 De Beneficii, ac cujusque rei spiritualis possessione etiam inter Ecclesiasticos cognoscitur in supremis Prætorii Regalibus, ne cuique violentia inferatur. 205. n. 17. & seqq.
 Beneficia Ecclesiastica obtinere in Indiis Occidentalibus exteri prohibentur. 206. n. 28

H h 2

In

Index Rerum,

- In Beneficiorum provisione oriundi præferri debent.** ibid. & seq. n. 29. & 32
- In Beneficii impetratione exprimi debet patria, seu diocesis, ubi precator est ortus, alioqui gratia habetur irrita.** ibid.
- Beneficium patrimoniale Hispaniæ, si per Pontificem conferatur Clerico, qui natus non est ubi vacat, Bullarum retentione, ac supplicatione impediatur executio.** ibid. & seq. num. 31
- Beneficia patronatus Ecclesiastici si vacent in Curia, absque assensu patroni conferuntur: secus si laicalis sit patronatus, vel mixtus.** 209 n. 9. Solet tamen Pontifex etiam laicali patronatui præjudicare eâ conferens Beneficia, nisi ad Principes spectet jus præsentandi. ibid.
- Beneficia patronatus Ecclesiastici conferre potest Legatus de latere, contempto patrono.** ibid. n. 10. Non sic cum patronatus est laicalis, vel mixtus. ibid. n. 11. Fallit si jus patronatus laicale competat ex privilegio, aut præscriptione. ibid.
- Beneficiorum reservatio non complectitur quæ sunt patronatus laicalis, vel mixti.** 210. n. 12. & 211. n. 22
- Beneficium vacare in Curia, vel apud Sedem Apostolicam an sit idem quoad reservationem?** ibid. n. 24. An differat vacare in Urbe, vel in Curia? remissivè. ibid.
- Non omne Beneficium, cujus possessor Romæ decedit, dicitur in Curia vacare quoad reservationem.** ibid. n. 25
- Beneficia patronatus laicalis, quæ in Curia vacant, & reservationi non subjiciuntur, an per Pontificem, vel per ordinarium, præsentatione præcedente, conferri debeant?** ibid. num. 26
- Beneficiorum majorum provisio spectat ad Pontificem.** ibid.
- Beneficium non censetur in Curia vacare, tamen si ibi præsentati super illo litigantes decedant, quia jus in re non habent.** 213. n. 44
- De Beneficio si duo instituti litigent, & possessor in Curia decedat, colligante ubilibet defuncto. Pontifex sꝑreto patrono illud confert, si Ecclesiastici sit patronatus: secus si laicalis** ibid. n. 45
- Beneficia vacant, quæ obtinet ad Episcopatum assumptus: similiter & Ecclesiasticæ pensiones.** 216. n. 76
- Bigamia.*
- Bigamiam non contrahit, cui à se solo cognitam ducit in uxorem.** 189. n. 34.
- Bigamia non contrahitur per duplex matrimonium, nisi cum utroque conjuge consumetur.** ibid.
- Bonum.*
- Bona civitatis sunt in triplici differentia.** 221. num. 47.
- Bona civitatis an, & quanto tempore præscribantur?** ibid. 4. 48.
- Bulla.*
- Bulla Cruciatæ quando Regibus Hispaniæ primum concessa.** 206. n. 25
- Bullæ Pontificiæ in Hispania non mandantur executioni, quoties per illas exteris Beneficia Ecclesiastica conferuntur, aut pensiones.** ibid. num. 28
- Per Bullarum retentionem autoritas Sedis Apostolicæ non minuitur, imò potius augetur.** 201. n. 33
- Bullæ Pontificis retinentur apud nos, si Beneficium patronatus laicorum, sꝑreto patrono conferatur.** pag. 208. n. 1
- Bullarum retentioni utrum sit locus ex aliis causis præter expressas in lege Regiæ? remissivè.** 211. n. 21
- Bullæ retinentur si derogent Ecclesiasticæ ordinariæ jurisdictioni.** ibid.
- Bullæ non exequentur in Hispania, quibus beneficium patronatus retinatum absque patroni assensu confertur.** 215. n. 59
- C.**
- Cancellariæ Hispaniæ, & Cancellarius.*
- Cancellariam Hispaniæ institutio, ac de quibus causis cognoscatur in illis.** 13. num. 83. 43. n. 46. 25. n. 1
- Ad Cancellarias quæ Causæ à Regio Consilio Castellæ remitti debeant.** 64. n. 2
- In Cancellariis non cognoscitur in prima instantia nec per simplicem querelam, nec super nullitate principaliter: excipiuntur casus, qui Curiæ vocantur.** ibid. n. 19
- Cancellariæ unde Regia Prætoria Hispaniæ dicta.** 43. & seq. n. 47
- De Cancellarii officio, ac dignitate, remissivè.** ibid.
- Canonicatus.*
- Canonicatum electivorum per concursum origo in Hispania.** 14. & seq. n. 87. Non subjacent reservationibus. ibid.
- Cantabria.*
- Caput. Romana, §. Debet, de appellat. in 6. intelligitur.** 38. n. 6. & seqq.
- Capitis Romana, §. Contrahentes, de for. compet. in 6. intellectus, remissivè.** 172. n. 24
- Capitis Cum capella, de privileg. intellectus, remissivè.** 179. n. 26
- Capitis Quamvis, de re judic. intellectus, remissivè.** 103. n. 47
- Caput Cum nuper, de re judic. intelligitur.** 94. & seq. n. 52. & 53
- Capitis Cum olim, de caus. possess. & propr. intellectus.** 95. n. 3. & seqq.
- Capitis Super eo, de offic. deleg. intellectus,** 101. n. 24. & 27
- Capitis I. de caus. possess. & propriet. interpretatio.** 148. n. 46
- Capitis Si judex laicus, de sent. excommun. in 6. intellectus, remissivè.** 106. n. 1
- Capitis penultimi de jurispatron. intellectus, remissivè.** 215. & seq. n. 62
- Capitis Aliud 12. q. 1. intellectus.** 202. n. 15. & n. 18. & seq.
- Caput Cum in tua, de decim. explicatur pro D. Covâr.** 219. n. 30. & seq.
- Capitis I. de Paroch. intellectus.** 238. n. 15
- Castella.*
- In Castella quando judices creati cum suprema jurisdictione.** 9. n. 57
- Castella exempta à subjectione Regum Legionis.** ibid. n. 61
- Castellæ regnum constituitur. ibid. n. 65. Præponitur Legioni in regalibus rescriptis.** 10. num. 66
- Castellæ excellentiæ, & unde sic appellata.** 15. n. 89. & seq. Castrum.

& Verborum.

Castrum.

- Castrum** si examinatur à jurisdictione civitatis, retenta pascuorum participatione, licebit civibus in propriis agris vineas, aut oliveta plantare in præjudicium exemptorum. 220 num. 34
- Castrum exemptum** an possit sicut antea uti pascuis publicis civitatis, à qua se exemit? *ibid.* n. 38. & seqq.

Castulo.

- Castulo** civitas quondam Hispaniæ nobilissima. p. 15. n. 90

Causa.

- Causa** nulla regulariter in prima instantia tractari potest apud suprema Prætoria, etsi Cancellaria resideat ubi iudicium peragi debet, alioqui processus erit nullus, & exceptio incompetentiæ in quavis parte litis opponi poterit. 47. n. 1
- Causa** semel ad Curiam per privilegiatum introducta, ibi finienda, etsi privilegii ratio, iudicio pendente, cessaverit. 48. n. 4
- Causa** coepta apud inferiorem, an possit ad Curiam advocari, si lite pendente privilegium superveniat litiganti? *ibid.* n. 5
- Causæ** minoris quantitatis non deferuntur ad Curiam per privilegiatos, & quæ sit minor quantitas. 55. n. 18
- Causa** non dicitur jus actoris antequam in iudicium sit deductum. 63. n. 3
- Causa** semel Curiam Romanam ingressa nunquam exit, nisi ex Pontificis commissione. 65. n. 30

Casus.

- Casus** Curia plures, qui sint, remissivè. 47. num. 2
- Casibus** Curia quando locus non sit. 50. n. 23

Cenobium.

- Cenobium** Carthusianum. Vide *Monasterium.*

Chindesvinthus.

- Chindesvinthus** Gothorum Rex. 6. n. 35

Chintila.

- Chintila** Gothorum Rex. *ibid.* n. 33

Chirographum.

- Chirographum** quid sit, & quomodo comprobandum, ut fidem faciat. 137. n. 7
- Chirographum** nihil interest qua manu scriptum modò debitor illi subscripserit. *ibid.* n. 8
- Chirographum** recognitum judicialiter plenè probat, etiam scriptum à creditore absque debitoris subscriptione, & apud nos executioni mandatur. *ibid.* & seq. n. 9
- Ut** Chirographum plenè probeat, an sufficiant duo testes de illius confectione deponentes. *ibid.* n. 10. Utrum desideretur unà cum testibus litterarum comparatio? 138. n. 18
- Chirographum** non probeat, etsi testes deposuerint se agnoscere subscriptionem, ac formam litterarum debitoris. *ibid.* n. 12
- Ad** Chirographi probationem sceminae admittuntur in testes. *ibid.* n. 13
- Chirographum**, seu apocha plenè probat, quoties testes instrumentarii proprias subscriptiones agnoscetes asseverant, illud à debitore, ipsis præsentibus, scriptum, aut subscriptum, *ibid.* & seq. n. 14. & 17. Tunc nulla litterarum comparatione est opus. *ibid.*
- Chirographum** debet esse scriptum, vel subscriptum manu debitoris, ut probeat. 138. num. 16

Probat etiam per creditorem scriptum, modò debitoris manu subscribatur. *ibid.*

In adhibenda fide Chirographo iudex maximè attendere debet ad petentis mores, & qualitatem. *ibid.* n. 14

Chirographum juxta legem *Scripturas*, C. qui *potior* quibus solemnitatibus conficiendum. 139. n. 22. & seq.

Chirographum comprobatum quam probationem producat. 140. n. 34

Citare, & Citatio.

- Citatio** personalis an fieri possit in alieno territorio. 75. & seq. n. 42. & 43
- Citare** opus non est eos, quibus sententia secundariò nocere potest. 92. n. 34
- Citatio** utilis est, ut sententia inter alios lata aliis nocere valeat. 94. n. 54
- Citationem** primam nec Princeps regulariter supplere potest. 147. n. 43. Nec idem, illa ommissa, procedere potest, nisi ex causa rationabili. *ibid.*
- Citatio** ad sententiam si omittatur, nullitatis vitium intervenit: ipse tamen Princeps, ea solemnitate neglecta jure sententiam proferet, ac lege, vel consuetudine ejusmodi solemnitas tolli poterit. 147. n. 44
- Citatio** non requiritur ubi Princeps jubet, quod à suo libero pendet arbitrio, licet inde tertio præjudicium generetur. 148. n. 45
- Citandus** est qui promissit solvere quod alius deberet, si post mortem debitoris fiat rationum calculatio. 234. n. 37. & seqq.

Ciudad.

Ciudad Rodrigo, Latine Mirobrica, quando, & à quo condita. 11. n. 73

Civis, & Civitas.

- Civitas** regalis in Hispania à quo constructa. 12. n. 78
- Civis** an possit testimonium ferre in causa suæ civitatis. 115. n. 31. Quanta fides illi adhibenda. *ibid.* n. 14

Clausula.

- Clausula**, *Appellatione remota*, quos operetur effectus. 101. n. 24. An tertium comprehendat? *ibid.* & 102. n. 34
- Clausula**, *Appellatione remota*, etsi unius litigantis odio adjecta, utrumque ab hoc excludit auxilio. *ibid.* n. 34. Ea clausula ex Notariorum stylo solet inferri. *ibid.* n. 36
- Clausula**, *Supplentes omnes*, non extenditur ad supplendum defectum primæ citationis, nec aliorum quæ sunt de jure naturæ. 148. numero 47
- Clausula** *Appellatione remota*, non impedit devolutivum effectum, de qua remissivè. *ibid.* nu. 52
- Clausula**, *Quod si non omnes*; & *Clausula*, *Et eorum cuilibet*, quomodo differant quoad reculationem, & de aliis differentiis remissivè. 164. n. 50. & seqq.
- Clausula** si consuescat apponi in instrumentis, etsi prætermittatur, pro inserta habetur. 156. num. 16

Clementina.

Clementina 1. *de re judic.* ampliatur, ut procedat, si duæ sententiæ conformes proferantur, ubi ex statuto ab illis appellare non licet. 158. num. 33. Sed rejicitur ampliatio. *ibid.* nu. 34.

Index Rerum,

Clericus, & Clericatus.

- Clericali privilegio fori non gaudet delinquens, qui captus per judicem laicum Ordinibus Sacris insignitur, aut Beneficium obtinet Ecclesiasticum.** p. 194. num. 18. Idem erit, si quis post emissum votum Ordines suscipiendi delinquat, ac deinceps Clericus fiat: quod verum est, si alias praesumatur, fraudulenter se ad forum Ecclesiasticum recepisse. *ibid.* n. 21
- De Clericatu ad gaudendum fori Privilegio solum Ecclesiasticum cognoscere potest.** 196. num. 2. Aliud de consuetudine aliquibus in provinciis observatur. *ibid.* num. 4. Sed non apud nos. *ibid.* n. 5
- Clericatus ad gaudendum fori privilegio quomodo probetur.** 197. n. 14. & seqq.
- De Clericatu qualemqualem cognitionem habet Judex laicus, ut reum statim ad Ecclesiasticum remittat: & qualis probatio ad id sufficiat.** *ibid.* num. 17. & seqq.
- Clerici censentur vassalli Principis saecularis.** 37 num. 7
- Clericus Senator Regius subjicitur iudicio Syndicatus coram Judice laico.** *ibid.* n. 8
- Clericus per vim, vel dolum spoliatus a laico potest pro restitutione forum quod maluerit adire.** 55. n. 14
- Clericus haeres laici causam coeptam coram Judice saeculari in eodem foro prosequi tenetur.** p. 59. num. 4. Ampliatur hoc. p. 60. num. 17
- Competens ad defendendum emptorem, nequit uti fori declinatoria.** p. 59. n. 5. Ampliatur. *ibid.* n. 11
- Agens regulariter non habet fori electionem.** *ibid.* n. 9
- Clericus pro suae rei defensione quam apud colonum, vel inquilinum habet, uti poterit fori privilegio: secus si ut autor laudatus ad iudicium accedat.** *ibid.* num. 10
- Clericus si reconvenitur a laico, coram saeculari iudice cogitur respondere.** *ibid.* numer. 11.
- Conventus ut haeres laici a creditoribus defuncti actione personali, vel mixta, quo in foro respondere teneatur.** 60. n. 18. & seqq.
- Clericus haeres laici petitione haereditatis, vel actione reali conventus de re haereditaria, ad forum saecularis iudicis trahi non potest.** *ibid.* n. 23
- In Clericum laici haereditatem exequutio fieri non potest pro debitis defuncti per Judicem laicum.** p. 61. n. 24. Limitatur si in via exequutiva procedi coeperat adversus defunctum, dum viveret. *ibid.*
- Clericus propter falsitatem in foro saeculari commissam, a iudice causae nec pecunia damnari potest.** 117. & seqq. n. 41
- Clericus utrum valeat tabellionatus munere fungi.** 123. n. 36. & seqq.
- Clericus ob aes alienum nec carcerari, nec excommunicari potest.** 71. & seqq. n. 17
- Clericus tacite, vel expresse an possit prorogare jurisdictionem Praelati non sui.** 73. & seqq. n. 34. & seqq.
- Clericus agens possessorio in foro saeculari, an ibi de proprietate litigare cogatur?** 62. num. 32
- Clericus in civilibus triplici sententia conformi damnatus, an gaudeat privilegio capitis Odoardus, de solut.** pag. 158. n. 32
- Clerici quo jure sint exempti a saecularibus potestibus.** p. 186. num. 2. & 3. Quoad causas spirituales sunt exempti jure divino, ita ut iudex laicus nec incidenter de illis cognoscere permittatur. *ibid.* n. 4
- Clericos in Reipublicae perniciem delinquentes potest Princeps saecularis coercere, si Ecclesiastica potestas praemonita illos corrigere neglexerit.** *ibid.* n. 6.
- Clerici habitantes apud infideles in civilibus subijciuntur eorum Principibus, justaque tributa in foro interno solvere tenentur.** *ibid.* num. 7
- Clericos a jurisdictione temporali potuerunt Pontifices eximere absque Principum saecularium beneplacito.** 182. n. 8
- Clerici quoad causas temporales a saeculari jurisdictione sunt liberi jure tantum Pontificio, non divino.** *ibid.* n. 5
- Contra Clericorum immunitatem Princeps saecularis quicquam non valet statuere.** *ibid.* n. 9.
- An Pontifici liceat illi derogare?** 186. n. 10
- Clericorum causas adhuc temporales nullus Praelatus inferior Pontifice laicis poterit delegare.** 187. n. 11
- Clerici immunitatem in praedictum laicam jurisdictionis nullus Episcopus in sua dioecesi concedere valet.** *ibid.*
- Clericorum privilegium, etsi a jure divino proveniret, liceret Pontifici illorum causas laicis committere.** *ibid.* n. 14
- Clerici ut conveniantur aliquibus in causis in foro saeculari, poterit consuetudine introduci: sed non generaliter in omnibus, etiam civilibus.** *ibid.* n. 16
- Quibus Clericis competat ejusmodi exemptio: si ad jus divinum referatur.** *ibid.* & seqq. n. 17
- Clericus Subdiaconus, qui ex dispensatione uxorem ducens retinet pensiones Ecclesiasticas, fori gaudet privilegio, etsi cum non virgine contrahat.** *ibid.* & seqq.
- Clericus in minoribus, vel primae Tonitruae fori privilegio potitur.** *ibid.* n. 18
- Clerici conjugati in criminalibus tantum fori privilegio juvantur.** 188. n. 19
- Clericus in minoribus quando fruatur fori privilegio, ex Tridentino** *ibid.* n. 20. Non servans requisita Concilii solum Canonis privilegium retinet. *ibid.* n. 21. Difficilius privilegia adimuntur constitutis in Sacris, quam aliis clericis. *ibid.* n. 22
- Clericus non observans quae Concilium decernit, ut gaudeat privilegio fori minoribus initiatus Ordinibus, ita ipso jure caret immunitate, ut iudex laicus absque degradatione illum punire possit, & an sententia declaratoria Ecclesiastici opus sit.** 189. n. 25
- Clericus licet privilegio fori non gaudeat, poterit per Ecclesiasticum puniri. Et quid si iudex laicus in causa praevenerit.** *ibid.* n. 26
- Clericus si non dignè puniatur ab Ecclesiastico, licebit laico clericum reum meritis afficere poenis.** *ibid.*
- Clericus conjugatus quando juvetur fori privilegio.** *ibid.* n. 27. Quibus vestibus uti debeat. *ibid.* n. 28
- Clericus in minoribus non deferens vestes statui conformes ex justa causa, non privatur fori privilegio.** *ibid.* n. 29
- Clerici

& Verborum.

- Clerici an peccent si habitum, & tonsuram non deferant?** remissivè *ibid.* Et similiter qua pœna plectantur. p. 191. n. 2. Arma deferentes utrum fori privilegio priventur. pag. 189 num. 30
- Clerici conjugati in Hispania an debeant incedere in vestibus, ac tonsura ad instar presbyterorum, ut potiantur fori privilegio.** *ibid.* num. 31
- De Clerici vestitu ad gaudendum fori privilegio, si dubitetur, per Ecclesiasticum defini debet.** *ibid.* n. 31. & seq.
- In Clerico conjugato quæ concurrere opus sit, ut fori privilegio fruatur.** *ibid.* n. 33
- Clericus, uxore ducta, quando bigamiam incurrat, ut in fori privilegio destituatur.** *ibid.* num. 34
- Clericus per matrimonium ratum omnia privilegia clericalia amittit, præter fori, & canonis: per sponsalia de futuro nullum.** 190 n. 35. Soluta matrimonio eadem recuperat, *ibid.*
- Clerici uxor an gaudeat fori privilegio?** *ibid.* Et quid de filiis. *ibid.* n. 36
- Clerici quas vestes deferre debeant, quæcum honestas ex regionis consuetudine æstimatur.** *ibid.* n. 38
- Clerici in minoribus non observantes conditiones Tridentini an possint gaudere fori privilegio ex consuetudine?** *ibid.* n. 39
- Clericus in minoribus tametsi per desertionem habitus, aut tonsuræ privilegio fori jure ipso privetur, si illa realiumat, tuæ exemptioni restituetur.** *ibid.* n. 40
- Clericus in minoribus ut se fori privilegio tueatur, quanto tempore antequam delinqueret, vestes, ac tonsuram gestare debeat?** *ibid.* num. 41
- Clericus qui cum unica, & virgine matrimonium contraxit, etsi vestes relinquat clericales, si matrimonio extincto eisdem indutus ut clericum se gerat, omnibus status privilegiis gaudebit: secus si cum non virgine, aut bis matrimonium contraxit.** *ibid.* n. 42
- Clericus conjugatus negotiator fori, & canonis privilegium retinet.** *ibid.* n. 43
- Clerico in Sacris interdicitur negotiatio, & quando dicatur negotiator?** 190. n. 44
- Clericus conjugatus, etsi potiatur fori, & canonis privilegio, ad tributa, gabellas, & munera publica, sive contra tenetur. Nec potest creari Episcopi Vicarius, aut aliàs Ecclesiasticam exercere jurisdictionem.** *ibid.* n. 45
- Clericus in minoribus ante Tridentinum quamvis vestibus, & tonsura non uteretur, omnibus clericalibus privilegiis potiebatur, nisi per Prælatum monitus eas deferre negligeret.** 191. n. 46
- Clericorum immunitas an possit consuetudine coarctari?** *ibid.* n. 47
- Clericus, qui in sacris non est, aut beneficium non obtinet Ecclesiasticum, cum laicis contribuit, & publica sustinet onera ex lege regia.** *ibid.* n. 48
- Clerici primæ Tonsuræ gaudent fori privilegio etiam in civilibus, si requisita per Concilium observent.** *ibid.* n. 1
- Clerici minorum Ordinum, aut primæ Tonsuræ nullo juvantur fori privilegio, si Concilii formam non adimpleverit.** *ibid.* n. 2. Alexandrina constitutio in usu non est post Tridentinum. p. 192. n. 3
- Clericus in minoribus ante Tridentinum, ut fori privilegio careret, ter specialiter per Prælatum monendus erat, ut vestes clericales, ac tonsuram deferret.** *ibid.* n. 4
- Clericus in sacris licet enormissima perpetret, nequit per judicem laicum puniri ante actualem degradationem: Sed an simul traditione opus sit, controvertitur.** *ibid.* num. 5
- Clericus degradatus fori sæcularis efficitur.** *ibid.*
- De forma degradationis, remissivè.** *ibid.* n. 6
- Clericus assassinus, nulla prævia degradatione in foro sæculari punitur.** *ibid.* n. 7
- Clericus ob crimen læsæ majestatis an degradandus, remissivè.** *ibid.*
- Constitutus in Sacris neque per sæcularem judicem absque degradatione damnari, etsi vestibus derelictis, se pluribus immisceat sceleribus.** *ibid.* num. 9. Limitatur. *ibid.* & seqq. num. 10. Aliud juris est de clerico in minoribus, & quid si beneficium obtineat Ecclesiasticum. 193. n. 11
- Ut Clericus in sacris à laico puniri possit, frequentia criminum desideratur, quia in cæteris opus non est.** *ibid.* n. 12
- Clericus effectus bona fide post delictum, fori privilegio juvatur.** *ibid.* numero 13. Aliud erit si fraudulenter Ordines suscipiat, ut à sæculari jurisdictione se eximat. *ibid.* num. 14
- Ecclesiasticus, non sæcularis judex cognoscit, an delinquens bona, vel mala fide ad Ordines ascendit.** *ibid.* num. 15
- Qui post delictum sacros Ordines impetravit, ut pœnam evaderet, nequit corporaliter à laico judice coerceri: in bona tamen procedere licet, & clericum in carceribus detinere.** 194. n. 17
- Si Clericus ille pœna corporali ob crimen sit dignus, debet per Episcopum degradari, & foro sæculari committi, ut puniatur.** *ibid.* n. 19
- Clericus in minoribus quoties fori privilegio non defenditur, per judicem laicum sine degradatione punitur.** *ibid.* n. 20
- Clericus in Sacris usque ad sententiam in causa criminali coram sæculari judice, etsi responderit, poterit etiam post rem judicatam declinatoriam opponere, ac remittetur ad Ecclesiasticum, qui non tenebitur stare sententiæ, seu actis judicis laici.** 196 num. 7
- Clericus nec de licentia Prælati potest jurisdictionem laici judicis prorogare.** *ibid.* numero 8
- Clericus à judice laico captus, etsi se sæcularem asseveret, potest per Ecclesiasticum peti, cui debet restitui.** 197. n. 12
- Clericus qui omisit declinatoriam opponere in foro sæculari, cum ad Ecclesiasticum remittitur, est ad expensas litis damnandus.** *ibid.* n. 13. Et à quo judice? *ibid.*
- Clericus pro administratione muneris publici an possit per laicum judicem puniri pro commissis in officio?** 199. n. 29
- Clericus in minoribus ita demùm apud nos ad munera publica recipitur, si fori privilegio de jure non gaudeat.** *ibid.* n. 30
- Clericis armorum delatio, & usus interdicitur, & ob**

Index Rerum,

- & ob transgressionem debent excommunicari. ibid. n. 37
- Clericus si reperiatur armatus, num per laicos ministros possit armis spoliari? p. 200. num. 38. & 40
- à Clerico pœnam lege regia stabilitam ob delationem armorum ecclesiasticus extorquet, non sæcularis iudex. ibid. n. 39
- Clerico, & laico simul delinquentibus, iudex Ecclesiasticus in utrumque procedere non valebit *ibid.* n. 1. Limitatur. *ibid.* n. 2. & 8. An sit locus præventioni quoad reum laicum in causis dividuis, & quæ mixti fori non sunt? p. 201. n. 9
- Clericus, & laicus si communem causam civilem habeant, an uterque possit ecclesiastico in foro conveniri? ibid. n. 9
- Cœnobium.*
- Cœnobium Carthusianorum del Paular quando constructum. p. 13. n. 84
- Collegium.*
- Collegium majus S. Bartholomæi Salmantinum, quod Vetus dicitur, quando erectum. ibid. n. 86
- Collegium majus Complutense S. Ildefonsi quando institutum. p. 14. n. 87
- Colonus.*
- Colono propter sterilitatem pensio remittitur. p. 181. n. 1. Quod ampliatur. p. 182. n. 5
- Colonus ob insolitam fructuum ubertatem an pensionem augere teneatur? ibid. n. 2
- Colono quando proster sterilitas ad pensionis remissionem. ibid. n. 3
- Colonus compensat unius anni sterilitatem cum abundantia alterius. *ibid.* Quod verum est in una eademque locatione: secus in diversis etiam inter eandem personas, ac eadem mercede celebratis. ibid. n. 4
- Colono ut remittatur pensio, quanta debeat esse sterilitas, & quomodo probanda. ibid. n. 6.
& p. 183. n. 19. & seqq.
- Colono non est facile remissio concedenda: de quo observatu digna proponuntur iudicibus. ibid. n. 13
- Colonus sterilitatem passus, quia infra dimidiam fructuum consuetorum percepit, an mercedis diminutionem consequatur? *ibid.* n. 19. & seqq.
- Colono ob sterilitatem non competit remedium legis 2. *de resc. vend.* ibid. n. 21
- Colonus quoties utitur dispositione legis 23. *tit. 8. p. 5.* in casu sterilitatis admonere debet locatorem, ut collectioni, ac mensuræ fructuum adsistat. *ibid.* n. 22. Aliquando à decisione dictæ legis 23. Partitæ ob probationem ambiguitatem superiores iudices solent recedere. p. 184. n. 23. Eadem regia lex minimè procedit quoties culpa vel levissima coloni sterilitati præbuit occasionem. ibid. n. 24
- Collonum nullatenus relevat ab integræ pensionis solutione sterilitas, quæ in regione frequenter contingit. ibid.
- Colonus qui casibus fortuitis renunciavit, an possit agere proster sterilitatem, ut pensio remittatur? remissivè. ibid.
- Comestabilis.*
- Comestabilis Castellæ dignitas quando primùm instituta. p. 13. n. 84
- Comitia.*
- Comitiorum Romanorum ritus, ac differentia, remissivè. p. 17. n. 112. & p. 118. n. 115
- Commende.*
- in Commendis Indorum quo ordine succedatur, & est locus repræsentationi. p. 230. n. 87
- Commodum.*
- Commodum ex sua improbitate nullus permittitur reportare. p. 54. n. 10
- Competentia.*
- Competentia inter Toletum & Burgos per Procuratores in Comitibus orta. p. 12. n. 81
- Comparatio.*
- Comparationi litterarum quanta fides in iudiciis adhibenda, remissivè. p. 138. n. 15
- Concessio.*
- Concessio si fiat ad beneplacitum Pontificis, eo mortuo, expirat. Aliud erit, si quid ad beneplacitum Sedis Apostolicæ concedatur. p. 77 num. 12
- Concivis.*
- Concives, seu vicini in Hispania habent jus mittendi greges, ut in alienis agris possint fructus perceptos pascantur. p. 219. n. 22. Utrum jus istud tolli possit regia facultate, aut communi incolarum assensu. ibid.
- Conditio.*
- Conditio potestativa in contractibus an per hæredem possit adimpleri? p. 231. n. 2. & 10.
- Conditio dandi an habeatur pro impleta, si decesserit is cui dare oportet, antequam accipiat? ibid. n. 3
- Conditio est specificè implenda. ibid. n. 8
- Conditio potestativa in contractibus, & ultimis voluntatibus, an statim cum possit, impleri debeat? ibid. n. 9
- Conditio potestativa quando censeatur ita cohærere personæ ut per hæredem impleri non possit. ibid. n. 10
- Conditio utrum ad tempus contractus retrahatur? p. 232. n. 14
- Per alium impletur, quoties non cohæret personæ, cui adjicitur. ibid. n. 17
- Conditio potestativa impleri nequit cum hærede ejus, cum quo implenda erat. p. 233. n. 27
- Conditio eadem quandocumque impleri in contractibus potest, sive vivo, sive mortuo promissore. p. 334. n. 31
- Conditio dandi Titio, si ipse voluerit, vel petierit, per hæredem impleri nequit. p. 235 num. 41
- Conditio consistens in declaratione voluntatis, ut si voluero, per hæredem non adimpletur, ibid. n. 42
- Conditio quando possit per æquipollens adimpleri. p. 236. n. 49. cum seqq.
- Conditionis potestativæ implementum prætermittens, non videtur à contractu resilire. ibid. num. 52
- Conditio per æquipollens impleri potest, etiam ex parte illius, cum quo adimpleri debebat. p. 237. n. 59
- Conditio inducitur, interpretatur, ac excluditur ex mente agentium. p. 236. n. 54
- Conditionis potestativæ implendæ facultas transit regulariter ad hæredes, sicut ipse conditionalis contractus. ibid. n. 57
- Conditionales contractus transeunt ad hæredes, etsi utroque defuncto contrahente, conditio existat: secus in legatis. p. 231. n. 1. & p. 233 n. 23. & seqq.
- Conductor.*

& Verborum.

Conductor.

Conductor non tenetur mercedem solvere pro tempore, quo locata æde casu uti impeditur, velut propter metum pestis, vel hostium. Pag. 184. n. 26. Ampliatur. *ibid.* n. 27. Limitatur. *ibid.* num. 28

Conductor tenetur adimplere locationem pro residuo tempore, si bellum, pestis, vel alia causa non habitandi in loco extingatur. *ibid.* n. 29

Confraternitas.

Confraternitatibus pietatis intuitu institutis adscripti laici, fori privilegio non juvantur. p. 294. num. 5. Illæ habent casum Curia. p. 55. n. 15

Conscientia.

Conscientia, & animo cujusque quæ pendent, per ejusdem iuramentum probantur, cum aliunde veritas haberi non possit. p. 198. n. 22
Fallit si agatur de gravi præjudicio tertii. *ibid.* num. 23

Consuetudo.

Consuetudo interpretatur contractus. p. 30. n. 3. & p. 177. n. 60
Consuetudo non remittendi reos de uno regno ad aliud, damnanda non est. p. 82. n. 50

Consul.

Consules Romani quando, & quomodo creabantur, & quid si unus intra annum deficeret. p. 18. n. 124

Contractus.

Contractus ex conventionem partium legem accipiunt. p. 33. n. 24
In Contractibus dubium interpretatur contra eum, qui potuit aperte loqui. p. 79. n. 27
Contractum nullum ex defectu solemnitatis potest Ecclesia, minor, & fideus approbare, ac contrahentem ad implementum compellere, p. 177. n. 56. Ampliatur generaliter in omnibus, quorum favore nullitas est introducta, nisi lex actui resistat. *ibid.* n. 57
Contractus, cui dolus causam dedit, adversus dolosum subsistit, si deceptus implementum postulaverit. *ibid.* n. 58
Contractus quando incipiat à promissione, vel à conditione. p. 237. n. 56

Contradictor.

Contradictor legitimus non habetur agenti ex lege finali; C. de dict. D. Ariani toll. emptor qui post mortem defuncti rem comparavit, nisi de antecessoris, seu venditoris jure statim docuerit. p. 86. n. 19

Contrahens.

Contrahens ut viator quando possit in loco contractus conveniri. p. 45. n. 14
Contrahens qui cum juramento promittit comparere in loco contractus, vel destinatae solutionis, potest absens ibi conveniri, & ad iudicium invitatus trahi. p. 74. n. 36

Contumacia.

Contumaciae poena, velut litis expensis liberatur qui justam non comparandi causam probaverit. p. 167. n. 22

Creditor.

Creditor agens hypothecaria an teneatur probare dominium rei obligatae penes debitorem
D. de Faria Covar. Enucl.

extitisse, vel tantum in bonis esse cum contraxit. Pag. 92. n. 39

Creditor agens hypothecaria ex instrumento publico an præferatur anteriori chirographario. p. 138. n. 19. & p. 139. n. 20. & p. 140. n. 30. & seq.

Creditor ex privata scriptura in papyro sigillata in Hispania an præponatur habenti similem scrip turam in communi papyro. 139. n. 20

Creditor anterior, qui plenè probat per duos testes, quod sibi debetur, verum potior habeatur posteriore ex instrumento publico. *ibid.* n. 26. & seqq.

Creditor qui hypothecariam obligationem per duos testes legitime probavit, num præferatur chirographario. 140. n. 29

Creditor hypothecarius non ex confessione debitoris, sed aliis legitimis probationibus intentionem suam comprobans, præferatur posteriori cum instrumento publico. *ibid.* n. 32

Creditor jure potior ex hypotheca an valeat revocare pecuniam, ac repetere quæ sunt posteriori soluta. p. 178. n. 3. p. 179. nu. 11. & p. 180. n. 16. & seqq.

Inter Creditores personales utrum privilegiatus queat avocare pecuniam non privilegiato solutam. *ibid.*

Creditor personalis quando teneatur pecuniam quam à debitore communi accepit, aliis restituere. *ibid.* n. 15

Creditor posterior ex causa lucrativa cogitur reddere anteriori ex onerosa pecuniam, quam à debitore recepit. 180. n. 17

Creditor prior ex causa lucrativa non avocatur pecuniam posteriori ex onerosa traditam. *ibid.* num. 18

Creditor posterior ex causa onerosa utrum præferatur anteriori ex lucrativa, remissive. *ibid.*

Creditor revocans rem hypothecatam à tertio possessore, si petat eam distrahi, quid iudex sit facturus. *ibid.* n. 19

Quoad avocationem pecuniae solutae posteriori creditori nihil refert, an debitor ante vel postquam cum priore creditore contraxit, nummos acquisiverit. *ibid.* n. 20

Creditor recipiens à debitore quod sibi debetur, cum sciat alios extare jure potiores, an peccet, & ad restitutionem teneatur. 181 num. 26

Ut Creditor antiquior pecuniam posteriori solutam repetere non valeat, quando illa consumpta centetur. *ibid.* n. 27

Culpa.

Culpa quoties in lege mentio fit, non intelligitur de levissima. 174. n. 27

Curia.

Curia verbum multipliciter usurpatur. p. 43. n. 45

Curia appellatione continentur apud nos etiam leuca quinque in circuitu, quæ ad illam spectant. *ibid.*

Curia Principis forum est omnibus subjectis commune, ut ibi reperti conveniri possint. *ibid.* n. 1. Idem est de Rebus publicis liberis. p. 44. n. 3

Curia Romana est forum commune cunctis Ecclesiasticis, non laicis, nisi in temporalibus sint de jurisdictione Ecclesiae. p. 44. & seq. n. 2

Curia, ubi residet regium Prætorium, seu cancellaria, forum est commune, ubi quisque ex subditis respondere in iudicio, si adsit, adstringitur. *ibid.* n. 3

Index Rerum,

In Curia jure conventus non solum litem contestari, sed etiam judicium peragere cogitur. Pag. 44. n. 4
 In Curia num possit aliquis accusari de crimine alibi patrato. ibid. n. 9. & seqq.
 In Curia non conveniuntur, qui habent privilegium revocandi domum. ibid. n. 8

D.

Damnatus.

Damnatus ultimo supplicio de jure regio testari permittitur. p. 144. n. 10. Secus de jure communi, juxta quod si ita damnatus pendente appellatione testetur, subsistet testamentum. ibid.
 Quid si pendente appellatione, obierit is, cujus bona ob crimen addicta sunt per sententiam fisco, an illi deferantur, vel rei successori. ibid.

Debitor.

Debitor in specie legis *Scripturas, C. qui potior.* an necesse sit, ut propriam subscriptionem agnoscat ad creditoris prælationem. p. 139 num. 23
 Debitor quantitatis respectu certæ speciei, hac perempta, liberatur. 175. n. 39
 Debitor exsolvens adversus juris ordinem creditori, fraudatis potioribus, an peccet, remissivè. 181. n. 26

Decimæ.

Decimarum debitores possunt in utroque foro conveniri, si laici sint, aut si quærat an hic vel alias solvere debeat. p. 204. n. 9. & seqq.
 Ampliatur etsi decimarum conductor egerit. ibid. n. 10
 Decimarum debitores per censuram ad solutionem compelli possunt. ibid.
 Decimæ quoties ex concessione legitimè Principibus, aut privatis laicis solvi debent, cognitio super illis, sive de jure, sive de facto, ad forum sæculare spectat privativè. ibid. n. 11
 Ampliatur. ibid. n. 12
 Decimæ novæ, quæ solvi non consueverunt, si per Ecclesiasticos petantur, causa per querelam ad suprema Prætoria defertur. ibid. n. 13
 Decimarum laicus conductor quo in foro pro pretio conveniendus. ibid. n. 14. & 15

Decretum.

Decretum cum clausula irritante quos producat effectus, remissivè. p. 67. n. 42
 Ea uti non potest, nisi supremus Princeps. ibid.
 Decretum hoc an astringat Principem ipsum decernentem. 68. n. 48
 De primo, & secundo decreto, eorumque effectibus, remissivè. 72. n. 2

Delegatio, & Delegatus.

Delegatio Pontificis ad causam si non habeat effectum, an possit Ordinarius in eadem procedere causa. p. 66. n. 32
 Delegatio si fiat nomine dignitatis, non expirat, mortuo, re integra, delegante. 77. n. 12
 Delegatus defuncto delegante, antequam uti jurisdictione incipiat, nihil agit validè, etsi mortem illius ignoret. 63. n. 51
 Delegatus Principis quamquam sciat causam sibi commissam, alteri postea delegatam, non tenetur superledere donec rescriptum ipsi notum fiat. 69. n. 59
 Delegatus Ecclesiasticus an possit, tamen si in literis non exprimat, omisso recurso ad Ordinarium diocesis, auxilium brachii sæcula-

ris implorare.

Pag. 70. n. 3. & 4

Delegatus habens familiam armatam, si requiratur, auxilium tenetur impartiri. ibid. n. 4
 Delegatus sciens, re integra, jurisdictionem delegantis quomodolibet extinctam, nequit de causa sibi commissa cognoscere. 76. n. 2
 Secus in judice dato. ibid. n. 3
 Delegatus aliena jurisdictione utitur: judex verò requisitus sua. ibid. n. 2
 Delegatus ad universitatem causarum, pro Ordinario habetur. 160. n. 7
 Delegatus ad causarum universitatem, si recusatur, socium assumit: ad causam singularem removetur de jure communi. ibid. Nec opus est causam recusationis exprimere. 161. n. 16
 Delegati cum clausula, *Et eorum cuilibet*, an possint omnes simul de causa cognoscere. 164. num. 53

Delicatus.

Delicatus contrahens audiri non debet. Pag. 33 num. 26

Delictum, & Delinquens.

Delicta ne maneant impunita, publicè interest. p. 198. n. 22. & seqq.
 Delinquens accusari, & puniri potest in loco delicti, originis, ad domicili. 80. n. 31. Sed de consuetudine in originis loco nullus accusatur. ibid.
 Delinquentes etiam illicitè se à poena liberare fatagunt. 194. n. 24

Democratia.

Democratia politici gubernii species. 15. n. 93

Dictio.

Dictio *Et*, ac dictum *cum*, qualiter inter se ad conjungendum differant. p. 66. n. 36

Dies.

Dies incertus pro conditione habetur. p. 235. num. 43

Dignus.

Dignus quando trahat ad se minùs dignum. p. 201. n. 5. & seqq.

Dilatio.

Dilatio omnis de fraude suspecta rejici in judiciis debet. p. 106. n. 8

Dispositio.

Dispositio hominis in dubio ita debet intelligi, ut si juris conformis. p. 56. n. 28. Et juxta regionis consuetudinem. p. 177. n. 52

Divisio.

Divisio non admittitur in successione dignitatum ac primogeniorum. p. 20. n. 130

Dominium.

Dominium bonorum dotalium, quæ inæstimata traduntur, penes uxorem residet. p. 176. num. 53
 Dominium rei venditæ non transfertur in emptorem, perfectò contractu, nisi pretium solvatur, aut aliter venditori satisfiat: quod fallit, si de pretio fides sit habita. 177. n. 63

Dominus.

Domini vasallorum inferiores tenentur subditis justam per se, vel per suos judices ministrare: alioqui ad damna obligantur. 38. num. 13
 Habent superius tribunal respectu judicium ordinatorum, qui populis eliguntur; ab ipsa tamen

& Verborum.

- tamen causas pendentes avocare non valent. Pag. 40. n. 27
- Possunt cognoscere de causis appellationis in suo territorio, etiam per suos Vicarios. 41. n. 30
- Dominus vassallorum si fraudulenter causas delegaret, ut ad se provocaretur, & non ad regia Prætoria, fraus ei non prodesset, & in Cancellariis admitteretur à tali delegato appellatio, omisso medio. ibid. n. 35
- Domini vassallorum possunt in Curia conveniri, etsi aliàs sint in hoc privilegiati. 57. n. 40
- Domini inferiores an possint avocare causas pendentes coram iudicibus ordinariis per populos electis in suo territorio. p. 64. n. 18. & p. 65. n. 20. seqq.
- Non possunt ipsi, nec ipsorum Vicarii causas, de quibus cognoscunt, ad iudices ordinarios remittere, ut inviti ipsas definiant. ibid. & seq. n. 24. & 25
- Dominus ædis, quam locavit, ex supervenienti necessitate potest ejicere inquilinum intra locationis tempus: aliud juris est in conductore, qui non permittitur domum, non soluta pensione, derelinquere. 184. n. 30
- Vide *Conductor*.
- Dominus villæ, aut castri nullum habet jus in pascuis publicis, ut eis uti possit. 217. n. 1
- Limitatur. ibid. n. 4
- Nequit usum pascuorum vassallis tollere, vel coarctare. ibid. n. 2
- Dominus habitans in proprio oppido quantum ex pascuis publicis, ac montibus participet. 218. n. 15. & seq.
- Dominus incola proprii oppidi pro duobus contribuit ad onera publica. ibid.
- Dominus fundi de jure gentium, & communi ad libitum illo uti potest, adhibita, quam maluerit, cultura, ac omnibus prohibere ne ad ipsum ingrediatur, aut greges immittant ad pastum. 219. n. 21
- Domino invito non licet re aliena uti, etsi ex usu commodum ipsi domino subsequatur. ibid.
- Dominus in Hispania, etsi non permittatur agrum culturæ, & messium collectioni deservientem ad pastum destinare, non prohibetur novellare oliveta, aliasve arbores in eo plantare. ibid. n. 24. & p. 220. n. 41
- Hujusmodi culturæ mutatio, & arborum plantatio non licebit domino fundi, si alius habeat servitutem immittendi greges, ut collectis fructibus, depascantur. 219. n. 25
- Domino cuique liberum est agri sui innovare culturam. ibid. n. 29
- Dominus potest propria pascua ad culturam reducere. 220. n. 41
- Dominus territorii communis an possit punire socium delinquentem in illo. 238
- Dominus jurisdictionis communis nequit delinquenti poenam pecuniariam remittere in præjudicium socii. ibid. n. 8
- Domino jurisdictionis majore ex parte tempore belli militiæ administratio committitur, & oppidi custodia. ibid. n. 9
- Singulis dominis civitatis portarum claves tradi debent. ibid.
- Donans, & Donatio.*
- Donatio omnia bona sua, etiam futura, quoties de jure licet, si constituat se donatarii nomine possidere, cujusque rei postea per ipsum quæsitæ dominium, & possessio absque ap-
D. de Faria Covar. Enoch.
- prehensione donatarii eidem acquiritur. Pag. 180. num. 22
- Donatio omnium bonorum præsentium ac futurorum non tenet. ibid. n. 21
- Donatio bonorum omnium præsentium de jure communi subsistit, sed regio nostro reprobat. ibid.
- Donatio bonorum omnium intelligitur de præsentibus tantum. ibid.
- Dos, & Dotale.*
- Dos in dubio non præsumitur æstimata tradi viro. p. 170. n. 2
- Dos si tradatur, ita ut per arbitros æstimetur, nec æstimatio subsequatur, an dos æstimata censetur arbitrio boni viri. ibid. n. 3. 4
- Dos æstimata judicabitur, si pro centum promissis in pecunia fundus præstetur viro: quod limitatur. Idem erit si promittatur certa quantitas in specie solvendi. 171. n. 5
- Dotis æstimatio præsumpta tacitam venditionem operatur. ibid. n. 6
- Dos æstimata si tradatur cum pacto, ut res dotales, soluto matrimonio, reddantur eisdem formis, utrum tacita emptio contracta intelligatur. ibid. n. 7. Quid si vir promiserit dotem restituere, ita ut eam receperit. ibid.
- Quid si convertit, ut res dotales pro eodem pretio, quo æstimatæ sunt, restituantur. ibid. n. 9. p. 173. & seq. n. 19. & 20
- Utrum hoc casu teneatur maritus restituere pretium rerum, quæ ipsius levissima culpa perierunt. 171. n. 10. & seq.
- Dotis natura æstimatæ, vel inæstimatæ immutari nequit per pactum ex intervallo subsequens, sed novatione opus est. 172. n. 15
- Dotis æstimatæ augmentum, vel diminutio à quo tempore incipiat ad maritum pertinere. 173. n. 21
- Ex dotis tacita venditione, quæ per æstimationem contrahitur, non debetur gabella, vulgò *Alcavala*. ibid.
- Dos si tradatur æstimata cum pacto, aut res eadem restituantur à soluto matrimonio, augmenti, ac diminutionis ratione habita, an tacita contrahitur venditio, & ad quid maritus teneatur. ibid. n. 22. Quid si paciscatur, ut eadem res, vel dos eadem reddatur. ibid. num. 23
- Utrum, eo casu maritus valeat alienare immobilia dotis ex uxoris consensu. ibid. n. 24
- Si Dos, præmissa æstimatione, tradatur ea conditione, ut maritus aut res ipsas dotales, aut pretium restituat, an venditio contrahi censetur. p. 174. n. 28. Ad quid maritus teneatur si quid ex dote pereat. ibid. n. 29. An possit res dotales alienare. ibid. n. 30. Cujus est electio dandi, vel recipiendi res, vel pretium. 174. num. 31
- Quid si maritus promittat restituere res, vel pretium, quod uxor maluerit. ibid. n. 32
- Hoc casu maritus nequit alienare dotalia sine assensu uxoris. ibid. n. 33
- Dos consistens in rebus quæ pondere, numero, vel mensura traduntur, aut in aliis, quæ servando servari non possunt, qualiter soluto matrimonio restituatur. 175. n. 36
- Dos an habeatur pro æstimata, si de pretio bonorum dotalium non appareat, licet in instrumento exprimat quod dos traditur æstimata. ibid. & seq. n. 37. & 42.

Index Rerum

Æstimatio num faciat emptionem dotis, cum maritus solvendo non sit tempore traditionis. *ibid.* n. 43. & seq.

Dotis æstimatæ pretium si maritus reddere non valeat, cum matrimonium solvitur, mulier ad res dotales contra tertium agere potest, præmissa executione in bonis viri. *ibid.* & seq. n. 45. & p. 176. n. 46

Ampliatur, quamvis mulier alienationi consenserit. *ibid.* n. 47

Hoc privilegium uxorem an transeat ad hæredes. *ibid.* n. 46

Dotis æstimatæ constitutio non est propria alienatio. *ibid.* n. 53

In Dotem si mulier minor bona immobilia, vel mobilia pretiosa dederit æstimata, utrum egeat iudicis decreto, & autoritate. *ibid.* num. 53. & seq.

Utrum si absque decreto mulier minor immobilia æstimata dederit viro suo, possit soluto matrimonio, pretium exigere, rebus dotalibus reiectis. *ibid.* n. 55

Dotis æstimatio non producit emptionem, quoties deficit solemnitas, quæ jure desideratur. p. 177. n. 59

Dotis æstimatio post traditionem ex intervallo facta non operatur emptionem, etsi exprimat, quod ejus causa taxatio bonorum dotalium adhibetur. *ibid.* n. 61. Quando ex intervallo, vel incontinenti facta censetur, à iudicis pendet arbitrio. *ibid.*

Dotis taxatio facit emptionem, licet res æstimatæ præsentis non sint. *ibid.* n. 62

Dotis æstimatione non transfertur dominium in maritum, nisi interveniat traditio. *ibid.* n. 64

Pro Dote competit jus avocandi pecuniam solutam posteriori creditori, etiam bona fide consumptam. 179. n. 7. & 10

In Dotem si mulier minor tradit immobilia etiam curatoris auctoritate absque decreto iudicis, æstimatio non producit emptionem. 176. n. 52

Dotalium bonorum æstimatio ad diversos effectus fieri solet. 171. n. 8.

Dotalis æstimatio non inducit venditionem quoties ad alium finem facta probatur, aut ex conjecturis præsumitur. *ibid.*

Ex Dotali contractu maritus de levi culpa tenetur, non de levissima. *ibid.* n. 10

De Dotalium rerum alienatione per maritum, remissive. 173. n. 24

Dotales res si tradantur æstimatæ, ita ut maritus easdem restituere, resoluto matrimonio, teneatur, periculum ad uxorem spectat, & an vir ex levi, vel levissima culpa obligetur. *ibid.* p. 174. n. 25. Habetur ratio augmenti ac diminutionis, quoties convenit, ut res eadem restituantur. *ibid.* n. 26

Dotalium rerum immobilium alienatio viro ex consensu uxoris jure communi ante Justinianum permissa. 173. n. 24

Ad Dotales res agens mulier ob mariti inopiam contra tertium, oblato pretio, repellitur. p. 176. n. 48. Quod verum est soluto matrimonio. Aliud juris erit, si matrimonium consistet, ac propter dilapidationem mulier dotem repetat, quia non repellatur, exhibita ipsi æstimatione. *ibid.* n. 49

Dotalium rerum taxatio non operatur tacitam venditionem, cum non datur proportio inter res, & pretium: & quantus debeat esse excessus, ne venditio præsumatur. 201. n. 50

E.

Ecclesia.

Ecclesia inutilem habens Episcopum, vidua nuncupatur. Pag. 54. n. 11

An Ecclesia gaudeat privilegio legis unicæ, C. quoad Imper. int. pup. & vid. *ibid.* & seq. n. 13. & 15

Ecclesia spoliata per vim, aut dolum à laico, potest pro restitutione forum Ecclesiasticum, si ve sæculare adire. 75. n. 14

Ecclesia utitur jure minoris vel pupilli. *ibid.* n. 16

Ecclesia vinditrix, ut tueatur laicum emptorem ad causam exiens, in sæculari foro debet litigare. 60. n. 12

Ecclesia agens adversus laicum, agit in ejus foro. *ibid.*

Si Ecclesia reconveniatur, respondere cogitur. *ibid.* n. 13

Ecclesia succedens laico causam cum antecessore coeptam in foro sæculari prosequitur. *ibid.* num. 14

Ecclesiæ non competunt omnia fisci privilegia. *ibid.* n. 15

Ecclesiæ Toletanæ constructio. 12. n. 77

Ecclesiastici Prælati, & clerici habentes à Rege temporalem jurisdictionem, illi subjiuntur, ut proprii vassalli. 37. n. 7

Egica Rex.

Egica Gothorum Rex inter egregios Principes recensetur. P. 7. n. 39

Electio.

Electio actus tribuitur illum confirmanti. p. 40. num. 26

Emptor.

Pro Emptore contra venditorem in dubiis respondetur. p. 31. n. 10

Emptor ut dominium rei venditæ acquirat, facere debet nummos vendentis. 177. n. 63

Emphyteusis.

In Emphyteusis successione an sit locus representationi. p. 230. n. 84

Episcopus.

Ab Episcopo, aut alio Prælati habente temporalem jurisdictionem, quoad illam ad Regem necesse est appellandum, nec ad Metropolitanum etiam de jure partium consensu valet appellatio. p. 37. n. 2. & 3

Si appellationi non detulerit, opus non est extraordinario auxilio per viam violentiæ, sed jure ordinario ad Regia Prætoria recurritur. *ibid.* n. 4

Episcopus se gerere debet ut laicus in suæ jurisdictionis exercitio, nec licebit censuris, aut ministris Ecclesiasticis uti. *ibid.* n. 5

Episcopali sede vacante per decessum Prælati habentis temporalem jurisdictionem, hæc per Capitulum non exercetur, sed per Magistratus Regios. *ibid.* n. 6

Episcopus rector civitatis quoad munus temporale Principi territorii subjiuntur. *ibid.* n. 8

Si Episcopus fraudulenter causas Ecclesiasticas deleget, ut ad se, & non ad Metropolitanum provocetur, appellari debet ad istum, omisso Episcopo. 38. n. 9

Episcopus potest avocare causas pendentes coram suo Vicario. p. 64. n. 11. Fallit si ex delegatione Pontificis procedat. *ibid.* n. 13

Epif-

& Verborum.

Episcopus absque causa suum Vicarium generalem removet, etiam Pontificia autoritate confirmatum. P. 64. n. 11

Epistola.

Epistola quid sit, quomodo comprobetur, & quam probationem inducat. Pag. 140. n. 35
Ut obliget scribentem, quid tempore receptionis desideretur. *ibid.* n. 36

Quando noceat recipienti, & qualiter comprobetur per literarum probationem. 141 n. 13

S. Ermenegildus.

S. Ermenegildus Gothorum Rex tyrannicè à patre carnifici enecandus traditus, augustiniori corona triumphat. P. 6. n. 23

Error.

Error facti in contractibus tripliciter contingit, & quos producat effectus. P. 86. n. 20

Error juris nec ad usucapionem, nec ad excludendam hæreditatis petitionem prodest. *ibid.* n. 21

Error communis quando valeat confirmare actus per falsum Magistratum gestos. 122. n. 27. & seq.

Ervigius.

Ervigius Gothorum Rex Catholicæ Religionis cultos eximius. P. 7. n. 38

Euricus Rex.

Euricus Gothorum Rex primus eorum leges literis mandavit. p. 4. n. 12. Diem obitus sui subditis prænuñciavit. *ibid.*

Exceptio.

Exceptiones ante litem contestatam, vel intra certum tempus ex lege objiciendæ, an postea admittantur, si opponens juret, antea illarum notitiam nullam habuisse. P. 161. n. 22. & seq.

Exceptionem fraudulenter extra tempus objectam iudex ex officio repellit, sed non ex levi fraudis suspitione. *ibid.*

Exceptionem dilatoriam allegans Advocatus post litem contestatam punitur. *ibid.* n. 24

Quæ Exceptiones dilatoriæ post litem contestationem admittantur. *ibid.* n. 25

Exceptiones peremptoriæ in quovis iudicii statu opponi de jure communi permittuntur. De jure nostro regio tempus est præscriptum, *ibid.* num. 26. De consuetudine apud nos audiuntur usque ad attestatum publicationem. *ibid.*

Exceptio dilatoria si post litem contestatam competere incipiat, tunc erit admittenda. 162. num. 33

Exceptio peremptoria utrum opponi possit post conclusum in causa, quæ antea litiganti non competebat. *ibid.* n. 34

Exceptio, quam litigans sibi competere non ignorabat, post conclusum in causa rejicitur. *ibid.* n. 35

Excommunicatio.

Excommunicationis sententia non suspenditur, imò post eam potest appellans excommunicatus denunciari. p. 145. n. 17

Excommunicatio post appellationem est ipso jure nulla, nec deserta hac, illa convalescit. *ibid.*

Si excommunicatio, & appellatio eadem die

concurrant, in dubio illa præcessisse præsumitur. *ibid.*

Exemplar, & Exemplatio.

Exemplar, & exemplum quoad instrumenta quomodo distinguantur. Pag. 121. & seq. n. 15

Ad Exemplationem instrumenti num sit opus citatione partis, ubi idem tabellio author originalis exemplum extrahit. 133. n. 17

Exemplar in non citatos ad extractionem, licet non probet, præsumptionem producit. *ibid.* num. 19

Exemplar illis præjudicat, qui citati non contradixerint, aut contradicentibus, qui succubuerunt. *ibid.* n. 18

Exemplar assensu partium comprobatum, aut in iudicio productum probat in contentientes, ac producentes, licet in exemplatione non intercesserit autoritas judicialis. 134. num. 30

In Exemplaris confectione solemnitates adhibendæ sunt in duplici differentia, quædam præsumuntur, & quædam probari debent. *ibid.* num. 10

Ad Exemplaris extractionem nulla desideratur citatio, quoties nulli ex ea potest inferri præjudicium. 135. n. 34

Exemplar privilegii Principis non mandatur executioni, sed originali debet exhiberi. Et si jubeatur expressum, ut transumptum exequatur, an ad extractionem necesse sit, ut citatur is cui nocet. *ibid.* & seq. n. 35

Exemplatio, & Exemplum.

Exemplo instrumenti non creditur, nisi constet de originali; idem erit de privilegio. 132 num. 3

Ut exemplo scripturæ fides adhibeatur, potest ex causa Princeps impetrare. *ibid.* n. 4

Exemplum non meretur fidem quamvis plures notarii ad extractionem concurrant. 181. n. 13

Exemplum deduci potest ex originali tradito parti, si justa causa intervenerit, & juris solemnitate servata. *ibid.*

In exemplo, ut fidem faciat, an sigillum & iudicis autoritas desideretur. 133. n. 15

Exemplum instrumenti exemplari num faciat fidem, ac inter quos. *ibid.* n. 15

Exemplum desumptum ex alio, quod est apud acta, quando probet. 134. n. 21

Exemplum in actis relictum ex originali nihil probat, si adversario petente, ut iterum originale edatur, quod falsum asserit, non exhibeatur. *ibid.* n. 12

Exemplum publici instrumenti assumptum ex alio, quod extat in actis, licet probet, paratam non meretur executionem. *ibid.* n. 23

Exemplum in actis ita probat, ut licet postea in originali aliqua suspicio fraudis appareat, nihil illi noceat, quo minus fidem faciat. *ibid.* n. 24. Limitatur quoad tertium, qui ignoravit instrumenti productionem. *ibid.*

Exemplum instrumenti antiquum à tabellione extractum absque solemnitatibus mentione, quando probet. 135. n. 28

Si enunciatur, juris solemnitates intervenisse in exemplatione, & quadraginta anni præterierint, exemplo fides adhibetur. *ibid.* n. 29

In Exemplatione solemnitas non præsumitur ex temporis diuturnitate, quoties ex inspectione defuisse, aut nulliter adhibita apparet. *ibid.* n. 31

Index Rerum,

- Exemplo ex solo transcurfu temporis fides nulla tribuitur, si nec de tabellionatu auctoris, nec de solemnitatibus mentio fiat: pariter tamen qualemqualem præsumptionem, si in publico archivo, aut simili loco reperiatur.** *ibid.* n. 32
- In Exemplo instrumenti, alicujus solemnitatis expresse inducit præsumptionem, quòd cæteræ sunt omittæ.** *ibid.* n. 33
- Exemptio.*
- Exemptio à foro sæculari quibus personis præter clericos competat remissivè.** p. 187. n. 17
- Exequutio, & Exequutor.*
- Exequutioni ex publico instrumento, & aliis causis locus est in foro Ecclesiastico, sicut in sæculari.** p. 61. n. 26. Sed non eadem forma in via exequutiva proceditur. *ibid.* n. 29
- Exequutio sententiæ per superiorem confirmatæ ad quem judicem spectet.** p. 66. n. 24
- Si petatur in absentem iudex literis requisitoriis uti debet, & qua forma expediantur.** 67 num. 45
- Exequutio trium sententiarum conformium non suspenditur, etsi de nullitate opponatur.** p. 104. n. 53. Limitatur. *ibid.* & seq. p. 155. n. 2
- Exequutio ut suspendatur de jure communi, necesse est, quòd saltem semiplenè de jure tertii oppositoris appareat statim nostro regio allegatio cum juramento requiritur.** 106. n. 6
- Exequutio sententiæ in actione reali an impediatur per tertium asserentem, ad se rei dominium attinere.** 107. n. 12. & seqq.
- Exequutio sententiæ contra tertium possessorem non fit.** *ibid.* n. 15
- Exequutio sententiæ in actione personali qualiter impediatur.** *ibid.* & seq. n. 16. & p. 108. num. 17
- Exequutio sententiæ non impeditur per tertium, qui non est in actuali possessione.** *ibid.* n. 20
- Exequutio instrumenti publici eodem modo suspenditur, ac sententiæ per tertii oppositionem.** *ibid.* n. 22
- Exequutio instrumenti ex lege, vel statuto illam paratam habentis, non procedit contra tertium.** *ibid.* n. 23
- Exequutio sententiæ quando nullitatis exceptione suspendatur.** 155. n. 1
- Exequutio trium sententiarum conformium quando exceptione nullitatis impediatur,** *ibid.* n. 5. & seq.
- Exequutionem sententiæ revisionis in supremis nostris Prætoriis non remoratur cujuscunque nullitatis exceptio, nisi defectus primæ citationis objiciatur.** *ibid.* n. 3
- Idem est de prima sententia, quæ non obstante supplicatione, exequutioni mandatur.** *ibid.* n. 4
- Exequutio triplicis sententiæ conformis etiam in criminalibus non retardatur, objecta nullitatis exceptione, nisi damnum irreparabile sit inferendum.** *ibid.* n. 8. Ut sint tres sententiæ conformes, non obest, si aliqua contraria interponatur. *ibid.* n. 9
- Exequutio triplicis sententiæ conformis interlocutoria non suspenditur exceptione opposita nullitatis.** 156. n. 10
- Exequutionem trium sententiarum conformium non impedit litis pendentia super restitutione minoris, nisi in continenti læsio probetur.** 158. n. 30
- Exequutio publici instrumenti cessat, si intra decem dies oppositionis læsio ad restitutionem probetur.** *ibid.*
- Exequutionem instrumenti publici impediunt eadem, quæ sententiæ.** Pag. 158. n. 30
- In Exequutivis causis non est locus Curiaë casibus.** 78. n. 33
- Exequutor potest auxilium brachii sæcularis impetrare.** 71. n. 3
- Exequutor merus admittere tenetur tertii oppositionem, & super ea pronuntiare; atque exceptionem nullitatis, seu falsitatis, ut ad judicem mandantem remittat.** 180. n. 21
- Exilium.*
- Exilium quando sit poena gravis, quæ corporali æquiparatur.** p. 81. n. 42
- Expensæ.*
- Expensæ litis an & quando colligantur inopi ab adversario præstandæ?** p. 51. n. 27. & seq.
- Utrum pauper qui eas accepit, in judicio superatus teneatur ad restitutionem.** 52. n. 38. & seq.
- Expensarum quantitas, quæ præstari debeat, judicis arbitrio decernitur.** *ibid.* n. 40
- Expensæ aliquando solvuntur pauperi litiganti, licet alimenta ei denegentur.** *ibid.* n. 41
- Expensæ debentur filio egenti, cum patre super filiatione litiganti, & quæ probatio sufficiat.** *ibid.* n. 42. & seq.
- De Expensis exhibendis decretum non præjudicat quoad causam principalem.** *ibid.* n. 44
- Expensarum petitio de consuetudine primo libello actionis inseritur.** 157. n. 27
- Ad Expensas litis victus victori damnari debet regulariter.** p. 165. num. 1. Ampliatur. *ibid.* num. 3.
- Utrum ex officio valeat iudex in expensis damnare.** *ibid.* n. 2
- Expensarum condemnatio an fieri possit, ubi victor ex privilegio eas solvere non tenetur.** *ibid.*
- Expensarum condemnatio non excusatur per juramentum calumniæ.** 166. n. 4
- Fit etiam in criminibus, & contra denuntiantem.** *ibid.* n. 5
- Expensarum poena contumax coercetur, nec appellare potest, nec auditur antequam perfolvat.** *ibid.* n. 6. Limitatur. *ibid.* n. 9
- Ad Expensas damnatur victus etiam per interlocutoriam, quas victor restituere non cogitur etsi in causa principali succumbat.** *ibid.* n. 7
- Victus per interlocutoriam quando possit ad expensas damnari.** *ibid.* n. 8
- Expensarum condemnationem an possit idem iudex revocare, aut restringere,** *ibid.* n. 9. & seq.
- Ad expensas litis non tenetur superatus, qui justam habuit causam litigandi.** *ibid.* n. 11.
- Quando habuerit litigandi justam causam, judicantis arbitrio relinquitur.** 167. n. 12
- Non excusatur litigans ab expensarum condemnatione, qui etiam petitum advocatum consulit.** *ibid.*
- Succumbens in judicio præsumitur non habuisse justam rationem litigandi, sed hæc præsumptio eliditur juramento calumniæ.** *ibid.* n. 13
- In expensis an litigans damnatur ex dolo, vel ex temeritate, multum interest.** *ibid.*
- Expensarum condemnatio provenit aut ex dolo, aut ex temeritate litigantis.** 165. num. 3. & p. 167. n. 13
- Litigans à principio bona fide, si postea agnoscens se injustam fovere causam usque ad definitivam persistat, an superatus ad omnes litis expensas, damnari possit.** *ibid.* n. 14

& Verborum.

Ab Expenſarum damnatione juſta litiganda cauſa etiam in ſecunda iſtantia excuſat. P. 167. n. 15
Facilius in prima, quam in ſecunda iſtantia excuſatur condemnatio expenſarum. *ibid.* & ſeq. num. 23
In Expenſis an condemnari poſſit appellatus, ſi ſententia revocetur. *ibid.* n. 16
Expenſarum condemnatio abſoluta in ſecunda iſtantia utrum comprehendat factas in prima. *ibid.* Quid ſi iudex appellationis ſimpli- citer ab expenſis abſolverit. *ibid.*
Ab Expenſis facilius eximitur reus ſuperatus, quam actor. *ibid.* n. 18
Ab Expenſis non liberat juſta litigandi cauſa, ſi ex conventionem, aut teſtamento debeantur, ſecus ſi ex lege. *ibid.* n. 20
Ab expenſarum poenarum contumacia juſta litigandi cauſa non relevat. *ibid.* n. 21
Ad Expenſas damnari victum, ubi lex præcipit, ſubintelligitur, niſi juſtam habuerit litigandi cauſam. *ibid.* n. 23
Ad Expenſas damnare victum non adſtringitur iudex ex officio, ſed ſi petatur, propter omiſſionem ipſe tenetur. p. 168. n. 25. Poſteſt tamen ex officio ad condemnationem procedere. *ibid.* num. 26
Ex clauſula generali, qua petitur juſtitiam miniſtrari, tenetur iudex ad expenſas victum dam- nare juxta juſ. *ibid.* n. 27
Circa Expenſas poſteſt iudex poſt definitivam intra eundem diem decernere. *ibid.* n. 28
Ax Expenſarum omiſſa condemnatione an liceat provocare. *ibid.* n. 29
Ab Expenſarum expreſſa abſolutione appellatur. *ibid.* n. 30
Utrum videatur abſolvere à petitis expenſis iudex, qui in ſententia nullam earum mentionem fecit. *ibid.* n. 31
De Expenſis an judicare poſſit idem iudex poſt definitivam. *ibid.* n. 32
Expenſæ ob contumaciam jure actionis petuntur etiam poſt definitivam. *ibid.* n. 33
Expenſarum taxatio iudicis arbitrio fieri debet. 169. n. 34
A decreto de taxandis expenſis non provocatur: ſed ab exceſſu taxationis appellare licet. *ibid.* num. 35
Expenſarum condemnatio in dubio ad perſona- les non extenditur, ſed de proceſſalibus tantum intelligitur. *ibid.* n. 36
Expenſas taxandi forma traditur. *ibid.* n. 37
Expreſſio.
Expreſſio ejus, quod tacite ineſt, nihil opera- tur. p. 310. n. 23

F.

Favila.

Favila Gothorum Rex venationi nimium de- ditus, ab urſo laceratus interiit. p. 8. n. 44.

Ferdinandi Reges.

Ferdinandus I. Caſtellæ Rex, ac Legionis. p. 10 num. 66.
Ferdinandus II. Regnum invaſit, bellumque mi- litari gloria geſſit. II. n. 73
Ferdinandus III. Sanctos multa præclara Caſtel- læ & Legionis regna adeptus geſſit. p. 12
Ferdinandus IV. cur *Citatus* dictus. n. 80
 Immaturè moritur. *ibid.*

Ferdinandus V. Catholici cognomento iſignia- tus. Pag. 14. n. 88

Feudum.

Inter Feudum & fidei commiſſum eſt ſimilitudo, ideò de uno ad alterum deducitur argumen- tum. 223. n. 5
Feudi in ſucceſſione an inſpiciatur proximitas quoad primò acquirentem, vel quoad ultimum poſſeſſorem. *ibid.* n. 6
Feudum hæreditarium quod dicatur, & quotu- plex ſit feudum, remiſſivè. *ibid.* n. 7.
In Feudo an per repræſentationem ſuccedatur. *ibid.* n. 81. & ſeq.
Feudum in dubio utrum hæreditarium præſu- matur. *ibid.* n. 83

Fidei commiſſum.

In Fidei commiſſi familiae relictæ ſucceſſione an æſtinetur proximitas reſpectu teſtatoris, vel ultimi poſſeſſoris. p. 223. n. 1. & 2. & p. 224. n. 12. & ſeq.
Utrum per repræſentationem remotiores cum proximis ſuccedant. *ibid.* & ſeq.
Quid ſi Fidei commiſſum ad familiam ſpectet ex contractu. *ibid.* n. 18
Ad Fidei commiſſum ſi plures de familia nomina- tim vocentur, non ordine ſucceſſivo, ſed om- nes ſimul ſuccedunt: quod limitatur. 224. num. 20
Si proximior de familia vocetur, an locus ſit re- præſentationi. 225. n. 22. & ſeq.
Quid ſi vocetur ad ſucceſſionem familia, ſervata prærogativa gradus. *ibid.* & ſeq. n. 24. & 29
Ad Fidei commiſſum cum vocatur certus gradus, ut filii, & fratres, excluditur repræſentatio. *ibid.* n. 25
Si vocaverit teſtator filios, hominibus expreſſis, ac eis ſubſtituerit proximiores de familia, mor- tuo uno ex filiis, liberi ejus non ſuccedunt cum patruis per repræſentationem. *ibid.* n. 27
Quid ſi filius nepotes ex ipſis ſubſtituat parens. *ibid.*
Si teſtator avocaverit filios, ac nepotes, diverſos gradus conſtituens, decedente uno ex filiis, nepotes ejus loco ſubrogantur. *ibid.* n. 28

Filiatio, & Filius.

Filiorum curam parentes magis dilectis amicis, committere ſolent: aliquando fraudulenter inimicis, ut ipſos gravent. II 5. n. 12
Filiationis in cauſa ſummariſſima pro alimentis, dum lis pendet principalis, per parentem præ- ſtandis, locus non eſt repulſis teſtium: ſecus ubi principaliter filius agit ad alimenta. II num. 16

Fiscus.

Fiscus ſi ut author laudatus compareat ad tuen- dum eum, qui emit ab illo, cauſam trahit ad ſuos iudices. 59. n. 6. & 8
A Fiſco qui emit, ſi ſuper re vendita convenitur, ad Fiſcales iudices cauſam deferre poterit. *ibid.* num. 7
Si Fiſcus patitur, in eum, qui ab ipſo emit, cau- ſam peragi apud iudicem ordinarium, proces- ſus ſubſtinetur. *ibid.*
Fiscus ſive actoris, ſive partes ſuſtineat, ſuas cauſas ad proprios, & ſpeciales iudices defert. *ibid.* n. 9
In Fiſcum an tranſeat iſtantia cepta cum eo, cui ceſſit. p. 60. n. 16
Fiscus ſucceſſor cauſam cum antecellore ceptam ad ſuos iudices avocat. *ibid.*
Filſco

Index Rerum

- Fisco** perconfiscationem bona occupante, instantia cum reo pendens expirat. p. 60. n. 1. Et quid de secunda instantia sentiendum, remissivè. *ibid.*
- Fiscus** hæres nunquam instituitur, sed Princeps. *ibid.*
- Fisci** patronus recusatione à causæ protectione omninò removetur. p. 160. n. 10. Causæ autem recusationis probari debent. 161. n. 16
- Fisci** patronum recusans an incurrat poenam lege regia stabilitam adversùs non probantem causas recusationis Senatorum. 162. n. 37 & seqq.
- De Fisci** patronorum dignitate, remissivè. *ibid.* n. 37
- Fisci** patroni recusatio difficiliùs admitti debet, quàm iudicis superioris. 169. n. 2. & seq.
- Fisci** patronus quando possit ad litis expensas damnari. 165. n. 2
- Fiscus** an valeat expensas litis, quas exsolvit, à superato repetere. *ibid.*
- Fiscus** num valeat pecuniam posteriori creditori solutam etiam ex causa onerosa, ac bona fide consumptam, revocare, ac exigere. 178. n. 1. 2. & 3
- Quid si non ipse Fiscalis debitor, sed alius pro eo solvat posteriori creditori. *ibid.* & seq. n. 4
- Quid si debitor rem in solutum dederit posteriori creditori, qui eam alienavit, ipsaque penes tertium possessorem periit. *ibid.* n. 5
- Fiscus**, ac cæteri privilegiati avocant pecuniam etiam anteriori creditori solutam, cum ex privilegio in concursu illi præferri deberent. 179. n. 7
- Fisci**, ac cæterorum privilegium quoad pecuniæ avocationem restringitur. *ibid.* n. 8
- Femina.*
- Fœmina** virgo quæ nunquam nupsit, an gaudeat privilegiis unicæ, C. *quand. imper. int. pupil. & vid.* p. 190. n. 37. & seq.
- Fortunata Insulæ.*
- Fortunatarum** insularum, vulgò Canarias; debellatio. p. 13. n. 85. & seq.
- Forum.*
- Forum** cuique patria est. p. 44. n. 5
- Forum** si quis sortiatur ratione contractus, ibi repertus etiam ex causa necessaria, poterit conveniri: non sic in foro originis. 46. n. 17
- Forum** duplex qui habet, in quolibet potest conveniri, quoties jure communi utrumque sortitur: at si ex privilegio, ubi ipse maluerit, respondebit agenti. 57. n. 37
- Forum** defuncti, non hæredis sequi tenetur agens, jacente hæreditate. 61. n. 22
- Forum** sortitur quisque in loco contractus. p. 72 n. 21. An absens ibi conveniri possit. *ibid.* & seq.
- Forum** sortitur contrahens, ubi se soluturum, promittit, & utrum hoc casu subjiciatur etiam foro contractus. 73. n. 29. & p. 74. n. 39 & seq.
- In Foro** destinatæ solutionis absens non convenitur, nisi proprio domicilio renunciaret. 74 & seq. n. 30
- In Foro** contractus, aut destinatæ solutionis absens poterit conveniri, si proprio renuntiaverit, licet non se submittat loci solutionis vel contractus iudicibus. p. 73. n. 31. In illis locis repertus etiam ex causa necessaria respondere cogitur, nec habet jus revocandi domum, etsi foro suo renuntiaverit. *ibid.*
- In Foro** contractus non convenitur absens, quamvis promiserit, se ibi responsurum. p. 73. n. 37
- Quid de loco destinatæ solutionis. *ibid.* n. 38 & p. 75. n. 49
- Forum** sortitur reus ubi deliquit, quod omnium potissimum. Pag. 77. n. 14
- Forum** ex delicto duplex reus aliquando sortitur, & iudex qui prævenerit, alium excludit. 78. n. 15
- Forum** ex quasi delicto reus sortitur. *ibid.* n. 16
- Forum** loci delicti quoad forum animæ nemo sortitur. *ibid.* n. 18
- Quoad **Forum** inspicitur tempus delicti, non inchoati iudicii. 189. n. 33
- Fraus.*
- Propter **Fraudis** suspicionem nemini jus suum auferendum. p. 41. n. 34
- Fraus** non præsumitur. *ibid.* & p. 192. num. 5. & p. 86. n. 24
- Fraus** latet in animo agentis, ideo solum per conjecturas, vel confessionem ipsius probari potest. 193. n. 15
- Fraus** quando præsumatur in fuscipiente Ordines post delictum. *ibid.* n. 16
- Froyla Rex.*
- Froyla I.** Gothorum Rex nepotem propria soble posthabita Regni successorem designavit. p. 8. n. 46
- Froyla II.** Gothorum Rex vi potius quàm jure regnum suscepit. 9. n. 57
- Sub eo Castellani à Legionensium Regum obedientia se penitus subtrahunt. *ibid.*
- Fundus.*
- Si **Fundum** communem pro diviso unus ex dominis simpliciter legaverit, quicquid post testamentum illi accesserit, pro portione lucro legatarii cedit. p. 26. n. 12. Idem juris erit, si ita legetur, *Lego fundum meum.* *ibid.* n. 13
- Fur.*
- Fur** an puniri possit in loco, ubi apprehenditur cum re, quam alibi furrupuit. p. 81. n. 44
- ## G.
- Garsias Rex.*
- Garsias** legionis Rex, brevi usurpata dignitate fruatur. Pag. 9. n. 55
- Generale.*
- Generali** dispositione non continentur personæ egregiæ, singulares, & ordinis superioris. p. 288. n. 8.
- Gesaleycus.*
- Gesaleycus** Gothorum Rex Amalarico legitimo fratri præpositus. p. 4. n. 14
- Gothi.*
- Gothorum** sedes unde in Italiam, ac Hispaniam descenderunt. p. 2. n. 2
- Gothi** à Stilicone Romanorum Duce devicti. *ibid.* & seq. n. 4
- Quando **Hispanias** ingressi, & quamdiu eorum regnum constitit. 8. n. 42
- Granata.*
- Granatense** Prætorium à Civitate regia translatum. p. 14. n. 88
- Gratia.*
- Gratia** Principis, vel alicujus inferioris non expirat, etsi concedens obeat antequam literæ concessionis expediantur, p. 106. n. 6. Idem *ibid.*
- Guber-*

& Verborum.

Gubernator.

- Gubernator necessariò constituendus. pag. 15. num. 49
 Gubernator ut constituatur communitate populorum, natura suadet. 16. n. 97
 Gubernator ineptus perinde est, ac si nullus existat. ibid.
 Gubernatorem sibi eligere quando liceat populis Principi subditis. 16. n. 105
Gundemarus Rex.
 Gundemarus Gothorum Rex, meritorum cumulo mixtus thronum ascendit. 6. n. 27

H.

Habitans.

Habitans in oppido negotiationis, studii, alteriusve similis exercitii causa, nec potitur commodis commoditatis, nec oneribus publicis subicitur. 218. n. 14

Hæreditas, & Hæres.

- Hæreditas viventis vendi non potest. 86. num. 24
 Hæredes in contractibus comprehensi censentur, quamquam eorum mentio nulla fiat. 232. & seq. num. 16
 Hæres à defuncto realiter distinguitur, licet juris fictione quoad plures effectus una, eademque persona reputentur. 233. n. 20
 Hæres, in quem transit conditionalis contractus, tenetur conditionem specificè adimplere. ibid. num. 26
 Hæres an possit potestativam implere conditionem adjectam contractui cum antecessore celebrato? 232. n. 10
 Utrum impleri possit conditio cum hærede illius, cum quo ex contractu debet impleri. 237. n. 59

Hæresis, & Hæreticus.

- De hæresi convictus non auditur appellans. 146. n. 29
 Hæreticus ubicumque comprehensus jure puniatur. 83. n. 57
 In Hæreticum plures iudices pro eodem crimine separatim procedere possunt. ibid.
 Hæreticus ubicumque punitur, tametsi in eo loco non deliquerit. ibid.
 Hæreticus, si petatur, remitti debet ad locum, ubi deliquit absque distinctione regnorum, aut Principum. ibid.

Henrici Reges.

- Henricus I. Castellæ Rex cum primoribus cœtaneis ludens casu occubuit. 11. n. 76
 Henricus II. Hispaniæ Rex Cancellarias & Prætoriam Regiam instituit. 13. n. 83
 Henricus III. *Infirmus* dictus. ibid. n. 85. Sub eo Cantabri Fortunatas insulas aggrediuntur. ibid.
 Henricus IV. *Liberalis* dictus, sub quo Majestas despectui & ludibrio habita. 14. n. 87

Hispania.

- Hispania quo tempore Romano Imperio omnino subiecta. 2. n. 1
 Hispania Wandalis & aliis Barbaris occupatur. 2. n. 3
 Hispania Imperatorem Alarico Gothorum Regi conceditur. 3. n. 5
 Hispania ingreditur Rex Gothorum Athaulphus. ibid. n. 6

D. de Faria Covar. Enucl.

- Hispania quanto tempore à Gothis occupata. pag. 8. n. 42
 Hispania ab Imperio judicialiter exempta. 10. num. 66

Homo.

- Homo præ cunctis animalibus appetit societatem. 15. n. 95
 Homines etiam barbari superiores suos reverentur, illisque obediunt. ibid.
 Homo est animal sociale, politicum, ad civile consortium propensum. ibid. n. 96
 Homo pluribus ad societatem invitatur. ibid.
 Inter Homines cognationem natura constituit. ibid.
 Homines ex communitate ducuntur naturaliter ad constituendum Principem, vel Magistratum, per quem Respublica gubernetur. 16 num. 97

Hospitale.

- Hospitalia apud nos habent casum Curia. 55 num. 15

Hypotheca.

- Hypotheca quid significet, & inter eam & pignus qualis sit distinctio. 93. num. 46. num. 28
 Hypotheca generalis etiam tacita bona futura complectitur. 180. n. 20
 Sub Hypotheca generali pecunia quoque continetur. ibid.

I.

Immunitas.

- I**mmunitas castro concessa extenditur ad augmentum. 25. num. 2

Imperator, & Imperium.

- Imperatores Romani lege regia soluti sunt legibus. 18. n. 116
 Imperatoris electio à quo, quando, & quibus Principibus Germaniæ concessa. ibid. n. 123
 Imperatorem deponere quis valeat. ibid.
 Imperatoris electionem potest Pontifex reprobare, & alium constituere. ibid.
 Imperio concessa in villa vel castro, an intelligatur jurisdictio simplex tacite concessa? 24 num. 167

Incola.

- Incola quis dicatur, ut communibus pascuis frui possit. 218. n. 10
 Incola propriè quis sit. ibid. n. 12

India.

- Indiarum Occidentalium inventio. 13. num. 85 & seqq.

Vide *Fortunate Insule.*

Indignus.

- Indignus minori dignitate non admittitur ad majorem. 121. n. 17. & seqq.

Infamia, & Infamis.

- Infamia quotuplex, ac de effectibus infamiæ juris, remissivè. 113. n. 2
 Infamia facti quid sit, & de differentiis inter hanc, ac infamiam juris, remissivè. 114. n. 3
 Infamia Canonica quæ sit. ibid. n. 5
 Infamia juris non solum impedit ad dignitates ingressum, sed etiam à quæsitis excludit. 115. & seq. n. 19. & 24
 Infamia facti obtentis dignitatibus non privat. 117. n. 30

Kk

Infamiam

Index Rerum,

- Infamiam juris Princeps tollere potest** : non facti. ibid. n. 31
- Infamia per sententiam à quo tempore contrahatur.** p. 145. n. 16
- Infamibus januæ dignitatum clauduntur.** 121. num. 19
- Infamibus an liceat Principis Curam ingredi.** ibid. n. 21
- Infamis si à Principe sciente ad dignitatem, vel officium publicum eligatur, cum eo dispensasse intelligitur.** 122. n. 24
- Infamis, dum privatio latet, si jurisdictionem, aut nomen exercent, per eum gesto ob publicam utilitatem subsistent.** 122. n. 27
- Infelix.*
- Infelicissimum est, fuisse aliquando foelicem.** p. 69. n. 21
- Inhibitio.*
- Inhibitio definitur.** p. 152. n. 11
- Inhibitio, nisi legitime expedita, non suspendit inferioris jurisdictionem : & quæ desiderentur ad legitimam expeditionem.** ibid. n. 12
- Inhibitio non legitima impunè contemnitur, nisi ob reverentiam judicum supremorum.** ibid. num. 13
- Inhibitio etiam non canonica de stylo Curie ita ligat inferioris manus, ut processus postea factus sit nullus.** ibid.
- Post inhibitionem innovata per tertium, ut attentata non revocantur.** ibid. n. 15
- Inhibitio superiorum judicum, sive legitima, sive non, timenda est.** 153. n. 22
- Inimicus.*
- Inimicus reconciliatus an admittatur in testem : & an possit se tutela excusare ?** p. 114. n. 11. & seqq.
- Inquilinus.*
- Inquilino quando liceat à domo recedere, non soluta pensione, ante finitum locationis tempus.** 184. n. 26. & seqq.
- Inquilinus ab æde ejectus propter domini necessitatem, hac cessante, agere potest, ut sibi liceat in eadem habitare pro residuo locationis tempore.** ibid. n. 29
- Inquisitionis Tribunal.*
- Inquisitionis sanctæ Tribunal in Hispania erigitur.** 14. n. 88
- Insinuatio.*
- Insinuatio testamenti laici, qui clericum hæredem instituit, apud judicem sæcularem fieri debet.** 58. n. 1
- Idem est, si clericus laicum relinquat hæredem.** ibid. n. 2
- Insinuatio testamenti ad pias causas coram Ecclesiastico fit.** ibid.
- Insinuatione testamenti quando sit opus, & quomodo peragenda, remissivè.** ibid. n. 2
- Instrumentum.*
- Instrumentum unde dicatur, & quid in materia probationem significet.** 119. num. 1. Dividitur. ibid. n. 8
- Instrumentum publicum definitur.** ibid. n. 2
- Instrumentum cujusque actus triplex fieri potest.** ibid. n. 4
- Instrumentum authenticum quale sit.** ibid. numer. 3.
- Cur ita dictum.** ibid. n. 5
- Instrumentum originale quod dicatur.** pag. 120. n. 9. An faciat fidem, si non reperiatur protocollum. ibid. num. 11. Habet paratam executionem. ibid.
- Instrumentum, cujus protocollum non apparet, quando censetur suspectum.** ibid. numero 11
- Instrumentum producens in judicio, adversario pendente, compelli potest ut protocollum ejus, quod penes ipsum est, aut esse præsumitur, edat : sed jurejurando ab exhibitione propter præsumptionem liberabitur.** ibid. & seq. num. 13
- Instrumentum editum si parti reddatur, relicto in actis transumpto, & illud de falso arguatur, ad petitionem adversarii iterum exhiberi jubetur, ut falsitas possit comprobari.** ibid.
- Instrumento producto, si negetur illius auctor esse tabellio, quid probare incumbat producenti.** 125. n. 49
- Instrumentum in remota regione extra regnum exequendum, ut fidem faciat, quomodo comprobandum.** ibid. n. 50
- Instrumentum qui falsum dixerit, id probare tenetur.** ibid. n. 51
- Carens vitio apparenti ex contextura maximam pro se habet præsumptionem, ac vim à publica obtinet autoritate.** ibid.
- Instrumenta per tabellionem putativum confecta an valeat ?** 126. n. 52
- Instrumentum publicum fidem meretur, etiam protocollum non inveniatur.** ibid. n. 65
- In publicis instrumentis utrum divini nominis invocatio præmitti debeat ?** ibid. n. 1. & 2
- De Instrumenti publici solemnitatibus tam de jure communi, quam regio nostro.** 127. num. 3. cum seqq. De papyro sigillata, qua in Hispania utimur. ibid. n. 7. De indictionibus, remissivè. ibid. n. 4
- Instrumentum exprimens horam confectionis præfertur non exprimenti, si utrumque eadem die fiat.** ibid. n. 8
- Instrumentum si una die inchoetur, & alia perficiatur, sat erit de die perfectionis mentionem fieri ;** ibid. Si noctu conficiatur, id declarare necesse non est, modo dies ad quem nox spectat, exprimatur. ibid. Si quoad tempus in instrumento aliquis error contingat, quando valeat ipsum corrigere tabellio. ibid.
- In Instrumento an domus, in qua fit, debeat declarari ?** ibid. n. 9
- Utrum testes subscribere debeant.** n. 10. Quot testes adhibendi ? 128. n. 11. & 12
- Utrum contrahentes, ac tabellionem subscribere opus sit ?** ibid. n. 13. & seqq.
- Instrumentum publicum in Hispania, nisi in papyro sigillata scribatur, non valet.** ibid. num. 16
- In Instrumento debet asserere tabellio contrahentes sibi esse notos : sed hujus solemnitatis omissio non parit nullitatem.** ibid. n. 17
- Ad Instrumenti publici reprobationem quot desiderentur testes.** ibid. n. 18. & seqq.
- Ut Instrumentum in judicio probet, judici est exhibendum, idemque vel ejus exemplar in actis relinquendum.** 129. n. 21
- Instrumentum cum libello actionis præsentans, an teneatur post litem contestatam illud reprodacere ?** ibid. n. 22
- Instrumentum continens plura capita integrè judici**

& Verborum.

judici exhiberi debet: adversario non, nisi illud caput, quo producens ulurus est, quod limitatur. *ibid.* n. 25
Instrumento non integrè producto, an sit adversariis dicendus, si totum edi postulaverit. *ibid.* n. 24
Instrumenti exemplar an sit cum die adversario exhibendum? *ibid.* n. 25
Instrumentum producens quod unum caput, qua cautela uti possit, ne ex aliis sibi præjudicium resultet. *ibid.* n. 26
Instrumentum semel in actis positum, an possit qui produxit, ille retrahere? *ibid.* n. 27
Instrumenta quando sunt in judicio producenda. *ibid.* n. 28. cum seqq.
Instrumentum publicum jus facit quoad omnes: & probat: non sic authenticum non publicum. 130 n. 37
Si instrumentum legitimè nullum pronuncietur, quoad omnes fide carebit. *ibid.*
Instrumentum in alio relatum, si ad actus substantiam necesse non sit, nec opus erit, ut exhibeatur. 132 n. 6
Instrumentum extractum per alium tabellionem cum debita solemnitate, plenam fidem mereatur, si originarius sit in perpetuum, vel ad longum tempus impeditus. *ibid.* Quæ solemnitates in extractione desiderantur. *ibid.*
In Instrumenti explanatione an Instrumentarii testes debeant intervenire? *ibid.* n. 12
Instrumentum antiquum absque solemnitatibus confectum, quando probet. 134. nu. 25. & seqq.

Interdictum.

De Interdicto summarissimo, quod vulgò *De interim* dicitur, qui egerunt. III. num. 15
Competit in triplici remedio possessori. 109. n. 2.
 Propriè dicitur intellectum. *ibid.* n. 3
De Interdictorum etymologia, & differentia, remissivè. *ibid.*
In interdicto *Interim*, decretum est interloquutoria sententia. 112. n. 23
Hæc sententia nequit revocari, si prævia cautè cognitione proteratur per eundem iudicem. 110. n. 5
Interdictum hoc est præparatorium ad principale judicium super possessione. *ibid.* nu. 6.
Locus illi est, licet de sola proprietate sit agendum, & quid in tenuta majoratus. *ibid.*
Interdictio *Interim*, etiam qui non possidet, juvari potest. *ibid.* n. 7. Qualis causa cognita in illo requiratur, & an ex officio expectari queat? *ibid.* n. 8
Ad hoc Interdictum sufficit probatio absque reproductione per testes, qui in causa principali deposuerint. *ibid.* n. 10
Rursus testes in hoc judicio examinati, parte citata, profunt quoad causam principalem possessionis. *ibid.*
In hoc judicio poterit iudex testibus absque juramento fidem adhibere. *ibid.*
Non requiritur probationum publicatio, nec alia iudiciorum solemnitas. *ibid.* n. 11
Non restituitur minor propter omissam probationem, nec ex alia causa. *ibid.* n. 21. & 113 num. 32
Non admittuntur repulsæ contra testes. III. num. 14
Ex Interdicto *Interim*, non datur vera possessio, sed nuda detentatio. *ibid.* num. 15. Admit-
D. de Faria Covar. Enucl.

titur supplicatio, sed terminus probatorius non conceditur. *ibid.* num. 17. & pag. 113. num. 31

In judicio interdicti hujus an de nullitate dicere liceat? III. n. 18. & 113. n. 32
Interdictum hoc competit civiliter tantum possidenti, nisi alius in actuali possessione reperitur. III. & seq. n. 20. An sit simile judicio tenutz? III. n. 21
Interdictum *Interim*, datur naturaliter possidenti, & mero detentatori. 112. n. 23
Utrum competat habenti contra se juris præsumptionem? *ibid.* n. 24. cum seqq.
In Interdicto *Interim*, ille obtinebit, qui de antiquiori possessione probaverit. *ibid.* n. 29
Ex hoc interdicto manutentio an cesset, prima sententia super possessione prolata. *ibidem* num. 30
Utrum in eo admittitur appellatio? *ibid.* & seqq. 31
Hoc Interdicto agens de quo tempore probare debeat possessionem. 113. n. 35

Inventarium.

Inventarium bonorum defuncti clerici, cui hæres laicus exiit, coram quo iudice fieri debeat, & è contra, si clericus succedat laico. 58. n. 3

Joannes Reges.

Joannes I. Hispaniæ Rex, insignis pietate, tempora à Christi nativitate computari statuit. 13. num. 84. Ex quo dejectus statim animam exhalat. *ibid.*
Joannes II. publica lætitia Rex renuntiatur. *ibid.* num. 86. Sub eo memoratu digna parata victoria, & quinque Fortunatæ intulæ expugnatz. *ibid.*

Judeus.

Judæi ab Hispania expelluntur. 14. n. 87

Judex, & Judicium.

Judicibus laicus omittentibus administrare justitiam, nam liceat litigantibus ad Ecclesiasticum tribunal recurrere. 48. n. 7
Judex prohibetur sportularum nomine aliquid à pauperibus recipere. 50. n. 25
Judex laicus si aliquando jure procedat in clericum, suæ sententiæ executionem Ecclesiasticus facere debet. *ibid.* n. 27
Cùm Judex laicus legitimè adversus clericum procedat, quamquam per Ecclesiasticum inhibeatur, suspendere non tenetur. *ibidem* num. 30
Judices se mutuo auxilio juvare debent. 70. num. 1
Judex Ecclesiasticus non valet propriam exequi sententiam in persona, aut bonis laici: sed Magistratus sæcularis brachium improbare opus est. *ibid.* num. 2. & 72. n. 15. Fallit in crimine hæresis. 71. n. 11
Auxiliu a brachi sæcularis postulat, ut clericos rebelles coercet. 70. n. 2
An teneatur prius censuris uti, quàm ad brachium sæculare recurrat. *ibid.* n. 5
Tenetur auxilium impartiri contra clericos, ut sæcularis sententia exequatur, vel ad extorquendam legis pœnam. *ibid.* n. 6
Potest censuris cogere sæcularem, ut sibi auxilium legitimè postulatum exhibeat. 70. num. 7

Index Rerum,

- Si ab Ecclesiastico iudice negetur auxilium in clericos, ad Metropolitanum appellatur, ut illum compellat.** 71. n. 8
- Judex laicus non tenetur auxilium exhibere Ecclesiastico, nisi de justificatione sententiæ exactis sibi constet, exceptis causis, de quibus cognoscere illi non licet ob incapacitatem.** ibid. n. 9
- Judex laicus denegans auxilium legitime peti- tum, & quomodo puniatur.** ibid.
- Excommunicatus ob non exhibitum auxilium; quo remedio usus.** ibid. n. 10
- Capiens reum ad requisitionem Ecclesiastici, quo in carcere custodiri debeat.** ibid. n. 12
- Judex Ecclesiasticus utrum valeat ex consuetudine laicos propria capere autoritate, ac in eorum bonis executionem facere.** ibid. numero 13
- An possit de jure, quoties criminaliter in laicos legitime procedit, illos propria autoritate capere.** ibid. n. 14
- Clericos propria autoritate carceribus subjicere potest.** ibid. & seq. n. 17
- Judex Ecclesiasticus Clericos quando auxilium secularis imploret, & hic illud impertiri tenetur.** 72. n. 18
- Judex, qui non ex defectu jurisdictionis, sed armatæ familiæ auxilium petit, non tenetur causa acta exhibere requisito.** ibid. n. 19
- Si Judici requisito notorie constet, inique procedere, qui postulat auxilium nec debet, nec potest exhibere.** ibid.
- Judex legitime requisitus tenetur exequi litteras requirentis, aliis punitur.** ibid. n. 20
- Judex loci contractus quando possit contra absentem procedere.** ibid. n. 22
- Potest mittere creditorem in bona absentis debitoris ex primo decreto, non ex secundo.** ibid. num. 25
- Judex delinquentem in alieno territorio apprehendere nequit, etsi illum persequens capiat.** 75. n. 44
- Judex non possit delinquentem in proprio territorio repertum, ab alio magistratu damnatum punire absque litteris requisitoriis.** ibid. num. 46
- Judex qui renuit exequi litteras requisitorias compellitur, & quibus poenis afficiatur.** ibid. n. 47
- Quid de iudice qui requisitorias expedire recusat.** ibid.
- Requisitus potest, ac debet litteras executioni mandare, tamen si intimationis tempore cognoscat, requirentem decessisse.** 76. num. 1.
- Ampliatur.** 77. n. 11
- Judicis requisiti successor tenetur litteras exequi, quæ ad antecessorem dirigebantur.** ibid. num. 13
- Inter judicem requisitum, ac delegatum discrimen.** ibid.
- Judex requisitus capere potest reum sibi non subditum ad remissionem,** 79. n. 30
- Judex originis, aut domicilii an valeat punire extra suum territorium delinquentem?** 80. num. 33
- Judicis requisiti ad capturam rei jurisdic- tio per eam non prorogatur.** 82. n. 49
- Pro Iudice est præsumendum.** 90. n. 14
- Judex an possit punire non subditum, qui coram ipso factum dixerit.** 117. n. 34. cum seqq.
- Quid de iudice delegato.** ibid. n. 37
- Judex laicus potest cognoscere de falsitate per clericum apud se commissa, quatenus sit opus ad causæ principalis decisionem.** pag. 118. numero 44
- Judex dum propriam sententiam post appellationem exequitur, jus, judicem, ac partem offendit.** 144. n. 9. Quibus afficiatur poenis. ibid.
- Judex ad quem potest ex officio, attentata per inferiorem revocare.** ibid.
- Judex Ecclesiasticus, qui in dubio appellationi non desert, vim facit.** 146. n. 27
- Judex à quo quando valeat post appellationem ab interlocutoria in principali ad ulteriora procedere.** 154. n. 28. Potest sententiam exequi interlocutoriam iudex instar tempus, quo ab ipsa licet appellare. 151. n. 9
- Judex ad quem valeat attentata retractare quandoque, ad quæ inferior post inhibitoriam processit, quamquam pars appellationi renunci- et, aut illam delerat.** 152. n. 13
- Judices omnes regulariter possunt reculari.** 159 n. 2. Qui nequeant reculari. ibid.
- Judex suspectus quis censetur, ut possit reculari.** ibid. n. 3
- Judex adjunctus ordinario propter recusationem ordinariam obtinet jurisdictionem in causa, & quomodo ipse possit reculari.** ibid. n. 5
- Ordinarius non removetur à causæ cognitione ob recusationem.** ibid. n. 5. Limitatur. ibid. & seq. n. 6.
- Sufficit ad ordinarii recusationem jusjurandum de suspitione: sed si omnino excludatur à causæ cognitione, causa probari debet.** 160. num. 15
- Judice Ecclesiastico, & laico super jurisdictione contententibus, ille de causa cognoscit.** 169. num. 3
- Judex Ecclesiasticus cognoscit, an clericus vestes, ac tonsuram detulerit, ut gaudeat fori privilegio.** ibid. n. 6
- Judex laicus de consuetudine retinet in proprio carcere delinquentem, donec Ecclesiasticus definit, an fori privilegio juret.** 197. num. 19
- Judices Ecclesiastici sunt proni ad eximendos criminosos reos à seculari jurisdictione.** ibid.
- Quid de jure servandum in remissione rei ad Ecclesiasticum.** ibid. n. 20
- Judex laicus nequit contra reum procedere, dum de clericatu lis pendet.** ibid. n. 21. Et Ecclesiasticus potest inhibere laico, ne procedat. ibid. Ecclesiasticus si apud se reum habet, nequit ipsum à carceribus relaxare, dum de clericatu cognoscit, alioqui licebit laico iudicii illum ad proprium carcerem reducere. ibid. num. 22
- An idem possit fieri per laicum postquam Ecclesiasticus de causa principali cognoscit in reum, qui Clericus est pronunciatus.** ibid. n. 24
- Judex laicus ut Ecclesiastico reum remittat, ipsum custodibus committere debet, & cujus ex bonis expensæ sunt solvendæ.** ibid. n. 25
- Judex laicus potest clericos, quos cum armis invenerit, capere, ut ad Ecclesiasticum remittat.** 200. n. 40. Potest laicus iudex, ejusque officiales auferre clericis instrumenta quibus vitæ piscationem exercent. ibid. n. 41
- Si Judex Ecclesiasticus contra clericum, ac laicum simul in criminali causa procedat, & hunc absolvat, aut non competenter coarceat, licebit seculari iudici de eadem causa iterum cognoscere, & sibi subditum meritis poenis afficere.** 202. n. 11
- Judex**

& Verborum.

- Judex ex causa valet legis poenam temperare; sed quam sententia imposuit, immutare, nisi in continenti prohibetur, exceptis Inquisitoribus contra hæreticam pravitatem.** pag. 202. num. 17
- Judex laicus an possit cognoscere de possessione rei spiritualis?** 203. n. 1. & seq.
- Judex à quo, appellatione pendente, potest ea facere, quæ ad illius faciliorem expeditionem conducunt, & attentata revocare, quod in ordinario solum procedit.** 145. n. 21
- Judices Ecclesiastici qualiter vim litigantibus inferant.** 205. n. 19
- Judices qui regiis Prætoris in Hispania affident, cognoscunt cum maxima Reipublicæ utilitate de vi per Ecclesiasticos illata, quam tollunt.** ibid.
- Judice Ecclesiastico in causa merè profana, & à suo foro prorsus aliena procedente, quomodo litigantibus subveniatur.** ibid. n. 20
- Judices regii quam cognitionem habeant ad tollendum vim per Ecclesiasticos illatam.** ibid. num. 21
- Judices Ecclesiastici qualiter compellantur parere decretis, quibus vis tolli præcipitur.** 206. num. 23
- Judices Regii Prætorii an possit violentiam Ecclesiasticorum tollere quoties de illa constitit.** ibid. num. 24. Quibus casibus non datur recursus ad regia Prætoria per viam violentiæ. ibid. & seq. n. 25
- Judices ob oculos æquitatem habere debent.** 234. n. 36
- Ad Judicium, quod inter alios agitur, tertius pro suo interesse principaliter, vel accessorie venire potest.** 88. n. 1
- In Judicio comparens, ut unum ex litigantibus foveat, causam in statu, quo existit, assumere tenetur.** ibid. n. 2
- Nequit in tertium hunc ferre, aut exequi sententiam, nec ipse poterit ex suo privilegio causam ad aliud deferre tribunal.** ibid. n. 3
- Juramentum.*
- Juramentum de calumnia apud nos in omni actione, vel exceptione, quæ deducitur in judicio, adjicitur.** 166. n. 4
- Hodie juramentum istud parvipenditur, & facile per litigantes fit.** ibid.
- Juramentum affectionis, & de veritate dicenda quoad interesse, quomodo differant.** 169. num. 37
- Jurisdicchio.*
- Jurisdicchio suprema temporalis definitur.** 15. num. 92
- Jurisdicchio spiritualis, Sede Apostolica vacante an resideat in totius Ecclesiæ communitate?** 17. n. 107
- Jurisdicchio, supremaque potestas quibus modis legitime quærat.** 18. n. 122
- Suprema jurisdicchio non conferretur, etsi pluri in unum Principem consenserint separatim, non constituta communitate.** 19. num. 133. & seqq.
- Jurisdicchio omnis, supremaque potestas in Castellæ regnis ad Regem spectat, à quo in inferiores descendit.** 21. n. 143. Est absoluta nullis conditionibus restricta. ibid.
- Jurisdicchio cum mero, ac mixto imperio potest in Hispania privilegio, aut præscriptione comparari.** 22. n. 146
- Ad Jurisdiccionis præscriptionem adversus Regem qualis possessionis probatio desideretur.** pag. 22. n. 148. & seq.
- De Jurisdiccionis regie causis cognoscunt sæculares Magistratus, etiam contra Ecclesiasticos possessores.** ibid. n. 150
- Jurisdicchio suprema ad audiendos subditos querelantes, nec privilegio, nec præscriptione à regia dignitate potest segregari.** ibid. numero 151
- Oppido alienato per Dominum inferiorem, an jurisdicchio etiam transferatur?** 24. numero 166
- Jurisdicchio per Regem concessa cum mero, & mixto imperio, an facultas cognoscendi de causis appellationis tributa censeatur?** ibid. n. 167. & 40. n. 25
- Jurisdicchio concessa per Principem quando extendatur ad populi augmentum.** 25. n. 7. Et quid de immunitate, aut exemptione. ibid.
- Jurisdicchio præscriptione acquisita utrum ad territorii augmentum ampliatur?** 28. n. 21
- Quid si privilegio concedatur.** ibid. num. 22. & seq.
- Jurisdicchio aliquando potest exerceri in alieno territorio quoad dominium, & proprietatem** 29. n. 24
- Jurisdicchio villæ, aut castri concessa, comprehenduntur ejus termini, ac territorium, si illud habeat.** ibid. n. 25
- Jurisdiccionis prorogationi in secunda instantia non est locus.** 37. n. 3
- A Jurisdicchio sæculari ad Ecclesiasticam, vel è contra per appellationem transitus fieri nequit.** ibid.
- Jurisdicchio semel quæsitæ non expirat per superioris revocationem, antequam judici constet, ideò interim gesta sustinentur.** 68. numero 51. Ampliatur etiam in revocatione jurisdiccionis ex motu proprio. ibid. numero 53
- Jurisdiccionem habere suspensam, & illa omnino carere, diversum est.** 156. & seqq. num. 18
- Jurisdicchio Ecclesiastica, & sæcularis, ne confundantur, multum interest.** 186. numero 1
- A Jurisdicchio regia qui se eximere conatur, opposita fori declinatoria, quibus poenis subjiciatur.** 198. & 199. num. 27. 31. & 35.
- An incidatur in eas poenas ipso jure.** ibid. n. 33. Poenæ contrahuntur, etsi declinatoria non sortiatur effectum. ibid. n. 32
- Quid si reum poenituerit, & à declinatoria recesserit.** ibid.
- Jurisdicchio Ecclesiastica per laicos potest de jure communi prorogari, quod regio nostro non licet.** 196. n. 8
- Jurisdicchio quoties partium consensu prorogabilis non est, declaratoria etiam lata sententia, objici poterit ad impediendum executionem.** ibid. num. 10. Qui jurisdiccionem alienam usurpat, graviter peccat. ibid. num. 15
- Jurisdicchio est incorporalis, ideò non recipit divisionem, nisi quoad usum.** 237. n. 1
- Si pluribus competat, penes singulos est in solidum, etsi quoad exercitium sit separata** ibid.
- Jurisdicchio communis dum non dividitur quoad usum**

Index Rerum;

- usum, quomodo Domini illam exercent. pag. 237. num. 2
- Utrum Domini compelli possint, ut dividant exercitium jurisdictionis, aut judicem communi consensu constituent ad justitiæ administrationem? 238
- Jurisdictionem eandem in solidum plures Magistratus possunt exercere. ibid. n. 4
- Jurisdictionis non divisæ usus æqualiter ad Dominos omnes spectat, licet in proprietate territorii inæquales partes obtineant. Aliud est quoad pœnas pecuniarias, & alios jurisdictionis fructus, qui pro rata dividi debent. num. 7
- Jurisdictionis divisio quoad usum quomodo inter dominos fieri soleat. ibidem numero 10
- Jurisdictionis facta divisione, quicquid egerit aliquis ex Dominis, cum juxta formam illius non possit, erit nullum. ibid. num. 11
- Jurisdictione divisâ per tempus, causa incepta per unum Dominum, per alium debet definiri. ibid. n. 12
- Perfecta divisio poterit retractari, si ex forma, & observatione ejus scandalum, aut aliud grave inconveniens generetur. ibid. num. 13
- Ubi Jurisdictionis usus dividitur, separato territorio cuique Domino, qua forma divisio expediri debeat? ibid. n. 14
- Jus.*
- Jus revocandi domum habentes præter Legatos, possunt in Curia conveniri pro contractis obligationibus extra propriam provinciam antequam negotium, aut munus suscipiant. 45. n. 14
- Jure revocandi domum non gaudet qui tempore necessariæ residentiz in Curia, ibi contrahit. 46. n. 16
- Jus revocandi domum habens, si in Curia alios conveniat, an possit ipse reconveniri & aliis suis creditoribus respondere debeat? ibid. n. 17. & seq.
- Si post finitam causam necessariam residendi in Curia, ibi conveniatur, uti non poterit jure revocandi domum. Quod declaratur. ibid. n. 21
- Jus pascendi non admittit incola, licet ex accidenti ad tempus alibi commoretur. 218. num. 11
- Juris rigorem observantes sæpè perniciosè erramus. 234. n. 36
- Juspatronatus.*
- Juripatronatus laicali non intelligitur derogatum per Beneficii collationem à Sede Apostolica factam, sed opus est, ut de illo mentio fiat: quod secus procedit, nisi Beneficium sit patronatus Ecclesiastici. 209. num. 3. & 4.
- Quid si patronatus ad Principem supremum, aut inferiorem spectet. ibid. n. 5. & 8
- Juripatronatus laicorum non inferitur præjudicium per clausulam generaliter derogantem juripatronatus, ad quemcumque pertineat. ibid. num. 6. & seq. Idem est de patronatu mixto. ibid. n. 8
- Jurispatronatus laicorum derogatio nunquam præsumitur. ibid. n. 7
- Inter patronatum Ecclesiasticum, laicalem, & libertorum differentiz, remissivè. 210. numero 13
- Quis sit patronatus Ecclesiasticus, quis laicalis & quis mixtus, remissivè. ibid. n. 14
- Jurispatronatus laicorum ad Regem, vel privatos spectantis derogatio in Hispania non sustinetur, sed retentis Bullis, ad Sanctissimum supplicatur. ibid. num. 20. Quid si subsequatur jussio secunda Pontificis, aut litteræ sint executioni mandatæ, remissivè. ibid.
- Juripatronatus laicorum solet Pontifex derogare, cum Beneficium per obitum vacat in Curia: quod non admittitur in Hispania. 211. n. 22
- Jurispatronatus quotupliciter in Ecclesia acquiratur. 212. n. 35
- Ex privilegio, aut præscriptione quantum, non est ita privilegiatum, sicut illud quod ex constitutione, vel donatione Ecclesiæ competit. ibid. n. 37. Sed hoc discrimen in Curia Romana non attenditur. ibid. n. 38
- Jurispatronatus competens ex privilegio, aut præscriptione, si dubitetur an Ecclesiasticum sit vel laicorum, contra ipsum semper judicatur, ut in casu contingenti careat omni favore. ibid.
- Jurispatronatus laicorum si allegetur ex constructione, sive dotati ne quantum, etiam si non probetur, nisi per quali possessionem præsentandi tempore legitimo, gaudebit cunctis privilegiis, de quibus actum est, & quanti temporis lapsus desideretur. ibid. n. 39
- Jurispatronatus laicorum quomodolibet quantum derogatio in Hispania locum non habebit. 213. n. 41
- In Jurepatronatus Ecclesiæ, ac libertorum per repræsentationem succeditur. 230. n. 85
- L.**
- Læsisio.*
- L**æsisio gravis, aut levis quæ sit, judicis arbitrio relinquatur. 164. n. 46
- Laicus.*
- Laicus hæres clerici cogitur prosequi coram Ecclesiastico judice causam cum antecessore inceptam. 59. n. 4. Ampliat. ibid. n. 11
- Laicus accedens ad tuendum clericum, qui ab illo emit, in foro Ecclesiastico debet litigare. ibid.
- Laicus hæres clerici nequit in foro Ecclesiastico à defuncti creditoribus conveniri. 60. num. 21
- Laicus, vel clericus conveniens personam Ecclesiasticam in foro sæculari, quando non licet, quibus pœnis afficiatur. 61. numero 30
- Laicus in causa spiritali utrum arbiter aut arbitrator possit eligi? 201. n. 3
- Laicus est incapax Ecclesiasticæ jurisdictionis, nisi ex commissione Pontificis. ibid. n. 4
- Laico, & Ecclesiastico simul causa spiritalis delegari nequit per Prælatum inferiorem, sed tantum per Pontificem. ibid.
- Laicus conveniens laicum in foro Ecclesiastico lege regia punitur, & an excusetur à pœna, si simul contra clericum, & sæcularem egerit? ibid. n. 10
- Laicus

& Verborum.

Laicus iudex non prohibetur de titulo Beneficii Ecclesiastici summariè, ac incidenter cognoscere. pag. 203. n. 4

Legatarius.

Legatarii, litigante hærede super testamenti validitate pro suo interesse liti adistere possunt. p. 89. n. 10. Limitatur. ibid. n. 1

Legatarius quæ actio competat, si hærede perfunctoriè, aut fraudulenter litigante, nullum testamentum pronuncietur. ibid. numero 10

Legatariis licet appellare à sententia in hæredem lata super viribus testamenti, quatenus sua intersit. p. 100. n. 9. Quid si fatalia appellationis præterierint? ibid.

Legatum.

In Legato generali, veluti servorum, an contineantur ii quos testator habuit tempore testamenti, vel mortis? 26. n. 8

Legata rei parte, augmentum, quod illi post testamentum accellerit, pro rata legatario cedit. ibid. n. 9

Legato fundo, seu alia re speciali, augmentum post testamentum superveniens an cedat legatario? ibid. p. 27. n. 10. 11. 16. & 17

Legata re communi, si testator partem à socio emerit, num legatarius totam obtinebit? 38. & seq. n. 14. 15. & 19

Legatum rei alienæ consistit. ibid. n. 14

Legata re simpliciter, in qua testator partem habet, quæ tantum legatario debetur, non res tota. ibid.

Legato fundo; expressis limitibus, argumentum illi accedens ad legatarium spectat, & quid si tot jugera relinquantur? 89. n. 1

In Legatis dubiis quod minimum est inspicitur. 79. n. 28

Legata debentur, quamquam ex causa præteritionis, vel exhæredationis nullum testamentum pronuncietur. 90. n. 11

Legatum Cum hæres voluerit, an & quando debeat? 235. n. 47

Legatus.

Legati si in Curia conveniantur, habent jus revocandi domum, ne respondeant. 45. numero 11

Ampliatur etsi perperam munus legationis obtinuerint. ibid. n. 10

Legati gaudent eo privilegio & contra personas privilegiatas, exceptis illis, quæ invitis adversariis, causas ad Curiam deferunt. ibid. num. 10

Contra Legatum sententia lata in Curia, per jure nulla, etsi de privilegio non opponantur. ibid. num. 11

Legati, & similes privilegiati, dum in Curia resident, possunt in proprio domicilio conveniri: quod si læsi probentur, restitutionis auxilium impetrabunt. ibid. n. 12

Legatis & aliis hoc privilegium pluribus de causis denegatur, de quibus remissivè. ibid.

Legatus contrahens in Italia, post legationem susceptam poterat Romæ conveniri. 46. numero 15

Quod limitatur. ibid.

Legatus contrahens ubilibet de licentia Principis, poterit in Curia conveniri. ibid. numero 20

Legatus in Curia contrahens legationis tempore etiam ut forensis, ibi convenitur excluso revocandi domum privilegio. ibid. n. 16

Legarius alios in Curia conveniens, an possit reconveniri, & ab aliis creditoribus ad iudicium vocari. ibid. n. 18. & seq.

Legatus dum suo munere fungitur, nequit alicui proprio, vel alieno negotio incumbere, nec in iudicio agere, nisi ex Principis permissu. ibid. num. 20

Legatus an possit in Curia conveniri, si ibi persistat, legatione finita? ibid. n. 21

Legatus non adstringitur in Curia iuramentum in iudicio delatum suscipere. ibid. n. 22

Legatus cogitur litem contestari in Curia, iudicio in domicilium remisso, si actio sit tempore peritura. ibid.

Legatus compelletur etiam usque ad definitivam litigare in Curia, si ex dilatione sit deterior conditio actoris. ibid.

Legatus à latere quæ beneficia patronatus laicorum valeat, contempto patrono, conferre. 209. n. 10. & 11

Leovigildus Rex.

Leovigildus Gothorum Rex, primò in Hispaniis de hinc etiam in Galliis. 5. num. 21. & seq.

Lex.

Legum Partitarum editio, & promulgatio quando facta. 12. n. 78

Leges apud Romanos qua solemnitate quondam ferebantur, remissivè. 17. n. 112

Leges Regiæ nonnullæ abrogatæ, ejectis per Romanos Regibus, ad usum fuerunt restitutæ. 18. n. 117

Lex de Imperio Romano Augusto conferendo cur regia dicatur. ibid. n. 118

Lex Salica quando condita, unde sic dicta, & qui scriptores ejus meminere. 21. n. 142

Lex de Guadalaxara circa appellationem ad dominos inferiores oppidorum refertur. 40. num. 28

Lex Principis sæcularis pro communi utilitate condita quando liget Ecclesiasticos in utroque foro. 61. n. 25. Est servanda etiam in foro Ecclesiastico. ibid.

Lex nova cum clausula irritante non obligat, nec actus vetitos reddit nullos, perfectos aut equam sufficienter promulgetur. 67. nu. 45. Aliud in rescriptis, & quare. ibid.

Lex etiam ignaros tenet post lapsum temporis ad promulgationem præscripti. ibid.

Legis novæ pœna remittitur invincibiliter illam ignorantibus, sed actuum nullitas non excusabitur ignorantia. 68. n. 49

Lex an obliget scientes intra tempus ad promulgationem præfinitum. ibid. n. 46. & 47.

Et an possit ligare ante tempus sufficiens ad promulgationem? ibid. n. 46

Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere possumus. 71. n. 14

Lex si voluisset, expressisset. 140. n. 33

Lex solet exprimere casus magis frequentes, quæ similes raro contingentes tacitè comprehendit. 163. nu. 39. Pœnalis amplianda non est. ibid.

Lex Si venditor 38. de action. empt. exponitur. 31. n. 13

Legis Julianus, §. Si Titus, de act. empt. intellectus. 35. n. 35

Lex Si in venditione, §. 1. de peric. & comm. rei vend. interpretatur. ibid. n. 36. & seq.

Lex 2. §. Omnes, de judic. conciliatur cum l. 4. tit. 3. p. 3. 45. n. 13

Legis

Index Rerum,

- Legis Si instituta**, §. *de inofficioso*, *de inoffic. testam.* intellectus, remissivè. p. 51. & seqq. n. 29. & 34
- Legis 57. tit. 6. p. 1.** intellectus, remissivè. 60. num. 20
- Lex In iis**, §. *Mancipia ff. sol. matrim.* intelligitur, ac conciliatur cum *l. Si inter*, *C. de jur. dot.* 171. n. 12. & seqq.
- Legis 18. aliàs 19. tit. II. p. 4.** intellectus. 174. num. 27
- Legis Quidam 69. §. Si tibi servos, de legar. 1.** intellectus. 175. n. 38
- Legis Vir uxori, de dot. præleg.** intellectus. *ibid.* num. 40
- Lex Cùm tabernam, de pignorib.** explicatur. 79. num. 27
- Lex Divi**, §. *I. de liber. caus.* intellectus. 91. num. 29
- Lex Sæpe de re judic.** interpretatur. 92. n. 36 & seqq.
- Lex Si servus plurium**, §. *de legat. 1.* intellectus. 100. n. 9
- Lex Non aliter, de adoption.** exponitur. 121. num. 18
- Ex Lege Pecunia, C. de jur. fisc.** quæstiones excitantur. 178. n. 6. & seqq.
- Lex finalis**, §. *Et si præfatam, vers. Sin verò hæredes, C. de jur. deliber.* declaratur. 180. n. 23. & seqq.
- Legis 23. tit. 8. p. 5.** intellectus. 183. n. 14. & seqq.
- Lex 3. tit. 4. lib. 1. Recopil.** explicatur. 199. num. 36
- Legis Cùm ita**, §. *In fideicommissio de legat. 2.* intellectus. 223. & seq. n. 11. & 19
- Lex 40. Tauri**, latissimè exponitur. 227. n. 50 & seqq.
- Lex Cùm avus, de condit. & demonstr.** etiam in actibus inter vivos procedit, ut in donatione: sed non in contractibus onerosis. 229. n. 76
- Procedit & in donationibus causâ mortis. 230 num. 77. Ac in commendis Indorum. *ibid.* num. 78
- Legis Si decem, de verb. obligat.** interpretatio. p. 234. n. 29. & seq. & p. 235. n. 40. & seqq.
- Lex Qui Romæ, §. Augerius eod. tit.** declaratur. 234. n. 32. & seqq.
- Legis Fidejussor. 16. §. fin. de fidejussor.** intellectus, remissivè. 237. n. 48
- Liber.*
- Liber rationum** definitur. 141. n. 38
- Probat contra scribentem, non contra tertium, ad quem non pertinet: & qualiter comprobetur. *ibid.* n. 39
- In Libro rationum scripta num valeat tertius favorabilia amplecti, & præjudicialia negare? *ibid.* n. 40
- Liber rationum** si recognoscatur, paratam habet executionem. *ibid.*
- Liber rationum** quantum fidei mereatur inter tertios. *ibid.* n. 41
- Libris thesaurarii patrimonii regii** quoad tertios plena fides adhibetur, & quid quoad ipsos. *ibid.*
- Libris mercatorum**, ac camporum pluribus in provinciis plena fides etiam pro eisdem datur. *ibid.* n. 42
- Limitatum.*
- Limitata causa** limitatum producit effectum. 25. n. 3
- Litis.*
- Lis pendere** dicitur post legitimam citationem. 60. n. 17
- Liti pro suo interesse** assistens allegat, & probat quæ principalis omiserat. 89. nu. 5. Utrum possit, præterito termino probatoria quoad principalem, testes producere? 89. n. 6
- Liti inter alios pendenti** nemo assistere permittitur, nisi sua interesse probaverit. *ibid.* n. 7.
- Litis eventus** dubius. 92. n. 35
- Litis celeriter** oportet extinguere. 101. n. 20
- Litteræ.*
- Litteræ**, vulgò *Provision ordinaria*, expediri solent in Hispaniæ Cancellariis ad observantiam privilegii legis unicæ, *C. quand. Imperat. int.* tam pro viduis, quam pro cæteris privilegiatis. 56. & seq. n. 29
- Litteræ incitativæ** ad iudices inferiores in supremo Castellæ Consilio non facillè conceduntur. 65. n. 21
- Litigans, & Litigiosum.*
- Litigantibus** æqualiter debet patrocinium exhiberi. 50. n. 24
- Litigiosa** quando officiat res per liti contestationem, vel per solam citationem. 100. num. 19
- Litigiosa an fiat res obligata**, pendente actione hypothecaria. 103. n. 40
- Litigiosæ rei alienatio** est nulla, tamen si transeat in eum, qui litem ignorat. *ibid.* n. 41
- Litigiosam rem alienans**, & scienter recipiens puniuntur. *ibid.* n. 42
- Litigiosæ rei venditio** tenet, si conferatur in tempus liti finitæ. *ibid.* n. 42
- Litigiosa res** nequit hypothecæ submitti, aut ad longum tempus locari. *ibid.*
- Litigiosæ rei venditore superato**, agitur adversus emptorem executivè, & si clericus sit emptor, causa remittitur ad Ecclesiasticum, ut exequatur. *ibid.* n. 43
- Et si res litigiosa non sit**, tamen si iudicio super illa pendente alienetur, sententia exequitur contra possessorem liti conscium: contra ignarum revocatoria agitur. *ibid.*
- Liuvæ Reges.*
- Liuva I. Gothorum Rex**, cum fratre Leovigildo Principatum partitur. 5. n. 21
- Livia II. Gothorum Rex**, proditorio gladio occubuit. 6. n. 25
- Loca pia** apud nos habent causam Curiz. 55. num. 15
- Locator.*
- Locator domus**, quam ex justa causa inquilinus deseruit, non cogitur, impedimento cessante, eandem inquilino ad habitandum tradere, ut locationis tempus impleatur, si res integra non sit. 184. n. 29
- Vide verbo *Conductor.*
- Ludus.*
- Ludi varii**, quibus Romani utebantur, remissivè. 18. n. 121
- M.**
- Magistratus.*
- M**agistratum creatio in Hispania ad Regem spectat, ita ut nullus eos constituere

& Verborum.

- tuere valeat, nisi ex regia concessione. pag. 38. num. 12
- Quos Magistratus populi in Hispania eligere possunt. ibid.
- Magistratus sibi populi præponere interim possunt, si Rex eos constituere neglexerit. ibid. num. 13
- Magistratus constituti per Dominos inferiores in propriis oppidis, utrum illorum obitu cessent in usu suæ jurisdictionis? 39. num. 17
- De Magistratibus, per quos in Hispania populi gubernari solent. ibid. n. 19
- Magistratibus unde salaria solvenda. ibid. n. 21. & seqq.
- Magistratus sua jurisdictione uti possunt, etsi successores sibi electos agnoscant, donec isti possessionem muneris adipiscantur. 39. num. 17
- Majoratus.*
- Ad Majoratum vocatus potest assistere liti cum possessore pendenti, etiamsi hic contradiceret. 92. n. 32
- Majoratus vacantis possessio civilis, & naturalis jure nostro regio absque apprehensione transit in legitimum successorem. III. n. 21
- In Majoratu succedit proximus ultimo possessori, etsi alius proximior fundatori concurrat. 223. n. 4
- In Majoratus successione an nepos patruo præferatur? 226. n. 38. & seqq.
- In Majoratus successione nepos quo jure patruum excludat. ibid. n. 42
- Majoratus lineam ingressus nequit transire ad aliam, nisi illa extinguatur. 227. & seq. num. 34
- Majoratus, de cujus conditionibus non constat, juxta leges, ac consuetudinem institutus præsumitur. 228. n. 58
- Defertur mortuo legitimo possessore, etsi bona ad illum pertinentia ab alio detineantur injustè. ibid. n. 60
- Si institutor majoratus vocaverit filium primogenitum superflitem, utrum nepos patruum excludat. 229. n. 80
- Malitia.*
- Malitiis obviam ire oportet. 33. n. 25
- Mandatarius, & Mandatum.*
- Mandatarius quicquid egerit, etiam ignorans post mortem mandantis non valet, modò neque ipsi neque aliis ex nullitate præjudicium subsequatur. 77. n. 8
- Mandatum ex causa necessaria morte mandantis non expirat. ibid. nu. 4. Contrarium defenditur. ibid. num. 5
- Mandato extincto per mortem mandantis, quæ postea inscius gesserit mandatarius regulariter sustinetur. ibid. n. 6. & 7
- Mandatum si morte, vel revocatione finiatur, actus per procuratorem perfecti valent, excepta Domini translatione, propter ignorantiam, & bonam fidem. ibid. n. 9
- Maritus.*
- Maritus solvit premium integrum rerum dotialium, quas æstimatas suscepit, etsi per usum uxoris pereant, aut deteriores fiant. 174. num. 34
- Maritus non præstat aliquid ob extinctionem, aut deteriorationem dotialium rerum, quas inæstimatas accepit, quamquam per usum
- D. de Faria Covar. Enucl.
- ipius damnum contigerit. ibid. Quid apud nos de consuetudine servetur. ibid. n. 35
- Mauregatus Rex.*
- Mauregatus Rex, vulgò quæsitus, desertum folium incruenter ulurpat. 8. n. 49
- Mensio.*
- Mensio rei venditæ quando ob falsitatem repeti possit. 35. n. 34
- Mercator.*
- In Mercatorum causis, quæ apud Tribunal Consulatatus tractari debent, non est locus casibus Curia. 57. n. 33
- Meretrix.*
- Meretricibus an competat privilegium legis unicæ, C. quand. Imp. int. pup. 54. n. 10
- Metropolitanus.*
- Metropolitanus nequit jurisdictionem inter subditos Suffraganei etiam de partium consensu exercere, nisi per appellationem, aut in causis jure permissis. 64. n. 14
- Ampliatur, licet detur negligentia Suffraganei. ibid. n. 15
- Metropolitanus per querelam admittere non potest dioecesanos Suffraganei, de cujus sententiæ nullitate principaliter cognoscere prohibetur. ibid. n. 17
- Miles.*
- Militibus ex ignominiosa causa dimissis non licet Principis Curiam adire. 121. n. 1
- Milites utrum habeant privilegium pascendi proprios equos in publicis pascuis? 218. numero 17
- Minimum.*
- De Minimis cura non habetur. 33. n. 26
- Minor.*
- Minor qui habet casum Curia, si litem coram inferiore contestetur, an restituatur, ut causam ad Regium Prætorium deferat? 57. n. 42
- Minor, aut alius similiter privilegiatus, si pro suo interesse alienæ liti assistat, poterit impetrata restitutione, post publicatas attestaciones testes producere. 100. n. 14. Intra quod tempus restitutio sit petenda. ibid. n. 15
- Minori an concedatur restitutio adversus tres sententias conformes. 101. n. 21
- Minor restituitur venditor adversus lapsum fatalium à sententia in emptorem pronunciata. ibid. n. 23
- Restituitur in judicio tenutz, & aliis possessoris. 110. n. 13
- Etiam in criminalibus, si de interesse egerit, non de vindicta. 163. n. 43
- Minor non restituitur ad objiciendos defectus contra electum. ibid. n. 44
- An restituatur ad retractum cum tempus lege præfinitum præterit? 164. n. 45
- Quid adversum omisam exceptionem dilatoriam. ibid. & seq. n. 46
- Minor utrum restituatur ad recusandos judices regii Prætorii juxta legem regiam. ibid. n. 42. & 164. n. 47

Index Rerum ,

Miserabilis persona.

- Miserabilis persona causas suas in prima instantia potest ad Curiam trahere , etli adversarius ex potentioribus non sit.** 48. n. 3
- Potest ob negligentiam sæcularis judicis ad Tribunal Ecclesiasticum recurrere adversus laicum.** ibid. n. 6
- Utrum miserabilibus agentibus electio competat , ut Ecclesiasticum judicem , vel laicum adeant contra sæculares ?** ibid. & seq. n. 8
- An valetudinarii etiam divites , tanquam miserabiles habeant casum Curia?** 49. n. 13
- Miserabilis quis sit , ut gaudeat privilegio , judicis arbitrio relinquatur.** 50. n. 20
- Fallit si lege quis miserabilis sit declaratus.** 69 num. 21
- Miserabilis censetur , si fortunæ injuria ob opulentia , ac felici statu cecidit , licet omnino egenus non sit.** ibid.
- Miserabiles personæ extra proprium domicilium à nullo privilegiato possunt conveniri , nisi in privilegio expressim derogetur constitutioni legis unicæ. C. quand. Imperat. int. pupill. 54. & seqq. n. 12**

Monasterium.

- Monasterium Carthusianorum del Paular quando constructum.** 13. n. 84

Mulier.

- Mulier viro inutili nupta , quoad omnia privilegia pro vidua habetur , ac viduæ appellatione comprehenditur.** 54. n. 11
- Mulieris interest , dotem tradi æstimatam , ut maritus periculum sustineat.** 170. n. 2
- Mulier minor an possit absque decreto mobilia viro suo in dotem dare.** 176. num. 52. & seq.

N.

Neapolis.

- N** **Neapolis regnum unitur Monarchiæ Hispaniæ.** 14. n. 88

Nemo.

- Nemo dat quod non habet.** 15. n. 92
- Nemo alterius odio gravari debet.** 102. n. 34
- Nemo sibi legem imponit , à qua ipse recedere non valeat.** 132. n. 4
- Nemo alii cedere præsumitur quod sibi desiderat.** 172. n. 17

Nobilis , & Nobilitas.

- Nobilis sanguine in Hispania non contribuit cum ignobilibus , etsi vilissimum officium exerceat.** 123. n. 33
- Nobilitatis honores amittit , qui vili officio operam dat.** ibid.
- De Nobilitate sua litigantes interim plebeciorum tributa persolvunt , exceptis in dignitate constitutis.** 218. n. 19

Nomen.

- Nominis divini invocatio apud nos in Hispania præmittitur in privilegiis.** 126. n. 1. Idem in testamentis de consuetudine observatur : sed si omittatur , non resultat vitium nullitatis. ibid. n. 2

Nomen Principis territorii an sit in accusatione exprimendum ? pag. 127. n. 3

Non.

Non entis nullæ sunt qualitates. 144. n. 7

Notarius.

Notarii Apostolici an possint conficere inter laicos publica instrumenta. 125. nu. 60. Quid si deficiat Tabellio. ibid. n. 61

Notariorum Ecclesiasticorum instrumenta apud nos paratam non habent executionem. ibid. num. 62

Notarii Imperiales in Hispania suo munere fungi prohibentur. 126. n. 63

Novatio.

Novatio non præsumitur , sed de ea expressè convenire opus est. 172. n. 15

Nullitas.

De Nullitate opponi non potest in eum , cujus favore est inducta. 67. n. 44

Nullitas ex defectu jurisdictionis opponi potest etiam post tempus regulariter præscriptum ad dicendum de illa. 102. n. 30

Nullitas est omnino independens ab Appellatione. 104. n. 54

De Nullitate dicere poterit , qui appellare prohibetur. ibid. & 158. n. 34

De Nullitate dum agitur , fatalia appellationis non labuntur. 105. n. 55

Nullitatis definitio. 152. n. 17

Nullitatis objectio contra sententiam , quando ejus executionem impediatur. ibid. num. 17. & seqq.

Nullitatis judicio pendente , si judex sententiam exequatur , non revocabitur ut attentata executio , nisi inhibitio præcedat. 153. num. 22.

Nullitas quando principaliter , & quando incidenter proponatur , remissivè. ibid. n. 23

Nullitate simul cum appellatione deducta , dum super illa cognoscitur , judex à quo sententiam exequi prohibetur , & an ut attentatum revocetur ante omnia quod eo tempore per inferiorem actum probatur ? ibid. n. 24

Nullitas principaliter si deducatur cum appellatione , an appellans superatus valeat de nullitate iterum agere ? ibid. n. 25

De Nullitate superiore cognoscente , utrum inferior possit suam sententiam revocare , vel reformare ? ibid.

De Nullitate principaliter , vel incidenter unà cum appellatione agens , si succubuerit , quando possit denuò de nullitate principaliter dicere. ibid. n. 27

De Nullitate incidenter dicens , cum appellat , si appellationi renuntiet , aut illam deserat , nequit in illa instantia super nullitate litigare. ibid. n. 28. Aliud juris erit si principaliter de nullitate dixerit in appellatione. 154. n. 30

Nullitatis exceptio si opponatur in Regiis Cancellariis , pendente prima , aut secunda supplicatione , in definitivam reservatur. 155. num. 4

Nullitas objecta ex defectu jurisdictionis impedit , triplicis sententiæ conformis executionem. 156. n. 11. & n. 12

Nullitatis remedium licet lege absolutè tollatur , aut ad certum tempus restrictum sit , nunquam intelligitur sublatum quod ex defectu jurisdictionis

& Verborum.

Quoniam procedit. 150. num. 13. Intra quantum temporis opponi de jure nostro possit. *ibid.* & seq. n. 14
Juramento de non dicendo de nullitate non comprehenditur illa quæ oritur ex jurisdictionis defectu. *ibid.* n. 15
De Nullitate dicere licet contra Principis sententiam. 158. n. 34
Nullitatis vitium ex defectu jurisdictionis nullo purgatur tempore. 196. n. 9

Nullum.

Nullum quod est, nullum producit effectum, nec confirmari potest. 144. n. 7

Nuntius Apostolicus.

Nuntii Sedis Apostolicæ in Hispaniis sua jurisdictione uti non possunt, antequam rescriptum delegationis cum facultatibus concessis in supremo Castellæ Consilio exhibeant, quæ cum oportet restringi solent. 206. n. 26

O.

Obligatio.

Obligatio fidejussoria strictè accipi debet. 234. num. 34
Obligatio dandi cum voluerit promissor, valet, ac fortietur effectum, si ipse declaret se dare velle: alioqui si decedat sine voluntatis expressione, evanescit promissio. 235. n. 46

Odiosum.

Odiosa restringi debent. 102. n. 35
 Odiosum est facultatem defensionis coarctare. *ibid.*

Officium.

Officii ratione quisque subjicitur foro, à quo aliàs omninò est exemptus. 37. n. 8
 Officii vilitas ex consuetudine regionis, aut Reipublicæ æstimatur. 123. n. 33

Ordo Militaris.

Ordo militaris B. Jacobi in Hispania quando institutus. 9. n. 52. & 11. n. 73
 Ordinis militaris de Calatrava institutio. *ibid.* num. 72
 Ordinis militaris de Alcantara origo. *ibid.* n. 75
 Ordo militaris *de la Vanda*, à quo institutus. 13. n. 81
 Ordo quidam militaris instituitur, qui extinctus est. *ibid.* n. 84

Oppidum.

Oppida Africæ expugnata. 14. n. 87

Ordonii Reges.

Ordonius I. Legionis Rex egregium, felix, & suis acceptissimus. 9. n. 53
 Ordonius II. ubi regali diademate redimitus. *ibid.* n. 16. Ab eo Ovetenses Reges Legionenses dici cœperunt. *ibid.*
 Ordonius III. Princeps optimus, superstitè patre regimini incumbere cœpit. *ibid.* n. 60

Orphanus.

Orphanus quis sit. 48. n. 10
 Orphani gaudent privilegio legis unicæ, *C. quando Imp. int. pupil. & vid.* *ibid.*
 D. de Faria Covar. Enucl.

Orphanus censetur, qui patrem impeditum atque inutilem habet. 49. n. 11
 Orphanus etiam dives juvatur privilegio legis unicæ. *C. quando Imp.* *ibid.* n. 12
 Orphanus qui veniam ætatis impetravit, non habet calum Curie. *ibid.* n. 13

Ovetum.

Ovetum urbs à quo condita. 8. n. 46

P.

Pactum.

Pacta in continenti apposita contractibus insunt, illisque formam dant: secus si ex intervallo. 172. n. 17

Pascere, & Pascua.

Pascendi jus etsi habent post collectos fructus incolæ oppidi proximi; poterunt agrorum Domini in illorum præjudicium novellare, aut olivetum plantare. 220. n. 33
 Pascendi jus cum alio commune habens in agro, si ibi sereret, aut plantaret atque per legitimum tempus fructus perciperet, præscriptione se tueri poterit contra socium. 221. n. 45
 Sed si esset civitas, cui præscriptio opponitur, restitui poterit. *ibid.* n. 46
 Pascendi jus in alieno territorio si quis obtineat privilegio, aut præscriptione, eo uti non poterit, si ob sterilitatem pastus incolis territorii non sufficiat. Aliud erit si ex conventionem tale jus sit quæsitum. 218. n. 9
 Ut jus pascendi in pascuis publicis habeat incola quis cenleatur. *ibid.* n. 10
 Pascendi jus instar incolæ an competat Magistratibus, dnm suo fungatur munere? *ibid.* n. 13.
 Et quæ aliæ personæ idem jus habeant, remittivè. *ibid.*
 Pascendi usus in pascuis communibus non acquiritur, etsi quis studii, aut negationis causa diu in oppido commoretur, nec aliis commodis fruitur, sicut nec incommodis oneratur. *ibid.* n. 14
 Pascendi jus habens in prædio, nequit ibi, Domino invito, novellare, aut arbores plantare, quamquam cedat in Domini utilitatem. 219. num. 25
 Pascua publica ita sunt propria communitatis, ut Princeps, aut inferior oppidi dominus nullum jus in illis obtineat. 217. n. 1
 Cedunt Domino territorii, si villa, vel castrum profusus desoletur. 218. n. 13
 Ex Pascuis publicis plus tribui debet Domino in proprio oppido incolæ, quam aliis, sine detrimento tamen vicinorum indigentium pastu. 217. n. 7
 In Pascuorum distributione inter incolas æqualitas servari debet: alioqui læsi agere poterunt, ut tollatur excessus. *ibid.*
 Pascua ubi sunt communia duobus oppidis jurisdictione distinctis, quando liceat uni novellare, aut agros ad culturam reducere. 220. n. 32. & 221. n. 34. & seq.
 Pascua publica ut culturæ deserviant, quæ intervenire debeant, ut ritè fiat. 320. n. 42
 In Pascuis publicis licet militibus etiam non incolis equos ad bellum paratos pascere. 218. & seq. n. 17
 Pascua publica quanto tempore præscribantur. 221. n. 49. & seq.

Index Rerum,

- An** qui sevit, aut plantavit in pascuis publicis, interesse solvendo liberetur, agro retento. *ibid.* n. 50
- Pascuorum** communium usus quomodo inter incolas distribuendus. *ibid.* n. 52
- Ex** Pascuis publicis, aut sylvis aliquid usurpans utrum peccet, & ad restitutionem teneatur? *ibid.* n. 53
- Pastus** communis usum pro publica utilitate potest Respublica intra certum locum, vel tempus prohibere, modò incolis pro necessitate sufficiens relinquatur. 217. n. 8
- Patria.*
- In** Patria sua repertus quilibet pro delictis alibi commissis potest accusari. 44. n. 7
- Patronatus, & Patronus.*
- Patronatus** in dubio an Ecclesiasticus, vel laicalis praesumatur? 210. n. 15
- Patronatus** qualis censeatur, si clericus beneficiarius habens bona patrimonialia Ecclesiam construxerit. *ibid.* n. 16
- Patronatum** laicorum clericus habere potest. *ibid.* n. 17
- Patronatus** Ecclesiasticus erit, si ex bonis Ecclesiasticis construatur Ecclesia, aut Beneficium instituat etiam per laicum. *ibid.* n. 18
- Patronatus** laicorum converti potest in Ecclesiasticum, ac è contra. 211. n. 28
- Patronatus** laicorum etsi transeat in Ecclesiam, aliquando non fit Ecclesiasticus. *ibid.* n. 29
- Patronatus** mixtus potitur favorabilibus Ecclesiastici, atque laicalis. 212. n. 30
- An** clericus praesentatus eo casu subijciatur examini, si Beneficium curam habet animarum? remissivè. *ibid.*
- Patronatus** Ecclesiasticus est, qui ad duos clericos ratione dignitatis, vel officii, & ad unum laicum spectat: quod verum in favorabilibus. *ibid.* 211. n. 32. Quid si ad collegium clericorum, ac saecularium pertineat? *ibid.*
- In** Patronatu mixto si convenerit inter patronos, ut alternatim praesentent, pro vice clerici Ecclesiasticus, pro vice saecularis laicalis patronatus habebitur. *ibid.* n. 34. Nec ad eam conventionem superioris autoritas desideratur. *ibid.*
- Patronatus** Regius privilegio, aut praescriptione quaesitus eisdem gaudet privilegiis, ac si ex fundatione, vel dotatione procederet. *ibid.* & seq. n. 40
- Idem** est in Hispania de omni laicorum patronatu, quapropter Bullae expeditae in ejus praedicti retinentur. 213. n. 41
- Quod** ampliatur. *ibid.* n. 42
- Patronatus** in dubio potius ex fundatione, quam privilegio, aut praescriptione acquisitus praesumitur. *ibid.*
- Patronatus** ad confraternitates laicorum attinens, laicalis reputatur, cui in Hispania derogari non permittitur. 214. n. 51
- Patronatus** Beneficia resignari non possunt absque assensu patroni. *ibid.* n. 57. Sic invalide resignans regredi permittitur ad Beneficium resignatum. *ibid.* n. 58
- In** Patronatus Beneficiis valet Pontifex reservare pensionem sine assensu patroni. 215. n. 61
- Absque** Patroni consensu nec in Curia fieri potest Beneficii permutatio. 214. n. 52
- Patroni** assensus an requiratur, ut Rector Ecclesiae Vicarium perpetuum, vel pro tempore vitae suae constituat. pag. 215. n. 36. & 64
- Patroni** assensus praerequiritur, ut coadjutor Beneficiario dari possit: quod limitatur. *ibid.* num. 65
- Non** desideratur, ut Praelatus constituat clericum, qui administret, quoties lis pendet, vel Beneficium vacat, donec conferatur. *ibid.* n. 66. Quid de inferioribus, qui Ecclesiae deserviunt. *ibid.*
- Patroni** jus laeditur, cum Beneficii fructus per pensionem diminutionem patiuntur. *ibid.* numero 67
- Patroni** consensus utrum exigatur in Ecclesiarum; seu Beneficiorum unione. 216. n. 75. & seq.
- Non** est opus, ut electus in Episcopum ex dispensatione Ecclesiastica Beneficia retineat. *ibid.* Vide verbo *Juspatronatus.*
- Pauper, & Paupertas.*
- Pauperibus** an detur electio ut coram Ecclesiastico, vel laico iudice alios conveniant? 48. num. 8
- Pauperes** habent casum Curiae. 49. n. 14
- Paupertatis** qualis probatio sufficiat, ut eo privilegio potiantur. *ibid.* n. 15
- Pauper** sua culpa effectus, an gaudeat illo, & aliis privilegiis paupertatis. *ibid.* n. 16
- Pauper** quis censeatur, ut paupertatis obtineat, privilegia. *ibid.* n. 18
- A** Paupere litigante si quid tabellio, & alii ministri acceperint, aut munus suum pro illo exercere gratis renuerint, an peccent, atque ad restitutionem teneantur? 51. n. 26
- Pauperi** colliganti, & adversario an dives alimenta exhibere cogatur? *ibid.* n. 27
- Quod** limitatur. *ibid.* n. 28
- Pauperum** causae licet tempore posteriores, prius per iudices debent expediri. 54. n. 17
- Paupertas** duobus saltem testibus regulariter est probanda. 51. n. 35
- Pejerare.*
- Pejerandi** occasio delinquentibus exhibenda non est. 194. n. 24
- Pelagius Rex.*
- Pelagius** Hispaniae Rex, miranda in hostes pertravit facinora. 8. n. 43
- Pensio.*
- Pensio** propter sterilitatem colono remittitur. 181. n. 1
- An** pensio augeatur ob insolitam fructuum copiam? *ibid.* n. 2
- Pensio** in Hispania reservari non potest ex fructibus Beneficii patronatus regii, absque assensu Regis, ex quo Bullae retinentur. 215. num. 68
- Fallit** si duobus in Curia litigantibus super Beneficio regii patronatus, Pontifex uni illud conferat cum onere solvendi colliganti pensionem. *ibid.* n. 69
- Pensio** si concedatur in titulum Beneficii, opus erit assensu patroni Beneficii, ex quo illa reservatur. *ibid.* n. 70
- Pensio** non est Ecclesiasticum Beneficium, nisi in titulum Beneficii tribuatur. 215. & seq. n. 71. & 72
- Pensionem** quae Beneficia non admittant in Hispania, & in occidentalibus Indiis. 216. num. 73
- Peri-*

& Verborum.

Periculosum, & periculum.

- Periculosum est coram suspecto iudice litigare. pag. 159. n. 2
 Periculum ad quemquam pertinere dicitur, cum damnum in re contingens, nulla ejus culpa interveniente sustinet. 172. n. 13
 Periculum rei venditæ ad quem spectat. *ibid.* n. 13. & 173. n. 21

Permutatio.

- Permutatio Beneficii facta autoritate Pontificis, patrono non consentiente, sustinetur: sed in Hispania non sortietur effectum quoad patronatum laicorum. 214. n. 53
 Permutatio non valet, spreto patrono, sed si intra legitimum tempus non reclamet, subsistit. *ibid.* n. 54
 In Permutatione opus non est patroni præsentatione. *ibid.*
 Permutationis causa si quis Beneficium dereliquerit, si contractus declaretur irritus ex defectu consensus patroni, Beneficiarius non restituetur ad Beneficium, quod permutabat. *ibid.* n. 55
 Quod limitatur. *ibid.*
 Permutatio prohibetur Præbendarum, quæ per electionem, & concursum obtinentur, & quid in novo orbe servetur. *ibid.* n. 56

Petitio hæreditatis.

- Petitio hæreditatis definitur. 84. n. 1
 Est iudicium universale. *ibid.* n. 2. & 3
 Petitione hæreditatis etiam res singulæ exiguntur. *ibid.* n. 3
 Est actio in rem, & quare mixta vocetur. *ibid.* num. 4
 Ad Petitionem hæreditatis qua forma libellus concipiatur. *ibid.* n. 5
 In hoc iudicio sententia generaliter prolata sustinetur. *ibid.*
 Petitio hæreditatis contra quos competat. *ibid.*
 Limitatur. 85. n. 12
 Datur contra hæredem illius, qui pro hærede, aut possessore possidebat. *ibid.* n. 7
 Non competit adversus debitorem defuncti negantem, quod actor sit hæres. 48. n. 8
 Agenti petitione hæreditatis, quæ probare incumbat. 85. n. 9
 Petitio hæreditatis an cum rei vindicatione possit cumulari? *ibid.* n. 10
 Petitio hæreditatis non perit, nisi post lapsum triginta annorum. *ibid.* n. 11. & 12
 Petitione hæreditatis non convenitur, qui non possidet. *ibid.* n. 13
 An conveniatur possidens titulo acquisito post mortem Domini hæreditatis. *ibid.* n. 15. 16. & 86. n. 24
 Petitione hæreditatis convenitur qui sciens emit ab illo, qui actione ista pro re vendita tenebatur. 85. n. 17
 An petitione hæreditatis conveniri possit emptor hæreditatis? 87. n. 26. & 32
 Utrum hac actione conveniri possit, qui bona fide à furioso emit? 86. n. 20. & seqq.
 Petitione hæreditatis tenetur possidens titulo, quem lite coepta obtinuit. 87. n. 25
 Petitione hæreditatis si res singularis petatur, an possit iudex generaliter reum damnare, ut quicquid ex hæreditate retinet, actori reddat? *ibid.* n. 27

- Hæc actio non datur pro rebus, quarum possessionem semel hæres apprehendit, etsi postea ipsam amiserit. *ibid.* n. 28
 Solum competit pro portione hæreditaria, quamvis minima res sit, quæ petitur. *ibid.* n. 29
 Petitio hæreditatis competit fideicommissario universali etiam contra hæredem, & filio instituto in legitima. *ibid.* n. 30
 Petitione hæreditatis tenetur, qui dolo desit possidere, & qui nihil possidens, se hæredem dicit, & actorem talem esse negat. *ibid.* num. 31

Petrus Rex.

- Petrus Crudelis Rex Hispaniæ, cum fratre lutando sic peremptus est. 13. n. 82

Placentia.

- Placentia urbs à quo condita. 11. n. 74

Plebeius.

- Plebeii possunt esse Domini vassallorum cum jurisdictione; sed non ideò eximuntur à contribuendo cum ignobilibus. 218. n. 18

Pignus.

- Pignus in re aliena non valet subsistere. 93. numero 40
 Unde dictum, & quid propriè illo verbo contineatur. *ibid.* n. 46
 Inter Pignus, & hypothecam distinctio assignatur. *ibid.*

Pana.

- Pœnæ quomodo dividendæ inter Dominos, qui inæquales partes in jurisdictione habent. 238. num. 7

Pœnitens, & Pœnitentia.

- Pœnitentes publicè, aut solemniter inter personas numerantur. 202. n. 19
 Utrum possint laicos coram Ecclesiastico iudice convenire? *ibid.*
 Pœnitentiam publicam, aut solemnem agentes, fori privilegio non gaudent. *ibid.* num. 12. & seq.
 De Pœnitentiæ solemnibus, ac publicæ forma, ac differentiis, remissivè. *ibid.* n. 14
 Pœnitentiam solemnem qui egit, irregularis efficitur: non qui publicam. *ibid.*
 Pœnitentiam sustinens ex sententia Tribunalis Sanctæ Inquisitionis, si crimen admiserit ad forum sæculare spectans, per Magistratum laicum est puniendus. *ibid.* n. 16

Pontifex.

- Pontifex omnes causas Ecclesiasticas pendentes potest ab inferioribus avocare. 63. n. 5
 Potest spiritualement jurisdictionem laicis etiam feminis delegare, nisi sacer Ordo requiratur. 187. n. 10
 Possit abrogare censuram Canonis. Si quis suadente. *ibid.* n. 12
 Pontifex quid possit circa jus divinum. *ibid.* num. 15
 Ad Pontificem spectat declarare, quæ personæ gaudent exemptione clericorum, quamvis sit de jure divino. 188. n. 24
 Pontifici licet omnia Beneficia patronatus liberè conferre absque assensu patroni. 208. num. 2

Index Rerum,

Pontifex nisi ex causa non solet juripatronatus laicorum derogare, & quæ sint justæ causæ, remissivè. 208. n. 6
Pontifex solet juripatronatus laicorum derogare, si super illo, aut Beneficio in Curia controvertatur. 213. n. 43

Populus.

Populus Romanus potestatem supremam, quæ illi erat, ad Imperatorem transfudit. 15. nu. 92. Quando translata. 17. nu. 109
Populus Principi subjectus habet, in habitu supremam jurisdictionem, ut ea utatur, quoties aliter se conservare non valeat. ibid.
Populus, deficiente legitimo Principis successore, manet liber, ut suprema potestatis, & gubernatorem sibi constituat. ibid. n. 109
Reassumit supremam potestatem Principi collatam, si hic non servet pacta, quibus est constitutus. ibid.
Populus non liberatur à potestate Principis sui propter turpitudinem ejus, aut tyrannicum gubernium, nec licet eum occidere. 17. num. 110. Habent populi casum Curia. 57. num. 39
Populus Romanus per legem Regiam an teneretur obedire Cæsari ex pacto, vel ex vi legalis præcepti? ibid. n. III
Utrum potuerit ferre leges ante electos Reges? ibid. n. 113
Populi se subjicientes Principi, nec præsumuntur, nec expressim possunt renuntiare illis, quæ ad sui conservationem necessariò desiderantur. 38. n. 13
Populi, seu Magnates regni Regii subditi, ex defectu successoris, ac ex aliis causis possunt ad electionem Principis devenire. ibid. num. 14

Possessio, Possidens, & Possessor.

Possessionis commodum est, ut actore non probante, absolvatur possessor. 94. n. 52
Quasi Possessio eligendi, conferendi, aut præsentandi per unicum acquiritur actum. 96. num. 8
Possessionis causa, etsi summaria omnis censetur, repullas testium admittit. III. n. 19
Possessionis amissio gravis præjudicii censetur. ibid.
Possessio prior ad manutentionem debet prævalere, nisi de titulo posterioris appareat. ibid. & seq.
Possessor à duobus simul rei vindicatione pro eadem re si conveniatur, quomodo judicium expediri debeat. 107. n. II. & 12
Possessor manutenendus est licet habeat contra se levem juris præsumptionem. 112. n. 27
Secus si vehementem. ibid. n. 28
Possidens regalia non manutenetur, nisi titulum exhibeat. ibid. n. 25
Sufficit titulus præsumptus, seu apparens, modò ex inspectione nullitas non deprehendatur. ibid. n. 26

Potestas.

Potestatem supremam penes unum esse, non est omninò necessarium ad Republicæ conservationem. 16. n. 97
Potestas suprema justo bello legitime acquiritur, invito populo. ibid. n. 100

Praxis.

Praxis, & consuetudo optima legum interpret. pag. 60. n. 20

Præjudiciale.

De Præjudicialibus actionibus, remissivè. 91. num. 27

Prælium.

Prælium del Clavixo omni ævo memorandum quando peractum. 9. n. 52
Prælium de las Navas, in quo memoranda de Sarracenis parta victoria. 11. n. 74
Prælium del Salado, in quo Mauris ingens insecta strages. 13. n. 81
Prælium de la Higuera quo tempore contigit. ibid. n. 86

Præscriptio.

Ad Præscriptionem non prodest probatio longæ possessionis, si de nullitate tituli ex ipsius instrumento constiterit. 22. n. 148
In Præscriptione jurisdictionis regie quæ debeant intervenire. ibid. & seq.

Præsentare, & Præsentatio.

Præsentandi jus à jure patronatus differt, & separari possunt. 211. n. 29
Præsentatus à possessore juris patronatus præfertur præsentato per verum patronum. 96. num. 9
Præsentati si dum super Beneficio litigant, unus decedat, an patronus alium subrogare possit? 213. n. 46. & 47
Præsentatus si ante institutionem moriatur, alium præsentare intra tempus legitimum Patrono permittitur. ibid. n. 46
Ex Præsentatis litigantibus si in Curia unus obierit, Pontifex alteri Beneficium potest conferre, spreto patrono etiam laico: sed utroque defuncto, non subrogabitur tertius absque assensu patroni laici. ibid. n. 48. & 50
Ex Præsentatis si unus moriatur, lite pendente, quomodo causa peragatur, & an possit patronus iterum præsentare? ibid. n. 49
Lite pendente inter patronos, si tempus legitimum ad præsentandum præterierit, licebit Prælato absque assensu patroni Beneficium conferre. ibid.

Præsumptio.

Præsumptio præsumptione tollitur, ac eliditur. 26. n. 14
Præsumptio non prævalet contra veritatem. 135. n. 31

Prætor.

Prætor mortuo, an expiret jurisdictio tenentis locum illius? 39. n. 16
De Prætorum origine, officio, ac dignitate, remissivè. ibid. n. 18
Prætores hodie in Hispania civitatibus mittuntur. 40. n. 23

Præventio.

Præventio non inducitur in criminalibus per summariam informationem ad capturam. 81. num. 38. Sed judex, qui cepit reum, prævenit. ibid.

Præmium.

& Verborum.

Pretium.

Pretium ubi constituitur in singula jugera, vel in singulas amphoras, venditio ad mensuram contracta semper intelligitur, etsi totum corpus vendatur. 33. n. 24

Primogenium.

In Primogeniis non succeditur ultimo possessori, sed primo institutori. 229. n. 65

Princeps, & Principatus.

Principem in Republica unicum esse, per quem gubernetur, natura non exigit; sed quod expediat, naturalis ratio suadet. 15. n. 94

Princeps legitimus erit ille, quem populus liber sibi elegerit. 16. n. 98

Princeps tenetur servare conditiones sub quibus eligitur. 21. n. 143

Princeps fit legitimus, qui imperium tyrannicè usurpavit, accedente deinceps subditorum consensu. 16. n. 99

Princeps nequit, quem vassallum retinet, à sua eximere suprema jurisdictione. 17. n. 105

Princeps non præsumitur quicquam disponere cum tertii jactura. 26. n. 7

Principis Beneficia latissimè interpretantur, nisi cedant in tertii præjudicium. 28. n. 21

Princeps utitur in suis contractibus jure privati. *ibid.*

Principi non licet, nisi ob causam publicam, jus subditorum lædere. 29. n. 24

Princeps non censetur concedendo augmentum territorii, jurisdictionem donatarii ampliare cum tertii detrimento. *ibid.*

Princeps tenetur omni jure vassallos protegere, & ab iniqua oppressione relevare. 37. n. 1. & 205. n. 17

Princeps supremus pro libito potest avocare causas coram suis Magistratibus pendentes, aut quæ pendere possunt. 63. n. 4

Princeps non præsumitur juri derogare, imò se conformare intelligitur juridicis dispositionibus. 66. n. 35

Principis majestatem decet reos ex aliis ad suum regnum confugientes protegere, ne ad supplicium trahan. ur. 82. n. 50

Principes aliquando ob precum vexationem deneganda concedunt. 102. n. 36

Princeps potest causam etiam gravissimi præjudicii, appellatione remota, egregiis iudicibus delegare; semper tamen ad ipsum provocare licebit. 148. n. 48

Princeps debet attendere simul ad delegatorum qualitatem, ac causæ: nec pro libito auxilium appellationis tollere fas erit. *ibid.* n. 50

Princeps peccabit abrogans absque causa legem justam: sed subditi ab observatione abrogatæ legis etiam in foro interno liberi manent. 187. num. 13

Princeps sæcularis nequit jus divinum interpretari. *ibid.* n. 15

Non potest sibi legem imponere, à qua recedere ipsi non liceat. 199. n. 34

Dispensat ut ad munera publica admittatur, qui declinatoriam contra Regiam jurisdictionem opposuit: sed opus erit expressa derogatione legis nostræ. *ibid.*

Principis rescripta non exequi ex justis causis licet inferioribus Magistratibus, per quod Majestas suprema minimè contemnitur. 207. num. 33

Principis mentem interpretatur consuetudo. 209. num. 7

Principes ex falsitate precum indulgent, quæ concedere non debent. 210. n. 19

Princeps non valet publicorum pascuorum usum impedire, aut coarctare incolis, ad quos spectat. 217. n. 2

Princeps supremus in quovis suæ ditionis oppido: ubi domum habet, fruitur pascuis communibus, licet alibi inhabitet: quod secus est in Dominis inferioribus. *ibid.* n. 6

Principatus, supremaque politica potestas inceptit ab Adamo. 18. n. 125

Privilegiatus, & Privilegium.

Privilegiatus contra pariter privilegiatum nequit causas suas in prima instantia ad Curiam deferre. 50. n. 23. & 55. n. 19

Privilegiatus in specio suo privilegio utitur adversus privilegiatum in genere. 56. n. 22

Privilegiatus ex diversa, & potentiori causa suo privilegio in privilegiatum alium gaudet. *ibid.* n. 24. idem erit, si quis duobus, & alius unico privilegio muniatur. *ibid.*

Privilegiatus agens de damno vitando, suo privilegio juvatur contra pariter privilegiatum de lucro captando contendentem. *ibid.* numero 25

Privilegiatus ex lege unica. *C. quand. Imper. int. pup.* suo utitur privilegio in criminalibus, si reus existat, secus si accuset. *ibid.* n. 32

Privilegiatus contra similiter privilegiatum non potitur Beneficio legis unicæ. *C. quand. Imper.* 57. n. 34

Privilegiatus ex dicta lege unica, si conveniatur in proprio domicilio à pariter privilegiato, nequibit ad Curiam recurrere. *ibid.* numero 36

Privilegiatus ex dicta lege unica, etsi in Curia resideat, nequit invitus apud Regia Prætoria conveniri. *ibid.* n. 37

Privilegiatus causam communem habens cum non privilegiato an eam valeat ad Curiam trahere? *ibid.* n. 43

Privilegiatus accedens ad iudicium, ut litigantem, cui de evictione tenetur, defendat, nequit causam ad Cancellariam introducere. *ibid.* n. 44

Privilegiatus succedens defuncto, qui litem fuerat contestatus, in eodem foro causam prosequi compelletur. *ibid.*

Privilegium principalis trahitur ad ejus augmentum. 25. n. 2

Fallit si Privilegium ad certos limites restrictum concedatur. *ibid.* n. 3

Privilegiorum renunciatio, quæ pauperibus, ac personis miserabilibus competunt, non valet. 50. n. 22

Privilegio legis unicæ. *C. quand. Imper.* quando locus non sit, remissivè. *ibid.* n. 23

Privilegia paria in adversariis concurrentia se invicem elidunt, & res ad jus commune reducitur. 56. n. 26

Privilegium aliquid operari debet contra, vel præter jus commune. *ibid.* n. 27

Privilegium, per quod res ad jus commune reducitur, amplissimè interpretatur. *ibid.* n. 28

Privilegiati ex lege unica. *C. quand. Imper. int. pupil.* eo Beneficio juvantur, sive agant, sive conveniantur. *ibid.* n. 30

Prin

Index Rerum,

- Privilegia extensionem non recipiunt.** pag. 59-
num. 9
Privilegium contra jus commune, ac ordinariam jurisdictionem strictè accipi debet. 79-
num. 26
Privilegium fori quibus personis, & quando competat. 186. & multis seqq. ad 195

Probatio.

- Probatio per scripturam utrum potior habeatur, quàm per testes?** 139. n. 28
Probationibus non legitimis ut plena fides adhibeatur, Princeps statuere potest. 132. nu. 4

Procurator.

- Procurator tenetur pro pauperibus gratis munus suum exercere.** 50. n. 25
A Procuratore infcio gesta post mandati revocationem valeant. 68. n. 54
Inter Procuratorem, ac Mandatarium discrimen. 107. n. 8
Procurator nobilis sanguine non contribuit cum ignobilibus. 123. n. 34
Procuratoris officium an vile reputetur? ibid.
Procurator esse prohibetur clericus adhuc in foro, & causa Ecclesiastica. ibid.
Procurator an esse possit, qui infamia notatur? 168. n. 35
Procurator nequit jurare in animam Domini absque speciali mandato. 130. n. 35

Profugus.

- Profugus non est vagabundus.** 82. n. 52

Promissio.

- Promissio dandi si voluerit debitor, nullus est effectus.** 235. n. 46

Prorex.

- Prorex non prohibetur suo munere fungi, quavis sciat se successorem habere.** 69. n. 60
Idem est de Præsidibus, & provinciarum Gubernatoribus. ibid.

Protectio Regia.

- Protectionis regis ad vim Ecclesiasticorum iudicium propulsandam defensio, remissivè.** 206. num. 22

Protocollum.

- Protocollum quid sit, & quomodo apud nos, ac exteros conficiatur.** 119. n. 6
A Protocollo si extractum originale instrumentum discordet, non huic, sed illi standum est. ibid. n. 7
Protocollum per se probat in iudicio, sed apud nos paratam executionem non meretur. 120. n. 12

Proximitas.

- Proximitas ad succedendum in fideicommissis familiaris relictis ex persona testatoris æstimatur, cum constat, ita illum voluisse.** 223. num. 3

Pupillus.

- Pupillus unde dictus.** 48. n. 9
Pupilli appellatione, qui in utero est quoad favorabilia continetur. ibid.
Si ventris nomine agatur, in prima instantia Curiam adire licet. ibid.
Pupillus nequit inavitus conveniri à privilegiato

Principis rescripto, nisi in eo expressè derogetur legi unicæ, C. quand. Imp. int. pupil. pag. 54 & seq. n. 12

Q.

Qualitas.

- Qualitates accidentales non præsumuntur, sed probari debent.** p. 125. n. 51

Quantitas.

- Quantitas modica quanta sit, iudicis arbitrio definitur.** 55. n. 18

Quod.

- Quæ abundant, nocere non solent.** 139. numero 27

R.

Radagaisus Rex.

- Radagaisi Ostrogothorum Regis interitus.** p. 3. num. 4

Ramiri Reges.

- Ramirus I. Legionis Rex, turpe puellarum pentum Sarracenis pendere renuit.** 9. n. 52
Ramirus II. post traditum Ordonio sceptrum è vivis migrat. ibid. n. 59
Ramirus III. à se deficientes Gallecos nunquam subigere valuit. 10. n. 62

Recesunthus Rex.

- Recesunthus Gothorum Rex, ante & post parentis obitum eximium se Principem exhibuit** 7. n. 36

Rechimirus Rex.

- Rechimirus Gothorum Rex, cum parente imperio pullus.** 6. n. 31

Recusare, & Recusatio.

- Ad Recusandum iudicem ordinarium sufficit, quod pars iurejurando asseveret, illum sibi suspectum.** 160. nu. 13. Sed limitatur. ibid. num. 15
Recusari iudex potest etiam post conclusum in causa, licet antea suspicionis occasio orta sit, ubi ita est notoria, ut probatione non egeat. 162. n. 31
Quid si post conclusionem, causa antea existens in notitiam recusantis pervenit. ibid. n. 32
De Recusatione iudicum, remissivè. 159. n. 1
Quo jure inventa, definitur: est appellatione favorabilior. ibid. n. 2. & 3. In omni causa, & cuique litiganti permissa est. ibid. n. 3. Permittitur excommunicatio. ibid.
Recusationem Princeps an tollere valeat? ibid. num. 3. In dubio sublata non præsumitur. ibid.
Recusationi quando locus non sit, remissivè. ibid. n. 3
Per Recusationem legitimam omnis iudex de jure Canonico à causæ cognitione prorsus removetur. 160. n. 8
Rurfus de jure nostro regio nullus iudex excluditur, sed cum socio procedit. ibid. n. 9
In Recusationis admittendis causis quæ animadvertere oporteat. ibid. n. 11
Recu-

& Verborum.

Recusationis causa de jure Canonico semper probari debet. pag. 160. n. 14

Recusationis causæ à quinque procedunt capitibus. 161. n. 17

Recusatio de jure Canonico, ac communi ante litis contestationem, & cæteras omnes dilatorias exceptiones proponi debet. ibid. n. 19.

Quod limitatur. ibid. & seq. n. 20. & 162. num. 29

Recusatio judicis inferioris de jure regio objici potest in quovis statu causæ. ibid. num. 27. & seqq. & 163. n. 40

Recusatio admittitur post conclusum in causâ, etiam litigantibus citatis ad sententiam, cum suspicio tunc supervenit. 162. n. 30

Recusationis praxis apud nos quoad judices Cancellariorum. ibid. nu. 36. Et in foro Ecclesiastico. 164. n. 48. & seqq.

De Recusatione Assessoris. 163. n. 40

Adversus Recusationem omisam utrum restitutio minori concedatur? ibid.

Recusatus judex ordinarius de jure communi, ac regio adjunctum, ut procedat, assumere tenetur. 159. n. 4

Recusati judices, quibus in solidum non est jurisdictionio, à cognitione causæ debent omnino abstinere, de jure regio. 160. n. 10

Quoties Recusatus judex penitus removetur, causa recusationis est probanda: sed ubi cum adjuncto procedere permittitur, talis probatio non desideratur. ibid. n. 14

Recusatio etiam in aliis personis præter judices locum habet, de quibus remissivè. 161. num. 18

Referens.

Referenti non creditur, nisi constet de relato. Quid de rescripto aliud referente, aut si idem notarius referens, ac relatum confecerit instrumentum? 132. n. 5

Regalia.

Regalia, exceptis quæ à suprema potestate separari nequeunt, per privatos privilegio, consuetudine, aut præscriptione acquiruntur. 31. n. 147

Regnum.

Regnum an expediat potius per electionem, quam per successionem deferri. 19. n. 127

Regni in successionem, quod jure sanguinis deferretur, divisioni locus non est. 20. n. 137

Ad Regni successionem præfertur primogenitus ante dignitatem à patre obtentam, illis qui post eam quæsitam sunt procreati. ibid. numero 138

Regularis.

Regularis curam habens animarum, quoad officium Episcopo subicitur. 37. n. 8. & 79. num. 25

Regularis delinquens extra claustra vagans, an puniri possit per Episcopum diocæsis ubi deliquit? ibid. n. 25

Regulari prohibetur esse tabellio, procurator causarum, & arbiter. 124. n. 47

Regularis etiam post professionem perficere potest negotia, quæ gerebat ut procurator, & instrumenta de quibus fuerat rogatus ut tabellio. ibid. n. 48

Regularis à sententia Prælati an queat appellare? 148. n. 51

Religio.

Pro Religione summa ratio facit. pag. 55. n. 15

Religionem ingrediens fraudulenter per delictum, ut se à sæculari eximat jurisdictione, fori privilegio non gaudet. 193. n. 14

Religiosæ.

Religiosæ potiuntur privilegio legis unicæ. C. quand. Imper. int. pup. 54. n. 9

Remissio.

Remissioni debitoris in contractibus regulariter locus non est, quod limitatur. 73. n. 27. & seq. An remittatur debitor ad locum contractus? ibid. n. 26. & 28. Quid de illo qui rationes reddere tenetur? ibid. n. 27

Remissio debitorum, exceptis fugitivis, in usu non est. 75. n. 48

Remissio non fit ex levibus delictis, vel ex quasi. 78. n. 20. & 81. n. 41

Remissio delinquentium cessat ob nimiam regionum distantiam, vel si suspectus sit judex, qui reum petit. 78. n. 22

Ad remissionem rei judex non tenetur, nisi per litteras exhortatorias requisitus, sed ex urbanitate remittere potest. 79. n. 29

Remissio fieri debet à loco originis, vel domicilii, ad locum delicti, iudice requirente. 80. n. 31

Ad Remissionem adstrictus non est judex, postquam reum sua sententia damnaverit, etsi petatur à iudice loci delicti. 81. num. 39.

Quid si nondum protulerat sententiam? 80. num. 36

Remissionem non impedit affectata præventio. 81. n. 37

Remissionem non excludit præventa per capturam jurisdictionio. ibid. n. 38

Remissio cessat ubi civiliter tantum de criminibus agitur. ibid. n. 41

Remissio furis si petatur, fieri debet ad locum ubi furripuit, etsi cum re furtiva alibi capiatur. 82. n. 44

Remissio non datur de uno regno ad aliud, cum uni Principi utrumque non subicitur, nisi ita convenerit inter Reges: & tunc Magistratum antequam remittat, consulere superiorem oportet. ibid. n. 46

Remissio quando sit concedenda inter Magistratus diversorum regnorum, quæ unum Regem agnoscunt. ibid. n. 47

Remissio nunquam fit à Curia ad Magistratum extra illam residentem. ibid. n. 45

Remissio inter judices Ecclesiasticos fieri debet absque distinctione regnorum, vel provinciarum. ibid. 47

Remissio de uno Regno ad aliud diversi domicilii ex urbanitate fieri solet, sed non nisi per Principem, aut vicem ejus gerentem. ibid. num. 48

Remissionis necessitas inter Magistratus ejusdem regni an consuetudine possit tolli? ibid. n. 31

Remissio vagabundi de uno regno ad alterum non datur. ibid. n. 52

Ad Remissionem utrum teneatur superior per inferiorem requisitus: & an habeat cognitionem de causæ justificatione, ad litteras expediendas? 83. n. 54

Remissio pensionis non conceditur colono ob jacturam fructuum, nisi hæc ex insolita calamitate proveniat. 183. n. 16.

Index Rerum,

- Nec si culpa coloni iacturæ, seu calamitati tribuit occasionem.** ibid. n. 17
- Ad Remissionem mercedis pro rata de jure communi quomodo computatio adhibenda.** ibid. num. 18
- De Remissione pensionis sterilitatis causâ qui fusè egerunt.** pag. 184. n. 25
- Remissio delinquentis ad Ecclesiasticum ejus expensis, & absque nota ignominie fieri debet.** 190. n. 25. & seq.
- Renuncians, & Renunciatio.**
- Renuncians generaliter suis privilegiis, non videtur renunciare quod sibi de jure communi competit.** 73. n. 33
- Fallit in renunciatione, quam facit contrahens in loco contractus.** ibid.
- Renunciatio juris proprii non præsumitur.** 236. num. 52
- Repræsentatio.**
- Repræsentatio an detur in contractibus, & retractu.** 224. n. 18
- De Repræsentatione circa hominis dispositionem quando agitur, imprimis voluntas disponentis inquirenda, quæ ex conjecturis dignosci solet.** ibid. & seq. n. 21
- Repræsentatio ex quibus præsumptionibus excludatur in fideicommissis familiæ relictis.** 225. n. 22. & seq.
- Repræsentatio quoad descendentes usque in infinitum procedit.** ibid. n. 31
- Repræsentationis jure an gaudeant legitimi ex gratia Principis, adoptivi, vel naturales tantum? remissivè.** 226. n. 33
- Repræsentatio in ascendentibus nulla est.** ibid. num. 34
- De Repræsentatione in primogeniis Hispaniæ fusè discutitur.** 227. n. 47. & seqq.
- Repræsentatio admittitur inter transversales in primogeniis Hispaniæ.** 229. n. 64. & seq.
- Repræsentatio in majoratibus Hispaniæ nunquam excluditur, nisi cautum expressè reperiat.** ibid. n. 72. & seq.
- Repræsentatio in primogeniis olim apud nos pluribus ex conjecturis rejiciebatur.** ibid. numero 75
- Repræsentatio admittitur in feudis & successio-nibus aliis.** 230. n. 81. & seqq.
- Per Repræsentationem succeditur apud nos in feudo, emphyteusi, jure patronatus, & aliis omnibus, quæ ita jure patronatus deferuntur, ut ad unum sine divisione perveniant.** ibid. n. 89
- Per Repræsentationem successor legitimus admittitur ad bona, quæ ex Regis beneficio jure primogenii conferuntur.** ibid. n. 90
- Requisitoria Litteræ.**
- Requisitoria litteræ qua forma debeant expediri.** 81. n. 54
- Res.**
- Res eadem diverso jure cenferi non debet.** 25 num. 1
- Res quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, etiam ad corpus vendi solent.** 29. n. 1
- Quando venditio ad corpus celebrata præsumatur.** ibid. n. 3. & seqq.
- Rei suæ qualitates, vires, ac merita scire quisque creditur.** 33. n. 25
- Res magis infiguntur mortalium mentibus per visum, quàm per auditum.** pag. 78. n. 17
- Res inter alios acta, aliis neque prodest, neque nocet, generat tamen aliquam præsumptionem pro tertio, & contra tertium.** 89. & seq. n. 12. 14. & 15
- Res inter alios acta solet præjudicium tertio operari, & quando.** 90. n. 18
- Res judicata ut aliis non litigantibus nocere valeat, causa bona fide, ac accuratè à litigatore superato defendi debet.** 91. n. 25
- Res inter alios acta, ut aliis officiat, quæ concurrere opus sit.** ibid. n. 29
- Res hypothecæ subjecta si vendatur, pendente lite ex hypothecaria actione, creditor vincens agit directè contra emptorem, non excussis debitoris bonis.** 103. n. 40
- Res inter alios acta nocere solet tertio citato, cui absque citatione non noceret.** 105. numero 1
- Res judicata propriè dicitur sententia, à qua appellare, aut supplicare non licet.** 145. num. 20
- Res quævis Domino suo perit, etsi nulla ipsius culpa interveniat.** 172. n. 13
- Res mobiles pretiosæ minorum æquiparantur immobilibus quoad solemnitatem alienationis.** 176. n. 54
- Rescriptum.**
- Rescriptum ad litem ab excommunicato impetratum, est nullum, 157. n. 19. Cum decreto irritante quid operetur.** 67. n. 45
- Rescripti ejus virtute si delegatus procedat, sententia non valet, nec numerabitur in tribus conformibus, ut locus sit dispositioni Clementinæ, 1. de re judic.** ibid. & seqq.
- Resignatio.**
- Resignatio Beneficii si non subsistat ex defectu assensus patroni, resignans ad illud regredi non prohibetur.** 214. n. 58
- Resignatio Beneficiorum in Ecclesiis Indiarum permessa non est.** ibid. n. 60
- Respublica.**
- Respublica quid sit.** 16. n. 103
- Respublica libera non valet civem à sua suprema eximere potestate.** ibid. n. 105
- Reipublicæ gubernatio triplex, quæ præstantior, & quæ deterior.** 19. n. 128
- Respublica prohibere non valet, ne cives novellent, aut oliveta plantent in agris suis, ubi serere consueverant.** 219. n. 26
- Restitutio.**
- Restitutio minoribus semper concedenda, nisi jure expressim denegetur.** 163. n. 43
- Retentio.**
- Retentio faciliùs conceditur quàm persequutio.** 180. n. 18
- Revocare.**
- Revocandi domum privilegium competit Legatis, & aliis residentibus in Curia ex causa necessaria, aut justa & probabili.** 44. n. 8. & seq.
- Reus.**

& Verborum.

Reus.

- Reum** ibi puniri oportet, ubi deliquit, ut supplicii repræsentatione Reipublicæ per crimen læsæ satisfiat. pag. 78. n. 17
- Reus** ad locum admitti criminis remittendus. ibid. n. 19
- Reus** si deliquerit, ubi captus est, & in alio territorio, prius coerceri debet à iudice, qui prævenit, quam remittatur. ibid. n. 21
- Reus** privilegiatus quoad forum an puniri possit per iudicem ordinarium loci, ubi deliquit? 109. n. 23
- Reus** propter delictum non subicitur Magistratui loci extraneæ jurisdictionis, à qua ex privilegio immunis est. ibid. n. 24
- Reus** legitimè absolutus, an sit ad locum delicti remittendus, si petatur? 80. num. 32
- Reus** pro eodem crimine nequit iterum molestari, nisi absolvatur ab instantia. ibid.
- Reo** ignoscendum, qui deliquit provocatus. ibid. num. 34
- Reus** qui alibi deliquit, an possit puniri à iudice loci, ubi diu commoratur? ibid. numero 35
- Reus** accusari potest pro delicto alibi patrato, ubi majorem bonorum partem habet. ibid.
- Reus** accusatus, ubi forum non sortitur, si respondeat, amplius declinatoria uti non valet. ibid.
- Reus** confugiens ad Regnum extraneum, utrum possit ibi puniri? 82. n. 53
- Reus** cujus expensis remittendus. ibid. numero 55
- Cum Reo** acta adversus eum mittenda, quibus iudex causæ stare non tenetur. 83. numero 56
- Reus** hæresis ubilibet repertus jure punitur, et si eo loci nihil admiserit in Fidem. ibid. n. 57
- Reus** definitivè debet absolvi, quoties actor intra terminum assignatum non probaverit intentionem. 91. n. 29

Rex.

- Rex** Pelagius immediatè à Deo supremam potestatem sibi, ac successoribus accepit. 20. num. 134. & seqq. Quæ illis est absoluta. 21. n. 143
- Reges** Hispaniæ trium Ordinum Militarium administratores constituti. 14. & seq. nu. 87
- Reges** Romanorum legibus soluti non erant ante ejectionem. 18. n. 116
- Reges** Hispaniæ à Pelagio succedunt jure sanguinis, & quomodo tempore Gothorum. 19. n. 126. & 20. n. 135. & seq.
- Regibus** à Deo quomodo collata potestas. 19. n. 131. & seq.
- Regis** filius si incapacitate laboret, quid fieri debeat. 21. num. 139. Quid si duo primogeniti simul nascantur, & lateat quis prior editus. ibid. n. 140
- Rex** compellere potest utentes jurisdictione intra regnum, ut titulum exhibeant, alioqui eam exercere prohibentur. ibid. n. 144
- Rex** an cognoscat in prima instantia de causis emergentibus in territorio Domini inferioris? ibid. n. 145
- Rex** valet subditis jurisdictionem cum mero, ac mixto imperio concedere, nec non regalia, exceptio quod non liceat ab eis ad Regem recurrere, seu provocare. 22. n. 152
- D. de Faria Covar. Enucl.*

- Rex** concedens simpliciter oppidum nulli civitati subiectum, penes quod est jurisdictio, intelligitur eam donatario conferre. ibid. nu. 153. Ampliatur. 24. nu. 163. At in Hispaniæ non censetur aliqua jurisdictio tacitè concessa. 23. nu. 154. Quid de Domino inferiore ita alienante. 23. n. 155
- Rex** concedens absolutè castrum alicui civitati subditum, nullam tribuit jurisdictionem donatario. ibid. n. 156
- Rex** donans castrum civitati adhærens, cum jurisdictione, an intelligatur merum, ac mixtum imperium concedere. ibid. nu. 157. & seqq.
- Rex** concedens castrum liberum à subiectione civitatis, cum jurisdictione, merum imperium & mixtum tribuere censetur. ibid. nu. 160. Quæ, & omnia præmissa in alienatione ex causa onerosa procedunt. 24. n. 162
- Rege** concedente oppidum cum jurisdictione, utrum adjacens mare contineatur? ibid. num. 163
- Rex** Magistratui jurisdictionem conferens, an merum & mixtum imperium tribuere censetur? ibid. n. 164
- Rex** nequit talem jurisdictionem subdito concedere, ut ab eo ad regium auxilium nullatenus liceat provocare. 37. n. 1
- Rex** ut totius jurisdictionis dominus eam ampliare, restringere, aut tollere pro arbitrio potest: non ita domini oppidorum inferiores. 40. n. 24
- Regi** nostro quoad patronatum Ecclesiarum novi orbis non currit tempus ad præsentandum, ideò nullo excluditur. 214. n. 49

Richardi Reges.

- Richardus** I. Gothorum Rex Arrianum hæresim penitus extirpat. 6. n. 24
- Richardus** II. Ob ipsius regni brevitatem à multis Historicis prætermittitur. ibid. numero 29

Rodericus Rex.

- Rodericus** Gothorum Rex corporis & animi dotibus specialibus insignitus, sed absoluta potestate multum est abusus 7. numero 41.

Roma, & Romanus.

- Roma** expugnatur ab Alarico Gothorum Rege. 3. n. 5
- Roma** quandiu Regibus subiecta, & quandiu libertate post illos expulsos potita. 17. numero 106
- Roma** quondam duplex. 44. n. 5
- Roma** patria communis olim, & forum, & curia patria communis dicta. ibid.
- Romanorum** prima cum Hispanis per foedus introductio. 2. n. 1
- Romanorum** primus exercitus quando, & sub quo Duce in Hispaniam advenit. ibid.
- Romani** quando ab Hispanis prorsus expulsi. 4. n. 12

S.

Saguntum.

- S** Agunti urbis per Carthaginenses expugnatio. 2. n. 1

Index Rerum,

Sancii Reges.

- Sancius I.** Legionis Rex, Crassus dictus, è folio pulsus ad illud redit. pag. 9. num. 61
Sancius II. proditoriè percussus è vivis migrat. 10. n. 67
Sancius III. Desideratus nuncupatus, & quare. 11. n. 72
Sancius IV. Ferox vocatus, adhuc parente vivo regia munera obiit. 12. n. 79

Saul.

- Saül utrum à Deo immediatè collata fuit suprema regni potestas? 16. n. 101
 Saulis in electione usus est Samuël fortitione, ut Dei voluntas patefieret. ibid. n. 103

Scientia.

- Scientia non præsumitur. 94. n. 53

Scriptura Privata.

- Scriptura privata quid sit. 136. & seqq. num. 1.
 Instrumenti appellatione complectitur. ibid.
 Est triplex, & quo jure inventa. 137. numero 2
 Scriptura privata per se non probat: secus publica. ibid. n. 3. Limitatur multipliciter. ibid. num. 4
 Scripturæ privatæ soli ut plena fides in iudicio adhibeatur, an lege, vel statuto constitui possit? ibid.
 Scriptura non recognita per testes, quomodo comprobetur, ut fidem faciat. ibid. num. 5. & seqq.
 Scriptura in dubio potiùs privata, quàm publica præsumitur. ibid. n. 5
 Scriptura privata etsi testibus instrumentariis agnoscat, paratam apud nos executionem non obtinet. ibid. n. 9
 Scriptura confecta ex forma legis *Scripturas, C. qui potior.* solemnis dicitur, 139. n. 21.
 Et de ejus solemnitate. ibid. n. 22
 Scriptura sigillo privati signata quam faciat probationem contra sigillantem? 141. n. 43. & seqq.
 Scriptura privata sine die subsistit: publica non tenet. 142. n. 49
 Scriptura privata non valet absque causæ expressione: publica nullam desiderat. ibid.

Secretarius.

- Secretarii Principis sunt in dignitate, ideò infamis ad munus id non admittitur. 121. num. 19

Senator, & Senatus.

- Senator Regii Prætorii recusatus jurare cogitur super recusationis causis, modò ex confessione dedecus non sustineat. 117. n. 30
 Senatus Regii Castellæ institutio. 12. num. 77
 Senatus illius iudices supremi de quibus causis cognoscant. 63. n. 1

Sententia.

- Pro Sententia præsumitur. 90. num. 14. Etiam pendente appellatione. 51. n. 33
 Sententia in alios lata aliquando aliis prodest, quibus nocere possit. 90. n. 13
 Sententia in absentem prolata censetur potius ob contumaciam, quàm ob jus bonum vincens. ibid. num. 17. Non præjudicat tertio,

- qui non litigavit, cui in præsentem pronunciata noceret, quod limitatur. ibid.
 Sententia in causa filiationis prodest, ac nocet omnibus ex linea, & cognatione litigantium, quod limitatur. ibid. n. 19
 Sententia operatur præsumptionem quoad omnes. ibid. n. 20
 Sententia in unum ex hæredibus non pariet præjudicium cohæredibus etiam litem scientibus. ibid. num. 21. Limitatur. ibid. & 97. numero 20
 Sententia lata inter alios, quoad jus publicum omnibus prodest, ac nocet. 90. num. 22
 Sententia in causa status facit jus quod omnes, 91. n. 23. & seqq.
 Sententia nulla, quæ ex Principis confirmatione subsistit, tertio non officit. ibid. numero 25
 Sententia adversus servum, aut libertum an noceat domino, vel patrono? ibid. n. 26. & 94. n. 50
 Sententia circa ætatem jus facit quoad omnes. 91. n. 30
 Sententia in majoratus possessorem omnibus vocatis parit præjudicium, vel litem ignorantibus: fallit si fraus, vel desidia possessoris in tuenda causa probetur. ibid. n. 31
 Sententia adversus hæredem, aut restituere gravatum officit legatariis, ac fideicommissariis. 92. n. 33
 Sententia in alium prolata nocet illi, qui sciens super jure suo in iudicio controverti, non prohibuit, cum posset. ibid. n. 35
 Sententia adversus debitorem super re obligata nocet creditori, è contra. ibid. n. 37. & multis seqq.
 Sententia contra subditum an superiori litis conscio præjudicet. 94. n. 50
 Sententia adversus alium an possit exequi contra rei possessorem, qui ad litem est citatus? ibid. num. 51
 Sententia in hæredem, ejus fraude, vel omissione intercedente, prolata utrum noceat legatariis, qui citati comparere neglexerunt? ibid. num. 55
 Sententia inter alios lata, regulariter illis nocet: adversa, quibus favorabilis prodesset, & è converso: quod limitatur. ibid. n. 56
 Sententia, qua aliquis actus nullus declaratur, velut testamentum, aut matrimonium, quoad omnes jus facit, si cum legitimo & principali contradicatore iudicium ritè peragatur. ibid. num. 57
 Sententia adversus beneficii possessorem ex defectu juris conferendi; nocet collatori litis conscio quoad possessionem. 95. num. 1
 Sententia contra beneficiarium ex defectu juris ad præsentandum, vel eligendum nocet patrono, ac electoribus litem scientibus quoad possessionem. ibid. n. 2
 Sententia in electores, collatorem, aut patronum an officiat possidenti Beneficium? 90. n. 10. & seqq.
 Sententia adversus legatarium non nocet alii, nisi re conjuncti reperiantur. 97. n. 20
 Sententia contra unum, ex reis debendi officit correo. ibid.
 Sententia quando noceat tertio, cui defensionis causæ principaliter incumbat. ibid. num. 21
 Sententiam in hæredem per iniquitatem lata num lædat legatarios? 100. n. 9
 Senten-

& Verborum.

Sententiam adversum emptorem per injuriam prolata, venditori detrimento non est. *ibid.*
Sententia nulla ex jurisdictionis defectu, non convalescit, etsi non appelletur ab illa. 102. num. 30
Sententia contra alium non nocebit tertio, cuius nomine iudicium est actum absque ipsius mandato tacito, vel expresso, etsi litem non ignoraverit. 104. n. 47
Sententiæ conformes quando censeantur, remissivè. *ibid.* n. 51. & 155. n. 9
Sententia qualiter exequenda, ubi constat res penes tertium possessorem existere. 108. numero 17
Sententia non exequitur in tertium possidentem, quamvis victor offerat in continenti probare dominium ejus, quem superavit in iudicio. *ibid.*
Sententia extincta non reviviscit. 144. num. 7
Sententia licet appellatione suspensa nonnullos effectus interim operatur. *ibid.*
De effectibus suspensivis sententiæ per appellationem, remissivè. *ibid.* n. 14
Sententiæ justæ per appellationem solent iniquè revocari. 148. n. 48
Sententiæ duæ conformes in causis possessoris an debeant, non obstante appellatione, executioni mandari? 149. n. 56
Inter definitivam, & interlocutoriam sententiam quoad revocationem attentatorum differentia. 151. nu. 3. Et de aliis differentiis, remissivè. *ibid.*
Sententiæ nomen etiam interlocutoriam complectitur. 156. n. 10
Sententiarum conformitas non reperitur ad juris effectum inter definitivam, & interlocutoriam. *ibid.*
Contra tres sententias conformes an tertio de nullitate dicente, suspendatur executio. *ibid.* num. 11
Sententia ferri non potest ex instrumento, quod apud acta non existit, saltem transumptum. 157. & seq. n. 20. & 21
Sententiæ tres conformes non habeantur, si interposita appellatio à secunda, per iudicem ad quem deserta pronuncietur. *ibid.* num. 20
Sententia super nullitate prolata, etsi duas præcedentes conformes iudex validas pronuntiet, non sunt tres sententiæ conformes, cum de meritis causæ non sit cognitum. *ibid.* num. 21
Sententia nulla, quamquam per superiorem confirmetur, ut valeat, non computatur, ita ut duæ sint sententiæ conformes. *ibid.* numero 22
Ut sententiæ conformes censeantur, opus non est, quod una aliam expressè confirmet. *ibid.* num. 23
Sententia tertia si antecedentes quoad rei restitutionem confirmet, facta fructuum condemnatione, quæ in illis fuerat omissa, restitutio statim fiet rei, fructum suspendetur, si de nullitate opponatur. *ibid.* n. 24
Quid si ultimus iudex à fructuum restitutione expressim absolvat. *ibid.* n. 25
à Sententia revisionis in regis prætoriis licet supplicare, si novum adjiciatur gravamen. 157. num. 26
à Sententia tertia conformi appellans auditur, si in ea fiat condemnatio expensarum pro pri-
D. de Faria Covar. Enucl.

ma, aut secunda instantia; quæ condemnatio fuerat prætermissa. *ibid.* n. 27
Sententiæ non dicuntur conformes, quæ in quantitate discrepant, nisi in minore is, cuius interest, convenerit. *ibid.* num. 28. Hic nequibit accepta minore quantitate, pro residuo provocare. 158. num. 29
Si à sententia tertia, ubi discordia est in quantitate, actor vincens appellet, poterit reus adhærere appellationi, ut etiam pro minima quantitate absolvatur in totum, vel pro parte. *ibid.*
Sententiæ Principis executio non retardatur, petita in integrum restitutione, nisi damnum contineat irreparabile. *ibid.* n. 31
Sententia iudicis laici in clericum etiam tacentem, ac consentientem est ipso jure nulla. 196. n. 9

Servus.

Servus ad sacros Ordines promotus, sciente, & non contradicente domino, fit liber, nec juri patronatus, ut libertus subjicitur. 101. num. 25. Quid si dominus ignoret, aut contradicat: & quid si assumatur in Episcopum, vel Religionem ingrediatur, remissivè. *ibid.*
Servus de jure communi domino stipulari permittebatur. 121. n. 18
Servi erant publici apud Romanos, qui pro pupillis, absentibus, vel aliter impeditis stipulabantur. *ibid.*

Si.

Si, aliquando admonitionem, non conditionem importat. 235. n. 40

Sigillum.

Sigilli authentici, & privati differentia. 141. num. 44
Sigillum proprium negans, si de mendacio convincatur, non erit audiendus, si postea alleget, absque sua voluntate appositum. *ibid.* num. 45
Sigillum supplet pro subscriptione, nisi lex illam pro forma desideret. *ibid.* num. 46
Sigillum authenticum quod habeatur, remissivè. 142. n. 47
Sigilla authentica, præsertim regia, sedulo custodi ac fideli debent commendari, & de munere, ac dignitate Cancellarii. *ibid.*
Sigillum in regalibus rescriptis, ubi imprimi solet, est de substantialibus, ut valeat. *ibid.* num. 48

Sigericus Rex.

Sigericus Gothorum Rex, cæde solium ingressus, facinoris mercedem reportat. 3. num. 7

Silo Rex.

Silo Gothorum Rex, socium sibi ad regimen delegit, cuius humeris totum imperii pondus imposuit, ut otio vacaret. 8. numero 48

Similis.

Similes cum similibus faciliè congregantur. 15. num. 96

Mm 3

Sisebu-

Index Rerum,

Sisebutus Rex.

- Sisebutus Gothorum Rex**, Romanos & Judæos Hispanis ex finibus pellit. pag. 6. numero 28
Egregiis animi dotibus floruit, ac aliquas constitutiones edidit. *ibid.*

Sifenandus Rex.

- Sifenandus Gothorum Rex**, Concilium Toleti congregari studet. *ibid.* n. 32
Toleti diem claudit extremum. *ibid.*

Societas.

- Societas hominum prodest ad defensionem**, & utilitatem. 15. n. 96

Solemnnitas.

- Solemnnitates**, quæ in publicis instrumentis debent adhiberi. 129. n. 20. & seqq.

Solutio.

- Solutione ejus**, quod deditur, omnis tollitur obligatio, tam principalis, quam accessoria, seu fidejussoria. 236. n. 55

Speciale.

- Specialia generalibus regulariter derogant.** 85 num. 16

Spoliatus.

- Spoliatus quando possit suspendere petitorium**, & agere possessorio. 145. num. 22

Sterilitas.

- Sterilitatis causâ quando pensio tota**, vel pro parte colono remittenda. 181. num. 1. & seqq.
Sterilitas per colonum probari debet ad remissionem. 183. n. 16

Vide *Remissio.*

Stipulari, & Stipulator.

- Stipulari alteri per alterum jure communi non licebat.** 121. n. 18
Contra Stipulatorem in dubiis respondetur. 234. num. 34

Subrogatum.

- Subrogatum sapit naturam ejus**, cujus loco subrogatur. 204. n. 15

Substituere, & Substitutus.

- Si substituatur pater pupillo fratres ejus**, omnes æqualiter admittentur, tam utrinque conjuncti pupillo, quam ex parte duntaxat patris. 223. n. 8
Si substituatur pupillo proximus de familia, aut qui de jure debet succedere, præferetur proximus testatori, remoto proximior pupillo. *ibid.* n. 9

Succedere, & Successio.

- Succedens in majoratu**, aut fideicommissio familiæ relicto, jus suæ lineæ quærit, ut ad aliam successio transire non possit, dum ex illa aliquis supervit. 224. nu. 14
à Successione regni foeminae excluduntur apud aliquas gentes, præsertim in Gallia. 21. num. 141

Suevus.

- Suevi unde**, & quando in Hispanias advenerint 2. & seq. n. 3

Suinthila Rex.

- Suinthila Gothorum Rex**, magis virtutum præstantiâ quam sanguinis splendore thronum conscendit. 6. num. 30. Romanos ab Hispaniis prorsus eliminat, & tandem ipse è solio dejicitur. *ibid.*

Summarium Judicium.

- In Summariis judiciis non admittuntur quæ altiore desiderant indaginem.** 111. num. 18

Supplicatio.

- Supplicationi an sit locus**, cum appellare non licet? 112. n. 31. & 150. n. 71

T.

Tabellio.

Tabelliones à pauperibus litigantibus nihil possunt exigere. 50. n. 25

Tenentur protocolla custodire, alioqui puniuntur, & ad interesse damnantur, & quid si dixerint, non confecisse protocollum. 120. num. 8

Tabellio, qui protocollum amiserit, petere potest, ut pars exhibeat originale ad extrahendum exemplar, quod pro protocollo retineat. *ibid.*

Tabellioni non licet, præter originale primum, quod parti tradidit, aliud ex protocollo præstare, nisi tale sit instrumentum, ut alii nullum præjudicium generari possit: quod si perperam secundum originale præstiterit, fidem tamen faciet. *ibid.* n. 10

Ut Tabellio possit secundum ex protocollo assumere instrumentum, quæ intervenire debeant. *ibid.*

Tabellio conficiens instrumentum absque protocollo, quando à pœna excusetur, remissivè. *ibid.* n. 11

Tabellio recusans edere protocollum instrumenti, quod confecit, an torqueri possit? *ibid.* num. 14

De Tabellionis officio qui egerunt referuntur. 121. n. 16

Tabellionis officium non est vile, sed à quibusdam honoribus Tabelliones remouentur. *ibid.* num. 17

Tabelliones an servi publici? *ibid.* n. 18. Possunt pro aliis stipulari. *ibid.*

Tabellio creari non potest infamis, præsertim si in Curia munus exercent. *ibid.* num. 20

Tabelliones publici civitatum, seu oppidorum infames esse nequeunt. 122. n. 22

Tabelliones, quos vulgò reales nuncupamus, creari non possunt juris infamia notati, qui & bonis moribus decorati esse debent. *ibid.* numero 23

Tabellionem inhabilem reddit superveniens juris infamia, perficere tamen licebit inceptas scripturas. *ibid.* & seq. n. 25

Tabellio laborans juris infamia occulta, quicquid interim dum latet, exegerit, sustinebitur. *ibid.* n. 27

Tabellio an impediatur munere suo fungi propter infamiam facti? *ibid.* n. 29

Tabellio non est creandus, qui facti infamiam patitur, si ex propria procedat turpitudine, electus tamen non remouetur propter illam. 123. & seq. n. 21
Tabellio-

& Verborum.

Tabelliones quæ probare debeant, ut ad officium admittantur. pag. 123

Tabellio genere nobilis, cum ignobilibus non contribuit, & plebeius ab eo tributo non excusatur. ibid. n. 33

Tabellio an possit esse clericus? ibid. n. 36

Tabellio si ad sacros Ordines ascendat, amplius suo munere fungi vetatur. ibid. n. 33

Tabellionis officium in Curia Romana exercere permittitur clericus in sacris, etiam beneficiarius. ibid.

Tabellionis munere uti clericus in Sacris etiam in foro Ecclesiastico prohibetur. ibid. n. 38

Limitatur. ibid. n. 39. & seq.

Tabellio esse nequit clericus in minoribus, si sufficienti ad congruam potiatur beneficio. 124. n. 42

Si Beneficio careat, Tabellio effici poterit. ibid. n. 43

Tabellio si jam sacris initiatus instrumentum condiderit, subsistet, nisi antea fuisset per Prælatum monitus, ne uteretur. ibid. n. 45

Quid de jure regio. ibid.

Tabellio factus clericus in sacris potest, ac debet perficere instrumenta de actibus, de quibus ante clericatum fuerat rogatus. ibid. numero 44

Tabellio clericus condere non prohibetur instrumentum de rebus spiritualibus, aut Ecclesiasticis. ibid. n. 46

Tabellionis munus interdicitur Regularibus etiam ante professionem. ibid. n. 47

Tabelliones creandi potestas est Principis regalia. 125. n. 53

Utrum alii eos creare valeant? ibid. n. 54. & seq.

Tabelliones creandi facultas quanto tempore acquiratur per præscriptionem. ibid. n. 57

Tabelliones constituere ad judicialia de jure communi quisque in proprio territorio potest, & quid apud nos fervetur. ibid. n. 58

Tabelliones creati à Dominis inferioribus, extra territorium suo munere fungi prohibentur, nisi id specialiter concedatur. ibid. num. 59

Tabellio de consensu partium permittitur protocollum perfecti contractus lacerare. 126. num. 64

Tabellio num valeat per alium instrumentum condere, aut exemplum extrahere? 131. numero 1

Tabellio impeditus poterit aliena juvari manu, ut ipse propria subscribat. ibid. n. 2

Tabelliones qui in regis prætoriis resident, vulgò de Camara, & publici oppidorum nequeunt per substitutum inservire. ibid.

Tabellio assumens originale ex protocollo alterius, potest consuetas adjicere clausulas, si deficiant, de jure communi: de nostro regio nihil. 132. n. 7

Tabellio de jure communi potest, sicut de aliis bonis, de protocollis, & actis, quæ conferit, pro libito disponere. ibid. n. 8

An successor si Tabellio sit, valeat extrahere ex defuncti registro instrumenta, omittis solemnitatibus juris? ibid.

Tabellio impeditur, si alii mandet, ut ex suo registro instrumentum assumat, utrum judicis desideretur decretum? ibid.

Tabellio succedens in officio alterius autoritate Principis, an possit ex protocollo antecessoris

sine judiciali præcepto instrumenta extrahere. ibid. n. 10

Tabellio in exercitio cessans tenetur successoribus registra, & acta tradere. 133. n. 11

Tabellionibus privatis ob delictum officio, acta, & protocolla sunt auferenda. ibid.

Tabellioni succedenti acta & registra, permissio inventario, traduntur. ibid.

Tabellio penes quem protocolla, & acta esse debent, ea quocunque tempore exhibere compellitur, nisi constet ex inventario alii esse tradita. ibid.

Tabelliones si ad eundem actum rogati intercesserint, quisque de illo instrumentum conficere poterit. ibid. n. 13

Tacens, & Taciturnitas.

Tacens non videtur consentire, cum sit ex actu, qui geritur, nullum sibi præjudicium generari. 102. n. 29

Tacens, cum possit prohibere, consentire intelligitur. ibid. n. 32

Per taciturnitatem non inducitur consensus ad ea, quæ sunt gravis præjudicii. ibid. numero 28

Taciturnitas consensum inducit ad favorem Religionis, Ecclesiæ, fisci, & similibus. ibid. num. 31

Taurine Leges.

Taurinarum legum promulgatio. 14. num. 88

Vide verbo Lex.

Temeritas.

Temeritas in litigando quæ sit. 165. num. 3

Temporale.

Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum: & quomodo intelligendum. 156. n. 16. & seq.

Tenerife.

Tenerife insula ex Fortunatis Hispaniæ adjicitur expugnata. 14. n. 88

Tenuta.

Tenutz in summano judicio exactè de jure litigantium inquirere oportet. 111. n. 20

An in eo admittantur repulsæ contra testes, & defectus adversum instrumenta? ibid.

De Tenutz judicio notantur aliqua, & de eo agentes laudantur. ibid. n. 21

In Tenutz judicio non est locus interdicto de interim. ibid. nu. 22. Nec admittitur supplicatio. 112. n. 31

Tertie.

Tertiarum ex decimis Regi Hispaniæ per Sedem Apostolicam prima concessio. 12. n. 78

Tertius.

Tertius accedens ut principalis ad judicium, quod inter alios versatur, non debet causam prosequi in eo statu, quo existit, quod limitatur. 92. n. 37

Tertio comparente, ut utrumque litigatorem excludat, an judex supersedere teneatur in judicio pendenti? ibid. n. 38. Et quomodo causa expediri debeat. ibid. n. 39. & seq.

Index Rerum,

- Tertius, cujus interest, poterit causam à litigante desertam assumere.** pag. 100. n. 11
- De Tertio appellante à sententia inter alios lata, cum sua interest.** 98. n. 1. & seqq.
- De Tertio comparente pro suo interesse, lite inter alios pendente.** 95. n. 1. & seqq.
- Tertio res inter alios acta quando noceat.** 105. n. 1. & seqq.
- Tertius qui præsens patitur de jure suo per alium litigari, astringitur sententia, quia mandasse creditur.** 104. & seq. n. 47
- Tertius, cujus interest, licet omiserit appellationem, de nullitate dicens auditur.** *ibid.* num. 54
- Tertius si succubuerit agens de nullitate pro suo interesse, appellare non prohibetur.** *ibid.*
- Tertius, cui sententia non nocuit, bifariam potest executionem impedire.** 105. n. 2
- Tertius non admittitur ad iudicium quod inter alios agitur, nec ad impediendam executionem sententiæ, nisi prius intra breve tempus de jure suo docuerit.** 106. n. 3
- Et qualis probatio sufficiat.** *ibid.* n. 6
- Tertio se opponente executione qualiter procedatur, via executiva suspensa.** *ibid.* n. 4
- Tertius qui succubuit in oppositione ad impediendam viam executivam, de jure communi iterum via ordinaria auditur: non sic de nostro regio.** *ibid.* n. 5
- Tertius appellans à sententia inter alios lata quoad devolutivum effectum duntaxat, prius quod sua interest, probare tenetur.** *ibid.* num. 7
- Tertius se opponens executioni rejicitur, si adsit de calumnia suspicio: sed iudex non facile calumniam præsumet.** *ibid.* num. 8. Fraudis suspicio profus eliditur, si plenè in contententi de bono jure tertii probetur: non ita si semiplenè probetur. *ibid.* n. 9
- Tertius quoad iudicium, quod inter alios agitur, tripliciter consideratur, & quando executio per oppositionem impediatur.** *ibid.* num. 10
- Tertius possessor qui se opponit executioni sententiæ, allegans se dominum rei, onus probationis non sustinet, sed actori incumbit.** 118. n. 18
- Tertius possessor si non inficietur, dominium rei ad victum attingere, nec justam possidendi causam alleget, in ipsum sententia exequetur.** *ibid.* n. 19
- Tertii Creditoris oppositio impedit viam executivam, & quomodo apud nos iudicium expeditur.** *ibid.* n. 24. & 25
- Testator.**
- Testator præsumitur velle hæredem quanto minus possit onerare, modò ipsius adimpleatur voluntas.** 26. n. 14
- Testimonium, & Testis.**
- Testimonium unius etiam in summa dignitate constituti ad plenam probationem non præstat.** 197. n. 16
- Testium defectus non admittuntur in summaris iudiciis, nisi damnum irreparabile subsequatur.** 111. n. 14
- Testis qualis esse debeat, & quæ in eo observanda.** 113. n. 1
- Testis omni exceptione major quis dicatur.** *ibid.*
- Testis omni exceptione major ubi lege requiritur, probari debet.** *ibid.*
- Testis infamia juris notatus à testimonio removetur.** *ibid.* n. 2. Debet à iudice ex officio repelli. *ibid.*
- Testis inhabilis testimonium probat, si contestis viri egregiæ fidei dicto roboretur: fallit in notato juris infamia.** *ibid.* n. 2
- In Testem infamia facti maculans non admittitur in criminibus, etiam civiliter agitatis, nec in civilibus arduis: in aliis etsi non excludatur, integram fidem non meretur.** 114. num. 4
- Testis non repellitur infamia canonica, nec juris occulta.** *ibid.* n. 5
- Testis an possit esse in criminalibus laicus contra clericum.** *ibid.* n. 6. Et quid si laicus sit corpore vitiat. *ibid.* n. 7
- In Testem inimicus nunquam recipitur.** *ibid.* num. 8
- Testes inhabiles ad inquirendum recipiuntur, inimico capitali excepto, qui nec in crimine lætæ Majestatis suscipitur.** *ibid.* n. 9
- Testem etsi levis inimicitia non repellat, fidem ejus minuit, qui testificatur pro iudicis arbitrio.** *ibid.* n. 10
- Testis profitens se inimicum ejus, in quem producit, num repellatur?** *ibid.*
- Testis an esse possit inimicus reconciliatus.** *ibid.* num. 11
- De Testium repulsis, quæ in iudicio objici solent.** 115. n. 15. & seqq.
- Testibus intra quod tempus objici repulsæ debeant.** *ibid.* n. 16
- Si Testi producto objiciatur defectus in termino probatorio, quid facere oporteat?** *ibid.* num. 17
- Testium repulsæ an opponantur in secunda instantia? Et quid contra productos in prima.** *ibid.* n. 18. & seqq.
- De Testium falsitate, aut corruptione in secunda instantia objici potest.** 116. n. 20
- Testes super eisdem articulis, vel directò contrariis recipi in secunda instantia prohibetur.** *ibid.* n. 21. Limitatur hoc. *ibid.* num. 22. & seqq.
- Quid si testes in prima instantia nihil dixissent, respondentes se nescire, aut non recordari.** *ibid.* n. 26
- Quid in causis nobilitatis.** *ibid.* n. 27
- Quid in matrimonialibus, & ubi animæ periculum vertitur.** *ibid.* n. 28
- Quid in criminalibus.** *ibid.* n. 29
- Testis cui defectus objicitur ad repulsam, si interrogetur, non debet proprium crimen, seu turpitudinem detegere: de aliis fateri tenetur veritatem.** 117. n. 30
- Testes omnes apud nos de quibusdam defectibus generaliter interrogantur.** *ibid.* n. 31
- Testis si ex confessione proprii criminis appareat inhabilis, à testificando removetur.** *ibid.* n. 32
- Testem falsò deponentem potest iudex ordinarius, qui de causa cognoscit plectere, etsi alias in perjurium jurisdictione careat.** *ibid.* num. 34
- Quid si ad requisitionem alterius iudicis testes recipiat.** *ibid.* n. 35
- Quid si apud delegatum testis pejeraverit.** *ibid.* num. 37
- Testis**

& Verborum.

Testis perjurus an poena ordinaria, vel arbitraria puniendus per causæ judicem, in qua falsò deposuit? *ibid.* n. 6

Testis extra ordinem punitus per judicem, coram quo pejeravit, utrum possit à judice suo ordinario poena legis effici? *ibid.* n. 38

Testem ob perjurium coërcere potest ex officio judex de causâ cognoscens principali, ipsa pendente: postea non utique, nisi per accusationem in foro perjury testis. *ibid.* n. 39

Testem falsum plectere an valeat judex apud quem deliquit, etsi gaudeat fori privilegio? *ibid.* n. 40. **Excipitur clericus.** *ibid.* n. 41

Testis laicus falsò testificans coram Ecclesiastico judice, à quo puniendus. 118. n. 42

In testem clericum, qui falsò deposuit, si Ecclesiasticus ob perjurium procedat, nequibit inhibere sæculari judici, ne in causam principali progrediatur, dum de falsitate cognoscitur. *ibid.* n. 43

Testem omni exceptione majorem quoties exigit lex, ea qualitas necessariò probari debet. 129. n. 19

Theodorus Rex.

Theodorus Gothorum Rex, cum Attila prælium committit, ubi moritur. 4. n. 9

Theodoricus Gothorum Rex, eorum solum in Hispania stabilit. *ibid.* n. 11

Theudis Rex.

Theudis Gothorum Rex, à simulato furioso occisus. *ibid.* n. 17

Theudiselus.

Theudiselus Gothorum Rex, nihil majestate dignum patravit. *ibid.* 18

Tonsura.

Tonsura prima utrum sit Ordo Ecclesiasticus? 188. & seq. n. 23

Torquere, & Tortura.

Torquere non licet judici reum convictum, ut extorta confessione, appellare non valeat. 146. numero 32. **Iniquè tamen tortus tenetur fateri veritatem.** *ibid.* num. 34

Aliquando licebit in atrocitatibus convictum torquere. *ibid.* n. 35

Torqueri potest convictus, ut complices detegat, sed ut in caput alienum quis torqueatur, prius esse debet de proprio crimine confessus, vel convictus. *ibid.* n. 33. **Quando possit reus de complicitibus interrogari.** *ibid.*

Ubi torqueretur reus convictus, quid debeat judex protestari, & an omiſſa protestatione, per negationem in tortura evanescant probationes? 147. n. 36

In Tortura si judex exceſſerit, tenetur ei minorem poenam, quam merebatur, irrogare. *ibid.*

Transactio.

Transactio hæredis nullum legatariis præjudicium producit. 123. n. 9

Transversales.

Transversalium cognatorum quoad successionem majoratus differentia. 229. n. 63

Tulgas Rex.

Tulgas Gothorum Rex intempestivo languore brevi è medio sublatus. 6. n. 34

Turca.

Turcarum imperium quando sumpsit exordium 13. n. 81

Turismundus Rex.

Turismundus Gothorum Rex primùm suis gratissimus, sed deinde superciliosam majestatem ostentans fratrum sibi odium conciliavit. 4 num. 10

V.

Vagabundus.

Vagabundus delinquens ubi puniri possit, & an ad locum delicti remittendus? 81. num. 40

Vagabundus si post delictum ad regnum alterius Principis confugerit, nec ibi puniri poterit, num. 52

Vandali.

Vandali unde orti, vide verbo *Avandalus.*

Vassalus.

Vassalus emens partem jurisdictionis communis ab uno ex Dominis, à cæterorum subjectione eximitur. 238. n. 6

Vasconia.

Vasconia unitur Castellæ regis. 14. n. 88

Ubi.

Ubi majus periculum vertitur, ibi cautius agendum. 146. n. 28

Vendere, & Venditio: Venditor, & Venditum.

Si vendantur decem jugera ex certo fundo contrahitur ad mensuram. 31. n. 12. **Quid juris si in fundo plura, aut pauciora jugera reperiatur.** 33. n. 17 & 29.

Vendere ad mensuram est aliud, & aliud vendere ad corpus, dicto modo vel numero jugerum, sive amphorarum, quæ fundo, aut dolio continentur, & de effectibus venditionis, dicto modo. *ibid.* n. 29

Si vendatur fundus ad corpus, & plura inveniuntur jugera, quam venditor dixit, omnia cedent emptori, pretio non aucto. 30. num. 30

De Venditionis ad corpus forma & per averſionem. *ibid.* n. 6

Venditio ad corpus quando reducatur ac venditionem ad mensuram. *ibid.* n. 6

Venditionis ad mensuram forma, & effectus. 31. n. 6

Venditio fundi, vel dolii pretio convento pro singulis jugeribus, vel amphoris, censetur ad mensuram, etsi corpus totum vendatur. *ibid.* num. 14

Venditione perfecta ad mensuram sive mobilium sive immobilium, periculum non est emptoris antequam mensura adhibeatur. 32 num. 15

Venditio ejusmodi dicitur conditionalis usque ad mensuram adhibitam, sed contrahentibus non licet poenitere. *ibid.* n. 18

Venditio eadem partim ad corpus, & partim ad mensuram quoad juris effectus contrahi potest. 33. n. 24

In

Index Rerum,

- In venditione non datur actio læso in pretio, nisi ultra dimidiam; sed in qualitate, aut quantitate rei, aut moneta, ex quavis deceptione concepit actio.** 34. n. 33
- Venditio, in arbitrium tertii pretio collato, non tenet nisi per eum constituatur: secus est in tacita venditione dotis æstimatæ.** 171. num. 4
- Venditio, quæ per æstimatam dotem contrahitur, habet tacitam conditionem, Si nuptiæ subsequantur.** 173. n. 21
- Venditio valet, etsi res vendita præsens non sit.** 177. n. 62
- Venditor si dixerit, decem jugera in fundo esse, & plura reperiantur, omnia, aucto pretio, emptori tradere debet: hic si voluerit, à contractu poterit recedere.** 33. nu. 25. Quod limitatur. *ibid.* n. 26
- Venditor accedens ad iudicium, ut emptorem defendat, tenetur causam assumere in statu, quo exiit, nec declinatoria uti permittitur, etsi clericus existat.** 88. n. 4
- Venditor non tenetur de victione, nisi per emptorem lis illi denuntietur.** 89. n. 7
- Venditor potest à principio ante coeptum iudicium causam contra emptorem suscitandam in se suscipere, & iste ita manet exclusus, ut nec liti adfistere permittatur.** *ibid.* n. 8
- Venditor, lite cum emptore contestata, nequit illum à iudicio repellere; imò nec emptor causam deferere, ut cum emptore finiatur, valebit.** *ibid.*
- Vendito fundo decem jugerum, vel qui decem jugera continet, an ad corpus, vel ad mensuram venditio censeatur.** 31. n. 11
- Vendita re ad mensuram, contrahentibus antequam metiatur resiliere non licet, sed venditoris est periculum.** 32. n. 16. Sed limitatur. *ibid.* n. 17. & 20
- Venditæ rei ad mensuram gabella debetur exactori, qui administrat tempore contractus, non mensuræ.** *ibid.* n. 19
- Venditæ rei pretium debetur, currens tempore contractus, non mensuræ, si ex statuto varietur.** *ibid.*
- Vendita re ad mensuram, intra quantum temporis mensuram petere liceat, & an res mensura præsumatur ex longa temporis possessione?** *ibid.* n. 21
- Vendita re mobili ad mensuram alibi tradenda, utrum sit utendum mensura loci contractus, vel traditionis, & cujus expensis mensio fieri debeat?** *ibid.* n. 22
- Vendito certo vini dolio ad rationem certi pretii pro singulis amphoris, contrahitur ad mensuram, & periculum spectat ad venditorem usque dum metiatur.** *ibid.* n. 23
- Si plures eo casu reperiantur amphoræ, cum scilicet venditor dixit tot amphoras dolio contineri, omnes soluto pretio, cedunt emptori.** 34. n. 32
- Verbum.*
- Verba deservire debent voluntati.** 29. n. 1
- Verba melius nostræ mentis testimonium.** *ibid.* num. 2
- Ad Verborum proprietatem respiciendum, quoties agentis latet voluntas.** *ibid.*
- Verba non obligant, quæ jactantur, & inconsulto proferuntur.** 33. n. 29
- Verba intelligi debent secundum consuetudinem proferentis.** pag. 209. n. 7
- Verba generalia non trahuntur ad casus insolitos.** *ibid.*
- Verborum scrupulosa observatio de jure nostro regio sublata.** 237. n. 58
- Veremundi Reges.*
- Veremundus I. Legionis Rex, aut Diaconus dictus obiit.** 8. n. 50
- Veremundus II. Podager dictus, podagra confectus.** 10. n. 63
- Veremundus III. Ferdinando bellum indixit, inter præliandum se in medias cohortes adversarii intrepidus conjecit, ut illum incurret, ac hasta transpunctus cecidit, &c. *ibid.* num. 65**
- Via.*
- Via exequutiva an suspendatur per oppositionem alterius creditoris?** 108. n. 25
- Vicarius.*
- Vicarii generalis Episcopi, vel foranei quomodo expiret jurisdictio, Prælato decedente, aut alius carente jurisditione.** 39. n. 15
- De Vicarii generalis, ac foranei munere, ac differentia.** 41. n. 33
- Vicarius Episcopi suam jurisditionem extinctam valide exercet, dum ignorat, & quid si ipse solus agnoscat, extante communi errore.** 68. n. 52
- Vicus.*
- Vicus exemptus à civitate quoad jurisditionem retinet communitatem cum illa in pascuis publicis.** 220. n. 35. & seqq.
- An ejusmodi vici incolæ teneantur servare statuta civitatis, à quo exemptus est.** *ibid.* num. 36
- Vici incolæ non eliguntur, nec cogi possunt ad munera civitatis, à qua sunt liberati.** *ibid.* num. 37
- Vidua.*
- Vidua etiam dives gaudet privilegiis, quæ personis miserabilibus competunt.** 50. numero 12
- Vidua quæ maritum occidit, aut in ejus necem cooperatur, non fruitur viduitatis privilegiis.** 49. n. 17
- Vidua honestam degens vitam, habet privilegium, ut causas suas in prima instantia deferat ad Curiam.** 53. n. 1
- Quæ turpiter vivit, viduitatis omnibus caret privilegiis: nec vidua dici potest, quæ status honestatem non servat.** *ibid.* n. 2
- Viduam non facit habitus, sed honestas. *ibid.* n. 2. Limitatur si semel ceciderit, aut si turpitudine resipiscat.** *ibid.* n. 3
- Vidua ut suis privilegiis potiatur, se honestè gerere, est probatura, sed in Hispania quoad foeminas non infimæ fortis, honestatis probatio de stylo non exigitur.** 54. n. 4
- Vidua inhonestæ quæ bona auferantur ex matrimonio quæsitæ, remissivè.** *ibid.* n. 5
- Non privatur dote.** *ibid.*
- Vidua, quæ post secundas nuptias se turpitudinibus immiscuit, non auferuntur, quæ ex primo matrimonio comparavit.** *ibid.* n. 6
- Vidua*

& Verborum.

Vidua extra domicilium conveniri non potest à quovis privilegiato, nisi in privilegio expressè derogetur legi unicæ, C. quand. Imper. int. pup. pag. 54. & seqq. n. 12

Vidua an possit trahere ad Curiam in prima instantia pupillum, aut alios pariter privilegiatos? 56. n. 23

Vigilans.

Vigilantibus, & non dormientibus subveniunt jura. 93. n. 43

Vinculum.

Vincula duo vincunt unum. 56. n. 24

Vinculata Bona.

In Vinculis, seu bonis vinculatis in Hispania succeditur per repræsentationem, & utrum hæc vera sint primogenita? 230. n. 88

Vinea.

Vinearum plantatio quando Romanis vetita, & quid in Hispania, & in Indiis. 219. n. 27. & seq.

Virginitas.

Virginitas præsumitur in omni fœmina, quæ non nupsit. 190. n. 37

Universale Judicium.

Universale judicium quale sit: Vide verbo Judicium.

Universitas.

Universitates apud nos habent casum Curiz. 55. n. 15.

Voluntas.

Voluntati manifestæ contrahentium standum est adversus verborum proprietatem. p. 29. n. 1

Urraca Regina.

Urraca Hispaniæ Regina, parenti successit. II num. 69

Usucapio.

Ad Usucapionem error facti quando noceat, aut possit. 86. n. 20

Ufus.

Ufus sulphurei pulveris quando primùm in Hispania notus. 12. n. 81

Walia.

Walia Rex Gothorum triennium apprimè dominatus obiit. 3. n. 8

Wamba Rex.

Wamba Gothorum Rex ob præclara facinora perfectus Princeps fuit habitus. 7. n. 37

Wandali.

Wandali unde orti, & quando Hispanias invaserint. 2. n. 3

Witericus Rex.

Witericus Gothorum Rex bello præclarus, sed infausus. 6. n. 26

Witericus Gothorum Rex moribus dignitate perverfis, ob immunia scelera execrabilis evasit. 7. n. 40

F I N I S.



